
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 D
8 1





IOACHIMI MYNSINGERI A FRVNDEK,

IVRECONSVLTI CLARISSIMI APOTELESMA,

SIVE CORPVS PERFECTVM SCOLIORVM,

Ad Quatuor Libros Institutionum Iuris Ciuilis.

Hæc nouissima editionè multò vberius & emendatius quàm antea excusum: atque, quod studiosorum maxime interest, iuris allegationibus, (quæ in prioribus fuerunt in nonnullis locis corruptæ) restitutis, vt meritò cæteris antecellat.

ADIECTIS RERVM MEMORABILIVM, ET PARAGRAPHORVM, Indicibus singularibus, necnon Elenchorum Codicis, atque Pandectarum, quæ inter explicandum enucleantur.







VENETIIS, Sub signo Concordiæ M. D. CII.

CHRISTIANISS. AC POTENTISS.
PRINCIPI FERDINANDO I.
CAES. AVG. HVNGARIAE BOEMIAEQVAE REGI, Archiduci Austriæ, &c. Domino suo clementiss.

Ioachimus Mynsingerus à Frundeck, Iuriscon. Salutem.



VM superioribus annis, Ferdinande Cæsar, in manus hominum Scholia mea in titulum de Actionibus conscripta emitterem, memini tum me Iuris Ciuilis tyronibus spem fecisse, integra quandoq; Scholia in quattuor Institutionum iuris ciuilis libros, Friburgi Brisgoiæ (quæ tua est Ciuitas, in quaque tui Maiores percelebre olim Gymnasium, quod etiamnum floret, quàm liberaliter instituerunt) auditorib. meis ex professo prælecta in publicum extitura esse. Ea enim tum, quia rudia adhuc, informia, & lituris plena uidebantur, inuulgare prorsus detrectabam. Verum non multo post a profitendi munere à Carolo V. Imp. Opt. Max. fratre tuo auocatus, inquè ordinem Assessorum supremi & amplissimi tribunalis (Imperialis Cameræ iudicium uocant) in quo summa iurisdictionis Germanicæ, atq; etiam iuridicialis Imperij sita est, benignè cooptatus, cum in audiendis cognoscendisq; iudiciarijs controuersijs cotidie occuparer, tantumq; suffurari mihi ocij nequirem, ut hanc meam qualemqualem cõmentationem, sicut uolebam, atq; omnino necessum erat, perpolire possem: in hodiernũ usq; diem consulto eam penes me suppressi, nec unquam in animo habui, necdum recognitã, nec retextam nec sub incudem reuocatam, in publicum edere. At cum hanc a cupida legum iuuẽtute (ut eam Iustinianus noster appellat) summo expectari desiderio cotidie perciperem, & multi sanè docti ac celebres uiri, quib. illam quandoq; legendam exhibueram, me frequentius hortarentur ad editionem, serio affirmantes, è re iuuentutis fore, si in manus hominum tandẽ deueniret, intelligeremq; priora in tit. de Actionib. Scholia, Candidatos iuris ciuilis, atq; adeò celeberrimos huius seculi nostri Iurisconsultos non omnino improbasse, neq; illiberaliter complexos esse, deniq; non multa spes esset, in hoc tam operoso, tamq; graui cognoscẽdarum, definiendarumq; causarũ munere cotidie uersantem, posse illam uel per succisiuas horas, publicisq; negocijs suffuratas recognoscere, polire, et (ut maxime decebat) castigare. Ea .n. res liberiorem certè atq; ociosiorem desiderat hominem, quàm uel ego, uel cæteri in grauissima hac iudicandi prouincia constituti sumus. His ergo rationib. conuictus, ut qui ex innata genij mei propensione studiosæ iuuenti operam meã non libenter denegare soleo, has quisquilias olim in auditorum meorum gratiam tantum collectas, (quas obiter certe ac perfunctorie hoc æstiuarum uacationum tempore texere licuit) promulgare, atque in publicum tandem emittere constitui, omnino sperans, bonis & cordatis uiris, me si non re, conatu saltem satisfacturum. Quod si hi, qui forte hæc legent, secum cogitabunt, quo tempore, quaque ætate hæc à me Scholia primum corrasa sint, atque in usum tyronum iuris annotata, nempe cum a primorib. Academiæ Friburgensis mox post acceptum Iurisconsulti titulum, annum cum primis agens XXI. Institutionibus ex professo interpretandis præficiebar: ueniam

facile a quibusuis, quantumlibet curiosi rerum alienarum æstimatoribus, uel ipsa ætas impetrabit, etiamsi in illis enarrandis alicubi lapsus, aut errores commissi appareant præsertim, ut illæ dixit.

Quando opere in magno fas est obrepere somnum.

Mouit autem me tum, diue Cæsar, cum Institutiones publice interpretabar, (lubet enim T. M. obiter consilij mei rationem reddere, et quonam modo in tua Friburgensi Academia interpretandarum Institutionum muneri præfuerim, cursim præstringere) ad hæc Scholia in unum uelut fascem consarcinanda, potissimum, q. uidebam teneros Iurisprudentiæ alumnos ex operosis illis, confusisq;, & sine iudicio fere consarcinatis, Angeli, atq; aliorum Interpretum centonibus, nullum, uel certe modicum, percipere fructum posse. In his enim permulta, quæ cum primis ad rem pertinebant, prætermissa esse constat, multa rursus aliena, & superuacanea assuta: sed & non raro absurda pro ueris, & paradoxa pro receptis, & uana ac inania pro momentosis intrusa eße: ut interim de styllo obticeamus, quando is omnium ubiq; est similis. Fabrum hic licet excipere, quem sane nemo doctus, qui modo in ipsius commentarijs legendis diligenter uersatus est, iuste aspernari poterit. Quare ea, quæ tum profitendo ad calamum dictabam, sic moderari conabar, ut intra institutionum septa & cancellos me continens præcisis prorsus & amputatis Doctorum superfluis quæstionib. procellosisq; opinionum fluctib. prætermissis, ipsius tantum contextus nudæ ac simplici interpretationi inhærerem, neq; alienis congerendo materijs longius euagarer, rationem quidē ac modum in interpretando amplexus non diffusum, neq; perturbatum, neque obscurum, sed concisum, facilem, ac expeditum. Primum enim id operam dabam, ut cum nomen aliquod iuris ciuilis uel principaliter in controuersiam uenire, uel obiter in re tractanda incidere animaduerterem, neq; illud satis apertam habebat significationem, breui, plana commodaq; id definitione, seu potius descriptione explicarem. Deinde, quare in definiendo quodque uerbum adposuißem, sigillatim atq; ordine exponere. Quod si quando non uerba, sed res ipsæ (ut sæpe fit) obscuritatem aliquam continere uiderentur, eas thematis quibusdam pro tempore cōfictis, quanta poteram solertia diligentiaq; enodarem. Cæterum ubi per iuris regulas eundum eßet, priusquam ad ea descenderem, quæ peculiaria eius contentionis erant, protheorijs, siue (ut nostri uocant) euidentialib. quibusdam uelut in modum præuiæ cuiusdā inspectionis propositis, discentis animum præparare, atq; instructiorem reddere conarer: ne cum illuc deuenirem, aut uelut in tenebris oberrans ad multa impingerem, aut rerum ordinem, si tum demum docendum eßet, soluere, atq; importune scindere oporteret. Hancq; ueram existimabam docendi uiam ac rationem eße ijs, qui primam & infirmam ætatem iuris ciuilis sapientia instituerent quam etiam Theophilum, non indiligentem, neq; contemnendum Græcum Institutionum Interpretem, diligenter olim obseruasse, ex ipsius paraphrastica, quæ etiamnum extat commentatione, deprendere licet. Ab hac tamen pura tradendi simplicitate, ac uero docendi modo, quam longe discedant, qui nostro tempore uulgo Institutiones profitentur, notius est, quam ut hic sit multis ostendendum. Hi enim in primo huius functionis quasi limine, teneros adolescentium animos torquent, difficultatib. ac opinionum uariationibus non neceßarijs, multaq; quæstionum inuolucra non suo tempore, nec suo loco importune inculcant; non perinde spectantes ad discipulorum captum atq; utilitatem, quā ad uanam propriæ eruditionis ostentationem; hacq; ratione triplici illos afficiunt incōmodo.

Primum

Primum enim ingenia generosiora difficultate materiarum tam numerosarum atq; perplexarum frequenter ab hac tam necessaria iuris disciplina, sine qua nulla certe respub. nulla prorsus communio consistere potest, miserè deterrent. Deinde efficiunt; ut eo tempore ingenia adolescentium, quo (ut inquit Fabius) illa præcipue alenda, atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atterantur: frustraque ætatem conterant ut optimam, ita fugacissimam, cum interim licuisset alia quædam magis utilia cognitu perdiscere. Deniq; & illud consectarium esse, rerum experientia iampridem compertum est, ut cum ad magis seria intricatioraq; hi deinde legum argumenta ueniunt, inepti ue rius, quàm instructi uideantur, mutiq; existant in serijs reb. in argutijs loquacissimi. Quare in spem uenio aliquam, ex supradictis causis hæc mea Scholia tyronib. in hac ciuili disciplina uersantib. non iniucunda, neq; omnino ingrata aut inutilia fore; ut quæ hasce Institutiones, tanquam prima Iurisprudentiæ cunabula, prætermissis altercationib. opinionumq; fluctuationib. & argutiarum pugnis prorsus amputatis, simpliciter ac crassiore Minerua ennarent, neq; extraneis atq; impertinentib. materijs tortuosisq; quæstionum mæandris & flexionib. Iuris alumnum mox ab initio misere grauent ac distorqueant. Illud quoq; in his diligenter a me obseruatum est, ut si quæ ex alijs, qui ante me scripserunt, eisdem intexuissem, a quib. id acceperim, uel in enarrationis contextu, uel certe ad marginem candidè atq; ingenue profiterer, neq; mihi impudenter aliorum inuenta adscriberem, arrogaremue id, quod alij iam antea literis consecrassent. Est .n. ingenui plane hominis, palam profiteri, per quos profeceris, quorumq; opera & industria in tuis scriptis adiutum te senseris. Hunc enim candorem non Plinius modo, sed etiam iudicij etiam humani ratio, ciuilisq; sensus naturali quadam æquitate ac prolepsi, nulli non insinuat. Atq; utinam illud diligentius aliquãto nouitij quidam scriptores in animum reuocent, etiam hi, qui de bonæ fidei, strictiq; Iuris iudicijs (si dijs placet) nouos edunt tractatus, omniaq; frustillatim fere ab alijs, qui ante ipsos de eadem rescripserunt, misere emendicant, atq; aliena pro suis plagiatiorum in morem sibi usurpant, neq; satis esse putant, suppresso eorundem nomine integris quandoq; paginis summa imprudentia suos infarcire commentarios, nisi interim sine omni iudicio eos etiam ipsos acerbe notent, ex quorum scriptis potiorem partem desumpserunt. Quàm uerò hoc eos deceat, qui Iustitiæ sacerdotes legumq; magistros sese uenditant: Tuum cum primis, Illustris. Princeps, necnon cuiusq; boni & cordati uiri iudicium esto. Sed de hoc aliàs. Iam uero ad scholia mea redeundo, tametsi hoc quicquid est operis, non eo sanè consilio primũ exorsus sum, ut quandoq; vulgaretur, sed tantum in utilitatem eorum corraseram qui tum sũma auiditate prælectiones meas frequentabant. Ex causis tamen supradictis, & quia plane sperem, in communem studiosorum usum (quib. omnes industriæ meæ fructus iampridem consecraui) id cessurum esse partum hunc meum, quamlibet præmaturum, horridum, ac informem in lucem prodire, atq; publicum accipere iussi, audentius forsitan ac præcociter, neq; etiam sine periculo, sed hoc minore tolerabilioreq; futuro, si Illustris. T. M. uelut præcipuum ac tutelare quodam numen huius defendendi curam suscipere, uel quod eidem M. T. offero, æquo animo ferre, perspecta pridem alijs benignitate, sustineat. Existimabunt. n. homines, non prorsus nihil esse, quod tanto Principi inscriptum dicatumq; in publicum exeat, sicq; speciem aliquam & effigiem eruditorum fortasse scholiorum præ se feret. Qua in re T. M. non mihi tantum aduersus æmulos sui nominis splendore benignissime commoda-

bit; uerumetiam non tanto Rege dignissimam faciet; cum nulla plane re maius uirtutis speciem edi possit a Principib. uiris, eo, quo literis patrocinantur, bona studia prouehunt, eorundemq; cultores gratia, fauore, & liberalitate prosequuntur. Qua. n. alia ratione melius conseruari præclara studia in Reb. publ. possunt, quàm si eorum sectatores Mecenates habeãt, quorum suffragatione & patrocinio operam suam, honestosq; conatus tueantur? nimirum q ea res animos cum discentis, tum docentis coacuit, & maiores ad studia uegetioresq; reddit, dum intelligant, suos conatus, labores, & uigilias Principi uiro, in cuius fide sunt curæ esse neq; ullum aduersantis fortunæ casum sibi temere esse pertimescendum. Contra uero in comperto est, neq; inficiari quisquam sani iudicij potest, ibi pessumiri omnia studia, ubi nullus patronus, nullus horum eminens assertor sese professorib. in suam fidem, tutelamq; recipiendis exhibet: neq; suus est uirtuti & doctrinæ honos, ac splendor. Cum ergo, clementiss. Princeps, Imperatorijs illis uirtutib. quib. exornatissimum pectus habes (iustitia, puta, liberalitate animi, in aduersis reb. magnitudine, moderatione temperantiaq;, in secundis uigilantia, labore, clementia, deniq; placabilitate, abstinentiaq; uoluptatum omnium:) hoc etiam splendoris accesserit, ut honestissimarum artium atq; disciplinarum, quarum te quoque callentem esse, palam est, patronus & sis & habere singularis, neq; ullum eos, qui doctrinæ studijs sese dediderunt, aut iuuandi aut ordinandi locum, occasionemq; prætermittas, eo audacius ad hanc meam incomptam plane feturam nec Cæsarei nominis amplitudine satis dignam T. M. nuncuparim consecrandam, animum adplicui. En igitur, Augustissime Cæsar, eam T. M. tanquam certum ac perpetuum propensissimi erga illam animi mei testimonium ac pignus, quàm possum maxima cum obseruantia ac ueneratione offero, in clientelamq; trado, omnino sperans, uel confidens potius futurum, ut qua lenitate ac mansuetudine tenuiorum supplices libellos cotidie admittere sustinet, hanc quoq; nostram prolem, non modo non sit explosura, sed etiam exporrecta & hilari fronte susceptura. Id si impetrauero; sempiterno cum primis a T. M. deuinctus beneficio, uberrimum uigiliarum mearum fructum me consecutum existimabo: neq; ullos formidabo uituperonum, zoilorumq; morsus, si qui forsitan (ut inuidiæ liberalis admodum est hæc ætas, multo magis, quàm uel candoris, uel humanitatis) consilium hoc meum huius euulgandi operis criminari pergent, & forte nomine atq; auctoritate M. T. si meam hanc operam albo dignata calculo fuerit, a detrahendi proposito deterrebuntur, qui uere iudicare aut propter imperitiam non possunt, aut propter liuorem & maleuolentiam impediuntur. Sed & hac tua æquanimitate, optime Princeps, ad maiora conanda & molienda me incendes atq; inflammabis, quæ illustriss. nominis tui præsidio suffulta, deinde in lucem exibunt alacriora. D. O. M. M. T. saluam atque incolumem, cum tota Christiana Republ. ad gloriam sui nominis conseruet, semperque aduersus immanes hostes uictorem esse uelit. Spiræ Nemetum, Kalend. Decemb. Anno Christiano. M. D. LIIII.

AVCTORES, QVOS D. N. MYNSING. DISPERSE IN hiſce Commentarijs citauit: Per Ioannem Cellarium, aliàs Slungrauium, hunc in modum ſub vno aſpectu collecti ſunt.

A



Bbas Panormitanus.
Accurſius Florentinus.
Aelius Donatus Grammaticus.
Aelius Lampridius.
Aelius Seruius Athanensis.
Aelius Spartianus.
Aemilius Ferretus.
Aeſchines Athenienſis Rhetor.
Agrœcius Grammaticus.
Albericus de Roſate.
Albertus Brunus.
Alexander ab Alexandro Neapolitanus Iuſperitus.
Alexander Imolenſis, lucerna Iuris ciuilis.
D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.
Ambroſius de Vignate.
Andræas Alciatus.
Andræas Barbatius Siculus.
Angelus Clauaſins.
Angenus Peruſinus.
Angelus Politianus.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Butrienſis.
Antonius Corſetus.
Antonius Fumæus.
Antonius Roſellanus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles Stagiritas.
Aſcanius Pædianus.
Aulus Gellius.
Aulus Perſius.
D. Aurelius Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus.
Authentica.
Azo Bononienſis.

B

Baldus Peruſinus.
Bartholomeus de Chaſſaneo.
Bartholomæus Salicetus.
Bartolus e Saxo ferrato.
Benedictus de Plombino.
Bernardinus Rutilius.
Betuſius, alioqui Petrus de Bezutio.
BIBLIA Sacra.

C

Caius Cæſar.
Caij Inſtitutiones.
Caius Plinius Secundus.
Cælius Calcagninus.
Candaules.
Catellianus Cotta.
Chriſtophorus Portius.
Chyſippus.
Claudius Canciuncula.
Claudius Galenus.
Clementinæ.
Codex D. Iuſtiniani.
Columella.
Cornelius Tacitus.
Cynus Piſtorienſis.

D

Decreta Comitiorum Sacri Romani Imperij.
Decretum Gratiani.
Decretales Gregorij.
Demoſthenes Orator Græcus.
Digeſta.
Nomina verò prudentium, ex quorum libris Digeſtorum opus compoſitum eſt, quę D. N. Mynſing. frequenter allegat, in hoc Elencho nō recenſentur, quandoquidē ea in peculiari Catalogo, ſunt plerunq; Digeſtis præfixa. Pari modo de cęteris vtriuſque iuris operum authorib. benignus lector meminerit.
Diodorus Siculus.
Diomedes Grammaticus.
Dion Caſſius, cognomento Coccius.
Dionyſius Alicarnaſſeus.
Dynus Mugellanus.

E

Eguinareus Bar.
Euerardus a Middelburgo.
Euſebij hiſtoria Eccleſiaſtica.
Eutropius Presbiter.
Extrauagantes.

F

Felinus Sandæus.
Feudorum libri.
Flaccus Verrius.
Flauius Vegetus Renatus.
Flauus Vopiſcus.
Franciſcus Aretinus Iuriſconſ.
Franciſcus Curtius Papienſis.
Franciſcus Duaren.
Franciſcus Maturantius.
Franciſcus Porcellinus.
Franciſcus de Ripa.

G

Guilhelmus Budæus.
Guilhelmus Durandus, vel Durantius (vt quidam ſcribunt) Epiſcopus Miniacenſis, ſcripſit egregium opus quod vocauit Speculum iuris diſtinctum li. 3. Repertorium iuris lib. 1.
Guilhelmus Montanus Laudenſis.
Guido Papienſis.

H

Hector Boetius.
Henricus Cardinalis Hoſtienſis.
Hærodotus.
d. Hieronymi.
Hippolytus de Marſilijs.
Homerus.
Hugolinus de la Fontana.

I

Iacobus Cuiacius.
Iacobus Spieg.
Iaſon Maynus Mediolanenſis.
Innocentius Papa quartus.
Ioannes Ananias, qui & Archidiaconus Bononienſis.
Ioannes Andreæ.
Ioannes Apellus.
Ioannes Baptiſta Caccialupus Sanctoſeuerinas.
Ioannes Baptiſta Egnatius.
Ioannes Berberius.
Ioannes Bertachinus a Firmo.
Ioannes Campezius.
Ioannes Cor.
Ioannes Faber Viennenſis Epiſcopus.
Ioannes Ferrarius Montanus.
Ioannes Gregorius Brandicius.

Ioannes de Imola.
Ioannes Maria Cataneus.
Ioannes Old.
Ioannes Petrus de Ferrarijs.
Ioannes a Platea.
Ioannes Rauisius Textor.
Iulius Capitolinus.
Iuuenalis.

L

Lancilotus Politus.
Laurentius Valla.
Laurus a Palatijs.
Lazarus Bayfius.
Leges duodecim tabularum.
Lucianus.
Lucius fenestella.
Lucius Florus.
Ludouicus Cælius Rhodiginus.
Ludouicus Gomesius.
Ludouicus Pontanus.

M

Macrobius Aurelius Theodosius.
Marcus Accius Plautus.
Marcus Aurelius Cassiodorus.
Marcus Fabius Quintilianus.
Marcus Tatius Alpinus.
Marcus Terentius Varro.
Marcus Tullius Cicero.
Marius Salomonius.
Martinus Laudensis.
Matthæus Grib.
Mimus Publianus.

N

Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Boemus.
Nicolaus de Neapoli.

Nonius Marcellus Tiburticensis.
Numa Pompilius.

O

Odofredus Beneuentanus.
Obseruationes Cameræ Imp.

P

Paulus de Castro, vulgò Castrensis.
Peroti Cornucopiæ.
Petrus de Ancarano.
Petrus de Bela Pertica.
Petrus Loriotus.
Petrus Marsus.
Phauorinus Arelatensis.
Philippus Beroaldus.
Philippus Decius Mediolanensis.
Philippus Franciscus Perusinus.
Philippus Mel.
Phocylides Milesius.
Placentinus, natione Italus.
Plato philosophus Atheniensis.
Plinius iunior.
Plutarchus Cheroneus ex Boetia.
Pomponius Lætus.
Procopius Cesariẽsis ex Palestina
Publius Ouidius Naso.
Publius Terentius Afer.
Publius Vergilius Maro.

Q

Quintus Horatius Flaccus.

R

Raphael Cumanus.
Raphael Fulgosius, natione Placẽtinus allegatur aliquando simpliciter Fulgosius.
Rodolphus Agricola.
Roffredus.

S

Sabinus Floridus.
Sebastianus Derrerus.
Seruius Maurus Honoratus.
Sextus Cæcilius.
Sextus Decretalium Bonifacij.
Sextus Pompeius Festus.
Solon Legislator Atheniensis.
Sozinus.
Statius Papinius.
Stephanus de Phedericis.
Strabo Amasæus philosophus.
Suetonius Tranquillus.
Sulpitius.

T

Theodosii Codex.
Theophilus Antecessor.
Tiraquellus.
Titus Liuius.
Titus Lucretius.

V

Valerius Maximus.
Vdalricus Zas.
Viglius Zuichemus.

VV

VVolffangus Hung.

X

Xenophon.

TITV-

TITVLORVM INSTITVTIONVM IMPERIALIVM
Alphabeticus Index.

A

Acquisitione per arrogationem 372
Actionibus 501
Ademptione legatorum 292
Adoptionibus 47
Assignatione libertorum 362
Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. 77
Autoritate tutorum 81

B

Bonorum possessionibus 364

C

Capitis deminutione 73
Codicillis 315
Curatoribus 86

D

Diuisione stipulationum 400
Donationibus 166
Duobus reis stipulandi & promittendi 596

E

Emptione & venditione. 428
Eo cui libertatis causa bona addicuntur. 374
Exceptionibus 657
Excusationibus tutorum vel curatorum 93
Exhæredatione liberorumm. 202

F

Fideicommissarijs hæreditatibus. 399
Fideiussoribus 418
Fiduciaria tutela 76

G

Gradibus cognationum 350

H

Hæredibus instituendis 212
Hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur 320
Heredum qualitate & differentia 243
His per quos agere possumus. 646
His qui sui vel alieni iuris sunt 35

I

Ingenuis 26
Iniurijs 469
Inofficioso testamento 243
Interdictis 670
Inutilibus stipulationibus 402
Iure naturali, gentium & ciuili 112
Iure personarum 23
Iustitia & iure 8

L

Legatis 257
Lege Aquila 480
Lege Falcidia 294
Lege Fusia Caninia tolenda 34
Legitima agnatorum successione 333
Legitima agnatorum tutela 71
Legitima parentum tutela 75
Legitima patronorum tutela 75
Libertinis 28
Literarum obligationibus 424
Locatione & conductione 436

M

Mandato 448
Militari testamento 192

N

Noxalibus actionibus 639
Nuptijs 39

O

Obligationibus 379
Obligationib. ex consensu 427
Obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur 454
Obligationibus quæ ex delicto nascuntur 468
Obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur 497
Officio iudicis 688

P

Patria potestate 37
Pœna temere litigantium 683
Perpetuis & temporalibus actionibus & quæ ad hæreds & in heredes transeunt 653
Per quas personas nobis aquiritur 176
Per quas personas nobis obligatio acquiritur 640
Publicis iudicijs 693
Pupillari substitutione 229

Q

Quibus alienare licet vel nō 171
Quibus ex causis manumittere nō licet 30
Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur 54
Quibus modis re contrahatur obligatio 382
Quibus modis testamenta infirmentur 238
Quibus modis tollitur obligatio. 459
Quibus modis tutela finitur 85
Quibus non est permissum facere testamentum 197
Qui testam. tutores dari possunt. 67
Quod cum eo, qui in aliena pote state est, negotium gestum esse dicitur 630

R

Rebus corporalibus & incorporalibus 141
Replicationibus 668
Rerum diuisione & acquirendo ipsarum dominio. 110

S

Satisdatione tutorum & curatorum 90
Satisdationibus
Senatusconsulto Orphitiano 345
Senatusconsulto Tertyliano 340
Seruili cognatione 355
Seruitutibus rusticorum prædiorum 142
Singulis rebus per fideicommissum relictis 312
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur 643
Societate 445
Stipulatione seruorum 398
Successione cognatorum 347
Successione libertorum 357
Successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum uenditiones, & ex senatuscōsulto Claudiano 378
Suspectis tutoribus uel curatoribus 99

T

Testamentis ordinandis 182
Tutelis. 63

V

Verborum obligationibus 390
Vi bonorum raptorum 479
Vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus 156
Vsu & habitatione 153
Vsufructu 148
Vulgari substitutione 223

LOCO-

LOCORVM CODICIS ET PANDECTARVM INTER *explicandum discussorum Elenchus.*

l. 2. §. postea ne diutius.ff. de origine iuris. 22.5
l.qui in vtero.ff.de stat.hom. 65.2
l.1.ff.de cur.furios. 88.7
l.is cui lege.de testam. 236
l.mutum §.1.de acquir.hęr. ibid.
l. sequitur.§.quod autem.ff.de vsuc. 162.3
l.interdum.de condict.indeb. 175.6
l.non omnis §.si pupillus.ff.si cer.pe. ibid.
l.chartę.ff.de bon.poss.secundum tab. 190.2
l.in fraudem.§.testamentum.ff.de mil.test.196 3
§.1.in Nouell.vt liceat mat.& auię,&c. 197.7
l.maximum vitium.§.sancimus.C.de li. prępteritis. 204.8
l.quod vulgo,de bon.pos.con.tab.ibi. 11.12
l.non putauit.§.a primo.de bon.pos.cont.tab. ibid.12
l.cum quęstio.C.de leg. 220.3
l.si paterf.ff.de hęr.inst. 228.7
l.miles ita. §. exhęredato. ff. de milit. testam. 234.3
l.Titia.§.Seia libertis.de l.2. 319.3
l.precia.C.de impub.& alijs subst. 237.6
l.1.ff.de leg.1. 261.6
l.re coniuncti.ff.de leg.3. 268.24
l.si domus.ff.de leg.1. 281.10
l.& siue.C.ad Trebell. 307.4
l.fin.§.4.ff.de grad. 353.6
l.decreta.ff.de re iudic. 392.4
l.quod dicitur.de verb.obl. 404.3.5
l.liber homo.§.decem.ff.de verb.obl. 417.3
l.Gręce.§.illud.ff.de fideiussorib. 422.8
l.decreta.ff.de re iud. 424.3
l.itē quęritur.§.qui impleto.ff.locati. 443.5
l.interdum.de pub.iudic. 487.3
l.sed non.ff.de iniur. 493.2
l.si priusquam.ff.de no.op. 513.51
l.1.ff.commodati. 513.5
l.1.§.merito.ff.de publican. 319.41
l.si ab eo.de pign.& hypot. ibid.42
l.2.C.de reb.cred.& iur. 544.29
l.generaliter.de except. 551.4
l.si constiterit.C.fin.reg. 574.57
l.qui restituere.ff.de rei vendic. 608.25
l.absens.§.si.ff.de iud. 614
l.si pecuniam,& ibi Bart.ff.si cert.pet. 617.4
l. non potest.ff.de iudic. 620.16
l.illicitas.§.veritas.de offic.presi. 690



TABV-

TABVLA COMPREHENDENS OMNES PARAGRAPHOS Institutionum Imperialium, secundum ordinem Alphabeti.

A

A B hostibus quoque. 77
Actiones autem de peculio. 539
Actionum autem quædam bonæ fidei 587
Ad certum tempus 69
Ad legitimam successionem 340
Adeo autem aliquam 439
Adhuc autem & alios 366
Admonendi autem 61
Admonendi tamen sumus 230
Adoptio autem 47
Adoptiui liberi quandiu 209
Aequè si agat quis 508
Aeque si debitor 661
Affinitatis quoque 43
Agnationis quoque gradus 355
Aliqua deinde lex 701
Alia sanè causa est 140
Aliam verò bonorum 369
Aliæ autem donationes 167
Alio autem modo 240
Alienus quoq; seruus 215
Alienus seruus etiam 214
Aliquando autem etiam 474
Aliquando atem venit 46
Aliquando etiam furtiua 161
Alteri stipulari 412
An seruo hæredis 289
Ante hæredis institutionem 290
Apium quoque fera 118
Appellamus autem in rem 556
Appellantur autem exceptiones 663
Apud Catonem 53
At aduersus inficientes 683
At ex contrario 174
At hi qui emancipati 328
At si ita stipuleris 363
Atrox iniuria æstimatur. 492

C

Cæcus autem non potest 201
Cæteri quoq; testatoris 251
Cæterum dubium non est 635
Cæterum inter masculo 335
Cæterum placuit, ita demum 486
Cæterum sciendum est, ædilitio 644
Capite tercio de omni 485
Certe illud constat 130
Codicillis autem hæreditas 317
Codicillis autem etiam 318
Communem seruum pro dominica parte. 458
Compensationes quoq; 626
Conceptum furtum dicitur 468
Conditiones, quæ ad præsens 395
Conductor autem omnia 445
Consequens est, vt 103
Constat autem 16
Constituitur autem vsusfr. 150
Contra autem creditor 173
Creditor quoq; qui pignus 388
Cum autem emptio & 431
Cum autem impubes 48
Cum autem in conpluribus 65
Cum autem ingenus 27
Cum autem æqui 55
Cum autem quæritur, an 326
Cum autem quæritur, quantum 636
Cum autem ratio legis 298
Cum eo quoque qui 628
Cum ergo certus 33
Cum ex aliena 124
Cum filius filiaue 325
Cum igitur plures 371
Cum in suo solo 128
Cum quis sub aliqua 416
Cumq; antea fuerat 368
Cumq; hoc 5

D

Datur autem hæc 363
Detus autem tutor 100
De constituta autem 536
De his autem seruis 180
De illa sane conuentione 445
De ordine & uetere 982
Diutina possessio 163
Dominus noxali iuditio 640
Duorum autem fratrum 24

E

Ea quoq; res quæ 265
Eadem hæc obseruantur 320
Eadem interueniunt, & 693
Eadem lege 32
Eadem ratione expressit 243
Eas vero exceptiones, quæ 667
Edicto D. Marci cauetur 165
Eius qui apud hostes 202
Eius vero mulieris 41
Ei vero qui iuri 405
Eos etiam qui per 348
Emancipati autem liberi 327
Emancipatos liberos 209
Emptio tam sub conditione 433
Erat olim & alius 179
Ergo non omnes 40
Ergo si quidem 305
Error autem falsa 163
Est autem tutela 63
Est & aliud genus 169
Est & inter publica 704
Est tamen casus 213
Et cum quæsitum esset 296
Et libertas 24
Et non ineleganter 21
Et plures in vnius 225
Et qui potestatem 94
Et quia prima 310
Et quidem naturali 310
Et quidem neque 62
Et si hæreditas petita 691
Et si in rem actum 690
Et tam filium 52
Et vnum hominem 216
Et si ex disparibus 226
Et si pluribus vnciæ 220
Ex conditionali stipulatione 394
Ex diuersis, si quis 129
Ex duobus reis promittende 399
Ex eo autem solo 242
Ex his itaq, apparet 181
Ex huiusmodi obligationibus 397
Ex maleficys verò 566
Ex quibusdam iudicijs 197
Ex quibusdam tamen causis 459
Exceptiones autem quibus 669
Extraneo verò, vel 236
Extraneis autem hæredibus 253

F

Feræ igitur bestiæ 117
Fideiussor & præcedere 420
Fideiussor non tantum ibid.
Fideiussores ita obligati 423
Filiusfam. si militauerit 57
Finitur autem vsusfr. 151
Flumina autem omnia 111
Fœminæ quoque 52
Fratris vero 41
Fuerat antea & rei 490
Furiosus nullum negotium 405

Furiosus

Furiosus vel minor 69
Furiosi quoque 88
Furtiuæ quoque res 100
Furtum autem fit non 472
Furtum est contrectatio 465
Furti actio, siue dupli 479
Furti autem actio ei 473
Furtorum autem duo sunt 470

G

Galinarum autem 120
Græcè etiam fideiussor 424

H

Hactenus ostendisse sufficiat 354
Hactenus transitisper 182
Hæc actio dissimulatione 496
Hæc autem omnia pro 686
Hec constitutio libertatum 377
Hæc exempli causa 663
Hæreditas plerũq; diuiditur 217
Hæres & purè 220
Hæres quoq; legatorum 458
Hi qui in parentum 473
His autem verbis legis 485
His igitur 10
Hoc amplius, eæ obligationes 463
Hoc amplius, interdum 140
Hoc etiam addendum 337
Hoc loco & illud 349
Hoc quoque à nobis 170
Hoc rescripto subuentum 476
Hodie autem non ita 665
Huic autem qui loco. Vers. 18
Huic proxima est 287
Huius autem studij 11

I

Idem & in milite 98
Idem iuris est, si quis 660
Idem iuris est, si rem 403
Idem placet & de eo 181
Idemq; iuris 31
Igitur cum quis negotia 155
Igitur in pupillari 233
Igitur liberi vestri 177
Igitur post 7
Igitur quartum debet 140
Ii quos nunquam 223
Iidem rescripserunt 101
Illis autem temporibus 194
Illud autem scire 62
Illud certum est 45
Illud expeditum est 446
Illud in summa admonendi 639
Illud non ex verbis 486
Illud proprie seruatur 637
Illud proprium 53
Illud quæsitum est 118
Illud quoq; mandatum non 451
Imperij quoq; mularum 485
Impossibilis conditio 221
Impuberes autem 81
Impuberes non possunt 104
In bonæ fidei iudicijs 601
In duplum agimus 578
In extrane's hæredibus 252
In fraudem creditorum 32
In hac re olim 392
In his autem casibus 500
In omnibus autem obligationibus 419
In pecundum fructu 135
In personam quoq; actiones 536
In petenda autem bonoru m 372
In pluribus autem 52
In potestate itaq; 36
In primis hoc rescriptum 376
In primis igitur sciendum 301
In seruorum 26
In stipulationibus fidei iussorum 424
In summa sciendum est de omni 494
In summa sciendum est mandatũ 454
In summa sciendum quæsitum 478
Incertis autem personis 284
Incertis verò personis 283
Inimicitiæ quas quis 97
Iniuria autem committitur 491
Iniuria autem occidere 484
Insula quæ in mari 123
Inter eas quoque 41
Inter rusticorum prædiorum 146
Inter venditorem quoque 164
Interdum autem & 89
Interdum autem licet 325
Interdum etiam liberorum 474
Interdum etiam sine 139
Interdum quoque furti 474
Intestatorum autem hæreditatis 321
Introduxit & aliam 634
Is qui exequitur mandatum 451
Is quoque qui non 385
Is uero ad quem 135
Ita autem stipulatio 410
Ita demum tamen 323
Item actio de eo quod metus 584
Item actoris quoque 585
Item amitam 42
Item D. Marcus. 94
Item ea quæ ex animalibus 121
Item ea quæ ex hostibus 121
Item exercitor nauis 499
Item extraneus hæres 256
Item finitur tutela 85
Item inutilis est stipul. 406
Item is cui quis per 158
Item is cui res 386
Item is, ex cuius cænaculo 498
Item is qui ædium 155
Item is qui statu 97
Item lapilli & 121
Item lex Cornelia de falsis 702
Item lex Cornelia de Sicarijs 700
Item lex Iulia de aduter. 598
Item lex Iulia de ui publica 703
Item lex Iulia peculatus 704
Item maior septuag. 98
Item nemo rem suam 414
Item per acceptilationem 463
Item per liberos homines 460
Item precium in numerato 431
Item prodigus cui 200
Item propter aduersam 95
Item propter litem 94
Item quæritur si cum 441
Item qui reipub. 94
Item Rome Grammatici 99
Item Seruiana, & quasi 531
Item si dedote 625
Item si fulo 476
Item si in iudicio 662
Item si inter aliquos 457
Item si propter inimicitias 96
Item si putator ex 484
Item si quis in fraudem 525
Item si quis postulante 541
Item si quis ita stipulatus 410
Item si quis merces 139
Item surdus & mutus 201
Item tria onera 95
Item verborum obligatio 409
Item vetustas ex 332
Item vobis acquiritur 379
Iurisprudentia 10
Ius autem ciuile 13
Ius autem gentium 15
Ius autem potestatis 39
Iuris precepta 10

L

Legari autem illis 283
Legatum itaq; est 258
Legatarijs autem & 190
Lex est quod 17
Liberis autem suis 235
Libertas quoque incerte 284
Libertas quoq; seruo 313
Libertinorum autem 29

Liberum

Liberum autem est 487
Licet autem domino 31
Licet autem & in 51
Licet autem vulgo 345
Literæ quoque licet 132
Littorum quoque vsus 113
Loca etiam inferi 394
Loca sacra vel religiosa 435
Longè magis legato 281

M

Mandantis tantum gratia 449
Mandatum & in diem 453
Mandatum non suscipere ibid.
Manet autem societas 446
Mariti tamen 44
Masculo igitur vsque 236
Mater vel auus mat. 211
Maxima capitis 74
Minorem natu 50
Minus ergo iuris 329
Mortuo autem filio 374
Mortuo conductore intra 443
Multis aliis casib. 361
Multis autem modis 28
Mutum neque stipulari 407

N

Namq; si cui ex iusta 516
Neq; autem præfectus 92
Neque tamen hæreditatem 83
Nihil autem interest testamentū. 190
Nihil autem interest, vtrum 308
Nominatim autem quis 205
Non autem omnes 655
Non esse autem 96
Non solum autem hæredib. 234
Non solum autem is iniuriarum. 396
Non solum autem testatoris 261
Non solum res in 395
Non tamen per omnia 241
Non tantum autem test. 317
Nos autem per 80
Nostra autem constituto 259
Nouissimè autem sciendum 207
Nouissimè sciendum est etiam. 346
Nouissimè sciendum est, rem 163
Nullius autem sunt 114
Nunc admonendi 174

O

Omnis autem noxalis 641
Omnis stipulatio aut. 392
Omnes autem actiones vel 573
Omnium autem actionum institutionum 687
Omnium autem actionum, quibus 514
Omnium autem obligationū 381
Optionis legatum 282
Ostendimus, qui possint 103

P

Pater, nec non is 188
Patitur autem quis iniuriam 491
Pauonum quoque 119
Peculium autem nisi 278
Per traditionem quoque 138
Permissum est itaque 65
Placebat autem in 333
Placuit tamen eos qui 471
Planè de testamentis 194
Planè solutio etiam 405
Plebiscitum 17
Plus autem, quatuor modis. Vers. 615
Pœna autem iniuriarum 491
Pœna manifesti furti 472
Pœnæ quoque nomine 291
Pœnæ seruus 56
Pœnales quoque actiones 545
Possidere autem videtur 680
Possunt autem omnes 186
Post mortem quoque 290
Post mortem suam dari 409
Postea verò lege 359
Posteriore quoq; testamento 239
Posthumus autem alienus 286
Posthumi quoque liberi 206
Posthumo quoq; alieno 284
Posthumorum autem loco 207
Potest autem non solum 313
Prædiorum urbanorum seruitutes 145
Præferuntur autem matri 342
Præiudiciales actiones 550
Præterea debitor si pactus 660
Præterea emancipatione 60
Preterea etiam ex persona 666
Præterea intestatus 309
Præterea introducta est 635
Præterea inutilis stipulatio 406
Præterea & is apud 387
Præterea nouatione tollitur 465
Præterea quasdam actiones 604
Præterea quæ ad 86
Præterea quod per alluuionem. 121
Præterea si medicus 483
Præterea sicut vulgò 437
Præterea testamētum facere 200
Prætorum quoque 19
Præcium autem constitui 434
Primo gradu est 351
Procurator neque certis 947
Proximus autem siquidem 338
Publica autem iudicia 697
Publicorum iudiciorum quædam. 996

Q

Qua de causa postea 385
Qua ratione autem 132
Qua ratione excitati 231
Quadrupli autem agitur 580
Quæ autem in Prætoris 368
Quæ de fullone & 477
Quæ diximus de seruo 637
Quædam actiones mistam 576
Quam formam non solum 653
Quantitas autem patrimonij 290
Quarto gradu suprà 353
Qui autem ex fideicommissi 341
Qui autem excusare 100
Qui autem vult 99
Qui hoc anno, aut 417
Qui pro vsu aut 442
Qui tutelam alicuius 101
Quia tamen ita competit 479
Quibus autem dignitas 74
Quib. connumerari 322
Quinimò & mutus 195
Quintò gradu suprà 353
Quod autem ad eas res 161
Quod autem dictum 74
Quod autem lex 72
Quòd si frumentum 127
Quòd si naturali 124
Quòd si partim ex 126
Quòd si quis sibi 405
Quod turpi ex causa 416
Quorum vis ac potestas 676
Quorum vtramque 4
Quos autem solus 365
Quoties plures res 411

R

Rectè quoq; mandatum 452
Recuperandæ possessionis 679
Rei persequendæ causa 556
Religiosum locum 115
Repetitis itaq; omnib. 356
Res fisci nostri 162
Responsa prudentum 22
Restituta autem hæreditate 302
Retinendæ possessionis causa 674
Riparum quoq; vsus 112
Rursus ex diuerso 519

S

Sacre res sunt 114
Sanctæ quoque res 116
Sanè in hac actione 479
Sciendum autem est, huiusmodi 346
Sciendum autem est,non 91
Sciendum est tamen 169
Sciendum tamen est,quòd 197
Secundo gradu supra 352
Sed agnationis 73
Sed aliquando,etiamsi 159
Sed cum aliquis ex 187
Sed cum antea 343
Sed cum factum in 399
Sed cum multas diuisiones 178
Sed cum paulatim 185
Sed ea omnia 331
Sed eas quidem prætoria 367
Sed & capitis 86
Sed & illud 52
Sed & lex Cornelia 491
Sed & maior 36
Sed & propter 95
Sed & quod 18
Sed & si pater 61
Sed & si quis ante 156
Sed & si quis ex 270
Sed & tale legatum 280
Sed & vnum testamentum 151
Sed etsi credat aliquis 473
Sed etsi emancipato 66
Sed etsi in testamenta 78
Sed etsi quis cum parente 625
Sed etsi quis priore 240
Sed etsi quis stipuletur 414
Sed etsi rem obligatam 263
Sed etsi vsque 36
Sed ex diuerso,pro 374
Sed ex diuerso,pupilli 175
Sed ex his legibus 78
Sed furti quidem nec 581
Sed hactenus hoc illis 196
Sed hæc de ijs 362
Sed hæc ita accipienda 174
Sed hæc quidem antea,Vers. 616
Sed hæc quidem de 191
Sed hæc quidem vetustas 210
Sed hoc iure 79
Sed hodie ex 48
Sed hodie hæc aliter 648
Sed interdicto quidem 676
Sed is apud quem 478
Sed istæ quidem actiones 512
Sed ius quidem 14
Sed naturalia 22
Sed nec huiusmodi 285
Sed neque hæres scriptus 189
Sed non vsq; ad 261
Sed nos constitutione 343
Sed nostra beneuolentia 245
Sed nostra constitutio 360
Sed olim quidem erant 259
Sed prædicta quidem 184
Sed quemadmodum nos 344
Sed quia hæredes 303
Sed quia stipulationes 306
Sed si cui habitatio 155
Sed si ex testamento 91
Sed si gregis vsumfr. 136
Sed si in expeditione 211
Sed si instituto 227
Sed si libero homini 490
Sed si quis nepotis 51
Sed si quis præsens 107
Sed si rem legatarij 269
Sed si vxori maritus 274
Sed tamen id aliquando 160
Sed veteres quidem hoc 641
Sed vt nihil antiquitatis 183
Semel autem 33
Senatusconsultum est 18
Septima eas secuta 369
Sequens diuisio interdictorũ 672
Sequens illa diuisio 555
Serui autem aut 25
Serui autem ex 25
Serui verò à 29
Seruis autem ipsis quidem 489
Seruitus autem 25
Seruus autem à domino 214
Seruus autem alienus 68
Seruus autem plurium 216
Seruus etiam alienus ibid.
Seruus communis stipulando 400
Sexto gradu supra 353
Si ab hostibus 58
Si ad exhibendum 690
Si aduersus ea 45
Si communi seruo 490
Si cui fundus alienus 269
Si de alia re stipulator 415
Si duorum materia 127
Si eadem res duobus 266
Si ex pluribus legitimis 347
Si familiæ erciscundæ 691
Si filiusfa. seorsum 396
Si finium regundorum 692
Si fundum dari stipuleris 417
Si generaliter seruus 280
Si grex legatus 277
Si igitur iussu domini 630
Si impossibilis conditio 480
Si inter tutorem 84
Si is qui in integrum 376
Si peculium legatum 278
Si plures conditiones 222
Si plures instituantur hæredes 218
Si plures sint fideiussores 421
Si plures sint gradus 238
Si quid autem fideiussor 423
Si quidem in nomine 266
Si quis à non domino 334
Si quis agens in intentione 611
Si quis alij,quàm 404
Si quis alium daturum ibid.
Si quis ancillas 276
Si quis autem falsis 102
Si quis autem suspectus 106
Si quis debitori 278
Si quis filiabus 70
Si quis in aliena tabula 133
Si quis ita stipuletur 393
Si quis itaque delatam 371
Si quis rem suam 270
Si quis tutor 106
Si quis velit vicino 147
Si quis vna aliqua 308
Si res aliena legata 164
Si res legata sine 275
Si rem suam legauerit 271
Si scriptum in instrumento 411
Si seruus domino noxiam 640
Si seruum alienum 228
Si tamen alienam 126
Si Titius alienam 131
Si tutor nomine pupilli 248
Si verò reus præsto 651
Si vxor tua 44
Sic itaque discretis 552
Simili modo 86
Similiter eos qui 96
Sin autem per procuratorem 649
Sin autem quis ita 233
Sin minus in intentione 618
Sine scripto 21
Singulorum autem hominum 117
Siue autem domino 399
Socius socio vtrum 448
Sacrum quoque 43
Soluitur adhuc societas 447
Sub certa vero demonst. 284
Sub conditione stipulatio 393
Substituitur autem impuberi 236
Sui autem & necessarij 250
Sui autem hæredes 324
Summa autem diuisio 670
Summa itaque 8
Sunt autem agnati 334
Sunt autem bonorum 366
Sunt autem constitutæ 639
Sunt & aliæ 45
Sunt præterea publica 703
Sunt præterea quædam actiones. 622

Superest

Supereſt vt admoneamus 655
Suſpectus autem eſt 104
Suſpectus autem remotus 105

T

Tam autem corporales 279
Tam autem naturales 246
Tertia diuiſionis interdictum 681
Tertio gradu ſuprà 352
Teſtamenti autem factionem 252
Teſtes autem adhiberi 186
Theſauros quos quis 137
Tripli verò agimus 575
Tua tantum gratia 450
Tutor autem nec per. 285
Tutor autem ſtatim 84
Tutores autem ſint 64
Tutores & curatores 647
Tutores quoque qui tutela 456

V

Vel ſingulis liberis 235
Vendita verò res 138
Verba aūt fideicommiſſarū 315
Verſa vice, qui alium 414
Videamus, ſi pars 219
Vniuerſitatis ſunt. 313
Vſusfructus à proprietate 149
Vtriuſque etiam partis 684
Vulgò quæſitos nullos 348

PARAGRAPHORVM FINIS.

INDEX

INDEX.

LOCVPLETISSIMVS RERVM RT VEEBORVM.

Quæ toto hoc opere Continentur.



A



Bdicatio quid sit,nu.2.pag. 222
Absens ante compleram vsucapionē reuersus quomodo restitutionē petere debeat.nu.33 524
Absens causa reipub si reuertatur tutelam recuperat,nu.3 94
absens contra præsentem aliquando restituitur,nu.37 524
absens contra præsentem quando restituendus est,non sufficit quæque absentiæ causa,nu.23 515
absens contra præsentem quomodo restituatur, num.20. ibid.
absens quòd neminem domi reliquerit,quo casu sit necesse,nu.14. 523
absens rei causa excusatur. nu.1. 94
absentes qui dicantur,nu.6. 159
absentes qui sint,nu.4 523
inter Absentes potest etiam constitui, nu 7. 5 8
absentium quinque genera,nu. 14 523
absolutoria vna ex causa sententia, ex alia agenti non obest nu.12 622
circa verbum Absoluere duplex intellectus,nu 5 657
acceptilatio differt a stipulatione, nudo pacto, solutione, nu.3 & 4. 463
acceptilatio duplex.nu.5 ibid.
acceptilatio partis an & quando utiliter fiat. numero 11 & 13 464
acceptilatio per Aquilianam stipulationem ut fiat, nu.10 ibid.
acceptilatio potest etiam Græcè fieri, nu.7. ibid.
acceptilatio vnde dicta,nu.2. 463
acceptilatione ipso iure tollitur obligatio,eiusdemque descriptio,nu 1 ibid.
acceptilatione tollitur solum uerborum obligatio, non et cæteræ,nu.8.9 464
accessio fit & bona & male fide:& quid utrobiq;sit iuris,nu. 4.5. 126
accessio quid sit,nu.1 ibid.
accessione acquirimus dominium,eo. nu.1 ibid.
in Accessione quandoque plus potest esse quam in principali,nu.2. ibid.
accessorium consistit seu uitiatur, consistente seu uitiato principali,nu.8. 276
accessio ad mare & piscatio in mari, omnibus licita.num. 2 111
accipere uerbum,nu. 10. 694
accrescendi ius in quibus locum habeat,nu.3. 347
accrescendi ius quale fuerit,nu 19. 205
Accursius Iustinianum cur Flauium dici existimet, nu.4. 2
quid sit quòd Accursius ait textum intelligi causatiuè,non consecutiuè.nu.16. 579
Accursij a Dyni calumnia defensio,nu.3 514
Accursij circa album error,nu.13. 547
Accursij error,nu.7.pag.125.nu.4 pag 310 nu.17. 627
Accursij exemplum de aureo monte,nu.7. 222
Accursij expositio ad hunc §. nu. 2 210
ad § datio tutoris,&c.nu.9 79
accursii intellectus ad hunc §.reprobatus, nu.1 195
accursii lapsus,nu 3. 362
accursii ridicula consideratio, nu 6. 638
accusare accusatio, nu.12. 695
accusare quis possit, nu.13. ibid.
accusatio criminalis pro finib. nu.59. 574
accusatio publici criminis contra ipsum seruum instituenda est,nu.2. 639
accusatio suspecti ex lege 12.tab.descendit fol 100.coram quibus iudicibus hæc accusatio institui possit. ibid.
quæ ad eundem constituendam requirantur. ibid.
accusatio suspect. in hæredes tutoris non transit, num.4 & 5 106
accusator debet se inscribere ad pœnam talionis. 695
acquisitio principalis est,quæ per nos ipsos fit, nu. 1 176
ac Acquisitionem sufficit,si acquirens contractus tempora in nostra sit potestate,nu 3. ibid.
de Acquisiti,per arrogationem. Rub, 372
huius tituli continuatio, nu.1 ibid.
actio,nu.12. 697
actio æstimatoria ad quid datur,nu.98. 595
cui concedatur. ibid.
actio an sit iuris ciuilis uel gentium, nu.4 502
actio ad exhibendum,nu. 6 507
aduersus quos detur.nu. 51 609
actio ad exhibendum arbitraria,nu.13. 604.611
actio ad exhibendum cui detur,nu.45. 610
actio ad exhibendum cuius datur, cuius peculiariter interest rem exhiberi, si modo alia ipsi actio non competat, ibid.
actio ad exhibendum definitur,nu.45 692
actio ad exhibendum est arbitraria nu 1 692
actio ad exhibendum est personalis, nu 46. 610
actio ad exhibendum non datur,si res facta sit deterior.nume.5 694
actio ad exhibendum præparatoria.nu.1. ibid.
actio ad exhibendum quare dicatur in rem scripta. numero 48 610
actio ad exhibendum quare introducta, nu.43 909
actio ad supplementum, nu.5.6. 247
quandiu duret,nu.7. ibid.
actio chirographaria.nu. 3. 427
actio ciuilis & criminaliter quando ex uno delicto oritur, vna non consumit alteram, nu.1 487
actio commoditati est ciuilis,nu.4. 514
actio communi diuid,cur sit mixta nu.35. 73
actio communi diuid.definitur,nu.34 ibid.
actio communi diuid.differt ab actione pro socio,num.53 ibid.
actio commun.diuidun.& famil.ercisciun.differunt,num.42 ibid.
actio commun.diuid.est quasi quædam rei uendicatio, &c: nu.36 ibid.
actio commun.diuidun.est tam directa quam utilis.num. 44 574

actio

Index.

actio commod.diuid. pro rebus indiuisis competit.nu. 39. 571.
actio condictitia datur aduersus omnes, qui officiis præsunt, si plus debito exigant.nu.9. 579
actio condictitia datur, quoties quis damnum patitur ex grauamine sportularium.nu.9. 578
actio condic. in triplum competit aduersus actores, & in quadruplum aduersus executores.nu.19.22. 575
actio condictitia non datur, nisi aduersus calumniosos actores.nu.15. ibi.
actio condic.personalis & mixta.nu.8. 578
actio condic.quamuis duplicem habeat effectum, vna tamen est actio.nu.23. 579
actio conducti,cui,& ad quid competat.nu.4. 436
actio confessoria quomodo tollatur.nu.36. 521
actio damni iniuriæ & legis Aquiliæ,sunt idem.nu.7. 482
an hæc Actio pertineat ad dominos feudorum, si a vasallis sine venia in ius uocantur.nu.46.47. 549
actio de albo corrupto est annal.nu.30. 548
in hac actione libelli forma. ibid.
actio de albo corrupto est popularis.nu.18. 547
actio de albo corrupto in incestuosis locum non habet. nume.44. 549
actio de albo corrupto requirit dolum,& an in lata culpa lata veniat.nu. 24. 548
actio de dolo,qualiter arbitraria.nu.13.40. 609 607
actio de albo corrupto vbi locum habeat.nu. 19. 547
actio de calumniatoribus an aduersus hæredem detur.nume.48. 583
actio de calumniatoribus aduersus quos detur.nu.33. 582
actio de calumniatoribus dator intra anoũ in quadruplũ, post annum in simplum.nu. 47. 583
actio de calumniatoribus definitur nu. 38. 582
actio de calumniatoribus intra annum datur in quadruplum.nu.47. 583
actione de calumniatoribus est personalis.nu.9. 582
actio de calumniatoribus, quibus & aduersus quos detur. nu.42.44. 583
actio de calumni.locum habere tam in ciuilibus quam in criminalibus caussis.nu.34. 582
actio de constit. pecu.& actio receptitia in quo conueniat. no. 2. 536
in quo item differant.nu. 3. ibid.
actio de dolo aduersus quas personas nõ detur.n.34. 609
actio de dolo an concurrat cum aliis actionib.nu.36.ibid.
actio de dolo definitur.nu. 29. ibid.
actio de dolo & quod metus causa,differunt. nu.38. ibid.
actio de dolo temporalis.& interdum perpetua. num. 42. ibid.
actio de dolo non datur,nisi cum causæ cognitione.nu.32 ibid.
actio de dolo non datur, nisi aliæ deficiant: & sic in subsidium competit.nu. 35. ibi.
actio de eo quod certo loco,&c. quomodo sit arbitria. nume.17. 607
actio de in rem uerso, & quod iussu, sunt potius adiectiones, quam actiones.nu. 16.18. 540
actio de in rem uerso explicatur.nu 1. 635
actio de in rem uerso hodie in liberis hominibus locum habet.nu.2. ibid.
actio de in rem uerso principali tantum datur,non fideiussori nu. 4. 635
actio de pauperie.nu.6. 644
actio de pauperie duntaxat locum habet, quando quadrupes contra naturam pauperiem facit.nu.11. 645
actio de pauperie non conceditur, nisi vbi animal mansuerum deliquit.nu.13. ibid.
actio de pauperie quadrupedis quare introducta, & quid ea consequamur.nu.5. 643
actio de peculio an sit distincta species actionis per se. nu. 15. 540
actio de peculio ex ciuili & naturali obligatione nascitur. nu 31. 542
actio de peculio in profectitiis tantum locum habet, secus in castrensibus,uel quasi,& aduentitijs.nu.7. 539
actio de suspecto est quasi publica.nu.1. 204
actio depositi directa infamat,contraria non.nu.47. 562
actio depositi in duplum datur in quatuor casibus. no.45. ibid.
in depositi actione nulla compensatio conceditur. numero.7. 602
actio depositi prætoria quomodo proponenda.nu.51. 563
actio directa quando in noxalem mutetur no.5. 641
quæ Actio dicatur in genere directa,& quæ contraria.nu. 32. 561
actio directa vtilis in genere.nu. 1. 188
actio empti nu 9.10. 431
actio & obligatio quomodo differant.nu.7. 502
actio ex edicto de eo per quem factum erit,&c.nu.65. 559
actio ex edicto de publica.est arbi.nu. 17. 608
actio ex empto cui detur.nu.74. 564
actio ex empto tres alias actiones complectitur nu.74.ibi.
actio ex iuramento quando propriè locum habeat. numero.17. 543
actio ex iuramento quare sit personalis.nu.16. ibid.
actio ex leg.condictitia definitur.no.7. 578
actio ex locato cui competat,& ad quid.nu.93. 564
actio ex permatione ad quid competat.nu.111. 595
actio ex permutatione cui detur.nu.108. 599
actio ex stipulatu vtcunque ad pœnam detur,pœnalis tamẽ non est.nu.26. 561
actio ex stipulatu intendi debet, si ad factum agatur. nume.22. ibid.
actio ex testamento si ex negatione intendatur, potest euadi dupli pœna,si ex dilatione,secus.nu.49. 569
vt locus sit huic actioni, necessaria est hæreditatis aditio.nu.51. ibid.
actio ex testamento pro derelictis ecclesijs consequendis explicatur.nu.45. ibid.
actio ex testamento regulariter tantum in simplum datur, sed quando pro relictis ad pia loca intenditur,est duplaris.nu.46. ibid.
aduersus quem concedatur prædicta actio.nu.47. ibid.
actio ex uendito.cui competat,& quid ueniat in ea.nu. 70. 564.
actio famil.ercis.aduersus quem detur.nu.21.22. 572
actio famil.ercis.definitur.nu.18. ibid.
actio famil.ercis.duplex.nu.4. 457
actio famil. ercis.& commun.diuid.differunt.nu.25. 572
actio fam.ercis.& directa & vtilis est.nu.30. ibid.
actio fam. ercis.est ciuilis.nu.28. ibid.
actio famil.ercis.non nisi inter cohæredes locum habet.nume.24. ibid.
actio famil.ercis. quando nascatur.nu.32. 573
actio famil.ercis.quomodo sit personalis, mixtam causam habens.nu.35. ibid.
actio finium regun.datur ad nouorum terminorum constitutionem.nu. 50. 574
item ad antiquorum restaurationem.nu.51. ibid.
actio finium regund.datur etiam ad præstandum interesse. nu.53. ibid.
actio finium regund.definitur.nu.46. ibid.
actio finium regund.mixta.nu.47. ibid.
actio finium regund.quibus competat.nu.48. ibid.
actio furti datur ei,cuius interest rem non fuisse surreptã. nu.6. 476
interesse autem oportet ex causa honesta propter damnum datum,& ratione iuris realis.nu.2.4.5. ibid.
actio furti duplex,ciuilis & prætoria.nu.13. 367
actio furti manifesti,& serui corrupti,origine ipsa pœnales sunt.nu. 2. 524
actio furti nec manifesti,ciuilisne sit, an prætoria.nu. 12. 654.
actio furti non manifesti est ciuilis.nu 8. 565
actio furti quando concurrat cum actione ui bon.rapt.nume.3. 480

actio inanis est contra eum qui nihil habet.nu.4. 477
actio in factum.nu.3. 500
actio in factum contra nautas,caup.stap. est arbitraria. nu me.26 606
actio in factum ex edicto ne quis in ius voc. vi exim. nume.53. 549
in ea actione sufficit,si uis interueniat nu.54. ibid.
actio in factum ex iuramento est natiua.nu.38 543
actio in factum introducta a prætore in subsidium deficiẽtis actionis.nu.9. 369
actio iniuriarum neque hæredibus, neque in hæredes datur. nu.9. 656
actio iniuriarum reclamatoria an sit ciuilis uel criminalis nu.8. 495
actio institoria.nu.19. 634
actio legis agrariæ.nu.58. 574
actio legis Aquiliæ aduersus inficiantem in duplum datur.num.43 569
actio legis Aquiliæ aduersus quos detur.nu.39. ibid.
actio iniuriarum & legis Aquiliæ an cumulari possint.nume.39 621
actio legis Aquiliæ cui competat.nu.30. ibid.
actio legis Aquiliæ,& actio depositi, inficiatione quomodo duplentur.nu.4.5 584
actio legis Aquiliæ & iniuriarum quandoque cócurrunt. nu 2. 484
actio legis Aquiliæ personalis.nu 27 568
actio legis Aquiliæ pœnalis est.nu.4.5. 486
hæc actio non transit in hæredes.nu.7. ibid.
actio legis Aquiliæ vnde dicta.nu.46 568
actio locati cui,& ad quid detur. 436
actio mandati directa infamat.nu.47 562
actio mandati duplex,directa & contraria.nu. 53. ibid.
cui detur vtraque,& aduersus quem.nu.54. ibid.
actio mandati vnde nascatur.nu.55 563
actio mutui quando incipiat competere.nu.17 560
actio negotiorum gest.contraria cui detur.nu.52 591
actio negotiorum gestorum directa & contraria.n.51. ibi.
actio negotiorum gestorum & directo & vtiliter competit.nu.48. 590
actio negotiorum gest.quando competat.nu.60 591
actio negotiorum gest.quibus detur.nu.43 690
actio omnis ipso iure per compensationem tollitur. num. 9. 692
excipitur actio depositi.nu.10 ibid.
actio personalis ad dandum vel faciendum concluditur. nu 6. 555
actio personalis,condictio,& si paret dari oportere , idem significant.nu.2, 554
actio personalis ex testamento legatario competit. nu.2. 260.
actio, petitio, persecutio differunt. 465
actio pignoratitia ad quid detur.nu.75. 593
actio pignoratitia ante solutionem totius debiti non oritur.nu 77. ibi.
fallit.nu.79. ibid.
actio pignoratitia cui cópetat,& aduersus quẽ.n.74. 592
actio pignoratitia directa & contraria. 389
actio pignoratitia directa exponitur.nu.72 592
actio pignoratitia personalis & ciuilis.nu.73 ibi.
actio pœnalis triplex. 344
actio pœnalis quando etiam in hæredem detur.nu.2. 655
actio præiudicialis,an quis sit liber vel seruus explicatur. nu.18. 552
actio præiudicialis de libertate vel seruitute est duplex, directa & vtilis.nu.22. 553
actio præiudicialis quomodo a rei vendicatione differat. num.18. 552
quomodo item differat a confessoria & negatoria.num. 20. ibid.
actio præiudicialis secunda exponitur.nu.25. 553
ea duplex, directa & vtilis. nu.26 ibid.
an hæc Actio contra vassal.detur.nu.27 ibid.
huius actionis praxis.nu.28 ibid
actio præiudicialis tertia,de partu agnoscendo.nume. 30. ibid.
an hæc actio fratri contra fratrem detur.nu.31. ibid.
persequendi forma in hac act.nu.32. ibid.
actio præscriptis verbis.nu 93. 437
actio præscriptis uerbis æstimatoria definitur. 594
personalis. ibid.
actio præscriptis verbis ex permutatione definitur. num. 100. 594
personalis.nu.101 ibid.
actio præscriptis verbis in duobus tantum casibus est bonæ fidei.nu.17 588
actio pro dote aduersus quos detur.nu.23 599
actio pro dote an & quando extraneo detur.nu.30 606
actio pro dote quibus detur.nu.17 ibid.
actio pro socio.nu.6. 445
actio pro socio directa ex vtraq; parte.nu.67 563
actio pro socio duplici fine exercetur.nu.69 ibid.
actio pro socio explicatur.nu.64 ibid.
actio pro socio infamat.nu.70. ibid.
actio pro socio quibus casibus detur.nu.68 ibid.
quibus competat. ibid.
actio pro socio quomodo differat ab actione communi diuid.nu.65 ibid.
actio pro tutelæ declaratur tam directa, quam contraria. nu.71 592
actio quælibet triginta annis tollitur.nu.5 554
actio quare dicatur ius.nu.2 500
actio quare vltra quadruplum non extendatur. nume. 3. 575
actio quod iussu,ad omnes contractus pertinet.nu.5. 632
aduersus quos detur.nu.4 ibid.
actio quod iussu,consensum requirit : secus est in actione de peculio,& de in rem uerso.nu.3 ibid.
actio quod iussu,& aliæ in hoc titulo relatæ sunt distinctæ species actionum.nu.7. ibid.
actio quod iussu,exercitoria , institoria, &c. an per se sint actiones.nu.1 634
actio quod iussu,quare a prætore introducta.nu. 6 632
actio quod met.causa,definitur.nu.1 580
actio quod metus causa differt a cæteris quadruplaribus actionibus quod in ea quis restituendo rem extortam, liberatur a pena.nu.1.2 585
actio quod metus causa est prætoria.nu.4 581
actio quod metus causa exui compulsiua nascitur. nu. 14. ibid.
actio quod metus causa intra annum in quadruplum,post in simplum competit .nu.19 ibid.
actio quod metus causa personalis, & in rem scripta.nu. 2 ibidem.
actio quod metus causa quomodo sit arbitraria.n. 12. 606
actio rationum distrahendarum & protutelæ. nu.3. 456
actio realis contra quemuis possessorem datur, personalis vero contra obligatum tantum.nu.4 506
actio realis inhæret rei,ad quemcunq; vadat. 21 ibid.
actio recepticia est antiquata,& in actionem pecuniæ constitutæ transit. nu. 1 535
actio recepticia vnde dicta. nu.5 536
actio redhibitoria est arbitraria.nu.7.8 607
actio rei vxoriæ in actionem ex stipulatu transfusa. nu.2 598.
actio rei vxoriæ vnde dicta. nu.3 ibid.
actio rescissoria duplex nu.5 522
actio restitutoria.nu.6 ibid.
actio serui corrupti cui competat.nu.5 576
actio serui corrupti datur hæredi aduersus corrumpentẽ, in duplum mox ab initio.nu.6 584
actio serui corrupti definitur. 576
actio serui corrupti directa est & vtilis.nu.3 ibid.
actio subsidiaria. 92
actio tam personalis quam realis est rei persecutoria, diuerso tamen respectu.nu.3 559

actio tigni iniuncti contra quem competat. 329
actio tributoria & de peculio in quib. differant. nu. 3 634
actio tutelæ aduersus quos competat. nu. 61 591
actio tutelæ definitur. nu. 59 ibid.
actio tutelæ directa est & contraria. nu. 67 592
actio tutelæ personalis & ciuilis. nu. 73 ibid.
actio venditi. nu. 12 421
actio vi bonorum raptorum. nu. 4 480
actio vi bon. rapt. aduersus quos competat. nu. 31 568
actio vi bonorum raptorum cui concedatur. nu. 28 ibid.
actio vi bon. rapt. definitur. nu. 27 ibid.
actio vi bon. rapt. dolum requirit. nu. 1 481
actio vi bon. rapt. infra annum datur in quadruplum, post annum in simplum. nu. 33 563
libellus in hac actione. nu. 34 ibid.
actio vi bon. rapt. in quem detur. nu. 30 ibid.
actio ui bonorum rapto. omnibus datur, quorum interest. nu. 1 487
actio vniuersalis & singularis in quo differant. nu. 2 691
actio vt per compensationem tollatur, necesse est eam ab aduersario oppositam esse. nu. 11 602
actionis ad exhibendum causa materialis. nu. 47 610
actio æstimatoriæ formula. nu. 99 594
actionis causa ne in ius vocati in eximantur. nu. 62 550
actionis causa, quod metus causa. nu. 16 584
actionis condict. libellus quomodo proponendus aduersus executores. nu. 25 ibid.
actionis communi diuidum. formula. nu. 45 571
actionis confessoriæ causa. nu. 30 511
actionis confessoriæ effectus. nu. 25 ibid.
actionis de alb corrup. causa. nu. 18 548
actor in hoc iudicio quid probet. nu. 29 548
forma libelli in hac actione. nu. 24. ibid.
actionis de albo corrupto causa materialis. nu. 3 548
actionis de albo corrupto definitio. nu. 17 547
actionis de in ius vocando pæna est quinquaginta aureorum. nu. 33 548
actionis de in ius vocando pęna tribus casibus remittitur. nu. 34 ibid.
actionis de calumniatorib. causa. nu. 45 583
actionis de constituta pecunia, causa. nu. 16 538
actionis de constituta pecunia definitio. nu. 3 537
actionis de constituta pecunia, forma. nu. 20 538
actionis de dolo libellus. nu. 41 609
actionis de in ius vocando descriptio. nu. 32 548
actionis de peculio, causa efficiens. nu. 29 541
actionis de peculio causa materialis. nu. 30 ibid.
actionis de peculio definitio. nu. 14. 19 540
actionis depositi varia priuilegia. nu. 13 388
actionis diffinitionem ab effectu & officio cōstatam esse. nu. 1 801
actionis ex stipulatu pro dote definitio. nu. 16 599
actionis ex vendito forma nu. 81 564
actionis famil. ercisc. causa. nu. 31 573
actionis forma de eo per quem factum erit, &c. nu. 67. 550
actionis in factum ex iureiurando definitio. nu. 15 543
actionis in rem causa proxima est dominium, vel quasi dominium. nu. 13 501
actionis in rem quæ sint species. nu. 20 507
actionis in rem causa remota est titulus dominij. num. 14 501.
actionis iuratoriæ causa. num. 37 544
actionis nomen in libello omitti potest. nu. 6 502
actionis personalis explicatio. nu. 9 503
actionis pęnalis ex parte rei tantum, exemplum. nu. 6. 546
actionis Publicianæ effectus. nu. 60 520
actionis realis causa proxima & remota. nu. 26 506
actionis rescissoriæ descriptio in genere. nu. 2. 522
actionis vtilis beneficium. nu. 13 92
actioni condict. locus est, quacunque ratione petatur, excepto, si plus tempore petatur. nu. 17 579
actio famil. ercisc. num triginta annis præscribatur. num. 21 572.
vt actioni negotiorum gestorum locus sit, requiritur aliquem sponte gessisse. nu. 44 590
actionem aliquam esse arbitrariam, quid significet. nu. 23. 608.
actionem communi diuid. duplicem esse. nu. 2 457
ad actionem de albo corrupto omnia pertinent, quæ ad vsum perpetuum publicè custodiuntur. nu. 20. 547
in actionem ad exhibendum res tantum mobiles ueniunt. nu. 53 610
in actionem ædilitiam quid ueniat. nu. 2 645
in actionem de dolo quid veniat. nu. 37 609
inter actionem de peculio & actionem de dote & pro socio differentia, & quis sit eiusdem effectus. nu. 6 7. 624
actionem esse rei persecutoriam, & in simplum dari, sunt paria. nu. 4. 576
in actionem finium regundo, an etiam fructus ueniant. nume. 54 574
actionem hypotecariam legatarius habet. nu. 6 260
in actionem legis Aquiliæ quid uenire soleat. nu 1. 486
actionem negotiorum gestorum esse personalem, quasi ex contractu. nu. 42 580
actionem de peculio, & de in rem verso vnā esse quod dicitur, quomodo accipiendum. nu. 9 636
actionem Paulinam personalem in rem scriptam esse. nume. 32 530
actionem quod metus causa, & impersonaliter & contra certam personam intendi posse. num. 24 581
in actionem Seruianam quid uenire soleat nu. 35 534
actionem rescissoriam duobus potissimum casibus dari. nume. 3 522.
circa actionem rescissoriam generales quædam doctrinæ nu. 34 524
actionem reuocatoriam habere similitudinem cum rescissoria. nu. 40 535
in actione ad exhibendum libelli forma. nu. 62 611
in actione ad exhibendum quæ sint iudicis partes. num. 50 692.
actione ad exhibendum res exhiberi petitur. nu. 54. 610
actione ad exhibendum, vt quis conueniri possit, quo tempore possidere debeat. nu. 52 ibid.
in actione communi diuidundo eadem interueniunt, quæ in familiæ erscicundæ iudicio. nu. 1 693
in actione communi diuidum. non refert, ex qua causa res communis sit. nu. 38 573
in actione communi diuid. sufficit possessio rei cōmunis. num. 40 ibid.
in actione confessoria non requiritur probatio tituli. nume. 35 511
super actione confessoria sententia lata tollit impedimentum, seu turbationem seruitutis. nu. 60 513
in actione de albo corrupto cui sit pœna applicanda. nume. 26 548
in actione de albo corrupto quid actor probet. nu. 9. ibid.
in actione de calumniatoribus libelli forma. 49 583
in actione de calumniatoribus quid probari debeat. num. 46 ibid.
in actione de calumniatoribus sola voluntas spectatur. numero. 30 582
actione de calumniatoribus tenetur, qui depectus est. nume. 32 ibid.
actione de constituta pecunia quibus casib. hodie agatur. nu. 4 536
in actione de dolo quid ostendendum veniat. nu. 39 609
in actione de peculio libelli forma. nu. 33 541
in actione de peculio quam æquitatem Prætor considerauerit. nu. 9 539
in actione de peculio quid actor probare debeat. n. 32. 541
in actione de permutatione libellus qualis. num. 12. 595
de actione directa & contraria in genere, quando quæuis locum habeat. nu. 10. & 11 387
in actione dotis petendæ quid probandum. num. 36 600
actione ex empto quid persequantur. nu. 76 564
de actione famosa qñ quis dicatur pactus esse. nu. 687

in actione famil.ercisc.libellus qualis nu.33 573
in actione famil.ercisc.quid veniat.nu.29 572
in actione famil.ercisc.quod sit iudicis officium.nu.1 693
in actione fin.regun.libellus.55. 574
in actione iniuriarum ciuiliter intentata admittitur procurator.nu.17 496
in actione lege Aquiliæ libellus.nu.44 569
actione leg.Aquiliæ quid consequamur.nu.40 ibid.
in actione locati & conducti praxis qualis.nu.85 565
in actione negotiorum gesto.absentia domini requiritur.nu.45 590
in actione negotiorum gest.contraria quid docendum. nume.56 591
in actione negotiorum gest.directa quid probandum. nume.55 ibid.
in actione negotiorum gestorum quid persequamur. nume.49 590
in actione,ne in ius voc.vi exim. quid probandum.nu. 93 550
in hac actione libelli forma.nu.64 ibid.
in actione personali circa modum satisdationum quid veteres obseruarint.nu.6 649
in actione præiudiciali quomodo constare possit, quis sit actor vel reus.nu.21 553
in actione pro legatis piis libelli forma.nu.59 563
in actione pro socio libellus.nu.72 564
in actione pro socio quid probandum.nu.71 563
in actione quod metus causa fructus veniunt.nu.26 582
in actione quod metus causa modus & forma libelli. nume.25 581
in actione quod metus causa quid actor probet.nu.17. ibi.
in actione quod metus causa quomodo iudex pronunciet nu.23 582
in actione quod metus causa quomodo simplum & quadruplum simul peti possint.nu.22 ibid.
actione quod metus causa agenti vtile est,si in libello petat sibi iuramentum in litem deferri.nu.20 581
in actione reali cautela.nu.28 507
in actione reali quid cauere defensor debeat.nu.4 653
in actione serui corrupti libelli forma.nu.15 577
actio quod metus causa est arbitraria.nu.3 585
actione serui corrupti vbi saltem ad interesse agatur, exemplum.nu.4 576
actione tutelæ ad quid agatur.nu.64 591
in actione tutelæ ad quid tutores teneantur.62 ibid.
in actione vniuersali veniunt etiam fructus.nu.1 691
actiones a iure ciuili inuentæ,manét ciuiles, etiamsi a prætore adiuuentur.nu.6 654
actiones ædilitiæ.nu.2 644
actiones annales.nu.7 654
actiones bonæ fidei & stricti iuris ueteri iure, quo ad compensationem,differebant.nu.1 601
actiones ciuiles ex quot partib.iuris ciuilis oriantur.numero.1 654
actiones contrariæ cur non infament.nu.4 687
non irrogant infamiam.nu.12 388
actiones cui plures ad idem competunt, qua cautela is vti debeat.nu.2 637
actiones depositi ciuiles sunt perpetuæ, prætoriæ non ité. nu.46 562
actiones de in rem uerso,& quod iussu, in solidum intenduntur,actio de peculio tantú peculio tenus.nu.25.541
quatenus in peculio sit,tempus sententiæ spectatur.nume.16 ibid.
actiones de in rem verso,exercitoria, tributoria , & quod iussu,quomodo differant.nu.3 651
actiones directæ sunt adeo infixę ossibus, vt euelli non possint nu.2 502
actiones diuiduntur inter heredem & fideicommissarium, quo ad creditores.nu.6 307
actiones duæ pœnales de eadem cócurrétes, nunquam inuicem consumunt.nu.3 345
prędicta regula quomodo sit accipienda nu.4 ibid.
actiones ex contractibus,& hæredibus, & in hæredes regulariter dantur.nu. 10 656
fallit in actione de dolo.nu. 11 ibid.
actiones ex statutis concessæ,an ciuiles sint, vel prætoriæ. nu.8 514
actiones extraordinariæ.nu.9 625
actiones finita tutela vel cura competentes.nu.1.3 91
actiones furti an aduersus hæredes dentur.nu.19 567
actiones furti quibus & aduersus quos dentur.nu.13.17 ibid.
actiones generales quæ nu.22 613
actiones in factum & præscriptis verbis, quomodo discernendæ.nu.88 593
actiones locati & conducti declarantur.nu.82 564
actiones mixtæ quæ sint.nu.15 571
actiones ordinariæ quæ.nu.9 624
actiones personales dicuntur condictiones.nu.4 536
actiones personales & reales tripliciter differunt.num. 11 557.
actiones personales in ré scriptæ quæ dicantur.nu.16.572
actiones personales quæ dicantur.nu.13 571
actiones personales tam ex parte rei,quam actoris,sunt infixæ in personis litigantium.nu.16 516
actiones pœnæ persecutoriæ quæ dicantur.nu.1 366
actiones pœnales.nu.2 346
actiones præiudiciales a prætore introductas esse.n.8. 551
actiones præiudiciales,ióne contingentiæ.nu.12.13. 552
item præiudiciales,ratione maioritatis.n. 15.16.17. ibid.
actiones præscriptis uerbis in genere. nu.92 594
actiones prætoriæ descendunt etiam ex contractu,vel quasi,delicto uel quasi nu.10 515
actiones prætoriæ quandoq; perpetuæ.nu.10.11.654.655
actiones sunt prætoriæ,quas prætor de nouo induxit..nume.3 514
actiones quædam in confitentem dantur in simplum , in negantem in duplum:& quæ sint illæ.nu.1 439
in his actionibus etsi quid indebité soluantur,tamen códitio non habet locum.nu.2 ibid.
idq; exemplis declaratur.nu.3.4 ibid.
actiones quæ dentur hæredibus,& in hæredes.nu.2 654
quæ dentur hæredibus,& non in hæredes.nu.3 ibid.
quæ dentur neq; hæredibus,neq; in hæredes.nu.4 ibid.
actiones quæ inficiatione crescunt.nu.2 685
actiones quæ in hoc §.explicandæ ueniant.nu.5. 529
actiones quandoque plures ex uno negotii gestu dantur. nu.8 455
actiones quinq; contra fures dantur.nu.25 556
actiones quo iure introductæ.nu.7 16
actiones reales dicuntur uendicationes.nu.1 536
actiones reales ex dominio & quasi dominio enascuntur. num.12 502
actiones reales quæ sint.nu.14 571
actiones rei persecutoriæ.nu.2 346
actiones rei persecutoriæ quæ dicantur.nu.1 359
actiones speciales quæ.nu.22 613
actiones si plures détur eiusdem rei nomine , vnius electio alteram consumit.nu.3 477
actiones stricti iuris quæ dicantur.nu.6 588
actiones temporales fiunt perpetuæ per litis contestationem.nu.13 654
actiones tres in hoc §.contentæ,quare dicantur mixtę. nu.1.2 571
& quomodo differant a personalibus in rem scriptis.nume.7 572
actiones uniuersales quæ.nu.22 613
actionum antiquę formulæ hodie sublatæ.nu.1. 502
actionum diuiso , hæredes contrahentium & delinquentium respiceus.nu.1 655
Actionum diuisio in textu posita,an sit sufficiens.n.1. 504
actionum diuisio materialis in hoc §.tractatur.nu.8. 505
actionum diuisio,sumpta penes causam substantificam.nume.2 382
actionum ex empto & uendito enarratio nu.73 564

actio-

IX

actionum tertia diuisio a causa formali sumpta.nu. 3. 557
actionum quarta diuisio.nu.1 575
actionum sexta diuisio persecutionis effectum respiciens. nu.5 614
actionum personalium duæ causæ.nu.15 506
actionum personalium prætoriarum duæ species.nu.1. 546
actionum plures diuisiones in hoc tit. non comprehensæ enumerantur. 624.625
actionum pro delictis committentium ordo.nu.4 644
in Actionum titulo non oés actiones contineri. nu.1. 663
actionib.in hoc titulo relatis non solum obliquè,sed ét directò conueniri possunt pater & dominus.nu.1 619
etiologia prædicti dogmatis.nu.2 ibid.
in actionib.bonæ fidei,vbi quis in diem uel sub cõditione tenetur,potest conueniri ad præstandam cautionem, secus in strictis iudiciis nu.30 589
in actionibus omnib. famosis tempus & locus libello adiicienda.nu.26 568
in actionib.personalib. dare,vt facere petimus.nu. 10 557
in quib.actionib. quis in famis fiat ob pactioné.nu. 6 687
in actionib.realib petimus nos declarari dños nu.9 557
in actionibus tractandis cur tanta iuris difficultas reputetur.nu.2.3 500
actiones dari ex variis figuris causarum, quomodo accipiendum.nu.6 504
inter actiones bonæ fidei & stricti iuris differentiæ.nume. 19 589
inter actiones mixta & in rem scriptas, quæ sit vera differentia.nu. 15.16 572
ad actiones præscriptis uerbis,& in factum quando recurramus nu.87 593
de Actionibus.Rubr. 509
tituli præsentis vtilitas nu. 1 ibid.
de actionibus ex stipulatu & rei uxoriæ.nu.1 597
actore a syndico an differat.nu.9 647
actor desistens ante litem contest.euitat pœnam duplicandæ dilationis nu.6 619
qualiter huiusmodi induciæ duplicari debeant.nu.7.ibi.
actor dominum fundi se afferens,si de vsufructu probet, obtinebit nu.7 109
actor & reus quo ordine accipiant, replicent, duplicent, &c.nu.1 668
actor in negatoria actione non probat sed reus.n.43. 512
actor in omnibus actionibus probare debet.nu.42 ibid.
actor probare debet,reum possidere rem exhibendam, & qualiter hoc possit.59 610
actor quid in his iudiciis probet.nu.29 561
quid in hoc textu denotet. nu. 4 89
quid probare debeat in hac actione.nu.39 544
actor si reo iuramentum deferat, isq; iuret,datur ei regulariter exceptio.nu.18 543
actoris petitio semper conformanda naturæ,& qualitati ipsius obligationis.nu. 12 618
actoris quid intersit,cum quæritur, duplex est consideratio nu.61 611
actori esse vtile,si in actione in rem exprimat causam remotam.nu.27 506
in Actore & reo diuersa est facultas.nu.3 502
actorum interitu veritas non debet conuelli nu.3 62
actuum frequentia vnde colligatur.nu.6 81
acturus rei vendæria inspicere debet.36 507
addicere quid.nu.2.3.4 375
addicti qui dicantur.nu.5 ibid
addictionis in diem conditio. nu.2 435
per Additionem vel detractionem approbare dicimur.nume.4 296
ademptionis verbum continet & translationem.n. 6. 293
ademptionem quibuscunque verbis reuocationem denotantibus fieri posse.nu.4 ibid.
nec refert an subsequantur,vel præcedant legatum. nume.5 ibid.
de Ademptione legatorum & translatione.nu.4.6.10.ibid.
adhuc,vocula quomodo accipiatur.nu.2 366
adire hæreditatem. 264
adiudicare verbum. 369
adolescentia nu.4 50
adoptans debet plena pubertate præcedere adoptandum. nu.11 ibid.
adoptio agnatos tantum respicit.nu.3 42
in adoptionis hac specie & patris & filii consensum requirinum.4 48
adoptio,adoptare,adoptiuus.nu.8 47
adoptio duas species complectitur.nu.7 ibid.
adoptio specifica quid nu. 1 48
adoptio specifica delegari potest.nu.3 ibi.
adoptio specifica fit vel ab extraneo,vel sanguine coniuncto.nu.1 ibid.
adoptio si a consanguineo fiat,cuius sit effectus.nu.3 ibi.
adoptio si ab extraneo fiat,quid operetur. nu.2 ibid.
adoptio ius agnationis tantum tribuit.nu.1 42
adoptionis exempla varia no 3 47
adoptionis origo antiquissima ibid.
eiusdem causæ.nu.3 ibid.
adoptionis vinculum quatenus impediat matrimonium. nu.5 40
adoptionis vtraq; species quæ olim habuerit solennia, remissiuè.nu.1 48
adoptione specifica potestas patria dissoluitur.nu.1 61
de Adoptionibus.nu.4 47
adoptiui hodie cum suis,&c.succedunt.nu.2 348
adoptiui appellatione suorum hæredum veniunt.nu.4. 322
in Adulteram accusando quis ordo seruandus.nu.7. 699
adulterium quid nu.2 698
adulterii adiuncta vitia tex. ibid.
adulterii crimen cur cæteris grauius dicatur.nu.1 ibi.
adulterii pœna.nu.6.8 699
adulterii ueteres pœnas hodie abolitas essenu.10 ibi.
ob Adulterium fit separatio coniugum,quo ad thorum.
administrandæ reip.ratio in duplices artes a priscis scriptoribus secta.nu.2 4
administratio rerum fisci excusationem præstat.nu.1 93
quandiu hæc administratio duret.nu. 2. 94
administratores reru alienarũ qñ nõ satisdant nu.12. 652
adpromissores differunt ab expromissoribus.nu.4 418
adscriptit.proprii;homines, monachi, an possint adhiberi testes in testamento. nu.10 187
in aduentitiis non requiritur iussus patris in adeundo. nume.5 341
aduocatus nu.5 647
aduocati hodie non iurant de calumnia.nu.3 685
ædes ne altius tollantur,statutis prohibetur.nu.12 509
ædificatione dupliciter rerum dñia acquirimus.nu. 1 128
ædificia omnia origine sunt libera.nu.11 510
ædilium edicti verba,cuius hic fit mentio.nu.1 645
ædilium duo ordines.nu.10 20
æque si agat,huius § continuatio.nu.1 509
æquiuocum uerbum,in dubio in partam digniorem sumitur.num.4 21
ærarium a fisco quomodo differat.nu.4.5 162
æs alienum minuit legatum peculium.nu. 2 279
æstimatio in lege Aquilia fit,quanti res communiter valuit.nu.23 486
æstimatio minoris precii in emptore & uenditore.num. 7 432
æstimatio rerum quomodo fiat.nu.5 625
ætatis certus sit qui præponitur,nihil interest.nu.24. 633
ætatis ratione excusatio datur a tutela & cura.nu.1 98
Alciati interpretatio ad § Sunt autem bonorum possess. nu 12 367
ætates quomodo distinguantur a iurisconsultis.nu. 3 60
affines qui dicantur.nu.2 43
affinium nomina.nu.4 ibid.
inter Affines transuersos iure ciuili non prohibentur nuptiæ, secus de iure canonico.nu.6.7 ibid.
affinitas durante matrimonio durat,eo autem dissoluto cõcidit.nu. 2 ibid.

affinitas pro matrimonio.nu.5 44
affinitas quatenus se extendat. ibid.
affinitas quid.nu.1.2 43
vnde contrahatur.nu.3 ibid.
Africa quandiu a Vandalis occupata.nu.17 3
agere per quos possimus.nu.2 646
de his per quos agere possumus.Rub. ibid.
huius tituli ad præcedentes coniunctio.nu.1 ibid.
ager ita inundatus, vt eius forma non amplius appareat, cuius fiat.nu.6.7 124
ager vt totus sit iter,via,&c.quid iuris sit actũ.sit.nu. 8. 9 143
agri dicuntur habere frontem instar hominis.nu.5 123
agrorum terminos amouens, & ciuiliter & criminaliter punitur.nu.2 694
agros metiri nolentes condemnandi sunt in quantum interest.nu.4 ibid.
agnati dicuntur hæredes legitimi.nu.2 334
agnati & cognati hodie vsque ad decimum gradum admittuntur.nu.1.3 349
agnati in feudis vsq; ad 7. gradum succedunt. fallit tamen quandoque.nu.6 ibid.
agnati patroni ad 5.tũm gradum succedunt.nu.5 ibid.
agnati & cognati iure Nouellarum indifferẽter succedunt. num.3 337
agnati qua ratione ad tutelam vocentur.nu.2.4 72
agnati vsq; ad decimum,cognati vsque ad sextum gradum hoc iure succedunt,& quæ sit rõ differẽtię.nu.1.3. 149
agnatorum & cognatorum præcipua differentia. nu.2. 73
agnatorum tutela quare dicta legitima.nu3. 71
inter agnatos & cognatos hodierno iure sublatas esse differentias.nu 6 72
agnatio est,quæ per mares contingit.nu.3 ibid.
agnatio iuris ciuilis est.nu.1 73
agnatio etiam minima capitis deminutione perimitur.nume.4 346
fallit. ibid.
agnationis tres species.nu.3.5 349
agni nu.4 136
agnominia ab euentu rerum imponi.nu.7 2
agnoscere bonorum possessionem.nu.8. 364
quis dicatur 673
Alani Vandalis iuncti.nu.16 3
Alanorum epitheton. ibid.
Alaricus Gothorum.dux.nu.10 2
album pluribus corrumpentibus omnes tenentur. nu. 25. 548
Alciatus hunc textum aliter legit.nu.4. 314
Alciati emendatio ad hunc locum,& vulgaris lectio defensa.nu.25.27 673
expositio ad hunc locum.nu.2 362
intellectus ad secundum caput legis Velleiæ nõ verus. nu.11.12 108
lectio ad hunc locum.nu.12 6
Alemani qui sint,& vnde dicti.nu.8 2
alienare verbum nu.13 581
quibus Alienare licet vel non.Rub. 171
eius tituli continuatio.nu.1 ibid.
alienare rem suam videatur, qui præsens patitur eam vsucapi.nu.22 323
alienatio in fraudem creditorum facta,mero iure valet,sed reuocatur.nu.42 589
alienatio in fraudem legis facta,ipso iure est nulla.numero.31. 528
alienatio si ex titulo onerofo est facta, ab vtraque parte exigitur fraus, secus si lucratiuo.nu.25.27. 528
alienationis verbum quomodo accipiatur.nu 3 172
per alienationem rei legatæ an & quãdo reuocetur legatũ, pulcrè explicatur.nu. 2 271
alienationes omnes de aula procedentes Zenoni ana lege continentur.nu.5 165
in Alieno bona fide ædificãs,materiam nõ perdit.nu.1. 130
secus est in malæ fidei ædificatore.nu.2 ibid.
in Alieno solo scienter ædificans,perdit materiam. ibid.
alieni facti probabilis est ignorantia.nu.12 517
in Alienis propriè electio non est.nu.7 281
alimenta pupillo arbitrio prætoris decernuntur. nu.2. 106
alimentorum appellatione quid contineatur.nu.4 623
aliquando huius § extensio.nu.2 474
aliud pro alio,inuito creditori non soluitur.nu.5 462
quibus casibus cesset hæc regula.nu.6 ibid.
allman.nu.13 2
alluuio in publico tantum flumine existit. nu.3 122
alluuio quid.nu.2 ibid.
alluuione acquirimus rerum dominia.nu.1 ibid.
alternatio quid.nu.2 618
alternationis variæ species.nu.7 ibid.
in alternatiuis creditor necessario alternatim petere debet nu.3 ibid.
fallit,facta alternatione in fauorẽ creditoris.nu. 6 ibid.
in Alternatiuis regulariter optio est debitoris. 615
alueus a flumine derelictus,est circumcolentium.num. 3 124
alueus est iuris publici. nu. 2 ibid.
alueus quando habeatur pro derelicto.nu.4 ibid.
aluei significatio.nu.1. ibid.
alumnus & actiuè & passiuè accipitur.nu.3 38
ambitus uox.nu.2 705
amicta vnde dicta.nu.4 352
amitam ne adoptiuam quidem ducere possumus.nu.3. 42
amplificationis gratia etiam magistratibus attributa. nume 1 2
anacephalæosis superiorum.nu.1 54
Anastasius imp.quando regnauerit.nu.4 348
ancilla si cum natis legetur, duo sunt legata, & sublato altero,alterum debetur.nu.1 276
idem est,si ordinarius cum vicariis legetur.nu.2. ibid.
etiamsi Animal aliud quàm quadrupes pauperiem faciat, actio de pauperie competit.nu.1 64
animalia quæ sunt insecta.num.1 114
animantia cicurata si redire desinant ex insidiis alicuius,an occupantis fiant.nu. 129
animantia feræ naturæ & cicurata, tum demum occupatoris fiunt,si animum redeundi habere desinant.nu.2. ibid.
quando id dicatur fieri.nu 3 ibid.
animantia mansuetæ naturæ non sunt occupantium. nume.5 ibid.
animantia naturæ prorsus feræ occupantibus conceduntur.nu.1. ibid.
animantia prorsus mansuetæ naturæ occupanti non conceduntur.nu.1 120
animus perpetuò improbat iniusta.nu.12 9
annona vnde dicta.nu.8 706
annonæ defraudatæ pęnę.10. ibid.
annonæ præfectus,ędiles,cereales.nu.7 705
annonariæ leges.nu.11 706
annulo alieno signans,id in subscriptione exprimere debet nu.4 186
annullum proprium qui habet,an alieno rectè signet. nume.5 ibid.
annus in lege Aquilia retrorsum computatur.nu.1 486
annus vtilis,continuus.nu.5 480
Antæ qui sint.nu.15 3
eorum delectio. ibid.
Anticus in tit.Instiniani cur legendum,& non Atticus.nu 315 ibid.
Antoninus Boianus primus Pii nomen accepit.nu.20.ibi.
Antonini Boiani clementia. ibid.
Antistius Labeo.nu.7 317
Apelles quis nu.6 333
apes cuius sint naturæ.nu.1 119
apes ne in suum alueum reducat prohibitus, rei uendicationem habet.nu.9 ibid.
apes qui ex aliena arbore ceperit,furti non tenetur.nume 2 ibid.
quando fallat.nu.3 ibid.

apes tandiu tuæ sunt, quamdiu consuetudinem reuertendi habent. nu. 8 — 119
apolides quis dicatur. nu. 6 — 55
apocrisiarij qui sint. nu. 21 — 652
vnde dicti. — ibid.
appellans a tertia tutela, ad quartam promouendus non est. num. 4 — 95
appellatio facta a reo principali liberat fideiussorem. nume. 17 — 652
appellatiua nomina. nu. 5 — 127
apprehensione rei in vulgus proiectæ, vel pro derelicto habitæ dominium quæritur. nu. 1 — 140
aquæ ductus non vsu an tollatur. nu. 13 — 144
aquæ ductus remanet, etsi is, cui debetur prædium seruiens, emat, si tamen ager sit intermedius. nu. 14 — ibid.
aquæ & ignis interdictio. nu. 3 — 696
de Aquæ hauriendæ seruitute quædam. nu. 1 — 146
aquæ haustu concesso, iter quoq; concessum est. nu. 2 — ibi.
arbitraria non est nomen actionis, sed qualitatis, nu. 5. 606 nu. 20 — 608
arbitrariæ actiones quomodo differant a bonæ fidei strictique iuris persecutionibus. nu. 22 — 608
arbitrariæ actiones vnde dicantur. nu. 3 — 306
in Arbitrariis actionibus duæ sententiæ feruntur. nu. 4 606 nu. 16 — 607
in Arbitrariis iudiciis iudex nihil contra ipsorum naturam arbitratur. nu. 15 — ibid.
circa Arbitrarias actiones regula in textu posita tantum una. nu. 6. 606. nu. 10. — ibid.
arbitrium quid significet in nostro §. nu. 2 — ibid.
arbor gemina quãdo pro vna vel duab. habeatur. nu. 8. — 131
arbor prope confinium posita est communis, & fructus vtrique partiri debent. nu. 5 — ibid.
arbores an radices egerint, quõ cognoscatur. nu. 7 — 122
de Arborib. cædendis edictum. nu. 7 — 131
area quid. nu. 13 — 153
armarium, penarium. nu. 11 — 125
armorum & telorum appellatio. nu. 14 — 681
armorum vsus an iure si interdictus fuerit. nu. 6 — 700
arrha in quem finem detur. nu. 3 — 429
arrha quid. — ibid.
Arrhæ nomine hodie numus dari solet. nu. 5 — 429
sine Arrhis cõtrahere fortius, quàm cum arrhis. nu. 10. ibi.
arrogari qui possint: & quæ ad hoc requirantur. nu. 2 — 49
arrogatio per quos fiat. nu. 1 — ibid.
arrogatio quando fiat. num 1 — 372
arrogato quarta quando restituenda. nu. 7 — 49
arrogatio quid. nu 9 — 47
arrogatio quomodo olim, quomodo item hodie fiat. nume. 1 — 48
circa arrogationum veterum solennitas. nu. 4 — 49.
arrogator fraudans filium arrogatum. nu. 6 — 526
arrogator quatenus teneatur ad debita filii arrogati. numero. 1. 2 — 374
arrogator satisdare tenetur. nu. 3 — 49
arrogatus an possit sibi aliquid proprii reseruare. nu. 3. 53
arrogatus post mortem patris naturalis ab arrogatore emãcipatus neutri succedit, & quæ sit ratio. nu. 1. 6 — 328
arrogatus se & sua subiicit arrogatori. nu. 2 — 373
arrogatus si emancipetur viuente patre naturali, arrogatori non succedit, sed patri naturali. nu. 2 — 379
arrogatus sine causa, non potest emancipari. nu. 5 — 49
arrogatus si sine causa emancipetur, quid iuris. numero 6 ibid.
arrogatus aliquis cum omnibus in suis potestatem arrogantis transit. nu. 2 — 53
arrogato siue liberis & fratribus defuncto, succedit arrogator ad instar patris naturalis. nu. 1 — 374
si tamen pubes moriatur, nam si impubes, omnes agnati cognationi præferentur, quia alias ab intestato successissent. nu. 2. 3 — ibid.
arrogati post emancipationem habentur pro extraneis. nume. 4 — 329
argumentum ab etymologia, an valeat. nu. 18. 20. — 50
argumentum de Falcidia ad Trebellianicam valet, ex quo multæ fiunt illationes. nu. 2 — 303
in Arte sua cuilibet perito credendum. nu. 7 — 122
ac etsi excedatur, semper iuris potestate ad verũ assem fit reductio. nu. 6. — 220
as pro integra quacunque re accipitur. nu. 2 — 337
assis duodecim esse partes. nu. 4 — ibid.
assis nomina, eademque declarata. — ibid.
assem ab ære esse dictum. nu. 1 — ibid.
assem pro hæreditate accipi. nu. 3 — ibi.
assem quæ excedunt, pro rata decrescunt, siue excessus fit in diuisione æqualium, siue inæqualium portionum. num. 2 — 219
ascendentes, descendentes, & transuersales qui sint. numero. 3 — 41
inter Ascendentes & descendentes, etiam dissoluta adoptione, matrimonium prohibetur, secus inter collaterales, & quæ sit ratio. nu. 4 — ibid.
adscriptitij coloni glebam sequuntur. nu. 2 — 159
assequendi verbum. nu. 5 — 364
asserere, assertores. nu. 7 — 646
assertio vetus per Iustinianum sublata. nu. 4 — ibi: & 30
assignare instrumento. nu. 3 — 360
assignare libertum quid sit. nu. 1 — ibid.
assignatæ res nu. 3 — ibid.
assignatio qualiter & quibus verbis fieri possit. nu. 4. — 363
de Assignatione libertorum. num. 1 — ibid.
Athenienses tabulis æreis leges suas commendabant. nume. 2 — 22
Athenis duas fuisse iudicum curias, Quingentariam scil. & Areopagitarum. nu. 3 — 695
Atinia lex. nu. 4 — 160
Attilianus tutor vnde dictus. nu. 3 — 77
de Attiliano tutore. Rub. — ibid.
Augusta eisdem priuilegiis gaudet quibus princeps. num. 43 — 165
Augusta & vxor principis. — ibid.
Augustus & codicillorum seruandorum, & fideicommissorum author fuit. nu. 1 — 316
d. Augustus fideicommissa ad necessitatem iuris primus retraxit. — 295
Augustus vnde dictus. nu. 26 — 5
Aureus quo hodie vtimur, ueteri surrogatus est nu. 7. — 164
Aurei ueteris deprauatio. nu. 6 — 80
Aurei ueteris Romani æstimatio. nu. 4 — ibid.
aurei nostri minores veteribus. nu. 8 — ibid.
Aurei tempore Iustiniani quid valuerint. nu. 4 — 369
Authenticorum liber, legem ciuilium colophon. nu. 15. 5
ἐπ' αὐτοφώρῳ quid significet. nu. 1 — 470
Authoritas tutorum quid. nu. 2 — 81
Authoritas vocabulum vnde dictum. nu. 4 — ibid.
Authoritatem præstare quid. nu. 3 — ibid.
de authoritate tutorum. — ibid.
tituli continuatio. nu. 1 — ibid.
Auia & mater quomodo tutelam assequantur. nu. 7 — 75
Auia hodie succedit nepoti. nu. 4 — 341
Auia non ducenda. nu. 5 — 43
Auunculi appellatio vnde. nu. 2 — 353
Auus patri & matri præferebatur in successione nepotum. num. 3 — 343
Auus quomodo nepoti rectè tutorem det. nu. 8 — 65
Auo dante in adoptionem nepotem ex filio, quare filij cõsensus requiratur. nu. 4 — 52
ἄζωρες. nu. 4 — 26

B

Banniti æquiparantur deportatis. nu. 4 — 704
Bartoli declaratio, in l. si pecuniã. ff. si cer. pe. nu. 4. 619
Bartoli opinio defenditur contra communem. nu. 14. 426
Bartoli opinio de cõtractu cẽsuali, libellar. &c. nu. 15. 440
basilica quid. nu. 10. — 262
bella an hodie sint iusta. nu. 4 — 120

bella quare in vsum recepta.nu.3 15
bellizarius Iustiniani dux.no.2 5
beneficium prælationis in dote confessata non habet locũ. nu.14 599
de Beneficio D Hadriani.nu.4.6 421
quibus casibus illud non habeat locum.num.7 8 9 10. ibid.
Et quomodò hoc beneficium differat ab eo quod pluribus competit.nu.5 ibid.
bes num.4 213
bona fides in emptione duobus temporibus requiritur.nume.25 528
bona fides in omnibus negotijs exigitur.num.4 587
bona fides necessaria in Publiciana.num.12 518
bona fides præsumitur, donec probetur mala.nu.58 510
bona fides quid num.16 157
bona fides verbum variè accipitur.num.3.5 587
bona fides veritati comparatur.num.1 134
bonæ fidei contractus per impossibilem conditionem vitiantur.num.6 408
in Bonæ fidei contractibus ex mora vsuræ debentur. secus in persecutionibus stricti iuris num.15 589
bonæ fidei in emente magnus effector.num.26 518
bonæ fidei iudicia vnde dicta.nu.6 7 8 587
in Bonæ fidei iudiciis dolos incidens non vitiat, sed damnum sarcitur per actionem ex contractu.nu.26 589
in Bonæ fidei iudiciis etiam nõ dicta nec cogitata veniũt, secus in strictis iudiciis.num.27 ibid.
vtrumque probatur per exempla.nu.28.29 ibid.
in Bonæ fidei iudiciis veniunt fructus a tempore moræ, in stricti iuris distinguitur.num.26. ibid.
in Bonæ fidei persecutoribus iuratur in litem in stricti iuris non item.nu.31 ibid.
bonæ fidei possessor, itemq; malæ, qualiter ad restitutionem fructuum teneantur.num. 691
tam in Bonæ fidei quam strictis iudiciis tenetur quis præcisè ad dandum, nec liberatur præstando interesse contra Accursium.num.27 590
bonæ fidei emptori quomodo hodie succurratur. numero.7 132
in Bona vel mala fide ratio emendi titularij habetur. nume.18 518
bonum nomen quid significet.nu.3 638
bona cui addicuntur, an sit ex testamento, vel ab intestato hæres.no.1 377
bona non semper dicuntur deducto ære alieno.nu.3 364
bona omnia pupilli exhæredati ad eius substitutionem pertinent.no.3 234
bona parapherna & receptitia quæ sint.no.3.4 101
bona tutorum & curatorum minoribus tacitè sunt obligata.num.1 91
bonorum cessioni quando sit locus.nu.21 630
bonorum debitoris excussio reuocationem præcedere debet.num.46.48 320
bonorum emptores iure Pandectarum non succedunt, sed creditoribus conceditur, bona debitorum officio iudicis possidere.num.6 379
qui iure nouissimo obtinent hac in re.nu.7 ibid.
bonorum possessio ab intestato non datur, nisi vbi testamentum factum non est.num.6 367
bonorum possessionem agnoscere quid.nu.4 372
bonorum possessio agnosci debet.nu.2 226
bonorũ possessio contra tabulas, & suis & emancipatis præteritis datur, diuersimodè tamen.nu.3.4 336
bonorum possessio contra tabulas non datur patrono, nisi adita hæreditate, cum in filijs sit secus.nu.5 338
bonorum possessio edictalis, decretalis nu.10 365
bonorum possessio, & possessio bonorum differunt. nume.6 364
bonorum possessio olim petitionem & decretum exigebat hodie sola declaratio animi sufficit.nu.2.3.5 378
bonorum possessio quando dicatur delata nu.1 371
bonorum possessio qua ratione introducta, & quando competat.num.2.3 370
bonorum possessio septima quare appellatur extraordinaria. num.1 ibid.
bonorum possessio Vnde cognati, olim necessaria, hodie secus.nu.1 368
bonorum possessio, vnde decem personæ, vnde dicta. nume.2 368
bonorum possessionis definitio.nu.1 364
bonorum possessionis petendæ vtile tempus.nu.1 372
bonorum possessionem primo repudiante, statim sequenti incipit currere.nu.2 371
de Bono.possessione Carboniana.nu.7 370
de Bonorum possessione, quæ ordinandæ litis gratia datur.nu.9 ibid.
de Bonorum possessione, quæ ventris nomine datur. nume.8 ibid.
de Bonorum possess.tanquam ex fam.nu.11 367
de Bonorum possessione, vnde vir & vxor.nu.1 369
bonorum possessiones contra & secundum tabulas an hodie necessariæ.nu.3.4 348
bonorum possessiones durant tantum anno.nu.3 203
bonorum possessiones Vnde liberi, & vnde legitimi, hodie non necessariæ.nu.5 368
de Bonorum possessionibus. Rub. 364
huius tituli continuatio. ibid.
bonorum possessor non fit, nisi petita atque agnita bonorum possessione.nu.2.4 306
bonorum possessor propriè hæres non est nu.5 ibid.
bonorum quæcunque possessio a prætore datur.nume.4. 364.
bonorum sex tantum ordinaria possessiones hodie esse. nu.6 378
bonis nemo cedere potest, vt per hoc liberetur a muneribus publicis.nu.14 629
in Bonis castrensibus liberti patronus non succedit.num.3 358
bona creditoribus occultans vel indicare recusans, cessionis exceptionem non habet. 628
bona sub voce præconis venire, igno miniosum.nu.3 91
bona sub hasta venire, olim ignominiosum.no.2 376
de bonis castrensibus & quasi, filiusfamil. testari iure potest nu.5 198
quid de bonis aduentitiis.nu.6 ibid.
bonis vius.nu.3 155
brephotrophi.nu 8 652
brephotrophium.nu.10 ibid.
Baca linus Gothorum dux.nu.12 3

C.

CAdere uerbum variè accipitur.no 5 55
Cæcus hodie in testando non tenetur præfati. num. 302
cæcus testari volens, quæ solennia seruare teneatur. nu.1. ibid.
cæcus testans inter liberos, an prædictis sollennitatib. obligetur.nu.8 302
cæcus testis esse nequit.nu.11 287
cæci tutores esse non possunt.nu.2 93
in Cæci testamento an hæredis institutio legata necessario præcedere debeat.nu.3.4 301
Cæsarea triplex.nu.9 409
Cæsaris etymologia.nu.3 2
Cæsares qui dicantur. ibid.
cæterum hoc § quatuor diuersa iura recenseri.nu.1 335
Caius ille cuius hic Iustinianus meminit quis fuerit. nume.5 7
calumniæ deriuatio.no.4 4
calumniæ significatio. ibid.
calumniæ tres species explicantur nu.40.41 582
calumniæ verbum nu 39 ibid.
de Calumnia tam actores, quam rei iurant.nu.6 684
de Calumnia quando iurandum sit.nu.8. ibid.

de Calumnia qui iurent.nu.5 ibid.
Calumniatores qui dicantur.nu.40.41 182
in Camera imperiali criminalis accusatio non admittitur. num.11 405
in Camera imperii causæ per procuratorem tractantur.nu me.4 646
Campus martius.nu.9 262
Cancellarii quæstoribus candidatis similes.num.10 6
Canones ad quartum vsque gradum prohibent nuptias. num.2 42
Capitalis inimicitia fratrum seu agnatorum excusat à tutela.nu.2 96
Capitalis inimicitia quæ dicatur.nu.5 97
Capitalium pœnarum certi sunt gradus.nu.5 696
Capitolii inscriptio.num.22 3
Captiui hodie non fiunt serui.nu.5 15
Captiuitas iuris gentium,num.1 ibid.
Captiuitate acquiritur dominium iure naturali. num.1. 2 121
Captiuitate patris filios non fieri sui iuris, sed eorum statum suspendi.nu.6.10 18
Captus à prædonibus,vel in vincula coniectus, restitui debet. 521
Captus non fit seruus,nisi adducatur extra præsidia populi Romani.nu.9 18
Capti ab hostibus hodie libertatem non amittunt.num.8 ibid.
Caput liberum. 40
Caput quid.nu.1.2 74
Capitis deminutio non infirmat militare testamentum.nume.5 179
Capitis diminutio quid.nu.6.74 ibid.
Caroli V.Imperatoris de inuentario constitutio. num. 22 255
Carthaginem per Bellizarium Iustinianus recuperat. nume.2 5
Castrati & spadones quomodo differant.nu.13 52
Castrensis peculii multiplex priuilegium.num.11 198
super castrensi uel quasi castrensi peculio potest inter patrem & filium stipulatio fieri.nu.3 496
item inter patrem & filium emancipatum.num.4 ibid.
Casus fortuitus.nu. 29 384
Casus fortuitus etiam interdum præstatur.nu.5 443
Casus fortuitus extra dolum & culpa est.nu.4 484
Casus fortuitus in commixtione nihil operatur.nume. 6 128
quomodo ea in specie quilibet suum consequatur. nu.7 ibidem.
Casus fortuiti respiciunt dominos.nu.9.10 176
hæc regula quando cesset. ibid.
Casus,in quibus pater cogitur emancipare filium. num. 3 61
Casus in quibus petitio hæreditatis contra titulo possidentem.nu.12 599
in quibus rem obligatam à testatore legatam hæres in distinctè tenetur luere, siue testator sciuerit obligatam, siue non.nu.6.7.8. 263
Casus, vbi actioni de peculio etiam in aduentitiis locus sit.nu.38 339
vbi actore non præsumptionem quidem pro se habente, reo iuramentum defertur.nu.8 371
vbi affectus sine effectu punitur.nu.3 472
vbi asserens libertatem sui fundi, eam probare tenetur. num.48.49.50 512
vbi depositarius præstat etiam culpam leuem, leuissimam & casum.nu.15 388
vbi fideiussor etiam postquam soluit non agit.num. 6 423
vbi filius etiam inuitus emancipari potest.nu.4 61
vbi fur furti agit.nu.3 476
vbi hæreditas in codicillis directè relinqui potest. nume.7 318
vbi in prætoriis stipulationibus nuda repromissio sufficit.nu.12 400
vbi nec naturalis nec ciuilis obligatio nascitur numero 13 380
vbi noxæ deditione dominus non liberatur. numero 4 640
vbi quis cogitur ad matrimonium.nu 4 33
vbi relatio iuramenti non habet locum.num.9 311
quod in eum Casum venit,vnde non potest incipere,non valet nu.3.642.fallit.nu.4 ibid.
in Casu § nostri aliquando mandati actionem, aliquando negotiorum gestorum competere.nu.2 405
M Cato Censorini.F.nu.3 54
Catoniana regula.nu.7.269.nu.2 289
Cauere verbum.nu.8 49
Quomodo accipiatur.nu.4 151
Caupones quando non teneantur ex quasi maleficio, nume.5 499
Caupones qui dicantur.nu.3 ibid.
Causa an simpliciter, an conditionaliter legato adscripta sit,quomodo cognoscatur.nu.4 289
Causa impulsiua quæ sit.nu.4.5 194
Causa in dubio impulsiua præsumitur.nu.6 ibid.
Causa limitata limitatum producit effectum.nu. 286
Causa lucratiua & non lucratiua siue onerosa,item mixta. num.3 264
Causa proxima licet taceri possit in libello, remota tamen semper est exprimenda.nu.10 501
Causa quomodo in hoc proposito accipiatur.1 23
Causa status capitali accusationi comparatur. numero. 2 97
Causæ actionis Paulinæ sunt,maleficium & quasi contractus.nu.51 530
in causæ cognitione quæ versentur.nu.33 609
ob Causam quod datur,propriè non est donatio.numero 2 168
per causam iustam quid denotetur.nu.20 518
causa cessante,cessare effectum,regula explicatur. numero 3 193
ex causa eadem agere,quando censeamur.nu.10 663
causa & re plus petere,an sint paria.nu.4 616
causa quando plus petatur.num.1 617
causa qualiter quis olim cadebat ob plus petitionem. nume.2 614
causa semel iuramento decisa,non potest prætextu periurii retractari.nu.2 661
causæ duæ lucratiuæ circa eandem rem & personam non concurrunt.nu.4 264
fallit nu.5 ibid.
causarum redemptores.nu.5 262
in Causis criminalibus num appelletur.nu.9 495
causas singulas propriis verbis distingui,vtile. numero.7 241.
causatiuè,non consecutiuè intelligi textum, quid Accursio nu.16 578
cautela, ne coniuncta persona sumptus donasse videatur, num.11 416
si cautio omissa sit,quomodo peti possit.nu.6 151
cautio,Rem ratam haberi quid contineat.nu.7 652
cautionis verbum.nu.3 376
cedens bonis in acquisitis post cessionem beneficium competentiæ habet.nu.3 629
quibus casibus id non procedat nu.4 ibid.
cedere diem & venire diem,quomodo accipiatur. numero 1 392
censeri verbum quomodo accipiatur nu.17 13
centum aurei olim honorarium aduocatorum. numero 5 80.
Centussis apud Martialem.nu.12 579
cera ima quid.nu.2 289
cera prima quid ibid.
certi condictio ex mutuo.nu.7 560
certi condictio ex mutuo quomodo detur. num.10 ibid.
In iure quod rerum natura sciri potest, pro certo habetur num.

num.2 39
certi condictio vna tantum est, contra communem. numero.9 360
certi condictionem communis opinio duplicem facit, generalem sc. & specialem. num.7 ibid.
cessio bonorum non liberat ab vlla obligatione, numero 2 629
cessio non habet locum in deportato vel proscripto. nume.16 630
cessionis beneficio qui careant. num. 8 629
cessio bonorum quando dicatur fieri. nu.6 ibid.
cessionis causa finalis est impotentia solnendi numero 12 ibid.
cessionis dies tam in legato quam hæreditate spectatur. diuersimode tamen dies cedit. nu.2 215
post cessionem modica aliqua acquirens, securus est, nume.1 629
chartæ papyro differunt. nu. 3 132
childibius Iustiniani dux. nu.15 3
cicero pater patriæ nu. 5 8
ciceronis locus lib. 1. de Orat. explicatus. num. 1 358
circumstantiæ ex quibus delictum augetur vel minuitur. num. 2 494
citatio semper necessaria in cognoscendis causis. numero 4 688
ciuile ius ciuili tollitur num. 3 73
ciuilis mors pupilli tollit tutelam nu. 2 85
ciuiles actiones sunt, quæ ipsa origine sunt a iure ciuili. num. 2 514
ciuiles exceptiones quę. nu.4 664
in ciuilibus causis quandoque etiam non possumus per procuratorem agere. nu. 2 646
ciuitas fructuaria quando censeatur mortua. numero 4 152
ciuitati vel collegio legari potest. num 4 284
clam possidere quis dicatur. nu. 3 678
clauium traditione transfertur dominium. num. 1 139
item & instrumenti traditione. nu. 3 140
claudius Cæs. sanxit, tutores ex inquisitione à Cos. dandos. nu. 2 79
clausula derogatoria in testamento apposita, in codicillis reuocari potest. nu. 11 316
clausulæ nostro tempore consuetæ apponi scripturis & chirographis. nu. 21 617
clausulæ vtilitas, Saluo iure superflui. nu. 2 611
codicum varia acceptio 118
codicillis an posthumi natiuitate rumpantur. numero 5 317
codicilli directi nu.6 316
fideicommissarii. ibid.
codicilli olim ante vel post testamentum facti non valebant, nisi testamento confirmarentur, hodie nisi expresse reuocentur, ipso iure confirmati intelliguntur, num. 2.3 317
codicilli quomodo a testamento differant. nu.4 315
codicilli quomodo hic accipiantur, quomodo item alias. num. 5 ibid.
codicilli si ab intestato fiunt, debentur relicta succedentibus ab intestato. nu.4 317
codicillorum necessitas & vtilitas. nu. 7 316
codicillis iure vetere legata relinqui non poterant. numero 2 316
in codicillis hodie legata directo relinqui posse. numero 6 310
in Codicillis hodie quinque testes requiruntur. numero 4 319
in Codicillis non potest directo hæres institui: & quæ sit ratio. nu. 5 318
in codicillis qua ratione relicta petantur. nu. 5 319
in codicillis quinque testes sufficiunt, etiam non rogati. num. 4 ibid.
codicillos bifariam fieri. nu. 5 313
codicillos plures relinquere quis potest, secus in testamentis. num. 1.2 310
fal. it. num. 3 ibid.
codicillos quatuor modis confici. num. 1 317
codicillos qui facere possint nu.4 ibid.
de codicillis. 310
codicis appellatio. nu. 2.3 191
codicum dispersio. nu. 6 10
cogitationis pęnam nemo patitur. nu. 8.9 697
cognati cum agnatis succedunt ab intestato saltem quo ad vnum gradum 337
res exemplo declaratur ibid.
cognati & agnati æquo iure succedunt. nu. 347
cognati lege xii. tab. non succedunt. nu. 1 ibid.
prætor tamen cognatos vocauit nu. 2 ibi.
cognati transuersales, liberi item adoptiui, ad successioné vocantur á Prætore. nu. 1 348
cognatis seruilibus lege antiqua quando consulebatur numero 4 356
cognatis prætor in specie tantum consuluit. numero 2 348
cognatio ex transuerso duas species habet. no. 2 72
cognatio generice accepta in tria diuiditur. nu. 2 ibid.
cognatio in genere & agnationem & cognationem specificam continet. nu. 1 335
cognatio iuris naturæ est. nu. 1 73
cognatio naturalis per se & absque ciuili quæ dicatur. num. 2 347
cognatio naturalis in adoptione pro nulla habetur. numero 6 42
cognatio specifica, nu. 4 72
cognationis gradus nosse Iurisconsultum oportet. numero 1 350
cognationem ius ciuile tollere nequit. nu. 4 73
in cognatione inquirenda semper aliquem hypotheticum constituendum esse. nu. 3 351
in cognatione tres esse lineas. nu. 6 350
cognationes seruiles an hodie in successione seruentur. num. 4 45
inter cohæredes ex quasi contractu obligationem nasci. num. 4 457
Ex qua oritur familiæ erciscund. actio. nu. 1 ibi.
in Collateralibus graduum prærogatiua attenditur, licet in recta linea sit seccus. nu. 3 334
coloniæ quid nu. 4 323
colonus & inquilinus quomodo differant. numero 6 532
colonus quis. nu. 8 538
coloni duplices. nu. 9 ibi. & 530
Differentia inter colonum & inquilinum. nu. 15 529
coloni & inquilini res sunt tacite obligatæ pro pensioné. num. 1 532
coloni partiarii. nu. 9 ibid.
coloni partiarij bona an etiam sint tacitè obligata. numero 25 533
coloni proprie. nu. 7 532
color dementiæ an hodie prætendi possit vt olim. numero 9.10 245
comitia à consilio differunt. nu. 3 283
commixtio & confusio quomodo differant. numero 2.3 128
commixtio quando fit, vim confusionis habet. numero 4 ibidem.
commixtione acquiritur dominium iure naturali. numero 2 ibid.
commodatæ rei periculum ad quem pertineat. numero 12 387
commodatum est contractus gratuitus. nu. 6. 386
est realis contractus. nu. 4 ibid.
commodatum in quibus consistat. num. ibid.
commodatum præfinit certum vsum, quem non licet trásgredi. num. 4 ibid.
commodati actio directa & contraria. nu. 9. 386. numero 31.33 361

viraque

vtraque personalis est & rei persecutoria.nu.34 ibid.
commodati descriptio, seu definitio.num.3 386
in Commodato eadem species reddenda.nu.7 ibid.
commodum eum sequitur, quem & incommodum, & contra.nu.12 434
commodum rei emphyteuticæ accidens pensionem non tanget.nu.30 441
commune ex euentu, vel ex proposito.nu.6 571
qualiter in textu accipiatur.nu.8 ibid.
communis error facit ius.nu.2 188
communia quæ dicantur.nu.1 111
communicatio rerum & operarum omnino necessaria. numero.3 380
in communione nemo inuitus manere cogitur.n. 37. 574
compensare in quibus casibus non liceat. numero 21.603 num.39 604
compensatio in iis tantum rebus locum habet, quæ functionem, id est, promiscuum vsum recipiunt. numero. 21 ibid.
compensatio ipso iure minuit obligationem. numero 4 467
compensatio non potest excedere quantitatem debitam & compensabilem.nu.19 603
compensatio quid sit.nu.6 602
compensatio vt locum habeat, necesse est debitum esse liquidum.nu.15 603
compensationis effectus est, quod vim solutionis habeat. nu.18 ibid.
componere.nu.4 5
conatus puniendus in his quæ faciliter trahuntur ad perniciosa exempla.nu.11 576
conceptus ante deportationem patris, legitimus est. numero 3 62
ex Concubina nati vt succedant.nu.2 348
concubinatus à matrimonio quomodo differat. nume. 11 12 38
propter Condemnationem vt quis in actione famosa fiat infamis, quæ sint necessaria.nu.2 687
condicere quid.nu.15 555.556
concipere verbum, pro inuenire sumitur.num.7 47
condicere alicui cœnam.nu.11 556
conditio alia possibilis, alia impossibilis.nu.1 221
conditio casualis.nu.2 222
certa quæ.nu.5 615
conditio hæredi iam instituto in codicillis non potest adiici num.9 319
conditio impossibilis, id est, difficilis, quando noceat nume.6 222
conditio impossibilis natura uel iure, pro non scripta habetur in vltimis voluntatibus, secus in contractibus. nume.4 ibid.
cur in contractibus sit diuersum.nu.5 ibid.
conditio impossibilis negatiue inserta stipulationi, eā non vitiat.nu.8 408
fallit, si conditio sit impossibilis de iure.nu.5 ibid.
conditio impossibilis stipulationi pœnali adiecta, eam reddit inanem.nu.10 408
conditio incerta quæ.nu.5 615
conditio etiam pro qualitate & statu sumitur numero 22 413
conditio in testamento adposita, in codicillis remoueri nequit.nu.10 318
conditio mixta.nu.2 222
conditio perplexa vel impossibilis ob perplexitatem. nume.10. 222
conditio potestatiua.nu.2 ibid.
conditio possibilis tres habet species.nu. 1 ibid.
conditio propriè est de futuro.nu.6 289
conditio purificata retrotrahitur ad tempus mortis testatoris.nu.7 221
conditio quæ tendit ad esse, vel ad non esse.nu.1 394
conditio retrotrahitur ad tempus initæ conuentionis numero 35 529
conditio si certa sit, an plus tempore quis dicatur petere. num 7.8 615
conditio triplex est.nu.1 395
conditionem impossibilem variis modis dici. numero 1.3 221
in Conditionali stipulatione neque uenit neque cessit dies nu.3 394
hoc verum est, siue conditio expressa sit, siue tacita. nume.4 ibid.
condictio certa ex mutuo est personalis.nu.12 560
condictio certi ex stipulatione, & actio ex stipulatione, cui & aduersus quem detur.nu.20 560
vtramque actionem esse rei persecutoriam, & ad quid vtraque detur.nu.21 561
condictio certi ex stipulatione, & actio ex stipulatu, quo modo differant.nu. 10 560
condictio, condicere, condictus dies.nu.8 385
condictio furtiua denegatur ei qui non est dominus.numero.18 563
codictio furtiua durat, siue res extet siue non extet. numero.19 ibid.
condictio furtiua est rei persecutoria.nu.12 555
condictio furtiua in duobus fundatur.nu.24 556
condictio furtiua quibus competat.nu.7 555
condictio furtiua quomodo degeneret.num.14 ibid.
condictio furtiua durat etiam re perempta.nu.15 ibid.
conditionis furtiuæ definitio.nu.10 ibid.
condictio indebiti.nu.6.7 381
quando cesset ibid.
condictio quid.nu.19.21 384
quotuplex ibid.
in Condictionibus petitur dari.nu.13 555
conditionis ex stipulatione, & actionis ex stipulatu causa.nu.28 561
condictionis indebiti & mutui affinitas.nu.9 386
conducti actio cui competat, & ad quid.nu.84 564
conductor an & quare ad remissionem mercedis agere possit.nu.5.6 437
conductoris bona si expresse obligata sunt, cessat Seruiana actio.nu.27 533
conductor de casu fortuito non tenetur.nu.4 443
conductor præstat dolum latam & leuem culpam. numero 1 443
conductor quandoque etiam leuissimam culpam præstat. num.3 443
conductoris & commodatariis eadem custodia.numero 1 477
propter Confessionem rei conuenti toleratur discrepantia libelli & sententiæ.nu.14 612
confessoria actio inter duo extrema uersatur. numero 27 511
confessoria directa.nu.29 ibid.
confessoria duplex ibi.
confessoria vtilis ibid.
confessoria quare dicatur realis.nu.23 510
confessoriæ in rem actionis definitio.nu.23 ibid.
confessoria agens quid probare debeat.nu.31 511
confessoriæ cur tantum in rebus corporalibus agatur, nume.37 519
confestim verbum quid significet.nu.4 392
confinium quid.nu.4 131
qui confirmat, dare videtur, axiomatis explicatio.numero 9 66
confusione acquiritur dominium nu.1 723
confusione rerum tollitur ipso iure obligatio. numero 5 467
item & oblatione, depositione & consignatione debitæ pecuniæ.nu.6. ibid.
item interitu speciei debitæ.nu.4 ibid.
item & transfusione. ibid.
coniugata quo dicantur.num.4 25
coniugati an & quando separari possint.nu.10. 38
a Coniugatis argumentum.nu.5 24

coniu-

coniuges hodie ex consuetudine inuicem succedunt, non extantibus liberis.nu.5 369
coniugii etymon.nu.7 38
coniuncti eadem coniunctione simul admittuntur, numero.21 268
coniuncti portio quibus modis deficiat.nu.17. ibid.
coniuncti re & verbis,nu.1 266
coniuncti re tantum,qui & disiuncti dicuntur. numero. 2.5 ibid.
coniuncti verbis,& re,an ab initio vel concursu partes faciant, 266
coniuncti verbis tantum.nu.8.3 ibid.
qui Coniuncti per concursum,qui item ab initio partes faciant.nu.6.7 627
inter Coniunctos quis alteri præferatur.nu.29 268
ex Coniunctis vno deficiente,an & quomodo eius pars accedat aliis.nu.9 267
consanguinei,vterini,nu.4 349
consanguineorum interuentus efficit, vt res præsumantur gestæ ex vtilitate minoris.nu.4 104
consensus in nuptiis.nu.10 40
consensus parentum in nuptiis necessarius.numero 7.8 ibidem.
matrimonii basis.nu.7.8 ibid.
in consequentiam quæ veniunt,non curari.nu.4 41
consilium dare, opemque ferre quis dicatur numero 2 474
consilium tantum ad furandum qui dedit, an furti teneatur 473
ex consilio & persuasione regulariter nemo tenetur, secus in hac actione.nu.9 576
consobrini appellatio ambigua.nu.2 314
consolidatio non impedit ius accrescendi.nu.11 452
consortes qui sint.nu.9 383
consul idem,quod exconsul 6
Constantinopolis altera Roma.nu.1 653
olim Byzantium dicta ibid.
olim Impp.sedes nu 4 8
Thraciæ vrbs vetustissima.nu.1 653
Constantinopolim quando Turca occuparit, numero 2 ibidem.
constitutores.nu.9.10 418
constitutores a fideiussoribus quomodo distent. ibid.
constituere in hoc proposito quid significet numero 2 537
constituere quis potest se soluturum,quod alius debet. num.14 538
constituere qui possint.nu.18 537
constitutum fit nudo pacto.nu.21 537
quibus verbis fiat.nu.1 ibid.
fieri potest pro omnib.rebus in stipulationem deducibilibus.nu 19 538
præsupponit debitum.nu.9 537
constituti quæ sit vtilitas.nu.10.12 ibi.
in Constituto pro alio attendimus solum, vt obligatio per constitutum transferatur in constituentem.numero 15 538
in Constituto ex nudo pacto oritur actio.nu.15 ibid.
constitutio leg.Si quis in tantam.nu.4 481
constitutiones,si quis in tantum,remedium.nu.12 681
constitutioni D. Marci ex lege Iustiniani, quæ accesserint 378
constitutionem, cuius hic fit mentio non extare. numero 1 280
consuetudo a lege in quo differat.nu.3 12
consuetudo legem vincit & tollit.nu.2 115
consuetudo quid.nu.2 22
consuetudinis requisita quæ sint.nu.4.5.6 ibid.
consuetudine quod obseruetur, attendendum. numero 1 218
consuetudine seruitutem comparari nu.2 148
consumptio pecuniæ habet vim translationis dominii. nu. 4 276
resolutio ad l.interdum de condict.indebit. & § si pupillos in l.non omnis.si cert. pet.nu.5.6. ibid.
per Consumptionem reconciliari mutuum,regula. nu.5 174
in continenti fieri.quid.nu.11 68
continuatio non semper fit ad proxima.num.6 457
contra autem creditor, § casus.nu.1 173
contracta fiducia emancipare quid.nu.3 440
contractus censualis in quo differt ab emphyteusi. numero 10 439
contractus & quasi contractus bifariam tolluntur. numero 4 461
contractus ex iure gentium processisse.nu.15 15
an contractus ipso iure, vel ope exceptionis infirmetur, quid intersit.nu.23 589
contractus libellarius.nu.11 439
contractus precariæ.nu.14 440
contractus qualiter accipiatur.nu.8 382
contractus quis mutuis & surdis permittatur. numero 1 407
contractus superficiarius.nu 12 13 440
ex Contractu alieno nemo iure ciuili tenetur. numero 8 539
ex Contractu filii aduersus patrem de peculio agi potest. num.16 143
sub Contractu continetur quasi contractus. numero 4 504
contractus innominati qui dicantur.nu 90 594
item nominati. ibid.
contractus nominati omnes ab initio sunt voluntarii, deinde fiunt necessarii.nu.3 453
in Contractibus aliis bona fides sufficit tempore traditionis,excepta emptione.nu.29 518
in Contractibus bonæ fidei dolus dans causam contractui eam ipso iure vitiat. 586
in Contractibus bonæ fidei simplex promissio sufficit. in stricti verò iuris requiritur sufficiens cautio, numero. 36 590
in Contractibus ex consilio quis non obligetur numero 2 430
fallit. ibid.
ex tribus contractibus innominatis datur actio præscriptis verbis.nu.91 594
in Contractibus tria consideranda.nu.52 384
contrariorum eadem disciplina. nume.2.4. 35. nume.2 446 num.2 470
a contrariis duplex argumentum.nu.10 613
a contrariis locus.num.3 35
contrectare quid.nu.2.3 469
contumax in non respondendo, intelligitur respondisse in eam partem,quæ sit illi deterior.nu.53 510
conuicium vnde dictum.num.3 490
conuentio quandoque dominii effectum prohibet. nume. 11. 109
conuentionis nomen valde generale.nu.6 390
conuentus Paulina habet ius offerendi illud quod debetur.nu.43 529
conuentus rei vendicatione si negat se possidere, & conuincitur,aufertur ab eo possessio, & in actorem transfertur.nu.37 507
ad Copulatiuæ veritatem requiritur vtramque partem esse veram nu.4.552.nu 2 405
corpus ex confusione effectum, est vtriusque domini. nume.3 127
corporum tria genera.nu.5 277
correi in quibus contractibus possint constitui.numero 3 397
correorum primus effectus.nu.1 ibid.
secundus effectus.nu.2 398
correorum vno promittendi soluente,liberantur & alii. num.3 ibid.
in correis quid hodie sit immutatum.nu.4 ibid.
corrumpere quomodo hic accipiatur.nu.1 578

creditor an possit alienare pignus.nu.46 535
creditor conditionalis fugientem debitorem potest capere vt securus fiat.nu.35 529
creditor non potest vti pignore nu.4 149
creditor quis.nu.2.4 173
creditores agentes Paulina, fraudem probare debent.nume.29 528
creditores futuri an hanc actionem habeant: & quomodo accipiantur.nu.36 529
creditorum appellatione qui contineantur, quo ad actionem Paulinam.nu.33 528
credulitas est medium inter scientiam & nescientiam.nu.13.15 684
crimen læsæ maiestatis.nu.1 698
criminis læsæ maiestatis pena.nu.9 ibid.
de crimine stellionatus.nu.13 620
crimina regulariter morte reorum extinguuntur: secus est in perduellionis crimine.nu.4 325
in criminibus etiam pæna iniuste extorquetur.numero 11 381
criminali causa pendente, ciuili non est locus numero 12 491.
in criminalibus an procurator interueniat.numero. 10. ibidem.
non interuenit procurator.nu.1 646
in Criminalibus illicitus est incertus libellus. nume. 29 613
in criminalibus non opus est conclusione nu.9 612
propter Crudelitatem nimiam alicui ius suum auferri posse.nu.5. 37
culei appellatio.nu 12 702
culpa lata, alia versutiæ, alia ignauiæ.nu.8 105
culpa lata, leuis, leuissima.nu.24.27.28 384
culpa lata versutię dicitur dolus præsumptus.numero 3 478.
culpa simpliciter prolata, de leui accipitur.num.7 105
culpa versutiæ quandoque dolus dicitur num.10. ibid.
culpæ duas tantum esse species.nu.6 105
culpæ nomen generale.nu.4 ibid.
eius species. ibid.
culpam à custodia differre.nu.14 434
culpam leuissimam socius non præstat.num.3 448
cum autem § thema numero 1 27
cum autem quæritur, huius § hypothesis.numero 1 327
cum eo huius § extensio numero 5 627
cum ex aliena § dubitandi causa.nu.25 125
determinatio thematis.nu.6 ibid.
cum filius, an huius § dispositio vltra pronepotem extendatur nu.6 326
cum in suo solo: an in hoc § duo sint eiusdem rei domini. nu.4 129
cum quis, in hoc § dubitandi causa, decidendique. numero.2.7 416
cumulatio actionum regulariter conceditur. numero 34 623
cumulatio actionum quid.numero 4 621
cumulationi actionum quibus casibus non sit locus.nume 10 35 36 37 38 623
curare, huius § epitome.numero.1 611
curator rebus datur nu.7 64
curator suspectus ab officio remouendus nu.1 202
curatoris officium nu.7 64
curatores & tutores quare satisdare debeant.numero 1 90
curatorum vsus quare introductus.numero 2 87
de curatoribus numero 1. ibid.
huius tituli continuatio. ibid.
xx Cess. 16

D

DAmnum quomodo hic accipiatur. 480
vnde dictum. ibid.
damni varia acceptio. 185
damno verbum, damnas esto.num.4 210
dare est dominium transferre.num.4.34 383
dare & tradere quomodo differant. 503
dare importat dominii translationem 553
dare pro numerare. 637
dare verbum non semper dominii translationem importat 592
datio tutoris an sit mixti imperii.num.6 79
datio tutoris quare delegari non possit. nu.10 80
dationem tutoris permissionis esse, non imperii .numero.7.8 ibid.
datiuę tutelæ multiplex ius.nu.2.77 77
quando sit locus.nu.1 77
datiuus tutor excusatur propter inimicitiam, quam cum parte pupilli habuit.num.2 97
datiui tutores qua forma hodie constituantur. numero 11 80
debet verbum. 609
debitor an creditori suo legare possit id, quod alias ei debet.num.14.16 273
debitor cui liberatio legata est, habet aduersus petentem doli mali exceptionem.num.7 278
habet etiam actionem ex testamento, vt in totũ liberetur acceptione.nu.8 ibid.
potest etiam iudicis officium implorare.nu.9 ibid.
debitor pupillo soluens sine autore tutore, non liberatur num.1. 175
soluens vero decreto iudicis plenissimam liberationẽ habet.num.2 ibid.
debitor quando dicatur soluendo esse.nu.1 31
debitor quis.nu.4 272
debitor si circa fraudem alienet, Paulianæ non est locus. 525
debitor tempore initi contractus sciens se non esse soluendo, bonis cedere non potest. 628
debitor vel curator pupilli hodie non potest eius tutelã gere.nu.2 194
fallit in matre & auia. nu.3. ibid.
debitori cuius regulariter bonis cedere permittitur. numero.7 629
debitore alienante in fraudem creditorum quæ actiones competant. 533
debitores incarcerandi consuetudo.nu.18 630
debitum tertii non potest allegari in compesationem. nume.17. 603
debiti alieni compensatio an admittatur.nu.5 602
debiti dilatio etiam legari potest nu.13 273
debito ciuili quòd possit fideiussor accedere, & non possit constitui, quæ sit ratio nu.13 538
debitum quando quis dicatur agnoscere.nu.6 629
debitum qui ante tempus, petit, ei tempus duplicabitur. numero.2 613
debitum qui diffitetur, caret cessionis beneficio.num.8 629
ad debitum liquidandum quantum tempus dari debeat. nu.16 603
in Debito ciuili tantum non opponitur compensatio nu.14 ibid.
super Debito tantum ciuili non potest constitutum fieri. numero.11 517
decidendi ratio.nu 2 83
decidendi ac dubitandi ratio ad uersicul. quod si viuo. nume.18 272.
generalis conclusio ex hoc §. ibid.
decreto iudicis quibus casibus non sit opus.num.3 175
Decuriones qui dicantur.nu.3 323
dedititij qui.nu.4 6 30
in defectum promittens quomodo differat à reis.num.7. 397
defensio tam iudicialis quàm extraiudicialis est iuris naturæ.num.3 688
deferens nisi iuramentum in continenti suscipiatur, pæni

teie

tere potest, & illud reuocare: & defensa ea in se Bartoli cautela.nu.22.23 142
defensor non admittitur sine cautione iudicatum solui.nume.2 653
quando id non procedat.nu.3 ibid.
defensor voluntarius.nu.4. 647
defunctorum & creditorum hæreditariorum interest, habere successorem.nu.2 366
de illa sane,hic §.exemplo declaratur.nu.4 446
delegatio quid.nu.3 466
deliberare quæ dicantur.nu.2 258
deliberare quid sit nu.4 253
deliberandi beneficium & suis & extraneis hæredibus datur.nu.5 ibid.
deliberandi ius quare olim introductum.nu.1.3 ibid.
deliberandi iuri quantum temporis detur.nu.7 ibid.
ex Delicto filij ipse obligatur,non pater.nu.7 643
ex Delicto eodem quando & ciuilis & criminalis actio datur,an vna consumat alteram.nu.5 495
delicta capitalia.nu.3 468
extraordinaria.nu.4 ibid.
non capitalia.nu.3 ibid.
ordinaria.nu.4 ibid.
delicta priuata quæ dicantur.nu.2 ibid.
priuata delicta sunt 4.generum.nu.1 468
quæ item publica.nu.2 ibid.
delicta priuata persequimur uel ciuiliter uel criminaliter. ibid.
delicta publica quot modis persequamur.nu.1 699
in Delictis & criminibus compensatio admittitur.numero 7 504
in Delictis vno pœnam soluente, alii non liberantur. nume.5 475
ex delictis priuatis nemo agit, nisi,cuius interest. numero 10 696
demonstratio in hoc proposito quid 2 288
Regulariter actiones ex delicto vel quasi non dantur de peculio contra patrem.nu.4 495
Differentia inter actiones ex vero & q.delicto descendentes.nu.2 500
denicales dies qui sint. nu.9 115
denunciationum hodie etiam sit necessaria. numero 8. 556.
denunciatio quid.nu.15 695
deponere,item depositio.nu.2 388
deportare qui possint.nu.9 166
deportatio quid.nu.2 55.695
deportationis causa.nu.5 55
effectus. ibid.
deportatione tam patris quam filii,potestas patria concidit.nu.8 56
deportatione tollitur potestas patria.nu.1 55
deportatus ea tantum perdit, quæ sunt iuris ciuilis. num. 7 55
deportatus in integrum restitutus omnia pristina iura recuperat.nu.12 56
deportati testamentum, & damnati ad pœnam capitalem, fit irritum.num.2.3 241
depositæ rei periculum quem contingat.nu.14. 388
depositarius custodit tantum,& non vtitur re deposita. nume.3 388
depositarius dolum tantum præstat, & latam culpam versutiæ.nu.1 478
depositarius non agit furti,etsi res deposita sit ei surrepta. num.2 ibid.
fallit. ibid.
depositum causa impediendarum vsurarum. numero 7 ibidem.
depositum debet esse gratuitum.nu 4 ibid.
depositum in quibus rebus consistat.nu.9 ibid.
depositum sequestrarium.nu.6 ibid.
depositi actio directa & contraria.nu.41.42 562
vtraque personalis est & ciuilis.nu.4 ibid.
depositi actio variis priuilegiata.nu.8 602
depositi descriptio & allusio.nu.1 388
in Deposito & commodato redditur eadem species.nume 105. 383
desuetudo est contraria consuetudo.nu.14 23
determinatio respiciens plura determinata, debet æqualiter determinare.nu.2 406
deunx.nu.4 217
Deus non est receptator latronum.nu.9 37
dextans.nu.4 217
dicens aliud quàm vult,neutrum velle videtur. numero 13 287
dictiones coniunctæ.nu.6 223
disiunctæ. ibid.
dies incertus institutioni adiectus, eam non vitiat.numero.8 222
dies fasti. nu.7 371
item nefasti. ibid.
differentia inter hunc & præced.§.nu. 1 216
differentia liberorum hodie nulla est.nu.5 26
quod Differtur non aufertur. nu.4 314
difficilis persecutio quando dicatur.nu.9 118
Digesta quid.nu.2 7
dignitas filii in patris quoque laudem redundat, numero. 4 57
per Dignitatem exiens potestatem patriam,omnia intra legitima retinet.nu.5 ibid.
dignitate, quæ hodie liberent filium ex potestate patris. num.3 507
dignitatum quatuor nomina.nu.12 6
dilatoriæ exceptiones.nu.4 664
sub duplici differentia.nu.7 695
tam ex persona procuratoris,quam actoris, & etiam iudicis conceduntur.nu.6 666
vnde dictæ.num.10 ibid.
dilatoriæ solutionis & declinatoriæ iudicii,an inuicem differant.nu.8 665
Dyonisij tyranni matris grauedictum.nu. 3 23
directa actio per cessionem non transfertur.nu.18 506
directa depositi actio est etiam prætoria.nu. 44 569
directa legis Aquiliæ actio quando locum habet. numero 2. 488
quando item vtilis.nu.3 ibid.
directa libertas & fideicommissaria.nu.6 67
directæ mandati actionis formula.nu.61 563
in contraria quomodo instituendus libellus.num. 62. ibidem.
directa mandati actione quid persequamur, & quid contraria.nu.3 556
quando nascantur hæ actiones, quæque earum sit causa.nu.37 ibid.
quid probandum in his actionibus.nu.38 ibid.
directò quibus hodie non potest relinqui, nec per fideicō missum licet.nu.2 390
discrepantia in summa,an vitiet stipulationem.numero. 3 5 406
disiuncta sub duplici differentia.nu.25 268
disiunctiue si quis stipuletur, & alter ad vnū respondeat, non tenetur.nu.5 412
ad Disiunctiuæ ueritatem,sufficit alteram veram esse. numero.8.9 452
dispositio habens duas causas finales,licet vna earum tollatur altera tamen remanet.nu.8 43
dispositio quæcunque de hærede loquens, continet etiam bonorum possessorem.nu.6 366
dissensus in re stipulationem vitiat.nu.1 415
fallit.num.4 415
si tamen certo constet partes dissensisse.nu.2 ibid.
diuersitas responsionis quando stipulationem non vitiet. nu.6 406
diuersitas temporis vel qualitatis vitiat stipulationem in totum.nu.4 400
diuiduudo pro diuidendo. 567

diuina

diuina quæ esse censeantur.nu. 12 23
diuisio rerum naturæ consentanea.nu.13 109
diuisio rerum prima.num.3 110
diuisionis beneficium.nu.7 92
diuisionis iuris defensio.nu. 5 11
per diuos fratres qui intelligantur.nu. 3 97
diutius, §. thema.num 1 164
doctoratus dignitas eximit à patria potestate. numero.7. 57.
doctores legum an à tutela excusentur. num.4 99
à Doctorum consilii an hodie iudici recedere liceat. numero. 1 20
dodrans.num,4 217
dolus bonus est permissus.nu. 30 609
dolus culpa ve in lege Aquilia requiritur.nu.3.5 482
dolus ex multis coniecturis conuinci potest 535
dolus in stricti iuris contractibus dans causam cōtractui, non viciat ipso iure.nu.22 589
dolus malus quid sit.num.31 609
dolus quando det causam contractui.nu.21 ibid.
dolus quid.nu. 3 105
dolus requiritur, vt actioni ser.corr.locus sit.nu.8 576
doli descriptio.nu.23 384
dolo facit, qui petit quod restiturus est.nu.4 627
dolo malo possidere desinens conuenitur ac si adhuc possideret nu.23 508
dolo malo possidere quis desiisse dicatur. ibid.
domina quæ se seruo suo miscuit, quomodo punienda.nume.4 214
domina seruo suo iure canonica impune nubit. numero.4 ibidem.
domina si cum alieno seruo se misceat, proprium seruum intra lx.dies non recte manumittit.nu.5 ibid.
dominus an propria autoritate emphyteutam expellere possit,num.22 440
dominus confessione sui consensus furem absoluere potest.nu.2 474
dominus noxaliter conuentus habet optionem, vel soluere litis æstimationem, vel seruum noxæ dedere. numero.6 640
dominus quòd dedendo seruum liberetur, quæ sit ratio, cum sola damni æstimatio sit in obligatione.numero. 1 ibidem.
dominus quod seruo debet, peculium non auget. numero.3.4 279
fallit.num.4 ibid.
dominus si iusserit cum seruo contrahi, obligatur in solidum.nu.1 632
dominus verus an etiam Publiciana experiri possit. num. 37 519
in domini potestatem quando res dicatur redisse. numero.3 475
domini vox.nu.2 406
domino materiæ quomodo succurratur contra specificantem.num.12 125
domino tabulæ quare saltem vtilis in rem actio detur, & non directa.nu.8 133
dominorum in seruos potestatis limitatio, numero.4 25
dominorum potestas in seruos.num.3 ibid.
de Dominis & seruis dicta intelliguntur de liberis & parentibus.nu.1 637
dominium acquiritur etiam ignorante domino: secus in quasi dominio.nu.4. 547
dominium causam habet, & ius gentium & ciuile.numero.14 109
dominium de rebus incorporalibus impropriè tantum dicitur nu.6 108
dominium directum & vtile explicantur.nu.16 109
dominium ex sola traditio transfert, quæ ex iusta causa procedit.nu.4 134
dominium & obligatio duo iuris capita.numero. 3.4.24.num.2 100
dominium & possessionem requiri in actione reali coniūctim.nu.15 506
dominium & proprietas an differant.nu.4 676
dominium & proprietas sunt idem.nu.11 377
dominium iam ortum quibus modis perimatur. numero 28 208
dominium in specie num.28 109
dominium in venditione & gentium & ciuili iure transfertur.num.3 139
dominium iure prisco per vsucapionem non contingebat num.15 517
dominium non esse, accepisse à non domino, & similia verba, quomodo in legibus accipiantur.numero. 8 517.
dominium per anticipationem.num.10 109
dominium quare rem dixerint Institutionum archytecti. num.3 108
dominium quod habet vsufructuaria.num 12 109
dominium quomodo probari possit.nu.3541 508
dominium regulariter sine traditione non transfertur. nume.1 139
casus, in quibus contrarium obseruatur. numero.2.3 ibidem.
dominium sine possessione non acquiritur. numero. 4 117
dominium sine traditione regulariter non transfertur.numero.40 529
dominium summum seu maius nu.22 109
dominii affinia. ibid.
dominii appellatione quid contineatur.nu.20 508
domini definitio.num.4 108
eius explicatio.nu.5 ibid.
dominii duo effectus.nu.9 509
dominii partes & species.nu.5 109
dominii primæua causa, est ius naturale.nu.12 ibid.
dominio nostro vbi secundum tempus præsens non potest aliquid subiici in suo genere, nō potest etiam super illo concipi stipulatio.nu.5 403
dominiom duo habere ad finia.nu.1. 506
ad Dominum transferendum iustæ causæ sufficiunt etiam ad Publicianam.nu.5 ibid.
sub dominium nullum quæ res non veniant.numero. 27 109
dominia rerum etiam per procuratorem acquiruntur: secus est in obligationibus.nu.1 160
domus cuique tutissimum refugium.nu.3 494
ex Domo filiifamil. seorsum à patre habitantis si quid proiiciatur uel effundatur, pater non tenetur. numero 1 498
donatio excedens 500. solidos, hodie valet sine insinuatione secus si eam summam excedat.4 184
donatio hodie etiam nudo pacto perficitur. numero 3 168
donatio nudo consensu contrahitur.nu.3 467
donatio in quibus insinuationem non requirit, casus.nume.6 168
donatio inter viuos, inter coniuges prohibita, secus in donatione mortis causa.nu. 10 170
donatio inter viuos propriè quæ dicatur.nu.1 168
quibus ex causis reuocetur.num.1 169
donatio mortis causa ex Homero inducta.num.7 167
donatio mortis causa quæ sit.nu.1 166
donatio mortis causa tribus modis reuocatur.numero. 4 167
quibus remediis id fiat.nu.5 ibid.
donatio propter nuptias doti per omnia hodie æquiparatur.num.5.6 170
fallit.num. ibid.
donatio propter nuptias quid sit.num 8 170
si de donatione propter nuptias agatur quomodo formandus sit libellus.nu.30. 598
donatio qualiter contrahatur.nu.2 265
donatio vnde dicta.nu.5 166

dona-

donationis mortis causa tres species.nu.2. 166
donationis verbi acceptio.nu.4.6. 166
donationi clausula adiecta, quòd ob ingratitudinem non reuocetur, nihil valet.nu.3. 169
aliorum ingratitudinem non reuocatur donatio. numero 3. ibid.
donationem propter nuptias pro omni lucro dotali accipi.num.12.13. 165
circa donationem propter nuptias tria tempora consideranda.nu.1.2.3. 169
in Donatione nisi expressim fiat mortis mentio, donat o inter uiuos præsumitur.nu.2. 166
casus in quibus donata non computantur in legitimam num.9. 249
in Donatione ob causam cessat hoc priuilegium. numero 8. 628
item in permutatione pariter cessat.nu.9. ibid.
donationis mortis causa, & legata, sunt eiusdem effectus. num.6. 163
de Donationibus. 166
huius tituli ordo defensus, idemque impugnatus.num. 1.3. ibid.
donatore conuento ex donatione habet locum priuilegiũ competentiæ.nu.7. 628
dos actione dotis & petitur & repetitur.nu.28. 600
dos est proprium patrimonium vxoris.nu.4.6. 172
dos aduenticia quid.nu.29. 600
Dos quomodo alienari potest.nu.91. 672
dos & donatio propter nuptia æqualitatem iuris habent. nu.5.6. ibid.
dos & donatio propter nuptias quid.nu.8. 170
sicut Dos, ita & donatio propter nuptias subest tacitę hypothecæ. nu.21. 199
idem in bonis parapernis obtinet.nu.22. ibid.
dos iure veteri constante matrimonio augeri poterat. nume.3. 170
dos ob matrimonium illicitum data quando possit repeti. num.8. 46
dos profectitia quid.nu.29. 600
dos quid sit.nu.18. 199
dos sine matrimonio esse nequit.nu.2.5. 45.46
dotis causa multum priuilegiata.nu.7. 598
dotis exactioni vt locus sit, contractum matrimonium esse oportet.nu.27. 600
dotis non numeratæ exceptio.nu.9. 416
dotis restitutio aliter olim fiebat, quam hodie.numero. 3. 174.
in Dotis promissione etsi non interueniat stipulatio, fingitur tamen interuenisse.nu.24. 599
idem est, si stipulatio inutiliter interuenerit. numero 35. 600
in Dote petenda libelli forma.nu.38. 600
in Dote repetenda quid probandum nu.37. ibid.
pro Dote repetenda libelli forma.nu.39. ibid.
tam pro Dote certa quam incerta, actio ex stipulatu competit.nu.26. 699
dotalium instrumentorum confectio an sit de substantia legitimationis.nu.12. 323
dotalium quid nu.14. 170
Draco Atheniensis legislator.nu.1. 15
Dracones leges. ibid.
Drusus Claudii Cæsaris pater.nu.13. 3
Drusus Germanici cognomen primum sortitus. ibid.
Drusus in germania mortuus. ibid.
dubitandi causæ ad versicul.sed etsi.hoc §.nu.4. 271
dubitandi causa in hoc § nu.1 82
dubitandi decidendique ratio. 299.297
dubitandi ratio in facti specie.nu.3 227
in dubio substitutio appellatiuo nomine facta præsumitur num.6 ibid.
in dubio testator errasse non præsumitur.nu.7. 283
duo rei eiusdem in solidum esse domini regulariter non possunt.nu.1.129.nu.1 204
duplares actiones aliæ ex accidenti, sunt pęnales. numero 5. 354
vltra Duplicas hodie non licet progredi ante litis contestationem.num.2 668
in Duplum quando agere dicamur.nu.2 575
dupondius quid.nu.3 220
dupondium quid sit.nu.12 218

E

ECclesia immunitatem præstat tam seruis, quàm liberis. num.1 37
edictum de legatis prohibitorium esse.num.2. 298
editum, Nautæ, caupones, stabularii, vt recepta restituant num.4. 199
edictum, Ne quis eum, &c. differt ab edicto, De eo per quẽ factum, &c.nu.66 550
edictum fraudatorium quando locum habeat. 533
editum perpetuum quis primo scripserit.nu.7. 20
edictum qui deiecerunt vel effuderunt, duo habet capita. num.2. 498
edictum, Quod metus causa, de quo metu loquatur. num. 6. 381
edicta & interdicta an differant.nu.5 670
edicta iudicum temporaria corrumpens, extra ordinem punitur.nu.21. 547
educatio est iuris naturalis.nu.16. 18
effundendo deiiciendoque rebus nostris sit nocitum, æstimatio in duplum soluitur.nu.3. 408
ἔγκλημα, pro damno iniuria dato, & pro actione nu. 2 450
Electores Germaniæ.nu.2 2
electrum quid num.2. 337
emancipare contracta fiducia.nu.2 76
emancipato & adoptio sunt iuris ciuilis commenta. num. 3 319
emancipatio quamcunq; imaginariam venditionem significat.nu.10 179
emancipatio quomodo probetur.nu.5. 61
emancipatio requirit patris & filii consensum. numero. 2 62.
emancipationis causa efficiens.nu.3 60
effectus nu.6 ibid.
emancipationis uetus solennitas.nu.4 ibid.
ad Emancipationem, actorum scriptura requiritur. numero.2.4 61
in Emancipatione, item exhæredatione admittitur assignatio.nu.2 363
emancipatione tollitur patria potestas. nu.1 60
emancipatus sibi non patri acquirit. nu.2. 176
emancipatus iure ciuili non succedit ab intestato, hodie tamen secus est.nu.2.3 314
emancipatus præteritus, hodie testamentum dicit nullum, ad instar sui. nu.4. 209
emancipato an assignari libertus possit.nu. 363
emancipato cum causa præterito, valet etiam hodie testamentum.nu.2. 209
emancipato & naturali tantum filio non recte tutor datur, nisi cum iudicis decreto.nu.1 65
emancipati iure ciuili præteriri possunt, vt extranei.numero.1 209
quæ sit ratio. ibid.
sed iure prætorio habent bon.poss. contra tabulas. nume.2 ibid.
emancipati sunt incogniti iure ciuili, prætor tamen illis subuenit vel bonor.poss. contra tabulas, si sint præteriti, uel ab intestato per bon. poss. vnde liberi. nume.1 328
qui hodie obtineat.nu.4. ibid.
emendans libellum tenetur reo ad expensas indebitæ fatigationis.nu.27. 623
emendare quid sit nu.21 621
emendatio circa libelli substantialia, solum ante litem contestatam fieri potest.nu.27 ibid.

Emendatio circa qualitates principales ante litem contestatam tantum permissa est nu.21 622
Emendatio in addendo consistens declaratur.numero. 5 621 ibid.
Emendatio libelli,cum resecantur superflua numero 26 623
Emendatio libelli per detractionem nu.26 ibid.
Emendatio libelli quibus modis fiat nu 5 621
Emendatio libelli in re petita vsq; ad sententiam permittitur,contra communem,num. 10.15 622
circa emendationem libelli in iudiciis singularibus distinguendi quatuor casus.nu.9 621
Emphyteusis est per se contractus proprius. numero primo. 439
Emphyteusis in quibus differat ab emptione & locatione num.8 ibid.
Emphyteusis legari,obligari,in dotem dari potest, ignorante & inuito domino num.24 441
Emphyteusis propter deteriorationem rei perditur. num. 20 440
Emphyteusis scripturam requirit.nu.26 441
Emphyteusis variis modis concedi solet nu.16 440
Emphyteusis vnde cœperit.nu.2 439
Emphyteusis definitio nu.7 439
Emphyteusim uendens irrequisito domino,eam perdit. num.22.23 440.441
Emphyteuta non soluens canonem triennio, cadit à iure suo.num.17 440
an possit solutionis moram purgare. numero 18.19 ibid.
Emphyteuta tenetur domino scriptum edere.numero 27 440
Emphyteuticæ rei periculum ad quem pertineat, numero 28.29 441
Emphyteuticus contractus an sit iurisgentium vel ciuilis nu.5.20.21 440 441
Emphyteuticus contractus,nominatus.nu.6 439
Emplastrum, cataplasma num.10 125
Empti actionis forma.num.80 164
Emptio & locatio in quibus conueniant.nu.1.2 436
in quibus differant.nu.10 437
Emptio & venditio an idem sint cum permutatione.nu. 9 12.13 435
Emptio & venditio promiscue accipiuntur.nu.1 428
Emptio fit bifariam sine scriptura,& cum ea.numero 8 429
Emptio in ementis vel vendentis voluntatem collata, an & quando valeat.nu.5.6.8 431
Emptio in scriptis quando perfecta dicatur.nu.9 434
Emptio pure, in diem, & sub conditione contrahi potest num.2 431
Emptio quando dicatur contrahi.nu.6 428
Emptio quarum rerum nulla sit.nu.4 435
Emptio rei sacræ aut publicæ valet,si inter ignorantes contracta sit.nu.1 ibid.
idem,si emptor tantum ignoret.nu.2 ibid.
quid, si vterque sciat rem commercio hominum exemptam esse.num.3 ibid.
emptio rebus fieri non potest.nu.4 435
Emptionis effectus.nu.7 428
Emptionis causa efficiens. ibid.
causa materialis. ibi.
Emptionis & locationis contractus in quibus conueniant num.1.2 436
Emptionis & locationis similitudo,nu.1 437
Emptionis origo num.2 438
Emptionis substantiam ex tribus consistere.nu.2 430
Emptionem quo ad arrhas,in scriptis & sine scriptis nihil differre.nu.9 429
post Emptionem contractam omne commodum vel incōmodum ad emptorem spectat.num.11 434
Emptione acquiritur dominium iure naturali num. 139
Emptione perfecta,rei emptæ periculum statim ad emptorem pertinet.num.1 434
regula hæc quibus casibus non procedat.nu.23 ibid.
in Emptione debet precium esse certum, & in pecunia numerata consistere.nu.1 432
præter id precium etiam iustum esse debet.numero 3 432
de Emptione & venditione.num.1 428
in Emptione non transfertur dominium nisi soluto precio nu.2 139
in Emptione quando res desinat esse integra.nu.2 467
ab Emptione semel perfecta quando recedere liceat,& vtrius periculo res pereat.num.1 429
Emptor bonorum debitoris successor prætorius,fiebat.nu me.2 378
Emptori an etiam decepto subuenietur.nu.5 432
inter Emptorem & venditorem continuantur tempora,ad vsucapionem complendam. 164
ἐπινικια 584
ἐπινικίζειν ibid.
episcopalis dignitas eximit ex potestate patris 57
Episcopus neque secularis,nec secularis iudex clerico dare tutorem potest.nu.4 79
equi vsus.nu.3 135
erat olim.§ quare titulo de donationibus sit adiunctus num.1 171
Ercíscere significat diuidere.num.14 457
Ergo,§ huius summa.nu.1 305
Eripere & eximere quid denotent.nu. 547.549
Error circa nomen appellatiuum vitiat legatum. num. 11 282
fallit ibid.
Error facti non impedit vsucapionem.nu.1 166
Error impedit & actum & consensum.num.8 68
Error iuris impedit vsucapionem.num.2.3 163
Iustus error quis sit.nu.2 ibid.
in Errore facti quid proprii.nu.5 ibi.
in Errore quid iuris.num.4 ibid.
& cum quæsitum,huius § effectus.nu.1 296
hypothesis in hoc § explicata nu.2 ibid.
& quia,quæ sit huius § hypothesis.nu.1 311
Etsi ex disparibus,huius § hypothesis nu.1 226
Etsi plures, § huius casus.nu.1 220
ab Etymologia argumentum negatiue valet.nu.3 64
quando fallit.nu.4.5 ibid.
Euaristus præfuit ecclesiæ. 4
exactione reuocatur legatum nominis.nu.8 289
Exactores.nu.9 ibid.
Examen quid.nu.6 116
Exigere verbum.num.9 285
Exceptio ad præcedentem § nu.1 328
Exceptio ad regulam, Actore non probante, &c.nume. 4 409
Exceptio ad regulam, Qui semel hæres.num.8 329
Exceptio cessionis bonorum fideiussori non prodest. 669
Exceptio compensationis minuit debitum petitum. 626
Exceptio compensationis an excommunicatus obiicere potest.nu.14 507
Exceptio debet esse de regula.nu.2 187
Exceptio declinatoria quando proponenda 663
Exceptio doli an detur contra hæredes dolosi.nu.7 659
Exceptio doli duplex.num.6 ibid.
Exceptio doli explicatur.nu.1 ibi.
Exceptio doli perpetua est.num.8 ibid.
Exceptio & defensio an inuicem differant.num.7 658
exceptio & præscriptio quomodo differant.num.7 ibid.
Exceptio erroris declaratur.nu.9 959
Exceptio est actionis exclusio nu.9 392
Exceptio generice & specifice accipitur.nu.9.11 658
Exceptio intentionis,an proprie exceptio dici possit, nu. 13 ibid.
Nonnullæ exceptiones naturam actionum sortiuntur.nu. 2. 301
Exceptio iurisiurandi explicatur.nu.1 661

xceptio Macedoniani quandocunque opponi potest. nume.14 638
exceptio non numeratæ pecuniæ biennio durat. nume. 7 669
exceptio non numeratæ pecuniæ attingitur. numero primo. ibid.
exceptio non numeratæ pecuniæ & excipiendo & agendo opponi potest, & quæ tum sint necessaria. numero 15 16 427
exceptio non numeratæ pecuniæ olim quinquennio durabat, hodie saltem duobus annis. ibid.
exceptio non numeratæ pecuniæ propriæ in mutuo locũ habet. nu. 2 669
exceptio non numeratæ pecuniæ quibus casibus non detur. nu. 18 427
exceptio nonnunquam præscriptio dicitur. numero. 5,6 658
vnde hoc proueniat ibid.
exceptio pacti de non petendo explicatur. nu. 1 669
eadem illustrata per exemplum. nu. 2 ibid.
exceptio personalis. nu. 5 669
exceptio procuratoria multiplex. nu. 3.4.5 666
De exceptione, Quod metus causa & quod sit in rem scripta. nu. 3 659
Ministri ecclesiarum quatenus à tutela excusentur. nume. 3 99
Exceptio Quod metus causa, de quo metu intelligenda. num. 4 659
Exceptio realis. nu. 3 669
Exceptio rei iudicatæ tam ex reali quàm personali actione nascitur. nu. 4 663
Exceptio rei iudicatæ vt locum habeat, quæ requirantur. nu. 6 663
Exceptio vnde descendat. num 2 657
Exceptionis etymum non esse ab excludenda actione. nu. 3 658
Exceptionis generalis acceptio. nu. 9 669
Exceptioni non numeratæ pecuniæ an renunciari possit. nu. 9 665
Exceptionem reo dari ad defendendum. 8 502
sub Exceptione continetur etiam replicatio, duplicatio, triplicatio, &c. nu. 1 667
Exceptiones ciuiles. nu. 4 664
Exceptiones dilatoriæ ante litis contestationem opponi possunt. num. 6 668
Exceptiones dilatoriæ sunt temporales nu. 4 ibid.
Exceptiones peremptoriæ etiam post litis contestationem opponi possunt. nu. 4 ibid.
Exceptiones peremptoriæ quamdiu proponi possint. nu. 2 664
Exceptiones per quæ verba olim concipiebantur. num. 3 658
Exceptiones peremptoriæ. nu. 1 664
Exceptiones, quæ sunt proximæ actionibus, qui tantum potest excipere, obiicere nequit. nu. 13 505
Exceptiones quando rei vel personæ cohærere dicantur. nu. 1 659
Exceptiones reales sunt transitoriæ, personales non item. nu. 4.5 669
Exceptiones temporales & dilatoriæ qualiter agentibus obsitent. nu. 3.5 664.965
exceptionum x iæ iuris, aliæ facti. nu. 2 659
exceptionum aliæ perpetuæ & exemptoriæ, aliæ tẽporales & dilatoriæ. nu. 1 664
Exceptiones non omnes in hoc titulo comprehensas esse. nu. 1 663
de Exceptionibus. Rubr. 657
huius tituli defensa collocatio. nu. 1 ibid.
Excusatio hoc loco quid sit. nu. 2 93
Excusatio a tutela quando detur. nu. 3 ibid.
Excusatio proposita intra quatuor menses terminanda, & à quo tempore hi currant. nu. 10 100
excusatio propter inimicitias quando locum habeat. numero 3 96
hæc excusatio quando locum non habeat. numero. ibidem.
Excusatione falsa vtens, à tutela non liberatur. numero 1 202
ab excusatione reiecta appellari potest. nu. 1 100
Excusationum causæ intra quæ tempora proponendæ sint & terminandæ. nu. 10 ibi.
ad Excusationes proponendas dantur 50. dies continui, & iidem quomodo computentur, nu. 4.8 ibid.
quare dicantur continui. nu. 3 ibid.
de Excusationibus tutorum vel curatorum. Rub. 91
Excusator. nu. 3 647
Excussionis beneficium. nu. 12.13 412
in Excusationis materia inspicimus quoque facilitatem conueniendi. nu. 49 530
Ex duobus, huius § casus num. 1 308
in hoc. § dubitandi causa, & item decidendi. numero 2 ibid.
Executio an & quando etiam contra patrem fiat. numero 643
Executio quandoque pro accusatione, quandoque pro vltione accipitur. nu. 9 696
Executio quomodo fiat aduersus filium damnatum ob delictum. nu 3 643
Executionis forma in causa iureiurando definita. num. 41. 544
Ex eadem causa, textus verus, quomodo accipienda. 626
Ex eo autem § excussus. nu. 1 242
dubitandi causa in hoc §. nu. 2 ibid.
ratio decidendi. nu. 1 ibid.
inter Exemplarem & pupillarem substitutionem differentia num. 11 292
exemplariter qui substituere possint. 232
Exemplariter quomodo olim, quomodo item hodie substituatur. nu. 3 ibid.
Exemplum, vbi ciuilis obligatio cum naturali oritur, & naturalia deinde à ciuili diuellitur. nu. 16 381
Exemplum non restringit regulam. 664
Exempla omnia in textu posita vni regulæ subiici. nu. 11 606
Exempla sex, vbi quis in id tantum quod facere potest, cõdemnatur num. 3 614
Exemplis quandoque innitendum nu. 6 53
Exercere quid. nu. 2 632
Exercitor ad quid teneatur nu. 15.16.17 632
Exercitor quis dicatur. ibid.
Exercitoria actio ad quid competat. numero 9 10 21 ibid.
Exercitoria actio quare introducta, ibi.
in Exercitoria, institoria, quod iussu, facilior est probatio, quam de peculio & de in rem verso actione num. 3 532
Exhæredatio filii emancipati cur eiusdem arrogatione nõ tollatur. nu. 3 239
Exhæredatio hodie cum causa fieri debet. numero quinto 205
Exhæredatio hodie sine causæ expressione non fit. num. 5 212
Exhæredatio in codicillis non recte fit. nu. 4 318
exhæredatio inter quas personas locum habeat. numero 1 203
in Exhæredatione quę necessaria num. 3.4 203
de Exhæredatione liberorum Rub. ibi.
tituli huius continuatio ibid.
Exhæredato etiam pupillariter substitui potest. numero 1 234
an idem hodie locum habeat num. 2 ibid.
exhæredati non habent beneficium bonorum possessionis contra tabulas. nu 4 367
ad Exhibendum vt quis agat, prætendere debet interesse pecuniarium. num. 8 610

exhibere

exhibere quid significet.nu.44. 610
exhibere, restituere rem.nu.4. 692
exigere verbum.nu.9. 180
aduersus Eximentes plures in solidum agitur, numero 18. 149.
expensarum compensatio quare in vsum recepta num. 36. 604
in Expensarum condemnatione qualiter in camera Imperij procedatur.nu.9 636
exordium constituendi iuris a natura capiendum. num. 1. 22
exordia quibuslibet disciplinis præmittenda.nu. 1 1.
Expromissor quis nu.6 418
extraneus adoptiuum filium in testamento impunè præterire potest nu. 5. 331
extraneus an adoptiuum educare tenetur.nu.4. ibid.
extraneus hæres semel repudians non potest pœnitere: secus est in suo hærede.nu. 15 256
extraneus manumissor quis olim dictus.nu.9 367
extraneus non fit hæres ipso iure.nu.3 324
extraneus quis dicatur. 319
in Extranei personam solutio conferri potest.nu. 1 404
contra extraneum qui dotem sibi dari stipulatus est, an beneficium competentiæ detur.nu.12 624
in extraneis.§.an de suis etiam & necessarijs hæredibus accipiendus. nu.2. 212
ex hoc §.regula desumpta.nu.3. ibid.
extraordinaria iudicia quæ sunt.nu.8.9.10 695
Extrinsecus quæ dicuntur nobis parari.nu.11. 373
extrinseca solennitas.nu 6.8. 421

F.

FAbri error.nu.9 184
fabri lignarii verbo qui concipeantur.nu.9 129
factio pro conspiratione.nu. 3 252
facti species in hoc §.nu.1. 217
factionem testamenti dici, alijsque verbis non aptè coniungi nu.2 252
factio 6. ibid.
factum alienum an constitui possit.nu. 5 537
facti alieni iusta ignorantia nu.4 614
quibus casibus id non procedat.nu. 1. ibid.
facti alieni promissio quibus casibus admittatur n.2.4.6.7. 404.
Quæ facti sunt, non transeunt ad dominum nu.3. 339
in Facti omnibus obligationibus is qui non facit id quod promisit, in pecunia numerata condemnatur numero 3. 404
facti exceptio quid.nu.2. 619
factum alienum nemo promittere potest.nu. 1. 404
ad Factum ex vltima voluntate debitum, an quis præcisè cogi possit 180
in Factum actio interdum datur accommodata legi Aquiliæ.nu.4 488
facta in fraudem creditorum non valent.nu.1. 377
facta sunt incerta.nu.23. 561
facta legari posse.nu.1. 280
facta omnia esse incerta.nu. 20. 391
Falcidia cessat in militum testamentis.nu.4.7.8. 295
& quæ sit ratio. ibid.
Falcidiæ computatio quomodo ineunda.nu.5 298
an Falcidia, quæ non detrahitur de legato pio, alia legata aggrauet.nu. 7.
in Falcidia quandoque bina deducto fit.nu.6 297
in Falcidia retinenda æs alienum non computatur. nu. 1. 298
nec funerales impensæ.nu.2. ibid.
falsa causa legato adiecta quando illud uitiet. numero.2.3 289
falsa demonstratio ad genus illimitatum relata legatum euertit.nu.3. 288
falsa demonstratio adiecta quantitati legatæ an uitiet, & quando.nu.4 5 6.8. ibid.
falsa demonstratio legatum non uitiat, si de re constet n.1. ibid.
falsarius quis dicatur.nu.3.5.10.11. 703
falsi pœna quæ sit.nu.13.14 ibid.
variat pro qualitate falsi.nu.15 ibid.
falsum committitur non solum scripto, sed etiam dicto & facto ibid.nu.7 702
falsitas quid. ibid.
familia pro hæreditate.nu.1 5.6.7.8.9 145.7.568
familiæ appellatio. ibid.
familiæ varia significatio.nu.6 38
in familiæ erciscundæ iudicium quæ veniant nu.29 672
in Familia erciscunda quod sit iudicis officium. ibid.
famosæ actiones non semper sunt criminales. numero 14 496
frui quid. nu.1. 119
felix quis dicatur.nu.13 3
feruoris uocula significet.nu.3 644
feudum in quo differat ab emphyteusi nu.9 539
feudorum consuetudines.nu. 12 5
veteribus militarium iura ibid.
feudorum libri quid contineant. ibid.
in Feudis præferuntur agnati cognatis, etiam hodie nu. 8. 72
fictio in Pauliana actione, quod res tradita habetur pro nõ tradita. nu.41 549
fictio iuris postliminij.nu.2. 325
fictio legis Corneliæ.nu.7.13 58.59
fideiubendi uerbum infert stipulationem.nu.2.3 424 425
fideiubentes pro malefactore iudicatum solui pro pœna non tenentur, nisi occasione primæ obligationis.nu.11. 574
fideicommissaria libertas.nu.2 314
Fideicommissa quo tempore cœperint.nu.1 300
fideicommissaria substitutio propriè non est substitutio. nu.3 299
fideicommissarius adire cogens, totam hæreditatem accipere tenetur.nu.4 308
grauari potest vt alii restituat.nu. 7 310
grauatus restituere, an quartam detrahat. numero 9. 310
fideicommissarius hodie semper loco hæredis habetur numero 3 303
quando teneatur ad debita vel legata.nu. 7 307
fideicommissarius vniuersalis, non potest esse testis in testamento.nu. 6 910
de fideicommissarijs hæreditatibus.Rubr. 299
fideiussoriam obligationem dupliciter considerari. nu. 4. 419
fideicommissum dari potest sub conditione, item ex die & ad diem.nu 7 8 300
fideicommissum duplex: vniuersale & singulare. numer.5 299
fideicommissum in testamento relictũ non valet, si careat hæredis institutione.nu. 10 302
fallit.nu.1 ibid.
fideicommissum potest etiam in codicillis, & ab intestato relinqui.nu. 3 ibid.
fideicommissi restitutionem tribus modis fieri numero 10 301
fideicommisso qui grauari possint.nu.1 312
ex Fideicommisso, vel S.C.Trebelliano hæreditatem suscipere. nu 7 83
in Fideicommisso libertatis non refert, sciuerit, an ignorauerit testator seruum alienum esse.nu.3 309.314
fideicommissa an & quomodo olim, quomodo item hodie peti possint.nu.6.7.8. 300
fideicommissa in quib. legatis olim præualuerint n. 1.2.3. 261
fideicommissa tantum uerbis indirectis uel communibus relinqui possunt. nu.2. 315

fideicommissa quibuscunque verbis relinqui posse, quæ tamen fideicommissum importent.nu.1. ibid.
pro Fideicommissis vniuersalibus quæ actiones hodie dētur.nu.9.11.12.13 309.301
fideiussio sine stipulatione non constit. 424
fallit.nu.4.5 ibid.
fideiussor & presenti & futuræ obligationi accedere potest.nu.1 420
fideiussor id tantum præstat, quod iudicatum est ex causa principali. 648
fideiussor in maiorem summam obligatus, quam principalis, an ad aliquid teneatur.nu.3.5.7.9 422.423
fideiussor naturali & ciuili tantum obligationi accedit.nu.6.7.8 419.420
quomodo id accipiendum. ibid.
fideiussor non accedit obligationi conseruandæ dotis.n.2. 419
fallit.nu.3 ibid.
fideiussor non adhibetur, nisi adsit persona principaliter obligata.nu.1 418
fideiussor non potest durius obligari quàm principalis debitor: mitius potest.nu.1. 422
fallit nu.2.4. ibid.
fideiussor omni obligationi accedere potest.nu.1 419
fideiussor pro hæreditate iacente interuenire potest.num.2.5.6 418
fideiussor quacunque lingua accipi potest.nu.1. 424
fideiussor quandoque ante solutionem agere potest, vt liberetur.nu 4.5 423
fideiussor quod pro principali soluit, repetere potest mandati actione.nu.1 ibid.
quando id locum habeat ibid.
fideiussor soluens an liberet debitorem principalem.num.10 462
pro fideiussore potest alius fideiussor interuenire.num.3. 419
fideiussores differunt a correis.nu.8 397
Fideiussor pro corporali pęna non admittitur. numero 5 419
Fideiussio in futurum concipi potest.nu.2 420
Fideiussor damni dati non præstat duplum, & quæ sit ratio.vid.§.sed fusti.L.de act. 589
fideiussores plures singuli in solidum tenentur, numero 1. 421
ad idem sit in pluribus mandatoribus & constitutorib.nu.2 ibid.
quid de pluribus expromissoribus.nu.3 ibid.
fideiussores quatuor habere beneficia.nu.11 422
fideiussores qui.nu.3 418
fideiussores vnde dicti. ibid.
fideiussores ut censeantur idonei, quæ requirantur.num.9. 650
fideiussorum generalia acceptio.nu.2 660
fideiussorum præstatio cur inuenta.nu.5.6 419
de Fideiussoribus. Rubr. 416
tituli continuatio.nu.1 ibid.
fideiussoria obligatio transit in hæredes.nu.1 420
quod verum est in fideiussoribus contractuum.num.3. ibid.
an idem sit quando fideiussor obligationi ex delicto accessit.nu.4 ibid.
fiduciaria hæreditas, fiduciarius heres.nu.4 76
de fiduciaria tutela. Rubr. ibid.
filia nubendo in ius & familiam viri transit.nu.3 39
filiam sororis adoptiuę licet ducere.nu.1 42
quæ sit eius ratio.nu 2 ibid.
filius adoptiuus alteri in adoptionem dari potest. num.1. 52
fallit in extraneo adoptato.nu 3 ibid.
filius adoptiuus licet non possit patri naturali succedere per vnde liberi, succedit tamen per vnde cognati. nu.1 330
filius ante sacerdotium conceptus, nascitur legitimus numero 5 62
filius arrogatus quando quartam petat.nu.4 52
filius emancipatus an testis esse possit in testamento patris nu.3 188
filiusfam.ab extraneo adoptatus, ei ab intestato succedit. nu.2 331
filiusfam.de aduentitijs & profectitijs ad pias causas testari non vetatur.nu.9 198
filiusfamil. quadruplex priuilegium habet in castrensi & quasi castrensi peculio.nu.11 199
filiusfam.est capax iuris dotalis.nn.4 405
filiusfam.ex omni contractu & delicto obligatur. num.5. 539
filiusfam.habet quadruplex peculium.nu 3 ibi.
filiofam.in bonis castrensibus & quasi intestato morienti, quomodo succedatur.num. 199
filiusfam.olim bona materna patri acquirebat.nu.2 346
hodie secus ibid.
filiusfam.olim poterat præterire patrem, hodie secus. numero 4 197
filiusfam.potest in castris iure militari testari nu.7 194
filiusfam.potest patrem sine venia tutorio nomine in ius vocare nu.3 67
filiusfam. præteritus potest testamentum nullum dicere, vel bonorum possessione contratabulas vti, & quæ sit ratio. nu.1.3 367
filiusfam. quadruplex peculium habet.nu.3 177
quando testari possit. nu. 4 189
quare prohibetur testis esse in testamento patris. num.2. ibid.
quid iuris in quoquo peculio habeat.nu.8 177
si dubium sit, vnde acquisiuit quale peculium censeatur.nu.10 ibid.
testari non potest, neque codicillari, donare tamen mortis causa patre consentiente potest.nu.2 198
quæ sit diuersi iuris ratio.nu.3.4 ibi.
tutor esse potest. nu.2 67
filiusfam. vel instituendus, vel exhæredādus.num. 1.3. 203
quæ sit ratio. ibid.
filiusfam. cognati hæredes esse iure ciuili, eti am inuiti.n.6 251
filiusfam.iure prætorio abstinendi beneficium habent.nu.9 ibid.
filiusfam.testamentum per emancipationem non confirmatur.nu.12 199
filiofam.olim succedebat pater iure paterno, &c. numero 4 340
contra filiumfam. quomodo executio fieri possit, nu.6. 530
cum filiofam.impubera si contractum sit, quomodo hæc actio detur, nu.34 541
filius in locum nepotis, & contra adoptari potest.num. 1. 51
Hodie veterem formularum vsum sublatum esse.n.5. 378
filius natus antequam pater senatu moueretur, senatoris filius dicitur.nu.2 62
filius non dicitur adire hæreditatem, sed se immiscere. numero 5 83
filius patri statim fit hæres, de iure ciuili.nu.4 ibid.
filius quando dicatur præteritus nu.2 203
filius si post deportationem conceptus sit, patris tamen potestati non subijcitur.nu 4. 62
filius si relinquit liberos, mater a successione filij excluditur.nu.1 342
filius viuente patre est quasi dominus rerū paternarū: quo mortuo continuatur in eum dominium.nu.3 250
filij appellatio proprie nepotem non continet.nu.6 70
ob Filij præteritionem an testamentum ipso iure fit nullum.nu.6 204
filij vox nu 2 406
filio emancipato instituto nepos ex eo præteritus hodie non dicit testamentum nullum.nn.4 324
an filio naturali tm̄ exemplariter substitui possit.n.16 232

Filii adoptiui quid in patre naturali obtineant, 105
Filij etsi plures sint, numerum non augent 646
Filij naturales per subsequens matrimonium legitimātur, nu.5.7 46
filiorum nomen ex sermonis proprietate etiam posthumum cadit, nu.2 70
inter Filios & seruos differentia, nu.2 637
finalis causa quæ sit, nu.4.5 194
pro finibus quatuor competere remedia, nu.56 574
fiscales res non usucapiuntur, nu.6 162
quæ sit ratio. ibidem
fiscus, confiscare, confiscata bona, confiscationes, num.1.2. ibidem
fisci duplex priuilegium, nu 6.7. 165
Flauius Vopiscus de Alemannis, nu.8 2
Flauij populi, nu.4 ibid.
Floridus ibid.
Flumen quando ripas mutet. nu.2 112
in Flumine publico non licet ædificare sine authoritate publica, nu. 9 ibi.
Flumina censitorum uice funguntur. nu. 5 114
Flumina perennia sine publica, nu 1 111
fœmina an hanc tutelam accipiat, nu.5 75
in Fœmina maior pudicitia, quàm in uiro requiritur, nume.6 214
fœminæ ab omnibus ciuilibus officijs remouentur, nu.7. 667
fœminæ non dant tutores, nisi cum assensu iudicis, num.7. 65
fœminæ non possunt adoptare, nu.1 53
fœminæ quare citius adolescant quàm masculi, numero 6. 40
fœminarum quę multos peperissent liberos, magnus olim fuit fauor, numero 3 343
ex Fonte tantum perenni aquæductus constituitur, num.12 244
forma actionis commodati directæ & contrariæ, nume.39. 40 561
forma directæ actionis depositi 560
forma duplex, substantialis & accidentalis, num.7 187
forma inquisitionis in tutore seruanda, num.6 66
forma libelli in actione depositi contraria, nume.49 562
forma petendi in actione iniuriarum reclamatoria, nume. 13 495
forma proponendæ actionis furti nostro foro accommodata, nu.25 568
fortitudinis proprium, nu. 15 9
Franci duce Teudeberto duos instructissimo exercitus vno die funderunt, nu.11 2
Franci quandò à Iustiniano deuicti. nu.12 ibid.
Franci vnde dicti, nu.11 ibid.
Francorum primæ sedes ibid.
frater fratri hodie succedit etiam emancipato, numero 5. 76
hæc tutela hodie legitima dicitur, nu.6 ibid.
frater non potest per adoptionem constitui. numero 2. 51
fratris appellatione an soror veniat vel contra, nume. 1.2. 352
fratris filius hodie cum patruo succedit, nu. 3 338
fratrem non legitimum, sed fiduciarium tutorem dici. num.2 76
fratres & sorores an querelam habeant, nu.15 246
fratres quare non dicantur legitimi tutores fratrum impuberum, ad instar filiorum patroni nu.8 77
fratres utroque parente consanguineos & vterinos excludunt, nu.2 335
fratrum tres species, nu.3 352
fratrum vel sororum filii hodie cum patruis & auunculis in stirpes succedunt, nu.4 337
si soli sint, succedunt in capita. nu.5 ibi.
fraudandi consilium quomodo præsumatur, nu.2 31
fraudatores fisci. nu.3 526
fraudatores patronorum, nu.4 ibid.
fraus consilij, nu.22 528
fraus est potissimum fudamentum Paulinæ actionis, num. 23 ibi.
fraus, euentus, nu.22 ibi.
fraus parentum in necem filiorum, n.5 522
fraudem esse duplicem, nu.22 528
in Fraudem creditorum qui alienam rem alienat, Paulina non tenetur, nu.20 528
in fraudem creditorum vt quis manumisisse dicatur, quæ requirantur, nu.1 32
in Fraudem legis fieri quando dicatur, nu.32 529
Friderici I. constitutio de furibus, num.6 472
fructuarius ædium quoslibet recipere potest: secus in vsuario. nu.4 155
fructuarius cauet se boni viri arbitrio vsurum, nu.6 149
hæc cautio an sit de substantia vsusfructus, numero 7. ibidem
fructuarius & bonæ fidei possessor in quo differant, num. 2.5 135
fructuarius & colonus differunt, nu.5 ibid.
fructuarius gregis satisdare tenetur, nu.4 137
fructuarius siue proprietarius loci, eum religiosum facere nequit. nu.10 116
fructus appellatione quid ueniat, nu.1.2 136
fructus arborum in ripis sitarum ad eos pertinent, qui proxima prædia habent, nu.5 113
fructus fortuito in terram decidentes, cuius sint, nume.4. 139
fructus necdum percepti ad hæredes fructuarii cur non pertineant, nu:6 ibid.
fructus quando dicantur percepti esse, nu.3 ibid.
fructus quando in Falcidiam ueniant, nu.4 297
fructus qui restitutioni subiaceant, nu.8.9 134
fructus quomodo ueniant in Paulina actione, numero 17. 528
fructus rei legatæ ante aditam hæreditatem non debentur, numero 10 256
fructus sunt duplices, nu.7 134
fructuum acquisitioni mala fides obest. nu.8 164
fructuum perceptione acquirimus rerum dominia, iure naturali, nu.1 134
frumentum excussum licet non possit reduci ad spicas, manet tamen primi domini, nu.13 126
fullo & sarcinator furti actionem habent, nu.1 476
functiones publicæ quæ fisco penduntur, vsucapi non possunt, nu.8 162.524
quid, si res denunciatæ sint fisco, nec dum tamen occupatæ, nu 9 163
Discrimen inter fundum & locum, nu. 7 161
fundum lego cum instrumento, differt à legatis, lego fundum instructum, lego fundum ut instructus est, nume.10 275
fundum si quis acquirat, qui seruitutem debet, extinguitur seruitus, nu.6 507
fundo in genere legato, quando legatum est inutile, nu.11 278
in fundo etiam alieno uenari & aucupari licet, numero 5. 118
idem in piscatione obtinet, nu.6 ibi.
fungibiles quæ res dicantur, nu.22 603
fur non est, putans se domini uoluntate rem alienam contrectare, nu.1 473
fur semper est in mora. nu.16 555
fur tribus actionibus implicatur, nu.5 555
furi quis consilium dare dicatur aut opem ferre, nume.16. 567
furem aut rem furtiuam occultans, furti tenetur, n.18 ibi.
in Fures quæ pœna hodie exerceri soleat, nu. 7 272
furiosus a mente capto quomodo differat, nu.1.2 89
furiosus est sub cura agnatorum gentilium, nu.1 88
furiosus & minor possunt tantum a testatore non etiam a iudice tutelæ præfici. nu.7 69

Furiosus & prodigus promittendo non obligantur, nu.1. 407
furiosus pœne tutor dari potest, nu.3 69
furiosus qui dilucida habet interualla, recte tutelę præficitur, nu.2 ibid.
furiosus qui semel probatus est, semper talis pręsumitur, nu.11 89
ad Furiosi prodigique agnatos cur lex curam deferat, nume.3 88
furioso interdicitur bonorum administratio, & ad agnatos deduci iubetur, nu.1 88
furioso ipso iure aufertur rerum administratio: secus in prodig , nu.6 88
furiosi ignorantibus assimulantur, nu.4 324
furiosi non habent testamenti factionem, numero tertio, 209
nisi dilucida interualla habeant, nu.4 ibid.
furiosi tutores esse non possunt, nu.2 295
furor quomodo deprehendatur, uel probetur, numero 10. 89 nu. 8 200
furoris probatio cui competat, nu.7 200
furtum conceptum cur a furto per lancem liciumq; concepto differat, nu.3.6 461
furtum conceptum & oblatum quid, nu.1 ibid.
furtum etiam liberorum hominum fit, nu.1 474
furtum in dubio præsumitur, si res aliena contrectata sit, num.2 473
furtum in re immobili non committitur, nu.4 161
furtum in rebus soli & incorporalibus non fieri, numero 4 469
furtum manifestum quod dicatur, nu.5 566
furtum non fit sine dolo, nu.5 469
furtum non fit si iniuriæ causa non contrectem rem alienam, nu.7 ibid.
furtum non manifestum, nu.3 417
furtum prohibitum iure naturali, nu.13 469
furtum quandoque rei propriæ fit, nu.1 474
furtum sine furandi animo non committitur, numero 4. 160
furtum unde dicatur, nu.5 161
furti actio à reliquis tutelaribus iudicijs differt, nume.8. 81
furti actio an detur pro re modica nu.2 120
an in hæredes furis detur, nu. 6 479
furti actio dupliciter intendi potest, ciuiliter & criminaliter, nu.22 567
furti actio mere pœnalis est, nu.20 ibid.
fallit, nu.2 479
furti actio qualiter creditori detur in pignore, numero 7. 476
furti actiones an aduersus hæredes furis dentur, nume.19. 567
furti actiones aduersus quos dentur, numero 15. 16. 17. ibidem
furti actiones quibus dentur, nu.15 ibid.
furti concepti oblatique pœna, nu. 2 471
furti definitio explicatur, nu.1 469
furta domestica leuia non uindicantur, num.3 475
furtum esse vitium reale, rei semper inhærens, numero 2. ibidem
furti pœna quæ hodie sit, nu.23 567
furti tenetur, cuius ope & consilio furtum fit, numero 1. 474
furti vsus rerum exempla, nu.11 469
furtum non fieri absque fraudulosa contrectatione, nu.5.6. 469
Apud Aegyptios & Lacedæmonios furari impune licuit nu. 14 ibid.
Furtum apud Schytas grauissime fuit punitum, numero 15 470
Repetiens rem furtiuam, eamque cęlans hodie furti tenetur, nu.11 472
An in domo aliena rem furtiuam quærere liceat, numero 10 478
Furem suscipiens cumque celans, tenetur Edicto de receptatoribus, nu. 10 ibi.
Rem furtiuam scienter in pignus accipiens uel eam emens furti obligatur, nu. 11 472
furti utraque actio personalis est: & quando furti delictum committatur 565
in furto simplum, siue res damnificata non inest duplo vel quadruplo 564
furtum & incendium non simpliciter connumerari inter casus fortuitos, nu.12 389
inter furtum manifestum, & nec manifestum hodie nulla est differentia 565
furtum passus quatenus furti actionem habeat 655
à Furto etiam stulta credulitas excusat, nu.1 473
furtorum genera quot Paulus iurisconsl. recenseat. 468
furtorum variæ pęnę, nu.1 471
ad Furtiuæ rei persecutionem quæ actiones dentur, 565

G

GAllus Aquilius, nu.14 463
Garman nu.13 3
Gelimerus à Bellizario victus, nu.17 ibid.
Gemmæ, lapilli, margaritæ quomodo differant, nume.5. 121
defensi ea in re iurisconsulti contra Vallam, numero 6. ibidem
Gensericus Roman perfide vastat, nu.1 3
Gensericus Vandalorum rex. ibid.
genus, nu.3 18
genus generalissimum, nu. 3 281
Et subalternum inutiliter legantur ibi.
genus infimum, nu. 4 ibid.
idem est quod species apud dialecticis: & species, quod indiuiduum ibid.
sub triplici differentia est, nu.5 ibid.
genus nihil aliud est, quàm species simul collectæ, nu. 34. 604
genus proprie quid nu.1.2 281
genus subalternum ibid.
generis ad genus non obijcitur compensatio, contra communem opinionem, nu. 32 604
in Generis obligatione nullam speciem esse obligatam doctrina falsa, nu.3 618
generi appellatio ex sponsalibus non acquiritur, proprie loquendo, nu.2 44
genus promittens, quamcunque speciem potest soluere, nu 10 618
genere eo unumquodque dissoluitur, quo ligatum est, nume.5 93
genere infimo legato, cuius sit alectio, hæredis uel legatarii, nu.6. 9.12 281
a Genere ad speciem, uel contra, argumentum, numero 19 59
gerere verbum explicatur, nu. 38 590
Germani unde dicti, nu.23 2.3
Gemanici cognomen ibidem
Germani uel Alemanni castrense verbum ibid.
Germanorum & Alemannorum eadem significatio. ibidem
gestari hoc loci quid significet, nu. 4 472
inter Gestionem & mandatum differentia 587
Gothi & Vandali à Iustiniano fusi, nu. 2 5
Gothi quando insignem uictoriam ex Romanis retulerint, nu.10 2
quando Italiam inuadere tentarint ibid.
Gothi per Narsetem profligati, nu.10 3
Gothi prope Tarentum à Narsete superati, nu.12 ibid.
Gothi qui nu. 10 2
gradus primus cur non sit in linea transuersa, nu.5 351
gradus tertius quot personas contineat, nu.1 352

Gradus septimus quot personas contineat,nu.4 354
Gradus quid sit,nu.4 330
in Gradu quarto quæ personæ, contineantur, numero 1. 353
in quinto quot sint personæ,nu.1 ibi.
in sexto quot sint personæ,nu.1 354
gradus agnatorum & cognatorum eodem ductu inquirendi,nu.1 355
de Gradibus cognationum. Rub. ibid.
grammatici si sint intra numerum legitimum, excusationē habent,nu.2 99
quantus is sit numerus,nu. 3 ibid.
grege legato,si una ouis tantum supersit,peti potest, nume.2 277
Gregorianus codex.nu.6 5
grex & armentum differunt,nu.2 136
idem locum habet in vsufructum vineæ,vel fundi alicuius,nu.3 336
gregis appellatione quid veniat nu.1 277
gregis legatum comprehendit omne futurum incrementum.nu.3 ibi.
gregis vsumfructum qui habet,tenetur submittere e x fœtibus natis,non aliunde,nu.1 136

H

HAbere,tenere,possidere differunt,nu.18 465
habitatio in quo differat ab vsufructu,& in quo cōueniat eum eodem,nu.3.5.6 155
habitatio quomodo constituatur & finiatur,nu. 2 ibid.
habitatio quid,nu.1 ibid.
habitator ad instar fructuarii satisdationem præstat.numero 7 136
hactenus §.continuatio ad subsequentes titulos,numero 1. 182
hæc constitutio,in hoc §.dubitandi causa, decidendique, nu.2.3 377
hæres anomalus.nu. 1 375
hæres & bonorum possessor differunt,nu.3 182
& num.116 595
vt differant,nu.9 364
effectu non differunt,nu.3 366
hæres & qui sunt in eius potestate,an possint esse testes in testes in testamento,nu. 2 189
hæres fideicommissarius,fiduciarius,nu.2 299
hæres fideicommisso grauatus, an olim saltem naturaliter obligatus fuerit,nu.4 300
hæres fructuarius in quibus casibus agat,nu.2 152
hæres legitimus fit sola aditione,nu.1 365
hæres pendente inuentarij confectione non conuenitur nu.15 255
quando id fallit. ibid.
hæres personam defuncti refert,nu.4 164
hæres quando de dolo.lata uel leui culpa teneatur,numero 6 275
hæres qui coacte adit & restituit,exceptionem habet,si impetatur,nu.11 307
hæres qui coacte adit,Trebellianicam perdit, numero 10. ibidem
hæres qui rem singularem nomine quartæ habet loco legatarii habetur.secus si quotam hæreditatis;quia hæredis uice est,nu.6 309
hæres quare cum legatario quasi contrahere dicatur,nu. 2. 458
hæres quare ex die non possit institui,nu.9 302
hęres si recusat adire,an per procuratorem fideicommissarius cogi possit,nu. 5 306
hæres recusans iurare,nihil relictum esse,pro confesso habetur condemnarique debet,nu.6 311
hæres si fateatur fideicommissum, excipiat tamen de minus solenni uoluntate, fideicommissario solennem uoluntatem non probante, hæres liberatur, numero 3. ibidem
hæres si institutus fiat, euanescit substitutio.numero 9. 225
nec refert,an ciuili vel prætorio iure succedat num. 11. ibidem
hæres si ultra quartam habeat nomine rei particularis,subijcitur oneribus hæreditarijs, in quantum res excedit quartam,nu. 7 309
hæres uel pure,vel sub conditione institui potest,num.1.6 221
ex certo autem tempore non potest, numero secundo. ibidem
sicut nec ad certum tempus: & quæ sit ratio,numero 3. ibidem
hæres uoluntarius an fiat, si seruo hęredi substituatur, nume. 14 224
hæres unde dictus, nu. 8.10 257
hæres extraneus tribus temporibus hæreditatis capax esse debet, nu.1 271
hęredis nomen celari potest,nu.12 185
petit.hęred.hęredis hęredi dari,nu.116 596
hæredis institutio olim in testamento primum locum habebat,nu.1 290
hæredis nomen generale esse,nu. 3 249
proprie accipi in hoc titulo,nu.4 ibid.
post Hæredis uel legatarij mortem olim non potuit legari:hodie secus,nu.7 290
hęredi restituenti plus debito quando detur repetitio.nume.5 307
hęredem instituere quid,nu.3 212
Inter Hæredem & bonorum possessorem differentia, nume.6 83
hærede fideicommissum negante, duo remedia fideicommissario contra eum dantur,nu. 4.5 311
pro Herede gerere quis dicatur 251
pro Hærede possidere quis dicatur,nu.4 596
pro hęrede ut gerens dicatur adiuisse,quę sunt necessaria. num. 7 257
hæredes donatoris ob in gratitudinem non possunt reuocare,nu.4 169
hæredes etiam ignoti institui possunt, nu.1 223
hęredes extranei ad quam differentiam dicantur,nume.2 251
qui sint, nu. 1.5 ibi.
hęredes peregrini institui non possunt,nu.3 223
hęredes regulariter omnes possunt institui. nu. 1 223
fallit nu.2 ibid.
hęredis species, nu.4 249
hęredes extraneos tripliciter dici,nu.3 251
de Hæredum qualitate & differentia. Rubr. 249
huius tituli continuatio.nu. 1 ibid.
hæredibus uni uel pluribus, quod dicitur unam quartam sufficere,quomodo accipiendum, nu. 6.7 297
hæredes plures scribere quomodo liceat,nu.1.2 217
de hæredibus instituendis. Rub. 208
huius tituli continuatio.nu.1 ibid.
in hoc titulo de hæredis instituendi necessitate tractari, num.2 ibid.
hæredibus pluribus scriptis,unum adiisse sat est,nu.6 78
hæredibus pluribus sine parte institutis, omnes equaliter succedunt,nu. 1 219
quid si aliqua in parte alii sine partis expressione herede scripti sint,nu. 2.3 ibid.
quid item,si in priores heredes completus sit as, & alii scribantur, nu 4 ibi.
hęredibus post traditionem factam utcunque sint in mala fide,datur Publiciana, si defunctus bonam fidem habuit,nu. 27 518
hæreditas aditur uerbo & facto,nu.1 256
hæreditas an solo animo adeatur,nu. 3 ibid.
hæreditas directo in codicillis data, in uim fideicommissi ualet,nu.5 318
hæreditas donec ex testamento potest adiri, ab intestato uenientes excluduntur,nu.4 78

Hæreditas duplici iure defertur, nu. 2 320
hæreditas est res incorporalis, nu 5 142
Res hæreditariæ & ipsa hæreditas differunt, numero 6. ibidem
hæreditas & bonorum possessio differunt, nu. 6 83
hæreditas etiam relinqui poterat posthumo alieno, num 3. 286
hæreditas ex testamento, uel ab intestato defertur tam de iure ciuili quàm prætorio. nu. 4. 5 182
hæreditas iacens, nondum adita fictione iuris defuncti personam sustinet, nu. 4 399
hæreditas inter liberos parentum aliter diuiditur, quàm inter liberos patroni, nu. 5 361
hæreditas iure cognationis obueniens, capitis deminutione non tollitur, nu. 2 46
hæreditas est nomen iuris commoda & incommoda includens, nu. 8 83
hæreditas per procuratorem adiri nequit, nu. 6 306
hæreditas quæ sit legitima, quæ item iusta, numero 3. 320
hæreditas quo ad commoda & incommoda, est indiuidua, num. 2 83
hæreditas semel quæsita amplius dimitti nequit, nume. 5. 253
fallit nu. 11 ibi.
hæreditas tota non solum, sed etiam pars fideicommisso potest relinqui, nu 6 302
in Hæreditatis aditione iussus domini præcedere debet: cum in bonorum possessione sit aliud, nu. 5. 5 179
hæreditatis nomen interdum pro rebus hæreditariis accipitur, nu. 6 142
hæreditatis petitio aduersus quos detur, nu. 118 596
datur etiam ad partem hæreditatis, nu. 127 ibi.
est actio mixta, nu. 115 595
est directa & utilis, nu. 124 596
est insignis actio. nu. 113 595
ex iure eius qui petit formanda, nu. 126 596
non datur aduersus titulo possidentem, nu 121 ibid.
quæ sit eius doctrinæ ratio. nu. 122 ibid.
vt exerceri possit, quæ sint necessaria, nu. 135 ibid.
hæreditatis petitionis definitio nu. 114 595
formula nu 138 597
in Hæreditatis petitione etiam dolo possidere desinens, tenetur, nu. 125 595
in Hereditatis petitione possessor rogatus de qualitate possessionis eam declarare tenetur, nu. 139 597
quid ex parte actoris requiratur, & quid ex parte rei, num. 134 596
quæ ueniunt, nu. 128 ibid.
sufficit probatio solius tituli, nec oportet specificare res hæreditarias, nu. 137 597
hæreditatem bona fide possidens, non ultra quàm locupletior est factus, tenetur, nu. 133 596
hæreditate in pauciores quàm in 12. partes distributa, locum habet ius accrescendi, nu. 9, 10 218
quid si in plures partes sit diuisa, nu. 11 ibi.
hæreditatem mala fide possidens ad omnes fructus tenetur, nu. 132 596
hereditatem quis bona fide possideat, nu. 130 ibi.
quis item mala, nu. 131 ibi.
de hereditatibus quę ab intestato deferuntur. Rubrica 320
continuatio huius tituli, nu. 4 ibid.
hastam erectam ferre, nu. 6 144
habetes & substupidi testandi ius habent, nu. 6 200
Heamogenianus codex. nu 6 5
hippocentauri significatio. nu. 7 401
historię ueterum cognoscendę iuris studioso, numero 4. 53
hoc etiam addendum, nunc §. hodie immutatum esse, nu. 3 337
hodie, uocula quid denotet, nu. 4 417
hædi. nu. 4 135
Homeri autoritas, nu. 10 431
homicidium bifariam fieri, nu. 1 700
homo deducitur, sicut Adam. nu. 5 28
homo omnium animalium princeps, nu. 6 136
homo liber, & seruus alterius, bona fide possessus, quo ad acquirendum, seruo fructuario equiparantur, numero 1. 181
homo liber si delinquit, & postea fiat seruus, actio directo in noxalem mutatur, nu. 5 646
in Hominis dispositione etiam regulariter filius non comprehendit nepotem, nu 8 70
hominis vox quid contineat. nu. 6 28
hominem liberum an quis preponat intersit, numero 23. 633
hominem veneno necare plus est, quàm gladio, numero 10 700
in Homine libero nulla corporis ęstimatio fieri potest, num 1 498
quem honoro eundem & onerare possum, nu. 1 319
non Honoratus commodo, non potest grauari fideicommisso, nu. 3 224
hostem captum num liceat occidere, nu. 3 25
ab Hostibus quacunque ratione quis redeat, iure postliminij redijsse dicitur, nu. 11 59
hyades stellę vnde dictę nu. 5 136
hyberni fluctus quare maximi, nu. 14 112
ὕβρις ὑβριστὴς ὑβρίζειν, quid significent, nu. 1 489
hypotheca tacita in bonis mariti & uxoris, nu. 6 389
quomodo inducatur, nu. 37 535

I

IActura cum alterius nemo debet locupletari, nume. 13. 517
Differentia inter hypothecam & pignus, nu. 43 535
An domini scientia sufficiat ad obligandum illata, nu. 13. 535
Res illatę à colono partiario an tacite sint obligatę, nu. 25 ibidem
Iasonis intellectus ad hunc §. uerius, nu. 3 220
Ijdem rescripserunt §. ubi locum habeat, nu. 8 101
Idiomatum diuersitas nec stipulationem, nec sententiam uitiat, nu. 3 392
Ignorantia iuris an à lata culpa excuset, nu. 11 12 106
Immobilia bona hostium fisco applicantur, nu. 3 121
Ignotus quis, nu. 2 96
Si Impedimentum sequens absorberet totaliter omne tempus, tunc fit restitutio etiam ultra tempus lęsionis, nu. 3 524
Impensę à marito factę iure dotali, ipso iure dotem minuunt, nu. 13 626
Impensę necessarię, nu. 11 ibid.
Quę sint necessariæ, nu. 3 130
Impensę triplices ibi.
Impensę uoluntarię, nu. 20 625
an & quomodo debeantur marito, nu. 16 625
quatenus deducantur, nu. 6 130
Impensę utiles, nu. 14 626
an & quomodo deducantur, nu. 6 630
Impensę vtiles & uoluptarię quę sint, nu. 4 ibid.
Impensę vtiles ipso iure dotem non minuunt, habent tamen exactionem, nu. 19 627
Impensas necessarias quilibet possessor deducit, numero 5. 130
quę illi dentur remedia, nu. 6 ibi.
Imperator hodie quomodo accipiatur, nu. 2 2
Imperator quare in manumissore putauerit sufficere septé decim annos, nu 6 34
Imperatoris appellatio. 2
Imperatores cur Augusti dicti, nu. 26 3
Imperatores orientis cur Flauij pręnomen sibi addere sin soliti, nu. 4 21
Imperatores qui, nu. 3 191

Imperatoria maiestas cur legibus decorata esse debeat, nume.1 4
imperitia culpæ adscribitur, nu.2 481
imperitia literarum & rusticitas immunitaté a tutela præstant, nu.1 96
imperitia militum an sit causa militaris testamenti, num. 1.4 193
quæ sit finalis causa huius priuilegii, nu.2 ibid.
ad implementum alterius quoties unum uenit, non agitur ex implemento, sed ex impleto, nu.107 595
impossibilis conditio affirmatiue concepta, stipulationem uitiat, nu.4 408
adeo quidem, ut nec naturalis obligatio inde oriatur, nu. 5. ibid.
impossibilis conditio de facto, nu.3 ibid.
impossibilis conditio tripliciter dicitur, nu.1 ibid.
impubes delinquere potest, vt capitalem pœnam mereatur, nu.3 85
impubes quando dicatur pubertati proximus, numero 3. 478
impubes quando furtum faciat, nu.1 ibid.
impubes testamentarius testis esse nequit, nu.6 187
an pubes factus dicat testimonium de eo quod uidit ante pubertatem, nu.7 ibid.
impubes testari non potest, nu.1 200
eius quæ sit ratio. ibid.
an id illis statuto permitti potest, nu.2 ibi.
impuberi an etiã exemplaris substitutio fieri possit, numero 9. 237
impuberes, §. dubitandi causa, nu.1 101
decidendi ratio, nu.1 ibid.
impuberibus singulis quando substituitur, quilibet testamentarium hæredem ex substitutione habet, numero, 21 235
impuberibus tantum pupillariter substituitur. 230
impulsio quid, nu.5 122
impulsione dominium non acquiri. ibid.
si incerta persona cui legatur, si ex certis aliis personis, legatam ualet, nu.1 284
incerta persona quomodo in hoc proposito accipienda, nu. 3. 273
incertæ personæ hodie & posthumo alieno vtiliter legatur, nu.1 285
incestus quæ sit pœna, nu.16 697
indebitum quare supra referatur inter contractus qui re contrahuntur, nu.2.4 458
indebitum non oriri sine reali solutione, nu.2 385
indebitum scienter soluens, donare uidetur, numero 3. ibidem.
In indiuiduis vtile per inutile uitiatur, nu.6 322
indebiti descriptio. ibid.
induciæ quinquennales si concedantur debitori, cessionis ius amplius non datur, nu.22 529
indulgere & restituere differunt, nu.14 55
infames olim non poterat vel constituere procuratores, vel constitui: hodie secus, nu.1 667
infans an stipulari possit, nu.4 407
infans & furiosus impune delinquunt, nu.4 85
infans quandoque recte stipulatur, nu.12 82
infantia, nu 4 70
infitiari, infitiatio.1 685
uera infitiatio non habet pœnam, nu.6 486
infirmitas a tutela excusat, nu.1 95
de Ingenuis. Rub. 26
tituli argumentum, nu.1 ibid.
ingratitudine fit seruus & quibusdam alijs modis, numero 6. ibid.
inimicitiæ §. in quo differt a §. item propter, nu.1 97
inimicitiæ a tutela excusant, nu.2 ibi.
inimicitię grauissimæ quæ sint, nu.6 ibid.
ab initio quod non ualet, ex post facto non conualescit. nu 2. 642
iniuria atrox quid, nu.1 494
quibus modis fiat. ibi.
iniuria & genericè & specificè accipitur, nu.1.2 489
iniuria facta uni, toti cognationi facta censetur, numero 3. 104
iniuria illata filio dicitur illata patri, nu.5 643
iniuria hoc titulo quomodo propriæ accipiatur, numero 3. 489
iniuria seruo communi illata quomodo æstimanda, numero.1.2 492
iniuria sine dolo non fit, nu.4 489
circa Iniurię maleficium quid prætor statuerit, numero 4.6 492
iniuriæ uerbum quomodo hic accipiatur, nu.1 484
propter iniuriam affini factam, soluta affinitate, iniuriarum agi amplius non potest, nu.3 44
iniuriam bifariam fieri, nu.1 491
iniuriam procurans fieri, tenetur iniuriam, numero 1. 496
iniuriam quatuor modis fieri, nu.1 490
ex Iniuria filiofamil. illata datur actio tam patri, quam filio, nu.2 491
quid in filio emancipato, vel naturali tantum, numero 3. ibid.
quid in fratre, affine, aut alias coniunctio, numero 4 ibidem.
ex Iniuria una interdum tribus oritur actio, numero 5. ibidem.
pro Iniuria facta seruo, quando domino agere liceat, nume.1 ibid.
pro iniuria libero homini, uel seruo alieno bona fide a me possesso illata iniuriarum agere num possim, numero 1. 2.3 492
iniuriarum actio datur aduersus eum, qui fundum alienum contra uoluntatem domini ingreditur, nu.7 118
ingressus contra uoluntatem domini, an capta sua faciat nu.8 ibid.
iniuriarum actio dissimulatione tollitur, nu.1 498
tantum ad liberos homines pertinet, nu.5 489
iniuriam & ciuiliter & criminaliter agi potest, numero 1. 494
iniuriarum etiam agi potest ad reclamationem, numero 6. 495
hunc modum agendi in iure fundatum esse, numero 7. ibidem.
iniuriarum quando ciuiliter & criminaliter agi potest, nu. 5. 493
iniuriarum quando criminaliter agi dicatur, numero 2. ibidem.
iniuriarum tenetur, qui scienter se petit mitti in alterius, bona, nu.4 490
de iniuriis. Rub. 487
innominati contractus requirunt interuentum rei, nume. 4. 427
innominatorum contractuum quatuor genera, numero 5. 6 437
quæ actiones ex illis nascantur ibid.
inofficiosi testamenti querela quid, nu.5 244
de inofficioso testamento. Rub. ibid.
huius tituli continuatio, nu.1 ibid.
inquisitio quid, nu.14 695
ex inquisitione quando dicantur tutores dati, numero 4. 79
inscriptio quid sit, nu.13 695
insidiator, insidiari, nu.3. 484
institor quis dicatur, nu.18 633
institorem præponens, ex eius contractu tenetur, numero 12 633
institoria actio, nu.19 633
in merce dominica locum habet, nu. 5 634
instituendi uerbum, nu.1 223
quomodo in ultimis uoluntatibus accipiatur, numero 2. ibid.
instituentis aliquem, tanquam sanguine iunctum per errorem,

errorem, substitutio non ualet, nu.5 228
Institutiones quare elementa iuris dicantur, nu.5 7
institutiones quid, nu.15 ibid.
quomodo adolescentibus cum fructu interpretandæ. nu.5 1
institutionum compilatio, nu.9 5
facilitas, nu.2 10
methodus, nu.5 1
primi libri tractatio, nu.6 24
vtilitas, nu.4 1
institutus in re certa solus pro vniuersali hærede habetur, 233
instrumentum fundi quid sit, nu.11 276
instrumentum si dicat debitorem promisisse, præsumitur stipulationis interuentus, nu.6 409
instrumento creditur, quo dicitur, stipulantem & promittentem præsentes fuisse, nu.3 ibi.
pro Instrumento ritè confecto præsumitur, numero 5. ibidem.
insula quando cesset esse communis, nec diuidatur, numero 7 123
insula quid, nu.1. ibi.
insula quotuplex. ibi.
insula tribus modis in flumine nascitur, nu.4 ibid.
si Insulæ per vnum pedem te proprior sint cuius sit insula, nu.6 ibi.
insulam occupasse quis dicatur, nu.3 ibi.
insulę pro ædibus accipiuntur, nu.2 ibi.
intendere uerbum cuius sit significationis in legibus, numе.12 557
interdicentium pro aliis quinque genera, nu.2 418
interdicere, interdici, nu.7 670
interdicere verbum, nu.8 570
interdictio aquæ & ignis, nu.3 55
in eius locum deportatio suffecta, nu.4 ibi.
interdictio facta illi qui reuera prodigus non est, an valeat, nu.9 88
interdum adipiscendæ possessionis, tres species continet, nu.4 574
interdictum de libero homine exhibendo, nu.17 673
interdictum de liberis exhibendis, nu.19.21 ibid.
interdictum de liberto exhibendo, nu.18 ibi.
interdictum de mortuo inferendo. 672
interdictum de ui priuata seu cotidiana, nu.5 681
interdictum, ne quid in loco sacro, nu.9 672
interdictum, ne quid in publico flumine, nu.10 ibid.
interdictum, ne vis fiat ei, &c. cuius naturæ sit, numero 4. 672
interdictum ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, nume.2 ibi.
quid in eo interdicto ueniat nu.3 ibid
interdictum possessionis quibus competat, nu.6. 678
interdictum Quod legatorum, nu.12.13 675
cur aduersus legatarium concedatur, nu.13 ibid.
interdictum, Quorum bonorum, nu.57 674
interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis, in quo conueniant, & differant, nu.8 ibi.
interdictum quorum bonorum, quare dicatur restitutoriũ adipiscendæ possessionis, nu.12 672
interdictum retinendæ possessionis quando competat, nume.2 676
interdictum Saluianum, nu.49 535
de interdicto Saluiano, nu.4 531
interdictum unde ui. 672.680
interdictum vnde vi, ad res immobiles tantum pertinet. nu.13 679
aduersus quem competat, nu.13. 672
an hæredibus & in hæredes detur, nu.15 673
contra quem detur nu.6 681
quanto tempore duret, nu.16 673
quid contineat, nu.7 681
quomodo detur, nu.8 ibid.
interdictum vti possidetis, nu.1 677
interdictum vti possidetis, an etiam locum habeat in incorporalibus, nu.4 ibid.
interdictum uti possidetis, pro rebus immobilibus: indictum vtrubi, pro mobilibus datur, nu.10 677
interdictum uti possideris quid contineat, nu.3 677
vnde dicatur, nu.1 ibi.
interdictum utrubi: & quod utrubi, non utrobi legendum nu.5 ibid.
interdicti retinendæ possessionis quæ species, numero 1. 675
quae sit prima causa, nu.6 677
in interdictum unde ui, quid ueniat, nu.4 672
interdicto possessionis qui vti uelit, sufficit possidere, nume.7 678
in interdicto retinendæ possessionis quæ sint partes iudicis, nu.13 677
quis obtineat, nu.3 676
in interdicto vnde ui nō quæri de qualitate possessionis cum in aliis sit secus: & quę diuersitatis ratio, numero, 8.9 681
in interdicto uti possidetis quæ sint probanda, numero 1. 677
interdicta actiones propriè non sunt, nu.2 670
interdicta communiter de possessionibus reddebantur; quandoque etiam de iure proprietatis, uel quasi, numero 3. 670
interdicta exhibitoria, nu.1 671
restitutoria. ibid.
mixta. ibid.
prohibitoria. ibid.
interdicta restitutoria & exhibitoria sūt simplicia: omnia: prohibitoriorum autem alia simplicia, alia duplicia nume.2 682
interdicta unde nuncupata, nu.23 573
interdictorum actio & olim & hodie dabatur, sed diuersimode, nu.5 682
interdictorum descriptio, nu.6 676
interdictorum formulæ hodie antiquatæ, nu.2 ibi.
interdictorum loco actiones in factum introductę, numero 2. 682
interdictorum loco hodie actiones dantur, nu.1 670
interdictorum origo, nu.3 ibi.
interdictorum secunda diuisio, a fine ducta, nu.1 474
eadem' taxata & defensa. 2.3 ibid.
tertia diuisio generalior cæteris nu.1 682
interdictorum uetus ordo, nu.1 ibid.
de interdictis. Rub. 668
huius tituli collocatio defensa. nu.1 ibid.
interpellatio iudicialis uel extraiudicialis mutuatario facta, quid operetur, nu.16 560
interpretatio qualis esse debeat, nu.7 21
interrogatio sine soluta uel coniuncta oratione concepta sit nihil refert, nu.1 411
intestabiles quis dicatur, nu.13 167
intestabiles qui, nu.2 72
intestatus dicitur etiam per bonor. possess. contra tabulas, nu.5 330
intestatus etiam is est, cuius ex testamento hæreditas non aditur, nu.4 321
intestatus quo ad tutelam, nu.3 73
intestatus quis dicatur decedere. 316
intestatus quis propriè dicatur, nu.1.2.3 321
ab intestato succedere, quid nu.1 322
intexens mala fide suo uestimento alienam purpuram, furti tenetur, nu.6 126
intrinseca solennitas, nu.6.8 424
inuenta in loco priuato, uel publicis itineribus, non fiunt inuentoris, nu.2 121
in littore occupantium sint iure naturali, nu.1.4 ibid.
inuentarium an in praesentia iudicis fieri necesse sit, nu.11. 253
inuentarium in persona hæreditas incipere debet, num.6. ibid.

Inuentarium iuxta consuetudinem locorum fieri sufficit, nu.12 ibid.
inuentarium non conficiens, quæ incommoda habeat, nume.22 255
inuentarium vnum plures hæredes conficere, vtilius, nume.25 ibid.
inuentarii beneficium locis iuris deliberandi a Iustiniano introduct, nu.1 254
inuentarij plures vtilitatis esse, numero 13. 14. 16. 17. 18. 19. 255
ad inuentarium solennitates necessariæ, nume. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10 244
inuentariorum multiplex species, nu.2 ibid.
inuentionis præmium an debeatur inuentori, nu.8 141
inuentor an solo aspectu rem inuentam acquirat, numero 3. 121
inuentum quid, nu.8 137
inuicem dictio, nu.4 602
inuitus nemo emere aut vendere regulariter cogitur, nume.6 171
inuitus quomodo hic accipiatur, nu.2 472
inundatione agri possessio amittitur, non dominium, nume.9 124
quæ sit diuersitatis ratio, nu.10 ibid.
item vetustas, huius §. emendata lectio, nu.6 333
in hoc §. triplex ius recenseri, nu.1, 2, 3 332
item si quis postulante, huius §. species, nu. 6 542
in itinere faciendo 50. miliaria legalia in singulos dies cõputari, nu.6 100
iudex male iudicando litem suam faciens, quomodo puniatur, nu.3 497
iudex male iudicans, quasi delinquit, nu.1 ibid.
iudex nimium crudelis ab officio remoueri potest, numero 7. 87
iudex potest super incerto ferre sententiam. 113
iudex quilibet debet sententiam ferre certam regulariter. nu. 5 612
iudex quo ad qualitates, tempora, modos, loca, potest non sequi petitionem libelli in sententia, numero 10. 612
iudex scienter & dolosè male iudicans, quas pœnas sustineat, nu.4. 497
iudex si compensationis rationem non habeat, quid iuris, nu.2 628
iudex si non adiudicet expensas petitas, facit litem suam; nu.10 686
iudex solus defert iuramentum in litem, nu.33. 590
iudex veritatem probationis sequi debet, nu. 12 613
iudicis boni est, lites minuere, & curare ne fiat immortales, nu.8 409
iudicis decretum requiritur etiam in manifestè prodigo, num.8 88
iudicis iussus vbicunq; contemnitur, iuramentum in litẽ deferri potest, nu.5 694
iudicis officium in actione reali, nu. 1 690
iudicis officium in causis definiendis, nu.2 689
iudicis officium in puniendo crimina quod sit, nu.7 695
de iudicis officio in actione finium regundorum, numero 1. 694
iudicis perperam iudicantis pœna, nu.3 689
iudici quid obseruandum, si de facto conuentio sit, numero 4. 690
iudicia sæpe pro actionibus sumuntur, nu.3 598
iudicium ex tribus personis constat, nu.1 688
iudicium incipit a citatione, nu.2 ibi.
iudicium noxale, nu.5 690
iudicium reale licet in præsenti habeat executionem: secus tamen in personali, nu.5 691
iudicium rescissorium, nu.8 252
iudicium olim non licuit alieno nomine suscipere, numero 6. 646
iudicium rescindens quid, nu.7 422
iudicium rescindens & rescissorium possunt in uno libello calumniari, nu. 42 515
iudicium suspecti criminis hodie nimis rarò exerceri, nume.4 102
in iudicio hoc volente experiri quæ requirantur, num.57. 610
in Iudicio læsæ maiestatis multa singularia, numero 10. 11 698
iudicio petitorio vel possessorio quando quis agere dicatur, nu.33. 34 511
in iudicio qui per se esse non possint, nu.5 646
iudicio sisti, cautio non affinit hæredem, nu.3 660
iudicio sisti cautioni, quando dicatur satisfieri, numero 4. ibi.
iudicia extraordinaria, nu 4 378
iudicia omnia aut finiendarum litium, aut puniendorum maleficiorum causa introducta, nu.2 694
iudicia ordinaria, nu.3 378
iudicia publica cur sic dicta, nu.8 686
iudicia publica cum ciuilibus in quibus conueniant, num. 4. 6 ibi.
iudicia publica tripliciter ab actionibus ciuilibus differũt. nu.1 696
iudicia publica vnde dicta, nu.4 695
iudicicia quæ in textu tangantur, nu.47 529
iudiciorum publicorum alia sunt capitalia, alia non capitalia. 695
iudicia omnia absolutoria esse, quomodo accipiendum. nu.1 658
iudicia omnia hodie extraordinaria, nu.4 682
iudicia publica alia esse ordinaria, alia extraordinaria, nu. 8. 9. 10 695
iudicia diuersimodè publica dici, nu.5 ibid.
in iudiciis bonæ fidei restituens rem sine precio deteriorationis, non liberatur a prima actione: secus in strictis persecutionibus, nu.35 590
in iudiciis nihil admitti debet sine causa generali, vel speciali, nu.36 544
Iulius Paulus Papiniani assessor. nu.2 149
iumentum & armentum differunt, nu.3 144
iurans non tenetur probare debitum, nu.14 543
iurans se soluturum, compensationis obiectione excusatur a periurio, nu. 10 603
ius a iustitia deducitur, nu.2 9
ius abstinendi an præiudicet iuribus suitatis, nu.8 251
ius accrescendi in contractibus non habet locum, numero 3. 405
ius accrescendi inter hæredes tantum locum habet, numero 4. 249
ius accrescendi olim in communi seruo locum habebat: quod tamen hodie est sublatum, nu.3.5 171
ius accrescendi qua ratione inductum, nu 13 218
ius accrescendi quando locum habeat, nu.2 171
ius accrescendi quid. ibid.
ius agnationis etiam per adoptionem existit, nu.4 335
ius agnationis omni capitis deminutione tollitur, numero 1. 75
ius agnationis minima capitis deminutione olim perdebatur. hodie secus, nu 7 373
ius agnationis qui denotet, nu.2 42
ius canonicum ex latere aliter gradus numerat, quàm ius ciuile, nu.4.5 354
ius ciuile aliud diuinum, aliud humanum, nu.3 10
ius ciuile ciuilia tollitur, sed non naturalia, nu.3 75
ius ciuile causam habet in natura positam per omnes sanctiones, nu. 1 12
ius ciuile dupliciter mutuatur, nu.13 23
ius ciuile effectus iuris naturalis impedire potest, numero 3. 75
ius ciuile est afformatio ius naturalis, nu.9 23
ius ciuile & canonicum diuersimode computant gradus transuersalium, nu.2 41
ius ciuile immutari potest, nu.2 23
ius ciuile legum cumulo inuolutum, nu.3 1

Index.

ius ciuile & canonicum diuersimode computant gradus transuersalium nu.2 41
ius ciuile immutari potest nu.2 23
ius ciuile legum cumulo inuolutum nu.3 1
ius ciuile naturali ratione introductum nu.1 14
ius ciuile quid nu. 12 13
ius ciuile refert philosophiam moralem nu.5 11
ius ciuile semper refertur ad rationem naturæ nu.4 23
ius colonarium,nu.3. 532
ius gentium à naturali quid differat nu.10 14
ius gentium & ciuile quomodo conueniant nu.5 14
ius gentium naturali ratione introductum nu.10 ibid.
ius gentium secundarium vnde processerit nu.1 15
ius gentium varie accipi in legibus nu.8 16
ius in re quid nu.1 143
ius offerendi nu. 80 593
ius naturale etiam diuinum dicitur nu.11 23
ius naturale & gentium circa theses, ius ciuile iuxta hypotheses versatur nu.8 ibid.
ius naturale immutabile nu.1 22
ius naturale non dat locum malę fidei nu.8 125
ius naturale quid nu.5 12
ius naturale secundarium, ius gentium antiquum, ius diuinum nu.8. 9 3
ius nouum quid dicatur,nu.1 346
ius nouum quomodo differunt a iure veteri circa compensationem nu.12 603
ius perpetuum siue perpetuarium nu.4 429
ius personarum & status hominum, idem nu.7 24
ius postliminii fingit aliquem nunquam fuisse captum nume.3 58
ius primum circa datiuos tutores,nu.1.2 77
ius secundum nu.1 78
ius tertium circa datiuam tutelam nu.3 79
ius quartum nu.1 ibi.
ius quintum nu.1 80
ius priuatum,nu.6 81
ius publicum in quibus consistat,nu.5 ibid.
ius publicum quid nu.3 ibid.
ius quid significet apud iureconsultos,nu.5 655
ius simpliciter prolatum, de Romano intelligitur num.3. 14
iuris capita duo tantum esse, dominium & obligationem, nu.3.4 24
iuris causa efficiens,nu.8 ibid.
iuris causa finalis ibid.
iuris causa formalis. ibid.
iuris ciuilis definitio,nu 10 13
iuris ciuilis expositionem sine præfatione tractare, inciuile,nu.2 1
iuris ciuilis libri quo ordine sint editi,nu.3 5
iuris ciuilis uariatio in deferenda matri successione filii intestati,nu.1.2.3.4.5.6 241
iuris constituendi concessio iure gentium constat, nume.9. 14
iuris diuersi quæ sit ratio,nu.5 42
iuris & iustitiæ propria significatio,nu.3.4 9
media iurisprudentia quæ nu.2 336
iuris exceptio quid nu.2 659
iuris gentium & ciuilis propria differentia,nu.5 14
iuris gentium primum caput,nu.2 15
iuris gentium secundum caput,nu.5 ibi.
iuris interpres interpretando iura condere dicitur,num.6. 20
iuris naturalis exempla,nu.2.6.7 12
iuris naturalis primęui exempla,nu.2 ibid.
iuris plus nemo in alium transfert, quàm ipse habet nu.5. 134.517
iuris postliminii caput ficticium 58
iuris postliminii caput suspensiuum,nu.5 ibi.
iuris postliminii duo capita,nu.4 ibid.
iuris postliminii origo nu.2 58
iuris scripti & non scripti origo unde nata,nu.1 22
iuris scripti species, quo ad originem, non differunt: secus quo ad usum nu.1 17
de his qui iuris sui uel alieni sunt.Rub. 55.tituli continuatio,nu.1 ibid.
iuris subtilitatibus non superstitiosè inhærendum, num.3. 124
iuris ciuilis tria capita siue præcepta,nu.2.3.4 10
iuris tria capita,nu.1 24
iuri accrescendi quandò locus fit 263.nu.18 266
iuri non decrescendi quando locus fit,nu.10 ibid.
an iuri offerendi triginta annis præscribatur,nu.82 598
Ius ciuile determinationem esse iuris naturalis, numer.12. 13
ius extra ordinem dicere,nu.3 631
ius naturale bifariam accipi in legibus,nu.1 12
ius naturale & gentium specie non differre,nu.14 13
ad ius uetus tribus modis nos relabi,nu. 10 376
iure dominii, uel quasi, horum uerborum sensus, num. 64 251
ipso iure & ipso facto, quomodo differant,nu.2 324
de iure naturali gentium & ciuili Rub. 11
iure nouissimo nulla est inter seruos differentia, nu.3. 26
de Iure personarum Rubrica. 23
iure pretorio quomodo patronus liberto successerit. num. 1.2 358
pro iure quolibet incorporali confessoria agi potest num. 25 510
iure quæ non licet facere, nec fieri posse credendum est, nu.2 408
iure ueteri conuentus in rem actione satisdabat iudicatũ solui,nu.1 649
iura sanguinis tolli non possunt,nu.3 45
iura sibi quilibet populus condere potest,nu.6.7 8 14
quando id cesset. ibid.
iura sine labore non addisci nu.1 10
iuramentum affectionis, & in litem sunt idem, numero 33. 590
iuramentum affirmatiuum maiorem uim habet, quàm negatiuum nu. 10 662
quæ sit eius ratio,nu. 11 ibid.
iuramentum calumniæ est credulitatis, non ueritatis, nu. 12.683
Iuramentum semper intelligitur secundum naturam contractus, cui accedit,nu.8 418
Quando dicatur informiter iurari,nu.33.36 545
condemnatus ob præstitum ab aduersario iuramentum nõ potest appellare nu.27 544
iuramentum etiam successori iurantis prodest, numero 12. 662
iuramentum ex interuallo susceptum nihil proficit, num. 21.9 143
iuramentum informe producit actionem in factum iuratoria,nu.24 542
iuramentum habet uim, vt videaris promisisse meliori modo, quo valere potest,nu.5 404
iuramentum malitiæ,nu.10 683
iuramentum malitiæ an exigi possit, quando de calumnia est iuratum,nu.11 ibi.
iuramentum potest deferri & referri,nu.7 542
iuramentum procuratoris aut defensoris rei, domino prodest,nu.3 66
iuramentum prodest, siue quis in personam, siue in rem actione conuentus sit,nu.9 662
iuramentum si remittatur, habetur pro præstito, nume.10. 549 544
iuramentum spontaneum nullam vim habet nu.6 662
iuramentum vitroneum, quod sc. nemine deferente, nihil operatur,nu.10 563
iuramenti de calumnia formula,nu. 2. 684
quis ordo seruandus in eo præstando,nu.3 ibid.
iuramenti necessarii uariæ species,nu.4 542
iuramenti remissi eadem vis, quæ præstiti,nu.7 662
circa iuramentum informe doctores errare,nu.35 544

post Iuramentum præstitum, reus denuo admoneri debet vt soluat antequam ..gatur.no. 12 543
iuramento præstito, illi itator, etiamsi deferens periurium probare vellet.num. 26 544
de iuramento formi & informi.nu 11.30 543.544
ex Iuramento formi duæ dantur actiones.numero 31.32 544
iuratoria cautio quando admittatur.nu.5 646
iuratoria cautio quando sufficiat.nu.5 650
iusiurandum iudiciale.nu.5 542
iusiurandum iudiciale præstatur formiter & informiter. nu.30 544
iusiurandum necessarium nu.3 542
iusiurandum quid.nu.1 ibid.
iusiurandum quomodo remittatur.nu.55 544
iusiurandum voluntarium.nu.2 542
iusiurandi species. ibid.
iurisconsultr a reprehensione Vallæ defensi.nu.4 12
iurisconsulti in dubiis mediam viam eligere solent.numero 3 34
iurisconsulti qui sunt a consiliis principi excusationem habent.nu 3 94
a iurisconsultorum omnium responsis olim non licebat recedere, secus si aliqui dissentissent.nu.8.9 21
de iurisconsultorum veterum duabus interpretationibus. nu.1.3 20
iurisdictionum limites.nu.52 574
iurisprudentia media quæ nu 1 184
iurisprudentia quid doceat.nu 1 10
iurisprudentiæ definitio explicatur.nu.2 ibid.
iurisprudentiæ duo capita.nu.2 108
iurisprudentiæ finis.nu.3 8
iussu factum quid dicatur.nu.21 632
iusta seruitus. nu.2 28
iustitia alienum bonum.nu.16 9
iustitia ciuilis, siue polities, duplex.nu.7 9
iusticia commutatiua & distributiua quomodo suum cuique tribuant.nu.19 ibid.
iustitia particularis.nu.9 ibid.
iustitia quare dicatur constans & perpetua voluntas.nu.9 ibid.
iustitia tribuit cuique quod suum est.nu.17 ibid.
iustitia vniuersalis.num.8 ibid.
iustitiæ definitio explicatur.nu.10 ibid.
iustitiæ particularis diuisio.nu.9 ibi.
iustitiæ proprium.nu.3.4 ibid.
de iustitia & iure.Rubr. 8
titulus, cur alios præcedat.nu.1 ibid.
de qua Iustitia hic agatur.nu.6 9
Iustinianus a calumnia Vallæ defensus.nu.9.10 642
Iustinianus a Flauiorum familia oriundus.nu.4 2
Iustinianus alius Constantini.F. ibi.
cur φιλοπατρις cognominatus. nu.6 ibid.
Iustinianus an aliquid de nouo induxerit in huius § quæstione.num.1 31
Iustinianus constituit compensationem tam in stricti iuris quam bonæ fidei iudiciis ipso iure consistere. nu. 2 602
Iustinianus cur Flauii prænomen sibi adsciuerit.numero 4 2
Iustinianus cur Iustinum patrem suum nominet. num. 5 ibid.
Iustinianum cur se Africanum dixerit.nu.18 3
Iustinianus cur se Gothicum dixerit.nu.10 ibi.
Iustinianus fauens fuit mulieribus.nu.2 343
Iustinianus Imperator quo consilio Institutiones fieri iusserit.nu.3 1
Iustinianus nomen est proprium, ad imitationem iustini patris.nu.5 2
Iustinianus quando Cæsar factus.nu. 3 ibid.
Iustinianus Vandalos ex Africa pepulit.nu.3 3
Iustiniani antiquus codex, Iustinianeus dictus. numero 6 2.
Iustiniani Imper. constitutio ad legis Anastasianæ emendationem pertinens.nu.5 348
Iustiniani constitutio circa satisdandi modum. numero 1 610
Iustiniani constitutio de adoptiuis quando lata.num. 1 331
Iustiniani emendatio circa successionem agnatorum. nume.8 336
Iustiniani labores.nu.1 5
ex Iustiniani lege pater semper contracta fiducia emancipare videtur.nu. 5 340
Iustiniani nouus codex.nu.10 5
Iustinianum bis triumphasse nu.14 3
Iustinianum hic mente captum a furioso non distinxisse. num.4 232
a Iustiniano quæ bella sint confecta.nu.2 5

L

LÆsæ maiestatis crimen qui committere dicantur. nume.3 697
de Læsæ maiestatis crimine qui accusare possit. numero 1 ibid.
in Læsæ maiestatis crimine solus conatus punitur, etsi effectum non habuerit.nu.7 ibid.
læsus quomodo olim, & hodie restituatur.nu.17 121
lana quid.nu. 3 546
lani etymologia. ibid.
lanx & licium quomodo & cur in furto vsurpata fuerint. nu 4 471
lectio in de in diem addic restitura.nu. 1 374
legandi modus ex lege 12 tabularum descendit. 554
legandi verbum latam habuit significationem.nu.1 239
legans rem suam, quam putat legatarii, valet legatum. nume 1 271
legans rem suam vt alienam, an legatum valeat. numero 1.3 278
legare quid sit. 309
verbum legasse.nu.3 296
legare hi soli possunt, qui actiuam testamenti factionem habent. nu.2 283
legari illis tantum potest, cum quibus testamenti factio passiua est, & qui illi.nu. 1 ibid.
legatarium actionem hypothecariam habet.nu. 7 260
legatarius ante aditam hæreditatem non agit. nomero 9 ibid.
si Legatarius ex titulo oneroso rem alienam habeat, quomodo sit distinguendum. nu. 2 264
legatarius ex tribus actionibus vnā eligere debet, qua experiatur.num. 8 260
legatarius fit dominus rei legatæ sine traditione. numero 10 ibid.
legatarius in quibus rebus hypothecam habeat.nume. 7 ibid.
legatarius, vel fideicommissarius iussi restituere, an quartam detrahant.nu.6 313
legatarii hæredi etiam fideicommitti potest.nu.2 312
legatario rei vendicatio competit ad rem legatam consequendam.nu.3 260
legataris autem, § dubitandi ratio.num. 1 190
ratio decidendi.num.2.4.5 ibi.
legataris autem, § etiam in simplici nuncupatione obtinere.num.7 ibid.
legataris pluribus in optione dissentientibus res sorte dirimenda est nu.5 582
ad Legationem se præparans absenti comparatur. numero 2 94
legatum a die aditæ hæreditatis debetur.nu.54 569
causa huius actionis.nu.55 ibid.
legatum ab hærede præstandum post aditam hæreditatem, num.6 258
legatum alimentorum etiam aliis incapacibus relinqui vtiliter potest.nu.4 283

legatum

legatum dotis incertum a patre relictum valet.numero 7 274
legatum dotis in quibus sit plenius, quàm de dote actio. nu.2.4.5 ibi.
legatum eisdem conditionibus migrat in alium, quibus priori relictum fuerat.nu.7 293
si eadem summa bis legetur eidem, vel diuersis, quid iuris sit.nu.8 ibi.
quid si eadem species diuersis legatur separatim, numero 9 ibid.
legatum etiam codicillis relinqui potest.nu.9 258
legatum incertæ personæ per errorem solutum, non repetitur.nu.1 284
idem iuris est in legato alimentorum & ad pias causas. nu.2 ibid.
legata ob incertitudinem personæ non viciari.nu 5 285
legatum incertæ personæ relictum non valet. numero 1 283
legatum in genere factum ad species illius generis restringitur, quas testator in patrimonio habet.nu.8 258
legatum in quo differat ab aliis donationibus numero 6 7.8 258
legatum libertatis incertæ personæ factum non valet. nume. 1 284
legatum pauperibus relictum, etiam ante Iustinianum valuit.num.2 283
legatum par damnationem num. 5 259
legatum per præceptionem.num.7 ibid.
legatum per vendicationem.nu.3 ibid.
legatum pœnæ nomine quare olim non valuit.nu.2 291
legatum quare dicatur donatio quædam.nu.4 258
legatum quid num. ibid.
legatum quod sine lucro est, non valet nu.15 273
legatum rei futuræ transmittitur ad hæredes legatarii. nume.2 265
legatum rei de qua, an sit in rerum natura, dubitatur, an valeat num.6 ibid.
legatum rei quæ fuit, amplius tamen non est, vel nec fuit, nec futura speratur, an valeat.nu.4 ibid.
legatum sinendi modo. nu.6 259
legatum sub conditione ad hæredem non transit. nume. 1 2.3 394
legati definitio.nu. 1 258
legati translatio quando dicatur.nu.6.10 293
a Legato rei alienæ ad legatum rei obligatæ valet argumentum num. 5 263
de Legato sub modo.nu.6 289
in Legato conditionali, vel rei alienæ, non inspicitur in Falcidia tempus mortis testatoris.num 3 297
legata a fideicommissis in quibusdam etiam hodie differre.num. 8 261
legata hodie etiam ante institutionem relinqui possunt. num.3 290
legata hodie valent quibuscunque verbis relicta. numero 1 259
legata in testamento relicta sunt testamenti accessoria. nume 5 257
legata olim non nisi in testamento relinquebantur, hodie secus.nu.4 ibid.
legata olim quadrifariam relinqui solita.nu.1 259
legata quando ipso iure, vel ope exceptionis adempta censeantur nu.1.2.3 293
legata quibuscunque verbis relicta valent.nu.1 260
legata singularibus tantum fideicommissis æquata. numero.4 261
hæc exæquatio non solum Iustiniano tribuenda.num. 5.7 ibid.
legata species si pereat sine culpa hæredis, legatario perisse censetur, & quid in quantitate nu.1.2. 275
legatorum appellatione libertates continentur.numero 2 3.4
legatorum deficientium iure veteri tria genera. numero 13 267
contra Legatorum naturam est, vt totum patrimonium exhauriant.nu.2 259
legatorum translatio.nu.6.10 293
inter legata & fideicommissa differentia.num.5. 310. nume.3 314
de Legatis.Rub. 1 257
huius tituli continuatio.nu.1 ibid.
in legatis amplius quàm fideicommissis olim fuisse quomodo accipiendum.nu.9 261
leginnes Romanorum.num.2 3
legitima an perdatur ob omissum inuentarium. numero 23 254
legitima hodie est triens vel semis.nu.3 247
legitima liberis relinquenda hodie titulo institutionis, & quæ sit ratio.nu.2.3 249
legitima liberorum qualis olim fuerit.nu.2 247
legitima parentum an etiam aucta.nu.7 249
legitima parentum tutela vnde processerit.nu.1.3 76
legitima patroni hodie ab omni onere est prorsus libera, sicut legitima filii.num.8 361
ad Legitimam, huius § dispositionem hodie sine fructu esse.num 6 240
de Legitima agnatorum tutela Rub. 72
de Legitima agnatorum tutela tituli continuatio.num. 2 ibid.
de Legitima parentum tutela.Rubr. 76
de Legitima succession.nu.1 324
huius tituli summa.nu.5 ibid.
legitimati per oblationem curiæ quid consequantur.num. 3 46
legitimi quibus modis naturales tantum efficiantur.num. 14 ibid.
legitimi tantum inofficiosi testamenti querelam habent. nu.1 246
quid de naturalibus tantum.nu.2 247
legitimi tramites.nu.3 4
legitimi vt naturales tantum efficiantur, quę necessaria. num.6 46
legitimorum hæredum appellatione qui contineantur.nume.7 367
legitimati per oblationem curiæ quomodo succedant. numero.8 322
legitimati per subsequens matrimonium quomodo succedant.nu.10.11 ibid.
legitimati per oblationem curiæ.nu.8 ibid.
Lemanus locus .nu.8 2
lex Aelia Sentia.nu.2.3 30
lex Anastasia.nu.3 340
lex Aquilia.nu.9 403
lex bona a mala, sola naturæ norma diuiditur.nu.5 23
lex commissoria in emptionibus ualet, secus in pignorib. num 4.5 431
lex Cornelia de captiuis quando lata.nu.24 58
lex Cornelia vnum tantum caput habet.nu.15 ibid.
lex disponens de toto, de omnibus eius partibus disponere intelligitur.nu 7 272
lex 12.tabularum circa successionem liberti quid sanxerit. nu.1 337
de iniuria.nu. 12. 433
in agnatis non fecit discrimen inter masculos & feminas. num.6 336
masculos & fœminas æqualiter vocabat ad successionē intestatam, secus de media iurisprudentia.numero 4.5 327.328
lex Falcidia duo habuit capita.nu.8 205
lex Falcidia habet etiam locum in fideicommissis singularibus, & mortis causa donationibus.nu 16 ibid.
lex Furia num.9 ibi.
lex Fusia Caninia per Iustinianum sublata.nu.3 35
lex Fusia Caninia vnde dicta.nu. 2 ibid.
lex Iulia de ambitu.nu.1 703
eiusq; pœna. ibid.
lex Iulia quare alienationē rei dotalis consentiente vxore permi-

Index.

permiserit,hypothecam vero non.nu.7.8 168
lex Papia a quo lata.nu.6 319
lex Papia Poppæa. ibid.
lex Pecilia.nu.20 630
lex plerumque impedit dominii effectum, vt in marito & pupillo.nu.10 109
lex Pompeia de parricidiis a quo lata nu.1.5 701
lex post species præmissas generale verbum subiicere solet.nu.1 45
lex propriè de iure scripto dicitur.nu.4 14
lex testamentaria,lex Cornelia de testamentis. 701
lex vnde dicta.nu.4 17
lex Voconia.nu.11 290
legis acceptio generalis.nu.2 77
legis Aeliæ Sentiæ assertio seruę hodię sublata, numero 4 30
legis Aeliæ Sentiæ capita.nu.2 ibid.
legis Aquiliæ actio duplici respectu mixta est.nume. 112 567
in Legis Aquilię actione quomodo æstimatio fieri debeat num.42 169
legis Aquiliæ primum caput.nu.2 483
secundum.3 486
legis Aquiliæ tertium caput.nu.3.483.num.1 487
legis Atiliæ rogatores.nu.2 77
legis Corneliæ de sicariis pœna. 699
in Legis dispositione,nomine filii continetur nepos, etiã in odiosis.nu.17 70
legis xii.tabularum circa debitores duricies,numero 17 629
legis Falcidiæ dispositio.nu.12.13.15 496
legis Falcidiæ ratio in singulis hæredibus computanda. num.6 ibid.
in Legis Falcidiæ ratione quantitas patrimonii morte testatoris spectanda.nu.26 497
& quæ sit ratio.nu.2 ibid.
legis ferendæ forma quæ apud Romanos fuerit, numero 7 17
legis Papiæ Poppeæ quæ fuerint capita nume.1.2.3.4.5 318.319
legis Papiæ summa in quantum a Iustiniano diminuta sit num.3 360
legis repetundarum quis author fuerit.nu.3 703.
legis stricta acceptio.nu.3 17
legis Velleiæ caput primum.nu.9 208
secundum.nu.10 ibid.
legi Falcidiæ quib.casibus non sit locus.nu.17 298
legi Papię in quo Iustinianus derogauit.nu.3 360
legem Aeliam Sentiam quis tulerit.nu.5 30
legem quam hic Iustinianus describat.nu.5 17
legem tollere solius esse principis.nu.5 46
legem Velleiam & quiliam etiam in materna hæreditate obtinere.nu.4 217
lege ciuili in caussis criminalibus biennio,in ciuilibus triennio instantia perit.nu.2 684
id hodie non obseruari.nu.3 ibid.
lege Iulia de annona qui teneantur nu.4 705
in Lege Aquilia hæres in simplum tantum agit contra dānificantem sine ratione incrementi.nu.7 584
quæ sit diuersi iuris ratio ibid.
lege xii. tabularum filiusfam. instar serui noxæ dedebatur nu.1 643
hoc postea fuisse immutatum,quę sit ratio.numero 2.4 ibid.
lege xii. tabularum post suos consanguinei vocabantur. num.4 342
de Lege Cornelia de falsis,& S.C.Liboniano. numero 1 702
de Lege Falcidia.Rubr. 494
de Lege Fusia Caninia tollenda Rubr. 34
a lege antiqua duob. casibus æquiparatis, lex noua corrigens in vno,non censetur corrigere in alio.numero 1 ibid.
lege scripta deficiente,consuetudini standum.nu.1 45
leges ciuiles quandoque a naturali ratione longius recedunt,& tamen nihil iniquum statuunt.nu.6.7 43
leges compositæ,nu.4 [illegible]
leges discussæ, quæ dicunt ipso iure prodigo administrationem interdici.nu 7 88
leges xii.tabularum.nu.6 32
leges inter armorum strepitum silent.nu.2 [illegible]
leges quando promulgari dicantur.nu.2 [illegible]
legum duarum pugna, earundemque conciliatio, numero 6 ibid.
legum immensa uolumina.nu.3 16.1
contra Leges quid dicatur.nu.7 282
l.cum quæstio excussa.num.3 204
l.decreta.ff.de re iud.explicata.nu.2 440.996
l.& siue.C.ad Treb.cum hoc.§ conciliata nu. 407
Explicatio l.eum qui 56.§ qui ita,de verbo.oblig.numero 8 427
Emendata l.5.de verb.obl.num.5 418
Explicatur l.vlt.C.de cond.cau.dat.ca.non sec. numero 2 432
Explic.l.vn.C.vbi conuen.qui cer.loco dar promissum.19 616
l.hæres absens.excussa § vlt. de iudic.nu.15 616.617
l.interdum de public.iud. explicata.nu.3 487
l.non potest discussa ff. de iud num.16 622
l.precibus,&c.discussa nu.6 237
l.qui restituere excussa.ff.de rei vend.nu.25 608
l.quod dicitur de verbo.obligatio.excussa.numero 4.5 405.
l.quod vulgo declaratio nu, 11.12 204
l.sed non,de finiti quomodo accipienda.nu.2 492
l.si ab eodem de pignor.& hypot.interpretatio.num. 42 45.47
in eadem lege non habere locum argumentum a contrario sensu.nu.46 ibid.
l.si domus de leg.1.explicata.nu.10 281
l.si patremfam.de hæred.instit.restituta.nu.7 448
l.si prisquam.de nou.oper.nunc.excussa nu.51 412
l.1 de legatis 1 excussio.nu.6 262
l.1 ff.commod.discussa.nu.5 574
l.2.de rebus credi.& iureiurando,intellectus numero 29 554
lenocinii quæ sit pœna.nu.16 698
libellus actoris certam petitionem complecti debet. nume.20 613
fallit in actionibus vniuersalibus & generalibus. nume.21 ibid.
libellus debet continere caussam suę actionis, numero 9 301
libellus incertus quando admittatur.nu.23 613
idem est,si incertitudo consistat in re petita.numero 24 ibid.
idem,si aliquid petatur accessorie.nu.25 ibid.
libellus incertus toleratur, quo ad interrumpendam præscriptionem nu.26 ibid.
idem,si in processu iudicii probationes certæ sint.num. 29 ibid.
libellus incertus valet, nisi opponatur nu.28 ibid.
libellus in actione confessoria.nu.37 511
libellus in condictione furtiua.nu.23 556
libellus in rescissoria actione quomodo apte possit concipi.nu.39 529
libelli detractio quando sit illicita nu.24 622
libelli forma.nu.30. 561
libelli forma in actione rescissoria.nu.41 525
de libelli forma in hoc iudicio num.40 544
libelli forma in officio rescindente.num.40 522
libelli forma in Seruiana actione.nu.30 534
in libello realis actionis caussa proxima semper est exprimenda.nu.15 501
de libellis in actione rescissoria.nu.38 529
liber hic barbare institutus dicitur.nu.16 7

liber

liber homo non vsucapitur.nu.1 159
liberi dictio, etiam in vno verificatur, & in singulari etiam voce ea vtimur.nu.6.7 179
liberum hominem occidens, vel vulnerans, quomodo teneatur.nu.6 482
liberum pro filio, in singulari numero rectè dici.num. 6.7 179
pro Libero homine læso est pæna arbitraria.nu.5 498
pro Libero homine occiso est pæna quinquaginta aureorum.num.4 ibid.
liberi an vt legitimam, ita & Falcidiam habeant. nume.14 291
liberi homines quibus legari potest, iidem & hæredes institui possunt.nu.3 213
liberi in quibus patrem, non matrem sequantur.numero 3 27
liberi non tantum, sed etiam parentes & fratres hodie patronos excludunt.nu.1 361
liberi patronum assignare suis liberis non possunt.num. 3 363
liberi post tutelam nati non prosunt.nu.3 93
liberorum appellatio.nu.3 65
nu.4 331
liberorum appellatione qui veniant.num.3 205
liberorum nomen omnibus descendentibus conuenit.nu. 10 71
liberis à matre præteritis datur querela inofficiosi.num. 2 212
liberi natura defertur successio paterna.nu.3 244
liberorum differentia hodie nulla nu.5 26
liberis, § huius correctio ex iure nouissimo numero. 8 235
liberi naturales qui dicantur.nu.2 339
liberos plures habens, potest vnum vel plures emancipare. nu.1 61
liberalibus studiis quantum tribuerint honoris veteres nu.1 99
liberationem legari posse, nu.5 268
quibus id modis fiat ibid.
liberatio & solutio eiusdem sunt significationis numero 1 272
liberatio personalis si legata sit, ab hærede debitoris exigi debitum potest.num.6 273
si is cui Liberatio legata est, correũ habeat, interest, an sint socii, vel non sint, quia si socii sunt, legatarius per acceptilationem liberatur: alias pacto. numero 10 12 ibid.
libertas fideicommisso relicta seruo alieno stat quandoq; in suspenso.nu.4 314
libertas per fideicommissum dari potest seruo non tantum proprio, sed etiam alieno. nu.1 ibid.
libertas semel competens non reuocatur.nu.3 377
libertas seruo instituto non rectè admitur, nu.7 215
de eo cui Libertatis causa bona addicuntur.Rubr. 274
libertatis definitionis explicatio.nu.1 24
libertatis proprium est, sic viuere vt velis.num.3 ibid.
libertate donati ex Iustiniani constitutione statim fiunt ciues Romani.7 30
in Libertate fideicommissaria solus euentus consideratur secus in directa.nu.3.4 31
quæ sit ratio diuersitatis ibid.
libertus & libertinus an differant.nu.1 357
quomodo differant.nu.2 28
libertus si intestatus moriatur sine liberis, patronus in totum succedit.nu 7 358
libertus si testetur, iure prætorio tenebatur dimidiam partem patrono relinquere.nu.4 ibid.
liberto non tantum patronus eiusque liberi in infinitum, sed etiam ex latere coniuncti succedunt vsque ad quintum gradum.nu.12 361
liberti ciues Romani qui.nu.2.5 30
liberti Latini qui.nu.3 ibi.
liberti nostri sunt etiam, quos ex fideicommisso manumissimus.num.2 357
liberti olim locupletissimi fuerunt nu.11 360
circa Libertorum successionem quid Iustinianus statuerit nu.4 360
in Libertorum successione gradus prærogatiua seruanda. nu.3 361
libertini qui olim fuerunt.num.1 28
libertinorum differentia ex Caio relata.nu.2 31
de Libertinis. Rubr. 28
libripens vnde sit dictus.nu.9 184
Libyam Iustinianus per Bellizarium recuperauit. numero 2 5
Lictores qui fuerint nu.6 378
licentiosum tantum principis placitum pro lege habetur. nu.4 19
limitatio superioris pronunciati.nu.7 308
linea a gradu quid differat.nu.1 350
linea quid. ibid.
linguæ acceptio.nu.2 392
literæ quoque § communis limitatio.nu.5 132
hunc §.hodie non habere locum.nu.6 ibid.
literarum obligatio quomodo contrahatur, & quæ in ea requirantur.nu.6.7 426
ex literarum obligatione quæ actio detur.nu.11 ibid.
de literarum obligationibus.num.45 423
huius tituli continuatio.nu.1 ibid.
litigandi iustam causam habens, non tenetur ad expensas litis.nu.6 686
litigandi iustam causam quando quis habuisse dicatur.nu. 78 ibid.
litigans temere ad quas impensas teneatur.nu.5 ibi.
litigantium temerè quæ uetus pęna fuerit.nu.1 ibid.
litigator temerarius quis dicatur nu.1 688
lis nulla est inter patrem & filiumfa.num.42 349
lis per inficiationem hodie tantum in legatis ad pias causas crescit.nu.5 419
in reliquis legatis si indebitè soluantur, habet locum eo dictio.num.6 ibid.
per litis æstimationem quid intelligamus.nu.7 640
litis contestatio non impedit vsucapionem rei mobilis. nu ome.6 692
post litis contestationem mutatio libelli est prohibita. nu. 130 623
quando fallat prædicta regula.nu.3 ibi.
ante litem contestatam non dicimur petere.nu.1 691
litem inferre quis dicatur.num.1 665
in litem iurare quid sit.nu.3 569
litem quandoque ante tempus inferre licet. numero 2 665
litem suam facere quid sit.nu.2 497
lites ne temerè mouerentur, propositis variis pænis veteres diligenter curarunt.nu.2 682
quæ sint illæ pænæ.3.4 ibid.
littus & ripa quoad proprietatem differunt.numero 4 bid.3
quo ad vsum attinet non differant.num.3 ibid.
littus pro quauis extremitate.nu.15 112
in Locando si nulla prorsus merces constituta sit, mandati actio competit.nu.8 437
in Locata remanens post finitam conductionem, reconducere videtur.nu.4 443
locatio a commodato & emptione in quo differat.nu.4.56 436
in locatione seruari debent expresse conuenta numero 1 442
in dubio contra locatorem & uenditorem interpretatio facienda.nu.6 ibid
Ex re locata nemo ante tempus expellendus. fallit tamen nu.4.5
Fructus locati ad conductoris hæredes pertinent. num.3 443
locatio & conductio alia temporanea, alia perpetua. nu. 1 436

locatio

locatio non potest esse, ubi corpus ipsum non datur ab eo, cui id fieret, nu.5 442
locatio requirit pecuniariam mercedem, nu.5 436
locatio temporanea alia expressa, alia tacita, nu.7 ibi.
locationis causa efficiens, nu.8 ibi.
causa materialis. ibid.
effectus. ibid.
locationis temporaneæ descriptio. nu.2 438
de Locatione & conductione. Rub. ibid.
in Locatione merces debet esse pecuniaria, nu.24 533
in Locatione mercedis constitutio recte in arbitrium tertii confertur, nu.7 437
in locatione multa ueniunt præstanda ex bono & æquo, de quibus expresse non est conuentum, nu. 2 442
id exempl is declaratum 3 ibid.
locator conductor, nu.3 438
locatori domus omnia illata sunt obligata, nu.7 389
locatori fundi omnes fructus tacite sunt obligati. ibi.
locupletari cum alterius iactura, contra naturam est, nu.8. 82
locupletari nemo debet cum alterius iactura, nu.13 537
locus ex Cicerone ad hunc. §. nu.3 61
locus purus quis sit, nu.7 116
locus qui seruit, an religiosus fieri possit, n. 11 116
locum religiosum iure canonum per pontificem tantum consecrationem fieri nu.4 110
locus sacer diruto ædificio sacer manet. nu. 11 115
fallit, nu.12 ibid.
locus solutioni adiectus efficit stipulationem in diem n.1. 394
locus suus, locus alienus, nu.7 137
olim fas erat cuiq; habere proprium locum autoritate publica sacrum, nu 8 ibid.
loci huius restituta lectio. nu.7 700
loco certo si te daturum promittas, an etiam in loco domicilii id petere possis, nu. 14 616
in Locum communem inuito socio non licet inferre mortuum. n.7 116
lucrum intelligitur omni damno deducto, nu. 8 446
lucra dotalia quæ dicantur, n.5 170
luere verbum quid significet. nu.2.3 263
lumen & prospectus quomodo differant, nu.14 146

M

Macedonianum senatusconsultum duntaxat in mutuo locum habet, nu.10 138
etiam ad filiosfamil. pertinet, nu.13 ibid.
quibus casibus non habeat locum, nu.11 ibid.
Macedoniano senatusconsulto non potest renunciari a filiofamil. nu.9 ibid.
magister nauis quis sit, nu.12 633
magistratus & quiuis paterfam. hoc iudicium habet, num.6 576
magistratus utrum demonstrat. nu.3 103
magistratui cuilibet ciuili incumbit prospicere, ne temere moueantur lites. nu.1 686
magistratus quando excusentur, nu.14 92
magistratuum uoce prætores intelligitur, nu. 9 20
maiestatis rei qui, nu.5 667
maiestatis crimen differt a crimine perduellionis, num.6. 325
maior quando possit restitui in integrum, nu. 2 87
maior uiginti quinque annis confirmato iudicio esse censetur, nu.3 87
maior quinquaginta quinque annis a reliquis publ. muneribus excusatur, nu.6 98
maior septuaginta annis excusationem habet, nu.5 98
maiores qui sint, nu.3 346
maius & minus diuersas species non faciunt, nu.5 105
mala fides defuncti nocet hæredi, etiam bona fide possidenti, nu.9 164
malæ fidei possessor omnes fructus restituit. numero 10 135
malæ fidei scriptor nihil consequitur, nu.8 133
malorum nulla est societas, nu.4 444
ex Maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non dari, regulæ explicatio. n.6 655
mandans fieri delictum, tenetur ea pœna, qua delinquens, n.23 548
mandare uerbum, nu. 1 448
mandatarius dicitur procurator, nu.3 ibid.
mandatarius quatenus excedit mandatum, an negotiorum gestorum actionem habeat, nu.3 45
Quando mandatarius non excedat mandatum, nu.4 ibi.
mandarius quid præstet, nu.5 453
mandata iurisdictione omnia mandata censentur, sine quibus expediti nequit, nu.5 451
si mandatarii tantum gratia mandetur, cōsilium potius est, quam mandatum, nu.1 48
mandator & mandarius qui dicantur, nu.3 440
mandator tantum præcedit obligationem, constitutor sequitur, nu. 3 420
duplicia esse mandata, publica & priuata & quæ sit differentia, nu.63 503
mandatum a initio est uoluntatis, postea fit necessitatis, nu.1 453
fallit, nu. ibid.
mandatum & in diem & sub conditione fieri potest, nu. 1 ibidem
mandatum expresse & tacite contrahitur, nu.2 449
mandatum extinguitur reuocatione, modo res sit adhuc integra. 4.5 452
mandatum gratuitum esse debet, nu. 1 454
mandatum in quo differat ab aliis contractibus, qui consensu fiunt, nu.4 453
mandatum morte mandantis quibus casibus non perimatur, nu. 7 452
mandatum procuratorium tria continere debet, nnme. 11. 648
mandata potest etiam per nuncium vel epistolam fieri, nume.3 453
mandatum quando dicatur insinuari actis. nu.5 651
mandatum quibus uerbis concipiatur, nu. 2 452
mandatum quinque modis contrahi, nu.1 443
mandatum rei inhonestæ non obligat. nu.5 448
mandatum soluitur morte mandantis & mandatarii, nu.6. 452
mandatum ubi tua & aliena gratia fit, exemplum, nume.4. 449
mandatum ubi tua & mandantis gratia fit, exempla, nu. 1.2 3 ibi.
mandati actio directa, nu. 7 401
mandati actio quomodo differat a negotiorum gest. actione. nu. 60 463
mandati causa efficiens, nu.8 448
de mandati contractu locus ex Cicerone, nu.9 ibid.
in materia mandati multa arbitrio boni viri relinquenda sunt, nu. 8 451
mandati descriptio, nu.4 440
mandati effectus, nu.8 449
mandati fines diligenter custodiendi, nu.1 451
de Mandato. Rub. 448
mandata alia publica, alia priuata, nu.1 ibi.
non manifestum furtum quid, nn.7 566
manumittendi facultas per Aelium Sentium quomodo fuerit restricta, nu.2 35
manumittere ex quibus causis non liceat. Rub. 30
manumittere qui possint, nu.1 ibid.
manumittens quot hodie annorum esse debeat, numero 4. 34
manumissio inter amicos, & per epistolam, numero 6. 29
manumissio non retractatur, etsi causa fuerit iniusta, falsaue. nu.2 5

D ma-

manumissio omni tempore & quouis loco recte fit. num. 1. 29
manumissio per uindictam,nu.3 28
manumissio,quæ ex sacris constitutionibus fiebat,nume,2. ibidem
manumissio quid,& unde dicta,nu.30 30
manumissio seruorum,emancipatio liberorum est,num 7. 60
manumissionis quot species,nu.1 28
manumissionem pro emancipatione secundum ius uetus proprie dici secus de iure codicis,nu.6 60
Marcus Tacius Alpinus,nu.13 3
Constitutio D.Marci.nu.2 377
in Mari ædificare licet,sicut in littore,nu,6 112
maritus an dotem legare possit, quam non accepit,nu.6.8. 274
maritus curam vxoris suæ suscipere non potest,nume. 3.6. 102
maritus est rei dotalis iure ciuili dominus,numero 2,3.5. 172
maritus etiam ex alio contractu conuentus, quàm dotis, habet beneficium,ne egeat.nu.10 626
maritus & uxor post decimum gradum succedunt, num.8, 350
his deficientibus,fiscus ad successionem uocatur,num.3 ibidem
maritus & uxor quoque affines dicuntur,nu,1 44
maritus habet priuilegium competentiæ in quantum facere potest,nu.41 600
maritus impensas in re dotali necessario factas consequitur,nu.15 626
maritus non tenetur ad integram dotem restituendam,sed quatenus facere potest,nu.1 625
maritus procurator uxoris esse potest,nu 8 99
maritus quantum facere possit, quot modis colligatur, nume.2 625
maritus quo auxilio impensas necessarias consequutur,nume.16.18 626
maritus summo iure tenetur ad integram dotem; habet tamen priuilegium competentiæ,nu.1 626
maritus utiliter uxori dotem acceptam legat. numero 1. 274
Marcianus iurisconf. quando uixerit,nu.2 214
Martius campus,nu.9 272
mater ad secunda uota transiens,non potest hanc substitutionem facere,nu. 8 223
Mater & auia hodie possunt tutelæ fungi officio,&c nu, 7. 72
mater & frater non habent furti actionem pro filio, vel fratre surrepto.nu.4 474
mater indistincte ex iustiniani constitutione succedit,n.1. 343
mater in successione filii excludebatur à patre,nu.3. 342
mater nisi filiis impuberibus tutores petat, à successione eorum legitima repellitur, etiamsi naturales tantum sint,nu. 1. 3 344
idem in auia obtinet, & quibuscunque futoris hæredibus impuberum,nu.2 ibid,
mater non potest pupillariter substituere,nu.5 230
mater,§.huius correctio.nu. 3 212
mater pluribus temporib.prodesse potest partui,quam pater,nu.2 27
mater procreatis ex coitu damnato non succedit,neque ipsi matri.nu.4 345
mater succedit vulgò quæsito,pater non,nu. 2 ibid,
mater tutorem non petens filio quibus ex causis excusetur,nu.6 344
circa matris successionem,Constantini Imper,constitutio. nu.1 343
matrem Iustinianus omnibus agnatis præfert,exceptis fratribus atque sororibus,nu.2 ibi.
in Matrem non cadit potestas patria,nu.4 42
in materia qualibet testamentum scribi potest,nu.1 190
materia quid,nu.4 185
materia quomodo a substantia & forma differat, ibid.
matertera adoptiua quomodo possit fieri,nu.4 43
cum Matterta adoptiua noptias contrahere,licet , nume.4. ibidem
matrimonium cuius iuris,nu.15 13
matrimonium prohibetur inter parentes & liberos in infinitum,nu.3 49
matrimonium quando soluatur,nu. 34 609
matrimonium quatenus prohibeatur ratione affinitatis,nume.5 41
matrimonium vnde deriuetur,nu 6 38
matrimonii definitionis explicatio nu,8 38
ad matrimonium legitimum quid requiratur,num,2.5.7. 10,11 40.41
matrimonio constante dos non repetitur,nu.32 600
fallit,si maritus ad inopiam vergat.n 33 ibi.
in Matrimoniis contrahendis hodie iuri canonico stamus nu.2 310.
masculi feminis quare medio iure prælati fuerint, num.4. 336
inter Masculos & feminas in succedendo differentia hodie sublata,nu.1 210
Massurius Sabinus primus publice respondit,nu 4 20
medici si sint intra numerum legitimum,excusationem habent,nu.3 99
quantus is sit numerus,nu.2 ibid.
media iurisprudentia quomodo circa feminas agnatas post sororem disposuerit,nu.2.3 336
de Media prudentia,& quando fuerit,nu.7 ibid,
medium concludendi in rei vendicatione,nu.34 507
melioratio,emponema.nu.4 435
membranæ quid,nu 4 132
mendacium ex dolo prouenit ad decipiendum alterum,nume,14 511
mens & ratio & consilium in sensibus,nu.7 98
mens legis consideratur,deficientibus uerbis,nu.3 75
mens testatoris scripturæ,æquitas rigori præferenda,nu.5 32
mente captus testari nequit,nu,5 209
mercede incerta in mandato constituta,fit contractus innominatus,nu.6 454
mercenarium iudicis officium,nu.7 689
merces si ex conuentione accédat mandato,locatio est,nō mandatum.nu.5 454
merces uenales obligatæ pro pensione,nu. 20.21 535
meretrix licet turpiter faciat quod sit meretrix,tamē non turpiter accipit,nu 9 456
merx dominica,nu.6 634.
peculiaris. ibid-
in Metallum opusve publicum damnatus,hodie liber manet,nu.2 71
metus in actione Quod metus causa,quid sit,nu.8 58.
metus in legibus quintuplex, nu.7 ibid,
metum illatum esse,sufficit impersonaliter dicere,n 3. ibi
metū non dr passus,qui nullum damnum sensit,nu. 12. ibi.
in Metu vis inest nu.9 ibid.
miles extraneo uel puberi directo substituere potest,paganus non:& quæ sit diuersitatis ratio.nu 1 239
de Milesia partum suum in vtero necante,accepta ab ipsius substituto pecunia,nu.5 234
miles quando procurator esse possit,nu.10.11 667
an militis testamento ob ignorantiam irrito,legata debeantur,nu.3.4. 211
milites magis arma,quam iura scire oportere,nu.1 4
milites quare non possint procuratores esse,nu.6 669
milites stationarii & limitanei non possunt militariter testari,nu.2 194
an Militum priuilegia hodie cessent,nu.4 192
militibus,quæ solennitates in testamento remittantur, nume.9 193
circa milites ueterem ritum nō multum esse immutatum, nu.5.7 192

milia-

miliare legale quomodo conficiatur, nu.7 100
miliaria per quam viam sint commensuranda, numero 9. ibidem
militandi uocabulum late patere nu.2 192
militare testamentum qui principes induxerint, nume.6. 193
de militari testamento Rubr. 192
continuatio huius tituli, nu.1 ibid.
de armatæ tantum militiæ militib. hunc titulum loqui. nu.3 ibid.
militia præbet immunitatem à tutela, & cura, num.1 98
minor ætate tutor scribi potest sed non erit tutor, nisi maior effectus, nu. 5 69
interim subrogatur tutor à iudice, num. 6 ibi.
minor interdum non eget restitutione, num.6 87
minor in testamento tutor scribi potest nu.9 98
minor læsus restituitur in integrum, nu.2.4 87
minor natu regulariter non potest per se esse in iudicio, num.70 592
minor non poterat olim manumittere, nisi cum causæ cognitione, nu.1 33
eius ratio quæ fuerit nu.2 ibid.
minor non potest stare in iudicio sine curatore, numero 9. 87
minor qui ueniam ætatis impetrauit, non restituitur, n.5. ibidem
minor 25. annis ad tutelam non admittitur nu.8 98
debet sub curatore esse ibid.
minores magistratus qui sint, nu.2 92
minores magistratus quomodo pupillis teneantur num.3. ibidem
minores tantum magistratus actione subsidiaria tenentur nu.1 ibi.
missilia quid, nu.2 140
mixta actio tripliciter dicitur nu.10 567
mixta comprehenduntur sub simplicibus, nu.2 504
mixtæ actiones quare dicantur nu.3 566
mœniana, & suggrundia, nu.20 510
modicare res quæ dicatur, nu 3 120
monachatus cur à iure parentum liberet, nu.7 57
Montanus 1
mos, & consuetudo quomodo differant nu.7 21
mores hominum in uita priuata vix satis perspici possunt. nu.3 103
ad Mortem condemnatus hodie fit seruus pœnæ nume. 1. 74
morte vel pupilli vel tutoris finitur tutela, nu.1 86
mulier adultera iure nouiss. in monasterium detruditur. nume.9 199
mulier fisco potior in dotis causa n. 13 599
mulier procuratrix in quibus casibus esse possit, num.8. 9. 667
mulier quare non possit esse testis in testamento, num.4.5. 187
mulier quod beneficium habet nu.11 626
mulieris conditio quandoq; deterior conditione uiri, nume.1 53
mulieris, quæ se commiscuit seruo proprio, quæ sit pœna, nu.3 379
quid hodie obtineat, nu.4 ibi.
mulieres quoque suspecti postulare possunt, nu.2 103
mulsum quid nu.9 125
muri & portæ sancti, nu.5 116
muros Romæ uiolans capite plectitur, nu.6 ibidem
mutare libellum quid, nu.3 621
mutatio iuris hæredi non nocet, nu.4 252
mutatio libelli ante litem contestp. permittitur, n.8 623
quib casib. hoc non procedat nu.29 ibi.
mutuans debet esse dominus, uel quasi, rei mutuandæ, nume.13 560
mutus testis esse nequit, nu.11 187
mutuum aliud naturale, aliud ciuile, nu.9 383
mutuum ciuile, in quo natura cooperatur, per fictionem iuris, nu 13 ibid.
mutuum, ciuile per stipulationem nu.14 384
mutuum commodatum, & depositum sunt contractus gratuiti nu.2 382
mutuum mere ciuile nu.15 384
mutuum naturale. quid nu.1 386
mutuum uel mutui datio nu.33 387
mutuum unde dictum ibid.
in Mutui actione quid probandum nu.18 560
in Mutui actione libelli forma nu.19 ibid.
mutui causa quæ, n.17 384
mutui ciuilis subdiuisio nu 12 383
mutui contractus in quibus rebus consistant, nu.31 384
mutui definitio explicatur nu.3 383
mutui descriptio seu definitio. nu.1 ibi.
mutui effectus quis nu.18 384
mutui etymologia, nu.2 393
mutui forma, nu.32 385
mutui restitutio in alio genere fieri nequit. nu.7 382
in mutuo aliquando eadem species restituitur, nu.8 ibi.
in Mutuo idem genus reddendum nu.6.383. nu. 15 160
in Mutuo res fit accipientis 14
ex Mutuo mere ciuili oritur obligatio post biennium. nu. 13 384
ex Mutuo oritur certi condictio nu. 11 383

N

NAsci suum hæredem, & nasci suum futurum hæredē, uerba illa inter se differre, nu.3 286
natales quid, nu.3 27
natalibus restitui quis dicatur nu 5 ibi.
de Natalibus restituendis titulus nu. 4 ibi.
nati ex ancillis nostris dominio nostro subsunt nu.2 121
nati ex seruili cognatione non solum ad parentum successionem uocantur, sed etiam frater patrono præfertur, nu.7 356
natura obligationum, quæ re contrahuntur nu.2 427
natura stipulationis, & literarum obligationis, nu.3 ibi.
naturalis obligatio quomodo sola hic actionem pariat, nume.5 662
naturalis obligatio quot modis tollatur, ciuili remanente nu.6.7.8.9 461
de Naturali obligatione sola sine ciuili, nu.14.15 380
naturales liberi, & adoptiui in quo differant, nu.1 329
naturales non legitimati, item spurii, incestuosi, nefarii, adulterini, an & quomodo succedant nu.9 323
naturales quis dicantur, nu.2 46
naturales tantum filii bifariam legitimari possunt, num.2. 323
naturales tantum filii qui dicantur nu.1 322
nautæ quando non teneantur ex quasi maleficio nume. 5. 499
nautæ sunt, qui naues exercent nu. 2 ibi.
nauigii appellatio nu.11 672
nauis leuandæ gratia rem proiiciens, non uidetur pro derelicto habere nu.1 141
& eas apprehendens animo lucrandi, furtum facit nu. 2.5.6 ibid.
id quandoq; fallit ibid.
per nauem quid intelligamus nu.13 633
Nec, pro, NON, olim dictum nu.4 470
Nec ui, nec clam, &c. clausula, omnia uitia possessionum continet nu.2 678
Nec minus, versic. duplex intellectus nu.3 640
inter necessarium, & utile gestum differentia numero 6. 635
ex Necessitate quicunque abfuit, restituitur, numero 28. 524
negatiua an sit probabilis, nu.7 409
negatoria actio quibus uerbis institui possit numero 39. 510
negatoria actio unde dicta ibi.

negatoriæ actioni vt locus sit, quæ requirantur, nume. 41. 512
in Negatoria quomodo ponenda sit actio vel formandus libellus, nu. 47 ibid.
negotium alienum quot modis geratur, nu. 3 455. 590
negotium facere, nu. 43 583
negotiorum gestio explicatur, nu. 1 455
ex una Negotiorum gestione quomodo diversæ personæ acquirant actiones, nu. 47 590
negotiorum gestor quid præstet. nu. 14 455
negotiorum gestor substituere potest, nu. 46 590
negotiorum gestor substituit instar procuratoris, nume. 2. 455
negotiorum gestorum actio definitur. nu. 41 590
in Negotiorum gestorum actione contraria praxis, nu. 58. 591
in Negotiorum gestorum actione directa praxis, nume. 57. ibidem
negotia sua qui præsens patitur geri, mandare censetur, nu. 7 449
nemo in plus onerari potest, quàm sit honoratus, nume. 1. 313
quando id procedat. ibid.
nepos post aui mortem conceptus, an cognatus dici possit, nu. 8 327
nepos post aui mortem conceptus, iure transmissionis ad successionem uenit, nu. 8 ibid.
nepos uiuo auo conceptus, & post ipsius mortem natus, auo suus hæres efficitur, nu. 4 ibi.
nepotes ex filia succedunt cum aliis filiis, & ex his descendentibus in stirpes, nu. 7 333
nepotes ex filio succedunt auo simul cum patrono in stirpes 320
idem hodie obtinet in nepotibus ex filia, nu. 1. 3 326
nepotes ex filiis succedunt auo in stirpes, sed fratrum filii patruo in capita. nu. 9 ibid.
nepotes succedunt auo ex persona propria non patri, n. 4. ibidem
in Nepotis locum potest quis adoptari, & deinceps, etsi filium non habeat, nu. 1 51
L. Neratius, nu. 1 493
Nescire literas quid sit, nu. 3 61
nobile iudicis officium, nu. 6 689
nomen debitoris legari posse, nu. 4 280
idem ius controuersum siue litigiosum, nu. 7 ibid.
nominis, pronominis, &c. error non uitiat uel legatum, uel hæredis institutionem, si de persona constet. num. 8. 10. 287
& quæ sit ratio. ibid.
idem est, si erretur circa nomen proprium rei legatæ. nume. 9 ibid.
inter Nomen, pronomen, cognomen & agnomen differentia, nu. 1 286
nomina pro debitoribus, nu. 5 638
nomina uarias hodie acceptiones habent, nu. 5 426
nomina ueteribus quæ fuerint, nu. 2 425
nomina facere, nu. 4 638
nominatim exhæredari quando quis dicatur, numero 2. 205
nominatim fieri dicitur, quod per se vel aliud certum est, nu. 3. 4 ibid.
νόμος. nu. 3 16
notarius iura ad ipsius officium spectantia scire debet, n. 6. 498
de Notarii vel octaui testis adhibitione, nu. 6 201
notitiæ in animis hominum a natura insitæ, nu. 1 9
nouatio cum seruo facta inutilis est: cum pupillo uero ualet, nu. 6 466
quid si cum adulto fiat nouatio. nu. 7 ibid.
nouatio generice & specifice accipitur, nu. 1 ibid.
nouatio interdum fit, etsi non exprimatur, nu. 10 466
nouatio ita demũ valet, si sequens obligatio valet, n. 5 466
nouatio quõ fiat sine interuentu nouæ personæ, &c. ibid.
nouatione tollitur ipso iure obligatio. nu. 1 ibid.
nouatione tolluntur etiam accessoria cum obligatione. nume. 4 ibid.
nouellæ constitutiones, siue Authenticorum liber. num. 1. 5
Nouellarum iure patri & matri pariter defertur successio liberorum intestatorum, &c. nu. 7 341
nouus Iustiniani codex. nu. 10 5
noui Iustinianei, nu. 1 8
nouæ hæreditates quæ sint, nu. 2 346
noxa & noxia an differant, n. 9. 10 649
noxæ appellatio ad publica delicta non pertinet sed ad priuata, nu. 1 ibid.
noxæ deditio hodie in seruis tantum durat, nu. 24 541
quandiu duret, nu. 5 640
noxæ dedere, nu. 8 ibid.
noxæ solutum esse ibid.
noxale iudicium, nu. 5 690
noxalis actio est in rem scripta, nu. 2 640
noxalis actio semper caput sequitur, quomodo accipiatur nu. 1 ibi.
noxalis vocula, non est proprium nomen actionis, nume. 3. 639
in Noxali actione quæ sint iudicis partes, nu. 6 690
in Noxali iudicio alternatiue condemnandus est dominus licet in aliis disiunctiuis obligationibus sit secus, n. 7. 9 ibidem
si simpliciter condemnetur in certam quantitatem, adhuc seruum noxæ dedere potest, nu. 8 ibid.
noxales actiones non ea ratione esse arbitraries, quia reus ante sententiam rogetur, an litis æstimationem soluere, vel seruum noxæ dedere malit. nu. 17 607
noxales actiones non sunt arbitrariæ, nu. 21 ibid.
noxales actiones quæ dicantur: & quæ sit earum vis, nu. 2 639
noxales actiones sunt tantum adiectitiæ qualitates principalium actionum, nu. 2 641
noxalium actionum aliæ ciuiles, aliæ prætoriæ, numero 1. ibidem
de noxalibus actionibus. Rub. 639
connexio huius tit. ad præcedentes, nu. 1 ibid.
nudum pactum qualiter fiat. nu. 5 537
nullius quod est, occupanti conceditur: & quomodo hæc regula sit accipienda. nu. 3. 4 117
numerus liberorum excusat a tutela uel cura. nu. 1 93
nummo omnia mensurari, nu. 4 428
nummus unde ibid.
numi a pupillo mutuati si extant, uendicantur, numero 3. 174
si bona fide consumpti sint, condici possunt, numero 4. ibid.
numi si mala fide sint absumpti, potest de his exhibendis ut in litem iuretur, agi, nu. 6 ibid.
nuncupare quid sit. nu. 4 191
nuptiæ inter transuersales quomodo impediantur, numero 1 421
nuptiæ nefariæ & incestæ quomodo differant, numero 4. 40
nuptiæ quæ sint iniustæ, nu. 1 39
nuptiæ quandoque ob publicam honestatem prohibetur, nu. 1 441
nuptiæ unde dictæ, nu. 5 38
de Nuptiis. Rub. 38
tituli argumentum, nu. 1 ibid.
nurus appellatio ex sponsalibus non accipitur propriè loquendo, nu. 2 441

O

OEconomi, nu. 8 651
Obligamur alter alteri quatuor modis, nu. 2 559
obligatio causam ex natura trahit, nu. 2 380
obligatio ciuilis sola sine naturali, nu. 13. 15 380

obla-

oblatio mixta.nu.9 380

obligatio contrario consensu ipso iure tollitur, quæ consensu constat.nu.4 67

obligatio duas habet species.nu.5 380

obligatio est causa actionis,nu.6 501

obligatio ex locato transit ad hæredem conductoris.nu. 1 443

fallit.nu.2 ibid.

obligatio non potest incipere ab eo casu, ad quem veniens finietur,nu. 11 403

obligatio per quas personas nobis acquiratur. Rubr. 457

quæ sit differẽtia inter hunc titulum & eum, qui lib. 2 supra ponitur eadem inscriptione. nu.1 460

obligatio personalis,non nisi facta cessione per procuratorem quæritur 509

obligatio proprie non abdicatur per alienationem rerum secus in obligatione per suppositionem.nu.12 504

obligatio quæ prodigi commodum magis quam dispendium respicit,non impeditur.nu. 407. 307

obligatio quibus modis re contrahatur. Rub. 382

quibus modis tollatur.Rub, 461

tituli continuatio.1.3 ibid,

exceptio:Tibi non competit actio,nu. ibid.

obligationis ciuilis officium.numero 18 381

obligationis ciuilis quæ sit causa.numero 7 380

obligationis definitio explicata.numero 20.23 381

obligationis imparitas quæ re vel spe ad paritatem reduci potest,non impedit eam.numero 3 398

obligationis naturalis & ciuilis simul exemplum. nume.6, 380

officium numero 19 371

obligationis naturalis quæ causa sit,numero 6. 380

obligationem contractam quod dissoluit fortius eam impedit ab initio.numero 10 403

obligationem tam contractus quàm delicta pariunt. numero 4 380

obligatione sublata per solutionem, etiam accessoria tolluntur,numero 9 462

in Obligatione esse quid dicatur,numero 2 640

in Obligatione generis omnes species obligantur,numero 33 604

obligationes ex quibus peculiis patri vel filiofa. acquirantur, numero 2 460

obligationes ex consensu quomodo a cęteris differant, numero 3 454

obligationes quando dicantur ipso iure tolli. numero 10, 461

obligationes quando tollantur ope exceptionis, nume. 5 ibid.

obligationes re contrahi quare dicantur,numero 1 382

obligationum causę proximę & remotę.num.7 501

obligationum duæ hic diuisiones positæ quomodo differant, num.1.3 381

inter obligationes ex contractu & eas,quę ex maleficio descendunt,differentia,numero 1 468

de Obligationibus.Rub. 379

huius tituli continoatio,numero 1 379

de Obligationibus ex consensu.Rub. 427

de obligationibus quę ex quasi contractu nascuntur, Rub. 454

huius tituli continuatio,numero 1 ibid.

de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. Rub. 497

de obligationibus,quæ ex delicto nascuntur. Rub. 468

tituli huius continuatio,num. 1 ibid.

pro Obligationibus ex delicto fideiussor datur,numero 4. 419

obligatus ad factum an habeat cessionis ius,num. 11 629

obligatus est delicto,vel quasi,cedendo bonis non effugit pœnam,num. 12 ibid.

obsequia & operas,num. 5 473

obliuionis lex apud Athenienses, quæ *ἀμνηστία* dicebatur. nu.1 306

item pacto,transactione,iureiurando,tollitur ipso iure, numero 4 499

tollitur item lapsu anni, sed tantum ope exceptionis. numero 5 ibid.

item satisfactione,numero 6 ibid.

denique morte,tam iniuriati,quàm iniuriantis.num.7 ibid.

obsequiorum species quæ sint,numero 6 37?

de Obsequiis aliqua,numero 29 55?

obsides testamenti factionem non habent,nu.3 20?

obscuritas & incertitudo libelli emendari potest vsque ad sententiam,numero 6 621

circa Obscuritatem libelli, Specula. cautela,nu.7 ibi.

occupatio venationem, aucupium, piscationem continet nu.2 118

occupatione acquirimus res iure naturali,nu.1 ibid.

occupatione bellica cessante cessat priuilegium testamenti militaris,num.1. 194

occupatione quando dominium acquiratur, numero 3. 140

Octauiani nomen vnde 2

Octauius Augustus quomodo Tiberium adoptauerit, numero 5 53

Octonarij vnde,nu.3 113

odium sanguine coniunctorum atrocius esse solet aliis,numero 3 97

officium iudicis aliud nobile,aliud mercenarium,nume.5. 688

officium iuddicis latè patet,nu. 2 ibid.

officium iudicis secundum iurisconsultos describitur, nu. 4. ibid.

officii significatio,nu.6 244

de Officio iudicis. Rub. 687

omnino verbum,nu.6 613

onus vbi est,ibi habet esse commodum,nu.14 340

opistographum quid sit apud Vlpianum,num. 191

oportet verbum,numero 16 456

oppositum in opposito quod operatur, idem operatur propositum in proposito,nu.11 618

oppositum natura est, vt se inuicem tollant, numero 1 181

optare quid,nu.1 277

optimum esse in stipulationibus faciendi pœnam subiicere,qualiter accipiatur,nu.4 395

in Optionis legato olim tantum legatarius eligebat: hodie & ipsius heres,fallit,num.2.3.4 282

in Optione legatariis pluribus dissentientibus res sorte dirimenda est,nu.5 ibid,

oratio soluta regulariter magis accipi solet pro coniuncta nu.4 412

orationes in iure nostro quæ dicantur,nu.2 243

Orcinus libertus,nu.3.314.nu.5 376

ordinaria iudicia quæ sint,nu.9 695

ordinis beneficium,nu.6 91

orphanatrophium,nu.9 652

orphanotrophi. ibid.

ὀρφοὶ nu.10 314

P

PActum nudum quando fieri dicatur,nu.7 390

per Pactum de non petendo non tollitur præcedens obligatio ipso iure,sed tantum per exceptionem, nu.3. 661

ex pacto nudo an agi possit, nu.2.3 412

prędicationis crimen.nu.11 698

pœna. ibid.

pagani quæ dicantur.nu.8 194

pagus quid sit ibid.

pagus vnde dicatur ibid.

Pandectę quare dictæ, nu.8 5

vnde dictæ,nu.2 7

Pandectarum inuulgatio,nu.7 5

Pandectarum libri quare per duplex ff, designentur, num. 2.4 7
Papinianus iurisconsultus cæteris præualet. nu.2 31
Papiniani grauissimum dictum, nu.6 97
Papiniani mors ibid.
de Papiniano nonnulla scitu digna, nu.2 306
paragraphus quid significet, nu.4 7
Papyrio cur omnes leges adscribantur, nu.4 5
Papyrius leges omnes in unam symphoniam reduxit, ibidem.
Epitome §. hi qui parentur In. de furt. nu.1 875
Explicatio difficilis §. æque si agat quis. vers. sane vno casu I. de act. nu.91 513
§. Item per acceptilationem I. Quibus mod. toll. obligat. restitut lectio. nu.22 463
§ fin. de legatis, declaratus, nu. 11 222
§. merito, l.1. de public. explicatus, nu.41 519
§. qui impleto. l. item quæritur, locati, explicatus, num.5. 443
§ mariti. thema. nu. 1 434
eius decidendi ratio, ibid.
παρακαταβολὴ apud Athenienses, sponsio & sacramentum apud Romanos, nu.2 686
parens vtriusque sexus habet priuilegium competentiæ, quatenus facere potest, nu. 1 627
item filius aduersus parentes, nu.2 ibid.
parentis appellatio, nu.2 351
Parentes possunt liberis in testamento tutores dare, nu.2. 65
parentum consensus an hodie necessario requiratur in matrimonio, nu.7.8 40
parentum nomine qui comprehendantur, nu.2 40
parentum tutela hodie directe legitima dicitur, nu.4 76
Parentibus an liberorum debeatur hæreditas, nu.4 244
parentibus inofficiosi querela conceditur contra liberos, nu.12 243
parentibus olim in liberos &. vitæ & necis potestas erat, nu.4 38
paret, pro apparebit, nu.3 554
parricida vbi præmio honorandus est casus, nu.7 701
in Parricidio conatus sufficit, licet res non habuerit exitũ, nu.10 702
parricidæ qui primi apud Romanos fuerint, nu.3 701
parricidarum pœna, nu.4 ibid.
in Parricidas cur veteres nullam pœnam constituerint nume.2 ibi.
parricidium in quibus personis committatur, nu,6 ibid.
parricidii conscij etiam tenentur, nu.11 702
Parthica bella a Iustiniano sopita, n.2 5
partis appellatione uenit dimidia, nu.9 328
partis ratione totum negari potest, nu. 16 620
partem facere, partem non facere quis dicatur, numero 10 267
de Parte ad Partem idem iuris est, quod de toto ad totum 1 308
Partes appositæ in institutione, censentur repetitiæ in substitutione, nu.2.3 226
fallit nu.7 227
partus ancillæ in fructu cur non sit, nu.6 136
partus quare matrem potius quam patrem equatur, nu.1. 27
partus ventrem sequitur ibid.
pater actione de peculio conuentus quid deducat, num.21 540
pater adoptiuus filium adoptatum uel instituere vel exheredare debet, nu.1 209
nisi rursus a patre adoptiuo sit emancipatus, numero 3. 210
Pater an aliquid habet ex bonis post emancipationem filio aduenientibus, nu.3 178
pater captus ab hostibus amittit potestatem patriam, nu.1. 58
pater cogitur satisdare pro filio tutore dato, nu.10 68
pater conuentus filio mortuo, in solidum tenetur, num.22 540
fallit in peculio profectitio. ibi.
pater cum filio quid in legibus significet, nu. 5 96
pater emancipans filium olim lucrabatur tertiam aduentiorum bonorum, nu. 1 178
hodie dimidiam partem vsusfructus retinet, nu. 2.5, ibidem.
pater & dominus pro filiisfa. & seruis peculiotenus tantum tenentur. nu.4 624
fallit si pater vel dominus in peculio dolum commiserunt, nu.5 ibid.
pater etiam inuitus & ignorans ex contractu filij peculio tenus obligatur, nu. 10 540
paterfa. filiusfa. quis dicatur, nu.1 373
paterfa. tutor esse potest, nu.1 67
pater filium emancipare debet, si generum adoptare velit. nu.5 41
pater filium hodie apud quemlibet iudicem emancipare potest, nu 5
pater hodie succedit filio emancipato ad instar patroni. nu.9 61
pater in aduentitiis hodie quibus casibus non habeat vsufructum, nu.2 178
pater naturalis olim lege XII. tab. non succedebat ab intestato filio emancipato, nisi contracta fiducia emancipasset, nu. 1 334
iure tamen prætorio poterat petere bonorum possessionem, nu.2 ibid.
pater nec inuitus emancipat, nec filius inuitus emancipatur, nu,2 60
pater §. dubitandi ratio, nu.1 168
pater patriæ, nu.5
pater potest etiam nascituris liberis tutorem testamento scribere, nu. 1 65
an Pater pro filiofam. per imperitiam male iudicante teneatur, nu. 2 499
pater quando nomine tutelæ per filium gestæ teneatur, num.9 68
pater quando præsumatur filiofam. tutori consensisse, nume.2 ibid.
pater quandoque emancipare cogitur. nu.2 61
pater querelam & contra tabulas simul habet, numero 14 245
pater quid iuris habeat in peculiis filiorumfamil. nume. 4. 539
pater si testamento destinauit, quis tutelam gerere debeat, eius uoluntati est standum, nu.5 91
fallit, ut nu.6 ibid.
pater tenetur de peculio ex contractu filii non etiam ex delicto, secus est in domino, nu.23 340
pater uel dominus conuentus de peculio, sua debita præcipiunt, nu.1 634
quando id non habeat locum, nu. 2 ibid.
an patris & matris appellatione auus vel auia contineantur, nu.1 351
patris impia consilia celare, impietas est, nu.2 697
patris testamento non ualente, an pupillaris substitutio ualeat, nu.5.6 235
patris uox, nu.2 604
patrem filio stipulari posse, nu. 1 405
inter patrem & filium, dominum & seruum nulla est furti actio. nu.4 475
idem ad urum & uxorem producitur, nu.6 ibi.
patre mortuo continuatur dominium rerum paternarum in filium, nu.4 203
patre mortuo filius natu maior impuberis emancipati tutelam consequitur, nu. 1 76
patres conscripti unde dicti. nu. 2 18
patres patriæ cur dicti. nu.5 8
patientia in incorporalibus habetur loco traditionis, nu 3 138
patria potestas ex nuptiis tantum descendit, nu. 1 39

patria potestas in pietate consistit, non atrocitate. num. 8. 701.
patria potestas non habet locum in matre.nu.2 53
patria potestas quid. nu.1 38
patria potestas quomodo à Græcis cognominetur, nu. 2. ibid.
patria potestas unde deriuetur.nu.3 38
patriæ potestatis & emancipationis quo ad successioné, differentia hodie est sublata.nu.5 323
patriæ potestatis ius quibus modis soluatur. Rubr. 54
patriæ potestatis tres causæ.nu.1 74
inter Patriam potestatem & emancipationem differentia an sublata,nu.4.5 210
de Patria potestate. Rub. 37
patriciatus dignitas dissoluit patriam potestatem. num.5. 57
patriciatus dignitas duplex.nu.11 18
patriciatus dignitas quid.nu.2 57
patricii quando plebiscitis teneri cœperint.nu.12 18
patricij qui, & unde dicti.nu.5.6.7.9.10 18
patricij quomodo à nobilibus differunt. ibid.
Patrimonij uocabulum quomodo in iure accipiatur.num. 12 540
patrimonij & peculii differentia.nu.12 540
de Patrimonio principis.nu. 2 165
patronus a liberto non potest in ius uocari sine uenia.nume.45 549
patronus an suspecti postulari possit.nu.4.5 103
patronus eiusque parentes & liberi, exceptionem competentię habent. nu.5 627
patronus liberti filio intestato non succedebat, etiam nullo suo hęrede relicto nu.2 358
patronus ob quas causas libertum in seruitutem redigat. num.3 74
patronus quando vt suspectus remoueri possit. numero 6, 103
patronus remotus non fit infamis,nu.2 105
patronus si ei non sit a liberto relicta tertia portio bonorum, ad supplementum potest agere instar filii num. 7, 361
patrono ex transuerso coniuncti succedunt liberto vsque ad quintum gradum,nu.1 368
in patrono non distinguitur, quo titulo libertus alienauerit,nu.28 528
patroni causarum & aduocati etiam iurare de calumnia tenentur,nu.1 685
quæ sit eius iuramenti forma,nu. 2 ibid.
patroni & filij iuris differentia,nu.6 360
patronorum tutela quare uocetur legitima,nu.1 75
patronos eorumque filios ex triplici capite potuisse succedere,nu.8 367
patrueles, consobrini, amitini qui sint, & inter hos matrimonium contrahi posse, non autem iure canonico, nu.3 354
patruus quid Plauto,nu.2 353
Paulina actio cur dicatur vtilis,nu.54.55 530
Paulina actio est annalis,nu.53.56 ibid.
Paulina actio personalis, quare inter reales prætorias immisceatur, nu. 12 527
Paulina actio vna tam pro rebus corporalibus quam incorporalibus,nu.14 ibid.
Paulina actione qui non teneantur,nu.20 528
Paulina an detur creditoribus, quibus prospectum est per hypothecam,nu.37 529
Paulina directa & utilis quando detur,nu.39 ibid.
Paulina est aliquando perpetua, aliquando indifferens,nume.57 530
Paulina pertinet tantum ad diminuentes suum patrimonium,nu.15 527
Paulina tam pro rebus corporalibus quam incorporalibus datur,nu.14 ibid.
Paulinæ actionis definitio,nu.19 528
Paulinæ actionis practica,nu.58 530
Paulinæ actioni an locus sit, quando in fraudem creditorum fit remissio debiti,nu. 10 527
Paulinā actionem hoc §. explicari, in eoque duo tractari iudicia,nu.11 ibid.
ad Paulinam actionem tria requiri,nu.44 529
Paulina actione qui non teneantur,nu.20.21 528
Paulus in l.vlt.§.quarto, & cæt restitutus,nu.6 353
Pauperies quid sit,nu.14 625
Pauperies quid significet,nu.3 645
de pauperie in quo casu actio non detur,nu.12 ibid.
de Pauperie uerba XII.tabularum,nu. 7 644
paupertas uacationem, a tutela & cura præbet,nu.1 95
que sint in ea re iudicis parte,nu. 2 ibid.
peccata regulariter suos auctores tenere debent. num.12. 697
pecoris pascendi seruitus,nu.4 146
pecudum nomine, quæ quadrupedes sint,nu.2 483
peculatus crimen quando committi dicatur,nu.1.3.4. 704
peculatus pœna quæ sit,nu.3 ibid.
peculium filiifam. quadruplex,nu.3 177
peculium castrense & quasi castrense,nu.4.5 177
peculium dicitur, ueluti patrimonium & peculium,nu.13 540
peculium in personis seruorum erat tantum unum,num.2 539
peculium profectitium & aduentitium,nu.6.7 177
peculium quomodo æstimari debeat,nu.1 636
peculium quomodo in §. accipiatur,nu.1 539
peculium seruorum quid,nu.1 278
peculij augmentum & diminutio uiuo testatore contingens, ad legatarium pertinet,nu. 2 ibid.
peculio legato si quid post mortem testatoris accedat uel decedat, distinguitur,nu.3.4 ibid.
in Peculio aduentitio pater exercet actiones nomine filii: secus in castrensi, vel quasi, nu. 3 460
sub Peculio quid contineatur,nu.2 636
pecunia a pupillo creditori soluta sine tutore, si fortuito pereat, cuius sit periculum,nu.8 176
pecunia conductoris locatori obligatur,nu.22 533
pecunia exacta,nu. 9 278
pecunia principalis dicitur sors, uel caput, nu.3 446
pecunia ociosa quæ,nu.6 450
pecunia publica quomodo hic accipiatur,nu.2 704
pecunia sola quantitas dicitur,nu.23 28
pecuniæ appellatio.nu. 31 582
pecuniæ appellatione res mobiles & immobiles continentur.nu 3 660
pecniæ non numeratæ exceptio nu.8 426
pecuniæ uocula omnes res significat,nu.5 428
pecuniam qui turpiter dat, magis delinquit, quàm qui accipit,nu.37 582
pecuniam sine calumnia accipiens, actione de calumniatoribus non tenetur,nu.38 ibid.
pedanei iudices qui dicantur,nu.61 550
Pegasiano S. C. quartam ex fideicommissis retinere licebit.nu.9 304
pene aduerbium,nu. 10 546
perduellionis crimen.nu.5 325
perduellionis rei qui olim dicti fuerint,nu.4 697
perfectio consideratur per se, non alterius respectu, nu.8. 183
περιτρόφυρος,nu.7 490
periurus an puniri debeat,nu.28 544
Permutatio differt a contractu, Do vt des.nu.105 595
permutatio fuit ante emptionem,nu.11 432
permutatio non parit actionem, nisi rei interuentu vestiatur,nu. 106 595
permutatio olim Germanis peculiaris fuit,nu.3 428
permutationis contractus quare dicatur innominatus, numero 10 ...
permutationis verbum omnes contractus continet.n.103 ibid.

perpetuus, vocula in legibus varie accipitur, numero, 4. 654.
perpetuæ & peremptoriæ exceptiones quæ sint. numer. 1. 664.
de Perpetuis & temporalibus actionibus, & quę ad hæredes & in heredes transeunt. Rub. 653
huius tituli argumentum & continuatio. nu. 1. ibidem,
persona an sit proprium iuris caput. num. 2. 14
persona quare duobus iuris capitibus annumerata. num. 5 14
persona turpis ob quas causas fratri præferatur, nume. 18 146
personæ cognitio in quibus rebus versetur. nu. 3. 625
per personam, prorsus extraneam nobis non acquiritur, num. 2. 181
personę æquales quę dicantur. num. 9. 226
personę aliquę iure ciuili prohibentur in ius uocari, nu. 40 548
personę aliquæ iure prætorio, & ad eas proprie actio de in ios vocando locum habet, num. 41 ibid.
personæ quæ exemplariter substitui possunt. numero, 10. 232
personæ sui iuris aut sub tutela, aut sub cura sunt, aut à neutris pendent. nu. 1 63
per quas Personas nobis acquiratur. Rub. 176
huius tituli continuatio. nu. 1 ibid.
personalis actio transit in hæredem obligati, numero, 7 506
persuadere quis dicatur, nu. 10 576
Pertinacis Impe. oratio. num. 3 243
ad petendam bonorum possess. vel contra tab. vel vnde liberi, aliquem ex liberis esse oportet, nu. 6 330
petens ante diem, plus tempore petit. nu. 3. 3 615
petere verbi natura. nu. 14. 611
petitur plus tempore, etiamsi ante tacitam conditionem petatur, nu. 6. 615
petitio est actio in rem. nu. 3 690
petitionem firmare possumus in iuris fictione, numero 18 527
petitorium quando dicatur habere possessorium admixtũ, num. 10 676
penes Pictorem est, vel tabulam restituere, vel precium soluere, num. 9 133
picturam semper in magno precio fuisse apud veteres, nu. 3 133
pictura acquirimus iure naturali rerum dominia, numero 1 ibidem
pietas maxime principem decet, nu. 22 3
pignus conuentionale, nu. 2 532
pignus conuentionale fit tacite uel expresse, numero 3. ibidem
pignus & hypotheca quomodo differant. numero 3 389
pignus iudiciale, nu. 2 532
pignus prætorium ibid.
pignus prætorium, iudiciale, conuentionale, ibidem & 389
pignus tribus modis accipitur, numero 1 189
pignus triplex. nu. 2 531
pignus vnde appellatum, numero 1 389
pignoris definitio explicata, nu. 2 ibidem
pignoris & hypothecæ finalis causa, nu. 45 535
pignoris uox, nu. 2 4 273
de pignore distrahendo si nihil sit conuentum, an & quando illud alienare liceat creditori, nu. 6 ibid.
quid si pactum sit, ne distrahatur. nu. 7 ibid.
in Pignore quid præstetur, numero 11 389
pignore, uel deposito vtens, furtum committit. num. 386
pignoraticiæ actionis contrariæ explicatio. nu. 85 503
pignoraticiæ actionis directæ formula, nu. 84 ibidem
in Pignoraticia actione quæ sint probanda, nu. 52 ibid.
in Pignoraticia contraria actione libelli forma, nume. 86. ibidem
pignorationis natura est, rem redimi, nu. 4 272
piscandi in fluminibus ius omnibus competit, nu. 4 111
quando id locum non habeat, nu. 5 111
piscatio in mari quandoque prohiberi potest, nu. 3 111
pius quis dicatur, nu. 19 3
placebat, huius §. ex constitutione, in agnatis locus est successorio edicto. nu. 10. 12 339
hodie huius. §. beneficium esse inutile, nu. 13 ibid.
placita principum esse triplicia. nu. 5 19
plagium committitur, si abducatur filiusfamil. numero 3. 474
plagium quando dicatur committi. nu. 2 704
plagium vnde dictum, nu. 3 ibid.
plagii crimen est etiam publici iudicij, n. 1 ibid.
plagii pœna, num. 5 705
plagii pœna in ueteri testamento confirmata. ibid.
plenè §. huius emendata lectio. nume. 1 195
plantæ cedunt solo, postquam coaluerunt, nu. 1 131
quomodo consequamur earum æstimationem, nume. 2. ibid.
in Plantis maior radicis, quàm stipitis habetur, ratio. n. 3. ibid.
Plato ingenii & doctrinæ princeps, num. 1 1
Plebeiorum alii dicuntur nobiles, alii ignobiles, nume. 8. 18
plebs a populo quomodo differat nu. 4 18
plebis Romanæ duę secessiones, nu. 1 ibid.
plebiscitum lex tribunitia, nu. 2 17
plenum dominium, nu. 18 109
plus peti quot modis dicatur, nu. 1 615
Ante incertę conditionis euentum petens, plus tempore petere dicitur, nu 6 ibid.
circa Plus petitionem uarię hypotheses considerandę. nume. 9. 10. 11. 12. 14 620
plus tempore petens, sustinet pœnam duplicationis induciarum, num. 2 619
pœna adiecta promissionis facti alieni, eam validat, nu. 1. 2 414
& quę sit eius ratio. nu 2 ibid.
pœna eorum, qui contra legum prohibitiones contrahunt nuptias, nu. 1. 3. 4 45
pœna eximentis est, in quantum actor in litem iurauerit, nu. 56 549
pœna eximentis uocatum in ius in quibus cesset, num. 59. 550
pœna inferentis uim publica, uel priuatam, quę sit, nu. 13. 681
pœna legato adiecta, si sit impossibilis, contra leges, aut probrosa, non attenditur, nu. 6 292
pœna mulierum, quę seruis se coniungunt, ex S.C. Claudiano. nu. 1 379
pœna nolentis iurare de calumnia quę sit, nu. 7 68
pœna petentis plus tempore ante lit. con. opponeda. nu. 5. 619
pœna plus petentis re, vel causa, vel loco, nu. 8 ibid.
pœna quomodo accipiatur, nu. 1 566
ad pœnæ euitationem compensatio admittitur, nu. 38 604
pœnæ nomine an iure Pandectarum legare licitum fuerit nu. 3 291
pœnæ nomine hodie legari posse, nu. 4 292
pœnæ nomine hodie legari posse, nu. 4 292
pœnæ nomine, §. huius argumentum, nu. 1 291
in Pœnæ pecuniariæ locum quando castigatio succedat, nu. 52 549
pœnæ cui subiaceat, qui in locum alienum nesciẽte domino mortuum infert, nu. 13 116
pœnam illicite contrahentium in sponsalibus non habere locum, nu. 6 45
pœnam tribus modis legatis adiici, nu. 5 292
a pœna delicti quęuis ignorantia, credulitas, error excusat sed non a mulcta. nu. 2 481
de pœna petentis plus tempore. nu. 7 666
pœna legalis vltra quadruplũ nõ extẽdit, fallit tñ. n. 5 575
de Pœna temere litigantium, Rub. 683
continuatio tituli ad præcedentes, nu. 2 ibid.

Index.

pœnæ non sunt extendendæ ad præcedentes, numero 1. ibidem
pœnæ non sunt extendendæ ad casus non expressos, nu. 51 569
Pœna uis ablatæ requirit iudicis authoritatem, numero 5. 481
in pœnis non inspicimus interesse, sed quis sit status principalis stipulationis, numero 22 412
pœnalis actio dicitur, si pœna per legem sit instituta, nu. 26 561
pœnalis actio post lit. contestat. & hæredi & in hæredem datur, numero 12 656
fallit, numero 13 ibid.
politia quid, numero 5 18
politiæ tres species ibid.
pollicitatio quid, numero 9 390
Pompilius Rufus, numero 1 375
Pomponij locus declaratus, numero 5 24
populus non potest ius ædificandi in fluminibus concedere, si per hoc iter nauigii deterius fiat, numero 10. 112
populi Rom. maiestas, numero 14 3
populos nullos esse sine legibus & moribus, numero 2. 14
Porcij & Bartoli intellectus ad hunc §. refutari, nu. 10. 11. 12 312
portus significatio, numero 3 110
posse id dicimur, quod de iure possumus, numero 4. 416
possunt autem, §. de annulo signatorio loqui, numero 2. 186
possessio ciuilis solo animo retinetur, sed non adipiscitur numero 13 680
possessio ciuiliter amittitur solo animo, numero 10 679
possessio continua præsumitur, quandiu contraria non docetur numero 3 157
possessio continua quæ sit, numero 11 157
possessio defuncti quatenus hæredi prosit, numero 5. 6. 104
possessio an acquiratur sine apprehensione, & quid de ea in Cam. Imp. sit approbatum nu. 5. 6 324
possessio non nisi animo & corpore acquiritur, numero 6. 679. 680
possessio pro detentione, numero 11 679
possessio qualiter amittatur, nu. 9 ibid.
possessio sine legitima causa non contingit, numero 3. 117
possessio sine speciali traditione contingere potest, nu. 5. ibidem
possessio sine traditione regulariter nō procedit, num. 31. 518
possessio nacua variis modis dicitur, numero 6 161
possessionis etymon a sedibus, non à pedibus est, nume. 1. 679
initium sine uitio fuisse, numero 5 678
possessionis ipsius quomodo furtum fiat, numero 12 469
possessionis magnum commodum, numero 4. 670
possessionis plurima commoda: & quę sint illa, nu. 11. 12, 677
possessionem etiam per alios acquirimus, numero 7. 679
possessionem facti esse non iuris, numero 3 ibid.
ad possessionem nanciscendam, sufficit partem fundi introire, numero 17 689
possessionem retinemus solo animo, & per quoslibet, qui nostro nomine sunt in possessione, numero 8 679
possessionem unam tantum esse, eam tamen duplicem possidendi causam habere, numero 4 ibid.
in Possessione continua quid requiratur, numero 12. 157
de Possessione prius cognoscendum quam de proprietate, numero 7 676
possessionum definitio. nu. 3 679
possessio, uerbum ponitur in textu pro possideri iussis, &c. numero 16 527
sicut Possessor bonę fidei, ita & fructuarius, industriales fructus lucratur, numero 1 135
possessoris uerbo quid comprehendatur, nu. 21 506
pro possessore quis possidere dicatur, numero 20 596
possidentis conditio in pari causa melior, numero 58. 513
quando duorum possidentium neuter uelit agere, & periculum sit, ne ad arma deueniāt, quid agendum, num. 8. 676
possidere & in possessione esse differunt, numero 12. 680
qui possidetur ab alio, possidere alium non potest, num. 2 39
possedisse quis maiore parte anni dicatur, numero 8. 678
potestas dominica cuius sit iuris, numero 1 36
Extensio §. in potestate. ad dominos temporales, nume. 3. 36
potestas dominica quomodo soluatur, num. 3 54
potestas patria morte dissoluitur naturali: & quomodo hoc sit distinguendum, nume. 1. 2. 4 ibid.
potestatis dominicę causę, nu. 2 ibid.
effectus, num. 2. 4 36
potestatem habens, excusatur a tutela numero 1 94
ea excusatio quamdiu duret, numero 2 ibid.
potestatem patriam egressus per dignitatem, iura suitatis retinet, numero 4 251
quod cum eo qui in potestate aliena est, negocium gestum esse dicitur. Rubr. 630
huius tituli continuatio, numero 1 ibid.
argumentum eiusdem, nu. 2 ibid.
ex Potestate nostra aliquem esse, unde cognoscamus, nu. 1. 62
posterorum uerbo omnes liberi continentur, numero 15. 70
Posthumus alienus & antea institui potuit, & nunc potest, nu. 2 363
posthumus quis dicatur, nu. 4. 5 70
posthumus alienus quomodo hodie institui possit. num. 2. 286
quomodo olim institui potuerit, nu. 1 ibid.
posthum. an exheredari hodie possit, numero 9. 10 106
posthumus hodie exhęredari non potest, numero 35. 234
posthumus quando dicatur suus heres, numero 5. 324
posthumus suus, posthumus alienus, quis, numero 2. 285
posthumi agnatione hodie non rumpitur totum testamentum, numero 8 206
posthumo alieno olim inutiliter legabatur, numero 1. 285
si Posthumo tutor testamento datus sit, quid iuris, num. 11. 71
posthumo ut recte tutor detur, duo sunt necessaria. nu. 4 66
posthumum alienum olim instituere non licebat. nu. 2. 3. 4. 207
quę fuerit ratio. nu. 5 ibidem.
immutatum fuisse per pretorem, numero 6 ibid.
deinde etiam iure ciuili per Gallum & Velleium nume. 7 ibidem
posthumi debent uel institui, uel exhæredari, numero 3. 206
posthumi hodie, sui & alieni hæredes utiliter instituuntur num. 14 207
posthumorum uariæ species, numero 2 70
inter posthumos & iam natos quatuor differentiæ. nu. 4. 5 6. 5 206
de quibus Posthumis tractet hic §. nu. 2 ibid.
postliminium unde dictum, num. 17 59

postliminii definitio.nu. 16 ibid.
postulatio suspecti, administratio interdicta est ipso iure. nu,12 106
a quo tempore interdicta ei dicatur administratio.nu me.3 ibid.
præcepta pro disciplinis.nu. 1 10
præcipere & præceptio uerbum nu. 1 308
præcipere quid significet, n.6 259
prædium domiuans, seruiens, nu.6 143
prædium dotale, quid, nu.2 172
prædium urbanum, nu.8 143
prædia confinia & uicina differunt, nu.49 574
prædo quis dicatur, nu 4 691
prægnans mater non debet vltimo supplicio affici. nume. 65
præiudiciales actiones cum de iure personarum tractent, cur non potius personales, quàm reales dicantur, nu.1. 552
præiudiciales cur dicantur reales, nu.10 ibid.
præiudiciales, huius § tres actiones, nu.6 551
præiudiciales. in hoc §. de eo præiudicii genere tractari, quod circa statum personarum uersatur, numero 5, ibid.
præiudicialium actionum definitio nu.8 552
præiudicium quid propriæ dicatur, nu. 1 141
præiudicium si cui imminet, certiorandus est atque uocandus, nu.2.3 51
præiudicii si in iure fiat simpliciter mentio, de quo præiudicio sit id accipiendum, nu. 7 551
præiudicia quorsum spectent, nu.3 ibid.
præiudicia secundum iurisconsultos, nu.2 ibid.
præmio & pœna constat omnis respub.nu.18 9
prænomina, nu.2 286
præscribere quid sit, nu. 89 194
præscriptio propriè exceptionem significat, numero 3, 156
præscriptio quinquennii olim data ad euertendum ingenuitatem, hodie sublata, nu.2 27
præscriptione seruitutem comparari, nu. 3 147
præscriptionum aliæ an sint fauorabiles, aliæ odiosæ, nu.2 158
præsens domi, an expectare teneatur absentis reditum, ut rescissoria agere possit, nu.15 523
presens contra absentem quando restitui petit, quæuis ab sentiæ causa admittitur, nu.13 ibid.
contra presentem non restituitur, numero 12. ibidem.
presens in iudicio an sit citandus, nu. 5 688
presens in iudicio si taceat, consensisse videtur, nume. 10, 62
præsentes qui dicantur, nu.6 158
preses deportare non potest, nu.10 56
presumptio naturalis libertatis inualidatur propter contumaciam eius, qui conuentus est negatoria actione, n. 52 512
etiam contra presumptionem iuris & de iure, admittitur probatio in contrarium per confessionem partis. nu.54 ibidem
preterea, huius §. difficultas, nu.1 605
item diuisio.nu. 1 406
preteritio matris in iure inst. pro exheredatione habetur, nu. 1 202
præteritio militis pro exheredatione habetur, numero 1. 211
si tamen scienter preteritio sit facta, numero 2. ibidem.
preteritus qui dicatur, nu.2 330
preteritum aliquando & presens & futurum continet, nu. 22 548
pretexta quid, nu.6 490
pretextatum pretextatamue allectari, quid. numer.8. ibidem
pretor agnatas etiam ultra sororem consanguineam admisit per unde cognati, cum masculis nu.5 336
pretor concedit etiam alio loco peti, quod certo loco promittitur solui, dūmodo loci, vbi solutio fieri debet, mentio fiat.n. 13 165
pretor de albo corrupto qua ratione actionem proposuerit, nu.14 547
prætor fuit magistratur annus, nu.8 654
pretor introduxit bo.poss. emendandi ueteris iuris gratia: item & confirmandi, numero 1.3 305
pretor peregrinus, num.4 19
pretor quam æquitatem considerarit in actione iuratoria introducenda. nu. 13 543
prætor qua ratione certum tempus pfinierit ad petandam bonorum possessionem, numero 1 371
quod sit illud tempus, nu.3 ibid.
prætor semper æquitatem præ oculis habet, numero 2. 242
prætor tutelaris, num.2 79
pretor urbanus, num.2 19
prætoris album, num.12 547
prætoris constitutio.nu.1 16
prætoris dignitas & eminentia, nu.3 ibidem.
prætoris in successione legitima ordo, nu.2 336
prætores quomodo subuenerint iuri duodecim tabula. s. num.8 19
prætorum edicta primum fuerunt annua, numero 6. ibidem.
pretorum edicta quomodo cœperint perpetua esse, nu. 9. 654
prætorum numerus, 5 19
prætorius tutor quis olim fuerit, nu.1 84
prætoria iniuriarum actio a ciuili differt, nu.2 494
prætoriæ exceptiones quæ, numero 5 664
de Prætoriis fideicommissariis, nu. 15 300
præualentiæ habenda ratio. nu. 7 300
precario nocula pro aduerbio accipitur, nu.4 578
precium propriè quid sit: & de uaria eius acceptione, nu.1 430
precium ab initio constitui animo soluendi sufficit, etsi postea non soluatur, nu.4 ibid.
precium ab initio emptionis in numerata pecunia consistere sufficit, licet postea soluatur aliud, nu.8 431
precium iustum quomodo probandum, nu.6 432
princeps conferens indigno, dispensat.nu.6 295
princeps & Papa possunt in sententia litigantium petitionem egredi, nu.8. 614
princeps habet etiam patrimonium, nu.3 162
princeps non debet legum suarum ludibrium ferre, nu.8, 37
principis beneficium sine alterius iniuria accipiendum, n. 13 56
principale non confirmatur per accessorium, numero, 3, 310
principis proprium munus, nu.2. 4
principis solius est legem tollere, nu.14 23
principem qualem Iulius Pollux esse velit. numero, 7 4.
princeps olim consulatum ambijsse, nu.6 8
principali non subsistente nec accessorium valet. nume. 2. 235
a Principio aliquid fieri facilius impeditur, quam factum tollatur, nu.4 404
priuatio præsupponit habitum, nu.4 22
de Priuatione ad habitum non datur regressus, numero, 3 401
priuilegium competentiæ conceditur etiam filiis, nume. 8 626
priuilgeium competentiæ in fratribus habere locum, num 3 627
priuilegium competentiæ quando in marito cesset num. 9 626
priuilegium prælationis, nu.6.11 198. 199
priuilegium prælationis est personale. num.12 598

priuilegium tacitæ hipothecæ, nu. 5.8 598
priuilegium tacitæ hypothecę etiam extraneo concedi. nume. 9 ibid.
probrosum quid, nu. 7 292
probrosum præceptum, nu. 8 ibid.
priuilegia ecclesijs concessa habent locum in aliis piis locis, nu. 52 569
pro auia non ducenda, no. 1 43
proclamatio ut excuset, tempestiuè fieri debet, numero 2. 484
procreatione animantium acquiritur dominium, nume. 1. 121
procurator acquirit etiam ignoranti, nu. 34 181
quando id procedat. ibid.
procurator ad iudicia non potest à tutore constitui ante litem contestatam: secus post nu. 13 652
procurator ad iudicia uaria habet nomina, nu. 2 647
procurator an reuocari possit. nu. 13 648
Et procuratores & aduocati honoraria petere possunt, nume. 4 454
procurator in rem suam quis dicatur, nu. 5 661
procurator nec in publico, nec priuato crimine admittitur nu. 15 496
fallit, nu. 16 ibid.
procurator nomen generale, nu. 1 647
procurator non tenetur cauere de rato, si constet eum habere mandatum, nu. 4 652
procurator potest etiam per absentem constitui. numero 6 ibid.
procurator propriè quis dicatur nu. 10 648
procurator quot annorum esse debeat, nu. 5 33
procurator rei conuenti omnimodo satisdare debet, nu. 14 652
procurator rei potest etiam reconuenire, numero 15. 648
procurator sine mandato non auditur, etiam de rato satisdare uolens, nu. 3 651
procuratori quomodo stipulemur nu. 3 424
ad Procuratorem constituendum mandato opus est, nu. 14 648
per Procuratorem interdum tenemur litigare, numero 3. 646
procuratores ad iudicia qui possint constitui, & qualiter, nu. 12 648
prodigus ante interdictionem omnia facere potest, num. 2 200
prodigus est sub cura agnatorum & gentilium, numero 2. 88
prodigus & furiosus in quo conueniant, & in quo differant nu. 3 407
prodigus & furiosus qualiter æquiparentur, numero 4. 5. 88
prodigus quis dicatur, nu. 3 200
prodigus testari prohibetur, nu. 1 200
prodigus testis esse nequit. nu 12 187
pro hærede uerbum dupliciter accipi; nu. 6 256
prohibitiones reliquæ præter eas, quæ in hoc titulo recensentur, remissiuè, nu. 2 45
inter Proiectum & immissum differentia, numero 19. 519
profanum opponitur sacro, nu. 10 215
propositum in proposito quod operatur, idem operatur oppositum in opposito, nu. 3 446
proprium quod alicuius est, sine ipsius facto ad alium non transfertur, nu. 3 125
& eius amplius fieri nequit nu. 6 270
propria nomina, nu. 5 227
promissionis nomen generalius est quam stipulationis, nume. 8
promissum in annos singulos, in principio anni peti potest, nu. 5 420
fallit, nu. 6 ibi.
promittendi uerbum intelligitur de stipulatione, nu. 3. 8. 424. 425
promittere verbum in instrumento insertum denotat interrogationem præcessisse, nu. 5 415
idem est, si contineatur in scriptura priuata, nume. 6. ibid.
promittere verbum idem est, quod spondere; quandoq; tamen latius patet, no. 7 411
promittis X. aureos, quo ad viuam? qualis sit stipulatio. nu. 1. 4 393
prospicere quid, no. 14 510
& seruitutem prospiciendi esse triplicem ibi.
proximior in gradu, prior est successione nu. 2 338
proximitatis uerbum nu. 10 350
proximus quis dicatur, nu. 1 338
nu 3 356
proximitas genericè & specificè accipitur numero 2. 356
in proximitate cognoscenda non solum tempus defuncti, sed etiam tempus destituti testamenti considerandum, num. 1 338
prouisio hominis tollit prouisionem legis numero 27. 533
Ψήφισμα nu. 2 17
pubertas plena 18. annis definitur nu. 8 50
pubertas quomodo æstimetur, nu. 5 39
publiciana an hodie competat sicut olim, numero 30. 518
publiciana contra uerum dominum non datur, nisi in quibusdam casibus nu. 35 ibid.
publiciana datur etiam pro rebus incorporalibus num. 51. 520
publiciana datur quasi domino. nu. 41 508
publiciana quare dicatur actio in rem nu. 17 518
publiciana est actio prætoria ibid.
publiciana & directa & utilis dici potest nu. 9 517
qualiter argumentetur in hoc textu Imp. numero 10. ibid.
de qua duritie loquatur textus nu. 11 517
publicianæ actionis causa est quasi dominium numero 53. 520
publicianæ actionis definitio explicata, nu. 16 518
publicianæ actionis effectus, nu. 60 520
publicianæ actio. institueodæ, formulæ, numero 61. ibidem.
publicianæ inducendæ causa impulsiua, nu. 19 518
circa publicianam regula ex proportione, numero 33. ibidem
inter publicianam & rei uendicationem differentia, nu. 50 520
in Publiciana quæ requiruntur nu. 54 520
in Publiciana quid ex parte rei exigatur, numero 59. ibidem
in publiciana sufficit, si res pro tradita habeatur, nu. 55. 56 ibidem
de publicis iudicijs. Rubr. 694
huius tituli continuatio. nu. 1 ibid.
pudicitia attentari quando dicatur, nu. 9 490
puer 9. annorum impregnauit nutricem, numero 7. 40
pupillaris debitor pupillo sine tutore soluens, quando sit tutus ope exceptionis, nu. 4 175
pupillaris substitutio patriam requirit potestatem, num. 4 230
quibus liberis possit fieri, nu. 2 ibidem
pupillaris substitutio alia expressa, alia tacita, numero 12. ibidem
pupillaris substitutio finitur pubertate, nu. 11 236
pupillaris substitutio finitur, si hæreditas paterna non sit adita nu. 2 ibid.
item per agnationem posthumi numero 3. ibidem
vel si testamentum patris corruit, numero 4. ibidem

pupillaris substitutio tacita sub expressa vulgari continetur, nu. 13 — 239
pupillaris substitutionis varii effectus nu. 21 — 231
de pupillari substitutione, Rubr. — 226
in pupillari necesse est, quod pupillus morte testatoris sui iuris efficiatur, nu. 7 — 230
pupillus arrogatus egreditur potestatem tutoris, nume. 1. 85
pupillus debet esse in potestate patria tempore mortis testatoris, nu. 8 — 230
pupillus quare in possessionem bonorum tutoris mittatur si alimenta decerni negliget, nu. 3 — 106
pupillus si est esse scriptus sit hæres, & eidem tutor datus a patre, quomodo adeat, nu. 7 — 78
pupillus si ineat contractum mutui, contrahentem sibi obligat, ipse autem non obligatur, numero 6. 9. 82
si tamen ex eo contractu factus sit locupletior, datur contra eum exceptio. nu. 8 — ibid.
pupillus sine tutore mutuans, non facit mutuum, nume. 2. 174
pupillus sine tutore non potest alienare, numero 1. ibidem
pupillus sine tutore potest suam conditionem meliorem facere, non deteriorem, nu. 1 — 82
pupillus soluens creditori sine tutore, non liberatur; & quomodo tum pupillo subueniatur, numero 1. 2. 175
ratio dubitandi in hoc tit. nu. 2 — ibid.
pupillus soluendo creditori suo, nihil agit, numero 3. 82
pupillus solus adire potest hæreditatem, accedente iudicis auctoritate, loco tutoris, numero 11. — 83
pupillus tutori soluenti solidum actiones cedere tenetur, numero 10 — 72
pupilli tutores suspecti accusare non possunt; secus in puberib. quo ad curatores, nu 3 — 104
in Pupilli loco si non reperiatur idoneus tutor, ad alias ciuitates confugiendum est, numero 4 — 78
pupillo omnes res utiliter dantur: ipse autem aliis obligari nequit. numero 2 — 82
in pupillo quælibet capitis deminutio tutelam tot. lit. n. 1. 86
inter Pupillos & puberes, siue minores, similitudo, num. 1. 87 — ibid.
purpuræ appellatio. nu. 10 — 618

Q

QVadrans, nu. 4 — 217
Quadrupes si pauperiem fecisse dicatur. Rubrica. 643
huius tituli ad præcedentes quis sit ordo. numero 1. ibid.
quadrupes a pecude an differat, nu. 2 — ibid.
quadrupes si neglecta pauperiem fecerit, actio legis Aquiliæ competit, quandoque in factum agitur, nume. 9. 10. 644
quadrupes si secundum naturam pauperiem facit, cessat actio de pauperie. nu. 8 — ibid.
quadrupedes pauperiem faciunt, non damnum, numero 5. 482
quadrupli pœnam prætor adiecit furto manifesto; ideoque prætoria censetur, nu. 6 — 566
in Quadruplum quando agere dicamur, nu. 2 — 575
quæstor idem, quod exquæstor — 6
quæstoris appellatio varie apud veteres usurpata, num. 3. 6
quæstores ærarii, nu. 7 — ibid.
quæstores candidati. nu. 10 — ibi.
quæstores parricidii, nu. 9 — ibid.
quæstores urbani, nu. 6 — ibid.
quæstorum origo. nu. 4 — ibid.
quæstorum varia genera. nu. 5 — ibid.
qualitas non omnis rebus addita, facit rem certam, nu. 18. 560
qualitatis ad qualitatem quomodo fiat compensatio. n. 35. 604
qualitates aduentitiæ in libello quæ sint, numero 23. 621
qualitates non constituunt specificam differentiam, nu. 3. 504
qualitates aduentitiæ in libello emendari possunt vsque ad sententiam, nu. 22 — 622
quantitas si soluitur species, an ad aliam quantitatem compensetur, n. 30 — 614
quantitatis ad quantitatem permittitur compensatio. nume. 27 — 603
in quibus casibus prædicta regula fallit, numero 19. ibidem
quarta arrogati an hodie sit aucta, sicut legitima, nume. 13. 50
quarta arrogati an sit omnium bonorum arrogatoris, n. 13 ibidem
quarta Trebelliana immunis est ab omni onere hæreditario, nu. 2 — 309
inter Quartam Trebellianæ & quartam Falcidiæ differentia. no. 10 — 304
de dictione quasi, nu. 11 — 515
quasi contractus quinque species, nu. 3 — 354
quasi contractus secunda species, est administratio tutelæ, nu. 1 — 456
ex qua actio tutelæ nascitur tam directa quàm contraria, nu. 2 — ibid.
quasi contractus tertia species est communio rerum, ex qua actio communi diui. nascitur, nu. 1 — 57
quasi contractus quarta species, est aditio hæreditatis, n. 1. 458
quasi contractus quinta species, est solutio indebiti, nu. 1. 458
quasi contractus unde sic appelletur, nu. 2 — 454
ex hoc quasi contractu quæ actio competat, numero 3. 458
ex hoc quasi contractu quæ actio detur, numero 5. ibidem
quasi delicti descriptio nu. 1 — 497
diuisio huius tituli, num. 2 — ibid.
ex Quasi delicto serui non datur noxalis actio contra dominum, sed de peculio, nu 3 — 639
quasi dominium non esse speciem dominii, sed potius adsine, contra Bar. nu. 2 — 516
quasi dominii effectus, num. 6 — 134
explicatio nu. 3 — ibid.
[illegible] num. 42
quasi vocula quid significet, nu. 11 — 515
quasi vsusfructus in quo differat a mutuo, nu. 10 — 151
in Quasi usufructu quæ sit forma cauendi, numero 5. ibidem
quasi Seruianæ actionis definitio. nu. 40 — 534
quasi Seruiana agens quid probare debeat, numero 47. 535
quasi Seruiana est actio realis, nu. 41 — 534
quasi Seruiana pro rebus expresse obligatis datur, nu. 44. 535
querela adita demum hæreditate datur, nu. 4 — 245
ad eam proponendam quinquennium præstituitur, hodieque etiam non præparata transmittitur, n. 5. 6. ibid.
querela inofficiosi testamenti an & quando agatur, nu. 7. 8 ibidem
querela inofficiosi an & posthumis detur, nu. 4 — 247
querela inofficiosi est remedium subsidiarium, numero 3. ibidem
querela inofficiosi testamenti omnibus liberis competit, num. 2 — 245
querela inoff. testam. quando hodie locum habeat nu. 13. ibidem

ibidem.
quare introducta, nu. 1 ibid.
querelę inofficiosi olim quando locus fuerit, numero 1. 247
qui hoc anno, huius §. dubitandi causa, nu. 2. 5 417
qui relatiuum quando restringat, vel non nu. 1 14
quia & quoniam, coniunctionum natura, nu. 7 289
quincunx. nu. 4 217
quin a vicenaria lex apud Plautum, nu. 8 638
quod autem §. thema. nu. 1 161
quod si fiumentum, §. ampliato, nu. 5 128
quod si quis, quomodo hic §. distin. a casu præcedentes §. nu. 1 405

R

Radices an incidere liceat, quas arbor tua in meū fundum immisit, num. 6 131
rapientes sine dolo quomodo puniantur, nu. 31 568
rapina etiam absque dolo commissa hodie, punitur, num. 3. 381
rapina requirit dolum, nu. 3 480
item vt ex composito fiat, num. 4 ibid.
rapinæ descriptio, nu. 1 ibid.
raptor cur mitius puniatur, quam fur. nu. 6. 8. 9 480
raptor quib. teneatur actionib. nu. 1. 3. 7 480
raptor tenetur etiam actione furti nec manifesti, nume. 2. ibid.
raptus pęna. nu. 7 680
ratione duplici agere possum, tibi non esse ius altius tollendi, nu. 56 513
ratione quæ non differunt, non differunt iuris dispositione, nu 7 34
realis actio præsupponit obligationem supposititiam. nu. 11 505
realis actionis explicatio, nu. 19 503
in Reali actione reum nulli obligari quid denotet. n. 7. 10. ibid.
realis seruitus alia vrbana, alia rustica. nu. 7. 9 143
realis seruitus diuiditur in vrbanam & rusticam. numer. 3. 508
realis seruituris explicatio. nu. 5 143
receptores. num. 8 6
recipere verbum, nu. 5 101
recipere quid, nu. 5 536
redimere uerbum quid significet, num. 5. 6. 7 262
regere pro discernere uel constituere, nu. 10 571
regula, Circa ea quæ sunt voluntatis, plus esse in opinione quam veritate, explicatur, nu. 2. 270
regula, habendam esse rationem circa, non extra rem, cessat in lege Aquilia. nu. 2 486
regula. Semper generata persona gradum adiicit, quomodo accipienda, numero 1 354
regulæ ex diametro contrariæ, numero 4 410
rethores si sint intra numerum legitimum, excusationem habent, numero 3 99
quantus is sit numerus, numero 3 ibi.
relatio in causis famosis cessat, numero 8 542
relatiuorum natura est, vt posita se ponant, seposita se perimant, numero 2 86
Aequalitas relatiuorum diligenter obseruanda, numero 20 617
relegatio quid, numero 15 56
relegatio quomodo differat a deportatione, numero 16. ibid.
religio, religiosus, numero 12 116
religiosus locus fit, quatenus corpus humatum est, nume. 6. ibid.
religiosus locus quis dicatur, nu. 3. 115 ibi.
reliqua, reliquari, reliquator, numero 6. 7 279
remittere actionem quid, numero 25 446
remotus propter dolum vel culpam dolo proximam, est infamis: secus in culpa leui. numero 1 16.
Remus a Romulo occisus, nu. 7 116
renunciatio Auth. hoc ita. C. de duobus reis quid operetur, nu. 6. 7 398
reperitis, huius § effectus, siue epitome, numero 1 157
repetundarum quis teneatur, nu. 4 705
huius criminis pœna, nu. 5 705
replicatio quid, nu. 2 667
vnde dicta. ibi.
de Replicationibus. Rub. ibid.
repræsentatio non habet locum in successione ascendentium, nu. 5 326
repræsentationis commodum quid, nu. 17 273
repudiari potest is, qui & acquirere; quando procedat regula, nu. 13 84.
res aliena quomodo utiliter legetur, nu. 3. 262
res alteri obligata recte legatur, & luenda est ab hærede, nu 1. 4 263
fallit, nu. 8 ibi.
res eadem & communis & publica dici potest diuersis tamen respectibus, nu. 12 112
res eadem quando peti dicatur, nu. 7 663
res eadem ex diuersis causis nostra esse non potest, num. 10 ibid.
res empta si furto pareat cuius sit periculum, numero 13 434
res etsi non extat, si tamen speretur, legari potest, num. 1. 5 265
res furtiua & ui possessa, si in domini potestatē reuersa sit, vsucapi potest, nu. 1 162
res furtiua quomodo ęstimanda, nu. 22 556
res hęredes propria recte legatur, nu. 2 262
res in quo loco sit exhibenda, nu. 55 610
res iudicata quid, nu. 1 661
res legata & æstimatio rei differunt, nu. 9 264
res legata si ob hęredis moram pereat, hęres tenetur, nu. 5. 276
res modica quæ dicatur, nu. 3 126
res promissa si in commercio absque facto promissoris desinat, liberatur promissor. nu. 8 402
res propria, vel cum alio communis, legari potest, numer. 2. 262
res quæ alicui datur, æstimatur dupliciter, nu. 96 514
res quando dicatur bonis esse, vel ex bonis, nu. 2 482
nu. 29 569
etiam in re minima hæc actio competit, nu. 3 ibid.
res quando dicatur rediisse ad potestatem domini, nu. 4. 5. 161
res quando integra esse dicatur, nu. 2. 452
res sacra & religiosa non vsucapitur, nu. 3 159
res si sub conditione vænierit, & pereat, cuius sit periculum, nu. 2 429
res sua nemini seruit, nu. 5 510
res tanti pignorata, quanti valet, alienata censetur, num. 5. 272
res vnaquæque præsumitur libera, donec probetur seruitus constituta, num. 44 512
rei æstimatæ interitus ad quem spectet. numero 97. 594
rei nomen generale, nu. 21 380
rei propriæ non fit furtum, nu. 10 469
rei sacræ & hominis liberi stipulatio est inutilis, nume. 1. 431
rei turpis nullum mandatum est, nec inde actio nascitur. nu. 1 451
rei vendicatio aduersus eum qui dolo desiit possidere an ciuilis sit, vel prætoria, nu. 6. 7 514
rei vendicatio datur ad rem furtiuam repetendam, nu. 10. 566
datur contra titulo possidentem: secus in Publiciana. n. 52. 520
datur si rès tradita a uero domino, amissa sit, num. 21. 518

Rei vendicatio directa & vtilis num.33 507
rei vendicatio, est actio arbitraria, & vnde nu.4. 608
rei uendicatio, & condictio furtiua, domino cui furtum factum est, dantur; & quæ sit ratio nu. 3.4 479
rei vendicatio & Publiciana in quibus conueniant nu.45 520
rei vendicatio, & Publiciana possunt in libello simul proponi num.64 521
tam Rei vendicatio quam actio personalis. cur legatario detur, cum hæc in dominum, illa tantum domino competat num 5 260
rei vendicationis declaratio num.30 507
rei vendicationis, & Publicianæ affinitas.nu.36 519
inter Rei vendicationem, cōfessoriam, & Publicianam cognatio, item differentia.num.28 511
in Rei uēdicatione ex parte actoris requritur dominium, ex parte rei possessio, num.35 507
rei semper cedit id, quod sine illa esse non potest, regula quomodo accipienda num.2 133
rem a fisco olim accipiens, eam quinquennio vsucapiebat. num.1. 165
rem cœptam esse utiliter geri, sufficit, etiamsi deinde male succedat, num.53 591
in Rem dari, tradi & restitui differentia.nu. 8 555
in Rem domini quod versum sit, an probare oporteat n.7. 635
in Rem domini si voluptuose versum sit, an locum habeat hæc actio nu.8 ibid.
rem esse alienam quis probare teneatur testatorem ignorasse num.4 262
rem generaliter petens, quam suam asserit, omne ius suum in iudicium deduxisse censetur, obstatque ei postea agēti exceptio rei iudicatæ, si semel succumbit, numero 9. 663
fallit, num.11 ibid.
rem in nullius bonis esse, tribus modis contingit, num. 40 507
rem legatarii propriam non licet legare nu. 2 270
fallit, si ei sub conditione legetur num.3 ibid.
vel in legato quo testator ius aliquod habeat n.4. ibi.
aut res legatarij sit obligata pignori num.5 ibid.
rem propriam in quibus casib. quis recte stipuletur nu.4 415
rem prohibitam legari asserens, probari debet nu.3 280
rem suam nemo sibi stipulari potest nu.6 403
quando hoc non procedat nu.7 ibid.
rem suam nemo stipulari potest, vel quæ sua futura est: & quæ sit ratio num.1.2.3 414
in Rem versum quando dicatur num.5 635
re commodata commodatario surrepta, dominus vel contra commodatarium vel contra furem agit nu.2 477
in re communi nemo dominorum quicquam facere potest inuito altero, nu.6 116
re eadem ex duorum testamentis eidem legata, si rem ipsam nactus sit legatarius, ex alio precium eius non potest consequi. secus si æstimationem rei ex primo habeat, num.7 264
& quæ sit diuersitatis ratio nu.8 ibid.
re & verbis coniuncti præferuntur aliis.num.22 268
re furtiua recepta aut extructa, furti agi potest, sed non condici aut vendicari, num.5 479
in Re immobili non committitur furtum, nu.4 161
re perempta, res tamen ipsa condicenda est, nu. 20.21. 556
re perempta sine culpa debitores, liberatur debitor, nu. 4. 282
res bifariam pro derelicto habentur.nu.5 140
res communes, & publicæ quomodo differant, num.11. 13 112
res conductoris non illatæ, pro pensione obligatæ non sunt.nu.18 535
res corporales quæ dicantur.nu.3 142
res dotales diuersimode restituuntur, nu. 35 600
res duæ principales si coniunctim legatæ sint, vna perempta, altera debetur, nu.4 276
res fisco acquirendæ, & necdum denunciati vsucapi possunt nu.7 162
res furtiuæ, & vi possessæ non usucapiuntur.nu.1. 162
fallit, nu 6 ibid.
res incorporales non vendicantur seorsim nu.32 507
quæ dicantur nu.3.4 141
res mobiles, & immobiles diuersimodè traduntur num.8. 187
res mobiles rapiuntur, immobiles inuaduntur nu. 2. 479
res nullius tres habent particulas num. 1 114
res omnes quæ sunt extra commercium nostrum, in stipulationē deduci prohibentur nu.3. 303
res omnes quotidiano vsui destinatæ non obligantur, nume.23. 533
res quæ consistunt in pondere, numero, mensura si post cōtractam emptionem pereant, cuius id fiat periculo.nume.7 434
res quæ non sunt in commercio, legari nequeunt, nume.8 262
res nullius à communibus rebus quando differant, num.2 114
res quę oppignerari non possint.nu.9 589
quæ possint, nu.8 ibid.
res quæ tacite obligentur pro pensione conductionis, nume.19 532
res sacræ quæ sint, nu.2 114
res singulorum singulis acquiruntur, nu.1. 117
res tam corporales quam incorporales legari posse, nu. 1. 275
res tam mobiles quam immobiles, pro derelicto habentur, num.4 140
rerum corporalium, & incorporalium differentia, nu.59. 513
rerum diuisio vnde profluxerit nu.5 18
de Rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio.rubric. 110
hic titulus vnde compactus nu.1 ibid.
rerum dominia dupliciter acquirimus, num.2 117.
de Rerum permutatione quare in Pandectis inscribatur titulus, nu.104. 594
in Rerum sacrarium alienatione quę requiratur, nume.7. 115
rerum vsusfructus non constituitur, quæ vsu consumuntur, nu.2.3 150. 151
quę sit ratio. ibid.
rebus duab. coniunctim legatis, quarum altera principalis, altera accessoria: principali perempta, etiā accessorio legatum extinguitur, nu.7 276
in Rebus ex conuentione degustandis quid iuris, nume.8. 433
de rebus corporalibus, & incorporalib. rubr. 141
eius tituli continuatio.num.1 ibid.
res totales marito quibus casibus alienare liceat, nume.9. 172
res furtiua vid. sup. de dict. furt.
res incendii causa proiectas auferens, tenetur furti. num.3. 141
idem seruatur in rebus in publico inuentis, nume.4. ibid.
si Res plures communes habebant non animo contrahē de societatis, non dicitur societas, nu.3 444
res sacras alienare quibus casibus liceat.nu.6 114
res uariis modis in nullius bonis esse nu.3 ibid.
rescissoria actio appellatur ab euentu.num.10 522
rescissoria aliquando competit via exceptionis, nume.19. 523
rescissoria aliquando est realis, aliquando personalis. n. 9. 522
rescissoria est datiua actio, non natiua.nu.36 524
rescissoria non est propria species actionis. nu. 11. 522
rescissoria perpetuatur lite contestata.num.18 531
rescissoria præsentis contra absentem qn̄ datur. nu.12. 523

rescis-

rescissoria presenti contra absentem quando datur, nu.12. 523
rescissoria quando datur ꝑ reb. mobilibus, vtilis est. & quã do pro immobilib. est directa, nu. 35 — 524
de Residuis qui lege Iulia teneantur, nu.6 — 705
eius quæ sit pœna. nu.5 — ibid.
resolutio ad §. Seia libertis, &c. nu.3 — 235
respublica omnis præmio & pœna constat, nu.6 — 695
reipublic. administrandæ duo tempora, nu. 1 — 4
reipublic. cuiusq; summa tuitio ex armis & legibus prouenit, nu.2 — ibi.
reipublic. qui præest, legis & armorum scientiam habere debet nu. 1 — ibi.
restituendi potestatem qui habent, actione in rem conueniuntur. nu. 24. — 506
restituens rem metu extortam arbitrio iudicis, excusatur a pœna quadrupli. nu. 21 — 582
restitutionis primum tempus ad quod, nu.30 — 524
restitutionis secundum tempus est, infra quod, numero 32. ibid.
in Restitutione in integrum concedenda, causę cognitio necessaria. nu.3. — 614
in restitutionibus duo tempora consideranda, numer. 29, 524
restitutoria actio habet duas species, nu.6 — 502
restitutus textus in l. per adoptionem, ff. de ritu nuptiarũ, nu.8 — 42
retinendi verbum in definitione declaratum, numero, 7, 364
reus excipiendo dicitur quasi actor, nu. 11 — 502
reus ante litis contestationem satisfaciens, non tenetur expectare iudicis absolutionem, nu.2 — 657
reus dicitur in iure pars fugiens, nu. 10 — 502
reus plus iusto negans cur puniendus, nu. 15 — 620
reus quando dicatur satisfacere actori, nu. 3 — 657
reus quod ante lit. contestat. offerat satisfactionem, cautela est, nu.4 — ibid.
reus uox quomodo a veteribus accepta, nu. 3 — 396
rei credendi & debendi nu.5 — ibid.
ex Rei parte quæ sint necessaria, nu. 58 — 610
rei promittendi & stipulandi quomodo constituantur, nu. 2. — 396
rei stipulandi promittendique unde dicti. numero 2.4. ibidem.
reorum debendi duo beneficia. nu. 5 — 398
reorum stipulandi & promittendi natura, numero 1, 397
ad reorum stidulandi & promittendi constitutionem quæ requirantur, nu. 4.6 — ibid.
reos duos ex quocunque contractu constitui, numero. 6, 396
reos eos etiam quandoque temerè litigare, numero 4. 684
de duobus, reis stipulandi & promittendi, Rubrica, 395
huius tituli continuatio, nu. 1 — ibid
reuersus ab hostib. efficitur suus, nu.2 — 325
reuersus ab hostibus quæ iura recuperet, nu. 12 — 59
in Reuocatione an precium sit restituendum, numero, 43 519
ripa est fluminis, litus maris, nu. 1 — 212
riparum commoda & incommoda ad dominos prædiorum, circumiacentium pertinent, numero 4. ibidem.
Rofredi opinio defensa circa actionem depositi prętoriam nu. 52 — 562
Roma olim caput orbis, nu. 3 — 653
Romani ciues qui hodie dicantur, nu. 1 — 39
Romani leges suas a Græcis habent, nu. 3 — 25
Romulus legem tulit, vt vxor uiro succederet, numero 4. 369
rostra quid, nu.6 — 17
Rodulphi Agricolæ reprehensio diuisionis iuris, numro 1. 11
rapti appellatione quid ueniat, nu. 4. — 488
rusticitas qando excuset, nu. 2. — 95

S

SAcrum dupliciter constitui, nu.3 — 114
sacrum in genere, nu. 1 — ibid.
sacrum oraculum pro rescripto principis, nu. 1 — 53
sacra priuata, nu.8 — 114
sagmina herba, nu. 2 — 116
Saluianum interdictum, nu.49 — 535
sanguinis coniunctio etiam inter seruos prohibet contubernium, nu. 1 — 45
eius quæ sit ratio, nu.2 — ibid.
sancimus §. declaratio, nu 8 — 204
sancta quæ dicantur, nu. 1 — 116
sata solo cedunt, nu. — 138
satisdare & cauere differunt, nu.4 — 638
satisdare quid, nu.3 — ibid.
satisdatio an hodie ab actore exigatur, nu. 2 — 650
satisdatio arrogatoris ultra pubertatem arrogati non extẽditur, nu. 9.11 — 49.50
satisdatio Iudicatum solui tres clausulas continet, num. 2 649
satisdatio quando sit necessaria, nu.8 — 650
satisdatio quare exigenda, nu. 10 — 49
satisdationes sub actionis appellatione continentur, nu. 2. 648
satisdationum aliæ iudiciales, aliæ extraiudiciales, nu. 6.7 ibid.
de Satisdationibus Rubr. — ibid.
tituli continuatio ad præcedentes, nu. 1 — ibi.
de Satisdationibus iudicialibus hoc titulo tantum agi. nu. 8. — ibid.
de Satisdatione tutorum, Rub. — 90
satisfactum esse quando censeatur, nu. 78 — 593
scandia insula, nu. 10 — 3
schedia quid sit, nu, 14 — 633
scientiam dicimur habere bifariam nu. 14. — 684
Scipio Nasica nu.2, — 20
Scipionis graue dictum. nu, 21. — 3
in Scortatores inuectiua. nu.6. — 644
scripta chartis cedunt. nu. 1. — 132
scripturæ inuersus ordo non uitiat, si de mente scribentis constet nu, 4 — 290
secta quid. nu. 9 — 292
sed cum antea, huius §. dispositionem iure Nouellarũ correctam, nu. 3, 4-5 — 344
sed ea omnia, huius §. restituta lectio, numero 6. 331
sed hactenus, §. hunc de omnibus militibus loq, iunum. 1. 196
sed hæc, huius uersiculi epitome, nu. 1 — 619
sed iste, continuatio huius §. ad pręcedentes, numero 1. 514
sed si in expeditione, an hic §. hodie correctus sit, nume. 3. 512
si quis rem, in hoc §. dubitandi causę, numero 4. 271
sed quia, huius § argumentum, nu 1 — 306
sed si quis, §. uerus intellectus, nu. 1 — 51
seditiosi qui dicantur, nu. 6
semel consentiens, ut in suum locum inferatur, pœnitere non potest, nu, 12 — 116.
semel heres non potest desinere esse hæres, numero 1. 302
semel §. casus siue thema, nu. 1 — 39
semel §. in seruis proprijs, non alienis procedere, nume. 3. ibid.
Semestrum quid in iure significet, nu.4 — 94
semis, siue semissis, nu. 4 — 217
semisses, nu.7 — 80

senatu

Senatu motus infamiam patitur,nu.4 74
senatorum apud Romanos institutio,nu.3.4 18
senatusconsultum Claudianum hodie sublatum esse,nu.2. 379
senatusconsultum Macedonianum à Macedone dictum nume.6 638
senatusconsultum Macedonianum in filiisfam. locum habet,non in seruis,nu.1 ibid.
senatusconsultum Macedonianum quando sit latum,nu.7. ibid.
senatusconsultum Orphitianum quando latum,numero 1. 346
senatusconsultum Pegasianum , vel Trebellianica an in singularibus si fideicommissis locũ habeant, nu.11.12. 304
senatusconsultum Sabinianum,nu.5 331
senatusconsultum Tertyllianum vnde dictum, numero 3. 341
senatusconsultum Trebellianum ad intestatos quoq; pertinet,nu.1.2.3 310
senatusconsultum Trebellianum habet etiam locum,quando retinetur res pericularis vna, vel plures, vel quantitas certa,nu.3.8.9 308
senatusconsulti Macedoniani verba hic referuntur,num.2. 538
senatusconsulti Pegasiani quatuor capita. numero. 14. 304
secundum caput,nu.15 304
senatusconsulti Pagasiani caput tertium,nu. 2 305
senatusconsulti Pagasiani caput quartum, numero.4.ibidem.
de Senatusconsulto Orphitiano.Rubr. 335
huius tituli argumentum & effectus, numero 1.ibidem.
de Senatusconsulto Pegasiano: & quare fuerit introductũ nu.1.8 104.305
de Senatusconsulto Trebelliano declaratus uersicu. post quod,nu.4.6 303
senatusconsulta quid & quo tempora lata, numero. 3.4. 18
senecta,nu.4 50
senectus olim summo in honore habita, numero. 4. 97
sententia in possessorio lata, non præiudicat peritorio:contra secus,nu.9 676
sententia conditionalis valet,nu.3 84
sententia debet esse conformis libello: & quando id fallat nu.7 612
sententia incerta quibus casibus admittatur, nu.16.17.18. 19 ibid.
sententia potest ferri super non petitis in libello, si sint de natura petitorum,&c.nu.15 ibid.
sententia quando dicatur transire in rem iudicatam, nu.2. 662
sententiæ executio an officio nobili, vel mercenario fiat, nu.8 689
sententiam libello conuenire in re sufficit, causa & actione,nu.11 611
ex Separatis nihil inferri,regula quomodo obtineat,nu. 8. 34
sepeliendi mos apud veteres,nu.7 671
septemuiri Germaniæ,nu.2 2
septunx,nu.4 217
sepulcrum & monumentum quomodo differant, numer.8. 116
seculchra Christianorum.num.8 612
sequester quis,nu.6 388
sermo omnis dilucide personam explicans nominatim exhæredationem perficit,nu.1 205
Seruiana actio competit etiam pro deterioratione rei conductę,nu.26 533
Seruiana actio & interdictum Saluianum in quibus differant,nu.50 535
seruiana actio vnde sit dicta,nu.12 533
Seruiana datur etiam ad conseruandam donationem propter nuptias,nu.36 534
Seruiana datur etiam mulieri ad conseruandam dotem,nume.15 ibid.
Seruiana datur tantum tacitam hypoticam habenti,num. 42. ibid.
Seruiana non tantum locatori, sed etiam creditori datur suppeditanti pecuniam ad refectionem ædium,num.34. ibid.
Seruiana actio quare sit realis,nu.13.28 533
Seruianæ actionis definitio explicata,nu.11 ibi.
Seruianæ actionis quæ sit causa,nu.19 534
Seruianæ & quasi Seruianæ actionis descriptio summaria. nu.1 532
ad Seruianum actionem necesse est res eo animo illatas esse,vt perpetuo illic maneant,nu.17 533
in Seruiana actione locator scire debet, quæ sint illata, nu. 14 535
Seruiana agens quid probate debeat,nu.30.31.32 534
Salutannm interdictum quomodo instituendum, num.51. 531
seruitus actus,nu.4 144
seruitus ad aquam appellendi pecoris,nu.3 146
seruitus altius tollendi ædes,quomodo accipienda,num.9 509
seruitus altius tolleudi,est seruitus,num.13 510
seruitus altius non tollendi,uel tollendi,nu. 13.& 146
seruitus an dicatur in bonis nostris esse,nu. 100
seruitus an ex natura causam trahat an naturę sit contraria,& Aristotiles ea in reum Iureconsultis conciliatis nu.9 141
seruitus aquæductus,nu.10 146
seruitus calcis coquendæ,arenæ fodiende,nu.5 146
seruitus constituta quibus modis probari debeat,num. 45. 512
seruitus continua quæ sit,nu.4.5 147
seruitus discontinua,nu.6.7 ibi.
quanto tempore præscribatur. ibid.
seruitur itineris,nu.6 144
nu.7 507
seruitus itineris & aquæductus non concurrunt, num.11. 144
seruitus luminis simpliciter constituta,nu.15 146
seruitus luminum,nu.15 510
seruitus,ne luminib. officiatur,nu.16. ibid.
seruitus non efficiendi lumini, vel prospectui,num.14.16. 146
seruitus oneris ferendi,nu.3 145
seruiens personalis sit,an realis,quomodo cognoscatur,nu 4. 143
seruitus proiiciendi,nu.18 510
seruitus quanto tempore præscribatur,nu.3.4 145
seruitus quare inuenta,nu.4 15
seruitus quid,nu.3 114
seruitus quomodo contra naturam,nu.5 25
seruitus quotuplex in iure.nu.3 142
seruitus stillicidij auertendi,aut non auertendi. nu.11.12. 145
seruitus tigni immittendi,& tignum quid significet. nu.4. ibid.
seruitus vel libertas qualiter in actione præiudiciali accipiatur,nu.23 553
huius actionis poactica,nu.24 ibid.
seruitus uiæ,nu.5 144
seruitus vnde dicta,nu.2 25
seruitutis definitio,nu.1 ibid.
in Seruitute discontinuæ an nuda titula allegatio sufficiat nu.8 147
seruitutes discontinuæ quamuis non vsucapiuntur, tamen vendicantur Publiciana,nu.24 518
seruitutes ex qua materia constituantur,nu.1 147
seruitutes Germanię reales,nu.6 ibid.

Index.

ſeruitutes quomodo finiantur.nu.11. 161
ſeruitutes reales quare prædiorum ſiue prædiales dicãtur num.7 ibid.
ſeruitutes ruſticæ explicantur,nu.1. 143
ſeruitutum alia perſonalis,alia realis.nu.2 509
ſeruitutibus qui modus & quæ forma imponi queant.numero 9. 248
de Senatoribus ruſticorum prædiorum & vrbanorum. Rubr. 142
in Seruitutib. patientia habetur pro traditione.nu.6. 517
pro ſeruitutibus duæ actiones proditæ,confeſſoria & negatoria.nu.4. 509
ſeruilis cognatio quid.nu.1. 316
de Seruili cognatione.Rub. 315
hic non eſſe nouum titulum,ſed appendicem tituli proxime præcedentis.nu.1. ibid.
ſeruus actoris.nu.9. 493
ſeruus de adulterio cum ſua domina commiſſo accuſatus, hæres inſtitui non poteſt.nu.1 213
ſeruus alienus an cum libertate hæres ſcribi poſſit.nu.3. 215
ſeruus alienus etiam mortuo domino hæres ſcribi poteſt. nu.3 116
ſeruus alienus ex inſtitutione non fit liber,nu.2 214
ſeruus alienus inſtitutus ei acquirit,in cuius poteſtate eſt tempore aditionis hæreditatis.nu.1 225
ſeruus alienus pure tutor datus,conſequitur fideicommiſſariam libertatem.nu.2 8
ſeruus alienus quis fit.nu.1 224
ſeruus alienus ſub conditione libertatis tutor datus, redimendus eſt ab hærede.nu.1 68
ſeruus autem,huius §.tres caſus.nu.1 211
ſeruus communis acquirit pro parte dominica.numero 1 40
hæc quoties non procedat.nu.2 ibid.
ſeruus communis hæres inſtitutus.cui acquirat.numero.14 216
ſeruus communis,huius §.extenſio,nu.3 399
ſeruus communis,vt acquirat,nu.2 461
ſeruus contrahens ſi poſtea liber fiat,an ex contractu reneatur.nu.4 640
ſeruus cur non videatur ſtipulari poſſe tres dubitandi cauſe.nu.2 399
ſeruus domino acquirit,etiam inuito.nu.14 179
& quæ ſit ratio. ibid.
ſeruus & filius æquiparantur,quoad obligandum.num.3. 631
ſeruus & filiusfam.in quibus inuicem differant,numero 4 ibid.
ſeruus etiam huius §.duplex intellectus.nu.2 216
dubitandi cauſa in hoc §.nu.2 ibid.
Seruum ex domini perſona cenſeri quando procedat.n.3 407
ſeruus ex domini perſona poteſtatem ſtipulandi habet.numero 2 398
ſeruus ex fideicommiſſo,manumiſſus,fit libertus manumiſſoris.nu.1. 34
ſeruus ex hæredis inſtitutione libertatem conſequitur. numero 7 32
ſeruus efficitur liber per adoptionem.nu.3 54
ſeruus fructuarius reſpectu fructuarij hæres inſtitutus ei acquirit.nu.4 280
an in tali hæreditate adeunda iuſſus proprietarij ſit neceſſarius.nu.5 ibid.
ſeruus fugitiuus quare vſucapi nequeat.nu.4 355
ſeruus hæreditarius an ſtipulari queat.numero tertio. 399
ſeruus hodie duntaxat noxæ dedi poteſt,non etiam liber homo.nu.3 643
ſeruus hodie nemo efficitur ex ſupplicio pœnæ.numero 4 56
ſeruus in quo quis vſumfructum habet,acquirit fructuario duabus ex cauſis.nu.2.3 178
ſeruus libertatem conſequitur,ſi a domino nominetur filius.num.4. 54
ſeruus mediaſtinus.nu.19. 493
ſeruus multis modis deterior fit.nu.12 576
ſeruus naturaliter obligatur,non ciuiliter.nu.9 420
ſeruus non agit iniuriarum.nu.2. 491
ſeruus ordinarius cum vicarijs legatus.nu.3 276
ſeruus pro alio fideiubere non poteſt,nu.10 420
ſeruus pro libero habitus non vitiat teſtamẽtum,in quo, vt teſtis,eſt adhibitus.nu.1 188
ſeruus proprius hæres inſtitutus, fit neceſſarius. numero. 2.3 249
in quibus ſeruis id non procedat.nu.3. ibid.
ſeruus proprius per errorem quaſi liber datus, non fit tutor.nu.7 68
ſeruus proprius quare ſub conditione inutiliter tutor daretur.nu.3 ibid.
ſeruus proprius quis dicatur 209
ſeruus proprius recte tutor ſcribitur, etiam ſine libertatis datione.nu.5 67
ſeruus quando inutiliter domino ſtipuletur.numero 1. 399
ſeruus quare hæres neceſſarius.nu.2 31
ſeruus qui noxam nocuit, poſtea manumiſſus, tenetur actione in ſolidum.nu.3 641
ſeruus ſi cum peculio legetur, vnum eſt legatum: & ſublato ſeruo,nec peculium debetur.nu.5 276
idem eſt in fundo cum inſtrumento legato: numero. 6. ibid.
ſeruus ſi plures negotiationes exerceat,quid iuris.num.8. 634
ſeruus ſine domini iuſſu hæreditatem non adit.numero 3. 179
ſeruus ſtipulando ea acquirit domino, quæ ſunt iuris, & ſibiipſi,quæ ſint facti.nu.1 399
ſeruus teſtamento manumiſſus peculium amittit: manumiſſus vero inter viuos retinet.nu.1.4 276
fallit.nu.5. ibid.
ſeruus vſuarius an acquirat.nu.6 180
per ſerui alienationem an in teſtamento manumiſſi, legatum illic factum reuocetur.nu.4. 215
ſerui corpus ſi corrumpitur,non datur actio ſerui corrupti,ſed legis Aquiliæ.nu.7 576
ſerui vox.nu.2 406
ex Serui vſuarij operis an acquiramus.nu.1 460
ſeruo alieno directo libertas dari nequit.nu.1 314
ſeruo alieno licet directo libertas non poſſit dari, inſtitutio tamen valet,quoad hæreditatis adquiſitionem.nu.3 215
ſeruo hæredis an legari poſſit.nu.1.5 289
ſeruo qui cogitur eſſe hæres,quod beneficium detur.nu.5 250
ſeruo vt directo libertas relinqui poſſit,tria requiri. nu.601 314
ſeruum communem vel ſuum occidens, qualiter teneatur. nu.5 483
ſeruum proprium licet hæredem inſtituere,vel ſubſtituere alteri.nu.13 225
inter ſeruum & dominũ nulla oritur ciuilis obligatio, & per conſequens,nec actio.nu.1 642
ſeruo communi inſtituto,ſi vnus dominorum nolit iubere vt adeat,eius portio cæteris accreſcit.nu.2 216
ſecus eſſe in legato relicto ſeruo plurium.nu.3 ibid.
ſeruo hærede inſtituto, ipſius domino legari poteſt. nu.4. 290
ſeruo hæreditario ſtipulante quis ſit effectus.numero 5. 399
ſeruo proprietarij hærede inſtituto fructuarius eius operis non defraudatur.nu.6 213
ſerui an ex cauſa iniuſta acquirant dominis.nu.7.8 180
ſerui dominis & dominia & poſſeſſionem acquirunt.nu.6 ibid.
ſerui etiam poſſunt adoptari.nu.1 54

serui iure ciuili non contrahunt matrimonium, sed contubernium, secus lege pontificia.nu.5 536
serui iure ciuili non contrahunt nuptias, sed contubernia. num.3 39
serui nascuntur & fiunt.nu.1 26
serui non sunt in fructu.num.3 121
serui per venditionem vt fiant, quę requirantur.numero 5 26
serui pænę ammittunt patriam potestatem, & dicuntur ciuiliter mortui.num.1 56
serui pænæ qui dicantur.num.2.3 ibid.
serui quare dicti mancipia.nu.4 25
serui quo ad officia, etiam hodie distinguuntur. numero 4 26
serui quomodo fiant.nu.4.6 26
non Serui, sed eorum domini noxaliter conueniuntur.nu. 6 643
serui vnde dicti.nu.2 25
seruorum conditio olim varia.num.1 25
eadem quare sublata.nu.2 ibid.
de Seruorum negotiis quæ traduntur, eadem de filiisfamiliarum intelliguntur.nu.5 631
seruorum precia testamento manumissorum in Falcidia non computantur.nu.4 298
in Seruis libertatem faciendi impediti, iure tam gentium, quam ciuili.nu.2 24
sescuncia quid.nu.6 218
sescunciæ inepte mentionem in textu fieri. ibid.
sestertius quid olim valuerit, quidque hodie valeat.num.7 9 339
sistertia in numero plurali quid continuerint.nu.10 ibid.
sextans.nu 4 217
sexto, huius § lectio restituta.nu.3 354
si cui fundus, huius § casus nu.1 269
legatarius in casu huius § fundum petit, eum tamen nō consequitur.num.2 ibid.
dictionis effectus.num.5 289
si is qui, in hoc § dubitandi causa.nu.1.2 377
si quis agens, huius § epitome, & eiusdem diuisio.num. 1 614
si quis debitori, huius §. thema.nu.3 267
si quis filiabus, huius § lectio restituta.nu.12 70
si quis in aliena tabula, huius § limitatio.num.5 133
si res aliena, huius § thema.num.1 265
si res aliena, hunc § in certa specie legata procedere, non si quantitas legato relicta sit.nu.6 ibid.
si rem suam, huius § argumentum.num.1 272
si seruum, duplex huius § lectio nu.6.8 228
si seruum huius. § casus.nu.1 ibid.
rationes dubitandi in hoc § nu.2.3 ibid.
decisio in.§ nostri themate.nu.4 233
in simplum quando agere dicamur num.2 575
de singulis rebus per fideicommissum relictis.Rubr. 312
huius tituli continuatio.nu.1 ibid.
si tutor huius § primus casus.nu.1 248
dubitandi ratio decidendique ad hunc.§ nu.2 ibid.
secundus casus.nu.5 ibid.
si verò reus, hoc § de absentis rei procuratore agi num.1 2 653
sicæ appellatio.nu.3 700
sicarii qui sint ibi.
sic itaque, huius.§ argumentum & diuisio.nu.1 554
simultas leuis non excusat.nu.2 96
simplex procurator non potest iuramentum deferre.nu.4 661
sin minus huius § continuatio & epitome nu.1 621
sitocomia quid.nu.8 706
vnde dicta. ibid.
sobrino quis proprior.nu.2 353
a Sobrino Sobrinaue descendentes defuncti etiam septimo gradu succedunt.nu. 349
sobrini qui dicantur.nu.3 333
soceri appellatio ex sponsalibus non acquiritur, propriè loquendo.num.2 44
societas ad arrogatorem non transit.nu.8 373
societas an pacto ad hæredem transire possit.nu.2 447
Societatis contractus vtilis & frequens nu.6 444
societas alia publica, alia priuata.nu.1 ibid.
societas coiri nequit, vt vnus totum lucrum sentiat, & de damno non teneatur.num.7 446
societas expressa, quatuor modis fit num.2 444
societas morte alterius ex sociis finitur.nu.1 447
societas perimitur cessione bonorum.num.6.7 ibid.
societas perimitur finito negotio.nu.3 ibid.
societas perimitur interitu rerum & actione.nu.8.9 ibi.
societas præstat dolum & culpam, etiam leuem.nu.1 448
societas quamdiu contrahatur.nu 5 445
societas soluitur renunciatione.nu.2 447
societas tacita quando coiri dicatur.nu.5 445
societas totorum bonorum quid contineat.nu.5 447
societas valet, si partes lucri & damni diuersæ sint inter socios.nu 1 445
quæ sit ratio.nu.5 ibid.
societas valet, vt alter nullam partem damni ferat, lucrum vero commune sit.num.6 ibid.
societas vt renunciatione soluatur, necesse est certiorem factum esse alterum socium.nu 4 446
societatis causa efficiens.num.6.7 444
societatis effectus.nu.6.7 ibid.
societatis natura.nu.11 272
contra Societatis naturam non est dispar ratio damni & lucri.nu.1 445
societatis priuatæ descriptio.num.2 444
societatem expresse & tacite contrahi.nu.1 ibid.
in societate pactum de lucro, intelligitur etiam de damno, & contra nu.1 446
in societate requiritur, vt ad quæstum sit inita. numero 3 444
de societate Rub. ibi
socius etiam de furto tenetur.nu.2 448
socius gaudet beneficio competentiæ, si occasione societatis conueniatur.nu.6 628
socii qui dicantur.nu.8 445
inter socios si nihil conuentum sit, seruatur æqualitas lucri & damni.nu.5 ibid.
socrus appellatio ex sponsalibus non acquiritur, propriè loquendo.nu.2 44
socrus non ducenda.num.1 ibid.
solennitas alia extrinseca, alia intrinseca.nu.4 411
solennitas intrinseca præsumitur, non etiam extrinseca.nu me.5 414
solidus pro aureo.nu.3 20
solidum debitum regulariter omnes actiones præstant.nu. 2 624
de Solido in iure quę cauta sunt, an ad nostros aureos, qui bus nunc vtimur, referenda sint.nu.9 20
solidum quomodo accipiatur.nu.4 376
Solon Atheniensium legislator.nu.2 11
solum proprium quid dicatur.nu.3 119
solo quod inædificatur, solo cedit.nu.2 128
in Solo alicuius iurisdictionali ædificans, eius efficitur subditus.nu.8 112
in Solo alieno ex sua materia ædificans, perdit ędificium. nu.1 130
nec distinguitur, an quis mala uel bona fide ædificarit. nu.12 ibid.
soluens pro inuito nihil repetit, secus in eo qui pro ignorante soluit.nu.8 462
soluere qui non potest pænam temerariæ litigationis, castigandus est.nu.6 680
soluere si certo loco promisisti, iure ciuili alio loco peti nō potest.nu.12 616
soluerit verbum quomodo in textu accipiendum.num.3 424
solui potest pro alio, etiam ignorante & inuito. numero 7 462

Index.

solutio imaginaria,nu. 6 464
solutio quibus modis doceri potest,nu. 8 590
nu. 83 593
solutionis uerbum quomodo accipiatur,nu. 4 462
solutione ipso iure tollitur obligatio,tam naturalis quam ciuilis,nu. 1 ibid.
ad talem solutionem quæ sint necessaria, numero 2. ibidem
in Solutione esse quid dicatur,nu. 2 640
Confutatio eorum qui asserunt, etiam in loco domicilii, solui posse,etsi certus locus solutioni destinatus sit,nu. 18,19 418
soror admittebatur cum matre in successione filii,n. 5, 342
soror cum fratre excludebant matrem,nu. 6 ibi.
soror unde dicta,nu. 4 32
sicut sororem,ita & eius filiam adoptare prohibemur,nu. 1 43
idem & in huius nepte & pronepte locum habet,n. 1. 3 ibid.
sors quomodo fiat. nu. 7 282
sortis & fortunæ judicium frequens apud ueteres fuisse. n. 6 ibid.
sortis uariæ significationes,nu. 9. 11 282. 283
sortiri verbum,nu. 8 ibid.
spadones adoptant,castrati non nu. 2 52
Spartiani hominis in Athenienses falsè dictum, numero 3. 98
species,nu. 3 18
speciei ad speciem non fit compensatio. nu. 31 604
de Specie ad quantitatem illicita est compensatio. num. 25 623
quando fallat,nu. 26 ibid.
specificatio quid,nu 1 125
specificatione ut acquiramus,quæ sint necessaria,num. 14. 126
Spigelii ad Guntharum annotatio. nu. 2 2
sponsa debet lugere mortem sponsi,nu. 9 38
sponsalia quid,nu. 3 49
sponsalia unde dicta,nu. 4 ibi.
sponsores,nu. 7 418
sportulæ judiciales,nu. 13. 579
sportulæ mox in ingressu præstabantur,nu. 8 578
sportulæ quid,nu. 10 ibid.
sportulis recta cœna opponitur nu. 11 ibid.
sportulæ sponsoriæ,nu. 13 579
sportulæ unde dictæ,nu. 10 578
de sportulis aliqua tractantur,nu. 1 576
spurio nunquam rectè tutor datur nu. 6 65
spurii unde dicti,nu. 7 46
stabularii quando non teneantur ex quasi maleficio, nu. 5. 499
stabularii qui dicantur,nu. 3 ibi.
stadium latinè decursorium dici potest,nu. 5 113
stadii verbo quid significetur ibi.
stadiodromi. ibi.
statim uerbum quid significet,nu. 4 392
statuæ principum securitatem præstant,nu. 1 37
status & quæstionem status mouere quid,nu. 1 97
status tres species,nu. 7 74
status quæstio si cui sit motâ qui eum tutorem dedit, excusationem habet,nu 3 ibi.
stillicidium quid,nu. 7 145
stillicidij casus seu ambitus dominium denotat in ambitu fundi,nu. 10 ibi.
stipitem quid antiqui uocarint,nu. 21 391
stipulamur alteri quandoque rectem,num. 9 10. 11. 12. 13. 413
stipulari alteri nemo potest cuius potestati non sit subiectus nu 1 404
stipulari alteri neminem posse,regula est,nu. 1 412
dictæ regulæ ampliatio. nu. 2. 3. 4. 5. 6 ibid.
quibus casibus præfata regula cesset,num. 7. 9. 10 11. 12. 13 ibid.
stipulari cur alteri non liceat,nu. 15 413
stipulari sibi,non alii pœnam licet,nu. 21 ibi.
stipulatio an ualeat, si quis rem suam simpliciter stipuletur,nu. 10 415
stipulatio Aquiliana & acceptilatio obligationem penitus resoluit. nu. 3 668
stipulatio assumit naturam eius contractus,cui adhibeatur nu. 13 390
stipulatio conditionis est transitoria in hæredes, nume. 1. 394
stipulatio,cum moriar, dabis? ualet etiam iure ueteri: licet in stipulatione,Pridie quam moriar sit,secus,nume. 1. 2. 410
stipulatio damni infecti,nu. 20 401
stipulatio de nouo opere demoliendo,nu. 7 ibid.
stipulatio de rato,nu. 18 401
stipulatio duplæ in euictione,nu. 19 ibi.
stipulatio etsi pura sit,tamen tantillum temporis inest, quanto traditio fieri possit,nu. 1 417
quantum sit illud tempus,nu. 2 ibid.
stipulatio faciendi est indiuidua,nu. 5 396
stipulatio filiifam. vel serui post mortem patris aut domini,cur inutilis,nu. 2 410
stipulatio habet uerborum solennitatem,nu. 2 390
stipulatio in diem quæ,nu. 5 392
stipulatio inter absentes concepta non ualet, numero 10. 390
stipulatio inter absentes concepta quare inutilis,nume. 1. 409
stipulatio itineris, viæ, &c. est ius & factum, numero 2. 399
stipulatio indicatum solui,nu. 5 400
stipulatio judicatum solui,an ad hæredes transeat per distinctionem explicatur,nu. 16 652
stipulatio judicatum solui,tres clausulas habet, nume. 15. 652
stipulatio legatorum,nu. 21 401
stipulatio non consistit,nisi inter plures,nu. 1 406
stipulatio omnibus contractibus potest adiungi,num. 12. 391
stipulatio post mortem suam cur olim non ualuerit,nu. 1 429
stipulatio præpostera olim non ualebat: hodie secus, nu. 4. 410
stipulatio prætoria cautionalis,nu. 8 400
quomodo fiat,nu. 9 ibid.
stipulatio Pridie quam moriar,cur inefficax,nu. 3 410
stipulatio propriè per uerba futuri temporis contrahitur, nu. 3 390
stipulatio pura quæ,nu. 2 392
stipulatio quæ certa sit,& quæ incerta,nu. 19 391
stipulatio quare sit introducta nu. 11 390
stipulatio quouis idiomate potest concipi,nu. 2 424
stipulatio reum pupilli saluam fore nu. 17 401
stipulatio rem ratam haberi,nu. 6 400
stipulatione uerborum solennitate concipi nequit, nu. 5. 407
stipulatio sub conditione præteriti uel præsentis temporis statim ualet,vel non ualet,nu. 2 395
stipulatio turpis nullius est momenti,nu. 1 416
stipulatio ualet, si de dissensu non appareat, numero 3. 414
stipulatio unane sit plurimum rerum,an plures intersit,nume. 2 411
stipulationis ædiliciæ exemplum. nu. 22 402
stipulationis causa,nu. 16 391
stipulationis definitio explicata,nu. 1 390
stipulationis effectus,nu. 17 391
stipulationis etymologia,nu. 21. 22. 23 ibi.
stipulationis solennitas quid sit,nu. 1 411
stipulationis alteri factæ si pœna adiiciatur, ualet stipulatio. nu. 18 413
quæ sit eius dogmatis ratio. nu. 19. 20 ibid.

stipulationi etiam puræ quantum temporis insit, nume.1. 417
stipulationi si tempus adiectum sit differendæ solutionis gratia, ante tempus elapsum agi nequit, nu.1 417
stipulationem tribus modis turpem dici, nu.2.3.5 416
de Stipulatione conditionali non agitur ante euentum conditionis, nu.2 394
ex Stipulatione duas dari actiones, condictionem certi & actionem ex stipulatu. nu.18 391
ex stipulatione facta alteri an saltem naturalis obligatio oriatur, nu.14 415
in Stipulatione debet interrogatio præcedere, & responsio sequi, nu.5 390
in Stipulatione in diem cessit dies, sed non uenit, nume.6. 392
in Stipulatione pura cessit, & uenit dies, nu.3 ibid.
stipulationes ædilitiæ prætoriis stipulationibus continentur 20
stipulationes communes, nu.16 40
stipulationes conuentionales, nu.15 ibid.
stipulationes emptæ & uenditæ hæreditatis quomodo fiebant, nu.3 305
stipulationes hæ duæ, Dare spondes, si in Capitolium ascédere; & Dare spondes, cum mortuus fuero, quare æquiparentur in textu, nu.1 494
stipulationes inutiles quæ dicantur nu. 2 402
stipulationes iudiciales, nu.4 400
stipulationes iudiciales & prætoriæ quomodo differant, nu.11. 14 401
stipulationes partis & pro parte, nu.16 304
stipulationes prætoriæ communes nu. 10 401
stipulationes quare inuentæ, nu.2 404
stipulationum aliæ in dando, aliæ in faciendo consistunt, nu.1 395
de stipulationum diuisione, nu.1 400
stipulationum prætoriarum subdiuisio, nu.4 400
stipulationum quadruplex diuisio, nu.1 ibidem
stipulationes dandi cuius sint naturæ, nu.2.5 365
stipulationes plures una responsione coniungi posse, nu. 1.
in hoc tit. quid in effectu tractetur, nu 402
summa huius tituli, nu.3.4.5.6 ibid.
in stipulationibus faciendi longum tempus plerunque inest, nu. 3 417
in Stipulationibus faciendi promissor soluendo interesse liberatur, nu.3 395
in Stipulationibus inspicitur tempus contractus, nume. 3. 416
in Stipulationibus prætoriis regulariter nuda promissio non sufficit, nu. 13 41
in Stipulationibus tempus contractus inspicitur, non euentus conditionis, nu.4 176
secus in vltimis uoluntatib. nu.5 ibid.
stipulatores & promissores quis dicantur, nu.9 392
στοργὴ φυσική. nu. 3 12
stuprum, adulterium, incestus, lenocinium & raptus quomodo differant. nu.12.13.14 699
σύφαρ quid Græcis, nu.22 291
subarrhare personam, nu.6 429
subditi ob nimiam dominorum oppressionem possunt implorare superiorem, nu. 7 37
subiectus iuri alterius, an potestate habere nequit, num. 3. 54
ad Substantiam aliquid pertinere, uel ad formam & solennitatem rei non esse idem, nu.6 186
substantialia libelli criminalis, nu.19 622
substantialia quæ dicantur, nu.18 ibid.
substituendi uerbum, nu.1 223
substituendi uerbum dupliciter accipitur, nu.4 299
substituendi uerbum quomodo in ultimis uoluntatibus accipiatur, nu.2 223
in Substituendo quandocunque mentio fit pupillaris ætatis, pupillaris substitutio dicitur, nu. 17 231
substitutio a Pagano facta uerbis directis, quem effectū habeat, nu. 12 238
quid, si fiat uerbis obliquis, nu.13 ibid.
quid item, si communibus concepta sit numero 14. ibid.
substitutio compendiosa a milite facta, quos effectus habeat, nu.4 237
substitutionis compendiosæ explicatio. nu. 2 ibid.
substitutio directa, fideicommissaria, nu.1 299
substitutio directa in codicillis facta, ualet in uim fideicommissi, nu.8 224
substitutio exemplaris cui directa, nu.1 232
substitutio exemplaris quibus fieri possit, nu.6 ibid.
substitutio exemplaris quomodo finiatur, nu. 12 ibid.
substitutio præcedens patris testamentum, nu.3 235
substitutio pupillaris nominatim & generaliter fieri potest, nu. 1 236
substitutio pupillaris non ualet nisi pater sibiipsi faciat testamentum, nu.9 230
item nisi impubes uel instituatur, uel exhæredatur, nu. 10 ibidem
item in ea requirit, quod ex testamento adeatur hæreditas, nu.11 ibid.
substitutio pupillaris quibus modis finiatur, numero 12. 223
substitutio pupillaris quibus uerbis fiat, nu. 15.16 231
substitutio pupillaris quomodo finiatur, nu.12 232
substitutio pupillaris si generaliter fiat, quos effectus habeat, nu.2.4.5 236
substitutio pupillaris unde dicta, nu. 1.2 229
substitutio pupillaris vt ualeat, necesse est patrem sibi etiā testamentum facere, nu.1 235
substitutio reciproca facta personis inæqualibus, quot substitutiones contineat, nu.11 226
substitutio reciproca omnes substitutiones continere potest nu.7.10 ibid.
substitutio reciproca unde dicta, nu.5 ibid.
substitutio vulgaris tacite an sub expressa pupillari comprehendatur, nu.14 230
substitutionis pupillaris definitio. nu.4.5 229
cur inuenta ibid.
substitutionis pupillaris & exemplaris affinitas, numer. 2. 232
substitutionis species duæ, nu. 5 223
substitutionem pupillarem posse secreto fieri, numero 1. 233
an tum noua solennia requirantur, nu. 2 ibid.
substitutionem reciprocam inepte breuiloquam dici, nu 6 226
substitutionem reciprocam non esse propriam speciem, nume.8 ibid.
in Substitutione pupillari quæ sint necessaria, numero 1. 230
substitutiones in reciproca contentæ, dicuntur expressæ. nu 12 226
substitutus in casu huius §. an ad utramq; partem admittatur, substitutiones, uel accrescendi iure, n.4 227
substitutus ultimo loco omnibus aliis substitutus censetur nu.5 ibi.
inter succedentes iure diuerso, ius accrescendi non habet locum, nu. 3 347
succedendi quatuor capita, siue ordines, nu.3 334
succedere quid sit, nu.1 ibid.
successio ciuilis quando duret hu.3 209
successio in capita. nu.7 326
successio in stirpes. nu.8 ibid.
Errare Dd. qui success. in stirpes in recta linea ad pronepotes tantum extendunt. nu. 8 332
successio per bonorum uenditiones quales olim ambages habuerit, nu.1 378
successionis intestatæ summa ex iure Authenticorum, siue Nouellarum, nu.6 320
successionis spem qui habet, idem & tutelæ onus subire debet, nu.5 73

Successionis vocem hic passiuè accipi,nu.3 357
de Successione cognatorum.Rub. 347
de Successione legitima,verba legis 12.tabularum, num.2. 322
de Successione libertorum.Rub. 357
in Successione ab intestato prima causa est suorum heredũ, nu.3 322
in Successione ascendentium gradus non attenditur : secus collateralibus,nu.2 326
in successione suorum præferebat lex 12. tab.masculos fœminis,in agnatis secus erat,nu.1 341
successionum alia prætoria,nu.1 320
de successionibus sublatis,quæ fiebant per bonorum venditionis,& ex S.C.Claudiano.Rub. 378
huius tituli continuatio,nu,1 ibi.
successorium edictum de persona in personam veteri iure inter agnatos non obtinebat,nu 8 339
id postea a prætoribus correctum fuisse,sed imperfectè nu. 9.11. ibid.
successorium edictum cur inductum,nu.6 ibi.
successorium edictum quid & quotuplex,nu.2.4 ibi.
successio tristis , vocatur etiam alibi luctuosa hæreditas,n. 3. 341
varia vicissitudo iuris quod matri tribuebatur in successione filij intestati,nu.1.2.3.4.5.6 341
pater quomodo naturali tantum filio succedat , numero 3. 343
ex damnato coitu natis fiscus succedit,nu.5 ibid.
suculæ stellæ,nu.5 136
suculi,nu.4 ibid.
superficiarij definitio,nu.13 440
superimposita inferioribus cedunt,nu.2 132
superlatiuus quandoque pro positiuo ponitur in legibus nu.2 443
supplicium vltimum significat mortem naturalem, num.2. 696
surdus & mutus ex accidenti,an testari possint , numero 2. 201
surdus & mutus simul a natura testari nequit,numero 1 ibid.
surdus tantum testandi ius habet,nu.3 ibid.
idem in mutuo tantum,nu.4 ibi.
surdus testis esse nequit,nu.11 187
surdi tutores esse non possunt,nu.3 95
surrogatum sapit naturam eius,in cuius locum surrogatur, nu.4 194
suscipere verbum,nu.89 594
suspectus tutor,vel curator,quis sit,nu.2 102
suspecti cognitio delegari potest,nu.5 102
de suspectis tutoribus & curatoribus Rubr. 102
huius tituli elegantia & diuisio,nu.5 ibi.
suitas quid sit,nu.16 208. nu.4.5. 250 260
suitatis multiplex effectus remissiuè,nu.9 251
de Suitatis vocabulo ibi.
suus heres quis dicatur,nu.15 208
suus hæres ut quis dicatur. quæ sint necessaria , numero 7. 324
suus qui quandoque est mortis tempore, postea desinit esse suus,nu.3 325
an suus quis sit,inspicitur tempus destituti testamenti , nõ mortis testatoris,nu.3 327
suis hæreditas ipso iure etiam ignorantibus accedit,nu.1. 324
sui heredes etiam agnati sunt:quibus differant, numero.4. 334
sui hæredes prætorio beneficio habebant annum ad hæreditatem adeundum,agnati & cognati 100.dies,nu.7.339
sui & extranei hæredes in quibus differant,nu.9 243
sui & necessarij hæredes qui sint,nu.1.2 250
sui hæredes etiam remotissimo gradu agnatos excludunt nu.3 357
syndicus,nu.5 647
συνηγορεῖν nu.7 ibid.
synedria quid significet,nu.14 633
συνηγορεῖν..nu.8 647

T

Tabellio malè faciens testamentum , tenetur parti,nu. 5. 497
taberna quid significet,nu.20 632
tabernarii quid,nu,21 633
tabulæ domino quare saltem vtilis in rem actio detur, nu. 8, 133
tabulas testamenti omnem figuram materiæ accipimus,nu. 2. 100
tacens an pro consentiente habendus,nu.6.8.9 61
tacere est medium inter consentire & dissentire,numer.7. ibid.
tacita hypotheca unde dicatur,nu.10 598
tacita legis conditio in locum expresse conditionis a testatore appositæ suffecta , non impedit transmissionem, num. 3. 205
talionis pœna,nu.7 495
temporales & dilatoriæ exceptiones quæ sint numer.4.14. 665
temporalia ad agendum , perpetua sunt ad excipiendum. 655
tempus longius quando concedatur,nu.11 500
tempus modicum obligationem non uitiat,nu.5 397
tempus non est modus inducendę, vel tollendę obligationis,nu.3 393
temporis qualitas quomodo consideranda,nu 6 626
ante Tempus agenti qualiter duplicandam tempus , nu.3. 4.5.6 666
de Tempore studendi in iure ciuili,nu.17 7
temporum continuatio quomodo fiat,nu.2 164
de Tenus dictione,nu.11 540
terminus vnus dandus ad omnes dilatorias exceptiones proponendas,nu.2 667
fallit,nu.3 ibi.
testamentarius hæres quamdiu speratur, legitimi non admittuntur,nu.5 327
testamentarii,& ex inquisitione dati,non satisdant, num.6. 90
testamento tutore sub conditione dato,ea existente, tutela finitur,nu.1 46
testamentario legitimo tutore deficiente, datiuo locus est, nu.1 77
testamentario tutore capto ab hostibus, datur datiuus nu. 2. 78
idem quando locum habeat,nu.2 ibi.
testamentaria tutela ab adita in primis hæreditate confirmatur,nu.5
testamentaria tutela donec speratur, legitimæ non est locus,nu.3 ibi.
testamentaria tutela & legitima nullam inter se differentiam recipiunt,nu.4 73
testamentaria tutoris datio ut sit valida tria requiri , nu.4. 64
testamentum a pagano non rite factum per sequentem militiam confirmatur, nu.1 196
si tamen nouæ voluntatis extent argumenta,nu.2 ibi.
testamentum an per ingressum monasterii rumpatur, nu.4. 239
testamentum an rectè a Iustiniano mentis testatio dicatur nu.1 182
testamentum an ualeat,si testator sciuit testem serui esse,& communi opinione habebatur pro libero,nu.5. 188
testamentum calatis comitiis, nu.2 173
testamentum capitis deminutione irritatũ reualescit, si impedimentum quod superuenit,tollatur nu. 1. 3.6. 248
testamentum capiti ab hostibus non ualet,ibi factum,nu.2. 202
sed quod fecit , priusquam caperetur , omni casu ualet,nu.2. ibi.

testamentum & naturali & ciuili agnatione rumpitur, nu. 2. 238

testamentum inofficiosum quod dicatur, nu. 2 244

testamentum in quo emancipatus est præteritus, rescinditur per bon. pos. contra tabulas, nu. 1 330

testamentum in quo posthumus est præteritus valet, donec nascatur, nu. 16 294

testamentum militare secundum ius gentium censetur, nu. 10 192

testamentum militare valet intra annum a missione, nu. 3. 196

fallit, nu. 5. 6 ibi.

quod de causaria missione accipiendum est, nu me. 4 ibid.

testamentum militare vt obtineat, prius de militis voluntate constare debet, nu. 2 195

testamentum nuncupatiuum esse iuris ciuilis, numero 2. 191

testamentum nuncupatiuum in quo differat à testamento scripto. ibi.

testamentum nuncupatiuum vnde sit dictum, numero 3. 4. ibid.

an testamentum ob filii præteritionem etiam nullum sit iure prætorio, nu. 9. 10 204

testamentum ob præteritionem filii nullum, an conualescat, si viuo patre filius moriatur, nu. 14 204

testamentum patris & pupillaris substitutio quando pro vno testamento habeantur, nu. 1. 2. 3 233

quando item pro duplici. ibid.

testamentum per æs & liberam quam habuerit solennitaté nu. 7 183

testamentum perfectum non tollitur per imperfectum, nume. 9 243

fallit, nu. 10. ibi.

testamentum prætorium quando in vsu fuerit, nu. 2. 184

testamentum primum posteriore rumpi, nu. 1. 7 239

modo posterius iure factum sit, nu. 2 239

quando id procedat nu. 3 ibid.

testamentum primum secundo rumpitur, etsi in eo hæres ex re certa scriptus sit, nu. 1 240

quid, si miles secundum testamentum faciat, nume. 2. ibid.

quid, si quis in secundo testamento instituat hæredem in re certa, & velit etiam primum testamentum valere, nu. 3 ibid.

testamentum procinctum, nu. 6 183

testamentum quando dicatur fieri irritum, nu. 3 238

nu. 1 236

testamentum quando dicatur raptum, nu. 2 239

testamentum quando vtiliter muterur, nu. 6. 7 242

testamentum quibus modis infirmetur. Rubr. 238

testamentum quibus literis quaue lingua scribatur non refert, nu. 4 190

testamentum quod ab initio non valet, nullum, seu iniustum, aut non iure factum dicitur, nu. 1 230

testamentum quomodo adoptione rumpatur, nu. 2 236

testamentum scriptum & nuncupatiuum quomodo differant, nu. 1 185

testamentum si non appareat quod posterius sit, aut prius, melior est conditio possidentis, nu. 4 239

testamentum vnum pluribus exemplis scribi potest, num. 1. 191

singulis exemplis plena fides habetur, nu. 5 ibid.

quando id necessarium, nu. 4 ibid.

testamenti adprobatione voluntaria, querela amittitur: necessaria non item, nu. 4 238

testamenti definitio, nu. 5 183

in testamenti definitione quomodo iusta sententia accipiatur, nu. 7. 9. 11 203

testamenti factio vel actiua uel passiua, nu. 1 252

cum quibus Testamenti factio est, hæc verba textus quomodo intelligenda, nu. 1. 3 187

testamenti factionem dici, aliisq; verbis non apté. coniungi, nu. 2 272

testamenti furtum vel occulto publici est iudicij: alterius vero instrumenti non item, nu. 11 703

testamentum §. discussio, nu. 3 196

testamenti prioris clausulæ reuocatoriç vtilitas, nu. 5. 239

qui testamento tutores dari poss. Rub. 68

qui testamento tutores dari possint, tituli continuatio, numero 1 ibid.

eiusdem epitome siue summa, nu. 2 ibid.

testator in dubio potius testari, quàm codicillari voluisse præsumitur, nu. 6 318

testamentum facere quibus non est permissum. Rubrica. 198

testamentum facere regulariter omnibus licet, nu. 1 ibi.

testamentum nuncupatiuum hodie in vsu esse, nu. 1 191

contra Testamentum filiifa. militari iure factum, non dari querelam inofficiosi, nu. 5 197

inter Testamentum & codicillos differentia, nu. 10 183

testamento nuncupatiuo quomodo hodie vtimur, nu. 6. 191

in testamento debent omnia vno contextu fieri, num. 1. 3. 185

in Testamento eodem si bis eadem res legetur, an plus quã semel exigi possit, nu. 10 265

in Testamento hodie si minus relinquitur agitur ad supplementum, nu. 4. 8. & 10. 264 247. 248

in Testamento militari conditionis euentus retrotrahitur ad tempus declaratę boluntatis, nu. 8 196

in Testamento scripto requiritur, vt nomen hæredis exprimatur a testatore, nu. 11 185

in Testamento secundo qualis conditio posita sit, multum referre, vt per id primum rumpatur, nu. 6 240

in Testamento vtile per inutile non vitiatur, nu. 5 221

testamenta an alio signo vice annuli signari possint, num. 3. 186

testamenta non temere rescindenda, nu. 3 242

nec septem testium assertioni contra testamẽtum credendum, nu. 4 ibid.

fallit, nu. 5 ibi.

testamẽtorum executores de omni culpa tenentur, de qua principalis hæres teneretur, nu. 48 569

testamentorum tria genera apud veteres, nu. 1 183

de Testamentis ordinandis. Rub. 182

in Testamentis diuersorum nulla est coniunctio, nu. 4. 266

in Testamentis sufficit habilem fuisse testem tempore conditi testamenti etsi postea inhabilis efficiatur. n. 7 188

in Testamentis primo uidendum, an quis testari potuerit, deinde an secundum ius testatus sit, nu. 6 183

testati qui non possint, an intestati proprie dicantur, nu. 5. 321

eorum quis Testari prohibentur, anacephalæosis, nu. 4. 302

testato & intestato nemo potest simul decedere, num. 8 13. 218

fallit in militie & alijs quibusdam casibus, nu. 14. ibid.

testator alios grauare potest, vt pro fructuario fideiubeant nu. 7 246

testator an relinquat hereditatem nomine quotę an nomine rei singularis, nu. 4 304

testator potest ad dupondium transire, nu. 12 218

testator potest hæreditatem diuideae, in quot partes velit nu. 7 288

testator quando simpliciter fidem hæredis elegit, non requiritur vlla sollennitas testamentaria, nu. 7 311

testator, si rem legatam pignori obligauit, tenetur hæres eam luere, nu. 3 27

testatoris minima capitis deminutione testamentum irritatur, nu. 5 241

fallit militie filio. nu. 6 ibid.

testatori licet suam voluntatem reuocare, quotiescunque voluerit, nu. 1 292

testatorem ad dupondium descendere posse, nu. 2 220

testatorẽ furiosum allegãs fuisse, id probare debet n. 7. 100

quo-

quomodo id fi uerum ibid.
testatorum ordo quis hodie, nu. 2 375
testis esse dicat, Titium Seio promisisse, tamen non præsumatur stipulatio. num. 8 411
testes debent in præsentia & conspectu testatoris esse, nu. 14 486
testes duo ad minus in testamento militari requiruntur, nu. 3 195
testes in dubio præsumuntur non rogati esse, nu. 8 185
testes omnes etsi legatarii sint, tamen valet testamentum, nu. 3 190
testes plures uno annulo signare possunt, nu. 1 186
testes quales esse debeant, nu. 13 ibid.
testes septem rogati adesse debent in testamento, num. 4. 185
testimonium domesticum quid, nu. 5 589
testium subscriptio necessaria in testamento solenni, nu. 9. 105
item subsignatio eorundem, nu. 10 ibid.
De testium & notarii subscriptione, nu. 6 201
testibus duobus metum testificantibus plus creditur, quam mille aliis, nu. 18 581
textus an disiunctim uel coniunctim legendus, numero 3. 14
textus hic aliter declaratus, quam hactenus, nu. 3 189
textus ampliatio, nu. 2 188
textus liberalis explicatio, nu. 8 606
textus nostri sensus uerus, nu. 7 ibid.
textus notabilis explicatio, nu. 13 317
textus uerba ex noxali causa nouiter declarata & intellecta nu. 21 608
textum de hæreditate extranei accipiendum, numero 3. 83
textum hic de interesse pecuniario loqui, nu. 16 413
textum hunc diuersimode legi, nu. 1. 2 410
defensa communis eius lectio, nu. 3 ibid.
Theatrum quid, nu. 4 113
vnde dictum ibid.
Thia promiscue & auunculum & patruum significat, nu. 3. 352
Theophilus iuris consultus, nu. 6 5
Theophili extensio reiecta, nu. 4 640
Theodosianus codex, nu. 6 5
θεσμοῖς θεσμαίνω. nu. 4 644
thesaurus arte magica inuentus cuius fiat, nu. 5 137
thesaurus data opera inuentus non fit inuentoris, nume. 9 ibid.
thesaurus donum fortunæ, nu. 4 ibid.
thesaurus quid, nu. 3 ibi.
thesauri inuentione acquirimus dominium, nume. primo, ibid.
qualiter hoc procedat, nu. 2 ibi.
in Thesauro petendo si concurrant & directus & utilis dominus, quis præferatur, nu. 8 ibi.
θέσις dicitur adoptio. nu. 5 47
θεσμὸς. nu. 3 26
Teutsch gentile nationis nomen, nu. 13 3
thlasiæ qui, nu. 5 52
thlibiæ qui. ibi.
tignum alienis ædibus iniunctum non vsucapitur, num. 13. 129
tignum alienum meis ædib. iniunctum, quare non teneat eximere, nu. 6 ibid.
tignum in alienum parietem immittere quibus ex causis liceat, nu. 8 145
tigni appellatione quid ueniat, nu. 8. 10 129
titulus de quibus libertis loquatur, nu. 1 362
titulus in ff ad l. Cornel. de sicar. cur potius de sicariis, quã de homicidiis sit inscriptus, nu. 2 700
titulus institutionis etiam in parentibus requiritur, nu. 5. 249
quib. casibus, non requiratur, nu. 6 ibid.
tulus quid, nu. 6 715
tituli huius continuatio. nu. 1 108
epitome. nu. 1 611
tituli huius ordo defensus, nu. 6 299
tituli totius argumentum seu epitome. nu. 11 364
tituli onerosi qui sint, nu. 26 528
tituli quibus rerum dominia acquiruntur, partim ex iure gentium, partim iure ciuili procedunt, nu. 7 117
titulo hoc de generali cognatione agi, nu. 3 350
torrentes, quod hyeme tantum fluit, n. 2 111
τόξευμα, τόξον. nu. 9 700
à Toto ad partes argumentum affirmatiue valet 267
de Toto ad partem argumentum procedit, etiam in exceptionibus, nu. 3 308
quibus casibus huic argumento non fit locus, nume. 3. ibidem
trabes & ligna an per alluuionem accedant, nu. 6 152
traditio optima a definitione procedens, nu. 5 9
traditionem & titulum probare, in Publiciana sufficit, nume. 57 510
ad traditionem quæ requirantur, nu. 2. 4 138
traditione clauium transfertur dominium, nume. primo, 139. 140
traditione consequimur dominia iure naturali, numero 1. 138
traditione ut transferatur dominium requiritur causa, nu. 5 ibid.
Traiani Imp constitutio de testamento militari, nume. 7. 193
à Traiani constitutione militaris testaméti priuilegia pendere, nu. 8 ibid.
translatio legatorum quomodo fiat, nu. 6. 10 293
translatio nisi præcedente ademptione fieri nequit. num. 4 292
translatio quid, nu. 3. 4 ibid.
transmissio quando locum habeat, nu. 2 347
transuersa cognatio habet ascendentes, numero primo, 351
Trebatius Ciceroni amicissimus, nu. 3 316
CT. ebatius iurisperitus. ibi.
Trebelliana an ob omissum inuentarium amittatur, nu. 23 255
Trebelliano S.C. in quibus hodie locus sit tres casus, nu. 8 9 307
tremisses, nu. 7 80
Tribonianus genere Pamphilius, nu. 1 6
Tribonianus Macedonici cuiusdam filius ibi.
Tribonianus iurisperitus, nu. 6 ibid.
Tribonianus omnis religionis contemptor, nume. primo, ibidem
tribunorum numerus Romæ, nu. 4 77
tributoria actio aduersus quos detur, nu. 11 634
tributoria actio in mercede peculiari locum habet, num. 5 634
tributoria actio qua ratione introducta, nume. tertio, ibidem
tributoria actio vt locum habeat, patientia domini sufficit, nu. 7 ibid.
tributoria cum de peculio, & de in rem uerso actione concurrit, nu. 4 637
tributoria & de peculio una alteram electione tollit, n. 12 634
tributoriæ actioni quando proprie locus sit, numero 10. ibidem
tributum quomodo hic accipiatur, nu. 4 ibid.
triens, nu. 4 217
tripli, textus huius §. explicatio. nu. 3 578
in triplum quando agere dicamur, n. 2 575
tripondius quid, nu. 4 220
tritauus unde sit dictus, nu. 2 354
triumphandi modus apud ueteres, nu. 3
Triphonini responsum emendatum, nu. 4 134
turpitudo si ex utriusque contrahentis parte uersetur, stipulatio ipso iure nulla est, nu. 6 416
quid,

quid, si ex stipulantis tantum parte proueniat, nume. 7. ibidem
quid item, si ex promittentis tantum parte versetur, nume. 8. ibid.
tutela captiuitate pupilli finitur, nu. 5 85
tutela est de iure ciuili, nu. 10 64
tutela est munus necessarium, nu. 3 243
tutela & cura sunt munera publica, nu. 1 93
tutela finitur pubertate pupillæ pupilleuè, numero secundo. 85
tutela hæc quare dicta sit fiduciaria, nu. 3 76
tutela legitima quid & quotuplex, num. 13 65
tutela munus uirile, nu. 6 75
tituli huius continuatio. nu. 1 ibid.
tutela testamentaria quæ sit, nu. 12 64
tutela triplex, nu. 11 ibi.
tutela una quandoque excusat, nu. 3 95
tutelæ actio contraria definitur, nu. 68 593
in Tutelæ actionem quid ueniat, nu. 1 66
tutelę actione contra tutorem intentata, de rationibus distrahendis actio perit. nu 6 81
secus est in furti actione: & quæ sit diuersi iuris ratio, nu. 7 ibi.
in tutelæ actione directa praxis, nu. 69 59
tutelæ contrariam actionem quare prætor induxerit, nu. 4 450
tutelæ causa efficiens, nu. 15 64
tutelæ definitio, quidque in se contineat, nu. 1 63
tutelæ definitionis explicatio. ibi.
tutelæ datiuæ quando sit locus, nu. 2 64
tutelæ introducendæ causa finalis, nu. 1 81
tutelæ subiectum, nu. 5 63
tutelæ tres quomodo censeantur, nu 2 5
ante Tutelam finitam, tutelæ iudicio agi non potest, num. 63 591
tutela finita, uel cura, quæ actiones competant, nume. 2. 3. 91
à Tutela & cura non appellatur, & quæ sit ratio. num. 1. 3. 100
a Tutela immunitatem quæ præstare soleant, numero 3. 93
in tutela & cura nulla alia quam fideiussoria cautio admittitur, nu. 4 90
in Tutela testamentaria pater filio se inuitus non obligat. num. 11 68
tutelas tres gerens, a quarta excusationem habet, nume. 1. 95
de Tutelis. Rubr. 63
de Tutelis tituli continuatio nu. 1 63
tutor a iudice sub conditione inutiliter datur, numero 4. 69
tutor a indice sub conditione dari non potest, numero 2. 86
tutor ab intestato an dari possit, nu. 10 65
tutor ad certum tempus dari potest in testamento, num. 1. 69
tutor causas pupillares procurare tenetur, numero 9. 647
tutor corpore præsens authoritatem suam interponere debet, nu. 1 390
tutor dari potest in loco originis, dominii & facultatum, nu. 3 79
tutor dari potest sub conditione, nu. 3 69
tutor datus a patre filiofam. an & quando sit confirmandus, nu. 3 66
quid de tutore filio naturali tantum dato, nume. 4. ibidem
quid si, a matre datus sit tutor, nu. 5 ibi.
quid si pater filio adoptiuo tutore scripsit, num. 6. ibidem
tutor datus ad tempus adueniente tempore tutor esse desinit. nu. 1 86
tutor datus filio emancipato, est confirmandus a iudice sine inquisitione, nu. 1 66
quando id fallit, nu. 2 ibid.
tutor defensurus pupillum non tenetur satisdare, nume. 5 653
tutor etiam in codicillis relinqui potest, numero nono 65
tutor ex interuallo ratificare non potest, nu. 2 84
tutor finita tutela, curatorem puberi petere tenetur, nu. 4. 85
tutor incertus dari non potest etiam hodie, nu. 1. 2 285
quæ sit ratio. ibidem
tutor litem cum pupillo habens, excusatur, nu. 1 94
tutor mox inuentarium conscribere debet, postquam est constitutus, nu. 65 592
tutor ob paupertatem non est remouendus, nu. 1 107
fallit, nu. 2 ibi.
tutor omittens alimenta pupillo a iudice decerni, ut suspectus remouetur, num. 1 107
tutor plures excusationes habens, etsi unam tantum persequatur, aliis uti non prohibetur; & quomodo hoc procedat, num. 13 99
tutor Præsens si mendaciter negat pupillo alimenta decerni posse, quomodo puniendus, nu. 1 107
tutor principaliter personæ, secundario rebus datur. nu. 2 101
tutor principaliter personæ, secundario rebus datur, nu. 2. 101
tutor pupilli non cogitur eiusdem curator esse, numero 1. ibidem
excipitur libertus, nu. 2 ibid.
tutor qui necdum administrat, an & quando, vt suspectus, remoueri possit, nu. 2 104
tutor quis & qualis sit, nu. 6 64
tutor quomodo pupillo stipuletur, nu. 2 414
tutor secundum patris uoluntaté confirmatus, an sit datiuus, uel testamentarius, nu. 8 66
tutor simpliciter datus, videtur secundario ad totum patrimonium datus esse, nu. 1 101
tutor sine pupillo hæreditatem adire non potest; secus in bonorum possessione. nu. 9. 12 84
fallit, si pupillus sit infans, nu. 10 ibid.
tutor suspectus etsi satisdationem de indemnitate offerat, tamen remouetur, nu. 1 107
tutor temporarius, nu. 2 78
tutor testamentarius confirmatus an præferatur legitimo, nu. 10 67
tutoris partes quæ sint, unam tantum excusationem habentis, nu. 2 99
tutoris præsentia non sufficit, nisi verbis actum probet, nume. 3 84
tutoris prætorii loco hodie curator datur, nu. 1 ibid
hunc §. hodie correctum esse, nu. 3 ibi
tutori doloso beneficium diuisionis non competit, num. 8 92
tutorem habenti aliquando tutor datur, nu. 1 89
item curator, nu. 2 ibid.
ad Tutorem petendum quantum temporis detur, nume. 6 344
inter Tutorem & curatorem differentia, nume. 7. 8. 10. 11. 87. 88
tutore impedito administrare quis actorem constituat tutor an iudex. nu. 5 89
tutore testamentario deficiente ad agnatos deuoluitur tutela, nu. 5 72
in Tutore legitimo quæ exigantur, ut administrare possit. nu. 9 172
in Tutore maxima & media capitis minutio omnes tutelas finit, minima tantum legitimam, nu. 2 86
tutores & curatores quando satisdare dicantur, numero 3 90
Hodie tam testamentarii quàm datiui & legitimi tutores satisdant. nu. 7 ibid.
tutores & curatores satisdabant olim ad instar procuratoris:

ris:hodie secus est,nu.5 538
tutores & curatores vt plurimum aut sunt infideles,aut negligentes,nu.2 90
tutores omnes cuiuscunque, generis,suspecti postulari possunt,nu.1 103
tutores pluresi si sine iudice tutelam diuiserint, singuli insolidum tenentur.nu.5 91
tutores principaliter personę dantur,nu.2 101
tutores vel curatores qui obligentur ad satisdandum,n.5. 90
tutores qui esse non possint,nu.2.9.4 95
tutores qui non gerunt,honorarii dicuntur,nu.2 91
Hodie ex constit. imp. cuiusque loci ordinarius magistratus datutores,nu.11 81
tutores,quibus actionibus teneantur,nu. 3.4.6 81
tutores si nolint de alieno periculo teneri, possunt omnes genere,nu.4 91
tutores sine decreto iudicis non administrant, nu.11. 72
tutores suspecti ab officio remouendi, nu.1 102
tutores tenentur rationem reddere tutelæ gestæ,nu.2 81
vnde dicti,nu.2 64
ad,Tutores etiam non administrantes periculum reddundat,nu.3 91
tutoribus deficientibus magistratus conueniri possunt, nu. 12 92
tutoribus non existentibus soluendo,fideiussores exentiuntur,nu.21 ibid.
tutoribus pluribus datis,uni potest committi,ut satisdet & administret,nu.1 91
tutoribus pluribus existentibus an quilibet pupillo in solidum teneatur,nu.4 ibid.

V

VAcans assis,pars scriptis heredibus tacitè accrescit.nu.3.215
Vadianus,nu.8 2
uasallus & emphyteuta non alienant sine consensu domini nu.79
Vandali Europæ septentrionalis omnium ferocissimi,nu. 7. 3
Vandali quando Gallias inuaserint ibid.
vectigal quid,nu.3 113
in Venationibus spectanda consuetudo cuiusque loci num. 1. 18
uendicare quid sit,nu.2.3 556
uenditio an & quatenus cōstet,si precium in alterius voluntatem,conferatur.nu.5.6.8 430
uenditio conditionalis quatenus ualeat,nu.3 ibid.
uenditio imaginaria,nu.5 464
uenditio minoris,quam mandatum sit non ualet,nu.6.451
uenditio si impersonaliter fiat, quanti res æstimabitur,iure nulla est,nu.7 431
uenditor an teneatur præcisè rem uenditam præstare, uel liberetur præstando interesse,nu.77 564
uenditor quando dicatur emptori fidem habuisse de precio,nu.4 139
uenditor ultra dimidium iusti precii deceptus, quod beneficium habeat,nu.4 432
Veneti quare libertatem pretendant,nu.8 112
uenia quomodo a iudice impetranda,nu.38 548
uerba communia,nu.8.9.11 237
uerba directa ibi.
uerba impropriande,vt sustineatur libellus,nu.8 108
uerba obliqua,nu.9 247
uerborum solennitas olim in stipulatione seruata,hodie est necessaria nu. 392
de uerborum obligationibus,nu.Rub. 390
uerbis coniuncti præferuntur re coniunctis,nu.38 266
verbana herba,nu.3 116
inter verberare & pulsare quæ sit differentia, nu.2 499
verba,vernula,uenaculus,nu.9 288
uernæ qui,nu.3 25
vers.sane uno casu .in §. nostro,explicatio.nu.61 513
vers. si unius pars,&c.in hoc §.explicatio.nu.2 693
vers.ultimi in l.re coniuncti.de l.3.declaratio.nu.24 268
veterani milites quatenus excusentur,nu.2 98
vetus calumniæ actio.nu.3 686
uetus lectio defensa,nu. 14 6
veteri iure tenebantur hæredes ultra uires hæreditatis,nu. 2. 253
veteres religiosè suas uxores & filias obseruasse ac custodisse,nu.5 478
via publica.nu. 1 484
via vicinalis ibid.
viæ latitudo, nu.7 144
viam promittere potest,qui fundum non habet,nu.8 147
super Viam quando positum est quid,quod nocere potest, pœna est decem aureorum,nu.9 497
uias publicas quomodo Isidorus definiat,nu.1 484
viatores quomodo hic accipiantur: & de propria eorum significatione,nu.4.5 578
vicarius cum suo peculio est in peculio ordinarii.n.3 636
vicarius quod debet ordinario seruo, dominus non deducit,nu.5 ibidem
Viglii interpretatio ad hunc,§ nu. 3 210
villa à uehendo dicta,nu.8 111
villa quomodo hic accipiatur,nu.6 ibi.
villa tripartito diuiditur.nu.7 ibid.
in Vinculis & eos accipimus,qui sine dedecore in publico apparere nequeunt,nu.27 523
vindiciæ,nu 2.3 556
vindicta quid,& und dicta,nu.4.5 29
vindico uerbum unde concretum,nu.1 556
vinum Campanum, nu.9 618
vinum spurcatum quid nu. 5 488
vir uxorem accusat de adulterio,non uxor virum; & quæ diuersitatis ratio. nu.3.4 698
virtutis proprium 12
vis an censeatur in continenti facta,uel ex interuallo,iudicis relinquitur arbitrio,nu.11 681
vis & potestas genus in definitione,nu. 4 63
vis in hoc interdicto quomodo accipiatur,nu.4 681
vis priuata & quotidiana à Cicerone,nu.2 703
vis priuata quomodo committatur ibid.
vis publica sine armata,nu. 2 ibi.
vis quomodo definiatur nu.10 581
vis quinque species recensentur,nu.15 ibid.
vis & potestatis acceptio.nu.3 63
vis priuatę quę sit pœna,nu.5 704
vi quodcunque fit,metu quoque fieri dicitur,nu.5 581
de Vi bonorum raptorum.Rub. 479
vitiū aliud personale,aliud reale,aliud quasi reale,n.3 160
vitium reale & quasi reale impediunt vsucapionē,n.1 163
itē,si rei usucapiendę cōmerciūm est interdictū,n.8.ibi.
vitiū reale quousq; primi autoris successores sequitur,nume.2 166
vituli,nu.4 136
inter Viuos quod conceditur, multo magis in ultima uoluntate concedendum,nu.4 45
Vlpianus improuide à Rudolpho Agricola notatus,nu. 14 9
Vlpiani responsum in l. Gręcę §.illud hoc tit.restitutum, nu.8 422
in Vltima uoluntate si fiat alienatio, sufficit fraudis euentusis secus,si fiat inter uiuos,nu.24 528
ab Vltimis uoluntatibus, & cōtra,argumentum an ualeat, nu.5 35
vncia,nu.4
vniuersalitas semper in legibus ad personas aptas restringitur,nu.1 537
uniuersitas hæres institui potest,nu.5 217
uniuersitatis res differunt a publ.nu.1 13
per uniuersitatem quibus modis nobis acquiratur,n.2.182
de Vniuersitate corporum & uniuersitate iuris, nu. 4 277
uno concesso, uidentur omnia concessa, sine quibus illud expe-

expediri nequit,nu.2 31
vocare in ius quid significet,nu.25 547
voluntas & casus fortuitus in confusione æquiparantur. nu. 6. 127
voluntas testatoris semper attendenda,nu.10 263
voluntas testatoris non debet pendere ex alieno arbitrio nu.7 328
vox vna & generice & specifice quandoq; sumitur. n.5. 156
vrbanę seruitutes alię attentæ alię negantes,nu.1 145
in Vrbe sepelire olim non licuisse,nu.5 161
vsurarius cogitur satisdare,nu.4 153
vsurarius vtitur fructibus ad necessitatem,nu.2 ibi.
inter vsuarium & fructuarium differentia.n.5 154
vsus ædium mulieri legatus ea conditione, si a viro diuertisset,maritum non excludit,nu.2 155
vsum rei alienæ in suum lucrum conuertens furti tenetur. nu.3 370
vsus alteri concedi non potest,nu.3 154
vsus & vsusfructus differunt,nu.5 149
vsus ipsius quomodo furtum fiat,nu.11 569
vsus definitio,nu.1 153
in Vsu pecoris an fructuarius & vsuarius differant.n. 4.155
de Vsu & habitatione Rub. 153
vsucapere qui potest,potest Publicianam intentare,& contra,nu.23 517
vsucapio & pręscriptio quale dominium tribuant,directũ an vtile,nu.7.9 157
vsucapio & præscriptio quomodo differant,nu.4 156
vsucapio in genere & res mobiles & immobiles includit, nu.2 ibid.
vsucapio iure veteri non tribuebat dominium, sed possessio autoritate iuris defendebatur,nu.5 154
vsucapio non est iniusta,nu.2 158
vsucapio quibus modis interrumpatur,nu.4 158
vsucapio vnde introducta,& qua de causa,nu.18.19 158
vsucapionis definitio,nu.6.17 153
vsucapionis requisita,nu.2.7 159
vsucapionem bona fide ceptam non vitiat superueniens mala fides nu.7 164
vsucapionem cur prætor rescindat,nu.1 522
ad Vsucapionem quantum tempus sit præfinitum. n. 1.158
vsucapione deficiente,nec Publiciana datur,nu.32 518
ab vsucapione ad Publicianam argumẽtum affirmatiue procedit,non negatiue,nu.48 520
in Vsucapione continua possessio requiritur,nu.10 157
in Vsucapione omni tempore bona fides requiritur iure Canonico,nu.10 164
in Vsucapionę semper spectatur initium,nu.2 154
de vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus.Rub. 156
huius tituli ad præcedentes continuatio, nu.1 ibid.
vsufructuarius seruum fructuarium non vsucapit,nu. 1.2.3. 180
vsusfructus ad æstimationem deduci potest, vsus non item nu.3 154
vsusfructus an extraneo concedi possit,nu.4 154
vsusfructus an sit pars dominii,nu.4 214
vsusfructus capitis deminutione amittitur,nu.5 152
vsusfructus consolidatus proprietati pars dominij dicitur, num.3 269
secus,si sit à proprietate detractus,quia per se censetur. nu.4 ibid.
vsusfructus & quasi vsusfructus in quo differant n.9. 151
vsusfructus & vsus parificantur, quoad constitutionem & finitionem,nu. 1 154
vsusfructus in iure cessione quando finiatur,nu.8 152
vsusfructus morte fructuarii finitur,nu.1 ibid.
quid si testator vsumfructum ad hæredes fructuarij extẽdat,nu.2 ibid.
usus fructus non utendo qualiter pereat,nu.6 ibid.
usus fructus potest pro parte diuisa constitui,nu.2 154
secus in usu. ibid.
usus fructus proprietatis comparatione perditur, num.10. 152
usus fructus quarum rerum constitui possit,nu.1 150
usus fructus quibus modis a proprietate separetur. nu.1.ibi.
usus fructus rei inhæret,& cum reperimur,nu.8 149
vsus fructus rei mutatione,vel interitu extinguitur, nu. 12. 153
usus fructus definitio explicata,nu.1 148
de Vsufructu.Rub. 148
huius tituli ordo,nu.1 ibid.
ut liceat matri & auiæ,§.1.in Nouel. restitutus,nu.7. 189
in Vtero qui est,pro iam nato habetur, non iure fictionis sed ex prærogatiua,nu.5 66
in Vtero qui est,pro iam nato habetur,quomodo accipiendum,nu.2 ibid.
eius,qui in utero est seruus recte hæres instituitur, num.5. 316
uti & abuti quomodo differant,nu. 151
inter Vti possideris,& Vtrubi, uetus differentia interdictẽ nu.1 678
utili ab honesto non separari,nu.7 11
utile per inutile non uitiatur,nu.2 405
utilis dominii diuisio,nu.17 108
utilitas unde metienda, nu.10 455
utiliter ab initio gessisse sufficit,nu.9 ibi.
vulgariter substituendi uariæ formale.nu.1.2.3.4 225
vulgaris expressa substitutio tripliciter fit,nu.4 214
vulgaris substitutio partim expressa, partim tacita, per se non est species,nu.7 ibi.
uulgaris substituti quæ nu 1 ibid
vulgaris substitutio quando pupillariter tacitam continet. nu.3 335
vulgaris substitutio vnde dicta,nu.1 224
uulgaris substitutionis diuisio.nu.3 ibid.
uulgaris tacita substitutio dicitur dupliciter,nu.5.6 ibid.
per uulgarem substitutionem non solui iura suitatis,num. 15 225
de Vulgari substitutione.Rub. 223
in Vulgari substitutione duo extrema consideranda esse.nu me.2 224
uulgo quęsiti matri ex S.C.Orphitiano succedunt, num.1. 346
fallit in matre illustris,si iustos filios habeat, nu.2.ibid.
uulgo quæsiti matri succedunt,nu.1 346
materque ipsis,nu.2 341
uulgo quæsiti qui dicantur,nu.1 345
uxor mariti sui dignitate censetur,etiam uidua,nu.4. 27
non potest maritum accusare adulterii,nu.7. 215
præferenda creditorib. etiam expressam hypotecam habentibus nu.12 599
uxor mariti forum sequitur,nu.5 27
uxor mariti iniuriam non potest persequi, & quæ sit ratio nu.6 491
uxoris patrimonium teiplex,nu.2 401
uxore carens adoptare non prohibetur,nu.2 51

X

XEnodochium,nu.9 652
Xeloraphum quid significet,nu.8 700
pro Xerolapho,legendum esse Xenophon, nu.9 ibi.

INDICIS FINIS.

IOACHIMI MYNSINGERII
A FRVNDECK, IVRISCONSVLTI,
SCHOLIA IN LIBRVM PRIMVM

Institutionum Fl. Iustiniani Cæsaris.

In proœmium.

1 *Exordia quibuslibet disciplinis præmittenda esse.*
2 *Inciuile est, iuris ciuilis expositionem sine præfatione tractare.*
3 *Quo consilio Iustinianus Imperat. Institutiones fieri iusserit.*
4 *Vtilitas Institutionum.*
5 *Institutiones quomodo adolescentibus cum fructu interpretandæ.*



LATO I Princeps ingenij & doctrinæ, vt eũ ᵃ *M. Cicero appellat, quibuslibet libris siue disciplinis exordia, & quasi quadã præludia, quæ artificiosã & vtilem ad rem discendam tractationem haberẽt præponenda esse cẽsuit. 2 Et ex* ᵇ *Caij Iuriscõsulti sentẽtia, inciuile atque indecorum esset, illotis (quod dicitur) manibus legitimam, & non simulatam aggredi Philosophiã: omissoque proœmio statim excellentissimam illã iuris expositionem tractare 3 Quare eodem consilio & Iustinianus Imp. ductus, hisce Institutionum libris hanc epistolam præfationis loco præposuit, sic fore ratus, vt cupida legũ iuuẽtus, maiore auiditate hanc primam studij ciuilis quasi infantiam, & prima elementa amplecteretur, & ad Institutiones diligẽter perdiscẽdas, inuitaretur ardẽtius. Enarrat autem in ea Iustinianus, quo consilio Institutiones hasce fieri curarit, quique sit harũ fructus, atque commoditas. Nam cum uideret, Ius ciuile immenso (ut inquit Liuius) aliarum super alias aceruatarũ legum cumulo inuolutum esse, immensa legum volumina extare, atque adeò leges ipsas hincinde diffusissimè tractari, iuuentuti prodesse volens, ex prudentissimorum hominum consilio & suggestione, hũc libellũ concinnauit, partim vt iuuenibus ad Iurisprudentiæ studium anhelantibus, principia, & ipsarum legũ cunabula certo iustoque ordine, ac compẽdiaria via traderet, partim, vt breui indice materias immẽsis voluminibus comprehensas illis ostenderet, & tanquam digitum ad fontem porrigeret. 4 Et meretur sanè hic Institutionum liber, ut cætera prætermittam, non minimam ideo laudem, quod certum præceptorum ordinem, iustamque ac Dialecticã quandam docendi methodum complectitur. 5 Nos igitur Iustiniani propositum sequentes, in eius enarratione, omissis lõgioribus ambagibus, ac quæstionum mæandris (quæ ab interpretibus moueri passim in ipso solent, nec tyronem aut Iuris rudem, sed prouectum atque propemodum cõsummatum auditorem desiderant) postpositis, intra Institutionum septa consistentes, textum quam simplicissimè explicabimus, definitiones, diuisiones, & collectiones, quibus potissimè hoc studium constat, diligenter inquiremus, adeò, vt Epitome ac summa totius Iuris ciuilis leuiore via, & sine molestia ab adolescentiore ætate cognosci facilè possit.*

a li. 4. de Legib.
b In l. 1. ff. de orig. iur.

IN IVSTINIANI EPIGRAPHEN.

1 *Imperatoris appellatio.*
2 *Imperator quomodo accipiatur.*
3 *Cæsares qui dicantur.*
4 *Iustinianus quare Flauij prænomen sibi adsciuerit.*
5 *Iustinianus nomen proprium est, ad imitationem Iustini[redacted] patris*
6 *Alius Iustinianus Constantini filius.*
7 *Agnomina ab euentu rerum imponuntur.*
8. 9 *Alemani qui sint, & vnde dicti.*
10 *Gothi qui, & quare Iustinianus se Gothicum dixerit.*
11. 12 *Franci vnde dicti, & quando à Iustiniano deuicti.*
13 *Germanici cognomen, & Germani vnde dicti.*
14. 15 *Legendum in tit. Iustin. Anticus, non Atticus, & Antæ qui sint.*
16. 17 *De Alanis & Vandalis.*
18 *Iustinianus quare Africanum se dixerit.*

19 *Pius quis dicatur.*
20 *Antonius Bassianus primus Pij nomen à Senatu Romano accepit.*
21 *Scipionis graue dictum.*
22 *Pietas maxime principem decet.*
23 *Felix quis dicatur.*
24 *Iustinianum bis triumphasse.*
25 *Triumphandi modus apud veteres.*
26 *Augustum non ab augendo, sed ab augurijs dictum.*

a Imperator *b* Cæsar *c* Flauius *d* Iustinianus, *e* Alemanicus, *f* Gothicus, *g* Francicus, *h* Germanicus, *i* Anticus, *k* Alanicus, *l* Vãdalicus, *m* Africanus, *n* Pius, *o* felix, inclitus, victor ac *p* triumphator semper *q* Augustus, cupidæ legum iuuentuti S.

Quoniam in huius Epigraphes enarratione veteres interpretes parum ad rem pertinẽtia tradunt, eandemq; obscurant potius, quàm explicant, eam cum primis crassè ac populariter declarari operæ precium fuerit: potissimũ vt titulos illos, quib. Iustinianus passim in legum voluminib. utitur, tyrones Iuris intelligãt.

a Imperator. § 1 *Cicero in Philipp. scribit, Imperatorem à Senatu Romano appellari solitum fuisse, qui aliquot millia externorum hostiũ prosternens, optimum militiæ suæ exemplum dedisset. Hinc est, quod ductores exercituum & præfecti copiarum militarium ab historiographis Imperatores appellentur. Sed et qui prouincias administrabant, hoc nomine salutabantur. Deinde nomen Imperatoris translatum est ad significandum sacrosanctam Romani principis dignitatem: atque hic, et alias passim in libris D. Iustiniani accipitur.* 2 *Nostra verò tempestate Imperatorem fieri dicimus, qui Septemuirorum Germaniæ suffragio, quos Electores, & nostro idiomate Churfürsten vocamus, suffragiis atque consensu, ad Christiani populi Monarchiam euehitur, de quorum institutione pulchra* [a] *Spig. ad Gunt. annotauit.*

a In Annot. ad lib. 1. Gunt.

b Cæsar. § 3 *Scribunt autores, illum, qui primus Cæsaris nomen adeptus est, ab eo sic dictum fuisse, quod cæso matris utero esset natus: quod Plinius* [b] *Scipioni Africano attribuit. Traduntur & aliæ huius uocis etymologiæ, ut apud Grammaticos uidere est, harum tamẽ nulla huc quadrat. Spartianus in Aelio* [c] *Seuero testatur, Cæsares esse, quasi principum quosdam filios, & designatos Augustæ Maiestatis hæredes, ein Römischer König. Sic Iustinianus cum esset Iustini Maioris ex sorore nepos, ab eo adoptatus, & Imperij consors, hoc est, Cæsar factus est, Anno Christiano 529. Hinc est, quod Iustinum non semel* [d] *patrem suum nominat. Atque Ferrarius* [e] *cumque̋m vetustiores Cæsarem dixere, nos Regem Romanum, et rursus quem illi Imperatorem, nos Cæsarem appellare.*

b lib. 7. Naturalis hist.
c Alc. in Ann. li. 12. Corn. Tac.
d §. est & aliud inf. de don. §. cæcus. infra quib. non est permis. fac. test.
e Hic.

c Flauius. § 4 *Accursius Iustinianum idcirco Flauium dici existimat, quòd Flauios populos deuicerit: qui manifestus error est, quem Montanus hic deprehendit, & hoc pronomen esse putat, more Romanorum, à Flauiorum familia, ex qua Iustinianus oriundus fuerit, deriuatum, qua non solum Iustinianum, sed & alios retro principes Imperio ad[d]erit: quales fuere Vespasianus, Domitianus, & alij. Sed nec hoc cõuenire. Floridus* [f] *notauit, cuius* [g] *Spig. sentẽtia nõ improbatur, existimãtis, Iustinianũ hoc prænominis retinuisse, quod id quinque principes Cõstantinopolitani cõtinua serie eum præcedentes vsurpassent, quales fuerunt Fla. Valerianus Martianus. Fl. Valerius Leon, Fla. Valerius Zenon, Fl. Valerius Anastasius, et Fl. Valerius Iustinus, cui nepos ex sorore Iustinianus successit. Huc adde, quod Alc.* [h] *scribit, Imp. Orientis Flauij prænomẽ sibi solitos audere, forte ob Constantini Magni memoriã, qui huiusmodi fuit prænomine.*

f In libel. de Ling. Lat.
g In suo Lexico.
h li. 5. Parer. c. 3

d Iustinianus. § 5 *Hoc nomen illi fuit proprium, à Iustini patris adoptiui nomine, ut Octauianus à nomine Octauij deductum. Cæterũ, quod Accursius vbique dubitat, cuius filius hic noster Iustinianus fuerit, propterea quod Iustinianum, Constantini filium in decretis legerat.* [i] 6 *Sciendum est, illum alium fuisse Iustinianum, Constantini filium, ex Heracliana familia oriundum, nostro hoc posteriorem, qui Rhinotmetos Græcè cognominatus* [k] *est, quod truncis esset naribus.*

i c. habeo lib. dist. 17.
k Alciat. lib. 9. Disp. c. 7.

e Alemanicus § 7 *Agnomina sunt ab euentu rerum imposita. Sic enim ueteribus Romanis deuicti hostes nõ semel agnomina dederunt, ut Scipio Africanus, Metelli, aliter Numidicus, alter Macedonicus, Sic & Iustinianus hæc agnomina à deuictis hostibus sibi adsciuit.* 8 *Cæterum Valafridus, teste Vadiano, mediæ ætatis non contemnendus author, in uita D. Galli, Rhetis proximos & supra Acroniũ Rhenumq;, tũ & in occasum ad Tigurin*[redacted]*lacum, & Lemanum habitantes (vbi hodie longe lateque Heluetij dominantur) Alemanorum nomine censet. Hoc autem uocabulum recentius esse, quam Germanorum, Flauius Vopiscus his verbis in uita Proculi testator, Alemanos (inquit) qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contriuit.* § 9 *Fuerunt autem Alemani dicti, non à Lemano lacu, ut quidam putant, sed quod esset collectitia diuersorum hominum multitudo: allerley man, auss allen landen man. Id quod Agathius ex Asinij Quadrati authoritate docet, cuius verba refert author Commentarioli in Tacitum, de Germ. Alij tamen malunt Alemanos dictos esse, quia toti essent viri, ac plane viriles, ac fortes hõies.*

f Gothicus. § 10 *Gothi propriè dicti sunt populi, qui Germanici maris insulã Scandiã incoluerũt, & insignẽ ex Romanis victoriã retulere, circiter annũ Christi 259. superato Imp. Decio. Hi postea duce Alarico tentarũt inuadere Italiã, circa annũ Christi 407. & ante quinquennium potiti sunt vrbe Roma. Sed*

his

hos postea profligauit per suum Narsetem Iustinianus, circa annum Christi 560. occiso eorũ Rege Totila.

g Franciscus§ 11 Franci,§ ita dicti, q; sua tuerētur libertatē, primas sedes habuerint supra § Chroniã,§ in ea regione, quã Catti tennere, q nũc est Hessia. § Hi aũt duce Peudeberto Rege, vno die magna virtute fuderũt duos instructissimos exercitus, Iustiniani nempè, & Gothorũ, qui in procinctu erant, ut inter se dimicarēt de Mediolani possessione, Anno Christiano 536. 12 Sed annis deinde 22. elapsis, cũ per Italiã infesto uagarētur exercitu, duce quodã Bucilino, ppe Tarētũ superati sunt à Narsete, Iustinianei exercitus Imp.

h Germanicus§ 13 Post Drusum Claudij Cæsaris patrem (qui Germanici § cognomen primum sortitus est, & post res præclarè gestas in Germania mortuus est) Romani principes, si quicquã ex Germania attriuerũt, dicti sunt Germanici, adeò vt Herodianus hunc titulũ referat inter Imperatorios. Quod ad rationem uocis attinet, non alia uidetur esse Germanorũ, quàm Alemannorũ significatio, verumq; n. verbũ significat gentē prorsus virilē. Nã lingua Germanica, § aman et garmã § uocatã eũ, [l] qui totus vir est. Marcus tamē Tatius Alpinus, vir solidæ eruditionis, et inter Assessores Auditorij Imperialis, mihi collega nõ iniucundus, censet, q § Teutsche § sit gētile nationis nomē, à Deo Tuiscone. § Germani § verò, vel § Alemãni, § castrēse verbũ, apud eos fuerit, hodieq; sit, idq; ferè, quod apud Latinos ipsæ legiones, quę ex delectis Romanorũ ciuib. cõstabãt, ita & apud nos § Alemãni, § dicũtur, hoc est, oẽs viri, quod & p alterã uocē, § Germ. § hoc est, oẽs, atq; adeo toti uiri, æq; exprimitur, sicq; vt hodie dicimus, § gemusterte oder auserlesne knecht.

i Anticus§ 14 Vulgati codices habent § Atticus, § sed falsò. Quomodo. n. Iustinianus Atticum se inscripsisset, qui nullum cum Atheniensibus bellum gesserit, quinimò fidos & imperio parentes semper habuerit? Legendum itaque § Anticus, § ut textus Noricus habet, & Alciatus probat. 15 Erant autem § Antæ, § teste eodem Alciato, [m] Histri fluminis accolæ, quos in Romanas prouincias incurrentes, Iustinianus per Childibium ducem repulit, post aliquot annos duce Germano sororis suæ filio, ad internecionem fere deleuit, teste Procopio, [n] vt merito ab eis nomen § Antici, § sibi Imp. uendicauerit.

k Alanicus.§ 16 Alani cum Vandalis innixerant, nec minus efferi natura, Lucanus [o] uocat, duros æterni Martis Alanos.

l Vandalicus § 17 Vandali sono significatoq; suffragante, significãt aduenas seu peregrinos, et nouos homines, § vvandeln § enim germanica lingua usitatiss. & notissima, idē est, q peregrinari. Hi primũ solicitati à Stilicone, circa annum Christi 400. Gallias inuasere, deinde Hispanias, postea in Africã traiecerunt, ex qua euocatus ab Eudoxia Regina, Rex eorũ Gensericus, Romam perfide vastauit. Christianos ad Arianã hæresim cogere conatus est, atque immanem laniená & excarnificatione instituit. Huic in regno simul & tyrannide successit filius Honoricus Anno Christi 476. Honorico Gundamundus An. Ch. 484. Gundamundo Trasimundus An. Ch. 503. à quo ducenti uiginti Episcopi simul in Sardiniam exulatum missi sunt, quos Hildericus, bonus princeps, ac integer in Christiana religione, ab exilio reuocatos Ecclesijs suis restituit, An. Chr. 523. Hic à Gilimere per insidias captus, in carcerē coniectus, ac ignominiosè habitus fuit. Nec tamen Gilimer diu regno potitus est, sed per Bellissarium circa annum Christi 535. in Africa uictus & oppressus est, quem postea in triumphum Iustinianus noster Constantinopoli duxit.

m Africanus§ 18 Africanum se dixit Iustinianus, quia ex Africa Vandalos pepulit, vt iam dictũ est,

n Pius§ 19 Pius § inter alia is dicitur, qui erga suos non minus, atq; parens erga liberos, paternum atq; adeo officiosum gerit animum. 20 Et hoc cognomentum Antoninus Boianus primus à Senatu Romano accepit, ut Pius diceretur. Fuit enim Princeps clementissimus, & summus pacis amator, nec quicquã asperũ suis temporibus facere cogitauit. 21 sed potius, vt Capitolinus author est, illud Scipionis dictũ subinde in ore habebat: § Malle se unum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere. § 22 Decet autem hoc nomen maximè principem. Vnde illud. [p] § Leo rugiens princeps impius super populum pauperem. § Adhibenda tamen est moderatio, ne dum clementiæ habenas relaxamus nimium, uitia ac scelera fouisse censeamur. Hinc Romæ in Capitolio scriptum ferunt; § Parce victis, frange superbos. § Hinc etiam illud Poetæ, § Parcere subiectis, & debellare superbos.

o Felix,§ 23 Felix § inter cæteras acceptiones, & is dicitur, qui & prosperitatem habet, & cum fortunæ successu omnia gerit. Sic Virgilius, § Viuite fælices, quibus est fortuna peracta Iam sua. § Idque cognomenti vel potissimum Imperatoribus conuenit.

p Triumphator. § 24 Iustinianum enim triumphasse legitur de Persis, & Vandalis. Persas enim prælio fudit, cum transgressis limitibus Mesopotamiam, Cælesyriam & Syriã prædati sunt. Vandalos verò, populum Europę Septentrionalis omnium ferocissimum, cum Africam plus minus quinquaginta annis occupassent, duce Bellissario superauit. 25 Ceterum§ triumphandi modus, talis olim apud Romanos fuit. Victores primum corona laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem quatuor albi equi trahebant, Romam uehebantur, præcedebat Senatus, sequebatur Populus, post hũc ordo militaris. Ante currũ uictoris ibant duces victi, catenam ferream collo gestantes. Et primum omnium ad templum Iouis Capitolini, deinde per Vrbem atque domum reducebantur, quod antiquitatis cognoscendæ ergò indicasse sufficiat.

q Augustus§ 26 Augustum ab augendo dictũ esse, Accursius antiquitatis ignarus, falsò comminiscitur, in quem errorem plures deinde lapsi sunt. Sciendũ ergò, quod cùm veteres omnia ab auspicijs, siue augurijs inciperent, hoc est, ab auiũ volantiũ spectatione, pastuum ve garritu, putantes ita se intelligere, quid

l Vide Alc. lib. 10. Parerg c. 10.

m Lib. 5. Parer. 3

n Lib. 3. Gothi belli.

o Lib. 3.

p Prou. cap. 28.

faciundũ utiliter, quid ue fugiendum ob perniciem futurã esset; factũ esse, ut § Augusti § appellarentur Impp. quasi religiosa ueneratione, ac obseruatione digni, & bonis augurij admodũ profuturi Romanæ dictioni gubernandæ, sicq; ubiq; in titulis Iustiniani, & apud Iurisconsultos intelligendum est, Itaque nihil huc inepta quorundam interpretum argutiæ pertinent, quas circa hanc uoculam § Augustus § comminiscuntur.

In textum procemij.

1 *Qui præest Reip. legum & armorum scientiam habere debet.*
2 *Summa cuiusque Reip. tuitio ex armis & legib. prouenit.*
3 *Legitimi tramitesque dicantur.*
4 *Calumnia vnde deriuetur, & de eius significatione.*

a IMperatoriam maiestatem non solum armis *b* decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè possit gubernari: & princeps Romanus, nõ solum in hostilibus prælijs uictor existat, sed etiam *c* per legitimos tramites *d* calumnjantium iniquitates expellat: & fiat tã iuris religiosissimus, quã uictis hostib. triũphator magnificus.

a Per Imperatoriam § maiestatem intelligimus Principem Romanum, quem hodie Imperatorẽ dicimus Maiestas enim populi Romani amplitudo [a] *fuit, deinde Principis,* [b] *quãquam & amplificationis gratia Magistratibus interdũ reperiatur attributa,* [c] *atq; adeò priuatis, vt Xenocrati apud Valerium. Videbatur autem principem tantum circa arma versari debere, cũ & Gordianus* [d] *Imp. asserat, § Milites arma magis, quam iura scire oportere. §*

1 Sed quia duo omninò sunt Reip. administrandæ tempora, belli scilicet, & pacis, necessium est, illũ, qui in communi Reip. functione agere volet, vtriusq; temporis artes egregie tenere. Legibus enim domi in toga & pace vtimur, armis verò in bello opus est. 2 Hinc summam cuiusque Reip. tuitionem de stirpe duarũ rerum, armorum & legum, venisse, Iustinianus [e] *alibi etiã testatur. Istorum enim alterum alterius auxilio semper indiget, et tam militaris res legibus in tuto collocatur, quàm ipse leges armorũ præsidio seruãtur.* [f] *Cui sententiæ conuenienter dictum est, quod leges aut armis imperent, aut sane arma temperent, ac moderentur. Sic Iulius Pollux Principem, quem instituit, vult non modo* [illegible] *sed etiam* [illegible] *esse, qui videlicet leges salutares sciat co ndere, ac tueri. Nam & hoc esse proprium Principis munus, quod sit ei diuinitus demandatum, elegãter Iustinianus alibi scribit.* [g] *Sic prisci omnes scriptores uniuersã administrandæ Reip. rationem in duplices artes secuere, pacis uidelicet, & belli.*

b Decoratam. § Solent hic annotare quandam [illegible]*, qui hoc verbum magis ad leges, quam arma referri & pertinere putant. Sed Fran. Bald. censet, hoc aptius referri ad ipsam gloriam, & decus armorum peritiamq; rei militaris, quodam exemplo & imitatione Græcorum, qui sic utuntur uerbo* [illegible]*.*

c Per legitimos tramites. § 3 Idest, per ipsarum legum remedia, siue iuris iustitiæque viam ac rationem, vel potius, per Magistratus & Iudices, quorum curare est, ut leges seruẽtur. Siquidem nihil prodesset, iura in ciuitate habere, si non essent qui hisce uterentur, [h] *aut nolẽtes ad eorum obseruationem compellerent. Et hæc lectio probabilior videtur, ob id certè, quia tametsi Lex, eo ipso, quod quis committit delictum, pœnam condignam imponat, Lex tamen non exequitur pœnas, sed ipse Iudex.* [i]

d Calumniantium. § Idest. delinquentium. 4 § Calumnia § à Calua, caluis, dicitur, quod est, decipio, frustror, ducta metaphora à caluis militibus, qui solebant esse derisui. Hinc fit, quod generalissimò nonnunquã pro omni malitia quomodolibet admissa intelligamus calumniã, sicut hoc loco. Quo pertinet, quod Cicero [k] *alibi, § Existunt § (inquit) § sæpè iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida atque malitiosa iuris interpretatione. Aliàs verò trahitur hoc uerbũ (calumnia) ad iudiciarias* [l] *res, & dicitur, alicuius in litibus per fraudem & frustrationem vexatio, siue agatur, siue excipiatur, siue differatur negotium malitiosè.*

a Cic. in Rhet.
b ff. & C. ad l. Iulia. in maiest.
c l. pen. de iust. & iur.
d l. scimus. 22. C. de iur. delib.
e de Iust. Cod. conf. in princ.
f Fac. l. qui restituere 68. De rei uen. l. si qs in hoc 10. C. de Epis. & cl. l. 3. §. miles. de re mil. l. aduocati 14. C de adu. diu. iud.
g in Nouel. 73. edit. Haloād.
h l. 2. § post originé, de orig. iuris.
i l. 1. §. 1. ibi gl. ad S.C. Turp.
k Lib. 1. Offic.
l Vide quæ ipse annotaui i Rub. Extra de iura. cal.

§. Quorum vtramque

1 *Argumentum huius §.*
2 *Quæ bella confecta sint à Iustiniano.*
3 *Leges promulgatæ.*
4 *Leges compositæ.*
5 *Quo ordine Iuris ciuilis libri sint editi.*
6 *Antiquus Codex Iustiniani, qui Iustinianæus est dictus.*
7 *Pandectarum in vulgatio.*
8 *Pandectæ quare sic dictæ.*
9 *Institutionum compilatio.*
10 *Nouus Iustiniani Codex.*
11 *Nouellæ Constitutiones, siue Authenticorum liber.*
12 *Feudorum Consuetudines.*

a Quorum vtramque viam cum summis vigilijs summaque prouidentia, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros, Barbaricæ gentes sub iuga nostra redactæ cognoscunt: *b* & tam Africa, quam aliæ innumeræ prouinciæ *c* post tanta temporum spacia, nostris victorijs à cœlesti Numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostroque additæ Imperio protestantur.

stantur. Omnes verò populi legibus tam à nobis *d* promulgatis, quàm compositis, reguntur. *e* Et cum sacratissimas Constitutiones antea cõfusas, in lucculentam ereximus consonantiam: tùm nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina: & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, cęlesti fauore iam adimpleuimus.

a Quorũ vtramq; § Iustinianus, ne posteris, & futuris Principibus durius quiddam præscripsisse videretur, se circa vtrumque tempus, & belli & togę grauiter elaborasse ostendit. Et primum quidem suos labores circa res bellicas ostendit, deinde, quanto studio in restituendo iure ciuili vsus sit, recenset.

b Et tã Africa. § Quę bella cõfecerit Iustinianus, Paulus [a] *Diaconus, Blondus,* [b] *et Procopius* [c] *vberrimè scribunt; quę omnia huc congerere, extra propositum, ac fortè etiam tędiosum foret. Nonnulla etiã in Codice* [d] *referũtur. 2 Primum autem Parthica bella æterna pace sopiuit. Deinde Gothos & Vandalos gentem immanem, aliquoties cum in Italia, tum in Africa fudit ac profligauit. Præterea, Carthaginem cum Lybiam, annis plus minus centum quinquaginta à Vandalis occupatam, gloriosè per Belisariũ ducem recuperauit, & Imperio Romano iterum adiunxit. Denique & alias multas prouincias, ab eo subiugatas fuisse, historię passim clamant.*

c Post tantu temporum spacia. § Nam quod ad Africam attinet, fuerat ea iam ferè 156. annis occupata à Vandalis, cum à Iustiniano restituta est Imperio Romano, vt & suprà diximus.

d Promulgatis. § 3 Leges tum promulgari dicuntur, cum primum in vulgus eduntur. ideo § promulgatas hic leges vocat, quas ipse edidit, atq; inuulgauit. Suetonius in vita Iulij. § Romani § (inquit) § veteres suas leges iure Decemuirali promulgatas, atque in ęs incisas, in ærarium condebant.

4 Compositas § verò leges intelligit, quas retro Principes, & Iureconsulti ediderunt, sed ipse Imp. in ordinem coegit. Nam § componere, § inter alia, est prius inuentum in melius reformare. Sic cũ Lex [e] *dicat, [illegible] Papyrio plures fuisse leges sancitas, § Papyrio tamen omnes adscribũtur, quia omnes composuit, [illegible] velut symphoniam & consonantiam reduxit.*

e [illegible] cum sacratissimas. § 5 Quo ordines iuris ciuilis libri, quibus hodie vtimur, vulgati fuerint, necesse [illegible] cognoscere. Ita enim apparebit, quib. velut postremis legib. potissimũ fidẽ facere debeãmus, [illegible] contrarię leges [f] *occurrerint. Sic ergo se res habet. 6 Diuus Iustinianus infinitis legũ commentarijs, & immensę iuris ciuilis difficultati remediũ positurus (id quod olim Pompeius Magnus & Iulius Cęsar [illegible] nisi bellis impeditus fuisset, facere in animũ sumpserat) Indictione septima Imperij sui, hoc est, anno Christi 531. maximè eorũ, qui ab Adriano & Antonino Pio in suam vsq; ætatem, summã rerũ gubernarũt, cũ essent dispersę in tres Codices,* [g] *Gregorianum, Hermogenianum, & Theodosianũ, intolerabiliq; dissimilitudine inter se pugnarent, reiectis inde inutilib. & superadditis necessarijs, in unum corpus & volumẽ digessit; idque opera Triboniani, Dorothei, Theophili, & id genus hominũ doctissimorũ.* [h] *Quem quidẽ librũ, vt plus ponderis atq; authoritatis obtineret, suo nomine § Iustinianeum Codicẽ § inscribi voluit, qui tamen hodie non extat. 7 Deinde quinto post anno, nimirũ Indictione duodecima, innumera Iurisconsultorũ scripta, quę in* [i] *duo millia librorũ, & tritiees millia versuũ propagata habebãtur, in quinquaginta libros redegit; 8 eis nomen § Pandectarum, § siue, § Digestorũ, § imponẽs, quia* [k] *essent totius iurisprudentię quędam quasi receptacula. 9 Quibus peractis, eodẽ tempore ex Pandectis & Codice, multisq; veterũ cõmentarijs, collegit quatuor § Institutionum § iuris ciuilis libros, qui fores quodammodo aperiãt, ad penetralia iuris ingredi volentib. 10 Post Indictione decimatertia, Anno scilicet Christi 536. ad prioris Codicis emẽdationem, & secundã eius editionẽ manum admolitus est, atq; ipsum longè emendatiorẽ denuò edidit, addjtis de integro multis nouis Constitutionib. quę in priore editione non habebantur: detractis itẽ quam plurimis, quę ad id vsque tẽpus firmiter in Iudicijs obtinuerant. Et is est Codex, quem hodie iter reliquos iuris libros habemus. Vnde in eo* [l] *Iustinianus aliquoties mẽtionem facit Institutionum iã cõpositarũ, & contra, in hisce Institutionum libris, nõ semel Constitutionum meminit, quas in Codice suo extare refert, cũ nihilomagis extent. 11 Postremo, [illegible] is hoc est, Nouellas Cõstitutiones (quę vulgò § Authenticorum librum § nuncupant) prętantissimam, & maximè necessariã iuris Ciuilis partẽ, protulit, quas solas merito aliquis, ciuilium legum colophonem & columnã* [n] *dixerit, vt quę solę reliquo iuri Ciuili authoritatẽ addant, solę detrahant, solę nouam formam & normam attribuant. 12 Adde (si lubet) prędictis Ciuilis prudentię libris Feudorum Consuetudines, quas veteres appellare solebant, § Iura militiarum, § & Imperator [illegible] vocat. Hi libri pręter hoc, quod alium habẽt authorem, Ius Consuetudinarium continẽt.*

a In uita Iust.
b Ab incl. imp. decad. 1. li. 3. c. 77.
c De bello Par.
d l. 2. in pr. C. de veteure enuc & l. 1. in princ. C. de off. præf. Pret. Afr.
e l. 2. §. deinde, de orig. iuris.
f l. nõ est nouũ. 25. & l. seq. ff. de legibus.
g l. 1. C. de nouo C. faciẽdo.
h quorũ nomina habes in d. l. 1. §. ideoq;.
i l. 2. §. omnia. C. de ueteri iure enucl.
k Gell. lib. 11. Noct. Attic.
l 2. Vt in tit. de Iust. C. emen. & l. meminimus, in pr. de legit. hered.
m §. legatar. inf. de ecl. ord & §. sed nec huiusmodi, inf. de legat.
n Haloand. in Præf. Nouel.

§. Cumque hoc.

1 De Triboniano nonnulla.
2 Quæstor idem quod Exquæstor, Consul quod Exconsul, & sic de similibus.
3 Quæstoris appellatio variè apud veteres vsurpata.
4 Origo Quæstorum.
5 Quæstorum varia genera.
6 Quæstores Vrbani.
7 Quæstores Aerarij.
8 Receptores.

9 *Quæstores parricidij.*
10 *Quæstores candidati.*
11 *Cancellarij quæstoribus candidatis similes.*
12 *Quatuor dignitatum nomina.*
13 *Alciati lectio ad hunc locum.*
14 *Vetus lectio defensa.*
15 *Institutiones quid?*
16 *Liber hic barbarè Instituta dicitur.*
17 *De tempore studendi in iure ciuili.*

Cumque hoc Deo propitio peractum est: *a* Triboniano viro magnifico, Magistro et *b* Exquæstore Sacri Palatij nostri et Exconsule, necnon Theophilo et Dorotheo, viris *c* illustribus *d* Antecessoribus (quorum omnium solertiam, et legum scientiam, et circa nostras iussiones fidem, iã ex multis rerum argumentis accepimus) conuocatis, mandauimus specialiter, ut ipsi nostra authoritate, nostrisque suasionibus *e* Institutiones componerent: vt liceat vobis prima legum cunabula non ab *f* antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere: et tam aures, quam animi vestri nihil perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumenti, accipiant. Et quod priori tempore vix post *g* quadriennium prioribus contingebat, ut tunc Constitutiones Imperatorias legerent: hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, vt et initium uobis et finis legum eruditionis à voce Principali procedat.

a *Triboniano.*} 1 *Fuit hic genere Pamphilus, Macedoniani cuiusdam filius, vir ingenio miti atque humano, singularique omnium artium doctrina imbutus. Eum tamen Suidas Græcus author (teste Budæo* [a] *) appellat omnis religionis contemptorem, & qui Iustiniano persuaserit, mortem eum non oppetiturũ, sed cum carne in cœlum assumptum iri. Sed hæc quis credat incerto authori? cum contra stet scriptor grauis eorum temporum Procopius,* [b] *vt eum allegant Rutilius, vir doctus: nec Iustiniani optimi, & vel ipsius Suidæ testimonio, religiosissimi principis prudentia, & pietas passura fuisset, nedum alitura & prouectura eiusmodi monstrum.*

b *Exquæstore.*} *Quæstores sacri Palatij sub Imper. Constantinopolitanis erant, qui petitionibus subscribebant; vel etiam responsa reddebant. & (ut paucis complectar) qui leges dictabant, precesque ac responsa subnotabant.* [c] *Et in tal. fuisse apud Imp. Iustinianum dignitate Tribonianum constat. Cæterũ, an Exquestor a Quæstore differat, Exconsul à Consule, Expatritius à Patritio, & si quæ sunt dignitatũ similia nomina, q̃ præpositionis cuiusdã additamẽto scripta reperiũtur, exactè Alciatus* [d] *examinat. 2 Ego crediderim, Quæstorẽ idẽ esse quod Exquæstorem, Cõsulẽ quod Exconsulẽ, & sic de cæteris: temporumq; uitio, quæ iam in barbariem dilapsa fuerat, hanc Latini sermonis inductam corruptelam. Et huius quidem rei argumentũ est, quod Iustinianus alibi* [e] *Tribonianum, nunc Exquæstorem, nunc Quæstorẽ* [f] *indifferenter appellat. 3 {Quæstoris} autem appellationem apud priscos variè vsurpatã fuisse, authores passim docent: quorum & origo antiquissima fuit,* [g] *& ferè ante omnes alios Magistratus. 4 Nã hi Regibus adhuc imperantib. instituti fuerunt, populiq; suffragio creati: & deinde anno 63. post exactos Reges sunt primũ creati, Valerius Posthumus, & Aemilius Mamercus, quibus res militares committebantur. Mox rebus Imperij accrescentibus, subinde alij adiecti sunt: atq; ita deinceps illorum auctus est numerus pro Imperij exigentia, ut ad uiginti excreuerit. 5 Varij autem generis fuerũt: quidã enim in hoc creati sunt,* [h] *vt prouincias sortirentur, & hi cum Imperatoribus mittebantur ad administrandam rem pecuniariam, prædãque ac manubias in rationes publicas referendas: sicut ex multis T. Liuij locis patet. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos, Prætoremq; suo Quæstori* [i] *parẽtis loco esse oportebat. Nostro tẽpore Thesaurarij bellici appellantur, vulgo {Zalmeister.} 6 Erant & alij Quæstores, {Vrbani} dicti, qui Ærariũ curabant, atque pecunias, singulaq; accepta & expensas in tabulas publicas referebant: qui hodie dicuntur præfecti Ratiociniorum {Rendtmeister.} 7 Erant & {Quæstores Ærarij,} qui multas (nostrate lingua {freuel Zuchtbussen}) pro emendatione delictorum recipiebant. 8 Vnde etiam {Receptores} dicuntur. Vt sunt apud nos in Municipijs præfecti minores, {die vnderuogt.} 9 Fuerunt item {Quæstores parricidij,} quorum meminit lex duodecim tabularum, qui causis capitalibus præponebantur,* [k] *quasi earundem quæsitores. Hodie malefaciorũ iudices sunt tales, & qui cẽsentur Pontificio iure Inquisitores. 10 Postremo {Quæstores candidati} dicebãtur, qui libros Imperatorios, ac litteras legebant, summoq; in honore erant,* [l] *cãdida veste, integritatis insigni conspicui. 11 Huic magistratui Cancellarios similes pene esse, Pyrrhus cõtẽdit: atque hoc munere functus est apud Iustinianũ Tribonianus, inter Togatos primus, ut est apud Suidã.*

c *Illustribus.*} 12 *De quatuor dignitatum nominibus, quorum hic Accursius mentionẽ facit, adeundus est Alciatus:* [m] *qui ea de re vulgo receptã sententiã, longe lateq; à vero abesse, multis argumentis cõuincit, longe alia de dignitatũ ordinibus & pulcherrima tradẽs, ad quẽ breuitatis cã studiosum Iuris remitto.*

d *Antecessoribus.*} 13. *Alciatus* [n] *existimat legendũ hic esse, assessoribus: maximè cum Procopius* [o] *ita scriptum reliquerit: {Tribonianus Pamphilius. Imperatoris Paredrus, quem Magistratum Romani Quæstorem, Latini Iurisconsultum vocant. παρεδρον, autem Græcè, Latinè assessorem dici, nemo est qui*

vel

a In l. vlt. ff. de ædi. edi. Alc. lib. 3. dispũc. c. 11. & lib. 4. dispunc. c. 7.
b lib. 1. de bell. pers.
c Nouell. 53. & 114. l. vlt. de diu. rescr. C.
d lib. 4. dispun. cap. 4.
e l. tanta 2. in pr. C. de ueteri iure enucl.
f l. Maximũ vitium 4. C. de lib. potest. §. Dedititios infra De Liber.
g Autor Corn. Tacit. lib. 11. Annal.
h de quib loquur tit. De of. Quæst.
i Cic. in lib. De diuin Pli. lib. 4. Epist. ad Fund.
k Ascon. Ped. in Tert. act. Cic. Zas. l. 2. §. Et quæ vidimus De orig. iur.
l De quib. Suet. Tranquil. in vita Augusti.
m Li. 3. dispũc. cap. 4.
n lib. 3. dispũc. cap. 12.
o libro 1. belli Pers.

vel ex Lexico discere non possit. 14 Ego a veteri lectione difficulter recedo, cum ne in vno quidem loco, eos assessores dici, hactenus inuenerim. Ferrarius putat, Iustinianum suos Iurisconsultos ea ratione ‹ Antecessores › nominasse, quia Principem functionis ergo in publicum antecedebant. Mihi verisimilius videtur (quod Bald. etiam voluit) hanc vocem effictam esse imitatione Graecorum, apud quos προηγεῖσθαι per metaphoram significat, praeeundo & docendo deducere discipulum in alicuius artis penetralia, quasi dicas προδιδασκεῖν Itaq; per ‹ Antecessores, › Iuris professores intelligit: item peritos legum, etiamsi professores non sint, ab honore, quod alijs, qui ius non didicere, antecedant. Sic Apostolos principes Tertull. ‹ Antecessores › vocat lib. 1. ‹ Tunc primum cum Antecessoribus Apostolis conferebat. Paulus IC. p *Antecessorem › accipit etiam pro iudice praecedenti & priore.*

p in l. edictum. 55. de lud.

e *Institutiones › Rectè sic nuncupatas. 15 quoniam Institutiones sunt praecepta, quibus instituuntur homines, atque docentur. Sic etiam libri Institutionem Oratoriarum a Quintiliano sunt editi. 16 Nam quod plerique librum hunc, ‹ Instituta nominant, planè absurdum est, & à Latini sermonis proprietate alienū. Siquidem › institutum, › bonum morem, consilio & ratione sumptum, significat, & domesticam disciplinam, quae literis non mandantur, sed obseruantur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. Vnde apud Valer. Max. extat titulus, de ‹ Institutis, id est, bonis moribus.*

f *Antiquis fabulis. › Id est, incertis, falsisq; traditionibus, cuiusmodi multas suo tempore fuisse sparsas a quibusdam improbis & adulterinis Doctoribus Caesareae & Alexandriae, conqueritur alibi Iustinianus.*

g *Post quadriennium. › 17 Erat enim hoc tempus olim praestitutum legalibus studijs, sed vsque adeò praepostero ordine, vt eo elapso vix possent studiosi intelligere Principum Constitutiones: Iustinianus aliā methodum instituit, praefixitque absoluendo Iuris ciuilis studio quinquennium: quam rem Iustiniani praefatio in Pandectas latius indicat.*

§. Igitur.

1 *Pandecta vnde dicta.*
2 *Digesta quid.*
3.4 *Pandectarum libri quare per duplex, ff. designetur: & quid significet paragraphus.*
5 *Institutiones quare elementa iuris dicantur.*
6 *Quis ille Caius fuerit, cuius hic meminit Iustinian.*

a Igitur post libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum, in quibus omne ius antiquum collectum, quod per eūdem virum excelsum Tribonianum, necnō caeteros viros illustres & facūdissimos cōfecimus: in quatuor libros easdē Institutiones partiri iussimus, vt sint totius legitimae sciētiae prima b elementa, in quib. breuiter expositum est, & quod ante obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatū est. Quas ex omnibus antiquorū Institutionibus, & praecipuè ex Cōmentarijs c Caij nostri, tam Institutionum, quàm rerū quotidianarum, alijsque multis Cōmentarijs cōpositas, cum tres viri prudentes praedicti nobis obtulerūt, et legimus, et recognouimus, et plenissimum nostrarū Constitutionū robur eis accommodauimus.

a *Igitur › 1 Hinc discendum est id, cuius supra quoque commonui, hosce Institutionum libros post Pādectarum compilationem fuisse compositos. 2 Caterū, hallucinatur Accursius in explicatione dictionis, Pādectae: dum eā à decte deriuari putat, destitutus Graecae linguae cognitione; δεκτὴν enim illi medicum dicunt. 3 Deducitur aūt ἀπὸ τῶν πᾶν δέχομαι, quod est, totū & cōtineo: quia Pandectae* a *omnia antiqui iuris genera complectuntur, Latino vocabulo Digesta. Aul. Gel.* b *in Noct. lib. ‹ Tullius › (inquit) Tyro Ciceronis libertus, libros de varijs & promiscuis quaestionibus composuit, quos Graeco vocabulo Pandectas, hoc est promiscua omnimoda continentes libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus comprehendentes. ›* c *Idem: › Sunt qui suos libros Pādectas quasi omnium receptacula inscripserunt. › 4. Et hic non incommodè admoneri possumus, quid in causa sit, quod cum Digestorum siue Pandectarum aliquem locum allegare uolumus, librum ipsum per duplex, ff. signemus. Huius rei rationem Alciatus* d *doctè tradidit: ‹ Cum responsa › (inquiens) › hac Iurisprudentum tanquam in Centonem quendam Tribonianus redegisset, operi & Digestorum & Pandectarum nomen imposuit: & quoniam Graeci ipsi consarctores fuerant, verisimile est, eos solitos sub Graeco nomine Pandectarum librum ipsum adducere. Cum itaque primam tantum notam (π̃) cum accentu circumflexo describerent, nostri Latini eos imitabantur; sed scriptores librarij, qui literas ignorabant, existimauerunt esse binas, ff. in quam figuram facilè fuit, adiecto vnco, Graecam notam deprauare. › Et hinc mala haec consuetudo inoleuit. Sic etiam vsu receptum est, vt paragraphum Iuris per huiusmodi notam, §. designemus, quemadmodum Alciatus lib. 3. Dispunc. pulchrè docet. Paragraphum autem à veteribus Graecis accepisse videmur, qui παραγραφὴν quandoque appellant notam quandam, aut signum margini adscriptum: sic paragraphus Iuris fit, cum praecedentia complectentes, ad alia transitum facimus.*

a l. 2. §. quod cęlesti. C. de veteri iure enuc.
b lib. 12.
c lib. vlt. Noct. Attic.
d li. 5. Dispun. c. 16.

b *Elementa. › 5 Quemadmodum enim ‹ elemēta › omnium generabilium & corruptibilium quaedam sunt principia naturalia: ita Institutionum libri omnium iurium. Sic lex Mosis, & omne vetus Testamentum ab Apostolo elementum dicitur, quasi abecedarijs & religionis exordijs Deū Opt. Max. discamus. Et no-*

tas etiam literarum scriptores elementa vocant, eo quod sint principia orationis.

c Caij: § 6 Quis illo Caius fuerit, difficile est conijcere, cum multi fuerint hoc praenomine Iuriconsulti, & eius nomen nusquam addatur. Circumferuntur tamē hodie duo etiamnum libri illius Caij, eumque Christianum fuisse Baro ait, & id liquere ex indice Iustiniani ad Digesta.

§. Summa.

1 *Noui Iustinianei.*
2 *Iura sine labore non addisci.*
3 *Iurisprudentiae finis.*
4 *Constantinopolis olim Imperatorum sedes.*
5 *Pater patriae.*
6 *Principes olim Consulatum ambiuisse.*

a Summa itaque ope, & alacri studio has leges meas accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostendite, vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis *b* gubernari. *c* D. CP. XI. Calend. Decemb. *d* D. Iustiniano *e* PP. *f* III. COS.

a Summa itaq; ope. § Epilogus est superiorum, in quo Imperator intelligens honore ali artes, iuuentutē ad suarum legum studium excitat, magna illi laborum praemia, & pulcherrimum finem atque vsum horū studiorum pollitendo. Suo equidem satisfacit muneri Princeps optimus, qui haec legum rudimēta mira breuitate conspicua legitimae scientiae tyronibus 1 (quos etiam à suo nomine §nouos Iustinianeos§ nuncupare non est dedignatus) proposuit: superest vt adolescentes iuris studio addicti, quantum conniti animo possunt, quantum labore contendere, efficiant, vt alacri cupidoq; animo legalem hanc disciplinam ingrediantur, nec impetu quodam nouitatis capti, facile incipiant, facilius desinentes. 2 Pertinaci enim nixu, labore indefesso iuris ciuilis ardua peruadere volenti, opus esse, nemo ambigit.

b Gubernari. § 3 Reip. gubernatio est verus Iurisprudentiae scopus ac finis. Vnde Arist. lib. 1. Ethic. lo
a l. De iust. & iur. *quens de hac philosophia τὸ τέλος, inquit, οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Ideoque [a] Vlpianus scribit, § hanc vndiq; esse veram nec simulatam philosophiam. §*

c D. CP. § 4 Id est, datum Constantinopoli, vbi olim fuit sedes Regia Imperatorum Orientis: Nunc ab immanissimo Turca possidetur, primumque occupata fuit anno Christiano 1453. per Mahumetum huius nominis secundum.

b Nou. Vt praepo. nomen Imp. in prin. *d D. Iustiniano. § Iustinianus in Nouella. [b] quadam sua constitutione statuit, ut annotarentur tempora per Imperatores, sicut olim per Consules solebant.*

c Vide Alc. in annot. ad Tacit. *e P. P. § 5 Id est, Pater patriae: meruit hoc cognomen primus Cicero: deinde factum est omnibus imperatoribus promiscuum, vt ait Tacitus [c] lib. 11. Sunt autem § Patres patriae § ideo dicti, quod eam quam patres in filios potestatem, ipsi in ciues haberent, qua de re Seneca lib. 1. De Clementia, vberrimè scribit.*

f III. COS. § Id est Tertium cōsule. Ita enim has notas exemplificandas esse, Gellius c. 1. lib. 10. docet. 6 Nō erubescebāt aūt olim, & ipsi principes ambire & gerere Consulatus, sicuti & alia publica munia.

DE IVSTITIA ET IVRE TIT. I.

In Rubricam & princip. tit.

1 *Hic titulus quare caeteros praecedat.*
2 *Ius à iustitia deductum.*
3.4 *Iuris & iustitiae propria significatio.*
5 *Optima traditio à definitione proueniens.*
6 *De qua iustitia hic agatur.*
7 *Iustitiam ciuilem sine politicam duplicem esse.*
8 *Iustitia vniuersalis.*
9 *Particularis iustitia, eiusque diuisio.*
10 *Iustitiae definitio explicatur.*
11 *Notitia in animis hominum à natura insita.*
12 *Animus perpetuò improbat iniusta.*
13 *Iustitia quare dicatur constans & perpetua voluntas.*
14 *Vlpianus improuidè à Rodolpho Agricola notatus.*
15 *Sicut quaque virtus, ita & iustitia habet suum proprium.*
16 *Iustitia alienum bonum dicitur.*
17 *Iustitia tribuit cuique quod suum est, id est, meritum.*

18 Praemio

18 Præmio ac pœna omnis constat Respublica.

19 Iustitia commutatiua & distributiua quomodo suum cuique tribuat.

Iustitia est constans & perpetua voluntas, ius suum cuiq; tribuendi.

RECTE. 1 *Iustinianus volens tradere iuris sapientiã, ab ipsa auspicatur iustitia: quandoquidem ad iuris cognitionẽ illam prius oportet cognoscere, à qua velut matre & fonte quopiã omnia iura dimanant. 2 Iuris n. vocabulum à iustitia deduci ac appellari, sicut effectum à sua efficiẽte causa Vlp.[a] quoq; scribit. Loquitur autẽ ipse vulgariter, sentiens iustitiam esse virtutem, quæ cũ lege naturali sic semper cohærcat, vt propemodum ius à iustitia dici videatur, neq; sit operæ precium de tẽporis (vt dicunt) proprietate, aut de verborum structura tam curiosis argutijs disputare, vt quidam faciũt. 3 Nam si de propria[b] significatione, & eminentissima iuris & iustitiæ proprietate loquamur, tũ rectè dicemus, vt & in Ethicis Aristoteles scribit, § ex iure enasci iustitiam. § 4. Est. n. § Ius, § iste naturalis, & diuinæ rationis ductus, & naturæ formula, quæ nobis à Deo in creatione insculpta est. § Iustitia § verò est executio & obtẽperatio iuris, p voluntatẽ prodeuntẽ ad opera honestatis: quod Accursius[c] non perpendens prorsus inuertit. 5 Quoniã verò optima est traditio, quæ à definitione, proficiscitur, per quam planè intelligimus, quid sit id, de quo agẽdũ est: ideo Iustin. Iustitiæ definitionẽ præmittere voluit, elegantẽ sanè & plenam eruditionis. 6 Priusquã autem eam discutiamus, cum primis sciendum est, 6 hic agi de externa quadam & ciuili, siue politica iustitia, quæ tantum pertinet ad formandos in hac vita politicos mores; nec aliud exigit, quam exteriorem quandam honestatẽ, vt sit in tuto Reip. tranquillitas: 7 Hanc iustitiam post Aristotelem philosophi duplicem esse tradũt: vnam, quæ virtutes omnes complectitur: alteram, quæ vna virtutum est. 8 Prior § vniuersalis iustitia, § quã etiam § legitimam § vocant, mater est virtutum, & cũ omni virtute cõcurrit, adq; ea omnia pertinet, circa quæ vir bonus versari potest. Hanc Iurisconsulti nõ considerãt, nec de ea loquitur hic Imperator. 9. Altera dicitur § iustitia particularis, § quæ priuatim ad alium est, & ab alijs virtutibus specie distat, nec habitu minus, quàm reliquæ virtutes, comparatur. Et hæc iustitia ab Arist. diuiditur in § distributiuam, § quã appellat διανεμητικὴν, & § commutatiuam, § siue ἀλλακτικήν. Prior pertinet ad præmia & pœnas distribuẽdas, pro ratione & varietate meritorũ: altera versatur circa contractus, & æqualiũ rerũ permutationes, paresq; cõpensationes. Hinc igitur § particularẽ iustitiã § definit[d] hic Iustinianus ex[e] Vlpiano, aitque § eam esse constantem & perpetuam voluntatem, ius suum cuique tribuendi. § 10 Quæ definitio ab effectu, seu officio conflata est: hoc enim efficit iustitia, vt cuique reddatur ius suum. Est igitur iustitia, § voluntas constans & perpetua: § idest ἕξις siue habitus animi, volentis & incitati ad suũ cuique tribuendum certo animi iudicio, hoc est, certa ac perpetua notitia naturali, aut certè notitijs, quæ sunt consentaneæ illi naturali iudicio. 11 Sunt enim in animo cuiusque (vt Cicero ait) paruæ quædã notitiæ rerum maximarum, quas cùm sequitur voluntas in agendo, iustè agit: ad instar architecti habentis formã ædificij in animo, quam cum sequitur, rectè ædificat. Et illæ notitiæ sunt perpetuæ & immutabiles. Quanquam enim negotia & casus varient, habeatque subinde homo lubricos affectus: tamen retinet mẽs certas illas & immutabiles notitias diuinitus illi impressas; ex quibus indicare potest (ad habitum enim, non ad actum respicimus) quid sit iustum: & cum his obtẽperat voluntas, iustè, cùm repugnat, iniustè agit, ac planè tyrannidem exercet. Porrò sicut oculi naturaliter vident, ita animus naturaliter sentit: & sicut corpus non potest non dolere, cùm vulnus accipit. 12 ita animus perpetuò improbat, quoties alicui suum ius non tribuitur. 13 Sic ergo § iustitia est constans & perpetua voluntas § homini insita, quæ non vult non tribuere cuique suum, abstinere ab alieno: adeò quidem, vt etsi à iustitiæ formula quis declinet, alterum lædat, tamen nihilominus iustitia in se maneat, vbique sui similis, & immutata. Neque enim, si quis recedat à iustitiæ dictamine, id fit vitio iustitiæ, sed praui ac scelerati hominis peruersa natura, qui immemor seminis iustitiæ, alterum offendit. 14 Ex prædictis satis liquet, Rudolphum[f] Agricolam imprudentè notasse Vlpianũ, quasi iustitia non esset constans & perpetua voluntas. Equidem, & Cicero[g] Iurisconsulto nostro cõsentit; aßentiũtur huic definitioni et Peripatetici omnes, post Aristotelem, vt apud Alciatum[h] videre est. Cæterum quod in definitione subijcitur, 15 § Ius suum cuique tribuendi: § hoc propriũ munus est, & quasi insigne iustitiæ, per quod ab alijs virtutibus secernitur. Sicut enim propugnare insta, est proprium constituens fortitudinem:[i] sermone & gestu seruare decorem, est proprium cõstituens modestiam, sicque de alijs virtutibus: ita suum cuique tribuere, est proprium, constituens Iustitiam. 16 Proinde vna omnium virtutum iustitia, alienũ bonum esse dicitur; quoniã ad alium pertinet: quippe multi in proprijs virtute vti potuerunt, nihil quod vitio verti posset, admittentes: at verò in ijs, quæ cum alio trãsigenda sunt, non itẽ. Possum enim mihi ipsi esse prudens, fortis, modestus: at iustitia, nisi ad aliũ referatur, non erit virtus. Quapropter, nemo iustus erit, nisi in alterum, tribuendo ei, quod suum est: in quo omnium legum ratio consistit. 17 Porrò, non ineptè exponit Accursius, § ius suũ, § hoc est, meritum: quia iustitia tribuit cuiq;, & quod ipse meruit, siue præmio afficiẽdi sint boni, siue pena mali: 18 his. n. duobus, præmio scilicet & pena, omnẽ constare Remp. Solon dicere solebat. Et Demosthenes contra Leptinem, nõn facilè Remp. consistere probat, vbi non est præmiũ Virtuti propositũ, & pena Sceleri. Ac proinde rogatus Antisthenes, quæ res ciuitatibus portẽderet exitiũ? § Cũ in his, § inquit, § non est bonorũ discrimen; § sapienter ille quidẽ:[k] nam rectè factis præmia, peccatis autem supplicia debentur. Vnde Aristot. Iustitiam vocat virtutem, cuique sua tribuentem*

a l. 1. de iust. & iure.

b Hæc ex Old. in tra. de iure nat. gent. & ciuili.

c Hic, & in Rubric. ff. eodẽ.

d lib. 5. Ethic.

e in l. iustitia, 10. De iust. & iure.

f li. 2. de Inuẽt. Dialect.

g lib. 2. de Inu. & li. 3. ad Heren.

h lib. 1. Parerg. c. 31.

i Cic. lib. 5. de Finib.

k Vide Cic. lib. 2. de Natur. Deor.

tem merita. Et Astræam Iouis filiam, ad patris latus collocatam, & criminum pœnas continuò exigentē, vt qui plectitur melior fiat, vel aliis exemplo sit, veteres sunt [l] *fabulati.* 19 *Porrò vt duplex est Iustitia, ita hic duplex intelligitur ratio tribuendi ius suum cuique: nempè, in distributionibus pœnarum & præmiorum pro meritis, & in commutationibus rerum, ne cui fiat iniuria, & seruetur æqualitas. Et hæc ad definitionis explicationem hactenus.*

l Plato in Gorgia.

§. Iurisprudentia.

1 *Iurisprudentia quid doceat.*
2 *Explicatur Iurisprudentiæ definitio.*
3 *Ius ciuile aliud diuinum, aliud humanum.*

Iurisprudentia est diuinarum atque humanarū rerū notitia, iusti atque iniusti sciētia. Quia Iurisprudentia est scientia, *quam Iurisconsulti iustitiæ exequendæ gratia profitentur, ideò eius definitio subiciēda* [a] *erat, quæ à partibus sumpta est.* 1 *Doceat autem* {*Iurisprudentia,*} *quomodo cognoscamus Ius: id est, quomodo iudicare possimus, vtrum causa, quæ in controuersiam venit, æqua sit vel iniqua, quidq; Iuris cuique tribuere conueniat.* 2 *Dicitur autem* {*diuinarum,*} *propter ius diuinum, quod de reb. Sacris, Sacerdotib. & Magistratib. agit. Est.n. Iurispr. rerum diuinarum noticia, non quatenus Euangeliū notitiam diuinam tradit, sed quatenus inter homines exteritis ritibus res diuinæ tractantur: quarum obseruatarum cognitio olim penes Collegiū Pōtificū erat, qui non modo decernebant, quib. hostiis, quo die, quo ritu, à quib. & in quo templo sacra fierent, verum de Iure etiam tum respondebant, vt ex Tito* [b] *Liuio, & Pōponio* [c] *colligitur. Additur,* {*Humanarum:*} *propter Ius humanum & Politicum, quod fontes tractandorum negociorum ciuilium aperit.* 3. *Sic.n. ius ciuile à materia has differentias sortitur, quod aliud sit Diuinum, aliud humanū: quod & Caius* [d] *secutus, summā rerum diuisionem in duos articulos diduxit, alias diuini Iuris esse tradens, alias humani.*

a d. l. iustitia, 10. De iustitia & iure.
b lib. 1. ab Vrb. cond.
c l. 2. §. omniū tamen horū, De orig. iur.

§. His igitur.

1 *A facilioribus studia inchoanda.*
2 *Institutionum facilitas.*

His igitur generaliter cognitis, et incipientibus nobis exponere Iura populi Romani: ita videntur posse tradi commodissimè, si primò leui ac simplici uia; post deinde diligentissima, atque exactissima interpretatione singula tradantur, alioqui, si statim ab initio rudem adhuc, et infirmū animum studiosi, multitudine ac uarietate rerum onerauerimus: duorum alterum aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpè etiam cum diffidentia (quæ plerumque iuuenes auertit) serius ad id perducemus, ad quod leuiore uia ductus, sine magno labore, et sine ulla diffidentia maturius perduci potuisset.

Præscribit hic Iustinianus discendi modū his, qui legitimæ scientiæ cognitionem adipisci affectāt: 1 *Nēpè, ut à principiis, & elemētis discendi rationem ineant, & se non mox ab initio uasto illi Iuris Oceano temerè committant. Nulla enim ars est quantumuis exigua, quæ non itineris ducē aliquē exposcat: multò minus in huius tam latè patentis scientiæ arcana peruenire poterunt noui tyrones, nisi plana quadā uia, & ad ingrediendum expedita ipsis incipientibus præstruatur. Sicut.n. reliquarum artium, ita & Iurisprudentiæ quadam est (vt ita dicam) infantia, pueritia, adolescentia, maturasq; , & fructui quasi proxima ætas, vt ceu per gradus quosdam ab imo ad fastigiū studiosi discendo* [a] *perducantur.* 2 *Huiusmodi autem viam planam hæ Institutiones præbent, quæ sunt in hoc ciuili studio quasi infantia quadam rudimenta. Hæc igitur eumprimis adolescentes perdiscere, ac nocturna versare manu, uersare diurna, omninò necesse est. Nam vt Iustinianus ipse sentit hoc loci, si ad difficiliora sese mox ab initio conferant iuuenes, aut difficultate materiarū tā numerosarū perplexarūq; deterrebuntur, aut eo tēpore, quo (vt inquit Fabius) ingenia præcipuè alenda, atque indulgentia quadam enucrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atterantur.*

a Vide quæ dixi in libell. de Ratione stud. cap. 7.

§. Iuris præcepta.

1 *Præcepta pro disciplinis.*
2.3.4 *Tria capita, siue præcepta Iuris ciuilis.*
5 *Ius ciuile refert philosophiam moralem.*

Iuris præcepta sunt, honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. *Quoniā hæc tria iuris præcepta pariter ad generalem iuris cognitionem pertinēt, ea Iustinianus subuectere uoluit.* 1 *Iuris autem præcepta pro iuris doctrinis vel disciplinis exponi debent: atq; ita apud Latinos præcepta elegāter accipi, Valla autor est.* 2 *Sunt ergo ista tria,* {*honestas vitæ, nullius læsio, æqualis distributio,*} *disciplinæ & doctrinæ generales, ex quib. tāquā ex materia præiacēte, prodierūt leges per Legūlatores, et ad eas referūtur oēs humanæ cōstitutiones. Sunt.n. hæc præcepta* [a] *ueluti capita, & fontes omniū legū: & ad diuinā illam regulā* {*Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris:*} *referuntur, totamq; ciuilē Philosophiā cōtinēt. Porrò, primū præceptū seipsum respicit, & in his uersatur, quæ nobiscū agimus, & potissimū ad bonos mores pertinet, ut grauiter M.* [b] *Tullius in Officiis disputat.* 3. *Alterū uerò ad proximū pertinet, ne alter alteri, vel eius uitæ iniustā uim inferat: sicq; in his quæ circa alios agimus, versatur. Sic.n. nobis imperare debemus, ne cuiquam noceamus, nisi legib. permittentibus.* [c] 4 *Tertiū præceptū res & facultates cōcernit, id est, ne alterū uel cōtrahēdo, vel pmutādo, decipiamus, & suū cuiq; tribuamus, siue pœna sit afficiēdus quispiam,*

a De his iuris præceptis Cic. li. 3. Offic. Item lib. 5. & vlt. de Finib. & li. 1. de Legibus grauiter disp.
b Lib. 1. Offic.
c l. vt vim, ff. de iust. & iure, & tot. tit. C. quand. lic. se vind. sine iud.

pia, siue præmio remuneradus, 9 & Vlpianus [d] secutus est. 5 Ex prædictis facile deprehēdis, maiorē partem Iuris ciuilis esse quandam Philosophiam moralem, & præceptionem, partim de moribus, partim de reliquis actionibus hominum. Arctius autem vltimum præceptū hic accipitur, quàm in definitione iustitiæ: siquidem, ibi complectitur hæc tria: hic autem illud solum, quod extra duo priora præcepta [e] relinquitur.

d l. 1. ff. de iust. & iure.

e Placent. hic in Sūma sua.

§. Huius autem.

1 *Rod. Agricolæ reprehensio diuisionis iuris.*
2 *Eadem diuisio defensa.*
3 *Publicum ius quid.*
4 *Quæ veniunt in consequentiam, non curantur.*
5 *Ius publicum in quibus consistit.*
6 *Priuatum ius.*
7 *Vtile ab honesto non separari.*

Huius autem studij duæ sunt *a* positiones, Publicū et Priuatum. Publicū est, quod ad statū rei Romanæ spectat, Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. *b* Dicēdū est igitur de iure priuato, quod tripartitū est: *c* collectum est. n. ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilib.

a *Positiones.} Id est, duæ sunt ponendæ partes, aut si mauis, theses, & generales diffinitiones [a], circa quas totius studij, seu disciplinæ ciuilis tractatio versatur, videlicet, publicum ius, & priuatum.*

b *Dicendum est.} Iustinianus publicum ius Pontificum libris relinquens, eam potissimum iuris partem prosequitur, quod versatur in vsu quotidiano, & ad singulos pertinet, quo quisq; id acquirit, efficitq; quod in suam est [b] rē: tametsi ad finem Institutionum publici iuris tractationem ex parte quoque [c] attingat.*

c *Collectum.} 1 Rodolphus tamen Agricola [d] non rectè ius diuisum esse censet, cùm aliud publicū, aliud priuatum dicit: deinde priuatum id naturale, gentium, & ciuile, diuidit. {quasi} (inquit ille) ius publicū neque naturale esset, neque gentium, neque ciuile. } 2 quo argumento apparet, non legisse eum Iurisconsulti [e] verba, sed ab aliquo discipulo suo accepta, temerè damnaße. Si enim [f] Vlpianū de fonte ipso, nō à riuulis degustaßet, potuisset cognoscere, non omnium gentium ius ab eo describi, sed illud tantum, quo Romani vtebantur. Id autem erat duplex: { Publicū, } quod ad statum rei Romanæ spectat: & { Priuatum, } quod ad singulorum vtilitatem priuatū pertinet: {id tr.fariam collectum est, } inquit, { ex naturalibus præceptis, iuris gentium, aut ciuilibus, } quæ naturalia iuris aliarum gentium præcepta, nihil ad statum populi Romani pertinebant: neque enim ex eis magis Imperium Romanis in alias gentes concedebatur, quàm alijs gentibus in [g] Romanos.*

a Idē habes in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iure.

b facit l. iura, 3. ff. de legib. & Nouel. de nupt. §. 1.

c inf. tit. de pub. iud.

d lib. 2. de Inuent. Dialect.

e In l. 1. §. 1. ff. hoc tit.

f in d. l. 1. §. 1.

g Hæc ex Alciato libro. 1. Parerg. c. 31.

3 Publicum} ius id dicitur, quod speciatim & propriè non potest priuatis hominibus applicari; & conuenit omnibus sine differentia, & ad totum Reip. corpus pertinet, etiamsi istinc ex consequentia nonnihil commodi ad priuatos quoque deriuetur. 4 ista enim minus principalia, et quæ saltem in consequentiam veniunt, non [h] curantur. 5 Consistit autem ius publicū (Vlpiano [i] teste) in Sacris, Sacerdotibus & Magistratibus: quoniam huius iuris partes principaliter agunt de publica vtilitate. Sic & olim iuris publici ratio ex lege xij. tabularum. partim ad sacra spectabat, cęremoniasque Deorum, vt est illud: { Separatim nemo habessit Deos, neuè nouos. sed ne aduenas, nisi publicè adscitos, priuatim colunto: constructa à patribus delubra habento. } partim Sacerdotibus præscriptum erat: quorum duo genera extabāt, vnum quod sacris Deorum cęremonijs præerat; alterum, quod interpretaretur incognita Fatidicorum & vatū effata; partim deniq; Magistratibus, quale est: { Iusta imperia sunto, eisq; ciues modestè atq; sine recusatione parento. } 6 Priuatum verò ius est, quod principaliter & generaliter, ad singulorum vtilitatem priuatum, coniunctā cum honestate, pertinet: vt sunt contractuum leges, & iniuriarum vindicationes. 7 Nam cum vtilia dicimus, eadem quoque honesta esse intelligimus, ex primo iuris præcepto, secuti Stoicorum sententiā, qui nec honestum ab vtili, nec vtile ab honesto separant. Nullam enim perniciem hominum vitæ adferri poße, quā si ab honesto vtile secernatur. Marcus Cicero [k] in Officiis ostēdit. Dixi autem, { Principaliter, } ne confundatur discrimē iuris publici; dixi item, { Generaliter, } vt discernamus aliud quoddam ius priuatum & singulare, quod Priuilegium dicitur, & pertinet quidem ad vtilitatem singulorum, sed in specie tantum.

h l. 1. ff. de aut. tut. l. si quis nec caus. ff. si cert. pet. § legatarijs, infr. de testa.

i l. 1 §. huius studij.

k lib. 3. Offic.

DE IVRE NATVR. GENT. ET CIVILI. Tit. II.

In Rubricam.

1 *Ius ciuile, causam habet in natura positam per omnes sanctiones.*
2 *Exordium constituendi iura, à natura capiendum.*

Cum 1 totum} Ius ciuile causam habeat in natura apositā per omnes sanctiones: nulla enim lex est, aut con-

cõstitutio humana, quæ nõ causã ex natura trahit: igitur Iustinianus Imp. methodica sanè ratione Iuris interpretationẽ à iure naturali exorditur, ducitque initium à cõmunibus Iuris præceptis. Deinde sensim ad ciuiles et humanas leges progreditur. a Et hoc est, quod etiã Cicero [a] multis retro anis verissimè scripsit, constituendi iuris ab illa summa lege capiendũ exordium, quæ seculis omnibus antè nata sit, quàm scripta lex ulla, aut quàm omnino Ciuitas constituta, neque ulla alia, quàm naturæ norma legẽ bonã à mala distingui.

a li. 1. de legib.

In princip. tit.

1 Ius naturale bifariam accipi in legibus.
2 Exempla iuris naturalis primaui.
3 Στοργὴ φυσική.
4 Defensi Iurisconsulti à reprehensione Vallæ.
5 In naturale propriè quid.
6.7 Eiusdem exempla.
8.9 Ius naturale secundarium, Ius gentium antiquum, Ius diuinum.
10 Ius gentium à naturali quomodo differat.
11 Ius ciuile quid?
12 Ius ciuile determinationem esse Iuris naturalis.
13 Propria inter Ius gentium & ciuile differentia.
14 Ius naturale & gentium specie non differre.
15 Matrimonium cuius Iuris.
16 Educatio est Iuris naturalis.
17 Verbum, censeri, quomodo in textu accipiatur.

a Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud, non humani generis proprium est, sed omnium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descẽdit maris atque fœminæ coniunctio: quam NOS b Matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, hinc c educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia istius Iuris peritia d censeri.

Ius naturale est.} Hæc verba de iure naturali Iustinianus, ex 1. Vlpiano [a] desumpsit, q̃ variè à Doctoribus explicantur, & sine vllo ferè fructu. 1 Vt ergo iuris tyrones totam hanc rẽ rectè accipiant, sciendum est, ius naturale bifariã in legibus accipi. Primũ in largissima significatione, à causa efficiente definitur esse illud, qđ natura omnia animalia docuit: [b] id est, quod solo instinctu constat, & inclinatione naturali tã hominibus, quam cæteris animãtibus commune. 2 Huius exempla sunt, seipsum diligere, se conseruare, declinare ea quæ nocitura uidentur, vim vi repellere, quærere & parare ad uitam necessaria, sui similé procreare, curã habere eorũ quæ progenita sunt. Quorsum ea quadrant, quæ Marcus [c] Cic. 1. Offic. grabicè admodum in eadẽ scribit sententiã: } Principio (inquiens) generi animantiũ omni est à natura tributũ, vt se, vitã, corpusq; tueatur, declinetque ea quæ nocitura uideantur, omniaq; quæ sunt ad uitã necessaria, inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, & alia eiusdem generis. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Hæc ille. Videntur autem Iurisconsulti valde in hoc abuti vocabulo } Iuris, } cum exempla prædicta sint potius affectus & inclinationes naturales, quæ cum quibusque animantib. enascũtur, quas Philosophi 3 στοργὰς φυσικὰς appellant. In brutis enim cum nulla sit ratio, igitur nec ullum iuris esse potest. 4 Quæ res occasionẽ reprehendendi Iurisconsultos Vallæ [d] dedit. Sunt autem aliquanto licentius locuti, nec satis distinxerunt ius naturale ab affectibus naturalibus, forte ut deseruirent teneris studiosorum ingeniis, & populariter rẽ explicarẽt. Neq; verò rarũ est, vt verba aliquantò crassius accipiãtur in iure ciuili [e] 5. Hoc autẽ ius Doctores vulgò naturale primæuum, siue primarium appellãt, ad differentiam scilicet alterius Iuris, quod verè & propriè naturale est, hominibus tantum conueniens, & in sola naturali ratione cõquiescens, quo a cæteris brutis animantibus distamus, & separamur, potestque illud sic rectè definiri. Ius naturale est, quo natura, atque adeò Deus ipse, omnes homines in creatione, prima quędam præcepta et formulas honestatis docuit. Deus enim à natura non distat. In eundem ferè modum & Cicero [f] illud definit. } Ius naturale esse, } inquiens, } rationẽ summam, insitam à natura, quę iubeat ea quę facienda sunt, prohibeatq; contraria. } Huius exemplum est, 6 religio erga Deum. Cicero. [g] } Nulla gens (inquit.) } tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio, multi de ys praua sentiunt (id enim uitioso more effici solet) omnes tamen esse uim & naturam diuinam arbitrantur. } Idem alibi [h]. } Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse Deos, quales sint, varium est, esse, nemo negat. Cleantes quidem noster quattuor de causis dicit in animis hominum informatas esse Deorum notiones. } Hinc & Psalmista; [i] } Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. } Item huius iuris exẽpla sunt 7 amor parentum, patrię, obligatio ad antidota, seruare pacta, stare promissis, neminẽ [k] lędere, & cętera id genus. Huc pertinet, quòd Cicero [l] alibi scriptũ reliquit. } Atque etiam si hoc natura prescribit, ut homo homini quicunque

a In l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iur.
b vt hic, & d. §. ius naturale.
c lib. 1. Offic.
d lib. 4. Eleg.
e arg. l. cũ vnus, 20. ff. de alim. & cib. legat.
f lib. 1. de legib.
g li. 1. Tusc. qst.
h li. 2. de Natura deor.
i Psal. 52.
k l. veluti, l. vt vĩ ff. đ iust. & iu. l. 1. ff. de pact. l. nã hoc nat. 14. ff. de cõd. ind.
l lib. 3. Offic.

cunque sit, ob eam causam, quòd homo sit, consultum velit, necesse est secundum eam naturam, utilitatem omnium esse communem. Quod si ita est, vera continentur omnes & eadem lege naturæ: Idque ipsum si ita est, certè uiolare alterum, naturæ lege prohibemur. § 8 *Hoc autem naturæ Ius à Doctoribus vulgò § secundarium, § dicitur, ad differentiam prioris, quod (vt diximus) potius impetus naturæ est, quam ius.* 9. *Sed & hoc plerumque Iurisconsulti* [m], § *Ius gentium antiquum* § *appellant, tanquam id, quod naturalis ratio inter omnes gentes cõstituit, & apud omnes populos custoditur ac obseruatur. Nam hoc ius est omnibus & solis hominibus inter se commune.* [n] *Dicitur & diuinum, quia diuina quadam prouidẽtia nobis à Deo ipso sit inditum.* [o] 10 *Est porrò & aliud ius gẽtiũ, quod ex naturali quidem iudicio, siue ratione proficiscitur, sed non simpliciter, immò p discursum aliquẽ practicũ, & ex moribus populi adprehensis, quod naturale secutũ est. Hoc enim ius gẽtium, non lege naturali ab initio, ac vltrò iudicante ratione ita fuit, sed vsu existẽte, & ex humani conuictus necessitate, discursu quodam practico rationis introductũ est. Liuius* [p] § *Humanum* § *ius uocat, ut quod plurima hominum pars ubique receperit. Doctores nominant* § *secundariũ ius gentium,* § *vt à naturali iure secerneretur, quod etiam ius gentium dici solet, cuius exempla paulo post* [q] *tractabimus.* 11 *Postremo est* § *ius ciuile,* § *quod Vlpianus* [r] *grauiter describit* § *id esse, quod neq; in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, idest, ciuile intelligimus.* § *Hæc ille. Ex quibus uerbis discimus,* 12 *Ius ciuile nihil aliud esse, quàm determinationem iuris naturalis. Si igitur recedat in totũ a iure naturali, non determinat, sed magis affingit aliquid incognitum naturæ, idest, (ut Aristot. ait) quod nullã causam in natura habet, ergo non lex, sed tyrãnis & carnificina est* [s] *censenda. Sanè & naturaliter oẽs tanquam monstra detestamur leges, quæ prorsus naturali iudicio repugnant, ut si lex permittat impunè occidere, furari, adulterari, &c. Ex diuerso, si per omnia Ius ciuile seruiat naturæ, si idem dictet, quod communis sensus & formula, iam nõ ciuilis, sed naturalis lex est.* 13 *Quare accuratè obseruandum est, quod hæc propria sit inter Ius gentium & ciuile differentia, quod Ius gentium fiat ciuile, cum publico consensu illi aliquid additur vel detrahitur, & publicæ necessitati accõmodatur. Vnde in Decretis* [t] *summa Iuris diuisio scitè traditur, vt aut sit naturale, aut positiuum.* 14 *Nam Ius gentium si propriè loquamur, aliàs ad ius naturale refertur, aliàs ad ius humanum, per se autem speciem non facit. Errant ergò, qui ius naturale & gentium distinguunt specie, quia etsi in modo producendi varient, substantia tamẽ & origine sunt unum. Verum crassius loquendo, nihil uetat docendi gratia quasi tertiam speciem studiosis proponere, sicut Iurisconsulti faciunt.*

b *Matrimonium* § *nempè in hominibus.* 15 *Nam si instinctum illum naturalem, quo mouemur, ut pro suscipienda prole misceamur, respicias, rectè id dixeris esse huius iuris naturalis. Cætera verò ad iusti matrimonij rationem pertinentia, non iuris illius naturæ primarij sunt, ut est animorum consensus, & forma contrahendi. Forma* [u] *enim, quod quarũdam personarũ coniunctio est interdicta iuris ciuilis, mutuus verò animorum consensus, iuris gentium* [x] *est, sicut & cæteri contractus, qui consensu* [y] *perficiuntur.*

c *Educatio.* § 16 *Idest, naturalis quædam propensio ad educandum fœtum. Nam & alibi Iustinianus* [z] *ait, naturalem stimulum hortari ad liberorum educationem. Hinc Senatusconsultum factum est* § *de alẽdis liberis,* § *aduersus eos, qui plane ἀστοργεῖ, & brutis ipsis inhumaniores, cõtemnebant omnem naturalẽ educandi affectum, quod Vlpianus diligenter* [a] *explicat.*

d *Conseri* § 17 *Idest, æstimationi siue admirationi nobis esse, vt Budæus* [b] *exponit. Sed aptius Theophilus, qui hũc locum ita vertit.* ὁρῶ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. *quasi hic dictum sit, non hominem modo, sed cætera quoque animalia adscribi, & referri siue recenseri inter ea, quæ hanc legem obseruant, eiusque motu impelluntur. Nam apud Latinos (vt Franc. Bald. ait) per translationem censeri dicuntur, quæ in aliquem ordinem & numerum rediguntur, & in eum quasi censum adscribuntur.*

m l. 1. ff. de acq. rer. do. §. sing. inf. de rer. diuis.
n l. 1. de iust. & iur.
o §. sed naturalia, inf. h. tit.
p lib. 5. ab Vrbe cond. de Gallis loquens.
q In §. ius autẽ gent. infr. de iure nat. gẽt. & ciuili.
r In l. ius ciuile, 6. ff. de iust. & iure.
s fa. opt. tex. in c. erit autem lex. d. 4.
t Cant. 1. d. 1.
u l. 31. nuptias, ff. de reg. iur. c. cum locum, & c. cũ apud, de spons. li. 6
x c. tuæ fraternitatis, de spõs. in 6.
y l. ex hoc iure, 5. ff. de iust. & iur. §. ius autẽ gent. inf. hoc nostro tit.
z l. 1. §. taceat, C. de rei vxor. act.
a In l. si quis a liberis, ff de li. ag. l. vlt. C de alen. liber.
b in d. l. 1. §. ius naturale.

§. Ius autem ciuile.

1 *De relatiuo, qui, quando restringat, vel non.*
2 *Nullos esse populos sine legibus aut moribus.*
3 *Textus an disiunctim, uel coniunctim legendus.*
4 *Lex propriè de Iure scripto dicitur.*
5 *Ius gentium & ciuile quomodo conueniant.*
6.7.8 *Quilibet populus Iura sibi condere potest, quando id cesset.*
9 *Iuris constituendi concessio Iure gentium constat.*
10 *Ius gentium naturali ratione introductum est, item & Ius ciuile.*

Ius autem ciuile a *a* iure gentium distinguitur, quod omnes populi, *b* qui legibus *c* & moribus reguntur, partim suo proprio, partim cõi omnium hominum iure utuntur. *d* Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius propriũ Ciuitatis est: vocaturq; Ius ciuile, quasi ius proprium ipsius Ciuitatis. Quod verò *e* naturalis ratio inter omnes homines cõstituit, id apud oẽs populos,

pulos; peræquè custoditur: vocaturque Ius gentium; quasi quo iure omnes gentes vtantur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio: partim communi omnium hominum iure vtitur. Quæ singula qualiter sint: suis locis proponemus.

a *Iure gentium* § *Hæc distinctio siue diuisio ex differentijs sumpta est, & vtriusque iuris naturam siue substantiam satis explicat, vt non admodum necesse fuerit finitionem addere.*

b *Qui legibus* § *1 Relatiuum (qui) hoc loci non restringit, sed declarat, cum qualitas relatoria omnibus competat, secus esset, si non omnibus competeret, vt, Omnes qui arma portarint, puniantur, tū enim* [a] *restringit. 2 Falluntur ergo hi, qui populos quosdam esse somniant, qui neque legibus, neque moribus viuant: neque relatiuum* § *qui* § *hoc euincit, cum declaratiuè ponatur. Equidem, & eos, qui maleficio & scelere pascuntur, non posse sine vlla iustitiæ particula viuere,* [b] *constat, & nisi ipsi sibi leges quasdam sanciāt, viuere nullo pacto queunt.*

c *Et moribus* § *3 Salomonius* [c] *textum legit disiunctim, videlicet,* § *legibus aut moribus,* § *atq; ita in antiquis exemplaribus reperiri testatur, quod satis quadrat. Sunt enim* [d] *populi, qui scriptis tantum legibus vtuntur, ut olim Athenienses, sunt qui non scriptis, sicut Lacedemones, sunt qui scriptis simul, & nō scriptis, quemadmodum Romani. Sed cum Iustinianus ius Romanorum exponat, qui & scriptis & nō scriptis legibus vtebantur, non uidentur, absonum, etsi coniunctim textus legatur, vt vulgati habent Codices. 4 Obserua etiam obiter legem propriè dici de iure scripto, & opponi moribus, idest, iuri nō scripto, ut & apud* [e] *Ciceronem,* § *Cum (inquit) in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit, & appellare eam legem, quæ scripto sancit quod vult, aut iubendo, aut vetando.*

d *Nam quod* § *Sensus est, 5 Ius gentium eadem ratione dicitur, qua Ius ciuile in specie nuncupatur. Nā sicut à populo alicuius Ciuitatis tractum est nomen Iuris ciuilis, ita Ius gentium ab omnibus populis vocatur. Ius ergo gētium est, multorum populorum authoritas. Ius autem ciuile, vnius populi iussus: 6 Ex hoc itaq; textu discimus, quemlibet populū vel cœtum legitimum, facultatē habere Ius cōstituendi sibi proprium, quod vulgo* § *Ius Statutariū,* § *vel* § *Municipale* § *nuncupant: idq; propter generalia* [f] *textus nostri verba, qui de oīb. populis loquitur. Et generalius* [g] *Gratianus.* § *Ius, inquit, ciuile est, quod quisq; populus, vel Ciuitas sibi proprium, diuina humanaque causa, constituit.* § *Planè verisimile non est, illam vniuersale genitam* § *quisque populus, quæque Ciuitas* § *restringendam, coarctandamque esse. 7 Id quod contra Bartolū Baldus, Iason, & Salomonius generaliter* [h] *verū intelligunt, siue Iurisdictionem populus separatā habeat, siue ea careat, 8 dummodò huiusmodi leges municipales non tendant in præiudicium Principis, vel superioris, nec disponant de his, quæ sunt reseruata principi* [i] *in signum supremæ potestatis: neque denique sint contra bonos mores naturales, id est, non in totum recedant à lege naturæ: quod & Pontificij iuris Doctores* [k] *sequūtur. Statuta n. condere (vt Baldus ait) potius est de quadam Iuris permissione, quàm sit annexum Iurisdictioni, alioqui & Magistratibus hæc potestas concessa videretur. quod falsum esse,* [l] *Bartolus ipse testatur. 9 Et hæc iuris constituendi permissio non est ab Imperatore nouè concessa, sed ante hanc legem Iure gentium obtinuit, quo & Ciuitates sunt cōstitutæ, idque Baldo,* [m] *Polito, & Salomonio placet, idemque Aristoteles* [n] *probat: adeoq; naturalis ratio dictat, quæ frustra homines in Ciuitates coire instituisset, nisi quemadmodum inter se viuerent, disponendi fecisset potestatem. Cæterum, de quibus rebus Ius proprium cōdere liceat, & an mutari statuta valeāt, quamque recipiant interpretationē, diffusior est ac intricatior materia, quam vt hic pertractanda sit, eam itaq; suis locis* [o] *bene discussam relinquemus.*

e *Naturalis ratio* § *10 Ius ergo gentium id dicitur, quod naturali ratione introductum, conuenit oībus hominibus. Loquitur autem de Iure gentium primario siue antiquo, quod propriè naturale dici, supra* [p] *ostendimus. Nunquid autem Ius ciuile non ratione, aut alia, quam naturali ratione constituitur? imo nulla que non alia, quam naturali, vtrumque enim ius & gentium, & ciuile, à naturali ratione proficiscitur, diuersimodè tamen, gentium quidem diuina quadam vi, siue ratione dictante inter omnes homines diffusum, receptumque custoditur; Ciuile verò non sine hominis constitutione intra constituentis tantum populi septa viget, à quo & constituitur & recipitur. Humana itaque ratio in vtroque dominatur, ac præsidet, & si alterutrum pugnat cum naturali notitia, non est ius, sed furor, & iniustitia.*

a l. ea tamē adiectio. ff. de le. 3

b Cic. li. 2. Off.

c In l. omnes populi. in princ.

d §. & non ineleganter. inf. eod.

e li. 1. de legib.

f Sicut & in l. omnes populi. vnde hic §. desūptus est, ff. de iust. & iur.

g c. 2. dist. 1.

h In d. l. oēs po.

i Quæ aūt sint illa, ponit Bal. in l. 2. C. de iure ānul. & in l. rescripta. C. de prec. Imp. off.

k In c. cum clericus. ext. de foro compet.

l In d. l. oēs populi. quæst. 4.

m In d. l. omnes popul.

n lib. 2. Polit.

o In d. l. oēs po. vbi præ cæteris Zalius pulchra methodo rē perstringit. & l. cunctos populos. C. de sacrosan. Eccl.

p In prin. huius tit.

§. Sed Ius quidem.

1 *De Dracone eiusque legibus.*
2 *Solon Atheniensium legislator.*
3 *Ius ciuile simpliciter prolatum, de Romano intelligitur.*
4 *Verbum æquiuocum, in dubio in partem digniorem sumitur.*

Sed ius quidē ciuile ex vnaquaque Ciuitate appellatur, veluti Atheniensium: nam si quis velit Solonis vel *a* Draconis leges, appellare Ius Ciuile Atheniensium, non errauerit. Sic, & Ius quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritium, quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties nō addimus

addimus nomen, cuius sit Ciuitatis, *b* nostrum Ius significamus: sicuti cum poetã dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.

a Draconis. 1 *Draco Atheniensium legislator fuit, qui cum per leges latas maximo in precio esset, accidit vt in theatro tandem aulæis & vestibus certantium obrutus profocaretur, sicq; è viuis excederet, ac in ipso theatro* [a] *sepeliretur. Floruit autem paululum ante seculum septem σοφῶν seu sapiẽtum, videlicet, 39. Olymp. Is ætate iam exacta, leges Atheniensibus tulit nimium seueras & rigidas, adeo quod apud eos in prouerbium abierit, leges Draconis sanguine conscriptas esse humano, ob nimiam scilicet earũ* [b] *seueritatem. Et quoniam videbantur eius leges impendio acerbiores, non decreto iussuq; sed tacita illiteratoq; Atheniensium cõsensu, obliteratæ sunt. Porro præter leges, præcepta quædam scripsit tribus millibus versuum, vt Suidas author est.* 2 *Post Draconem verò alias mitiores leges Solon Atheniensibus exhibuit.* Is *Solon vnus ex septem illis sapientibus fuit, patria Salaminus: qui (autore* [c] *Gellio) Athenis claruit, regnante Tarquinio Prisco Romæ. Et eius leges cum tanto temperamento compositæ fuerunt, quod parem gratiam à Senatu & Plebe Atheniensium contraheret: quanquam Plebs & Senatus in summa prius essent dissensione. Sanè apud Lucianum vterque, Draco & Solon οἱ ἀριστοὶ τῶν νομοθετῶν dicuntur.*

a Meminit Gel. lib. 11. c. 18.

b Gell. loco citato. Arist. lib. 2. Polit. c. 10. Extant & apud Plutar. in vita Solonis.

c lib. 17 Noc. Att. cap. 21.

b Nostrum Ius. *Per quandam scil. antonomasiam καὶ κατ᾽ ἐξοχὴν. Sic cum Vrbem dicimus, Roma intelligitur: cum Magistratum, Prætor. Et Cicero, nomine Consilij Atheniensium, ait satis intelligi, Areopagum.* 3 *Hinc igitur pro regula annotant, quotiescunque fit mentio simpliciter Iuris Ciuilis, intelligendum hoc esse de ciuili Romano, idque prærogatiua merito maiestas, & amplitudo pop. Rom. habere* [d] *debet.* 4 *Vnde consequitur, verbum æquiuocum, siue (vt Græci aiunt) ὁμώνυμον, quod multa significat, in dubio sumi in partem digniorem & potentiorem, quam doctrinam Faber hic quibusdam exemplis illustrat.*

d Vide Cic. in Orat. pro lege Manilia, Strab. lib. 17. & Bud. lib. 2. De asse.

§. Ius autem gentium.

1 *Ius gentium secundarium vnde processerit.*
2 *Primum caput iuris gentium, sonus punice.*
3 *Bella quare in vsum recepta.*
4 *Seruitus quare inuenta.*
5 *Rerum diuisio vnde profluxerit, & de secundo capite iuris gentium.*
6 *Contractus ex iure gentium procedere.*
7 *Actiones quo iure introductæ.*
8 *Ius gentium variè accipi in legibus.*
9 *Seruitus an ex natura causam trahat, an naturæ sit cõtraria: & Aristoteles ea in re cũ Iurisconsult. conciliatus.*

a Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam vsu exigẽte, & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captiuitates sequutæ, & seruitutes, quę sunt naturali iuri *b* contrariæ. Iure enim naturali omnes homines *c* ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc iure gentium omnes *d* pene contractus introducti sunt: ut emptio & venditio; locatio & conductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles.

a Ius aũt. *Totus hic locus ex Hermogeniani responso* [a] *desumptus est, loquitur aũt de eo iure gentiũ,* 1 *quod Doctores vulgo Ius gẽtiũ secundariũ dicunt: qđ ex ratione quidẽ naturali proficiscitur, non tamẽ simpliciter, & ab initio, sed ita exigente necessitate humana, ac per discursum aliquẽ practicum. Nunc cũ per imposturam Satanæ tanta esset hominum improbitas, ut non possent omnes conseruari, rebusue communiter uti: suadebat ratio, exigebatque publica necessitas, primum, ut tollerentur è medio, qui alios læderent, et publicam hominum societatem turbarent, coercerenturque delinquentes, & ne alijs pronior peccandi occasio relinqueretur.* 2 *Hinc ortũ est primũ iuris gẽtiũ caput, uidelicet, Punire sontes: sub quo* [b] *cõprehẽdimus bella, captiuitates, seruitutes, pœnas, magistratus, iudicia. Hæc n. omnia ex naturali ratione sunt.* 3 *Bella certè non sunt recepta in vsum, vt bona absolutè, sed quia aliter prauis uoluntatibus hominum satisfieri non poterat; vt ergo humanæ societatis uiolatores coercerẽtur, & sine iniuria in pace uiueretur, bella admissa sunt. Nã, vt Cic.* [c] *scribit, bella tũ demum iuste geruntur, si per ea nihil aliud quã pax quæsita uidetur.* 4 *Sic seruitus quoque absolutè non est bona, sed ob id inuenta, ne capti in bello necarent. Quia enim multi hostili odio in captiuos desæuiebant, eosque trucidabant, constitutum est, vt seruarentur, non autẽ occiderẽtur: vnde serui a seruando dicti* [d] *sunt.* 5 *Deinde cum propter corruptã hominum naturã sæpè eueniret, ut potentiores prohiberent alios à multarũ rerũ usu ac fructu, & ignaui semper alieno labore ali uellent, suadebat naturalis ratio, ut cuique hominum aliquid propriũ assignaretur: hinc alterum caput Iuris gẽtium deriuatum est, videlicet, Res diuidere, sub quo capite distincta fuere* [e] *rerum dominia, discretæ gẽtes regna condita, agris termini positi, ædificia collocata.* 6 *Item sub hoc capite continentur etiã cõmercia seu cõuentiones, & obligationes, & omnes* [f] *cõtractus: exceptis stipulatione, litterarũ obligatione, cõtractu emphyteutico,* * *& sponsalitia largitate, qui à Iure ciuili introducti sunt. Equidem, omnibus hominibus necessa-*

a in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure.

b in l. manumissiones, & l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure.

c in Offic. li. 1.

d Vide §. seruitus. inf. de iure person.

e d. l. ex hoc iur.

f l. as. n. l. lcrni-ma. ff. de pac. * de hoc vid. quæ dixi inf. in tit. de loc. & conduct. num. 5.

necessarium fuisse rerum, & officiorum communicationem, vt homines vellent suam inter ipsos societatē, dando, accipiendo, tum artibus, tū opera, tum facultatibus colligari. Cicero [g] quoq; in Officijs grauiter ostē dit. 7 Sed & actiones ex hoc gentium iure proditæ sunt, quia cum hę ex obligationibus, tanquā causis suis proficiscantur, non possunt diuersa origine censeri, vtcūq; vulgò eas iure ciuili inuctas esse [h] obtinuerit. 8 Diligenter ergò iuris studiosum obseruare oportet, Ius gentiū in legibus aliàs pro vero iure naturæ accipi quod spontaneo quodam iudicio rationis, quæ in homine viget, absque vlterioris cōuictus, uel societatis humanæ consideratione excitatur, alias pro eo iure, quod plurima hominum pars vsu ipso exigente, ac ex humani conuictus necessitate, discursu quodam practico rationis, vbiq; recepit, hoc enim nisi rectè discernat, nunquam perueniet ad ueram iuris cognitionem.

g lib. 1. Offic.

h Vide quæ dicentur inf. de act. in prin. & Zas. in l. 2. §. perinde. ff. de orig. iur.

b Contrariæ } 9 Posset hic dubitari, qui fieret, qđ Aristoteles [i] grauissimis rationibus defendit, quosdā nasci seruos, & seruitutem ex natura causam trahere, cum Iurisconsulti doceant, seruitutem naturæ cōtrariam esse, et iure naturali omnes homines ab initio liberos nasci? Respondeo, Aristotelem de causa eius seruitutis loqui, quā sic Iurisconsulti vocant, hos autem de certa forma, & effectibus illis prædura seruitutis contra omnem humanitatis rationem corrupta natura introductis, atque in usum olim receptis, sentire. Nam ea seruitus pugnat cum iure naturali, eaque propter rectè ab Imperatore [k] emendata fuit.. Apud Aristotelem seruitus significat imbecillitatem ingenij, cui opus sit regi alieno consilio, apud Iurisconsultos significat certam formam, qua uictor continet uictos; & quidem litigat Aristoteles cum his, qui sentiunt hanc seruitutem naturæ contrariam esse, ostendit enim, quod habeat causam in natura positam, scilicet, imbecillitatem ingenij, quæ cum nascatur cum hominibus, necesse est eos regi alieno consilio, quod si qui se regi non patiuntur, hi vi opprimendi & continendi sunt, ut reliqua multitudo generis humani conseruari possit, sicut à corpore interdum præcidi membra oportet, ne totum corpus pereat. Ex quibus facile est, Iurisconsultos cum Aristotele conciliare.

i lib. 1. Off. polit. cap. 3.

k §. 1. de his qui sunt sui uel alieni iuris.

c Ab initio } Ante scilicet captiuitates, ac ius gentium, quo iure cæperunt nasci serui homines, veluti nati ex ancillis [l] nostris.

l §. serui. inf. de iur. pers.

d Penè } Penè dicitur, propter uerborum & litterarum obligationes, contractum emphyteuticum, & sponsalitiam largitatem, ut paulò ante dixi.

§. Constat autem.

1 *Ius ciuile definitur à partibus.*
2 *Hic §. restitutus.*
3 νόμος, θεσμός.
4 κύρβεις, ἄξονες.

a Constat autem Ius nostrum quo utimur, aut scripto, aut sine scripto, ut apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptū autē ius est Lex, plebiscitum, Senatusconsultum, Principū placita, Magistratuum edicta, Responsa prudentum.

a Constat autem 1 } Ostendit Imperator Ius ciuile scriptum ex partibus eius, quod & ante ipsum [a] Vlpianus, & [b] Papinianus fecere, multisque retro annis Cic. in Topicis, Inquit enim. } Ius ciuile est, quod in Legibus, Senatusconsultis, Rebus iudicatis, Iurisperitorum authoritate, Edictis Magistratum, more & æquitate, consistit. } Coniūxit autem Cicero iuris tam scripti, quam non scripti species, res enim iudicatas, & æquitatem moribus adscribimus. Imperator verò solum legis scriptæ partes enumerat, de iure non scripto infra seorsim attexens. 2 Porrò erat hic locus ab initio mutilatus & corruptus, sed ita nunc legitur, νόμος καὶ θεσμός, quod satis quadrat. 3 νόμος enim apud Græcos, si propriè [c] loquamur, legem scriptam magis significat, θεσμὸς verò legem non scriptam, & quandam potius consuetudinem refert. Alciatus [d] verò ita hunc locum restituit, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, quod idem est, quod Ius scriptum & nō scriptum, quam lectionem & Holoander habet. Budæus [e] verò τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ νομικὸν, legendū censet, qđ in idem recidit. 4 Sanè tabulæ, in quibus leges describebantur, apud Athenienses κύρβεις dicuntur, erant autem quadratæ, & varias delictorum pœnas complectebantur. Mentio harum fit apud Aristophanem, Luciano dicuntur ἄξονες. Meminit etiam Plutarchus in Solone.

a In l. ius ciuile §. 1. de iust. & iure.

b In l. ius autē ciuile, cū seq. ff. de instit. & iure.

c Alc. lib. 2. Dispunc. cap. 1.

d lib. 2. Prætermissorum.

e in d. l. ius autē ciuile. ex Aristot. 5. Ethic.

§. Lex est.

1 *Iuris scripti species quo ad originem non differunt, secus quo ad usum.*
2 *Legis acceptio generalis.*
3 *Legis stricta acceptio.*
4 *Lex unde dicta.*
5 *Quam legem hic Iustinianus describat.*
6 *Rostra quid.*
7 *Forma legis ferendæ quæ apud Romanos fuerit.*

Lex

Lex est, quod populus Rom. Senatorio Magistratu interrogante (veluti Consule) constituebat. *Quoniam, Pōponio [a] authore, Iuris originē ignorare eum non oportet, qui iuris sibi peritiam asserit: idcirco iuris scripti, quod Arist. [b] τὸ νομικὸν appellat, singulæ partes repetuntur ordine, ea præsertim rōne, qua ab origine censentur. 1 Ad vsum siquidem quod pertinet, nullum discrimen est inter has iuris scripti spēs: quia oēs ad æqui boniq; cognitionē faciunt; quare à cōi legis significatione non abhorrēt. 2 Ne aūt iuris tyroni pp voculæ § Legis § æquiuocationem, difficultas suboriatur, sciendum est, legem diuersimodè accipi. Lex.n fusiore significatu [c] dicitur, quicquid naturalis & diuina æquitas dictat atq; definit, estq; notitia illa naturalis a Deo nobis insita, ad discernendum æquum ab iniquo: & aliàs mēs & rō certa, aliàs naturale ius, aliàs regula seu norma iuris & iniuriæ vocatur, quæ tamen omnia eodem tendunt. Hanc legis acceptionem grauiter M. [d] Cicero expressit. § Et quidem vera lex, § inquiens, § recta rō, naturæ congruēs, diffusa in oēs, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, a fraude deterreat, quæ tamen neq; in probis frustra iubet ac vetat, nec improbos vetando aut iubendo mouet. Huic legi nec propagari fas est, neq; derogari ex hac aliquid licet, neq; tota abrogari potest, nec [illegible] per Senatum, aut per Populū solui hac lege possumus, neque est quærendus explanator aut interpres eius alius nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes, & omni tēpe, vna, & sempiterna, & immutabilis continebit, vnusq; erit & cōis, & quasi magister & Imperator omnium Deus, ille legis inuentor, ille disceptator, lator § Hæc ibi. qui alibi [e] non minus uenustè: § Est, § inquit, § hæc Iudices, non scripta: sed nata lex, quam nō didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. § 3 Secundò, legem strictè vocamus, quæ scripto sancit, quod vult, aut iubendo, aut [f] vetādo; atq; ita Lex ferè per oēs iuris libros accipitur. Est ergò Lex tantum constitutio scripta, & illius, de qua supra memini, spēs: ita appellata, vt ab ipsa lege non scripta, i. Consuetudine [g] differat. 4 Eam quidem à legendo deducunt, quoniā legislatores suas leges tabulis incisas æneis, parieti affigiebant, vt à Populo legerentur. 5 Ceterū, Iustinianus hoc loci maximè speciali & strictiori appellatione legem tantum eam describit, quę vna iuris scripti species est, & à Populo Romano olim rogabatur. Primum aūt Romulus leges suas, quas ob id § Curiatas § Cicero vocauit, ex Curiis populario rogauit. Deinde Decemuiri leges, quas in duodecim tabulas referrēt, pro rostris exposuere. 6 Constat autem, rostra forum fuisse ante Curiam Hostiliam, appellatum à rostris nauium, quæ nauali pugna ab Antiatis captæ feruntur, ubi pulpitum erat concionantium, his rostris ornatum, ibique legum tabulæ affigebātur omnibus conspicuæ. Denique Consules (qui Magistratus Senatorius erat) si quid suis statuere visum esset, Populum rogabant, penes quem ius faciendi delectus erat, ut rectè Marcus Varro fecisse uidere possit, quando § legem § à legēdo deriuat, quasi ex pluribus statuendis sit lecta, ut una obseruaretur. 7 Forma [h] igitur legis ferendæ hæc fuit, quod Quirites à Consulibus rogabantur, vellent, iuberent ne quid fieri? qui si sciuissent, idest, confirmassent, lata, sancitaque, Lex erat. Et huius rei Imperator hic meminit, legem definiē do ex causis efficientibus, nam ex suprà dictis conficitur, rogationem Consulis, & consensum Populi legē effecisse. Cuius generis sunt & reliquæ definitiones, quæ subuciuntur.*

a In l. 2. in prin. ff. de orig. iur.
b lib. 5. Ethic.
c l. 1. & 2. ff. de legib.
d in lib. de Rep.
e Cicero i Ora. pro Milone.
f Cice. lib. 1. de legib.
g § fine scripto inf. eo
h Alciat. in l. de rogat. l. 104 ff. de verb. sig.

§. Plebiscitum.

1 *De duabus plebis Romanæ secessionibus.*
2 *Plebiscitum ψήφισμα, lex Tribunitia.*
3 *Genus species.*
4 *Plebs a populo quomodo differat.*
5 *Patricij qui. Et num. 6.*
7 *Patricij vnde dicti, & quomodo a nobilibus differant. Et num. 9. & 10.*
8 *Plebeiorum alij dicuntur Nobiles, alij noui homines.*
11 *Duplex patriciatus dignitas.*
12 *Quando patritij plebiscitis teneri cæperint.*

Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituebat. Plebs autem à populo, eo differt, *a* quo species à genere: nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam *b* Patricijs & Senatoribus, Plebis autem appellatione, sine Patricijs & Senatoribus, cæteri ciues significantur. Sed & Plebiscita, lege *c* Hortensia lata, non minus ualere, quam leges ceperunt.

Duas § 1 plebis Romanæ a Patribus fuisse secessiones, historia docēt. Prior facta est decimo septimo [a] anno post exactos Reges in Sacrū montē trans Anienē, ob creditorū crudelitatem: in qua suus plebi Magistratus concessus est, vt Tribunos haberet. Altera verò circiter quadragesimū annū post priorē, sicut ex Liuio, Eusebio, Eutropioq; colligi potest, & eo tēpore plebs, ne patrū legib. semper obnoxia uideretur, pro priū ius constituit, rogantib. Tribunis, idq; ex suo nomine. 2 § Plebiscitū § dixit, quasi plebis scitū, idest, statutum & confirmatum, est enim sciscere idē quod sancire et statuere, sicque hac uoce Cicero [b] & Plautus [c] non semel vsi sunt. Græci ψήφισμα, uocant, Cic. [d] verò legem dixit Tribunitiam. Cuius etiam Gellius [e] & Plin. [f] meminere. Erat autē Plebs multitudo reliqua populi, præter Patricios & Senatores. 3 Quo species § 3 Genus hic accipitur [g] pro largiore significatione rei, species pro angustiore & strictiore uocū nominatione. 4 Differt ergo plebs à populo, sicut species à genere, nimirū, qd populi nomē latius

a De hac loquit. l. 2. §. eodē tēp. ff. de orig. iur.
b lib. 2. Offic. & li. 2. de legib.
c Plau. in Curc.
d li. 3. de Legib. & in Orat. p leg. agr.
e lib. 10. Noct. Attic. c. 20. & lib. 15.
f lib. 6. naturalis hist.
g Alciat. li. 3. Dispunct.

h Apud Aul. Gel. lib. 10. Noct. Attic. 10.
i In l. vlt. ff. de Senat.
k lib. 1. ab Vrb. cond.

se extendat, quã plebis. Sic quoq; plebẽ capito [h] *seorsum à populo diuisã: quoniã in populo omnis pars Ciuitatis, omnesq; eius ordines contineantur: plebs verò ea sit, in qua gentes ciuium Patriciæ non insint.*
b *Patricijs* § 5 *Patricij (Budæo* [i] *teste) dicti sunt nobiles Romani, qui à primis Senatorib. oriundi erant. Hinc* [k] *Liuius:* § *Romulus,* § *inquit,* § *creat Senatores, qui Patres ob honorẽ, Patricij quoq; eorũ progenies appellati sunt.* 6 *Cincius verò apud Festum, Patricios, ait, eos appellari solitos, qui nunc ingenui uocentur. Eorum nomen vnde fluxerit, Velleius Paterculus lib. 1. ostendit: Romulus centum homines electos appellatosq; Patres, instar habuit Consilij publici. Hanc originem nomen Patriciorum habet.* 7 *Dicti aũt sunt Patricij, q̃ Patres ciere possent. Patricij tamen non ijdem sunt, qui nobiles, vt vulgò creditur. Nobiles. n. speciatim sumpto nomine oẽs sunt ex plebeis. Nam Pop. Rom. ita distinguebat, vt alij Patricij essent, alij Plebei: Patricij, qui eorum Senatorum progenies erant, quos Romulus crearat. Hac tamen ætate, (inquit Liuius) antiquiss. cuiusq; Senatoriæ familiæ liberi, Patricij appellantur. Tales erant Clodius, Piso, Catilina. Plebei verò, qui* [illegible] *Romuleis Senatorib. reliquo, dimanarant, vt C. Antonius, C. Cassius, M. Cicero, T. Pompon. Atti*[illegible] 8 *Horum aũt Plebeiorum alij Nobiles, alij vero noui homines dicebantur: Nobiles, quorum parentes aut maiores Curuli aliquo Magistratu erant functi. Noui, qui primi ex sua stirpe Magistratum Curulem adepti erant.* 9 *Atq; ita Ascon. Pedianus perspicuè Patricios à Nobilib. distinguit: Sex, inquit, Competitores Cicero habuit, duos Patricios, Galbam & Catilinam: quatuor Plebeios, ex quib. duos nobiles, C. Antonium, L. Cassium Longinum: duo, qui tantum non primi ex familijs suis Magistratum adepti erant, Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotẽ. Solus Cicero ex competitorib. Equestri erat loco natus, atq; in petitione Patrem amisit. Apertè ibi Asconius Nobiles in Plebeis numerat, et Nobiles a nouis hominib. distinguit, qualis erat Cicero, vt ei persæpè obiectum est.* 10 *Hæc tamen non sic sunt intelligenda, quasi patricij non essent nobiles: sed quia è generali Nobilium nomine alij Patriciorũ honorabile nomen retinebant, factum est, vt alij generis nomẽ sibi attribuerent.* 11 *Porrò apud Græcos omnino maior erat dignitas Patriciatus, nõ ex successione debita, sed quæ solebat a Principe concedi: cuius nõ rarò alibi meminit* [l] *Iusti. De hac Suidas ita scribit:* πατρίκιος πατὴρ τοῦ κοινοῦ: *Patricius, inquit,* § *pater est cõis Reipublicæ,* § *vt intelligas, Accursiũ* [m] *hãc dignitatẽ cũ veteri imprudẽter confundere.*
c *Hortensia.* § 12 *Patricij enim, i. nobiles Romani, non tenebantur Plebiscitis: donec Quintus Hortensius Dictator, eo tempore, quo Plebs secesserat in Ianiculum, legẽ tulit in Æsculeto, vt eo iure, quod Plebs sciuisset, oẽs Quirites tenerentur. Huius legis* [n] *Gellius,* [o] *Plinius, &* [p] *Liuius quoque meminere. Liuius eam* § *legem Horatianam* § *nuncupat.*

l In tit. de Consul. li. 12. Cod. & §. filiusfa. ff. quib. mod. ius pat. potestatis soiua.
m hic gl. pen. & in d. §. filiusf.
n li. 15. Noc. At.
o li. 16. nat. hist.
p lib. 2. ab Vrb. cond.

§. Senatusconsultum.

1 *Senatorum ordo apud Romanos institutus.*
2 *Patres Conscripti vnde dicti.*
3. 4 *Senatusconsulta quid: & quo tempore lata.*
5 *Politia tres species, & politia quid.*

Senatuscõsultũ est, q̃ Senatus iubet atq; cõstituit. Nã cũ auctus eẽt populus Rom. ĩ eũ modũ, vt difficile eẽt ĩ vnũ eũ cõuocari, legis sãciẽdę cã, equũ uisũ ẽ, Senatũ vice populi cõsuli.

a Vide Liuium li. i. bell. Maced.

Romulus § 1 *primus, condita Vrbe, Senatorum ordinẽ instituit, cẽtum numero, quorũ consilio vteretur, electis: quos ab honorẽ* § *Patres,* § *ob ætatẽ* [a] § *Senatores* § *appellauit. Hunc ordinem Tullus Rex ex Albanis suppleuit.* 2 *Brutus aũt primus Consul, expulsor Regum, primores Equestris ordinis Senatorib. adscribi fecit: qui ob id* § *Patres Cõscripti* § *dicti sunt.* 3 *Si quæ igitur Senatus constituebat, eius decreta* § *Senatusconsulta* § *dicebãtur, ut hic textus subindicat: de quibus* [b] *Fenestella,* [c] *Gellius,* [d] *Capitolinus.* [e] *Zasius,* [f] *Salomonius, &* [g] *Budæus multa scitu perdigna scribunt, quæ huc cõgeri possent.* 4 *Fuerũt aũt Senatusconsulta eo tpe lata (sicut & ipsæ leges) cũ Senatus Romæ summa authoritate Ciuitatis statũ gubernabat: quã politiæ speciẽ veteres Aristocratiã nuncupabant.* 5 *Scire. n. cõuenit, Politiam (quæ est legitima ordinatio Reipublicæ, secundum quã alij præsunt, alij parẽt) habere tres species: Regnum, siue Monarchiã, Aristocratiã, & Populare Imperium. Regnũ est Monarchia, seu unius hominis principatus, administratis Rempublicam ad vtilitatẽ cõem, quæ si degenerat, & ad propriã tendit vtilitatẽ, in tyrannidẽ conuertitur. Aristocratia, est paucorum optimatũ principatus, qui administrant, ad utilitatem publicam: qualis hodie est status ciuitatis Norimbergæ hæc quando corrumpitur, relata. s. administratione ad utilitatem potentium, tunc fit Oligarchia: qualis olim fuit Romæ status, tempore Syllæ. Populare imperium est, cum summa potestas penes populum seu plebẽ censetur, quæ si degenerat, Democratia dicitur, qualem statum somniabat Germanica* [h] *plebs in tumultu rusticorum.*

b In libel. de Legib. Rom.
c lib. 14. c. i.
d In uita Maxi.
e in l. 2. §. deinde quia, ff. de orig. iur.
f In l. i. ff. d. Sen.
g In l. vlt. ff. de Senat.
h Anno Christi 1525.

§. Sed & quod.

1. 2 *Lex Regia quando lata: & vnde dicta.*
3 *Imperatores qui.*
4 *Licentiosum tantum Principum placitum pro lege habetur.*
5 *Placita Principum triplicia.*

a Sed & quod Principi placuit, b legis habet vigorem: cum lege Regia, quæ de eius Imperio lata est, populus ei, & in eum, c omne imperium suum & potestatem concedat. Quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hęc sunt, quę Constitutiones appellantur. Planè ex his quædam sunt personales, quę nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc Princeps vult.

§ *Nam quod alicui ob meritum indulsit; vel si quam pœnam irrogauit; vel si cui sine exemplo subuenit, personam non transgreditur. Aliæ autem, quum generales sint, omnes proculdubio tenent.* §

a *Sed & quod* § *Totus hic locus ex Vlpiano* [a] *descriptus est.*

b *Legis habet vigorem.* § 1 *Postquam Iulius Cæsar, extincto Pompeio, solus in Vrbe regnauit, neque vlla amplius esset libertatis spes: populus Romanus iam seruitutis iugum ferre assuetus, lege Regia lata, omnem potestatem in Principem trāsfudit, vt deinde Respublica per vnum gubernaretur, ac quicquid posset populus statuere & facere per se, idem posset & Princeps* [b] *solus. Sic ergò quod necesse erat pat., dissimulatani Iulij Cæsaris, legis Regiæ titulo contegere maluerunt. Hanc tamen legem plerique de Octauij Augusti primi Principis acclamati Imperio: Alij tempore Vespasiani latam esse volunt: atque ita in quibusdam monumentis Romæ haberi Salomonius* [c] *testatur.* 2 *Dicta est autem lex Regia, quod per eā ius regnandi delatum fuerit. Inde à Principibus factæ sunt Constitutiones, quæ* § *placita seu decreta Principum* § *dicuntur: quales multæ in Codice, & Nouellarum libro referuntur.*

a In l. 1. ff. de cō stit. prin.

b Vide l. 1. §. eo tépore, & ibi. Zal. ff. de orig. iur.

c In l. 1. ff. de cō stit. prin.

c *Omne imperium, Imperium* § *concessit populus Romanus Principi, quod foris circa rem militarem* [d] *intelligitur.* 3 *uam exercituum duces,* § *Imperatores* § *dicebantur, ab imperādo exercitui, & omnia alia necessaria ad bellum prouidendo.* § *Potestatem verò, quæ videlicet foris & intus esset, iurisdictionē. Quāuis autem generaliter hic textus loquatur: hoc tamen nō de illicentioso, sed licentioso Principis placito intelligendum est.* 4 *Neque enim omne quod Principi placet, legis vigorem habet, & pro lege seruandum est: sed id tantum, quod ex æquo & bono, nec honesti carceres excedente, legis condendæ animo constitutum est, quodq; non pugnat cum iure naturali, & honestatis* [e] *formula. Quare meritò Antiochus ille tertius laudandus est, quem ferunt, datis ad singulas Ciuitates suas litteris, iussisse, ne sibi parerent, si quid fortè præter ius & fas ediceret. Quorsum & Plato respexit, in eo Dialogo qui Minos inscribitur, vbi Constitutiones Principum iniquas, nec ad optimum recto calle proficiscentes, leges minimè esse, summa grauitate probat.* 5 *Illud quodque hinc discendum est, quod ad Principis placita attinet, trifariam accipiendum esse; aut enim ex singulari Principis indulgentia, personam, rem, vel Vniuersitatem aliquam à communi obseruatione eximit: & est Priuilegium, de quo in textu fit mentio; aut per legitimam Congregationem, quam Territorium, aut extrinseca qualitas personarum vel rerum colligit, cōstituitur: & est Ius Municipale siue Statutum; aut verò ius aliquod ex plena iurisdictione sic emittitur, vt vniuersaliter omnes suæ iurisdictioni & imperio subiectos liget: & tunc Ius* [f] *commune est.*

d Salo. in d. l. 1.

e Vide Salomonium in d. l. 1. & 1 l. priceps. ff. de cōst. pri. grauiter d hoc differentem.

f Ita Derrerus in li. 1. Iurispru. tit. 7.

§. Prætorem.

1 *Prætoris constitutio.*
2 *Præter Vrbanus.*
3 *Prætoris dignitas & eminentia.*
4 *Prætor peregrinus.*
5 *Prætorum numerus.*
6 *Prætorum edicta primum fuerunt annua.*
7 *Edictum perpetuum quis primo scripserit.*
8 *Prætores quomodo subuenerint iuri duodecim tabularum.*
9 *Magistratuum voce Prætores intelliguntur.*
10 *Euo Aedilium ordines.*

a Prætorum quoq; edicta non modicā obtinent iuris authoritatem. Hoc ēt Ius honorariū solemus appellare: ꝙ qui honores gerūt, i. *b* Magistratus, authoritatē huic iuri dederūt. *c* Proponebāt & Aediles Curules edictū de ꝗbusdā causis, ꝙ & ipsū *d* iuris honorari portio ē.

a *Prætorum quoq;* § *Cum* 1 *patres (vt* [a] *Fenestella, Liuiū* [b] *secutus, scribit) plebis diuturnis certaminib. victi, alterū Consulem è plebe creari concessissent: vicissim Patrib. concessum est, vt vnicus ex ipsis Magistratus crearetur, qui à praeessendo* § *Prætor* § *diceretur: Varro à præeundo dictum putat: idque factum est ab Vrbe cōdita cirtiter 390. annum.* 2 *Is, quia ius incolis Romæ dicebat,* § *Vrbanus,* § *appellatus est, cuius tanta fuit potestas, vt nouum ius condere, & vetera iura abrogare solus posset. Consularibus tamen Comitijs habendis author esse non potuit, ꝙ maius versaretur Imperiū in Consulib. creādis, ꝗ ut per ꝓtorē explicaretur, vt Cicero* [c] *scribit.* 3 *Sed & fasces ei cū lictorib. cōcessi, sella Curulis, & Trabea cādida. Et tātū postmodū aucta est ꝓtoris authoritas, vt ꝙ ꝓtor ipse dixisset, ob ipsius honorē,* § *ius honorariū* § [d] *diceretur. Regijs. n. īsignib. & apparatu ferme. Cōsulari Prætores supra cæteros Iudices* [e] *fungebātur.* 5 *Post aliquot deinde annos, nō sufficiente eo Prætore, ꝙ multa turba ēt peregrinorum in Vrbē veniret, creatus est & alius Prætor, qui* § *Peregrinus* § *dictus* [f] *est, ab eo, ꝙ inter peregrinos, & de reb. peregrè gestis, cognoscebat.* 5 *Porro crescente & augescēte Imperio, in tantū postea amplificatus est numerus Prætorū, vt decē & octo Prætores aliquādo in Vrbe Ius diceretur. Nā priorib. duobus Cornelius Sylla quatuor adiecit: deinde Diuus Augustus, sexdecim Prætores esse voluit, ꝗb. Decius Claudius, duos adiecit, Tyberius unū detraxit, quem D. Nerua iterum addidit, ut sic octodecim numero fuerint. Et hæc quidem de Prætorum origine & authoritate dicta sint. Ad rē quod attinet, obseruandum est, Prætorum edicta (quæ Romæ in omni politia fuere, sicut & prudentum responsa) enumerari etiam inter iuris scripti species,*

a De Rom. magistratib. lib. 43. cap. 19.

b lib. 5.

c li. 9. ad Attic.

d In l. ius auté §. ius auté pretorium. ff. de iust. & iur.

e Fenestel. d ma gist. Rom c. 19

f l. 1. §. cumque. Cof. de orig. iur.

6 Et primo saltem erant annua: si quidem Magistratus ipse non erat, nisi annuus. Nec tamen iuris dicendi ratio arbitraria Prætoribus semper esset, & pro eorum libidine subinde mutabili, lata à Cornelio lex est, § De edictis perpetuis. § 7 Edictum autem perpetuum primum scripsisse Salnium Iulianum, Budæus [g] ex Eutropio refert. 8 Porrò Prætores leges XII. tabularum, quæ breuissimis modis comprehensæ erant, nec poterant omnib. rerum dubijs atq; emergentibus causis sufficere, interpretati fuerunt, iusque suum cum naturali æquitate persuasi, tum Reipublicæ vtilitate adducti, introduxerũt, quo leges duodecim tabularum aut [h] iuuarent, aut supplerent, aut [i] corrigerent. Iuuarunt, vt in cõmodato: suppleruut, vt in eo, qui metu perculsus, vel dolo malo circumuentus, se obligauit; item, in actione furti manifesti, quæ de iure ciuili non extabat: correxerunt, vt in filio emancipato, quem inter liberos ad bonorũ possessionẽ vocãt. Quare non immeritò [k] Martinus, § Ius prætorium, siue honorarium, viuam Iuris Ciuilis vocem dixit. §

b *Magistratus. § Prætores 9 nempè, hos enim κατ᾽ ἐξοχὴν intelligimus generali Magistratum voce.*

c *Proponebant. § 10 Duo fuerunt Aedilium ordines apud Romanos, (vt Plutarchus docet in vita [l] Marij § Alter iuri dicũdo præerat, & à sella cui insidebat, § Curulis § nominatus est; Alter plebeius erat; Horum officium fuit, curare Vrbem publicè, sicut paterfamiliàs priuatim curat familiã, præsertim, quatenus ad annonam & prouentum frugum, aliarumq; rerum cuiusque anni pertinebat; Ludos quoque curabant, quoniã his frequenter utebantur veteres, partim ad lætitiam populi publicam, partim ad placandos Deos. Hinc extat lex doudecim tabularũ hisce verbis: § Suntoq; Aediles curatores vrbis, annonæ, ludorumq; solenniũ. § Habuerunt quoq; Aediles Curules authoritatẽ legis cõdendæ, circa emptiones & venditione, ubi cauerũt, ne uẽditor emptori ignorãti rẽ morbosã, uitiosamue vẽdere, q; si fieret Aedilicio [m] edicto emptori succurrebatur: hocq; noĩe proposita sunt duo Iudicia. § Redhibitionis § .f. & § Quãti minoris. §*

d *Iuris honorarij. § Id est, iuris Prætorij; ius enim honorarium, Edicta & ius Prætorium demonstrat. Et ideo [n] aliàs stipulationes Aedilitiæ Prætorijs stipulationibus continentur.*

g In l. 2. ff. de sta. hom.
h Vide quę scribit Bal. in rub. C quis admitti ad bon. poss.
i In l. ius autem ciuile.
k § 1. ff. de iust. & iu. in l. nam & ipsum, 8. ff. de iust. & iur.
l Vide quoque Bud. in l. 2. §. deinde cũ placuisset, ff. de orig. iur & Cic. in 7. Verr.
m Vt ff. de ædil. edic. p totũ.
n §. prætoriæ inf. de diuis. stipu. & l. stipulationum, 5. ff. de verb. oblig.

§. Responsa.

1.2 *De duabus veterum Iurisconsultorum interpretationibus.*
3 *De Scipione Nasica & alijs Iurisc. qui ante Iulium Cæsarem fuere.*
4 *Masurius Sabinus primus publicè de iure respondit.*
5 *An hodie à Doctorum Consilijs Iudici recedere liceat.*
6 *Iuris interpres interpretando iura condere dicitur.*
7 *Interpretatio qualis esse debeat.*
8.9 *Ab omnium Iurisconsultorum responsis olim non licebat recedere: secus, si aliqui dissensissent.*

a Responsa prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat *b* iura condere. Nam antiquitus constitutum erat, vt essent, qui iura publicè interpretarẽtur: quibus à Cęsare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur. *c* Quorũ omnium sententiæ & opiniones eam authoritatem tenebant, vt Iudici recedere à responsis corũ non liceret: *d* vt est constitutum.

a *Responsa prudentum § De duabus 1 Prudentum siue Iuriscõsultorum interpretationib. mentionẽ fieri in legib. reperio. Prior mox post Decemuiros emersit, multa ætate antea, quã Respublica Romana per C. Iulium Cæsarẽ in Monarchiã retrusa est. 2 Sub horum prudentum numero fuit Scipio Nasica, cui & publica domus in sacra uia data est, quo facilius cõsuli posset. itẽ Lucius Crassus, Quintus Mutius, Seruius Sulpitius, Gallus Aquilius, Trebatius, Tiberius Coruncanus, & pleriq; alij. [a] Et horum nihil reliqui habemus, ne apicem quidẽ: præter hæc quæ fortè in Pandectis reperiuntur, et Cicero suis libris hinc inde inspersit. Illius autem interpretationis Imperator hic nõ meminit. 3 Altera post Cæsarum tempora extitit, cum Iulius Cæsar Romanam occupauit dominationem: tum. iterum admissi sunt Prudentes, qui consulentibus publicè respõderent. Hæc autem respondendi authoritas sub Monarchia concessa est prudẽtibus, ab optimo Principè Augusto, qui § Pater patriæ § meritò appellatus est: eorumq; responsa in omni deinde politia recepta: fuerunt; idq; est quod Iustinianus hoc loci scribit, § antiquitus constitutum fuisse. § Et istorũ prudentum sententias aliquot habemus, quæ legum uice nobis sunt relictæ, et Iustiniani mandato per quinquaginta Pandectarum libros sparsæ: quales fuerunt hi, quorum nomina [b] in Pandectis passim referuntur. 4 Primus autem publicè respondit Massurius Sabinus, ita iubẽte Augusto, vt Pomponius [c] meminit. Quamuis autem olim a prudentum responsis non licebat recedere Iudici: 5 tamen hodie probabilem tantum esse, & non necessariam Iurisconsultorum consultationem, Doctores omnes sentiunt. Rectè tamen Iudex facit, Fabro teste, qui opiniones Doctorum rationi consonas sequitur. [d] Nam & Cicero pro Cecinna scribit, eum, qui Iurisperitis non putat obtemperandum, labefactare leges, atque iura. Sed non omnes sunt Iurisperiti, qui hoc se nomine Iudicibus uenditant: præsertim hoc tempore, quando Iurisconsulti titulus nummis etiam in Academijs comparari, obtinerique potest.*

b *Iura condere § .f. per interpretationem, ut Imperator semetipsum declarat, inquiens: § Nã antiquitus constitutum erat, ut essent qui iura publicè interpretarentur. § 6 Ex quo confici Salomonius ait, q; legum interpres interpretando dicatur iura cõdere: sicut & interpretatione fieri iuris compositionẽ, Põponius e*

etiam

a In l. 2. §. iuris ciuilis, ff. de orig. iur.
b Adde l. 1. §. nõ quam hęc materia. C. de veter. iur. enucl.
c Ad d. l. 2. ff. de orig. iur.
d Facit l. si quãdo 10. §. 1. ff. si seruitus vẽ. & l. in substit. 31. §. vlt. ff. de vulg. & pupil. substit.
e In l. 2. §. his legib. latis. ff. de orig. iur.

etiam probat, 7 Quod de recta interpretatione intelligendum est, alioqui nec vlla ferè interpretatio dici potest, quæ perperam fit. Debet enim esse verisimilis; & exponere, non destruere [f]. Noricus tamen textus aliam habet lectionem, & pro § iura condere, § legit § de iure respondere: § quæ lectio sanior est.

c Quorum omnium § 8 Salomonius inquit, non enim eam cuiusque Iurisconsulti olim authoritatē fuisse, vt ab eius responso nō liceret recedere, sed omnium simul, i. ab eo quod omnes probassent: § quorum [g] omnium, § ait collectiuè, maximè cum in plurali loquatur. alioqui verbum § omnium § frustra fuisset positum post dictionem § quorum: § atque textus, § ab eorum responso, § scilicet omnium, & non responsis. Vnde nota, sicut vna dicitur sententia, in quam omnes consentiunt [h]: § ita vnum responsum dici, in quod plures respondendo consentiunt: & sic communis opinio, vna opinio. [i] 9 Quid autem si vnus aut alter dissensisset? Et Salomonius [k] putat, recedere non fuisse illicitum: pro forma constitutum videtur, vt omnes consentirent? ergo potior pars in hoc, vt vim legis obtineat, non præualet paucioribus.

d Vt est constitutum § Nempe a Romanis Principibus: § Hæ sunt § (ait [l] supra) § quæ Constitutiones appellantur. § idque significat, quod [m] alibi legimus § Primus diuus Augustus, vt maior iuris authoritas haberetur, constituit, vt ex authoritate eius responderetur: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit, &c. § Hoc autem Iurisconsultis priuilegium Iustinianus deinde sustulit.

§. Sine scripto.

1 Deficiente lege scripta Consuetudini stamus.
2 Consuetudo quid.
3 Consuetudo a Lege in quo differat.
4.5.6 Quæ sint requisita Consuetudinis.
7 Frequentia actuum vnde colligatur.
8 Mos & Consuetudo quomodo differant.

Sine scripto ius venit; quod vsus approbauit: nam diuturni *a* mores consensu vtentiū comprobati, *b* legem imitantur.

a. Hactenus iuris scripti originem recensuit: nunc de eo iure, quod sine scripto venit, & vsu solum comparatum est, id est, de ipsa consuetudine annectit. 1 In causis enim decidendis, vbi non reperitur lex scripta, vel reperitur, sed non est in vsu, tunc obseruari debet id, quod vsus, & frequentium actuum consuetudo approbauit: modo non pugnet cum naturali ratione. Hinc ait textus, quod consuetudo legem imitetur. Baldus [a] eam appellat legem tacitam, quia omnes virtutes legis habet. 2 Est aūt § Consuetudo, § ius quoddam non scriptū, moribus vtentium introductū, habens vim legis: 3 eoque differt a lege, quod hæc solo expresso [b] consensu populi sanciatur: consuetudo verò ex vniformium actuum frequentia, tacitoq; consensu populi constituatur: [c] Nam & Cicero. [d] § Ius, § inquit, § esse putatur, quod voluntate omnium sine lege vetustas cōprobauit. § & autor Rhetoricorum ad Herennium § consuetudinem ius esse § scribit, quod § sine lege, æquè ac si legitimum sit, vsitatum est. § 4 Non tamen omne id, quod ex obseruatione populi inducitur, Consuetudo est: sed ita demum, si hæc requisita coniunctim adsint. Primū tacitus populi consensus, & ille quidem rationabilis: nisi.n. Consuetudo ratione munita sit, (vt multa sæpè iniusta & praua morib. fiunt, inquit Comicus) nō Cōsuetudo, sed corruptela est, nec vice, [e] legis fungi potest.* Rōnem aūt Consuetudinis Iudici discutiendam relinquimus, qui eam examinare debet ex iure naturæ, vel gentium. Nam si penitus recedat à natura, & cum illa quasi ex professo pugnet, tunc improbabilis est, & iniqua, neq; aliud quā tyrannidem sapit: ideoq; nec alleganda, aut sequenda. 5 Deinde vt sit præscripta, i. vt decem annis continuis, de iure ciuili durauerit, si est præter legem inducta: hoc est, in tali casu, qui alioqui in iure nō sit determinatus. Nam si esset cōtra legem, & repugnaret iuri positiuo seu ciuili, tum longissimum tempus, nempe quadraginta annos ad cōsuetudinis præscriptionem desiderari volunt: quod maximè iure Pontificio [f] obtinet. 6 Deniq; frequētia actuū necessaria est: q, quonia determinata nō est, 7 alij Iudicis arbitrio [g] reliquerunt, sed falso: cum Iudex non inducere, sed confirmare Cōsuetudinem [h] possit. Alij ex vno actu potissimū insigni, Cōsuetudinem faciunt, [i] si de cōsensu populi semel constiterit; [k] quorum opinio Consuetudinis significationi, pluralitatē demonstranti, [l] repugnat. Cōis igitur opinio ex actu, non eodem die, sed diuersis temporib. geminato, Consuetudinem inducit. [m] cum & ex plurali multitudo significari videatur: [n] vt. s. ad minus secundū eam bis iudicatum sit, nec ia præscripto tpe cōtrarius actus interuenerit. [o]

a Mores consensu vtentium. § 8 Morem & Consuetudinem in stricta significatione inter se differre aiunt. Mos enim vel vsus factum hominis notat, proq; actu ipso ponitur, ex quo Consuetudo induci solet. At Consuetudo est ipsum ius, quod per morem siue vsum, i. per obseruationem populi inducitur. Confunditur tamen hæc differentia non raro in legibus: nam & Consuetudo quandoque factum nudum significat, & vsus pro consuetudine accipitur. [p]

b Legem imitantur. § Id est, vim eius repræsentant, & referunt.

B 3 §. Et

f Argumento c. cū delicti, de acc. Adde Bal. in l. si de interpret. ff de leg.
g l. si plurib 45. ff. de le. 2. l. nō distiguemus, §. cū i plures, ff. de arbi. Barto. in Extrau. quoniā nup. in vet. omnes.
h §. Senatuscōs. sup. hoc ti. fac. l. 1. ff. de pac.
i Vt hic in tex.
k In enarrat. huius §.
l § sed & quod. hoc tit.
m l. 2. ff. de orig.
a In l. de quib. 32. ff. de legib. l. legis virtus. ff. de legib.
b § lex est, sup. hoc tit.
c d. l. de qb. & c. cōsuetudo, di. 1. facit l. 2. C. q sit long. cons.
d Li. 2. de Inuēt.
e l. sed & ea, cū l. seq. & l. qd nō rōne, ff. de legib. c frustra. di. 8 & c. vlt. de consuetud.
* Vide meū tr. 12. nu. 14. vbi de rationabilitate cōsuetudinis plura dixi.
f gl & D. l. i d. c. 2. vi. de cōsue.
g Argumento l. 1. in fi. de iure delib.
h l cū de cōsuet. 33. ff d legib.
i l 2. § tractatū, ff. ne quid in lo. pub.
k Argumēto l. 3 ff. de probat.
l Quintil. lib. 1.
m l, 3. in fi. C. de Epis. audientia.
n § fi inf. de iur. pe s.
o l 2 C. quæ sit lōga cons. Dd. in d. l. de qb. & in d. c. vlt. vbi de inducēda & abolēda consuetudine vberrime disseritur. vide etiam quæ in meo respon. 11. nu. 21. & d respon. 13. à nu 12. vsque ad 16. Itemque respon. 32. nu. 28. & aliquot seq. habentur: vbi hāc consuetudinis materiam succinctè complexus sum.
p Fab. hic, Iason in d. l. de quibus, ff. de legibus, l. 3. C. de Episco. aud.



§. Et non.

1 *Iuris scripti & non scripti origo, vnde nata.*
2 *Athenienses tabulis æreis leges suas commendabant.*
3 *Romani suas leges à Græcis habent.*
4 *Qui retulerint leges à Græcis.*
5 *Pomponij locus in l. 2. §. postea ne diutius, de orig. iur. declaratus.*
6 *Leges Decemuirales, & leges duodecim Tabularum sunt idem.*

Et nõ inelegãter in duas species Ius Ciuile distributũ esse videt, nã origo eius, ab institutis duarũ Ciuitatũ, Athenarũ scilicet, & Lacedæmoniorũ, fluxisse videt. In his enim Ciuitatibus ita agi solitum erat, vt Lacedæmonij quidẽ magis ea, quæ ꝓ legibus obseruabãt, memoriæ mandarent. Athenienses verò ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

Distinctio } 1 *iuris scripti & non scripti duxit originem ab Atheniensibus & Lacedæmonijs, Lacedæmones enim legibus non scriptis, sed ijs, quas moribus comparatas à maioribus, tanquam per manus traditas accepissent, vtebantur: quod Lycurgus eorũ legislator (si plutarcho credimus) sanxisse fertur. Athenienses verò adeò scriptis legibus dedit fuere, vt eis in iocum atque opprobrium verteretur, quasi scribendis magis, quam obseruandis legibus animum intenderent.* 2 *Cõmẽdabant autẽ hi leges suas tabulis æeris & quadratis, quas nonnunquam* κύρβεις *nonnunquam* [a] ἄξονας *appellant. Nam vetustas, si quid perpetuum desiderabat, & nunquã intermoriturum, in æs incidere consueuit. Vnde & apud Platonem* [b] *legimus, Minoen leges suas æreis tabulis inscribi iussisse, & quotannis ter ꝑ vniuersam Græciam circumferri. Vnde & æreæ dictæ sunt. Romani ergò & in hoc Athenienses imitati sunt, quod leges suas Decẽuirales tabulis eburneis inscriptas in æs incidi, atque in ærariũ recõdi voluere.* 3 *Habent igitur Romani suas leges à Græcis. Cæterũ veritas historiæ sic se habet.* 4 *Romani anno ab Vrbe cõdita 110. tres legatos instructos publicis triteremibus Athenas miserunt, qui inclytas Solonis leges scriptas referrẽt, Liuio* [c] *& Fenestella* [d] *authorib. Hi fuerũt Spurius Posthumius Albus, Publius Sulpitius Camerinus, & Aulus Mãlius. Allatis iã verò legibus, Decẽuiri constituti fuerunt, qui ex ijsdẽ Græcis legibus, & patrijs cõsuedinibus, Romanas leges conderent ac scriberent; vt diffusè apud Diodorũ* [e] *extat, succinctius à Tito* [f] *Liuio, eleganter à Fenestella* [g] *traditur. Horũ numina in Decretis* [h] *recensentur.* 5 *Et cũ hac moderatione accipiendũ est, quod scribit Pomponius* [i] *publica authoritate decẽ fuisse viros constitutos ꝑ quos peterẽtur leges à Græcis Ciuitatibus.* 6 *Et hæ leges proinde in duodecim tabulas relatę sunt: quæ ob id interdũ leges Decẽuirales, interdũ leges duodecim tabularum dicuntur. Explodenda est igitur Accursij* [k] *fabula, tã ridicula quàm falsa, quasi stulto interueniente, qui pretenta manu Trinitatem significaret, leges à Græcis impetratæ sint. Cur autem Romani ab Atheniensibus & Lacedæmonijs potissimè leges esse petẽdas censuerint, eleganter Cicero in oratione pro Flacco perstringit, vt ibidem videre licet.*

a Alciat. li. 2. Pretermiss. dixi sup. §. cõstat autem.
b In dialogo q. Minos inscribitur.
c Li. 3. ab Vrb. condita.
d In lib. d Mag. Rom. c. 4.
e Lib. 12.
f Li. 3. ab Vrb. cond.
g d. c. 4.
h c. 2. & 3. distint. 7.
i In l. 2. §. postea ne diuti. ff. de orig. iur.
k d. §. postea ne diutius.

§. Sed naturalia.

1 *Ius naturale immutabile.*
2 *Ius ciuile immutari potest.*
3 *Graue dictum matris Dionysij tyranni.*
4 *Ius ciuile semper refertur ad rationem naturæ.*
5 *Lex bona à mala, sola naturæ norma, diuiditur.*
6.7 *Quandoque à naturali ratione longius recedunt leges ciuiles, & tamen nihil iniquum statuunt.*
8 *Ius naturale & gentium circa theses, ius ciuile circa hypotheses versatur.*
9 *Ius ciuile est efformatio iuris naturalis.*
10 *Iuris ciuilis definitio.*
11 *Ius naturale etiam diuinum dicitur.*
12 *Diuina quæ esse censeantur.*
13 *Ius ciuile dupliciter mutatur.*
14 *Desuetudo, est contraria Consuetudo.*
15 *Solius principis est, legem tollere.*

a Sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræq; obseruantur, *b* diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. Ea verò, quæ ipsa sibi quæque Ciuitas constituit, sæpè mutari solent, *c* vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.

a *Sed naturalia* } *Ius* 1 *naturale ꝑpetuũ ẽ, et ĩmutabile. Loquitur aũt de eo iure naturæ, qđ ex naturalis et diuinę rationis dictamine procedit: quod etiã gentiũ dici, supra* [a] *ostendimus. Illud enim in totũ mutari non potest, licet ex parte variabile sit.* 2 *Ius autem ciuile subinde mutatur, propter uarias negociorum ac*

a In prin. huius tit.

rerum

rerum circumstantias. 3 Hinc illud extat, quod mater Dionysii tyrani Siciliæ dixisse fertur, cum conatus esset filius illi stuprum inferre, § tyrannum quidem leges ciuiles posse mutare, sed iura naturalia prorsus tollere nullo modo posse. § 4 Vtcunque aūt iura ciuilia varient, ob id tamen iniquum non statuunt: quia ad eundem finem tendunt, & conueniunt cum summis præceptis illis, quæ gubernant omnes leges, immutabiliaque sunt. Nisi enim conuenirent cum illis, referrenturque ad naturalis ac diuinæ rationis formulā, tunc necessario iniustitiam continerent, ac tyrannides & carnificinæ essent potius, quam leges, nec quenquam ad obseruationem sui adstringerent. 5 Quod & Cicero grauiter in libro de Legibus expressit, Legem bonā à mala nulla alia, nisi naturæ norma, diuidi posse asserens. 6 Neque est quidem hac in re Nomothetarū consilium uituperandum, tanquam uiolentum, quia nonnunquam à naturali æquitate longius recedant leges ciuiles: nam hoc non iuris, sed hominum uitio fit, quia sua intractabilitate cogunt legislatores, seueriores ferre leges: sicut [b] Christus excusat Mosen, q contra naturæ æquitatem permiserat Iudæis, ut propter nō satis iustas offensiones, uxores suas repudiarent. Nam propter duritiem cordis eorū hoc illis permisisse Mosen dicit: non quod nescierit, aliud naturalem æquitatem præcipere. 7 Ex hoc igitur exemplo manifestum est, sæpè cogi ciuilium legum conditores, ut nonnihil recedant ac deflectant à naturali æquitate, ob improbitatem hominum. Sæpè enim necessitas periculi cogit, inter duo mala [c] minus malum eligere. Variatio ergo & crebra legum ciuilium mutatio improbitati hominum, non ipsis legumlatoribus imputanda est, Christi exemplo. [d] Hinc etiam legibus permissum est, ut constituta maleficiorum supplicia exacerbentur in terrorem aliorum, si quando nimium multis grassantibus [e] exemplo opus sit. 8 Porrò ius naturæ & gentium, vt plurimum continent theses, idest, communes quasdam sententias rectè & tranquille uiuendi, quas præscribit sua cuique ratio. ius autem ciuile scriptum est de hypothesibus, idest, subsumptionibus. verbi gratia. primum est, § punire sontes: § de qua sententia nemo dubitat, cum hoc uniuscuiusque ratio dictet ac iubeat. De hypothesibus verò contenditur, nempe quo genere pœnæ delicta punienda sint, hinc alij, fures censent suspendendos, alij duplo aut quadruplo puniendos. Sic sententia iuris naturæ est, [f] § ne locupletemur cum alterius iactura: § hæc thesis nota est omnibus, quam Cicero [g] etiam in Officijs grauiter tractat. De eius verò hypothesi certant Iurisconsulti, an usucapienti liceat se locupletare cum alieno damno: an uenditori conueniat circumscribere emptorem. Item communis sententia [h] est, § seruare fidem, § de qua nemo ambigit: de eius verò subsumptione disputatur, an pupillus, aut mulier fidem seruare debeant; an latroni, an hosti sit seruanda; & sic de similibus. 9 Ex prædictis ergo efficitur, Ius ciuile nihil facere aliud, quam q uariet communes sententias Iuris naturalis & gentium, pro ratione circumstantiarum, & utilitate siue salute humanæ societatis; cui modo hoc, modo illud conducibilius est, magisque proficuum. 10 Atque hoc haud dubie Vlpianus [i] intellexit, cum § Ius ciuile definit esse illud, quod neque in totum à natura recedat, neque per omnia seruiat, sed ei vel aliquid addat, vel aliquid detrahat. § Et nos alibi diximus, Ius ciuile determinationem esse Iuris naturalis.

b Diuina quadam. § 11 Rectè, inquit, § diuina prouidentia, § quia iura naturæ & gentium, sunt diuinitus insculpita animis nostris, & sic impressa, ut abradi omninò nequeant. 12 Neque enim illud tantum diuinum est, ac pro iure diuino habendum, quod Moses aut Euangelistæ tradiderunt; quæue præcipiuntur in sacris scripturis, sed quicquid sententiæ Christi tandem respondet, & quicquid syncerioris humanæ mētis iudicium ac ratio, ad tuendam huius uitæ societatem postulat atque præcipit. Alias eleuaretur multarum legum authoritas: quæ iuris diuini esse, diuinaque prouidentiā constitutæ merito iudicari debent.

c Vel tacito. § 13 Hinc discendum, iura ciuilia duplici modo mutari, & abrogari posse: aut suffragio legislatoris, aut contrario populi consensu, per desuetudinem. [k] 14 Hinc enim desuetudinē accipimus pro contraria consuetudine. Suffragio Legislatoris abrogatur lex, per recentiorem latam legem, eamq; contrariam, quod hodie solus Princeps Romanus facere potest: in quem legum condendarum authoritatem Regia sanctione translatam esse, suprà [l] diximus. 15 Solius igitur Principis est, legem aut tollere, aut emendare, idque per nouam & contrariam constitutionem: [m] quod passim uidere est tam in Codice, quam Nouellis Constitutionibus. Contrario populi consensu tollitur lex, quādo tempore longissimo contra legem præscriptum est, & in contrarium [n] obseruatione populi quid inductum.

b Matth. c. 19.
c d. 23. cap. 2. & seq.
d d. c. 19.
e l. aut facta, §. vlt. ff. de pœn.
f l. nam hoc natura, ff. de cōdict. indeb.
g lib. 3. Offic.
h In l. 1. ff. de pac.
i In l. ius ciuile, ff. de iust. & iure.
k l. de quibus, ff de legib.
l In §. sed & qđ principi, sup. hoc tit.
m l. non est nouum. ff. de legib. l. tanta, C. de ueteri iure enucl.
n In §. ex non scripto, & Dd. in d. l. de quibus.

DE IVRE PERSONARVM. TIT. III.

In rubr. & princ. tit.

1 Tria iuris capita.
2 Persona an sit proprium iuris caput.
3.4 Duo tantum esse peculiaria iuris capita, dominium & obligationem.
5 Persona quare his annumerata.
6 Primi libri Institutionum tractatio siue Epitome.
7 Ius personarum, & status hominum, idem.
8 Iuris causa materialis, efficiens, formalis.

a Omne autẽ ius, quo vtimur, vel ad personas ptinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de psonis videamus: nã parũ est ius nosse, si personæ quarũ causa constitutũ est, ignorent. Summa itaq; diuisio de iure personarum hæc est: quòd oẽs homines aut liberi sunt: aut serui.

a In l. 1. De stat. hom.

b In l. aut facta ff. De pœnis.

c in d. l. 1.

Tria § 1 *hic mox ab initio ex Caio Iurisconsulto referũtur Iurisprudẽtiæ capita* [a] *videlicet* § *psona, res, et actio.* § *Ad hæc enim tria, omne ius, quo vtimur, ptinet.* 2. *Apellus verò nõ incelebris Iurecõsultus putat, personam non esse proprium & peculiare Iuris ciuilis caput, ad quod pleraque in legibus referãtur; sed nihil aliud, quam circumstantiam: quales etiã sunt, causa, locus, tempus, quantitas, qualitas, & euentus: sicut eas alibi Claudius Saturninus* [b] *perstringit. Reliqua verò duo, quæ cõnumerantur, esse peculiaria iuris ciuilis capita,* § *rem,* § *scilicet &* § *actionẽ.* § *Quamuis apertius, quod Paulus* [c] *appellat* § *rem,* § *secũdũ ipsum* § *Dominiũ* § *dici potuisset, quid enim in vniuersa rerũ natura nõ est res? Vnde* § *res,* § *apud Logicos, dicitur terminos transcendens, hoc est, superans oĩa significata.* 3 *Cum porro dominium vna sit vniuersi iuris pars, loco actionis commodius obligationẽ pro altera constituendam esse, idem censet. Conferuntur namq;* § *dominium & obligatio,* § *non aliter quã architectus, & calcearius; nimirum duo artifices, & duæ causæ efficientes: deinde actio realis, & actio personalis, non secus quã domus & calceus, nimirum duo effectus & duo officia. Sicut enim actio personalis ex obligatione: ita realis ex dominio producitur.* 4 *Et ad hæc duo vniuersæ Iurisprudentiæ capita referri posse autumat reliqua omnia, quæ in legibus habẽtur: quia sint vtriusq; capitis vel partes, vel causæ efficientes, vel adfinia siue cognata, vel cõtraria: exceptis circunstantiis, quæ & illa, & ista variant.* 5 *Iam verò si quæras: Qua ergo ratione Caius* [d] *prædictis duobus capitibus* § *personam* § *annumerauit? Respõdet Apellus, id factum ab ipso esse, nõ quia* § *persona* § *esset proprium & tertium caput, sed quia videbat, non minus late ipsius tractationem sese diffundere, atq; vnius ex illis duobus. Voluit itaque Caius (quem Iustinianus hic secutus est) personæ circunstantiã in legib. latissime patentẽ separatim etiã explicare, atq; aliis Iurisprudentiæ capititibus adiũgere, ordinem doctrinæ potius, quàm naturæ sequens. Potuisset enim eadẽ opera vel loci vel euentus circunstantiam, vel aliam quamuis ex his reliquis, aut etiã plures connumerare* 6 *Hoc igitur primo Institutionum libro personæ tractatio comprehenditur: quia aliæ personæ sunt liberæ, aliæ seruiles. Liberæ uel ingenuæ, vel libertinæ. Quædam alieno iuri subiectæ: atque harum aliquæ vel sub tutela, vel sub cura: aliquæ uerò neque sub tutela, neq; sub cura existunt. Hinc nuptiæ siue matrimonia, arrogationes, adoptiones emancipationes, manumissiones, capitis deminutiones: tutela et cura explicãtur. Atq; hæc est totius libri* 1 *tractatio*

d In d. l. 1.

e in ti. ff. De stat. hom.

f l. vlt. ff. de leg.

g d. l. vlt.

7 Cæterũ quod hic § *ius personarum* § *dicitur, Iurisconsultus in Pandectis* [e] § *statum hominum* § *appellat: nempe quod quisque hominum sibi ius vel libertatis, vel seruitutis uendicat. Est enim* § *status,* § *nihil aliud quam personæ qualitas & conditio: vt esse liberũ, vel ingenuum, siue nobilem, esse seruum. Donatus apud Terentium:* § *Status,* § *inquit,* § *ad habitum hominum, statura ad corpus refertur.* § *Personarum uerò uerbo, homines intelligit: quanquam propria huius dictionis significatio est, vt qualitatem in homine notet, qua alius ab alio differt, tum in animo, tum in corpore, tum in extrapositis: quæ à Rhetoricis enumerantur, in attributis personæ autore Valla.*

a *Omne autẽ ius,* § 8 *Hæc est summa iuris diuisio, materiam, id est, subiectum, circa quod uersatur, continens. Quæ ad causam efficientem spectat, Modestinus* [f] *explicat:* § *Ergo (inquiens)* § *omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit consuetudo.* § *Quæ formam respicit idem* [g] *scribit.* § *Totum ius consistit* § *(aiens)* § *aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo;* § *id est, quomodo alienet, aut amittat. Finis iuris est publica salus, & ciuium subditorumque tranquillitas; Ideo in XII. tabulis hæc lex scripta fuit:* § *Salus populi suprema lex esto.* §

§ Et libertas.

1 *Libertatis definitio explicatur.*
2 *In seruis libertatem faciendi impediri, iure tam gentium quam ciuili.*
3 *Libertatis proprium est, sic uiuere vt uelis.*
4 *Coniugata quæ dicantur.*
5 *Argumentum à coniugatis.*

a Et libertas quidem (*b* ex qua etiam liberi vocãtur,) est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: nisi si quid vi, aut iure prohibetur.

a In l. libertas, ff de stat. hom.

a *Et libertas* § *Hæc* 1 *libertatis definitio Florentini* [a] *est, ab effectu & officio conflata: cuius sensus est, quod libertas sit libera quædam & plena potestas, à natura hominibus tributa, faciendi quæ uelint, nisi vi uel iure prohibeantur. Vi veluti cum me aliquid molientẽ quod lex non prohibet, fortior quispiã, & plus habens uirium, uetat & impedit:* § *Iure,* § *vt cum suppliciorum & pœnarũ minis cohibeor, ne quid iniuriæ faciam. Alij exponunt Vi, id est, iure gentium:* § *Iure,* § *scilicet ciuili, vt ostendant, liberis tantum hominib. hãc definitionẽ cõpetere, non etiã seruis.* 2 *In seruis enim impedita est faciendi facultas, vel iure gentium per seruitutem, uel iure ciuili: vt quia uenundari se quis patiatur ad participationem.* 3 *Sanè Cicero in Officijs:* § *Libertatis,* § *inquit,* § *proprium est, sic viuere vt uelis.* § *Idem in Paradoxis.* § *Quid est,* § *inquit,* § *libertas? potestas viuendi vt velis.* §

b Ex

b *Ex qua etiam liberi* § 4 *Locus est à coniugatis. Docet enim Cicero in Topicis, ea dici* § *Coniugata*, § *quæ sunt ex verbis eiusdem generis, quæq; ab vno orta, variè commutantur: vt sapienter, sapientia.* 5 *Ducuntur autem inde plura argumenta, & in iure ciuili (vt Bald. adnotauit). veluti, qui libertate potitur, liber est ; qui tutelam gerit, tutor* [b] *est: si compascuus ager est, ius est compascere: si quis cognationi legauerit, cognatis legasse* [c] *videtur: fructuarius in pacto, hominis nõ habet vsumfructum, quia homo in fructu* [d] *non est.*

b In §. 1. infra de tutel.
c In l. si cogna. §. vl. de reb. dub.
d In l. vetus fuit de vsufructu.

§. Seruitus.

1 *Definitio seruitutis.*
2 *Seruitus vnde dicta.*
3 *Potestas dominorum in seruos.*
4 *Eadem limitata.*
5 *Seruitus quomodo contra naturam.*

Seruitus autem est constitutio Iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur.

Definitur § 1 *hic ea seruitus, quæ à persona seruili debetur personæ liberali, à iure gentium introducta: vnde & constitutio iuris gentium hic dicitur. Natura enim seruos nesciebat, cum iure naturali omnes homines liberi nascerentur.* 2 *Sed ex bellis, quæ iuris gentiũ sunt, seruitus est inuenta* [a] *Cœpit autem hæc potestas hominis in hominem primùm concedi à gentibus, loco beneficij, vt eos qui ex clade belli superstites in victorum potestatem venissent, humanitatis causa* [b] *seruarẽt.* 3 *Postea moribus est receptum, vt eorũ, quos clementer ita seruassent, ministeria non tantum in curandis suis rebus vterentur, sed & libertiam tales vendendi alij, sibi sumerent. Ac tandem eo progressa est libido dominandi, vt & Romanis legibus vitæ atque necis potestas dominis* [c] *in seruos concessa sit.* 4 *Proinde ne qui immodica licentia huius potestatis temere & malitiose abuterentur, vinculis legum ciuiliũ rursus conclusa est: vt castigare* [d] *quidẽ seruos ob delicta dominis liceat, sed ita, vt nulla immanitas, aut grauior sæuitia in ea castigatione deprehendatur.* 5 *Vnde facilè intelligis, quomodo seruitus sit contra naturam. Contra naturam enim est, si effectus illos prædura seruitutis respiciamus, qui contra omnem humanitatis rationem in vsum olim recepti fuere, atque ob id à Iustiniano* [e] *& anterioribus principib. merito emendati. Nam quod ad causam ipsam attinet, quin seruitus causam à natura trahat, non est dubitandum: id quod Aristoteles* [f] *& alij* [g] *& nouissime La.* [h] *grauiter probant. Sed est etiam alia seruitus, quæ de rebus dicitur; nempe ius, quod quis uel in re, vel ex re sua alteri constituit: de qua infra suo loco* [i] *Iustinianus tractabit.*

a In §. 1. infra de Libertinis
b l. 4. §. ser. ff. de statu homi. §. serui [illegible] Dorotheus 14 [illegible] ff. de [illegible] C. de op. [illegible]
d §. 1. [illegible]
e In d. §.
f li. 1. Polit. c. 3
g In [illegible] dit. Arist. [illegible]
h In 1. par. doc. iur. tit. de iu. perso. Dixi & hoc in §. ius át. gẽt. sup. de iu. nat. gent. & ci.
i li. 21 tit. ¥. de seruitu. rust. præd.

§. Serui autem

1 *Captiuitas iuris gentium.*
2 *Serui vnde dicti.*
3 *Hostem captum non licet occidere.*
4 *Serui quare dicti mancipia.*
5 *Hodie captiui non fiunt serui.*

Serui autem ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos vendere, & per hoc seruare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiuntur.

Iure § 1 *gentium secundario introductum est, vt capti in bello efficerentur [illegible] finalis primum causa seruitutis. Cæterum quoniam multi deseuiebant in captiuos, eosque necabant, prohibitum id fuit, constitutumque, vt potius venderentur, quam occiderentur.* 2 *Vnde à seruando dicti* [a] *sunt serui. Sic & Augustinus* [b] § *Origo* § *(inquit)* § *vocabuli seruorum in lingua Latina inde creditur ducta, quod hi qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur.* § 3 *Et hinc quidem apparet, non licere nobis hostem nostrum, postquam captus est, interficere. Quod plerique verum dicunt, cùm intra præsidia nostra iam de ductus est: ante uerò, quàm deductus sit, occidi iure poterit: cum multa interim possint accidere,* [c] *Quid enim si fugam capescere, vel cum hostibus rursus congregaretur? Alij* [d] *verò malunt, in ipsa acie solum [illegible]cere: idque aduersus eos, qui dedere se nolunt. Nam deditum hominem occidere, crudelissimum est, nec boni Imperatores hoc patiuntur: ab ea quippe humanitas abhorret, quam naturaliter homo homini debet.* 4 *Illi ijdem serui, quia ab hostibus manu capiebantur* [e] *vel potius, quia seruituti mancipabantur* [f] § *mancipia uocari solebant.* 5 *Et hæc quidem olim obtinebant: Hodie verò apud Christianos captiui nequaquam serui fiunt, nisi quatenus hoc iure contra immanissimos Turcas & Saracenos etiamnum* [g] *vtimur: qui vicissim nostros, si quando capiunt, in inclementissimam, durissimamque seruitutem* [h] *redigunt.*

a Dixi in §. ius át gentium [illegible] & ciu. Fa [illegible] pupillus, §. seruorũ, ff. de ver. si.
b lib. 10. d. Ciu. Dei [illegible]
c l. [illegible] ff. [illegible]
d Alciat. Ii. [illegible] pillus. 239 seruorum ff. de verb. sig.
e Vel ut notex. & l. libertas, [illegible] ff. de stat. hom.
f Gellius [illegible] & Bud. in l. 2. ff. de orig. iur.
g Ang. in §. itẽ ea quæ inf. de [illegible] in 9. eius qui [illegible] non est [illegible]
h Alci. i l. host. ff. de verb. sig.

§. Serui

§. Serui autem aut nascuntur.

1 *Serui nascuntur, & fiunt.*
2 *Partus ventrem sequitur.*
3 *Vernæ qui.*
4.6 *Serui quomodo fiant.*
5 *Quæ requirantur, ut fiant serui per uenditionem.*
6 *Ingratitudine fit seruus, & quibusdam alijs modis.*

Serui autem aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris: fiunt aut Iure gentiū, idest, ex captiuitate: aut Iure ciuili, cum liber homo, maior viginti annis, ad precium participandum sese venundari passus est.

Hinc § 1 *disce, seruos vel nasci uel fieri; nascuntur Iure gentium ex ancillis, quas in dominica potestate habemus:* 2 *quia proles, quod ad status causam attinet, non patris, sed matris conditionem, quæ ei pluribus temporibus* [a] *commodare potest, sequitur.* 3 *Et hos propriè* § *Vernas* § *dicimus* [b] *Quandoque tamen* § *verna* § *pro liberto sumitur, non seruo: ut cum testator* § *vernis* § *suis legat* quod si de seruis intelligeremus, inutiliter fieret. Libertos autem* § *Vernas* § *etiam antiqua inscriptiones nobis referunt, vt hæc:* § *Fortunatus Augusti Libertus Verna,* § *At vero significantur ea appellatione, qui in ædibus nostris nati sunt: vt* § *vernarum* § *aprorum & luporum Martiali, qui in viuarijs & piscinis nostris.* 4 *Deinde fiunt tā iure gentium, quàm ciuili. Gentium, quidem captiuitate, quando scilicet in publico iusto bello capiuntur. Ciuili uero per uenditionem sui ipsius, quando quis se uendi patiatur.* [c] 5 *Quod ut locum habeat, requiruntur subsequentia coniunctim* [d] *Primum iusta ætas, nempe 20. anni: deinde consensus uendendi: item precij participatio: denique notitia conditionis. Hæc tamē omnia apud nos ferè obsoleuerūt.* 6 *Porro hoc exemplum non constringit regulam, quin aliter quoque seruus Iure ciuili fieri possit, vt sanè potest: uelut ingratitudine,* [e] *assertione principali,* [f] *& authoritate principis, propter fugam in familiam latronū.*

a l. partū 7. C. de rei uen. §. sed & si quis, inf. de ingen.
b l. Serui 9. §. fi. de le. 3. l. cum superuernis. C. de rei uend.
* Vide l. 25. ff. de aur. & arg. leg.
c Gl. in eius gentium, dist. 1. & Pan. in c. si cut, de iureiu.
d Per iura in gl. hic all. in uer. maior.
e l. 2. C. de lib. & eorum lib.
f l. §. omnis. C. de asser. toll.

§. In Seruorum.

1 *Varia olim erat seruorum conditio.*
2 *Eadem quare sublata.*
3 *Iure nouissimo, nulla est inter seruos differentia.*
4 *Seruo quo ad officia, etiam hodie distinguuntur.*
5 *Hodie nulla etiam est differentia liberorum.*

In seruorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multæ; aut enim sunt ingenui, aut libertini.

Olim § 1 *varia erat seruorum conditio, ita ut cum eadem appellatione omnes dicerentur esse serui, nō tamen eodem tenerentur iugo. Nam domini alios habebant in pleno dominio, alios in semipleno, alios in nudo iure, idest, sine aliqua utilitate: ad instar libertatis, cuius pariter triplex olim* [a] *erat distinctio.* 2 *Et quia ex dissimilitudine dominorum, cum euidam plura seruis postularent, quam ipsis pro iure suo competeret, variæ oriebantur controuersiæ, cito* [b] *abolitum est hoc discrimen seruitutum, quod diuersa domini ratio producebat.* 3 *Postea Iustinianus* [c] *edita Constitutione, sustulit inane nomen seruitutis, quod* § *nudum ius Quiritum dicebatur, atque ita nouissimo iure nulla est differentia seruorum, sed eodem iure omnes tenentur, quicunque eius conditionis existunt: sicque textus his loquitur.* 4 *Est autem hoc accipiendū, quo ad statum eorum, quia unus alio malis non est seruus: secus quo ad eorum officia, quibus olim fungebantur:* [d] *Alij enim erant serui ordinarij, alij Vicarij* [e] *alij Atrienses, alij Mediastini, alij Veteratores,* [f] *alij Nouitij, alij Calones, alij Lixæ, alij Topiarij, Diætarij, Aquarij, Supellectarij, Hostiarij, Scoparij, Saltuarij, & si quæ alia erant seruorum: & officia, & nomina, quæ passim Pandectarum libros legentibus occurrere possunt.* [g] 5 *Hodie ex Nouell. Const. nulla etiam est liberorum differentia: Omnes enim hodiè sunt ingenui, nulli sunt libertini.* [h]

a Vt in tit. prox. seq. §. vlt.
b l. & seruorum ff. de stat. ho.
c l. 1. C. de nudo iure Quirit. toll.
d Gl. in l. vlt. ff. de ædil. edict.
e l. si seruus, ff. de pec.
f l. præcipiunt. 37. l. fi. §. fi. ff. de ædil. edict.
g l. 8. l. 13. §. idē respondit, do mo, ff. de instru. vel instr. leg. l. 61. l. 81. de leg. 3. & l. 203. de uerb. sign.
h Nouell. ut libert. 78. Aut. sed hodie. C. de iur. aur. anu.

DE INGENVIS. TIT. IV.

1 *Huius tituli argumentum.*
2 *Partus uentrem sequitur.*

Ingenuus est is, qui *a* statim vt natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio iunctis editus est; siue ex libertinis duobus, siue ex altero ingenuo, & altero libertino.

HIC TITVLVS 1 *qui fere totus ex Martiani* [a] *responso desumptus est, tractat priorem speciē libertatis, ingenuitatem scilicet, quam primò definit, deinde addit modos, per quos nascitur quis ingenuus,* 2 *qui maximè ex conditione matris dependent, iuxta communem illum locum Iurisconsultorum,* § *Partus uentrem* [b] *sequitur.* § *qui à Doctoribus alibi* [c] *vberius explicatur.*

a *Statim* § *Particula hæc in definitione posita excluduntur ij, qui principis beneficio ingenuitatem consequuntur, aut sententia iudicis ingenui p ronunciantur: hi proprie ingenui non sunt, nam sententia ingenuum potius declarat, quàm fecit.*

a l. & seruorum §. ingenui, ff. de stat. hom.
b l. partum, 7. C. de rei vēd.
c in d. l. partum

§. Sed

§. Sed & si quis.

1 *Partus quare matrem potius quam patrem sequatur.*
2 *Mater pluribus temporibus prodest partui quam pater.*
3 *In quibus liberi patrem, non matrem sequantur.*
4 *Vxor mariti sui dignitate censetur, etiam vidua.*
5 *Vxor viri forum & domicilium sequitur: & est ciuis ciuitatis viri, eiusdemque originis, vt vir.*

Sed & si quis *a* ex matre nascitur libera, patre uerò seruo, ingenuus nihilominus nascitur; quemadmodum qui ex matre libera, & incerto patre natus est: *b* quoniã vulgo conceptus est. Sufficit autem, liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur; licet ancilla conceperit. Et econtrario; si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum qui nascitur: liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in uentre est. Ex his illud quesitum est; si ancilla pregnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, pepererit; liberũ an seruum pariat? Et Martianus probat, liberum nasci. Sufficit enim ei qui in utero est, liberam matrem uel *c* medio tempore habuisse, ut liber nascatur. quod & verum est.

a *Ex matre nascitur libera* § 1 *Sed quare partus matrem potius, quàm patrem sequitur? An quia mater, quod ad status causam attinet, partui pluribus temporibus commodare potest in nanciscenda partui libertate, quam pater ipse?* 2 *Si enim mater vel partus, vel conceptionis, vel medio tempore, dum ventrẽ tulit, libera fuerit, partus quoque fit liber: id quod non est in patre, in quo tantum unum tempus, nempe cõceptionis, consideratur, quia illo solo tempore pater est causa efficiens.* 3 *Ad honores vero, dignitatem & familiam quod pertinet, liberi non matrem, sed patrem* [a] *sequuntur.* 4 *Sic ipsa quoque uxor mariti sui dignitate atque nominibus censetur, etiam vidua,* [b] *donec ad secunda vota transeat.* 5 *Immo ipsius viri forum & domicilium sequitur, quàm primum ei matrimonio copulata* [c] *est: fitque eius ciuitatis ciuis, cuius &* [d] *vir est, eiusdemque originis* [e] *censetur, cuius ipsius est maritus.*

b *Quoniam vulgo* § *videtur hic pro quoniam, esse legendum, quamuis, atque ita Theoph. Græcus paraphrastes hic legit, q. d. Imp. Eum qui natus est ex matre libera & patre incerto, quamuis sit spurius, tamẽ esse ingenuum, quia nascitur liber. (Medio tempore) Quod scilicet inter conceptionem & natiuitatem partus intercessit.*

a l. filiam, 6. & l. liberos. ff. de senatorib. l. exemplo. l. eos C. de decurio. lib. 10.
b l. mulierẽ. C. de dig. lib. 12.
c l. cum quæd. & ibid. DD. ff. de iurisd. om. iudic. Bal. l. 2. eo. tit.
d gl. sing. In l. eines, & ibid. Bart. Ang. & Io. Plat. C. de incol. lib. 10.
e gl. in l. orig. C. de munic. & orig. li. 10. Tiraq. latè de legib. connub. gl. 1. p. 1. n. 36

§. Cum autem.

1 *Thema huius §.*
2 *Præscriptio quinquennij olim data ad euertendam ingenuitatem, hodie sublata.*
3 *Natales quid?*
4 *Titulus de natalibus restituendis.*
5 *Natalibus restitui quis dicatur.*

a Cum autem ingenuus quis *b* natus sit, *c* non officit *d* in seruitute fuisse, & postea *e* manumissum esse. Sepissimè enim constitutum est; *f* natalibus non officere manumissionem.

a *Cum autem* § 1 *huius §. hæc est: Titius natus est ingenuus, & per errorem forte in seruitutem coniectus, locoq; serui habitus & possessus, deinde tractu temporis manumissus, & post manumissionem in primis constitit, ipsum ingenuum esse natum. Dubium iam est, an per talem manumissionem fiat libertinæ conditionis, an potius ingenuitatem natiuam recuperet? Et dicitur eum pro ingenuo habendum esse, cum ingenuum statum in specta ueritate, & naturæ certitudine semper retinuerit.*

b *Natus* § *Subaudi, & postea sine sua culpa, ac per errorem pro seruo habitus, exindeque manumissus,*

c *Non officit* § *Ne post quinquennium quidem, quo perstitisset in conditione libertina.* 2 *Est enim sublata illa præscriptio quinquennij* [a] *quæ habuit olim locum ad subuertendam ingenuitatem* [b]

d *In seruitute.* § *In conditione, statu, & obsequio putatiuæ seruitutis, cum reuera semper esset ingenuus.*

e *Manumissus.* § *Ex illa erronea seruitute: sicque per huiusmodi manumissionem non fit libertinæ conditionis, & natiuam ingenuitatem retinet.*

f *Natalibus.* § *Id est, ingenuitati.* 3 § *Natales, valla docente, conditionem sanguinis & familiæ significãt, vt generosi natales, obscuri natales. sicque tam pro nobilitate, quàm pro ignobilitate accipiuntur. In legibus vero natales pro nobilitate poni receptum est. Sic Hermogenianus.* § *Consideranda,* § *inquit* § *est origo natalium.* § *& Imp.* [c] § *Natales antiquos, & ius ingenuitatis non modo præstat Decurionum, sed a nobis petitus.* § 4 *Hinc notus est apud Iurisconsultos elegans titulus,* § *De natalibus restituẽdis.* § *Porro natalibus restituere, hodie nobilitare dicimus: & nobilitatem, natalium restitutionem.* [d] 5 *Dicitur autem natalibus restitui non modo libertus, ut patronatus obseruantia liberetur, sed etiam plebeius, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Natalibus olim restitui dicebantur liberti, qui beneficio Principis ingenuitatis ius ac dignitatem adipiscebantur. Natalia enim sunt ius libertatis, quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, vt alter alterius ne pareret imperio, quẽadmodũ* [e] *Martianus docet.*

a l. vlt. C. [illegible] cã status. Soc.
b l. 1. § 1. ff. si liber inge. esse dicatur
c Cod. de iure aur. annul.
d Bud. in l. vlt. ff. de senator.
e l. 2. ff. de nat. rest.

De

DE LIBERTINIS. TIT. V.

In Rubr. & princip. tit.

1 *Liberti qui olim fuerint.*
2 *Libertus & Libertinus in quo differant.*
3 *Manumissio quid, & vnde dicta.*
4 *Priuatio præsupponit habitum.*
5 *Homo ab humo deducitur, sicut & Adam.*
6 *Hominis vox quid contineat.*

Libertini sunt, qui a ex iusta seruitute manumissi sunt. b Manumissio autem, est de manu datio. nam quamdiu aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus liberatur à domini potestate. Quæ res c à iure gentium originem sumpsit: vtpote cũ iure naturali omnes homines liberi nascerentur, d nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. Sed postquam iure gentium seruitus ingenuitatem inuasit, secutum est e beneficium manumissionis. & cum vno communi nomine omnes f homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera esse cœperunt: liberi & his contrarium serui, & tertium genus libertini, qui desierant esse serui.

Altera § *libertatis species hoc titulo explicatur, quam* § *libertinitatem* § *dicere possumus*. 1 *Libertini autem aliter olim accipiebantur, quàm nunc in legibus scriptum sit. Nam* § *liberti,* a *erant, qui manumissi essent ex iusta seruitute. Vnde et illorũ patroni quasi patres, qui à morte inuita illos reuocarũt, appellabãtur.* § *Libertini* § *verò eorũ liberi, qui ex libertis nascebantur. Sed hæc differentia non est apud Iurisconsultos. Videtur tamẽ, eã* b *Modestinũ I. C. obseruasse inter ἀπελευθέρους & ἀπελευθερικοὺς, hoc modo, ἀπελευθερικοῖς ὁμοίως συγγενεῖς τοῦ δεσπότου οἱ ἄρχοντες διατάξουσι. Paulo post, ἀπελευθερικῶς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν διδόναι, sc. ἐπιτρόπους.* 2 *Differunt tamen inter se libertus & libertinus alia rõne; per libertinum enim significamus cõditionem hominis seu qualitatem sicut per libertum verò intelligimus priuatum quendam respectum, sicut per patronum. Ideoque libertinus est adiectiuum, sicut ingenuus, ut libertinus homo, libertina mulier, libertus aũt est substantiuum, sicut patronus, dicimus n. libertus Cæsaris, liberta Agrippæ, nõ autem, libertinus* c *Cæsaris. Vnde quoties in legib. fit simpliciter mẽtio manumissionis, libertinus significatur, sin autem patroni etiam ius referitur, de libertis est accipiendum. Quare fere nunquam in iure, liberti mentionem fieri inuenies, nisi eius quoque relatiuum* d § *patronus,* § *adijciatur.*

a *Ex iusta serui.* § *hoc est, vera & legitima. Quod & Cicero in Orat. pro Cecinna indicat, cum ait, Eum qui in seruitute iusta fuerit, censu liberari. Ad quem sensum econtra Iureconsulti iustam libertatem dixerunt: Cæterum qui non iusta seruitute seruisset, manumissus non efficeretur libertinæ conditionis, veluti si quis, cum liber esset, status & conditionis suæ ignarus seruisset. quia manumissio natalibus non officeret: sicut sæpissimè constitutum esse, Iustinianus scribit.*

b *Manumissio* § *Hæc verba sunt Vlpiani,* c *qui manumissionem pariter è manu dationem esse describit.* 3 *Est aũt sic dicta manumissio, qđ dominus caput serui, aut aliud eius mẽbrũ manu tenens dicebat,* § *Hũc hominẽ liberum esse volo,* § *ac emittebãt eũ è manu, (vt Festus ait) i. ex sua potestate & dominio.*

c *A iure gentium* § *Hoc de secundario iure gentium accipi debet, quod ex ratione quidem naturali oritur, sed non sine discursu practico, verum necessitatibus hominum ita* f *exigentibus.*

d *Nec esset nota* § *Quia nihil potest esse in priuatione, nisi prius fuerit in habitu, nam vulgò dicitur,* 4 § *Priuatio præsupponit habitum.* g

e *Beneficiũ manumis.* § *Quoniã merita seruorũ prouocabãt dominos ad cõferẽdũ ipsis beneficiũ libertatis.*

f *Homines appellarentur* § 5 *Sacræ litteræ testantur, Deum effinxisse primum hominem luteum, eumque ex re appellasse* § *Adam,* § *hoc est, hominem. Est enim vtrumque nomen ab humo deductum.* 6 *Pertinet autẽ hæc vox ad omnes animantes rationis participes, nullo discrimine sexus, status,* h *aut ætatis habito.*

§. Multis autem.

1 *Quot sint species manumissionis.*
2 *De manumissione, quæ fiebat ex Sacris Constitutionibus.*
3 *Manumissio per vindictam.*
4.5 *Vindicta quid, & vnde dicta.*
6 *Manumissio inter amicos, & per epistolam.*

a Multis autem modis manumissio procedit: b aut n. ex Sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesijs, c aut vindicta, aut d inter amicos, aut per epistolã, aut per testamentũ, aut per aliam quamlibet vltimam uoluntatem. Sed & alijs multis modis libertas seruo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris Constitutionibus introducti sunt.

a *Multis* § *Tametsi* 1 *Cicero in Topicis tres tantũ manumissionis species esse voluerit, nempè* § *testamẽtũ, vindictã, & cẽsum,* § *eã tamẽ pluribus modis fieri ex præsenti textu* a *discitur. Tacitus* b *verò nõ nisi duas species enumerat, quarũ altera specialiter dicatur* § *vindicta,* § *altera in genere cõprehendat aliquos*

Marginal notes:
a Suet. Tranq. in uita Claudij c. 28.
b in l. 1. §. de excusat. tut.
c Laur. Valla li. 6 Elegant.
d Vt est tit. ff. de operis libert.
e In l. manumis. ff. de iust. & iur.
f §. ius aut gẽt. sup. de iur. natu. gẽt. & ciu.
g l. decem. ff de verb. oblig.
h l. hominis 152 §. 1. ff. de verb. sign.
a Et habentur hi modi latiu in l. 1 C. de Lat. lib. toll. & quibus ex cau. seruo pro prec. lib. acci. & l. cum precium. C. de libro causis.
b lib. 13. hist.

modos conferendæ libertatis.

b *Aut enim ex sacris* § 2 *De hac manumissionis specie, extat adhuc quædam Constantini* [c] *constitutio in Codice. Fiebat autem in æde sacra, vbi domini seruis suis sub Antistite, plebis aspectu, & interposita qualicunque scriptura, actorum vice libertatem præstabant.*

c *Aut vindicta.* § 3 *Et hæc dicebatur* § *manumissio per vindictā.* § *Erat* 4 *aut* § *uindicta,* § *virgula* [d] *(quæ alias Festuca dicitur) qua lictor Prætoris præmissis solennibus verbis, seruum tangebat, mox dominus apprehensum manu dextra vertebat, hoc modo seruus libertatem consequebatur, et fiebat ciuis Romanus. Quod & Persius* [e] *significauit, inquiens.*

Quibus vna Quiritem Vertigo facit. *& postea,*
Verterit hunc dominus. *& alibi,*
Vindicta postquam meus à prætore recessi.
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas?

Idem persius alio loco. § *Nō in festuca quā lictor gestat inani.* § *Ex quo constat, Festucā idē esse, quod Vindictā. Porrò scribit Tacitus, hoc modo manumissos nō potuisse ob ingratitudinē reuocari in seruitutē, sed parum id conuenit cum nostris legibus* [f] *Hanc* 5 *autem vindictæ manumissionem nonnulli tractā putant à Vindice seruo Aquiliorum, vt Liuius,* [g] *vel Vitelliorū, ut Plutarchus* [h] *habet, qui index fuit coniurationis de Tarquinio in vrbem reducendo, atque ob id libertate donatus, & ciuis Romanus ab ipso Bruto factus est. Indeque obseruatum aiunt, vt qui ita liberati essent, in Ciuitatem accepti viderentur.*

d *Inter amicos* § 6 *Et hi qui inter amicos, aut per epistolam manumittebantur, iura Ciuitatis non consequebantur* [i] *quod si inter amicos libertas dabatur, necessarij erant eo in actu quinque testes, & interpositio scripturæ* [k] *Sin per epistolam manumittebatur seruus, ipsius patroni, & quinque testium subscriptio desiderabatur, quomodo seruus etiam absens quasi ex ultima voluntate libertatem* [l] *consequebatur.*

c In l. 1. & 2. C. de his qui in eccl. ma.
d Vide Zas. in l. 2. §. initium, ff. de orig. iur. Boet. in Top. Cice. & Alc. li. 3. Dispunc. c. 14.
e Satyr. 5.
f l. si manumissos. C. de lib. & eod. lib.
g Li. 2. ab Vrb. cond.
h In uita Publicolę, & Liuius lib. 2.
i Zas in d. §. initium.
k l. vnica, §. sed etsi, C. de Lat. lib. toll.
l d. l. vnica, §. sā cimus.

§. Serui verò.

1 *Manumissio omni tempore & quouis loco rectè fit.*

Serui vero à dominis semper manumitti solent, adeò vt vel in transitu manumittantur: veluti cum Pretor, aut Præses, aut Proconsul in Balneum, vel in Theatrum eant.

Manumissio § 1 *potest fieri omni tempore, et quolibet loco, saltem honesto* [a] *Cum enim manumissio voluntariæ sit iurisdictionis, & ex mero domini arbitrio pendeat, non est necesse, in figura iudicij, indice pro tribunali sedente, eam* [b] *expediri.*

a l. non distinguemus, §. si arbiter, ff. de arbitr.
b In l. 2. ff. de off. procons. & legat.

§. Libertinorum.

1 *Libertinorum differentia ex Caio relata.*
2. 5 *Liberti ciues Romani qui.*
3 *Liberti Latini qui.*
4. 6 *Dedititij qui.*
7 *Libertate donati ex Iustiniani Constitutione statim fiunt ciues Romani.*

a Libertinorum autem status tripartitus antea fuerat; nam qui manumittebantur modo maiorem & iustam libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iulia Norbana fiebāt: modo inferiorem, & fiebant ex lege Aelia dedititij. Sed quoniam dedititiorum quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinem abierat: Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, *b* duabus Constitutionibus hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atq; simplex libertas competebat, idest, eadem quam habebat manumissor: nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. *c* Et dedititios quidem per Constitutionem nostrā expulimus, quam promulgauimus inter nostras decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano viro excelso, Quæstore nostro, antiqui iuris altercationes placauimus. Latinos autem Iunianos, & omnem quę circa eos fuerat, obseruantiam, alia Constitutione per eiusdem Quęstoris suggestionem correximus, quę inter Imperiales radiat Sanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ętatis manumissi, *d* nec domini manumittentis, nec in manumissionis modo, discrimine habito (sicut iam antea obseruabatur) *e* ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, per quos possit libertas seruis cum Ciuitate Romana, quę sola est in pręsenti, pręstari.

a *Libertinorū.* § *Imp. hoc loci satis cōcisè, & velut suspenso pede vetustatem attingit, quæ tamē ad multorū in Iure veteri locorū interpretationē cōducit, ideoq; nos pro lucidiore huius declaratione, Caij* [a] *iureconsulti verba subnectemus, in quib. libertinorū differentia eleganter enodata reperitur.* 1 § *Ingenuorū* § *(inquit*

a Lib. 1. Instit.

(inquit Caius) § omnium vnus status est. Libertorum verò ideo non vnus, quin tria sunt genera libertatum: quia liberti aut Ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij. 2 Ciues Romani sunt, qui is tribus modis, idest, testamento, aut in ęde sacra, aut ante Consulem fuerunt manumissi. 3 Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitione manumittuntur. 4 Dedititij sunt, qui post admissa crimina suppplicio subditi, aut publicè pro criminibus cæsi, aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt, ita vt deleri non possint, hi si manumissi fuerint, dedititij appellantur. 5 Sed inter hæc tria genera libertorum, ideo Ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere possunt, & ex testamento quibuscunque personis succedere. 6 Nam Latini, & dedititij, nec testamenta condere, nec sibi ex aliorum testamentis dimissum possunt vllatenus vendicare, tamen Latini certis rebus priuilegia Ciuium Romanorum libertorum consequi possunt. Dedititij verò nulla ratione possunt ad Ciuium Romanorum liberorum priuilegia peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, idest, si iterum ab ipsis, aut testamento, aut in æde sacra, aut ante Consulem manumittebantur, Ciuiũ Romanorum priuilegia consequuntur. § Hactenus Caius quorsum & ea referenda sunt, quę Politianus [b] in suis Miscellaneis, & Alciatus [c] in libris Parergon prodidere: quæ omitto referre, ne nimis diffundar. Ex quibus omnibus temperari debent Accursij glossemata hic, differentiam inter deditiios & Latinos non ex veritate tradentis.

b Duabus Constituti. § Quæ atiamnum lib. 7 [d] Codicis extant.

c De dedititios. § Quod coniunctim dixerat, nunc diuidit.

d Nec domini manu. § Minorem tamen viginti annis non posse manumittere, nisi causa probata, [e] sequente titulo mox subijcitur.

e Ciuitate Romana. § 7 Fiunt ergo libertate donati statim ciues Romani, hoc est, eiusdem status cũ manumissoribus, in hoc tamen inferiores, [f] quod & patronis & eorum liberis, in beneficij impensi remunerationem, aliquot obsequia cum alimentis, tum operas, si fuerint imposita, debent, nisi per Iuris patronatus remunerationem remittantur. [g]

b Cap. 84.
c Lib. 1. Parer. c. 16.
d l. vnica, C. de Latina li. toll. & l. vnica, C. de dedititia libro tol.
e §. eadem, tit. seq.
f gl. hic ver. Lat.
g l. etiam liberis & l. libertos. C. de obseq. patr. præstan. l. 1. C. de oper. li. & l. liberto. ff. de obseq. libert.

QVIBVS EX CAVSIS MANVMITTERE NON LICET. TIT. VI.

In Rubr. & princip. tit.

1 *Manumittere qui possint.*
2.3 *De lege Aelia Sentia, & quæ fuerint huius capita.*
4 *Assertio vetus hodie sublata.*
5 *Qui tulerit legem Aeliam Sentiam.*

a NOn tamen cuicunque volenti manumittere licet; nam is qui in fraudem creditorum manumittit, *b* nihil agit: quia lex Aelia Sentia impedit libertatem.

a Non tamen. § In præcedenti titulo explicatæ sunt circumstantiæ, vbi, quomodo, & quando possit fieri manumissio, hic autem tractatur circumstantia personæ, nempè, cui manumittere permissum sit. 1 Possunt autem manumittere omnes, qui non prohibentur, prohibentur autem hi solum, quibus manumittendi beneficium lex Aelia Sentia interdixit. 2 Ea enim lex libertatum conferendarum ius bifariam restrinxit: primum in fraudem creditorum manumitti vetans, deinde minoribus viginti annis ius manumittendi denegans. Et hæc duo huius legit capita præsens titulus [a] complectitur, quanquam adhuc plura huius legis capita fuisse verisimile est. 3 Nam etiam permittebat filio hæredi proximo paternum libertum ingratitudinis reum agere [b] & iubebat, § vt assiduo vindex assiduus esset, § hoc est, vt assertor & liberalis causæ procurator locuples esset, si is, de cuius statu quærebatur, locuples fuisset, cuius rei Cic. in Top. & Gell. [c] meminere. 4 Hodie tamen vetus assertio penitus per Iustinianum [d] sublata est, cessatque omnino eius capitis constitutio. 5 Verisimile est autem, hanc legem ab aliquo ex priscis illis Aelijs rogatam esse, quos & dignitate Consulari, & Iurisprudentia celebres fuisse, multorum authorum [e] testimonio cõstat. Alciatus eam ab Aelio Sentio latam [f] asserit. Haloander in Catalogo Consulum videtur existimasse, eam sub Augusto latã, Consulibus Sexto Aelio Catulo, & Gaio Sentio Saturnino Anno ab Vrb. Cond. 756. Sanè, legis Aeliæ Sentiæ meminit etiam Cicero in Topicis, vt facilè iudicare possimus, esse antiquissimam, tametsi nonnulli Codices Sanctiam nominent, non Sentiam.

b Nihil agit. § Idest, collata manumissio nõ valet, nempè, si agatur de re creditorum, nam si ijs esset aliũde consultum, maneret rata libertatis datio. neque enim ipse qui dedit, posset eam rescindere, [g] tũ, quod non possit factum proprium in controuersiam uocare, [h] tum etiam, quod non audiretur, allegans suæ fraudis [i] turpitudinem. Non ergo nulla est ipso iure libertas, cum reuocatione egeat, sed ita demum, si creditoribus inde [k] noceretur.

a Qui ex ff. qui & a quib. manumitti. adverbum desumptus est.
b In l. sciendũ 70. §. item in l. ff. de ver. sig.
c lib. 16. c 10.
d Facit. tit. C. de assert. tolléd.
e Facit. l. 2. ff. de orig. iur. & l. verbis legis. 120 ff de uer. sign.
f In l. verbis legis, ff de ver. sign.
g In l. si creditorib. C. de ser. pig. dato, &c.
h In l. post mortem. 2., in pr. ff. de adopt. l. perfundũ. 11. ff. de ser. rust. præd.
i In l. si seruus plurium 53. §. 1. ff. de le. 1. in l. filios, C. de reu. his quę in fraud. & l. apud Iulianũ 4 §. Marce. ff. de dol. mal. & met. except.
k l. 1. & vlt. C. q manu. non poss.

§. Licet autem.

1 *Debitor quando dicatur soluendo esse.*
2 *Seruus quare hæres necessarius.*
3 *Ignominiosum est bona venire sub uoce præconis.*

Licet

a Licet autem domino, qui *b* soluendo non est, *c* in testamento, *d* seruum suum *e* cum libertate hæredem instituere, vt liber fiat, hæresque ei *f* solus *g* & necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit: aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is qui scriptus est, qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Aelia Sentia prouisum est, *h* & rectè. Valde enim prospiciendum erat, vt egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel seruum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias serui nomine vendant, *i* ne iniuria defunctus adficiatur.

a *Licet autem.* § *Exceptio à superiori themate: permittitur enim eadem lege Sentia Aelia creditori, quantumlibes obærato, & non soluendo existenti, si nemo alius ei sit futurus hæres, etiam in fraudem creditorum seruum hæredem facere, & manumittere.*

b *Soluendo non est.* § 1 *Sed quomodo hoc cognoscitur, an debitor soluendo sit, necne? Respõdeo, an quis soluendo sit creditori suo, hoc attenditur, vt solidum possit soluere* [a] *quod si id non possit ex propria substãtia, etiam fideiussoris facultates ei aggregandæ* [b] *erũt. Satis enim est, si per alium soluendo sit. Sed & qui in nominibus æs suum habet, soluendo* [c] *dicitur: compelli enim poterit in executione condemnationis, vt nomina vendat, vel exigat: quod intelligendum* [d] *est, si debitores idonei sint, & bonam fidem agnoscant.*

c *In testamento* § *Non etiam inter viuos: tum enim nullus est prætextus hæredis quærẽdi, nec vlla satis iusta ratio, cur in fraudem creditorum permittantur.*

d *Seruum suum.* § *Qui scilicet nulla alioqui ratione impediatur in testamẽto* [e] *manumitti. Quid enim, si expressim & specialiter datus sit pignori?* [f] *Certè is nexus pignoris omnino impedit, & remoratur manumissionem.* [g]

e *Cum libertate.* § *Etsi inde creditores defraudentur.*

f *Solus.* § *Quid si plures seruos hæredes scripserit? & non impedietur omnium libertas, sed is qui primo loco scriptus est, solus hæres & liber erit, sic prudenter statuente lege Aelia* [h] *Sentia: excepto vno casu, quem Caius* [i] *alibi proponit.*

g *Et necessarius.* § 2 *In necessitatis autem caußa est dominica potestas. Cur enim non liceat domino hæredem eum vel inuitum instituere, quem & occidere olim poterat?*

h *Et rectè* § *Exceptionis ætiologia.*

i *Ne iniuria.* § 3 *Subaudi, si eius bona sub præconis voce veneant: quod quam ignominiosum veteres duxerint, eleganter Marcus* [k] *Cicero demonstrat.* § *Hercle,* § *inquit,* § *cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur: huic ne perire quidem certè tacitè obscurèq; conceditur, cui magistri fiunt, & domini constituuntur, qui qua lege, & qua conditione pereat, pronunciẽt: de quo homine præconis vox prædicat, et pretium conficit, huic acerbissimum viuo, videnti funus ducitur, si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt, ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distribuẽdas.* § *Huius quoque rei Caius* [l] *vberius in Institutionibus suis meminit. Hinc etiam defunctorum interesse Vlpianus* [m] *scribit, vt successores habeant.*

a l. soluendo. 114. ff. de verbor. sign.
b l. si plures, 28. §. præterea, ff. de fideiuss.
c l. nemo dubitat, 28. ff. de reg. iur.
d l. facere. & ibi Alex. ff solut. matr.
e l. si non lex. 83. in princ. ff de hær. inst.
f l. 1. C. de nec. ser. hær. instit.
g l. pen. ff. i qb. caus. pign. vel hyp. tac. l. 3. C de ser. pig. dato.
h l. si is qui soluendo. 57 ff. de hær. instit.
i l. ei qui solued. non est, 88. ff. de hær. inst.
k In Oratione pro Pub. Quintio.
l lib. posteriori. tit. 3.
m l. & quia. 6. ff. de inter. in iure faciem.

§. Idemque iuris.

1 *An Iustinianus aliquid de nouo induxerit in huius. §. quæstione.*
2 *Papinianus Iurisconsultus cæteris præualet.*
3 *Seruus ex hæredis institutione libertatem consequitur.*
4 *Vno conceßo, videntur omnia conceßa, sine quibus illud expediri nequit.*
5 *Mens testatoris scripta, & æquitas rigori præferenda.*

a Idemque iuris est, & si *b* sine libertate seruus heres institutus est. Quod nostra constitutio non solum in domino, qui soluendo non est, sed generaliter constituit, *c* noua humanitatis ratione: *d* vt ex ipsa scriptura institutionis, etiam libertas ei competere uideatur: cũ non sit verisimile, eum, quem heredem sibi elegit, si pretermiserit libertatis dationem, seruum remanere uoluisse, & neminem sibi heredem fore.

a *Idemque iuris.* § *Amplificatio ad superiorem propositionem ab Imperatore annectitur.*

b *Sine libertate.* § *Idest nulla facta mentione libertatis in testamento.*

c *Noua humanitatis* § 1 *Sed quomodo noua id ratione constituit Imperator? cũ alibi* [a] *fateatur, nõ se per innouationẽ hanc quæstionem induxiße? Et Attilicinum (qui Proculi* [b] *fuit auditor) in eadẽ opinione fuisse Iulius Paulus* [c] *citet? Respõdeo, nõ hæc pugnare inuicem. Vetus. n. fuit prudentum de hac quæstione altercatio: & quanquam prudentum responsa, magna nitebantur authoritate,* [d] *cũ tamẽ inter se dißentiebant, plurium sententia* [e] *præualebat, et aliquando meliorũ opinio plurium consensui præferebatur. Sic in Codice Theodosiano* [f] *de responsis prudentum legimus.* § *Vbi diuersæ sententiæ proferũtur, potior autorum numerus vincat, vel si numerus æqualis sit, eius parti accedat authoritas* 2 *in qua excellẽtis ingenij vir Papinianus emineat, qui ut singulos vincit, ita cedit duobus.* § *Diuersa itaque sententia tan*

a inst. de hær. instit in prin.
b l. Attilicinus. ff. de pac. dot.
c In annot. hic ad commen. Sab. & Plaut.
d § respõs. sup. de iur. nat. gẽt. & ciuil.
e Salom. in d. §. respons.
f lib. 1. tit. 3.

quam

quam plurimorũ [g] prius obtinuit, nẽpe seruum simpliciter heredem institutum, nec liberum, nec hæredem fieri, nisi de libertate testator voluntatem suam expresserit, cum altera sententia, in qua cum Atticino Paulus forte fuit, pauciores habuerit assertores: quam nouo deinde approbauit argumento Iustinianus, vt in eius Constitutione [h] apertius legitur.

d *Vt ex ipsa scriptura* ⁊ 3 *Quasi diceret, eo ipso quod seruus hæres scribitur, videtur ei libertas relicta, ex tacita & præsumpta domini voluntate.* 4 *Regula* [i] *enim est: ⁊ Vno concesso, videri omne id concessum, sine quo illud expediri non potest: ⁊ &* [k] *vulgo dicitur, ⁊ eum qui vult consequens; velle & antecedens.* ⁊ 5 *Porro elegans est hic locus ad comprobandum, voluntatem testatoris simplici scripturę, item æquitatem rigori preferendam esse. Plurimæ autem quæstiones exoriuntur, nec ignotę etiam Rhetoribus, de scripto & voluntate, iure & æquitate. Si hæc hypothesi, cum quidam seruum heredem instituisset, nec de libertate quicquam meminisset, videbatur liberum esse non posse, eum de hoc nihil testator scripserit, attamen, quomodo erit hęres, si in seruitute manet? quam interpretationem ipsa æquitas, quæ voluntati maxime suffragatur, & libertatis fauor inducit, suadetque, & sic de similibus.*

g argu. l. qui soluendo, 60. ff. de hæred. inst.
h l. quidã. C. de necess. seruis hæred. instit.
i l. 2. & ibi Dd. ff. de iurisdic.
k l. illud. 76. ff. de acq. hær. facit tex. i prin. inf. qui testa. tuto. da poss.

§. In fraudem.

1 *Quę requirantur, vt quis dicatur in fraudem creditorum manumisisse.*
2 *Fraudendi consilium quomodo præsumatur.*
3.4 *In libertate fideicommissaria solus euentus consideratur: secus in directa. & quę sit ratio diuersitatis.*

a In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo non est: vel qui, datis libertatibus, desiturus est soluendo esse. Præualuisse tamẽ videtur (nisi animumquoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri libertatẽ, quamuis bona eius, creditoribus non sufficiant: *b* sæpè enim de facultatibus suis amplius, quam in ijs est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, *c* cum vtroque modo fraudantur creditores, id est, & *d* consilio manumittentis, *e* & ipsa re, eo quod eius bona non sunt suffectura creditoribus.

a *In fraudem ⁊ Reuertitur Imperator ad principium tituli, & primam exceptionem à regulatiis declarat: videlicet qualiter quis dicatur in fraudem creditorum manumisisse, & quomodo fraudulentæ manumissiones reuocari valeant.*

b *Sæpè enim ⁊ Quod frequenter ijs accidere Paulus* [a] *ait, qui transmarinas negociationes per seruos & institores suos exercent.*

c *Cum vtroque modo ⁊* 1 *Duo ergo concurrere debẽt, vt quis dicatur in fraudem creditorũ manumisisse: Primum est, animus & uoluntas fraudandi creditores: alterum, euentus rei. Primum enim constare debet, & probari, debitorẽ doloso animo id fecisse: deinde manifestũ esse oportet, in excussione bonorum suorum, tantum in bonis non superesse vnde creditoribus* [b] *satisfiat. Vno autem horum deficiente libertas seruo concessa non reuocatur. Ad creditores autem pertinet proponere & probare quod fraudandi animus interuenerit: nisi forte præsumptione contra debitorem isto casu adiuuentur* [c] 2 *Sepenumero enim ex circumstantijs presumi potest, atque adeò debet, manumissorẽ fraudandi quoque consilium habuisse. Quid enim, si quis sciens se obæratum esse, vniuersa* [d] *bona sua, vel plurimam partem eorum alienauit? Quid si mobilia ita dissipauit, quod haud facile sit ea reperire? Nam & tunc præsumptio est contra debitorem, si alienatio facta sit tali sub conditione, si contingat bona sua publicari vel distrahi per creditores: aut si facta iam alienatione, aut non multum post temporis, alienantis vel fuga subsequatur, vel delictum.* 3. *Supradicta autem locum habent, in libertate directo data. Secus est in fideicommissaria: ibi enim exitus rei solum consideratur,* [e] *nec tenentur creditores consilium fraudis docere.* 4 *Diuersitatis ea est ratio: quia directa libertas ipsius testatoris morte, & hereditatis aditione, sine heredis facto confirmatur, statimque competit* [f]: *fideicommissaria uero pendet ab heredis voluntate, prestandaque est per manum heredis: qui tamen legata adimplere non* [g] *obligatur.*

d *Consilio ⁊ Fraudandi animo.*

e *Et ipsa re ⁊ Euentu rei.*

a l. in fraudẽ, ff. qui & à quib.
b l. si quis cũ haberet. 15. ff. q in frau. cred. & l. 1. C. quib. manu nõ lic.
c Gl. in l. 2. ff. de probationib.
d l. omnes, 17. § Luci. ff quæ i frau. cred. & l. propter litẽ, 14. ff. de excu. tutor.
e l. vlt. C. hoc ti. l. 4. §. si quis aũt. ff. de fidei comiss. liber.
f l. 1. C. de fideic. libert.
g l. successores. C. ad l. Falc. l. 1. §. penult. ff. ad l. rebel.

§. Eadem lege.

1 *Minor non poterat olim manumittere, nisi cum causę cognitione.*
2 *Et quę fuerit ratio.*
3 *Alumnus & actiuè & passiue accipitur.*
4 *Casus, vbi quis cogitur ad matrimonium.*
5 *Procurator quot annorum esse debeat.*

a Eadẽ lege Aelia Sẽtia dño minori viginti annis nõ aliter manumittere pmittit quã si vindicta *b* apud Cõsiliũ, iusta causa manumissionis approbata, fuerint manumissi. Iustę autẽ

manumi-

manumissionis causę e hæ sunt: veluti, si quis patrem, aut matrem, filium, filiamue, aut fratres, sororesue naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut d alumnum, alumnamue, aut collactaneum manumittat: aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonij habendi causa: e dum tamen intra sex menses uxorem ducatur, nisi f iusta causa impediat: & seruus, qui manu mittitur g procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur.

a Eadem lege. § 1 caput legis Aeliæ Sentiæ hic explicatur, quo minoribus viginti annis non aliter concedebatur manumittere, quam cum iusta manumissionis causa cognitione. Quod fortè ideo erat, quia cum libertas sit res b inæstimabilis, non erat iuuenibus, qui recti & prudentis consilij necdum essent b participes, temerè committenda. Hoc tamen hodie correctum esse, ex fine tituli c huius discemus.
b Apud Consilium. § Hoc est, pro tribunali apud Prætorem, Proconsulem, Legatumue Cæsaris: nam hi cogebant pedaneos Iudices, ut in Consilium irent; quod facere non poterat Legatus d Proconsulis.
c Hæ sunt. § Quæ exempli tantum gratia recęsentur, non quod præter has nullæ sint aliæ. Nam, ut Paulus e scribit, multa merita incidere possunt, quibus honestum sit, libertatem cum decreto præstare: Sunt autem causæ hic expressæ, ex tribus Vlpiani f responsis desumptæ.
d Alumnum. § 3 Alumnus tam in actiua quã in passiua significatione capitur: significat enim & eum quem tu aluisti, & item eum, qui te aluit: interdum etiam filios ex concubina natos g denotat.
e Dum tamen. § 4 Casum hic obserua, ubi quis cogitur ad matrimonium contrahendum: cum tamen regulariter matrimonia libera esse h debeant.
f Iusta causa. § Vt quia dominus factus fuerit Senator; neque enim licet Senatori libertinam uxorem ducere, & ante manumissionem ab eo i exigitur iusiurandum.
g Procuratoris. § 5 Ergo natus annos septendecim, procurator esse potest: intellige, ut negocia administranda, secus quo ad iudicia, & lites exercendas: quia tum maior uigintiquinque annis esse k debet, quæ differentia hodie manifestè in iure Pontificio decisa l reperitur.

§. Semel.

1 Casus, siue thema huius §.
2 Manumissio non retractatur, etsi causa fuerit iniusta falsaue:
3 Hunc §. in seruis proprijs, non alienis procedere: Fallit item textus, ut nu. 4.

Semel autem causa adprobata, siue vera sit, siue falsa, non retractetur.

a Supra dictum est, minorem uiginti annis, si manumittere uelit, necesse habere, ut iustam causam manumissionis alleget, quam & Iudicem approbare oportet. 1 Pone modo, minorem uigintiannis allegasse aliquam manumissionis causam, eandemque a Iudice approbatam esse: quæ tamen postea tractu temporis reperiatur falsa & iniusta, ita, ut non fuerit admittenda. 2 Nam inquit Imperator, manumissio ob id non retractetur. Quod fortè ob fauorem libertatis introductum est: quia cum lex Iudicis arbitrio huiusmodi causæ examen commiserit, ideo probationi causæ contradicendum erat, non etiam causa semel approbata rescindenda. 3 Hoc tamen in seruis a proprijs, non etiam in alienis locum habet: Nam si minor seruum alienum uolens manumittere, quem suum esse per falsa probauerit instrumenta, ac deinde manumiserit, libertas data reuocari potest. Sanè in seruis alienis uerius causa dici potest nulla, quam uera, falsaue: Placentino b autore. 4 Sed & tum cessat textus noster, si absente eo, cuius intererat, aut clanculum, aut ex causa minus probabili manumissio sit facta, quia & hoc casu reuocari c poterit.

§. Cum ergo.

1 Secundum caput legis Aeliæ Sentiæ emendatum.
2 Appellatione legatorum libertates continentur.
3 Iurisconsulti in dubijs mediam uiam eligere solent.
4 Manumittens quot hodie annorum esse debeat.
5 Duobus casibus a lege antiqua æquiparatis, lex noua corrigens in uno, non censetur corrigere in alio.
6 Imperator quare in manumissore putauerit sufficere septemdecim annos.
7 Quæ non differunt ratione, non differunt iuris dispositione.
8 Regula; Ex separatis nihil inferri, quando obtineat.

a Cũ ergò certus modus manumittẽdi minorib. viginti annis dñis per legem Aeliã Sẽtiam constitutus esset: eueniebat, vt qui quatuordecim explerat annos, licet testã facere, & in eo sibi hæredẽ instituere, b legataq; relinquere posset: tamẽ si adhuc minor esset viginti annis,

a § vl. if. hoc ti. & l. liber. 107. ff. de reg. iur.
b l. 2. ff. de mino.
c §. cum ergo, infra eo.
d [illegible]
e [illegible] § 1. ff. [illegible]
f l. si [illegible] ann. so. [illegible] seq. ff. de manu. vind. [illegible]
g l. 1. [illegible] C. quæ res pign. obl poss.
h [illegible] ff. de ver. nubl. [illegible] de sponsal.
i [illegible] ff. [illegible] de manu. vind.
k l. si minor, ff. de procur.
l c. [illegible] generaliter, de procur. li. 6.

a l. iusta causa, ff. de manu. vind.
b In summa huius tit.
c [illegible] C. qñ prouocare nõ est necess. & l. Seię, ff. de tut. & cur. datis ab his, & l. 1. & vlt. ff. quæ sent. sine appel. rescind.

libertatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendum, nã cui totorum suorum bonorum in testamentum dispositio data erat, quare non similiter ei quemadmodum alias res, ita & de seruis suis in vltima voluntate disponere, queadmodũ voluerit, permittimus, vt & libertatem eis possit præstare? Sed cum libertas inæstimabilis res sit, & propter hoc ante vigesimum ętatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideò nos *c* mediam quodammodo viam eligentes, non aliter, minori viginti annis libertatem *d* in testamento dare seruo suo concedimus, nisi decimum septimum annum impleuerit, & decimumoctauũ attigerit. *e* Quum enim antiquitas huiusmodi ętati, & pro alijs postulare concesserit, cur non etiam sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?

a Cum ergo § *Emendationem* 1 *secundi capitis legis Aeliæ Sentiæ à se factam, hoc loco Imperator subiungit. Quia enim uidebatur prorsus absurdum, eum non posse vnum seruum manumittere, qui necdum accessit vigesimum annum, cum tamen alias liberam haberet bonorum suorum administrationem: ideo id immutare placuit.*

b *Legataque relinq.* § 2 *Huc* [a] *accedit, quod generali appellatione legatorum, & libertates relicta comprehenduntur.*

c *Mediam quodammodo viam.* § 3 *Veteribus Iurisconsultis peculiare fuit, quãdo paribus vtrinque rationibus in aliqua hypothesi ancipites distraherentur, mediam viã amplecti. Sicq; Paulus* [b] *alibi testatur, sese multas causas diremisse per mediocritatẽ. Quare & Iustinianus Imperator hoc consiliũ secutus, in præsenti themate mediã uiã eligendo tauit,* 4 *eum qui septendecim annos impleisset, seruo libertatem dare posse: nam si ad quatuordecim addas sex, iam resultant viginti. Quapropter sex illos annos, qui restabant inter eum qui testamentum condere, & eum qui libertatem testamento relinquere poterat, medietim quasi secuit, & tres ad quatuordecim posuit: vt sic manumitteret, qui* 17 *annos compleuisset.*

d *In testamento.* § 5 *Pro regula* [c] *traditum est, si duo casus æquiparẽtur à lege antiqua, quod lex noua corrigens in vno, non intelligatur corrigere in altero vnde, noua Constitutio, per quam sublata est lex Aelia Sentia, licet correctionem induxerit circa manumissionem in vltima uoluntate, non tamen censetur eidem legi voluisse derogare, aut quicquam immutare circa manumissionem inter uiuos. Quare sicut olim, ita & iure nouo requiritur in manumissione inter viuos, uel ętas legitima, uel iusta causæ cognitio, idque apertè sentit* [d] *Theophilus.*

e *Quum enim.* § 6 *Aetiologia est, cur decimum septimum annum Imperator sufficere uoluerit ad manumittendum, ducta à simili: si is qui est septendecim annorum, pro alio postulare, id est, patrocinium pro tribunali præstare potest (quod vtique Prætor huic ętati concessit: sed & ea ætate, aut paulo maiore, Nerua filius de iure publicè respondisse legitur:) ergo idem potest libertatẽ seruo dare. Qui enim adeò sapit, vt alios patrocinio suo iuuare possit, is haud dubiè & sibi rectè consulet, quasi diceret: non est ratio, quare sit diuersum, ergo idem ius statuendum. Regula* [e] *enim iuris est, vbi in diuersis factis non potest ratio diuersitatis reddi, idem ius debere statui.* 7 *Et iuxta Baldum,* § *quæ non differunt ratione, non differunt iuris dispositione.* § *Et hæc diligenter notanda sunt à iuris studiosis: tum vt sciant, malè inferri: Ista facta sunt diuersa, ergò de ipsis vt diuersis disponi debet: tametsi enim sint diuersa facta, si tamen eandem habeant rationem, idem ius in vtroque seruabitur:* 8 *tum vt limitent* [f] *regulam, qua dicitur:* § *Ex separatis nõ fieri bonam illationem.* § *vera enim est, si etiam sint separata in ratione, & sic in medio concludendi. alias ex separatis in facto* [g] *rectè infertur, si rationis paritas & similitudo id suadeat.*

a l. 1 generali petitione. 80. ff. de verb. sig. l. cum in subst. 76. ff. de leg. 3. Baldui. hic.
b l. filio uel seruo. ff. vt legatorum nom. caueatur.
c l. præcipimus. C. de appella. Bart. & Ias. in Auth. etiã eo non obseruato. C. de test.
d Hie...
e l. illud. ff. ad l. Aquil. cũ sim.
f l. inter stipulãtem. 38. §. sacrã, versic. sed hęc dissimilia ff. de uerb. oblig.
g Vide Ias. in l. 3 Titio. 108. ff. de uerb. obli.

DE LEGE FVSIA CANINIA TOLENDA. TIT. VII.

1 *Lex Fusia Caninia unde dicta.*
2 *Quomodo manumittendi facultas per Aelium Sentium fuerit restricta.*
3 *Lex Fusia Caninia per Iustinianum sublata.*
4 *Quod inter viuos conceditur, multo magis in vltima voluntate concedendum.*
5 *Argumentum ab vltimis uoluntatibus, & econtra, an ualeat.*
6 *Familia, uaria significat.*

a Lege Fusia Caninia certus modus constitutus erat in seruis testamento manumittendis quã quasi libertates impediẽtẽ, & quodammodo inuidam, tollendam esse censuimus: cũ satis fuerat inhumanum, *b* viuos quidẽ licentiam habere *c* totã suam familiã libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus autem huiusmodi licentiã adimere.

a Lege fusia § *Lex* 1 *Fusia Caninia nõ à cane, ut accursius cõminiscitur, sed à Fusio Caninio eius latore sic dicta ẽ q post Aeliũ Sẽtiũ libertatũ cõferẽdarũ ius ita restrinxit, vt certus manumittẽdorũ seruorũ nume-*

rus

rus in vltimis voluntatib. seruaretur. quam rem diffuse [a] Caius, & Iulius [b] Paulus explicant. 2 ostendunt que manu mittendi facultatem sic fuisse restrictam, vt a duobus vsque ad decẽ, pars dimidia, à decem vsque ad triginta, pars tertia: à triginta vsque ad centum, pars quarta, à centum vsque ad quingẽtos, pars quinta manumitti poßet. nunquam autem plus, quam centum. Meminit quoque huius legis obiter Fl. Vopiscus in vita Taciti; Seruos, inquiens, vrbanos omnes manumisit vtriusque sexus, intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. Est qui opinatur, hanc legem latam fuiße a P. Furio Camillo, & C. Caninio Gallo, COSS. Anno ab Vrb. Cond. 751. eamque Furiam Caniniam de manumissione nominat. 3 Haec igitur lex, quia libertatis fauori ex diametro repugnabat, merito sublata est per Iustinianum Constitutionem quandam, quae lib. 7. Codicis [c] extat. Viuos quidem. 4 Hinc regula ducitur, Quicquid conceditur inter viuos, multo magis concessum esse in vltimis voluntatib. quod obtinet circa omnes libertates; tam directas, quam fideicommissarias. 5 Disputat autem hic [d] Accursius, an ab vltimis voluntatibus ad contractus, & econtra, argumentum duci possit. Ego istud in hunc modum dissoluere soleo. Ab vltimis voluntatibus ad contractus, similitudo est catenus, quatenus rationis paritas id admittit. Nam si vrgentior pro vltima dispositione sit ratio, quã pro contractu, licebit quidem argumentum ducere de contractu ad vltimas voluntates [e] affirmatiue: ex diuerso de contractibus ad testamenta non licebit affirmatiue, cum de maiori ad [f] minus non recte colligatur, negatiue [g] licebit. Sin vero constat, inesse contractui rationem, tum de vltima voluntate negatiue quidem, ad contractum sumi [h] argumentum non potest, affirmatiue potest. Quod si dubium est, in quibus vrgentior sit ratio, ex specie, quoniam testamenta fauorabiliorem interpretationem [i] recipiũt, in eis maior quoque ratio praesumitur, & cum quomodo inferri colligique possit, ex praedictis abunde patet.

c Totam suam familiam. 6 Familiae sunt variae [k] acceptiones. Inter caeteras autem, & haec vna est, vt seruorum turbam, qui sub vnius domini potestate sunt, significet; atq; ita hic accipitur. Quae significatio caeteris longe vetustior esse videtur. Antiqui enim, vt Festus testatur, famulum dicebant seruum: vnde famulari verbum, a quo familia. Primum namque serui tantum significabantur per familiam. Deinde liberi quoque, vxor, & omnes, qui sub vnius potestatem in eadem domo, natura uel iure viuunt, cõprehendi coeperunt: Vnde paterfamilias dictus est. Tandem translata est familiae significatio, vel porrecta ad totam cognationem sanguinis. Et quoniam agnatis tãtum prisco iure debebatur haereditas; Lex 12. tabular. proprietati deseruiẽs; familiam pro haereditate, vel pecunia haereditaria accepit: Sicut etiam in tit. Pandect. Familiae erciscundae, intelligenda est. Familiae ergo appellatio & personas, & res continet.

a li. 1. Inst. ti. 2.
b li. 4. recep. se.
c ti. de leg. Fusi. Canu. tollen.
d Hoc ide Dd. tractant in l. pac. iter haer. ff. de pac. l cũ ctos popul. C. de summa Trinit.
e l. vlt. C. de le.
f c. cum in cunctis, de elec.
g l. obligatio. ff. re. §. placet, ff. de act. & obl.
h d. l. pac. inter haer. & l. nolo, est minimi, ff. de pigno. act.
i l. in testa. ff. de reg. iur.
k l. pronũciatio, §. familiae, ff. de verb. sign.

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT. TIT. VIII.

§. In Rub. & princ. tit.

1 *Continuatio huius tituli.*
2. 4 *Contrariorum eadem est disciplina.*
3 *Locus a contrarijs.*

a Sequitur de iure personarum alia diuisio. Nam quaedam personę sui iuris sunt, quędam alieno iuri subiectae. Rursus earũ, quę alieno iuri subiectę sunt, aliae sunt in potestate parentum, aliae in potestate dominorum. Videamus itaque de his, quae alieno iuri subiectę sunt: b nam si cognouerimus quae istę personae sunt, simul intelligemus, quae sui iuris sunt. Ac prius inspiciamus de his, quae in potestate dominorum sunt.

a Sequitur hactenus 1 de personarum diuisione, quae iure gentium introducta est, vidimus, quae quia vetustior [a] erat, propria quadam vetustatis ratione praeponenda fuit. nunc iusto ordine de eo personarum discrimine subijcitur, quod maiore ex parte a Iure Ciuili vel repertum, vel reformatum est; repertum, vt est patria potestas, tutela, cura; reformatum, vt est potestas dominica, quae tametsi iuris gentium [b] est; reformationem tamen seu emendationem a Iure Ciuili [c] accepit. Est autem tota haec tituli nostri pars ex lib. 1. Instit. Caij desumpta, cuius etiam verba in Pandectis [d] referuntur.

b Nam si cognouerimus. 2 Quia contrariorum, quantum ad eorum cognitionem attinet, eadem est ratio, vt si intelligimus, quid sit iustitia, a contrario etiam cognoscimus, quid sit iniustitia. 3 Et videri fundatum esse locum a contrarijs. Vnde Cicero [e] Omniũ, inquit, rerum in contrarias partes cognitio ex eisdem suppeditatur locis. Idem [f] alibi, Contrariorum, inquit, negantium ea vis est, atque natura, vt altero posito uel cognito, alterum statim submoueatur & cognoscatur. 4 An autem contrariorum eadem sit disciplina, quod ad Iuris pertinet dispositionem? Et utique eadem; quando subest eadem ratio, in vtroque ex contrarijs. quod si contrarias uel diuersa subsit ratio, ex [g] Bartoli sententia, contrariorũ contraria est iuris dispositio, Natura siquidem oppositorum est, vt se tollant, non etiam ponant [h] inuicem.

a §. singulorũ, inf. de rer. diuis.
b §. ius aũt gẽt. sup. de iur. nat.
c §. in potestate inf. hoc tit.
d l. 1. ff. hoc tit.
e li. 2. de Orato.
f In Topicis.
g l. vlt. §. in verbo cõtra quoque, ff. de le. 3. & l. si contra, §. si. & ibi glo. no. ff. de vulg. & pup. in l. inter stip. §. sacram, ff. de verb. oblig.
h Dd. in locis supra citatis.

§. In potestate.

1 *Potestas dominica cuius sit iuris.*
2.4 *Potestatis dominicæ effectus.*
3 *Extensio huius textus ad dominos temporales.*

In potestate, itaque dominorum sunt serui: quæ quidem potestas, *a* iuris gentium est. Nam apud omnes per æquè gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcunque per seruum adquiritur, id *b* domino adquiri. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub Imperio nostro sunt, licet sine *c* causa legib. cognita, in seruos suos suprà modū sæuire. Nam ex Constitutione Diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam si alienum seruum occiderit.

a *Iuris gentium.* § *Hinc* 1 *discis, potestatem dominicam iuris gentium secundarij esse. Aristot. appellat eam, δεσποτικὸν imperium, quasi dicas, herile imperiū: sicut anima imperat corpori. Corpus enim cogitur obtemperare animæ agitanti & mouenti, nec habet sine anima peculiares motus: ita & seruus, volens nolens cogitur obtemperare domino, & prorsus in aliena potestate esse.* 2 *Huius autem potestatis plures erant olim effectus, quorum duo hîc referuntur. Primus, quod domino vitæ necisque potestas in seruum concessa fuerat, qui quoniam contra omnem humanitatis rationem a corrupta natura introductus, atque in vsum olim receptus est, merito hodie coercionem accepit. Nam si quis occidat seruum proprium, ita tenetur lege Cornelia de Sicarijs, ac si alienum seruum occidisset, hominemue liberum. Non tamen prohibetur dominus leuiter pulsare seruum: id quod indicant verba,* § *suprà modum,* § *vel etiam* [b] *occidere, ob causam iustam. Ferunt talem imperij seu dominicæ potestatis formam etiamnum apud Turcas esse, vbi princeps pro arbitrio facit omnia, & subditi tanquam pecudes coguntur parere, quicquid imperat tyrannus.* 3 *Volunt Interpretes communiter, hoc idem etiam in dominis tēporalibus obtinere, veluti Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronib. & alijs Iurisdictionem in subditos habentibus: argumento ducto de Dominio ad Iurisdictionem, q. iure validum est.* * 4 *Secundus effectus est, q. seruus adeo in potestate domini sit, ut nihil proprij habeat: sed quicquid adquirit, id domino omne adquirat, non modo scienti, aut* [c] *ratum habenti, sed etiam ignoranti atque inuito: dum tamen iustè, & ex causa quærit* [d] *licita.*

b *Domino adquiri.* § *Per Dominum autem, non eum solum, qui verè dominus est, intelligimus: sed fructuarium etiam & bonæ fidei possessorem, ut infra sub.* [e] *tit. indicabitur.*

c *Causa legibus cognita.* § *Vt quia eum in facinore deprehenderit, quod capite plectendum* [f] *sit, vel aliquid fecerit capitale. Ideoque non dixit Imp.* § *Causa cognita.* § *sed* § *Causa legibus cognita.* §

a l. ide Neratius. §. si dolo, ff. ad l. Aquil.
b l. qui seruum, ff. de ver. obl.
* ten. in l. q. fugere, ff. d. stat. hom. & ibi Dd.
c l. acqritur, §. igit. ff. de acq. rer. dom.
d De hoc uide latius quæ dicam in §. itē nobis, inf. per quas person. nob. acquir.
e vt inf. p quas pso. nob. acqu.
f l. qui seruū, ff. de verb. obl.

§. Sed & maior.

1 *Ecclesia immunitatem præstat tam seruis quàm liberis.*
2 *Liber homo quando tutus sit confugiendo ad Ecclesiam.*
3 *Deus non est receptator latronum.*
4 *Status principum securitatem præstant.*
5 *Propter nimiam crudelitatem, al. cui ius suum adimi posse.*
6 *Iudex nimium crudelis, ab officio remoueri potest.*
7 *Subditi ob nimiam dominorum oppressionem possunt superiorem implorare.*
8 *Princeps non debet legum suarum ludibrium ferre.*

Sed & maior asperitas dominorum, eiusdem Principis Cōstitutione coercetur. *a* Nā Antoninus cōsultus a quibusdam Præsidibus prouinciarum, de his seruis qui *b* ad ædem, sacrā vel *c* ad statuam Principum cōfugierunt, precepit, vt si intolerabilis videatur sæuitia dominorum, cogantur seruos suos *d* bonis cōditionibus vendere, vt precium dominis daretur. & rectè: expedit enim Reipub. ne sua re quis malè vtatur. *e* Cuius Rescripti ad Aelium Martianum missi, verba sunt hæc: Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi; sed & dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiam, uel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur ijs, qui iustè *f* deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuā *g* confugerunt, & si vel durius habitos, quam equum est, vel infami iniuria affectos esse cognoueris, *h* venire iube, ita vt in potestatem domini non reuertantur. Quod si meę Cōstitutioni *i* fraudem fecerit, sciat me hoc admissum aduersus se seuerius *k* executurum.

a l. 1. ff. hoc tit.

a *Nam Antoninus.* § *Totus hic textus ad verbum ex Vlpiani* [a] *Responso transcriptus est.*

b *Ad ædem sacram.* § *Vt immunitatem habeant, donec iussu Præsidis liberentur ex seueri & austeri*

domini

d ... domini potestate. Præstat 1 enim Ecclesia immunitatem, sicut liberis hominibus, ita & seruis, si ob nimiam dominorum seuitiam eo b confugiunt. secus si seruire detrectarent, quia confestim dominis fient restituendi: præstita tamen cautione, ne durius tractentur equo. 2 Sed nec liber homo tutum semper habebit perfugium. Interest enim, an ad ædem sacram quis ob debitorum oppressionem confugiat, uel ob patratum delictum. Nam priore specie, si quidem Reipub. debeat, immunis erit: uocatus tamen, si nō ueniat, fiet missio in possessionem d suorum bonorum. Si verò sit priuati hominis debitor, Iudex triginta illi securos dies indulgebit, ad se defendendum, & si condemnetur, Iudex mandabit sententiam executioni, prout e poterit. Altero uerò casu, si ob delictum ab Ecclesiam confugit, idque atrox sit, ut quia homicidium, uel rapinam, aut simile facinus patrauerit, ius ciuile f securitatem denegat: 3 existimans Deum nolle receptatorem esse latronum, aut protectorem eorum, quos iā olim æterna lege præcepit puniri. Sed posteriores Pontifices Romani, etiam eo casu immunitatem Ecclesiarum g indulserunt. In leuioribus uerò delictis utroque iure præstari ad templa confugientibus subsidium, sine controuersia est.

c Ad statuam. § 4 Voluerunt enim Romani principes & suis statuis hanc tribuere maiestatem, ut securitatem præstarent, & si qui illos læderent, Maiestatis iudicio h tenerentur: fortè, ne minores uiderentur esse ipsorum statuę, quam olim fuerit Ptolomæi regis apud Cyrenas: ad quam, cum quidam Decius Magius Campanus, qui a Pœnis uinctus Carthaginem ducebatur, confugißet, manus hostium euasisse i legitur. Extat etiamnum Valentini, Theodosii, & k Arcadij Imppp. Cōstitutio, ut qui ex certa iustaque causa ad Principalia simulachra confugiunt, iure & legibus vindicentur: qui verò inuidiæ alicui creandæ causa id fecerint, abrepti puniantur.

d Certis conditionibus. § 5 Argumentum hinc ducitur, propter nimiam crudelitatem ius alicui suum auferri posse. Sic enim domini coguntur hic seruos suos vendere, ob nimiam asperitatem: tametsi l regulariter quis non compellatur rem suam uendere. 6 Sic iudex potest a suo repelli officio, suaque priuari m Iurisdictione, si nimis reperiatur crudelis & seuerus. 7 Sic quoque traditum est, si dominus temporalis insolitas a suis subditis operas, aut seruitia indebita exigere, cosue ultrà modum debitum collectare, uel census & reditus augmentare conetur, possunt ipsi implorare officium superioris, ut is Domini oppressionē reprimat: de quo in Came. Obseru. Cent. 5. Obser. 8. plura dixi. Sed & pater quandoque filium ex causa emancipare n cogitur. Nunquam tamen propria authoritate ius suum detrahendum est cuiquam, sed ordine iudiciario seruato, & subsecuta o sententia.

e Cuius Rescripti. § Hæc Rescripti forma est longè pulcherrima, & paucis admodum uerbis multa complectens.

f Deprecantur. § Ecce præoccupationem, qua anteuertit & diluit obiectionem, deinde subijciens infert ex propositione.

g Confugerunt. § Non est statim dilationibus credendum. Sed quid tum, posteaquam cognitum est?

h Venire iube. § Quasi diceret: Exitum aliquem inueni tuæ cognitionis, ne sit inanis.

i Fraudem fecerit. § Idest, si non paruerit, vel sententiam & vim huius nostri Rescripti, aliquo cōmento aut techna eluserit: veluti (inquit Theophilus) si hic Sabinus cum emptore clàm conueniret, ut rursus aliquando seruum redhiberet.

K Executurum. § Adijcit pœnam & interminationem, qua comprimit affectus domini, aduersus miseros serues commoti. 8 Et sanè non debet Princeps ferre suarum Constitutionum ludibrium aut contemptum. Nam & frustra feruntur leges, nisi seuerè puniantur contemptores. p

a ... b Vt hic, & d. l. ... ff. eo. c l. præsenti, C. de his qui ad Eccl. confug. d § Reges. § ne ... que, Nouel. de mand. prin. e d. l. præsenti, l. 2. & 3. f d. l. præsen. in ... prin. g c. inter alia, de immun. Eccl. h d. l. non contrahit, ff. ad l. Iul. maiestat. i Liuius lib. 3. Decad. 3. k l. unica, C. de his qui ad statuas confug. l l. nec emere, C. de iure delib. l. inuitum, C. de contrah. empt. m de quo vide ... & Bal. in ... domino ... hoc tit. n l. Leonis, C. de episc. audiet. o Bal. in tit. De pace te. in ver. bo. publici latrones, i. ... feudor. p Bal. hic. Facit l. sactio legū, ff. de pœn.

DE PATRIA POTESTATE. TIT. IX.

In Rubr. & princ. tit.

1 Patria potestas quid, & unde dicatur.
2 Eadem a Græcis quomodo cognominetur.
3 Vnde potestas patria deriuetur.
4 Olim parentibus in liberos & uitæ & necis potestas erat.
5 Nuptiæ unde dictæ.
6 Matrimonium unde deriuetur.
7 Coniugij etymus.
8 Explicatio definitionis matrimonij.
9 Sponsa debet lugere mortem sponsi.
10.12 Coniugati an & quando separari poßint.
11 Concubinatus a matrimonio quomodo differat.

a In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus. b Nuptiæ aūt siue matrimoniū, est c viri & mulieris d coniunctio, e indiuiduā uitę cōsuetudinē continēs.

a In potestate} patria iure ciuili [a] est constituta in filiosfamiliarum. 1 & ius illud dicitur, quod h[a]t pater vel auus paternus in personas liberorum. Dicitur autem} patria, {quia patrib. tantum datur, & nō matrib. Nisi fortè a Principe impetrent, vt in solatium eorum, quos in defensione patriæ amiserūt, adoptare aliquot [c] possint. 2 Hanc potestatem Arist. vocat βασιλικὸν siue πολιτικὸν imperium, i. regiam seu ciuilem dominationem, quomodo mens imperat appetitioni certa lege: & propter illius utilitatem. 3 Et ea quidem potestas ex iustis & licitis solum nuptijs deriuatur: quare pater filios naturales tantum, aut illegitimos non tenet in sua potestate. Plutarchus etiam meminit, Romulum inter eas leges, quas curiatim rogabat, hanc quoque tulisse: { Filius quam diu vixerit, in patris potestate maneto. } Quare neque nuptiæ illam soluunt, sed perpetuò [d] manet, nisi aliàs legitimis modis [e] dispereat. 4 apparet tamen ex plerisque legibus, [f] vsque ad uitæ & necis arbitrium olim porrectam fuisse patriam potestatem: quam natura tamen pietate quadam, non ad talem introduxit tyrannidem. Huic autem præduro & impio iuri, paulatim tum Imperatores, [g] tum Iurisconsulti detraxerunt, & ad naturalem æquitatem illud reduxerūt. Solum enim parentibus honesta relinquitur emendatio, & ex maxima causa [h] exhæredatio.

b Nuptiæ autem. { Nuptiæ, matrimonium, coniugium, & connubium pro eodem ferè vsurpantur. 5 Nuptiæ sic dictæ sunt, quod noua nupta [i] pudoris gratia se obnuberet & valeret, per hoc significando, verecundiam nuptijs præire debere, quod Rebeccam etiam Isaac iam desponsatam fecisse, [k] legimus, quæ maritū designatum aperto capite non putabat videndum: sed cum is fortè forma seu potius Dei consilio, in agro de ambulans, ei obuius factus fuisset, sublato pallio sese operuit. 6 Matrimonium vero a matris nomine [l] dictum est, non adepto iam, sed cum spe & omine mox [m] adipiscendi, & quod fœmina ob id potissimū nubere debeat, vt mater fiat. Alij malunt, matrimonium ideo a matre appellari, quod mater in prole gignenda, & fouenda potiores labores sustineat: cum infans ante partum matri sit onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus. * 7 Coniugium, Diuo. [n] Ambrosio teste, a coniungendo deriuatum est: nimirum legitimè mulier viro coniungitur, coniugium est: Nonnulli tamen in hoc nuptias a matrimonio differre putant, quod propriè nuptiæ sint matrimonij celebritas, quæ coniugij testificationem declaret. Matrimonium verò sit ipsa conuentio inter virum & uxorem, quæ solo consensu contrahatur, hoc est, neque rei interuentū, neque certa & concepta verba, neq; litteras requirit. Et Scæuola nuptias ritum illum esse ostendit, qui pro cuiusque gentis institutis palam ac publicè adhiberi solet: veluti apud Romanos deductio in mariti domū, item aquæ & ignis interuentus erat. Et hæc de ratione uocabulorum dicta suffecerint. Porro 8 quod ad matrimonij definitionem, quam hic Imper. ponit, attinet, [o]: sanè elegans est, materiam & formam continens. Nam quod dicitur, { viri & mulieris coniunctio, } hoc materiam: reliqua verba ipsam formam significant.

c Viri & mulieris. } Hæc verba adduntur, ad ostendendum, omnem aliam coniunctionem in una vel diuersa specie esse detestandam. Vnde & leges ciuiles aliter coeuntes ultimo supplicio plectendos [p] iubent.

d Coniunctio} intellige consensum per uerba de præsenti expressum, etiam sine copula corporum, quæ additur saltem ad significationem perfectionis, neque enim defloratio uirginitatis facit nuptias, sed pactio coniugalis: nec coitus, [q] sed consensus solus. Vnde uir & mulier non ideo minus coniuges erunt, etsi nunquam corpore conueniant. 9 Et sponsa debet secundum honestatem lugere [r] mortem sponsi, tanquam uiri sui: sponsamque fratris sui quis prohibetur ducere, quoniam sponsa sit consensu animi uera uxor. Et utiq; coniunctio debet esse legitima, nimirum, ne fiat copulatio contra leges: hoc est, in his quæ impediunt matrimonium, quæ autem huiusmodi sint, sequens titulus docebit.

e Indiuiduam uitæ consuetud. } 10. Quia semel coniugati, nisi legibus permittentibus, separari aut diuidi non possunt sed perpetuo coniuncti remanent. 11 Per quam differentiam concubinatus excluditur, etsi enim in concubinatu cohabitandi animus adsit, pœnitere tamē diuidique possunt, etiā sine causa, si velint. Quod non est in matrimonio: nam qui matrimonio coniunguntur, talem habent animum, ut perpetuò conuiuere uelint, scientes quod etsi eorum animus mutaretur, tamen, nisi lege ipsa censente, resilire non possint. 12 Porro legib. ita consentientibus aliquoties separantur coniuges, ex certis & arduis causis: qua in re uariant iura. Digestorum [s] iure pro leuissima causa mittebatur libellus Repudij (quod adhuc Iudæi obseruant) in quo continebantur hæc verba. { Res tuas habeto: conditione tua non utar. } Postea iure Codicis [t] istud uidebatur iniquū: & ideo certæ causæ numeratæ sunt, ex quib. diuortiū fieri possit. Quæ, quia non omnes uidebantur sufficiētes, iure Nouellarum [u] perpaucæ, reliquis defalcatis, sunt admissæ. Iure verò Pontificio, quod in matrimonio (sicut & cæteris rebus spiritualibus) præualet, istud reprobatum est. Aliquoties tamen & eo [x] iure saltem quod ad thorum attinet, separantur coniuges, ita ut alter uiuente altero, nihilo magis contrahere possit. Sola enim morte coniugati diuiduntur, & uiuente utroque coniugatorum, primus coniugalis consensus semper eos coniungit. Nam, ut D. Paulus [y] inquit, { mortuo demum uiro, mulier a lege viri est soluta. }

§. Ius autem.

1 Romani ciues qui hodie dicantur. 2 Qui

a l. nam ciuili, & l. seq. ff. de his qui sūt sui vel al. iur.
b §. fœminæ, if. de adop.
c l. mulierē, C. de adoption.
d §. patiūtur, & §. sed & infr. de iniur.
e Qui recēsent it. Quib. mod. ius patr. potestatis solu.
f Ex l. 2. C. de pat.
g fil. dist. & l. in suis, in fine, ff. de li. & posth. & l. fin. C. de pat. potest.
g l. qui filius, C. q res pig. & c. & l. D. Adr. ff. ad l. Pōpeiam de particid. & C. de his qui parentes vel lib. &c.
h §. aliud quoq; Nouel. vt cū de appell. cognos. & C. de emend. ppin.
i c. hæc imago, 33. q. 2.
k Genes. c. 34.
l Augu. lib. 19. cōtra Manic. & Gel. lib. 14. c. 6.
m Gel. li. 8. c. 6.
* per tex. in c. fi. de cōuer. Isid. De quo videt Gome. i §. fuerat. if. de act. l. pe. ff. de don. inter vir. & vx.
l. licet, C. de incest. nup. l. nuptias, de reg. iu. l. 3. de spōsal.
n li. 1. de Abrah. patri. c. 9.
o Sumptā ex l. 1. de ritu nup.
p l. cū vir, ff. ad l. Iul. de adult. §. item lex, if. de pub. iudic.
q l. nup. ff. de reg. iur. § nup. Nouel. de nupt.
r l. 2. C. de sec. nu. ea. si quis, 27. q. 2.
s l. 2. ff de diuor. & repud.
t l. cōsensu, C. de repud.
u Nouel. vt liceat matri vel auiæ §. quia verò plurimas. x Vide tit. Decreta. De frigid. & malefic. y 1. Corinth. 7.

2 *Qui possidetur ab alio, possidere alium non potest.*
3 *Filia nubendo in ius & familiam viri transit.*
4 *Soror vnde dicta.*

Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, *a* proprium est ciuium Romanorum: nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualẽ nos habemus. Qui igitur *b* ex te & vxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & vxore eius nascitur, i. nepos tuus & neptis, ęquè in tua sunt potestate, & pronepos & proneptis, & deinceps cęteri. *c* Qui aũt ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum.

a *Proprium.* § *Ideo* 1 *proprium dicitur ciuium Romanorum ius potestatis patriæ, quoniã à lege 12. Tabul. introductum est: sed cum hodie Antonini Imper.* [a] *Constitutione, omnes qui in orbe Romano sunt, ciues Romani esse dicuntur: consequitur hanc potestatem patriam ad omnes Christianos* [b] *pertinere: atq; ita producendus est hic textus noster. Olim tamen, priusquam hæc Antonini Constitutio promulgata est, magni hoc fuerat momenti, vt qui iura ciuitatis Romanæ non habuisset, nec filios in potestate haberet.*

b *Ex te.* § *Hoc verum, nisi tu sis in potestate alterius, tum enim filius tuus non in tua, sed in eius potestate erit, cuius tu quoque iuri obnoxius es. Nam* 2 *pro regula* [c] *traditur,* § *quod qui ab alio possidetur, alium possidere non posset.* §

c *Qui autem.* § *In descendentibus ex filia cessat ratio potestatis patriæ, ob id certè:* [d] *quia filia nubendo transit in omne ius & potestatem mariti.* 4 *Hinc Labeo scripsit, sororem appellatam* [d] *esse, quasi seorsum nascatur, separeturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam transmigret familiam.*

a l. Rom. 33. ff. ad municip.
b Vide Alci. li. 2. Dispunct. ca. 21. & seq.
c l. si euenerit, ff. ad l. Iul. de adu.
d Aul. Gel. lib. 13. c. 10.

DE NVPTIIS. TIT. X.

1 *Patria potestas ex iustis tantum nuptijs descendit.*
2 *Epitome huius tituli.*

Quoniam § 1 *potestas patria non ex quibuslibet, sed iustis tantum nuptijs prouenit: ideo quæ iustæ nuptiæ dicantur, iam exponit. Ad rem quod attinet, maris & fœminæ coniugatio communiter quidem omnib. animantibus est a natura* [a] *insita, vt s. coniungantur sobolis procreandæ gratia: verùm ne homines ad instar bestiarum promiscuè vtantur ista coniunctione, naturalis itemque ciuilis ratio multa de ea re constituit.* 2 *quorum hic tria potissimum tractantur: primum, quæ* [b] *requirantur ad legitimum matrimonium: deinde, quæ personæ inter se contrahere* [c] *nequeant, quæque eorum* [d] *pœnæ sint, qui contra leges coniunguntur: denique, quibus modis naturales efficiantur* [e] *legitimi.*

a Vt sup. de iu. nat. gent. &c. iu. in prin.
b In prin. huius tit.
c §. ergo. i. hoc titu.
d §. si aduersus, inf. eo. tit.
e §. aliquando. inf. eod. tit.

In princ. tit.

1 *Iustæ nuptiæ quæ sint.*
2 *Quæ requirantur ad legitimum matrimonium. & nu. 4. 7.*
3 *Serui iure ciuili non contrahunt nuptias, sed contubernia.*
5 *Pubertas quomodo æstimetur.*
6 *Fœminæ quare citius adolescant quàm masculi.*
8 *Parentum consensus an hodie necessario requiratur in matrimonio. & an eorum qui coituri sunt, num. 8.*
9 *Hodie autem, an de iure Canon. parentum consensus requiratur remissiue.*

a Iustas autem nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt masculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes, siue patresfamiliarum sint, siue filijfamiliarum: dum tamẽ, si filijfamiliarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio suadet: in tantum, vt iussus parentis præcedere debeat. Vndè quæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius vxorem ducere posit? cumque super filio variabatur, nostra processit decisio: qua permissum est ad exemplum filiæ furiosi, filium quoque furiosi posse, & sine patris interuentu matrimonium sibi copulare, *b* secundum datum ex nostra Constitutione modum.

a *Iustas autem* § *Istud principiũ docet, ad iustas nuptias multa esse necessaria.* 1 *Iustas aũt nuptias intellige legitimas, & in quib. nihil possit iure desiderari: sicut & iustã* [a] *vxorem, iustos* [b] *liberos dicimus.* 2 *Primum ergò requiritur, vt contrahentes sint* § *ciues Romani,* § *hoc est omnes liberi.* 3 *Serui enim iure ciuili non nuptias, sed* [c] *contubernia contrahere dicuntur. itaq; seruorum coniuges non uxores, sed potius contubernales* [d] *dicuntur: & eorum liberi naturales* [e] *habentur, non autem iusti. tametsi Iure Canonum secus* [f] *sit.* 4 *Secundò,* § *iusta ætas:* § *hoc est, vt mulieres sint duodennes, masculi verò puberes, idest, quatuordecim annorum.* 5 *Ita enim pubertatem Romanæ leges æstimant, licet in alijs deside-*

a l. si senatori, 31. ff. de ritu nupt. l. si vxor, 13. ff ad l. Iul. de adul.
b l. cũ quis, 10. § 1. C. de natu ralib. liberis.
c l. cum ancillis, 3. C de incest. nupt.
d l. vxor, 40. §. codic. & §. cōcu. de leg. 3. l. Stichus, 20. ff ali mẽ leg. l. Thais, 41. § hęr. ff. De fideic. lib.
e l. Luc. Titius, 77. §. tres hæred. ff. ad Trebel l. deniq; 8. ff q̃ pignorib. l. ex libera, 6. 6. C. de suis & leg. e. 1. de cō iug. seruor.

rent annos [g] *octodecim, quippè post eam ætatem sexuum qualitates calescunt, & ingentiua natura mouetur. Sic quoque Romani olim fœminis octauo, maribus verò nono die nomina imponere solebant. 6 Rōnē diuersitatis Plutarchus in Problematibus refert. Natura (inquit) causam sustinet, & augetur fœmina, & crescit, & adulta [illegible]citur, antequam masculus. Si tamen & ante ætatem præscriptam ad matrimonium quis idoneus existat, rectè nihilominus contrahet, quoniam Canones in nuptijs pubertatem non ex annorū numero, sed coeundi potentia* [h] *dignoscendam statuunt. 7 Tertiò, § consensus parentum, § qui vt accedat, & ciuilis & naturalis ratio suadet. Ciuilis, quia eo iure liberi patris potestati sunt subiecti,* [i] *Naturalis, quia natura filios parentibus obedire docet. Iure tamen* [k] *Pontificio olim inductum est, vt contrahentium tantum consensus sufficiat, consistatque coniugium, etiam non accedente parentum authoritate. Sed quia hæc res plenissimè definitur à S. Sancto Conc. Trid. Sessio. 24. c. 1. de Reformatione Matrimonij, c. 1. sufficit in præsenti locum demonstrasse. 8 Quartò desideratur § consensus eorum, qui coituri sunt. Nā* [l] *nuptias non concubitus, sed consensus facit. 9 Quinto & vltimo necesse est, § vt coniugalis coniunctio non sit nefaria, incesta, aut quoquo modo* [m] *prohibita. § Quomodo autem prohibeatur, infra mox hoc ipso titulo traditur.*

b *Secundum datum ex nostra Constitut. § Curatore scilicet furiosi authore, & præsentibus nobilibus ex eorum genere, nulla in re diminuto patrimonio* [n] *furiosi.*

§Ergo non omnes.

1 *Matrimonium prohibetur inter parentes & liberos, in infinitum.*
2 *Parentum nomine qui comprehendantur.*
3 *Liberorum appellatione qui veniant.*
4 *Nefariæ & incestæ nuptiæ quomodo differant.*
5 *Adoptionis vinculum quatenus impediat matrimonium.*

a Ergo non omnes nobis vxores ducere licet: nam à quarundam nuptijs abstinendum est, inter eas enim personas, quæ parentum liberorumue locum inter se obtinent; contrahi nuptię non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, & vsque in infinitum. Et si tales personę inter se coierint, *b* nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. *c* Et hęc adeò vera sunt, ut quamuis per adoptionem, parentum, liberorumue loco sibi esse cœperint, non possunt inter se matrimonio iungi: in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idē iuris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis esse cœperit, non poteris vxorem ducere, quamuis eam emancipaueris.

a *Ergo non omnes § Hic incipit secunda pars tituli nostri, in qua tractatur, inter quas personas licitæ sint nuptiæ. Vt autem sciatur, quæ nuptiæ sint permissæ, in primis exponitur, quæ sint prohibitæ, sic enim intelligimus cęteras fore* [a] *permissas. 1 Prohibetur autem matrimonium primum, ratione sanguinis, inter parentes & liberos, in infinitum. 2 Parentum autem appellatio largè hic sumitur, ut patrem, auū, proauum, abauum, atauum, tritauum, & omne reliquos ascendentes utriusque sexus in superiori cognatione contineat. Etsi enim eos qui supra tritauum sunt, § Maiores propriè* [b] *dicamus, latiore tamen significatione sub parentum appellatione* [c] *comprehenduntur. 3 Sic liberorum* [d] *appellatio continet, nepotes, pronepotes, & reliquos descendentes in inferiori cognatione in infinitum, qua de re suo loco* [e] *latius.*

b *Nefarias. § Videtur confundere Imp. & pro eodem ponere hic nefarias atque incestas nuptias. 4 Tamen propriè loquendo, inter se differunt. Nefariæ enim nuptiæ sunt, quæ inter ascendentis at[illegible]cendētis lineæ homines contrahuntur, vsque in infinitum, siue sint naturales & legitimi, siue naturales tātum, vel etiam spurij, & incestuosi, incestæ verò, quarum ex latere, siue ex transuerso coniuncti in vetitis gradibus, authores sunt, quod & inter personas ratione affinitatis in primo & secundo gradu inuicem coniunctas locum habet.*

c *Et hæc adeo uera. § 5 Parentes cum liberis adoptiuis matrimonio iungi non possunt, etiamsi dissoluta sit adoptio per emancipationem, idque publicæ honestatis gratia, quæ in nuptijs* [f] *maximè inspicienda est. Potest tamen filius adoptiuus ducere matrem* [g] *adoptantis, quia non est sibi auia, nec loco auiæ.*

§.Inter eas.

1 *Inter transuersales quomodo impediantur nuptiæ.*
2 *Ius Ciuile & Canonicum diuersimodè computant gradus transuersalium, remissiuè.*
3 *Ascendentes, descendentes, & transuersales qui sint.*
4 *Inter ascendentes & descendentes, etiam dissoluta adoptione, matrimonium prohibetur. secus inter collaterales, & quæ sit ratio.*
5 *Pater filiam emancipare debet, si generum adoptare velit.*

a Inter

g l. arrogato, 40 §. 1. ff. de adopt. vide etiam Macrob. li. 7. Saturn. & lib. 1. in somniū Scip. c. 6.
h c. puberes, de desponsa. imp. & c. de illis, eod. tit. gl. in c. quod inter, in fi. 20. q. 1. vbi refert autoritatē Gregorij, qui id narrat lib. 4. Dialog. c. 18. puerum 9. annorum nutricē impregnasse. Plura exēpla refert Cœlius lect. Antiq. lib. 8. c. 8. & Ioan. Igne. in l. 1. §. imp. nu. 9. ad Senatuscons.
i l. 2. ff de iust. & iu. facit l. nup. l. 1. ff. de ritu nupt. l. nec filia. C. de nup. l. si ut proponis, l. 2. C. d. tit. l. in spons. l. 1. ff. de spō salib.
k c. sufficiat, 28. q. 2. c. hoc sanctum, 22. q. 2. c. cum locum, de sponsalib.
l l. nupt. de reg. iur.
m l. nemini, 17. C. hoc tit.
n l. si furiosi, C. de nupt.
a arg. sup. de his qui sunt sui, vel alie. iur. in princ.
b l. si §. parētes, ff. de gr. & aff.
c l. 5. §. parēt. ff. de in ius uoc.
d l. liberorū, 220 ff. de verb. sig.
e inf. de grad. cognat.
f l. semper, 42. ff. de rit. nup.
g l. quinetiā, §. fi. & l. adop. 14. ff de ri. nupti. & sic non ob iste text. per l. in adop. 3. ff. de adop.

a Inter eas quoque personas, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio: sed nō tanta, Sanè enim inter fratrem sororemq; nuptiæ prohibitæ sunt siue ab eodem patre, eademque matre nati fuerint, siue ab altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit, quamdiu quidem constat adoptio, sanè inter te, & eam nuptiæ consistere non possunt: cum verò per emancipationē adoptio sit dissoluta, poteris eā b vxorem ducere. Sed etsi tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptijs. Et ideo constat, si quis generum adoptare velit, debere eum antea c filiam suam emancipare: & si quis vel it nurum adoptare, debere eum antea d filium suum emancipare.

a *Inter eas.* Dixit de ascendentibus & descendentibus nunc de his qui ex latere coniunguntur, annectit, quos Transuersales siue collaterales dicimus. De hic hanc tene regulam. 1 Inter transuersales Iure Ciuili in quartum usq; gradum nuptiæ prohibentur. Iure verò a Canonico olim ad gradum vsque septimum extendebatur prohibitio, hodie b verò vsque ad quartū. 2 Quamuis autem inter ascendentes & descendentes in computatione graduum ius Ciuile & Canonicum nihil varient, sed eandem cognationis rationem constituant, singulis personis singulos gradus attribuentia, in gradibus tamen transuersalium longè diuersam habet graduum considerationem ius Pontificium, quàm Ciuile, quod facilius fuerit ex demonstratione c arboris, quàm verbis declarare, itaque discentes ad eam remittimus. 3 Dicuntur aute Ascendentes, omnes illi qui nos genuerunt, sicut Descendentes, omnes qui ex nobis geniti sunt. Transuersales verò, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti sunt, sed stirpem & radicem nobiscum communem habent, ut frater, soror, amita, auunculus, matertera, nepos, neptisue ex fratre uel sorore, & sic deinceps.

b *Vxorem ducere.* 4 Sed quare secus inter ascendentes & descendentes? vbi etiam finita d adoptione nuptiæ contrahi non possunt. Respondeo ex Porcij sententia, hoc ideo esse, quia etsi descendentes adoptiui emancipentur, durant tamen adhuc patriæ potestatis reliquiæ. Inter transuersales uero nullum est ius patriæ potestatis, cuius reliquiæ durare possint, ideo finita adoptione, contrahere non prohibentur.

c *Filiam suam emancipare.* 5 Alias enim uterque & gener & filia essent in eiusdem patris potestate, sicque filia fratri adoptiuo uideretur nupsisse, sed filia e emācipata, gener per adoptionis vinculum filius effectus, non fiet illi frater, cum ipsa iam exierit patris agnationem.

d *Filium suum.* Nam tunc pari ratione necesse est, ut pater prius filium f emancipet, ne sororem adoptiuam habere indicetur.

a inst. de leg. agn. succ. in princ.
a c. piae. de consangui. et affin.
b c. non debet. de consang.
c Inst. de grad. cogn. & ad se desinis, grad. post D. fin. l. vlt. C. de Inst.
d § ergo. Inst. & adeo, Tap. eo.
e l. qui in adop. Iuxt. l. per adopt.
f Iuxt. l. per adopt. 17. ff. de ritu nupt.

§. Fratris verò.

1 *Sicut sororem, ita & eius filiam ducere prohibemur.*
2 *Idem & in huius nepte & pronepte locum habet.*

Fratris verò vel sororis filiam, vxorem ducere non licet, sed nec neptem fratris vel sororis quis ducere potest, quamuis quarto gradu sint. Cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

Amplificatio ad præcedentia. 1 Quemadmodum enim sororem naturalem, vxorem ducere prohibemur: ita nec fratris aut sororis naturalem filiam ducere possumus, quia loco sororis est. 2 Quod idem in horum nepte statuitur, propter rationem in textu annexam. Sed & ad sororis a pronoptem, hoc extendendum uidetur, ut nec eam possis ibi coniungere, quoniam te loco parentis agnoscit.

a tex. in l. sororis pronepte. 39. de ritu nuptiar.

§. Eius verò.

1 *Filiam sororis adoptiuæ licet ducere.*
2 *Quæ sit huius ratio.*
3 *Adoptio agnatos tantum respicit.*
4 *In matrem non cadit potestas patria.*

Eius verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi coniungitur.

Limitatio est ad præcedentem §. 1. Quamuis enim tibi fratris aut sororis naturalis filiam ducere vxorem non liceat: cum filia tamen sororis adoptiuæ nuptias contrahere poteris. 2 Quod ideo est, quia nec naturali, nec ciuili uinculo tibi coniungitur. Naturali ideo non, quia nullus interuenit sanguinis nexus. Ciuili ideo non, quia hæ a tantum personæ per adoptionem cognatæ sunt, quæ per eam agnascuntur. 3 Adoptio enim ad agnatos tantum pertinet, filia verò matris adoptiuæ tibi non est agnata. Deinde non fuit in potestate matris suæ. 4 Quoniam in matrem non cadit potestas patria, b ideo nec in potestatē patris tui transire potuit, atque ita iam non sit facta eius neptis, nec tibi coniuncta est.

a d. l. qui in adop. ff. de adopt. & l. si qua, 11. §. vlt. ff. de ritu nupt.
b § feminæ, inst. de adopt. & §. extranei, inst. de hær. qual. & differ.

§. Duo-

§. Duorum autem.

1 *Patrueles, consobrini amitini qui sint: & inter hos matrimonium iure ciuili contrahi posse, non autem iure Canonico.*
2 *Canones ad quartum vsque gradum prohibent nuptias.*

Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris & sororis, coniungi possunt.

Inter 1 duorum fratrum liberos, qui proprie § patrueles § a appellantur: vel duarum sororum, qui § consobrini: § quasi consororini, vel sororis & fratris, qui § amitini § dicuntur, iure Ciuili matrimonium b consistit, quia in quarto sunt inuicem gradu. Sic Iacob etiam duxit Rachel, & Orestes Hermionem. Iure tamen Pontificio hoc non obtinet: c quia eo iure filij duorum fratrum secundi tantum gradus habentur (nam constitutum est, duas ex transuersa latere personas vnum constituere gradum.) Itaque eos à nuptiis prohiberi non est dubium. 2 Canones enim interdicunt matrimonium ad quartum vsque gradū, qua de re infra d sub titulo § De gradibus cognationum, § vberius dicemus. Caeterum, supradictum inter § patrueles, consobrinos, & amitinos § discrimen, plerumque confundi solet, ac generaliter § consobrini § pro quibuslibet fratrum ac sororum liberis, sicut apud Graecos ἀνεψιοὶ vsurpari.

a infr. de leg. agn. succes. in princ.
b l. in celebran. 19. C. de nup.
c c. non debet, de consang. & aff.
d Vide Bar. in l. Iurisc. 10. ff. de grad. & af. Ang. §. hactenus, infra. de grad. cog. Ias. post Dd. in l. vlt. C. de suc. edict.
e l. 19. C. de nupt. §. sunt autem, inf. de leg. agn. suc.

§. Item amitam.

1 *Adoptio ius agnationis tantum tribuit.*
2 *Ius agnationis quid denotet.*
3 *Amitam ne adoptiuam quidem ducere possumus.*
4 *Cum matertera adoptiua nuptias contrahere licet.*
5 *Quae sit diuersi iuris ratio.*
6 *Cognatio naturalis in adoptione pro nulla habetur.*
7 *Matertera adoptiua quomodo possit fieri.*
8 *Restitutus textus in l. per adoptionem. ff. de ritu nupt.*

Item *a* amitam, licet adoptiuam, ducere vxorem non licet, *b* item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam, & materteram magnam, prohiberi vxorem ducere.

a *Amitam* § *Haec patris soror est: aui vero soror, magna amita est. 1 Et scias regulam iuris esse, adoptatum omnib. agnatis adoptantis, non etiam cognatis fieri cognatum. Adoptio. n. non ius a sanguinis, sed ius agnationis tantum adfert. 2 § Ius § autem § agnationis § intelligo praerogatiuam illam, quae concessa est agnatis à iure Ciuili, vt praeferantur cognatis, i. ex sexu foeminco coniunctis in successionibus. 3 Consequitur ergò ex praedicta regula, vt amitam non modo naturalem, sed etiam adoptiuam, idest, sororem patris factam per adoptionis vinculum, nequeas in vxorem ducere: idque propterea, quia cum ab auo tuo paterno adoptata sit, dubium non est, quin patri tuo aui potestati adhuc subiecto, agnationis iure coniuncta sit: vnde & illa tibi per eum agnascitur, cognataque fit.*

b *Item nec materteram* § *Matertera matris soror est: auiae verò nostrae soror, magna matertera est. Neta men hoc de matertera per adoptionem facta quis b intelligeret, notanter in textu verbum, § adoptiuam § non repetit. 4 Siquidem in adoptiua matertera nuptiae sunt licitae, tametsi in amita adoptiua prohibeantur. 5 Diuersitatis ea est ratio: quia cum amita mihi per virilem sexum coniungatur, dubii non est, quin sit mihi agnata, atque ideo & cognata: quoniam qui agnatus est, is omnino & cognatus est. In matertera verò, i. sorore matris, secus est: quae cum per foeminae personam me contingat, cognata tantum mihi est, & per adoptionem nullo iure agnationis mihi iungitur: per regulam iuris, qua dicimus, 6 cognationem quae natura contingit in adoptione pro nulla c haberi. Accidit autem, vt quis materteram adoptiuam habeat, 7 veluti, si auus meus maternus cum matrem meam haberet filiam, puellam quampiam in adoptionem accepit: haec quia matri meae soror adoptiua est, vtique mihi erit matertera: eam tamen uxorem habere possum. Sed aduersus haec Accursius Caij responsum d obiecit, § qui materteram § (ita enim vulgaris habet lectio) § etsi adoptiua sit, nos non posse uxorem habere respondit. 8 Verum lectio illa communis ex Holoandri codice mendosa apparet, quo non materteram sed amitam e legimus. Hoc enim modo restitutum est Caij responsum: vtique amitam & amitam magnam non possumus ducere, etsi sint adoptiuae.*

a l. qui in adop. ff. de adop. l. si qua. 12. §. adop. ff. de rit. nupt.
b Contra Ang. hic.
c Theoph. hic.
d in l. per adop. in fi. ff. de ritu nupt. Vide Pet. Loriotū in l. Iurisc. 10 §. in adopt. ff. de gradib. & affin.

§. Affinitatis.

1. 2 *Affinitas quid, & affines qui dicantur.*

3 *Affini-*

3 *Affinitas vnde contrahatur.*
4 *Nomina affinium.*
5 *Matrimonium quatenus prohibeatur ratione affinitatis.*
6.7 *Inter trāsuersos affines iure ueteri nō ꝓhibētur nuptiæ: secus de iure nouo & Canonico.*
8 *Dispositio habens duas causas finales, licet vna earū tollatur, altera tamen remanet.*

a Affinitatis quoque veneratione à quarundam nuptijs abstinere necesse est, vt ecce, priuignam aut nurum vxorem ducere non licet, quia vtreque filiæ loco sunt. Quod ita scilicet accipi debet, si fuit nurus aut priuigna tua. b Nam si adhuc nurus tua est, idest, si adhuc nupta est filio tuo: alia ratione vxorem eam ducere non poteris, quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est, idest, si mater eius tibi nupta est, ideo eam vxorē ducere non poteris, quia duas vxores eodem tempore habere non licet.

a *Affinitatis* dixi § *de ascendentib. & ex transuerso coniunctis, sed quia vltra has naturalis aut ciuilis iuris cognationes, affinitatis quoque ratio in contrahendis nuptijs habenda est, ideo de ea subijcit.* 1 *Est aūt* § *Affinitas,* § *diuersarum cognationum per nuptias copulatio, vel est ciuile vinculum ex nuptijs sponsalibusue descendens.* § *Ciuile* § *dixi quia legitimè cōtrahi non potest inter legibus* [a] *vetitos.* § *Vinculū* § *aptè dixi, affines.n.iungi, Paulus* [b] *scribit. Addidi* § *Ex sponsalibus.* § *nam & inter sponsos affinitatē esse, Neratio* [c] *placuit. Quod aūt* § *Ciuile vinculū* § *appellaui, id Azo* [d] *& Ang. Clauasius* [e] § *proximitatem* § *vocarunt.* § *Affines* § *verò sunt, viri & vxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, ꝑ nuptias copulātur, & altera ad alterius cognationis finē accedit. Nā coniungendæ affinitatis gratia ex nuptijs oritur. Ita Modestinus* [f] *describit. Possūt et concisius ita describi.* 2 *Affines sunt personæ nobis citra cognationē ex nuptijs coniunctæ,* 3 *Ex quo sequitur, quod* [g] *vbi nuptiæ esse nō possūt, ibi nec affinitatē locū habere posse. At obijcias. An non et sine nuptijs, tā iure* [h] *Ciuili quàm Pontificio* [i] *cōtrahitur affinitas? Accursius,* [k] *quem Panormitanus sequitur, respondet quo ad matrimoniū impendiendū, affinitatē contrahi, sed non quo ad alia. Vnde uidemus,* [l] *bonorū possessionē* § *Vnde vir & vxor,* § *cessare, vbi iustū non est matrimonium.* 4 *Cæterum, nomina affinium ab eodem Modestino* [m] *hæc referuntur. Socer, socrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna, socer magnus, pronurus, prosocrus, progener, socrus magna, leuir, glos, fratriæ. Quorum omnium declarationē apud eundem Modestinum reperire* [n] *est.* 5 *Porro pro regula seruandum est. Matrimoniū inter eos tantū affines prohiberi, qui parentum liberorumque sunt loco, vt sunt octo illa nomina, quæ ex Modestino retulimus.* 6 *Inter transuersales verò affines, nulla iure veteri erat prohibitio, quo poterat aliquis fratris defuncti vxorē matrimonio sibi coniungere:* * *multo magis patrui vel auunculi vxorem, aut consobrini.* 7 *Verum hodie per Iustinian. hoc correctum & mutatum est.* * *Sic quoque iure* [o] *Canonico nec duorum consobrinorum vxores ducere possum. Si enim vna mihi semel nupsit, alteram habere prohibeor. Vnde* [p] *consequēs est, nec uxoris amitam uel materteram, nec patrui uel auunculi mei vxorem me habere posse, ut nec econtra, uxor mea patruo uel auunculo, nec amitæ meæ aut materteræ marito nubere possit.*

b *Nam si adhuc* § *Hic textus frequens est in ore Doctoribus, qui ad hoc ipsum allegant.* 8 *quod vbicūque dispositio* [q] *aliqua duas habet causas finales, licet una istarum auferatur, alia remanente, non cesset dispositio. Sic hoc loci duabus rationibus prohibetur socer nuptias cum nuru contrahere. Prima, est affinitatis ueneratio, altera, quod eadem duobus simul nupta esse nequit, iam filio diem functo, tametsi cessat posterior ratio, adhuc tamen affinitatis obicem obstare nuptijs manifestum est.*

a in textu hic.
b l. aut affinitate, 22. ff. de proc.
c l. quod Seruius, 8. ff. de cōd. caus. dat.
d In Sum. C. de nupt.
e in Sum. vers. matrim. 1 s. imped.
f In l. non facilè, § affines, ff. de grad. aff.
g l. Iurisc. § sciēdum. ff. dict. tit.
h l. 1. § si qua, ff. de concub.
i c. discretio, de eo qui cogn. cons. vx. suæ.
k in d. § affines.
l l. 1. ff. vnde vir & vxor.
m d. l. nō facilè.
n ibidem.
* l. 8. C. de incest. nupt.
* per l. 5. & d. l. 8. & tot tit. C. de incest. nupt.
o c. quædā lex, 33. q. 1.
p c. porro, 35. q. 3.
q l. si non lex Aelia Sentia 83. & ibi B. ff. de hær. inst.

§. Socrum.

1 *Nec socrum, nec auiam, aut proauiam ducere licet.*
2 *Affinitas durante matrimonio durat, eo autem dissoluto, concidit.*
3 *Propter iniuriam affini factam, soluta affinitate, iniuriarum agi amplius non potest.*

a Socrum quoque & nouercam, prohibitū est vxorem ducere: quia matris loco sunt. Quod & ipsum b dissoluta demum affinitate procedit: alioqui si adhuc nouerca est, idest, si adhuc patri tuo nupta est, communi iure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus nupta esse nō potest. Item si adhuc socrus est, idest, si adhuc filia eius tibi nupta est: ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes.

a *Socrum* § *Quod* 1 *hic de socru, idest, matre uxoris dicitur, hoc idem & ad auiam & proauiam extendas: nam & illas ducere prohiberis, cum appellatione* [a] *socrus contineantur.* 2 *Cæterū, quamdiu matrimoniū cōstat, durat quoq; affinitas, eo verò dissoluto, licet affinitas concidat, tamē quantū ad prohibitionem nuptiarum attinet, eam adhuc considerari, honestatis est. Quare nuptijs per mortē uxoris finitis, nihilominus inter virum superstitem, & defunctæ uxoris cōsanguineam ad quartum usq; gradum durat affinitatis* [b] *effectus, licet quo ad alia, sit secus. Nā uxore mortua, et ita ab vna parte affinitatis vinculo, sicut*

a l. adoptiuus 14. § pen. ff. de ritu nupt.
b c. nō debet, de consan. & af. c. fraternitatis. 35. q. 10.

amoris

c gl. fi. l. sed hoc ita, 22. de re iud. Bar. l. cui eorũ. §. affin. ff de postulando.

d Vt Ias. Bar. decidisse refert l. l. sicut autem, a 1. in fine, de re iudic.

amoris vinculum, ita & priuilegij decrescit [c] *beneficium* 3 *Vnde traditum est, si fiat iniuria affini, soluta affinitate, non amplius competere iniuriarum* [d] *actionem, quia finitus sit amor.*

h *Dissoluta* ʒ *idest, dissolutis nuptijs, per quas contrahitur.*

§. Mariti.

1 *Thema huius §.*
2 *Decidendi ratio huius §.*
3 *Affinitas quatenus se extendat.*
4 *Maritus & vxor quoque affines dicuntur.*
5 *Affinitas pro matrimonio.*

Mariti tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem sororemue, ex matrimonio postea cõtracto natos.

a in l. Titia 134. ff. de ver. obl.

b l. non facile 4. ... de grad. ... de ... ang. & aff. ... d. §. affines.

e l. non ideo mi ... 21. C. de ... haer. inst.

f l. videamus ge neratum 138. ... princ. ff. de v. su ...

Huius §. ʒ *hypothesin explicat quoque alibi* [a] *Iurisconsultus, quae eiusmodi est.* 1 *Titius cum haberet filium ex mortua sua vxore, nuptias cum Seia cõtrahit, quae ex alio marito iam defuncto filiã habebat: clarum est, Titium filiae vxoris ex alio, patris loco esse. Seiam vxorem filio Titij, vice matris. An igitur filius Titij sit filiae ipsius Seiae loco fratris, & huic illa sororis? adeò ut in matrimonium coire nequeant, & Imperator eos non arceri à nuptijs tradit, ac per consequens nec sibi inuicem fratris & sororis vice esse.* 2 *Sed quare hoc? quoniam nullum inter ipsos affinitatis vinculum intercedit. Etenim, sicut affinitatis initium fit in personis, quae non ipsae affines sunt, sed coniungendae affinitatis gratia per nuptias* [b] *copulantur, vt sunt vxor & maritus: ita ad eos qui antea, idest, ante matrimonium nati sunt, ipsorum, non etiam vxoris & mariti, respectu, non porrigitur affinitas.* 3 *Tametsi enim omnes consanguinei viri sint affines vxoris, & contra, omnes consanguinei vxoris sint uiri affines: inter consanguineos tamen vxoris & viri ex eorundem coniugio nulla prorsus affinitas contrahitur, ob quam inter eos matrimonium debeat* [c] *impediri. Et idcirco* [e] *Modestinus dicens,* ʒ *affines esse viri & vxoris cognatos,* ʒ *intelligendus est, vt alterutrius cognati non inter se, sed alterutri affines sint.* 4 *Plerumque tamẽ maritus & vxor affines* [e] *dicuntur.* 5 *Nam & affinitas ipsa pro matrimonio* [f] *interdum accipitur.*

§ Si vxor.

1 *Nuptiae quandoque ob publicam honestatem prohibentur.*
2 *Appelatio soceri, socrus, generi nurus, ex sponsalibus non acquiritur, proprie loquẽdo.*
3 *Sponsalia quid.*
4 *Sponsalia vnde dicta & de veteri eorundem ritu.*

a Si vxor tuã post diuortium ex alio filiam procreauerit, haec non est quidem priuigna tua. Sed Iulianus ab huiusmodi nuptijs abstinere debere ait. nam constat, nec sponsam filij, nurum esse: nec patris sponsam, nouercam esse, rectius tamen ex iure facturos eos, qui ab huiusmodi nuptijs *b* abstinuerint.

a l. si qua 12. §. 1. & § si vxor, ff. de ritu nup. & l. semper eod. tit.

b arg. l. eum qui 38. C. ad l. Iul de adult.

c l. Seruius. ff. de grad.

d Ias. l. quod Seruius. 7. de cõdic. ob caus.

e l. 2. ff. de sponsalib.

f l. sciendũ 19. ff. de ... adult.

g Gell. li. 4. c. 4. Vide etiã Alcia. in l. pronũ ciatum 46. §. materf. uo 2. ff. de ver. sig.

a *Si vxor tua.* ʒ *Subijcitur* 1 *et alia prohibitio nuptiarum, quae fit publicae honestatis ratione, vt in exẽplis textus nostri apparet. Nam pro regula traditur: in* [a] *coniunctionibus nuptiarum non solum quid liceat, sed & quid honestum sit, maxime considerandum esse.*

b *Abstinuerint.* ʒ *Nẽpe propter animi destinationem, atque honestatẽ mutui* [b] *consensus.* 2 *Et nota, proprie loquendo appellationem soceri, & socrus, et generi, & nurus, ex sponsalib. non* [c] *acquiri, licet, si improprie vtamur his uocabulis, sit secus. improprie enim & in spõsalibus haec nomina vsurpari solet. Et ideo, si in statutis. nisi fauorabilia essent, horum nominum fieret mentio, casum matrimonij, non sponsaliorũ* [d] *cõprehenderent.* 3 *Sunt aũt* ʒ *sponsalia,* ʒ *vt Florẽtinus ait, mẽtio* [e] *& repromissio futurarũ nuptiarum, quo in loco mentionẽ Latinè dixit, ut apud Graecos dicitur μνεία, vel μνηστεία.* 4 *Sũt aũt sponsalia à spondendo dicta, quod veterib.* [f] *moris fuerit, per stipulationem ea contrahere. Nã, vt Seruius Sulpitius ponit, qui vxorẽ olim ducturus erat, ab eo, vnde ducẽda erat, stipulabatur eã in matrimonium ductũ iri: qui daturus erat, itidẽ spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur* ʒ *sponsalia:* ʒ *vulgo (verlöbnus oder ehegelübde.) Tũc quae promissa erat,* ʒ *sponsa* ʒ *appellabatur: qui spopõderat ducturũ,* ʒ *spõsus.* ʒ *Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, q̃ stipulabatur, ex spõso agebat, Iudices cognoscebant. Iudex quamobrem data acceptaue non esset vxor, quaerebat. Si nihil iustae causa uidebatur, litem pecunia aestimabat, quantiq; interfuerat eã vxorẽ dari vel accipi, eum qui stipulatus erat uel spoponderat, condemnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tẽpus, quo ciuitas vniuerso Latio lege Iulia* [g] *data est. Sed et Plautus hãc spõsaliorũ formulã pfert in Poenulo:* ʒ *AGORAST. Audi tu patrue, dico, ne dictum neges: Tuam mihi maiorem filiam despondeas. P. pactam rem habeto. A. Spondesne igitur? P. Spondeo. A. mi patrue salue: nam nunc es plane meus.* ʒ *item in Trinum.* ʒ *LYSIMACH. Spondes ergo tuam gnatam vxorem mihi? CHAR. spondeo, & mille auri Philippum dotis.*

LYSI.

LYSI. Isthac lege filiam tuam sponden mihi vxorem dari? CHAR. spondeo. LYS. & ego spondeo idem hoc.

§. Illud.

1 *Coniunctio sanguinis etiam inter seruos prohibet contubernium.*
2 *Et quæ sit ratio.*
3 *Iura sanguinis tolli non possunt.*
4 *Seruiles cognationes an hodie in successione seruentur.*

Illud certum est, seruiles quoque cognationes impedimento nuptijs esse: si fortè pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.

Coniunctio 1 sanguinis non tantū inter ciues Romanos impedit matrimonij copulationem, sed etiā inter seruos contubernium contrahi prohibet, durante seruitute, vel etiam post [a] manumissionē. Inter seruos ergò, siue adhuc seruitutis iugo premantur, siue sint manumissi, quantum spectat ad nuptiarum coniunctionem, obseruandæ sunt cognationes & [b] *affinitate 2 ob id certè, quoniam iure naturali omnes homines* [c] *æquales censendi sunt. 3 Et iura sanguinis non vllo uel pacto, uel iure ciuili dirimi* [d] *possunt. Quod vero ad successionis, tutelæ, & reliqua ciuilia iura cognationi attributa pertinet, vsque adeò perit ius cognationis inter seruiles personas, ut nec quidem, si manumißus fuerit seruus, cognationem* [e] *recipiat 4 Ex noua tamen Imperatoris Iustiniani constitutione, & seruiles cognationes aliquem successionis producunt effectum, qui* [f] *infra suo loco commodius explicabitur.*

§. Sunt &.

1 *Lex post species præmissas generale verbum subycere solet.*
2 *Reliquæ prohibitiones, præter eas quæ in hoc titulo recensentur, remissiuè.*

Sunt & aliæ personæ, quæ propter diuersas rationes nuptias cōtrahere prohibētur: quas in libris Digestorum seu Pandectarum ex veteri Iure collectarum enumerari permisimus.

Subnectitur ꝫ epilogus superiorum. 1 Neque enim nouum est, ut lex specialiter quibusdam enumeratis, subyciat generale uerbum, quo specialia [a] *comprehendantur. 2 Quæ autem sint istæ aliæ prohibitiones, Accursius & Aretinus hoc loci ad textum recensent, & fusius per Angelum* [b] *Clauasium collectæ extant, ut hic præteriri possint.*

§. Si aduersus.

1.3.4 *Pœnæ eorum, qui contra legum prohibitiones contrahunt nuptias.*
2.5 *Dos sine matrimonio esse nequit.*
6 *Pœnam illicitè contrahentium in sponsalibus non habere locum.*
7 *Spurij vnde dicti.*
8 *Dos ob matrimonium illicitum data, quando possit repeti.*

a Si aduersus ea quæ diximus, aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque ij, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris nō sunt, a sed tales sunt (quantum ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgo concepit: nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & his pater incertus sit. Vnde solēt b Spurij appellari, παρὰ τὴν σποράν, & ἀπάτορες, quasi sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quę sacris Constitutionibus continentur. c d

2 *Si aduersus ꝫ 1 Post prohibitiones nuptiarum explicatas, subycitur, quæ sint pœna eorū, qui cōtra pcepta legū coeunt. Prima est, quod leges nec maritū nec vxorē cognoscant, ipsorūque coitus matrimonij nomen non mereatur, & omne quod perceptum est, licet fructuum nomine, auferendū* [a] *sit. 2 Nec. n. dos sine matrimonio esse* [b] *pōt. 3 Secūda pœna est, qd filij ex tali coitu nec in patria sint potestate, ut q̄ solū ex iustis descēdat* [c] *nuptijs: nec patri suo hæredes esse poßunt, nec de patris familia* [d] *intelliguntur. Hoc tamē non procedit, si vterque vel alter contrahētiū ignorauerit, se incestas, contraxisse nuptias incognito, scilicet* [e] *iure: tū. n. iure Canonum filij nati efficiuntur* [f] *legitimi. Sed in dubio, si clam in matrimonium coierint, præsumuntur sciuisse impedimentum: palam aūt delinquentes, ut errantes, maioris pœnæ* [g] *excusantur. 4 Tertia pœna est, quod nec dotis promissio, nec eius exactio in tali coniugio ualet: ideo 5 q̄ vbi nullū est matrimoniū, ibi nulla possit esse* [h] *dos: licet contra matrimonium benè possit esse sine dote. His adde & alias pœnas, puta, infamiæ perpetuam notā, bonorum publicationem, in exilium relegationē, si sint dignioris cōditionis: verbū inflictiones, si sint homines viles. de quibus suis locis* [i] *tractatur. 6 Prædicta tamen omnia, in matrimonio effectualiter iam consummatio obtinent, secus est in spōsalibus tantū per huiusmodi*

k In l. 1. præter- mis. idem in l. 2. C. eod. parem. capit. 3. item Theoph. hic.
l Bud. in annot. ad l. vulgo, 23. ff. de stat. hom.
m In repetitione l. si qua il- lustris, C. ad Orphic.

Supra eod. pre- ced. in prin.
Ias. post Dd. in l. vlt. C. de verb. sign. iux ta dist. l. si adulter. cum incestu. C. de adult.
c. ex tenore, qui filij sint legitimi.
l. filij. De situ nupt.
l. 2. de iur. dot.
l. qui cōtra, 3. C. de incest. nupt. l. incestæ, § 2. ff. de ritu nupt.

iusmodi vetitas personas contraxisti: tum enim prædictæ pœnæ locum non habent: quia longè est, cōtrahere sponsalia tantum, quam corporum quoque coniunctionem interuenire.

b *Spurij* 7 *Alciatus* [k] *refert, Spurium appellari à Græca voce σποράδην, idest passim, vulgò & sparsim. Hinc & Sporades insulæ dicuntur. Eos Plutarchus in problematis* [illegible] *duabus literis ob id* [l] *notatos, atq; olim scriptos fuisse ait, quasi sine Patre: id quod in magnas familias conceptum est. Caccialupus* [m] *dat etiam alias huius verbi etymologias.* 8 *Quod autem Accursius hic vestigat, an, & quādo dos ob matrimonium illicitum siue nullum, data, possit repeti, ego ea in quæstione ita distinguendum puto. Si ponamus datorem solum spontè scientem ac prudentem, vetitis sese nuptijs immiscuisse, dotem non exiget.* [n] *Sed si prohibitionem nuptiarum iustè ignorauerit, permittetur ei repetitio. Sin autem iuris errorem tantum prætendit, neque matrimonium ipso facto secutum est, reor Placentini opinionem* [o] *rectè sustineri, datorique exactionem dotis competere, vel actione ex stipulatu, vel condictione sine causa, aut ob causam ex non secuta: maximè cum in casu proposito non tam turpis causa fuerit, quam* [p] *nulla. Quod si secutum est matrimonium, secuta est actualis coniunctio corporum (in qua specie loquitur §. noster) non erit locus exactioni dotis: præsertim, si & ius & factum* [q] *non nescierit, vel etiam factum tantum, secus si vtrumque* [r] *ignorauerit.*

§. Aliquando.

1.4 *Duo sunt modi, quibus naturales tantum efficiuntur legitimi.*

2 *Naturales qui dicantur.*

3 *Legitimati per oblationem Curiæ, quid consequantur.*

5.7 *Filij naturales per subsequens matrimonium legitimantur.*

6 *Vt naturales tantum efficiantur legitimi, quæ sint necessaria.*

Aliquando autem euenit, vt liberi, qui statim vt nati sunt, in potestate parentum nō sunt, postea redigantur in potestatem patris, qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curiæ datus, potestati patris subijcitur. nec nō is, qui a muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra Constitutione dotalibus Instrumentis compositis, in potestate patris efficitur. Quod & alijs liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra Constitutio prebuit.

1 *Hæc est vltima pars Tituli nostri, in qua duo recensentur modi, quibus Naturales tantum efficiuntur legitimi.* 2 *Sūt autem naturales tantū, qui ex nullis penitus nuptijs iustis vel iniustis, sed ex quasi soluto legibus cōmercio nati sunt: sic dicti, quia naturali coniunctione, ac velut conniuentibus legumlatoribus nascuntur. Primus ergo modus est, si offerātur Curiæ, idest, ordini Curialium, qui obnoxij sunt muneribus, quæ in municipijs obeuntur: quod fieri pot, aut per patrem inter viuos, vel in testamento Curiale scribat, aut per ipsum naturalem filium, qui defuncto patre, neque alijs filijs legitimis superstitibus seipsum Curiæ offert.* [a] 3 *Et illi ita legitimati, in paterna deinde successione, legitima iura cum alijs filijs adipiscuntur, ipsisq; vicissim pater succedit.* [b] *Non tamen vllam aliundè hæreditatem à cognatis, agnatisue patris sperare possunt. Sicut nec contra ipsis cognati patris sunt* [c] *successuri. Sciendū tamē, oblatos iuris tantū fictione & authoritate fieri legitimos, nō verè: idq; Angelus hic* [d] *notat.* 4 *Secūdus legitimādi modus est, p subsequens matrimoniū, puta, si pater antea cum muliercula quadā, lege tamē nō reluctāte, rē habuerit, filiosq; ipsa pepererit, atque eam postea vxorem duxerit:* 5 *tunc liberi prius illegitimè nati, per subsecutus nuptias legitimi* [e] *fiunt, succeduntq; æqualiter cum reliquis liberis postea nascituris.* [f] *Iniquissimū enim esset, ipsam stirpē secūdæ posteritatis, priorē quasi iniustā excludere, cū gratias agere fratrib. suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomē & ordinē consequnti.* 6 *Fiunt aūt legitimi non aliter, nisi subsequentia cōcurrant. Primò, quod sint procreati ex muliere, quæ fuerit libera & partus & cōceptionis tempore.* [h] *Deinde, quod talis fuerit mulier,* [i] *cū qua fas sit matrimoniū contrahere.* [k] *Eæ enim solæ in concubinatu haberi possunt sine metu criminis, in quas stuprum nō committitur, quæq; etiam vxores esse possunt. Præterea, vt vir concubina sua sit contentus, nec alijs vtatur pellicibus & succubis. Denique vt inter eos sit indubitatus* [l] *affectus, sicuti in vxore: huiusq; præsumptio inducitur p cohabitationē. Nam qui nascuntur ex muliere non retenta in domo, vel aliqua familia, eos nō effici legitimos per sequentes nuptias, eleganter Dynus & Bartolus* [m] *deciderūt.* 7 *Deniq; necesse est, vt matrimonij ergo dotalia cōscribantur Instrumenta:* [n] *quod imperator his satis apertè innuit; idque cōmuniter receptū est. Iure verò Canonū* [o] *non censetur esse de substantia matrimonij, aut legitimationis, instrumenti cōscriptio, quod in matrimonijs uelut spiritualibus negotijs, sequimur; tametsi plerique in illustribus instrumēta, dotalia interuenire debere arbitrati* [p] *sint in minorib. uerò, minusq; illustribus opus non esse, quod hæ cū scriptura triū testium contrahere* [q] *possint. & hanc opinionē Placentinus* [r] *& Ant. Rosellus* [s] *sequuntur. Quanquam aūt hic duo tantū modi quibus naturales efficiantur sui, referuntur: sunt tamē et alij, quos Antonius Rosellanus, in libro quem De natalibus inscripsit, prosequitur, de quibus ibi latius uideri potest.*

De

k lib. 1. prætermiss. idem li. 1. c. 5. parerg. capit. 3. item Theop. hic.
l Bud. in annot. ad l. volgo, 23. ff. de stat. hom.
m In repetitione l. si qua illostria, C. ad Orphic.
n Glo. & Do. in l. 1. & l. fi. C. de cōd. ob causam, & Bar. in l. vlt. ff. de cond. sine caus.
o Per Bar. d. l. fi.
p l. auunculo, & ibi Bar. de cōd. sine caus.
q l. qui contra, 4. C. de incest. nupt.
r l. si cū dotem, 22. ff. sol. ma.
a l. si quis, 3. C. de naturalib. lib. §. si quis igitur, i Nou. quibus mod. nat. eff. legit.
b l. componimus, 98. C. de nat. liber. §. & qui Nouell. quib. mod. nat. eff. sui.
c In d. l. Nouel. quibus mod. nat. eff. sui leg. §. filium.
d Per text. l. 1. C. de nat. lib.
e c. tāta vis, qui filij sint legit.
f l. cum quis, 10 C. de nat. lib.
g Facit l. amicissimos, §. Lucius. ff de excus. tut.
h Aret. hic.
i l. 1. ff. de concubinis.
k Auth. liceat matri vel l. auic. §. ad hoc colat. 8.
l l. item legato. 49. §. parui, ff. de leg. 3.
m l fi. ff de cōcū.
n facit c. tanta, extra, qui filij sint legitimi. Bal. in l. licet patri, C. de natur. lib.
o per l. cū quis, 10. l. nuper, C. de nat. lib. 10. ti de silan. dot. instr. nat. p §. illud quoque, ver. in maiori Nouel. qui. mo. nat. eff. sui. & §. quia nemo legem. Nouel. vlt. q d. § illud quoque, & §. quia verò. r gl. in §. 1. verb. instrumenta. Nouel. quib. mod. nat. effic. sui. s in tract. legitima. in causa formalis.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XI.

In Rubr. & princip. tit.

1 *Tres sunt causæ potestatis patriæ.*
2 *Adoptare quid sit? & definitio adoptionis.*
3 *Origo adoptionis antiquissima, eiusdemque causæ.*
4 *Adoptionis exempla varia.*
5 *Θέσις dicitur adoptio.*
6 *Adoptio, adoptare, adoptiuus.*
7 *Adoptio duas species complectitur.*
8.9 *Quid sit arrogatio, quid item adoptio specifica.*

a Nō solum autem *b* naturales liberi, secundum ea quę diximus, in potestate nostra sūt, verumetiam ij, *c* quos adoptamus.

a *Non solum* } *Tres* 1 *habet causas potestas patria: iustas nuptias, legitimationē filij naturalis, & adoptionē: quarū duæ priores cū explicatæ sint,* [a] *superest, vt & de tertia, nempè adoptione, subiungatur.* 2 *Adoptare* [b] *aūt inter alia significat alienū sibi adsciscere in filium, hinc adoptio dicitur, quā Theophilus ita definit, quod sit actus legitimus naturam imitans, ad liberorum solatium inductus. Rectè autem dixit ... idest, naturam imitans: quia ut Iauolenus ait, in his personis locum habet, in quib. natura locum potest habere.* 3 *Est autem adoptionis origo antiquissima, neque enim solum Romani, verumetiā Græci, & veteres Iudæi, filios sibi adsciscere consueuērūt, uel, quod matrimonij onera* [c] *detrectarent, vel quod sterile esset coniugium, uel quod liberi morerentur: vel, quod mali, improbi, degeneresq; essent, quod scilicet infortunium licebat aliorum adoptione emēdare.* 4 *Nam sic Moses dicitur adoptatus à filia Pharaonis, Exod. 2. & Theseus ab Aegeo, unde & nomen sortitus est.* 5 *Græci enim* [d] *θέσιν appellant adoptionem. Sic apud Romanos quoque Scipio Africanus, cum ipsius filius ob valetudinem gignere non posset, Pauli Aemilij Macedonici filium adoptauit, qui in sacra Scipionum transiens, Africanus, minor est dictus, ob deletam Carthaginem. Sic Iulius Cæsar Augustum, Augustus Tiberium, Traianus Hadrianū, Iustinus Iustinianum adoptasse legitur. Sic & Comicus in Adelphis de Mitione candē veterum consuetudinem indicat, & alias infinita passim sunt exempla obuia. Recentia quoque exemplā historiæ nostræ suppeditant, & antiquissimus titulus, quo Neapolitanum regnum Carolus V. Imperator Augustus possidet, à proauunculo suo rege Alphonso, per reginam Ioannam adoptato, deducitur.* 6 *Porrò* } *adoptio* } *nomen generale est, nihil aliud significans, quam gratuitam quandam electionem alicuius in filium* } *Adoptare* } *enim, est iuxta delectum sibi, quos uelit, in filios deligere. Hinc qui sic eligitur,* } *adoptiuus* } *dicitur.* 7 *Habet autem adoptio sub se duas species, quarum prior* } *Arrogatio,* } *altera* } *Adopto* } *similiter dicitur, nam quando species aliqua certo proprio nomine caret, tunc mutuatur nomen sui generis, idque admodum frequens est in iure* [e] 8 } *Arrogatio* } *fit, cum quis quempiam, qui sui iuris est, in potestatem suā loco filij accipit.* 9 } *Adoptio* } *uerò specifica fit, cum quis eum qui alieni iuris est, sibi adoptat, & propriū facit. Vnde triuialis ille versus.*

Arrogo, qui suus est, sed habet meus esse necessum,
Patris adopto suum, sed patris permanet idem,

b *Naturales* } *Ex iustis scilicet nuptiis progeniti, hi enim hoc loco sic appellantur, ad differentiam adoptiuorum, qui non natura filij sunt, sed tantum iure ciuili habentur.*

c *Quos adoptamus.* } *Secundum tamen distinctionem, quam infra* [f] *mox audiemus.*

a ti. prox. præc.
b in l. adoptio, ff. hoc tit.
c Viglius in §. adopt. lib. inf. de exhær. lib.
d Bal. hic, Plutarch. in Theseo.
e Exempla multa refert Apel in meth. Di...
f in §. sed hodie, hoc tit.

§. Adoptio.

1 *Arrogatio quomodo olim, quomodo item hodie fiat.*
2 *Quæ habuerit utraque species adoptionis olim solennia, remissiñt.*
3 *Adoptionem specificam fieri, delegari potest.*
4 *Cur arrogatio solum coram Principe. Adoptio vero à quouis Magistratu fieri possit.*

a Adoptio autē duobus modis fit: aut Principali Rescripto, aut imperio Magistratus, Imperatoris authoritate adoptare quis potest eos, easue, qui, quęue, sui iuris sunt, quę species adoptionis dicitur arrogatio. *b* Imperio magistratus adoptamus eos, easue, qui, quęue, in potestate parentum sunt, siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est f... s, filia, siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

a *Adoptio aūt.* } *Hic* § *ad verbum ex Caij* [a] *Institutionib. desumptus est.* 1 *Qui b. nō dissim... Gellius* [b] *scribit,* } *Cū in alienā familiā (inquiens) inque liberorū locū extranei sumūtur, aut per Pretorē id fit, aut per populum. Quod per Pretorem fit, Adoptio dicitur, quod per populum, Arrogatio.* } *Sic ergo olim arrogatio per populi rogationem fiebat, hodie verò imperio & Rescripto Principis opus est (vt ex hoc loco disci-*

a l. 2. ff. de adop.
b Lib. 5. c. 19.

discitur) postquam populus Romanus omne Imperium in Augustum transtulit. 2 Cæterum reliquos ritus & solennia, quibus vtraque species adoptionis constat, præter Imperatorem Caius in suis Institutionibus, item Gellius [c] & Cicero pro domo sua, abunde explicat, ad quos sit remissio.

b *Imperio magistratus* § 3 *Qui tamen ordinariã iurisdictionẽ habeat [d] & quia hæc adoptio specifica, Magistratus iure competit, rectè etiam mandari siue delegari potest, [e] quod Baldus & Angelus tradunt. 4 Sed qui fit, arrogationem tantum coram Principe, adoptionem verò apud quemuis Magistratu fieri posse? Iason putat ideo esse, quia adoptiuus cum patris naturalis potestati subsit, antequam in adoptantis transmigret familiam, potuit ipsi pater consilio adesse, expediatne ipsi, ut adoptetur, quod in arrogato non est, cum sui sit iuris. Rectè ergo eo casu maioris Iudicis requiritur authoritas & imperium.*

c lib. 5. c. 19.
d L. 3. ff. de off. proconf.
e L. 1. ff. of. eius, &c.

§. Sed hodie.

1 *Adoptio specifica fit vel ab extraneo, vel à sanguine coniuncto.*
2 *Si fiat ab extraneo, quid operetur.*
3 *Si a consanguineo fiat, quinam sit effectus.*
4 *In hac adoptionis specie, & patris & filii consensum requiri.*

Sed hodie ex nostra Constitutione, cum filiusfamilias à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minime dissoluuntur, nec quicquam ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei à nobis tributa sint. Si verò pater naturalis non extraneo, sed auo filii sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo vel proauo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu, quia concurrunt in unam personam & naturalia & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum, ut & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

a *Cum in adoptionis specie, quam diximus generis sui nomen retinere, multa olim esset inter Iurisprudentes super successionis iure ambiguitas [a] Iustinianus eã hoc loco tollere voluit, & uno foedere distinctionis conciliare. 1 Considerandum ergo, adoptionem specificam duplicem, scilicet primam ab extraneo, deinde à sanguine coniuncto. 2 Priore casu, si filiusfamilias detur in adoptionem alicui extraneo, id est, illi qui non sit ex ascendentibus sursum versus linea, scilicet, ad naturalem & si aut etiam consanguineus, quales etiam sunt omnes à latere cognati, qui ad iura adoptionis quantum attinet, pro extraneis habentur [b] tunc in patris naturalis potestate remanet, nec transit in adoptantis ius et familiam [c] Robustiora enim sunt patris naturalis iura, quam quæ ciuili ratione perimantur. [d] Ad hoc autem adoptatur, ut successionem ab intestato, in bonis patris adoptiui, etiam cum legitimis & naturalibus habeat, potest tamen uti hæres non in testamento institutus, licitè à patre adoptiuo [e] præteriri. In bonis verò patris naturalis, non modo successionem ab intestato, sed etiam inofficiosi testamenti querelam iure Prætorio per omnia [f] retinet. 3 Posteriori verò casu, si detur filiusfamilias alicui ex suis consanguineis in ascendenti linea, putà auo, aut proauo ipsius filii materno, vel si pater naturalis, priusquam filius conciperetur, sit emancipatus, auo paterno, aut etiam materno, confestim transit filius adoptatus in familiam & potestatem patris adoptiui: cum ei duplici vinculo, & naturali sanguinis, & ciuili adoptionis, coniunctus sit. Et tunc à patre suo naturali nihil expectare debet amplius. Nam nec ei succedit intestato mortuo, & si quid acquisierit, non sibi, sed adoptanti, acquisitum intelligetur: [g] nisi & ab hoc sit iterum emancipatus, quo casu, rursus in omne ius patris naturalis reuertitur, dissoluta videlicet adoptione, quod & in eius potestate, ei quoque fiet hæres & successor legitimus. 4 In ista verò adoptionis specie, utriusque, scilicet patris, & filii, voluntas est spectanda, vel consentiendo, vel contradicendo.*

a Quæ habetur in l. cum in adoptiuis, 10. C. eo.
b Glo. est in d. l. cum in adoptiuis, in verb. natur.
c ea. l. §. ideoque.
d l. iura sanguinis 8. ff. de reg. iur.
e l. cum in adoptiuis, §. sed articulum.
f l. vlt. C. eod.
g d. l. cũ in adoptiuis, § si vero naturalis.
h l. in adoptionibus, 5. ff. eod.

§. Cum autem impubes.

1 *Arrogatio per quos fiat.*
2 *Arrogari qui possint: & quæ ad hoc requirantur.*
3 *Arrogator satisdare tenetur.*
4 *Veterum solennitas circa arrogationem.*
5 *Arrogatus sine causa, non potest emancipari.*
6 *Quid iuris, si sine causa emancipetur arrogatus.*
Quarta ex arrogatoris bonis relinquenda arrogato, & quando restituenda.
Verbum Cauere, & verbum Satisdare.
9. 11 *Satisdatio arrogatoris vltra pubertatem arrogati non extenditur.*
10 *Satisdatio quare exigenda.*
12 *Quarta arrogati, an sit omnium bonorum arrogatoris.*
13 *Quarta arrogati an hodie sit aucta, sicut legitima.*

a Cum

a Cum aũt impubes per principale Rescriptum arrogatur, cã cognita arrogatio fieri pmittitur, & exquiritur cã arrogationis, an honesta sit, expediatq; pupillo. Et cum quibusdã conditionib. arrogatio fit, i. b vt caueat arrogator c personæ publicæ, si d intra pubertatem pupillus decesserit, restiturũ se bona illis, qui si adoptio facta nõ esset, ad successionẽ eius e venturi essent. Itẽ non aliter emancipare eũ potest arrogator, nisi cã cognita, dignus emancipatione fuerit, & tũc sua bona ei reddat. Sed etsi decedẽs pater eũ exheredauerit, vel viuus sine iusta cã emancipauerit: iubetur f quartã partẽ ei bonorũ suorum relinquere, videlicet preter bona, quę ad patrẽ adoptiuũ transtulit, & quorum commodum ei postea acquisiuit.

a *Cum autem transgreditur* § *Imp. rursus ad eam adoptionis speciem, nempe arrogationem,* 1 *quæ per Principem solum fit, atq; eos quibus a Principe committitur. Nam cum difficilè sit Principem huius rei gratia semper adire, solet is nonnunquam Clarissimis uiris ista delegare, quos nos* § *Comites Palatinos* § *dicimus, qui authoritatem etiam arrogationi* [a] *interponant: si tamen id ipsis nominatim codicillis, uel priuilegio delegationis concessum fuerit: Baldo* [b] *teste.* 2 *Diximus autem paulò antè, & puberem & impuberem arrogari posse.* [c] *Si pubes arrogatur, vtriusq; exploranda est uoluntas, & arrogati, & arrogatoris. In arrogatione verò impuberis, causæ etiam requiritur cognitio, an sit honesta, expediatne pupillo, quæ sint pupilli facultates, quæq; eius qui ipsum in filij locum uelit adsciscere, cuius sit arrogator conditionis & vitæ: anne insidiosè bona pupilli appetere uideatur, vel patremfam. prole dignum ostentet: ætas quoque arrogantis consideranda est, num fortè minor LX. annis sit, liberisq; potius procreandis idoneus: vnde Cicero:* [d] § *Quod est Pontifices,* § *inquit,* § *ius adoptionis* § *nempè adoptet, qui neque procreare iam liberos potest, & num poterit, sit expertus.* § *Sed & tutorum cõsensum interuenire, non fuerit absurdum.* [e] *Quæ quidem omnia arbitrio illius adscribuntur, coram quo fieri potest arrogatio. Quod si cognitum fuerit, expedire pupillo, ut in arrogatoris transeat familiam: modis tamen adhuc quibusdam certis fiet arrogatio.* 3 *Satisdare namque, i. cautionem cum fideiussore sufficientem præstare debet arrogator, sese omnia bona, si adoptatus impubes decesserit, restituturum ijs, ad quos successio arrogatione non facta pertinuisset.* [f] *Et hæc cautio fieri debet coram tabellione, uel notario publico: huius. n. fides publicè probata* [g] *est.* 4 *Sanè non minorem curam circa arrogationem ueteres quoq; Romani adhibebant. Tanta. n. cautione utebantur, ut ne puberum quidem sui iuris existentium arrogationem aliter fieri permittereat, nisi Calatis Comitijs, arbitris ẽt Pontificibus, populus Romanus solennib. quibusdam uerbis rogaretur, adhibito ẽt peculiari in eã rem concepto iuramento: tantum aberat, ut impuberem sineret arrogatum iri, q copiosius A.* [h] *Gellius explicat. Et hæc quidem, quod ad constituendam impuberis arrogationẽ attinet, dicta sint, uideamus modo quæ sit adhibenda ratio, in eadem dissoluenda.* [i] 5 *Et arrogatus utiq; causa non subsistente, rursus ex arrogatoris potestate dimitti non debet. Quod si iusta ex causa ab arrogatore emancipetur, ut quia fortè quid earum designauerit, ob quæ ẽt exhæredari potuisset iustus filius, omnia sua bona, quæ ad patrem arrogatorem translata sunt, recipit: sed quam aliàs ex bonis ipsius quartam fuerat habiturus,* [k] *perdit.* 6 *Sin uero sine causa filio imputabili, uel emancipatus, uel exhæres scriptus sit, non solum pristina sua, quæ ad arrogatorem transierant, sed & si quæ illi aduentitio iure obuenerant, recuperat: idq; non ex satisdatione (quoniam pactis talia non promittuntur* [l] *) sed ex Diui Pij Constitutione, id ita præcipiente.* [m] 7 *Sed & illi quartam partem arrogator ex bonis suis* [n] *relinquet: aut, hoc eo non faciente, eius hæres præstare tenebitur.* [o] *Quod si quid in fraudem arrogati alienatum fuerit, quasi per Caluisianam, uel Fauianam actionẽ reuocabitur.* [p] *Et ista quarta, quia non testatoris, sed legis dispositione debetur, per testatorem auferri* [q] *nequit, nisi legitima subsit causa, sicut & in filij naturalis legitima idem* [r] *est. Et in eo melioris conditionis est arrogatus, quàm naturalis & legitimus: quia potest reuocare alienata legitimæ suæ ab arrogatore secus in* [s] *naturali & legitimo. Neq; uerò illud ignorandum est, si ex causa non iusta emancipetur arrogatus, bona ipsi sua confestim esse restituenda: quartam verò ex arrogatoris bonis non posse peti, nisi eo defuncto. Id quod receptius est, satisque probari potest per uerbum,* § *Relinquere,* § *quod ad ultimas voluntates pertinet.* [t] *Qua ratione, si filius arrogatus decedat ante arrogatorem, cum fuisset emancipatus, non censetur transmissa facultas petẽdi quartam ex arrogatoris bonis ad suum hæredem, tametsi sibi fuerit* [u] *debita.*

b *Vt caueat* § 8 *Idest, cautionem cum fideiussore sufficientem præstet: ita enim hic accipitur, licet aliàs cauere, nudè promittere significet, nec fideiussionis dationem eo uerbo contineri Iustinian. alibi* [x] *constituat: Atque cauere & satisdare sic distinguunt Iurisconsulti, ut qui datis fideiussoribus promittit,* § *satisdare,* § *dicatur, qui uero sine fideiussoribus* [y] § *cauere.* § *Sunt tamen plures aliæ huius dictionis (cauere) acceptiones, & quidem uariæ, quas Doctores suis locis examinant.* [z]

c *Personæ publicæ.* § *Idest, tabellario, qui publicis tabulis sit præpositus. Olim huic muneri serui etiã* [a] *præponebantur, ideoq; serui publici dicebantur. Verum Arcadius* [b] *Imp. postea fluxa iam seruorum fide, constituit, ut publicis tabulis haudquaquam amplius serui præficerentur, sed liberi loco ser[illegible]: Hincq; est, q Iustinianus dixerit personam publicam, quam Marcellus* [c] *seruum publicum, Paulus* [d] *verò seruum Ciuitatis, secundum iura quibus ante Arcadij tempora utebantur, appellauit.*

d *Intra paupertatem.* § 9 *Nam ultra id tempus huiusmodi satisdatio non porrigitur: ob id fortè, quod*

D filius

a Ale. in l. 1. de offic. eius cui mand. est iur.
b l. pen. §. 3. de adopt.
c l. in adopt. 5. ff. eo.
d Pro domo sua
e l. fi. C. de auto ri. præstan.
f l. nec ei, 17. §. fi. & aliis nõnullis ll. ff. de ado.
g l. 1. & ibi glo. C. eo. ti.
h lib. 5. cap. 9.
i §. aliud quoq; in Nouell. ut cum de appel. cog.
k l. ult. ff. si quid in frau. patr.
l Dd. in l. stipulatio hoc mõ concepta, 61. ff. de ver. obl.
m d. l. vlt.
n d. l. vlt. & l. si arrogator, 22 ff. eod.
o d. l. si arrogator.
p d. l. vlt.
q Secundũ Ias. hic.
r Aut. nouiss. C. de inof. test.
s l. 1. in fi. ff. si quid in fraud. patr. l. nõ vsq; ff. si quis a pa. manumiss. fue.
t l. fi. in fi. ff. de tab. exhib. & probatur in l. 1. §. si Imp. ff. de coll bono.
v l. 1. C. de caduc. toll.
x in l. 3. C. de verbor. sign.
y l. 2. §. o. de iud.
z In l. satisdatio nis, de uer. sig.
a d. l. nec ei, 17 de adop. l. ul. quod cuiusq; vniu nom.
b l. generali, 3. C. de tabulariis, &c.
c d. l. nec ei.
d d. l. ult.

filius arrogatus pubes iam factus, testamenti habet factionem, ut & extraneos, exclusis ab intestato uenientibus, instituere possit. [e]

e *Venturi.* § *Ut sunt pupillariter substituti ipsi impuberi, uel qui alias intestato ei successissent, si arrogatio non fuisset facta. Quia* 10 *ergo per talem arrogationem impuberis, substituti pupillariter, & legatarij (cum per arrogationem infringeretur* [f] *pupillaris substitutio) item & hæredes legitimi, damnificabantur, constitutum est, ut satisdatio interponatur de restituendis bonis pupilli, his, qui uel ex substitutione pupillari, uel ab intestato, si arrogatio non intercessisset, ad successionem eius uenturi erãt.* 11 *Et hæc satisdatio ultrà pubertatem non erat producenda, siue pupillares substitutos respicias, siue hæredes legitimos. Pupillaris.n. substitutio adueniente pubertate per se extinguitur.* [g] *Arrogatus verò pubes iam factus, testamentum facere potest, & exclusis ab intestato uenientibus, si ita illi sederit, extraneos instituere.*

f *Quartam.* § 12 *Et hæc quarta Arrogati dicitur, uel et Quarta* [h] *Diui Pij. Non tamen omnium bonorum suorum, sed tantum portionis ipsi ab intestato* [i] *debitæ: (licet quidam contrarium teneant) ne melioris censeantur conditionis esse filij arrogati, quam legitimi & naturales, quorum legitima pariter non est omnium bonorum patris, sed solum partis debitæ ab intestato.* 13 *Sed an arrogati quarta hodie usque ad trientem sit aucta, sicut in legitimis &* [k] *naturalibus? Et communiter obtinuit, istam quartam nõ esse ad trientem protensam: tum, quia in Nouella* [l] *scriptum est, in iis solummodo personis legitimam esse auctã, quib. ante querela inofficiosi testamenti competebat: impuberi autem arrogato, querela hæc non competit, cum ordinarium habeat remedium ex Diui Pij Cõstitutione,* [m] *tum, quia in correctorijs,* [n] *tametsi par, vel etiam maior subsit ratio, illicita est extensio, nisi sit expressum. Contra plerique censuerunt, non tantum personis auctam, quib. querela competit, sed etsi aliud quoddam remediũ detur, quod sit loco querelæ, vt est Diui Pij Constitutio, quæ cum sit uice querelæ surrogata, eiusdem debet naturæ & effectus* [o] *censeri. In quo ego subsisto, cum minimè tutum sit, in materia correctoria per subauditos* [p] *intellectus procedere.*

§. Minorem natu.

1 *Adoptans debet plena pubertate præcedere adoptandum.*
2 *Plena pubertas octodecim annis definitur.*
3 *Aetates quomodo distinguantur, a Iurisconsultis.*
4 *Infantia, adolescentia, iuuentus, senecta.*

Minorem natu, maiorem nõ posse adoptare, placet: adoptio. n. naturam imitatur, & pro monstro est, ut maior sit filius, quam pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel arrogationem facit, plena pubertate, i. decem & octo annis præcedere.

Maiorem 1 *natu minor adoptare non potest; debet. n. adoptans, plena pubertate eum, quem adoptare vult, præcedere.* [a] *Quod ideo est, quoniam adoptio naturam imitatur, quæ pro monstro est, patrẽ filio non esse grandiorem. Quamobrem Cicero* [b] *adoptionem non ualuisse, qua Tribunatum consecutus est Clodius, ex ætate potissimum probat:* § *Cum,* § *inquit,* § *factus es filius eius, cuius per ætatem esse pater potuisti. Dico apud Pontifices, nego istam adoptionẽ Pontificio iure factã: imprimum quod hæ nostræ sint ætates, ut is, qui te adoptauit, tibi loco filij per ætatem esse potuerit,* § *& cætera quæ sequuntur.* 2 § *Plenam* § *autem* § *pubertatem* § *Iurisconsultis octodecim annorum spacio definiri placuit. Quamuis. n. ad iustas nuptias ætas quatuordecim annorum sufficiat: quia tamen in adoptionibus electionis res agitur, firmitate quadam opus est iudicij, quam assecutus censetur is, qui decimum octauum* [c] *attigerit annum. Sic iuxta formam a Diuo* [d] *Hadriano sancitam, alimenta legata masculis usque ad XVIII. fœminis ad XIIII. annum, pietatis intuitu & pueritiæ fauore præstantur.* 3 *De differentijs verò ætatum, quemadmodum sint distinguendæ, varia fuit apud ueteres sententia, quam referre in præsentia supersedeo: sufficiat perstrinxisse paucis, quot ætatis gradus commemorent, qui longe prudentius cæteris scriptoribus hac in re distinxisse nobis uidetur.* 4 *Hi ergo infantiam* § *ad septimum usque annum acceperunt.* [e] § *Pubertatem* § *seu* § *adolescentiam* § *a quartodecimo initium sumere, uigesimoquinto perfici,* § *iuuentutem* § *inde appellari, cuius certus numerus non sit constitutus, sed ex habitu corporum & consuetudine eum ad cuius notionem pertinet, existimarunt, ut qui adhuc inter seniores numerari non cœpit, pro iuuene habeatur, atque ita Marcellus* [f] *respondit. Eodem modo & de* § *senectute* § *iudicandum: nisi quod ab oneribus personalibus maiores quinque & quinquaginta annis, tanquam senes* [g] *excusantur: a tutela verò vel cura, qui supra septuaginta annos vixerunt. Existimauit Bartolus, qui* § *virum* § *dicit, de adulto intelligere, perinde ac si eadem sit conditio, cum uir factus fuerit, vel cum adultus erit: Sed hanc Alciatus* [h] *sententiam confutauit.*

§. Licet autem.

1 *Potest quis adoptare in locum nepotis, & deinceps, etsi filium non habeat.*
2 *Carens uxore adoptare non prohibetur.*

Licet

e Dd. latè, in l. si arrogator, ff. hoc tit.
f d. l. nec ei, §. eorum, ff. hoc ti. §. non tamẽ, inf quib. mo. testa. infirm.
g § qua rõne, in fi. int. de pupil. substit.
h l. Papinia. 8. §. si qs ipubes. ff. de inof. test. l. 1. §. si ipub. ff. de col. bon. & d. l. si arrogator.
i Gl. hic, & d. l. si arrogator, vbi et Bald. in 11. oppõs.
k Per auth. nouissima, C. de inof. testa & §. 1. in authẽ. de trient & semis.
l In d. §. 1. de trié. & semis.
m tex. in l. Papi. §. si qs impubes, de inof. tes. Vide quę dixi in §. tã aũt, if. de inoff. test.
n In auth. quas actiones, vbi cõiter Dd. C. de sacr. eccl.
o l. si eum, 10. §. qui iniuriarũ, ff. si qs caut.
p Per l. sing. f c. cupiẽtes, §. per ff per 20. de elect. in 6.
a l. si pater, 15. in fi. l. arrogato, 40. §. non tantũ, ff. de adop.
b In orat. p Domo sua ad Põtifices.
c § si sop. quib. ex cau. ma. nõ liceat.
d l. Mela, 14. § 1. ff. de alim. & cibar. legat.
e l. i § i. & admin tuto l. i. ff. de minor.
f l. nõ aliter, 69. ff de leg. 3.
g l. fi. C. qoęta. se excu.
h lib. 4. Dispũc. c. 12. & in l. pueri, ff. de uer. sig.

Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat.

Liberum 1 est, non solum in filij, sed & in nepotis, neptis, pronepotis, proneptis, aut porrò descendentiū locum adoptare, tametsi filium quis non habeat. Quanquam hoc a natura uideatur remotum esse, cum non possit quis naturaliter habere nepotem, qui caret filio, filiaue: quia deficiente causa, deficit quoque effectus. 2 Sicut & is qui uxorem nunquam habuit, non prohibetur [a] adoptare: cum tamen naturaliter non possit habere liberos, qui uxore caret. Sed in hoc adoptio non imitatur naturam, quod fortè in fauorem adoptiuorum, eorumque qui carent sobole, introductum est. Vel potest dici, cum hoc sit accidentale, quod quis, qui aliàs ad procreandam sobolem idoneus est, filium uel uxorem non habeat, ideo in adoptione non esse considerandum.

a l. & q uxores, 30. ff. eo.
b Arg. §. sed & illud, if e. tit.

§. Et tam filium.

1 *Filius in locum nepotis, & contra, adoptari potest.*
2 *Frater non potest per adoptionem constitui.*

Et tam filium alienū quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locū filij.

Filium 1 alicuius in locum nepotis, & contra nepotem in locum filij adsciscere permissum est: idq; textus noster satis docet. 2 Frater tamen per adoptionem nequit constitui, nec in fratris locum adoptare quisquam [a] potest. quod ideo est, quia legibus naturæ, quam ducem habet adoptio, minimè consentaneū [b] est, ut frater à fratre procreetur.

a l. nec apud, C. de hęr. instit.
b gl. ibid.

§. Sed si quis.

1 *Verus intellectus huius §.*
2.3 *Si cui præiudicium imminet, certiorandus est, atque uocandus.*
4 *Auo dante in adoptionem nepotem ex filio, quare filij consensus non requiratur.*

Sed si quis nepotis loco adoptet, uel quasi ex filio, quem habet iam adoptatum, uel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo casu & filius consentire debet, ne *a* ei inuito suus hæres *b* agnascatur. *c* Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire.

a *Ei inuito.* § 1 *Hæc verba, meo iudicio, coniunctim sunt legenda, § Et inuito, § idest, filio inuito: neque alterutrum ad auum rectè retuleris. Sensus enim est, ne filius nepotem cohæredem suum & necessarium [a] inuitus ac nolens accipiat. Nam si admittamus, posse adoptari nepotem tanquam ex filiofamilias, non interueniente eiusdem filij voluntate, illud sequetur inconueniens, quia nepos adoptatus, post aui obitum recasurus est in filij, tanquam sui patris potestatem, eoque post defuncto, agnascetur nepos adoptatus patri suo, idest, aui filio, ut ipsum, si suum non interposuit consensum, ēt inuitus sit habiturus hæredem suum. Et iste intellectus est amicior literæ, magisque conueniens. Ex hoc textu sic declarato, colligenda est regula. 2 Si quid in alicuius uergat damnum, illi cui damnum imminet, actum esse notificandum. Aequitas. n. ipsa suadet, ut id quod geritur, adprobetur ab his quos causa attingit, quiq; lædi, ac proinde cōtradicere [b] possunt. Idq; non modo in adoptione procedit, sed & quolibet alio actu, vnde aduersarius lædi posset. 3 Semper. n. fieri debet citatio [c] eius, cui præiudicari potest. Sic, quando uel Principis uel Pontificis interpretandum est Rescriptum uocandi sunt hi qui ex eo lædi possunt. Et si antiqua, [d] vetustateq; quasi consumpta instrumenta sunt renouanda, citandus est aduersarius cuius interest. Quod idem obtinet, si instrumētum fortè sit amissum, petaturq; [e] refici. Qualiter aūt missio [f] sit probanda, ad nostram aulam nunc non pertinet.*
b *Agnascatur.* § *Efficiatur suus.*
c *Sed ex contrario.* § 4 *Ratio est: quia cum auus vtrumque, & filium & nepotem, in sua habeat potestate, ideo nepotem potest uigore istius potestatis in adoptionem alteri dare, patre nepotis, i. filio aui non consentiente. Hoc enim casu non ita læditur filius, sicut superiori, præsertim si detur in adoptionem extraneo: ideo quod auo mortuo recasurus est in potestatem sui patris naturalis.*

a §. si autē, inf. de hær. qual. & differ.
b l. nāq; ita Diuus, quæ sem per alleg. ff. e. ti. l. unoquoq; ff. de re iud.
c Bar. Bal. & alij
d l. nāq; ita. d in Auth. de hę re. & Falc. § 1.
e l. chirographis ff. de admin. tut.
f Vide c. olim, de priuil. Cy. in auth. si qs in aliquo, C. de edend.

§. In plurimis.

1 *Filius adoptiuus alteri in adoptionem dari potest.*
2 *Adoptiuos & naturales liberos pari iure censeri.*
3 *In quibusdam tamen differunt.*
4 *Filius arrogatus quando quartam petat.*

a **In plurimis autem causis assimilatur is, qui adoptatus vel arrogatus est, ei qui ex legitimo matrimonio natus est: & ideo si quis Imperatorem, vel apud Præsidem prouinciæ b non extraneum adoptauerit, potest eundem in adoptionem alij dare.**

Cum supra dictum sit, adoptionem imitari [a] *naturam: ideo hoc loci rursus annectitur affinitas quædam inter filium adoptiuum, & ex iustis nuptijs editum.* 1 *Sicut enim is potest alteri in adoptionem dari, ita & filius adoptiuus potest: exceptis aliquot casibus, quos Accursius hic recenset.*

a *In plurimis.* 2 *Nam præteriti naturalium & legitimorum exemplo testamenta* [b] *rumpunt: eisdem (iudicio patris per bono. Possess. contra tabulas rescisso) legata sicut iustis* [c] *liberis præstatur, & conseruantur: Decurionatus honores ac priuilegia ad instar naturalium liberorum* [d] *consequuntur:* 3 *In quibusdam tamen secus est: vt ecce, emancipati naturales per prætoris beneficium retinent gradum liberorum adoptiuus autem emancipatus perdit, & in iure liberorum esse* [e] *desinit, nec a Prætore adiuuatur.*

b *Non extraneum. Notanter dicit, Non extraneum: quia si extraneum adoptaret non transiret in eius potestatem, & ideo non posset* [f] *eundem alteri in adoptionem dare.* 4 *Cæterum, inuestigant pleriq; quando filius arrogatus propter emancipationem quartam sibi competentem perdat? Breuiter distinguendi sunt tres casus. Aliquando arrogator emancipat filium sine causa, tunc tenetur ei tradere quartā suorum bonorum: & hoc eo non faciente, hæredes præstare* [g] *tenebuntur. Aliquando emancipat ipsum ex causa filio imputabili, proueniente ex delicto filij arrogati: & eo casu perdit quartam, aliquando emancipat ex causa non ex delicto filij, sed aliàs ex fonte honestatis proficiscente, & eam non* [h] *amittit.*

a §. minorē, su. eo. l. adoptio, ff. eo.
b §. adoptiui, ff. de exhær. lib.
c l. 1. §. vl. ff. leg. præstan.
d l. eū adoptiuū, C. de decu. li. 10.
e §. minus, if. de hær. quę ab in test. defer.
f §. sed hodie, su pra eo.
g l. ult. ff. si quid in frau. patr. l. si arrogator, ff. eo.
h De hoc vide sup. eo. § cum autē impub.

§. Sed & illud.

1. 3 *Castrati & spadones quomodo differant.*
2 *Spadones adoptant, castrati non.*
4 *Tria impotentium genera describuntur.*
5 *Thlasiæ & Thlybiæ qui.*

Sed & illud vtriusque adoptionis commune est, quod & ij, qui generare non possunt (quales sunt spadones) adoptare possunt: castrati autem non possunt.

Castrati 1 *dicuntur, quib. testes naturaliter desunt, spadones, quibus violenter detracta est virilitas, a Græco verbo σπάω, quod est aufero, auello. Castrati ergo sunt natura impotentes ad generandum: spadones verò solum per accidens.* 2 *Eam itaq; ob causam adoptant spadones, castrati non: quod natura magis in homine generandi, & consuetudo spectanda est, quam temporale vitium aut valetudo, propter quam abdicatur homo a generandi* [a] *facultate. Impedimentum verò naturæ fortius obstat, quam accidens. Nam per manus traditur,* [b] *fictionem legis non porrigi ad ea, quæ sunt secundum naturam impossibilia, esse & fuisse.* 3 *Aliquando autem spadonum nomine omne genus castratorum contineri, Vlp.* [c] *scribit.* 4 *Quam quam idem perspicuè tria impotentium genera* [d] *constituat: primò Hypospadiæorum, qui & coire, & vitio sublato generare possunt: & hi dicuntur, qui membris quidem sunt integris & incorruptis, sed natura tamen uitio quodam affecti generare prius non possunt, quam vitiū* [e] *sublatum sit, & hi uxores ducere, et adoptare, suumque hæredem adsciscere* [f] *non uetantur. Deinde spadonum, qui coire quidem possunt, generare autem non possunt, cum natura uitio perpetuo & insanabili affecti, steriles sint: quibus olim plerasq; mulieres, quæ non concipere, sed iuiri cupiebant, vsas esse Iuuenalis Satyr. 6. conqueritur, Inquiens:*

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbę,
Et quod abortiuo non est opus.

Tertiò denique castratorum, qui neque coire, neque generare queunt, 5 *& hi dicuntur vel Ectomiæ quibus testes exsecti sunt, vel Thlybiæ, quibus collisi sunt testes, vel Thlasiæ seu Thladiæ, quibus* [g] *attriti. Atque hi in iure ciuili multum differunt ab ijs, quos propriè spadones dici voluimus. Castrati enim nec vxorem ducere, nec matrimonij causa manumittere, nec adoptare possunt. Hæc autem ratio est differentiæ, quia castrato ea pars corporis abest, spadoni non abest, licet infirmitas ualetudinis ei ad generandum impedimento sit. Hinc triuialis ille versiculus.*

Castratos natura facit, uiolenta spadones
Improbitas: amor eunuchos & fœda libido.

a l. si qs posthu. ff. de liber. & posthu.
b l. si seruo. § spadones, ff. de iure dot.
c l. spadonū, vbi Alcia. ff. de ver bo. sign.
d l. 16. ff. de lib. & posth. vide Gal. li. de vsu par. c. 15.
f l. a. & l. 40. §. 1. hoc tit.
g d. l. spadonū, & l. 4. ff. de Sicar.

§. Fœminæ.

1 *Fœminæ non possunt adoptare.*
2 *Patria potestas non habet locum in matre.*
3 *Mulieris conditio quandoque deterior conditione uiri.*

a Fœminę

a Fœminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent: sed b ex indulgentia Principis, ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.

a Fœmina § 1 *Fœminæ adoptare probibentur, nisi ex Principali indulgentia in solatium amissorum liberorum in acie Principis, aliaue magna quapiam [a] ex causa. Nam cū non habeant in potestate filios, [b] ne per obliquum concedi uideatur, quod directò prohibetur [c] ipsis adoptio non permittitur. Præterea nō est in mulierum potestate, generare filios per naturam: ergò non conceditur eis adoptare per artem. [d] 2 Quare nec patriæ potestatis [e] effectus in matre locum habebūt. 3 In multis enim conditio mulierum deterior est, a multis repellitur mulier, in quibus admittitur [g] vir. Sed & hoc clarissimis uiris, idest, Comitibus Palatinis, non nisi specialiter & nominatim per Rescriptum Principis delegari potest, quod supra quoque diximus.*

b Ex indulgen. § *Ita tamen, ut non plus iuris per talem adoptionem aut filius aut mater assequantur, quàm adepti per naturam fuissent: ergò non erunt in potestate matrum tales adoptiui.*

a Io. Fab. hic, per tex. in l. si suspecta, §. fi. ff. de inoff. test.
b §. extranei, if. de hær. qual. & differ.
c l. oratio, ff. de sponsal.
d Port. hic.
e Qui etiam mer. tur p gl. sup. de pat. potest.
f l. in multis, & ibi glo. & Dd. ff. de sta. hom.
g Gl. l. 1. a. ff. de reg. iur.

§. Illud proprium.

1 *Sacrum Oraculum pro Rescripto Principis, & oracula unde dicta.*
2 *Arrogato aliquo, ipse cum omnibus suis in potestatem arrogantis transit.*
3 *An arrogatus possit sibi aliquid proprii reseruare.*
4 *Historia veterum cognoscenda iuris studioso.*
5 *Octauius Augustus quomodo Tiberium adoptauerit.*
6 *Exemplis quandoque innitendum.*

Illud proprium est adoptionis illius, quæ a per sacrum oraculum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subijcitur, sed eius ét liberi b in eiusdem fiunt potestate tanquam nepotes; c sic etenim Diuus Augustus non ante Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset, vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

a *Per sacrum oraculum.* § 1 *Idest, per authoritatem & Rescriptum Principis: de arrogatione enim loquitur. Nec est rarum in legibus ut Principis responsum seu Rescriptum, Sacrum Oraculū dicatur. § Oracula quidem ab eo ipso appellata esse, Cicero in Topicis inquit, quod est in his Deorum oratio. Sed quia Romani Principes aliquid maiestatis super humanam sibi attribuerunt, Deorumque se in numero esse, falsò sibi persuaserunt, factum est, ut eorum Responsa Oracula dicerentur. In Codice verò oraculum Impp. appellant iussum Principis ipsius ore, sine vllo Rescripto & adnotatione [a] pronunciatum. Adnotatio autē est, quæ scriptis tantum, ut Pragmatica, quæ adhibita causa cognitione, in modum sententiæ, uel ad alicuius Vniuersitatis preces.*

b *In eiusdem fiunt potestate.* § 2 *Hinc disce, quòd si is qui sui iuris est, sit arrogatus, tunc non solum ipse, sed & filij eius, etiam adoptiui, in arrogatoris potestatem transeunt, & nepotum [b] vicem obtinent: idque non solum in natis, sed etiam in nascituris, atque his, qui iure postliminij redeunt, vel qui in utero fuerunt, dum arrogaretur, locum habet. Transfert autem arrogatus omnia sua bona ad arrogatorem, maximè quod ad usumfructum [c] attinet. 3 Sed an arrogatus nihil accipere ualeat, & sibi reseruare de bonis suis possit? Et communiori [d] calculo conclusum est, non posse: Nec enim valet aliquid pacisci contra rei substantiam vel naturam, licet hoc contra naturalia [e] possit fieri.*

c *Sic etenim D. Augustus.* § *Octauium Augustum exempli causa adducit, in quo explicando non mediocriter ineptit Accursius, historiarum cognitione destitutus: 4 vt uel hinc appareat, historias ueterum penitus perspectas esse debere iuris candidato. Quoties enim Accursius in vno titulo. De origine iuris enarrando, historiarum ignorantia hallucinatus est? ne dicam quid in uniuersis Pandectarum tractatibus factum sit. Sed ut rem ipsam explicemus, ita se res habet. 5 Cum Cæsar Augustus Liuiæ suæ impulsu magis (quemadmodum Egnatius in Tiberio scriptum reliquit) quàm suopte indicio, Tiberium ex Liuia Drusilla priuignum, adoptare decreuisset, nō prius id fecit, quam Tiberius Germanicum ex Druso fratre natum adoptasset, & sic eunte Germanico in familiam & potestatem Tiberij, deinde uterque per unam arrogationem veniret in Augusti potestatē. Tiberius quidem in locum filij, Germanicus uero nepotis. Idem est apud Suetonium [f] in Tiberio, & in Caligula a principio. 6 Ex hoc igitur argumentum potest elici, exemplis quandoque innitendum esse, præsertim ijs, quæ aut secundum [g] leges producuntur, aut cōsuetudinem faciunt, [h] aut legibus non definiuntur, [i] aliàs enim non exemplis, sed legibus est iudicandum. [k]*

a l. inhemus. C. de sac. san. ec eh. l. vlt. C. de diuer. rescrip.
b l. 2. § hoc verò proprium, l. si paterf. & l. arrogato, ff. eo. tit.
c §. 1. inf. de acq. per arrogat.
d De hoc gl. & Bald. in d. l. si paterfam. & l. obi ita donatur. ff. de do. cau mor. c. si. de condit ap.
e per l. pacta cōuēta. & ibi gl. de contrahē. empt.
f c. 151.
g Vt in hoc §.
h L de qb. ff. de legib.
i l. 1. §. cūm, ff. de postulādo.
k l. nemo, C. de sent. & iterlocut. omn. iud. cum similib.

§. Apud Catonem.

1 *Etiam serui possunt adoptari.*
2 *De Marco Catone, Censorini filio.*

3 *Seruus efficitur liber per adoptionem.*
4 *Seruus libertatem consequitur, si a domino nominetur filius.*

a Apud Catonem bene scriptũ refert antiquitas, seruos, si a dominis adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. b Vnde & nos eruditi, in nostra Cõstitutione etiam eum seruum, quem dominus actis interuenientibus filium suum nominauerit, liberum esse constituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum ei non sufficiat.

a *Apud Catonẽ* 1 *Nõ igitur solum liberæ personæ, sed et seruilis conditionis hoĩes adoptari possunt, ita vt adoptione subsecuta tollatur seruitutis macula.* 2 *M. aut Cato, cuius hic meminit Imperator, iurisconsultus fuit suæ ætatis doctissimus, Censorini filius, qui egregios de disciplina libros reliquisse legitur. De eo multa lectione digna require apud Zasium* [a] *præceptorem nostrum, & Gellium.* [b] § *Ob id autẽ seruus in adoptionem receptus, sine præcedente aliqua manumissione confestim fit liber: quia cohærere nõ possunt specie differentes potestates,* § *patria,* § *scilicet &* § *dominica,* § *vt aliquis eiusdem hominis verus filiusfamilias sit, & uerus seruus.* 3 *Et hic modus etiam pertinet ad reliquas* [c] *manumittendi species.*
b *Vnde & nos.* § 4 *Obserua alium manumissionis modum,* § *per nominationem* § *filij: hoc est si dominus coram Iudice seruum suum nominauerit filium, eo ipso* [d] *libertatem consequitur. Non tamen fit filius, nec acquirit ius filiationis: quia sunt verba tantum narratiua, quæ nihil disponunt.* § *Plerumque tamẽ is qui non est filius, si vel extra iudicium ita nominatus esse probetur, possessionem illinc & præsumptionem filiationis acquirit: contra eam tamen* [f] *probatio recipitur. Ceterum, de perplexo illo cuius Accursius* [g] *meminit,* § *Si quod ago, non ualet vt ago, valeat tamen ut valere potest:* § *adeundus est Alciatus,* [h] *& Salomonius:* [i] *qui admodum erudite hanc rem declarant.*

a l. 2. §. hos secutus. ff. de orig. iur.
b lib. 14. cap. 18.
c sup. de lib. §. multis, cum seq. §§.
d l. vnica, §. similiqi mó. C. de Lat. lib. tol.
e l. nõ epistolis, C. de probat.
f d. l. non epistolis, & l. Imperatorib. C. de prob.
g Hic in verbo actis.
h lib. 1. παραδ. cap. 6.
i l. Gallus, §. quida recte, ff. de libe. & posth.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLVITVR.
TITVLVS XII.

In Rubr. tit.

1 *Anacephaleosis superiorum.*
2 *Causæ potestatis dominicæ.*
3 *Potestas dominica quomodo soluatur.*
4 *Causæ potestatis patriæ.*

Dictum 1 *est suprà, personas, qui alieni iuris sunt, esse partim in potestate dominorum, partim verò in potestate parentum.* 2 *Et causas dominicæ potestatis didicimus esse, natiuitatem & captiuitatem, de iure Gentium: item sui ipsius uenditionem, de iure ciuili.* [a] 3 *Traditi quoque sunt modi, per quos soluitur illa potestas dominica: quales sunt,* [b] *manumissio,* [c] *institutio hæredis serui,* [d] *adoptio, & nominatio* [e] *filij in iudicio.* 4 *Sed & causis patriæ potestatis esse expositum est, matrimonium, legitimationem filij naturalis, & adoptionem. Nunc ergò rerum tractandarum ordinata series exposcere uidetur, vt doceamus, quibus modis ac rationibus patria potestas constituta dissoluatur: eaque ratione sic inscribitur præsens titulus, in quo sex enumerantur modi, quos ordine explicabimus.*

a §. Serui autẽ siue pr. de iure ps.
b §. multis aũt, sup. de lib.
c §. 1. & seq. inf. quib. nõ est p. miss. fac. test.
d §. vlt. sup. tit. prox. præced.
e d. §. vlt.

Ad princip. tit.

1. 2. 4 *Potestas patria morte dissoluitur naturali, & quomodo in hoc sit distinguendum.*
3 *Subiectus iuri alterius, in potestate alium habere nequit.*
5 *Verbum, Cadere, variè accipitur.*

Videamus nunc, quibus modis ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur serui à potestate dominorum, ex ijs intelligere possumus, quę de seruis manumittendis superius exposuimus. Hi verò qui in potestate parentis sunt, mortuo eo, sui iuris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit: nam mortuo patre, sanè omnimodo filij filiæue sui iuris efficiuntur. Mortuo verò auo, non omnimodo nepotes neptesq; sui iuris fiũt: sed ita, si post mortem aui in potestatem patris sui recusari non sunt. Itaq; si moriente auo, pater eorum viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui, in potestate patris sui fiunt. Si verò is, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est, aut per emancipationem exijt de potestate patris: tunc ij, qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris fiunt.

Prima 1 *species per quã filius egreditur potestatem patriã, est* § *mors naturalis,* § *quæ vt reliqua* [a] *omnia, ita etiam patriæ potestatis nexum dissoluit. Sed hoc auo mortuo, patreque superstite, distinguitur.*

a In auth. de nupt. §. deinceps, collat. 4.

2 *Nam ſi eo tempore quo auus moritur, filius ſit in eiuſdem poteſtate, nepos hic in patris ſui poteſtatem recidet: qui in poteſtate aui paterni, non autem patris ſui* [b] *fuit: idque propter reuerentiam, quã debemus ſtirpi.* 3 *Etenim qui alterius iuri ſubiectus eſt, alios in poteſtate habere non poteſt.* [c] 4 *Sin verò iam pater ſuus obierat, uel ſui iuris factus fuerat, mortuo auo, ſui iuris nepos efficitur: niſi fortè per dignitatẽ exiuiſſet.* [d] *Sed etſi filius naturalis antea emancipatus, poſtea ſit a patre adoptatus, nepos in eius, i. patris ſui poteſtatem non reuertitur.* [e] *Fuit enim quaſi liberatus hic nepos a patris ſui iure,* [f] *eo. ſ. patre emancipato, quod non debeat in eius recidere poteſtatem, & qui liberatus eſt, poſtea reuerti nõ poteſt, niſi per adoptionem, uel niſi ingratus exiſtat.* [g] 5 *Et obſerua hic, hoc uerbum, {cadere in poteſtatem,} pro redigi,* [h] *accipi. Habet ſanè hoc uerbum{ Cadere,} plures egregias & uetuſtas translationes. Sic { Cadere commodè,} pro contingere, accidere. { Cadere in ſuſpicionem, in deliberationem,} pro incidere, uenire: Cadere cauſa, pro amittere, cauſam,* [i] *litemue perdere. { Cadere amicos, Cadere vultus, verba,} pro frangi, perire, debilitari. Cadere pro Reipub. hoc ſt, occidi,* [k] *mori. Item cadere in commiſſum apud* [l] *Martianum dicitur, cuius dominium fiſco acquiritur* [m] *ob crimen.*

§. Cum autem is.

1 *Deportatione tollitur poteſtas patria.*
2 *Deportatio quid?*
3 *Interdictio aquæ & ignis.*
4 *Eadem abolita, & in eius locum deportatio ſuffecta.*
5 *Deportationis cauſſa & effectus.*
6 *Apolides quis dicatur.*
7 *Deportatus ea tantum perdit, quæ ſunt iuris ciuilis.*
8 *Deportatione tam patris quàm filij, poteſtas patria concidit.*
9. 11 *Deportare quis poſſit.*
10 *Præſes deportare non poteſt, & reiecta Bar. opinio.*
12 *Deportatus in integrum reſtitutus omnia priſtina iura recuperat.*
13 *Principis beneficium ſine alterius iniuria accipiendum.*
14 *Indulgere, & reſtituere, differunt.*
15 *Relegatio quid.*
16 *Quomodo differat a deportatione.*
17 *Duo Relegatorum genera.*

a Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, Ciuitatem amittit: ſequitur, vt qui eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. *b* Pari ratione, & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulã deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. *c* Sed ſi ex indulgentia Principis reſtituti fuerint, per oĩa priſtinum ſtatum recipiunt. *d* Relegati aũt patres in inſulam, in poteſtate liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati, in poteſtate parentũ remanent.

a *Cum aũt* 1 *modus hic proponitur, per quem eximuntur liberi a ſacris parentum, videlicet{ deportatio,} quæ & inter iudicia capitalia refertur a Iuſtin.* [a] 2 *Eſt aũt {deportatio} nihil aliud, quã perpetua* [b] *in inſulam ſiue exilium, propter aliquod maleficium capitale condemnatio. Nam cum olim Romani in homines malos, & Reipub. pernicioſos abominarentur carnificinam exercere, & a malis hominib. ſocietatẽ ciuilem purgare deſiderarent:* 3 *primò facinoroſos interdicto vſu ignis & aquę multabat, quod ſicut his duobus, calore & humore,* [c] *vitam hoĩs conſtare, ita interdicto eorundem vſu, non conſiſtere credebant, quorum ſe indignos malefactis reddiderunt. Deinde uerò, propagato ex inſularum adiectione Imperio, facinoroſos deportandi vſus inuaſit, qui veluti mortui, eiecti in alias ſedes migrare creduntur: ita in inſulas, quaſi in alterum orbem delati omnib. exuti bonis, inter mortuos connumerati ſunt,* [d] *quo ad ea quæ iuris ciuilis eſſent, libertatem tamen deportatio non adimebat, ideoq; media cenſebatur capitis diminutio. Dicta eſt autem Deportatio, quaſi portatio de eo iure, ꝙ quis in ciuitate habuit ad exilium perpetuum, adnotata illi prouincia* [e] *vbi manendum eſſet.* 4 *Et quia poſt deportationem introductam, ille interdicendi vſus aboleri cœpit, deportationis* [f] *pœna in illius locum ſurrogata eſt. Imperator tamen infra* [g] *hæc duo ſeparatim poſuit.* 5 *Cauſa igitur deportationis, eſt maleficium atrox aliquod: effectus verò, eſt amiſſio Ciuitatis, familiæ, patriæ poteſtatis, teſtamenti factionis, & quicquid tãdem de iure ciuili introductum eſt. Ad hoc & principaliter introducta eſt deportationis pœna, quod Ciuitatem Romanam adimat,* [h] *& per conſequens priuet omnib. iuris ciuilis commodis.* 6 *Vnde & { Apolides} quandoque dicitur, qui hanc pœnam ſuſtinet,* [i] *licet ſeruitutem non incurrat.* [k] 7 *Ideoque ea retinet deportatus, quæ ſunt iuris gentium, & naturæ: poteſtque deportatus ſibi acquirere dominium, celebrareque contractus, qui ſunt iuris* [l] *gentium. Porrò in quos irrogetur hæc pœna, infra ſub titulo, De publicis Iudicijs, examinabitur.*

b §. fin. ſup. de pa. pot.
c l. ſic eueniet, ff. ad l. Iul. de adult.
d vide quæ dicã, iof eo. §. ſi liusfamil.
e l. ſi pater filiũ, ff. de adop.
f Hæc rõ eſt g l. I d. l. ſi pater, & fundat ex l. q liberatus, eo. ti.
g l. i C. de ingo. lib.
h Vt hic io tex.
i io l Stichũ. §. pen. de ſol. §. ſi q s agẽs, inſ. de actiõn.
k §. filii aũt, inſ. de excoſ. tut.
l l. ſi. in prin. de publica.
m l. cum cõmiſſa, ff. eo.

a §. publicorũ, ff. de pub. iud. & l. 3. i l. capitaliũ, ff. dẽ pœ.
b l. inter pœ. §. decuriones, dẽ iterdic. & rel.
c l. uerũ. §. ſocietas, ff. p ſocio. & l. i. §. q dã cũ filiũ, de bon. poſ. cont tab.
d l. eius, dẽ teſt. l. quidam ſunt, ff. de pœn.
e §. minor, ſup. de ca. dcminut & l. vl. ff e. ti.
f l. inter pœnas. de interdict. & releg.
g l. i § hi, d leg. 3. l. 3. ad l. Iul. pecul l. 2. §. i. de pœ. §. dẽ portatio in auth de nupt col. 4.
h §. mino. de c. dimioot.
i d. l. iter pœn. de ioterd. & releg.
k in d. l. i. §. in quib. & l qui dam ſunt, de pœn.
l l. ſed ſi alia, ff. de bo. damn.

b *Pari ratione.* § 8 *Non interest pater ipse, an filiusfamilias in insulam deportetur: quia vtroq; casu dissoluitur patria potestas. Nam sicut pater, qui Ciuitatem amisit, & peregrinæ factus est conditionis, authore Caio, ciuem Romanum in potestate habere non potest: ita in pari fortunæ casu, nec filius peregrinæ* [m] *cognationis patrem agnoscit. Constat enim patria potestas indiuidua relatione duarum personarum, quæ Romani iuris nequaquam sint expertes.* [n]

c *Sed si ex indulgentia* § 9 *Tametsi ergò, qui huic deportationis pœnæ subditur, Ciuitati perpetuò mortuus censeatur: potest tamen gratiam delicti impetrare, non solum a Principe, sed etiam a reliquis, quibus deportare licet. Possunt autem id præfectus Vrbis,* [o] *& Præfectus Prætorio,* [p] *vel is qui vice eius, Principis mandato cognoscit. Reliqui năq; Principes tunc demum deportare possunt, si id Imperator vel adprobarit, vel deportationis insulam assignarit.* [q] 10 *Præsidi deportare non permittitur* [r] *potest tamen, quam putat deportandum, annotare, nomenq; eius Principi scribere, vt in insulă deportet:* [s] *tametsi Bart.* [t] *censeat, id eum posse, si insulam habeat, quæ sententia mihi perquam dura censetur, cum nullibi probetur, & tot iurium capitib. aduersetur,* [u] *Ait.n.lex:* § *Præsidem deportare non posse,* [x] *nulla dubitatio est.* § *Item* [y] *alibi:* § *Deportandi autem in insulam ius Præsidib. prouinciæ non est datum, licet Præfecto Vrbis detur.* 11 *Dixit autem, vicarium Præfecti Prætorio tum demum deportare posse, si id mandato Principis faciat: vt quia forte, Præfectus Prætorio decesserit, tunc.n. huiusmodi uicem gerens omnia potest, in corporis ět animaduersione, quæ Præfectus Prætorio poterat.* [z] *Et cum hoc temperamĕto glossam* [a] *condire hic oportet, quæ simpliciter loquitur,* § *Vicegerentem Præfecti prætorio deportandi ius habere,* § *verum est, si mandato Principis id faciat: non autem si ex delegatione Præfecti Prætorio. Nam cum sit causa mixti Imperij, demandari* [b] *eam non posse, cŏi sententia obtinuit.* 12 § *Deportatus* § *igitur, qui ex indulgentia in Ciuitatem remeat, & generaliter in integrum restituitur, omnia bona & omnem pristinum statum, proindeque patriam potestatĕ recuperat: Bona autĕ alias acquisita, non recipit.* 13 *Principis.n. beneficentia, sine alterius iniuria* [c] *intelligi debet. Multum autem refert, vtrum verbo* § *indulgere* § *vtatur Princeps in restituendo, an verbo* § *restituere.* 14 *Indulgentia* § *siquidem longe minor est restitutione.* § *Restitutus* § *bona recuperat, & honores, & famam, & patriam potestatem. Nam de ui uocabuli,* § *restitutio* § *est, plena in priorem statum repositio.* [d] *Sed* § *Indulgentia* § *pœnam tantum remittit & exiliŭ: non autem continet restitutionem ad bona de sui natura, nisi hoc specialiter* [e] *exprimatur. Et hoc fœdere conciliatur quoque ab Accursio* [f] *legŭ hac in re contrarietas. Quod si dubio utatur Princeps & ambiguo uerbo, quod & ad indulgentiam & ad restitutionem trahi possit, restituisse intelligitur.* [g]

d *Relegati* § 15 *Relegatio pœna est, qua quis propter crimen aliquod relegatur in insulam, uel absq; tĕpore, vel ut intra certum tempus egredi non audeat. Et in hoc longe mitior est deportatione, quæ neque Ciuitatem, neque per consequens patriam potestatem aufert.* 16 *Sunt & aliæ inter deportationem, & relegationem differentiæ, quas Accursius* [h] *eleganter congessit. quib & hanc adde: Relegato, si interdictis locis excedat, cum in tempus relegatus est, duplicari tempus relegationis ob contumaciam: sin in perpetuum, deportationis pœna ipsum plecti. Deportato uerò si locis interdictus non abstineat, mortis pœnam irrogari.* [i] 17 *Porro Vlpianus duo genera relegatorum esse scribit: quidam enim in insulam relegantur:* [k] *nonnulli simpliciter relegantur, cum prouincijs quibusdam eis interdicitur,* [l] *non etiam insula assignatur.*

§ Pœnæ seruus.

1 *Serui pœnæ amittunt patriam potestatem, & dicuntur ciuiliter mortui.*
2. 3 *Serui pœnæ qui dicantur.*
4 *Hodie nemo seruus efficitur ex supplicio pœnæ.*

Pœnæ seruus effectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestijs subijciuntur.

Tertia 1 *species, qua filius egreditur potestatem patriam, est quando pater fit* § *seruus pœnæ,* § *propter commissum aliquod scelus. Et hæc dissoluendæ potestatis patriæ ratio referenda quoq; est ad mortem ciuilem. Nam & pœnæ serui, quantum ad actus ciuiles attinet, mortui censentur. Cum.n. illis adimatur Ciuitas Romana, ergò & patriæ potestatis ius, quod ad Romanos ciues tantum spectat.* [a] 2 § *Pœnæ* § *autem* § *serui* § *sunt qui ultimo supplicio damnantur: statim.n. & Ciuitatem & libertatem perdunt.* [b] *Item* § *in metallum damnati,* [c] *qui grauioribus, &* § *damnati in opus metalli* § *(vtputa salinariam, sulphurariam, &c.) qui leuiorib. vinculis premebantur. Item* § *in opus publicum perpetuò dati:* [d] *nam si ad tempus dantur, non fiunt serui, sed nominis tantum infamiam incurrunt.* § [e] 3 *Sed &* § *ad bestias damnati,* § *qui in schola uenatoria exercitati, conficiundis in theatro bestijs addicuntur, pœnæ fiunt serui.* [f] *Item* § *bestijs obiecti* § *vel* § *subiecti,* § *qui in nullam pugnam damnantur, sed magis ut a feris statim dilanietur.* [g] 4 *Hodie tamen iure nouissimo constitutum est, ut nemo ingenuus ex supplicio pœnæ seruus amplius efficiatur.* [h]

§. Filius-

m sup. d iu. na. §. ius aũt gent. Ita postea repi tenere Ias. in auth. si qua mulier, n. 10. C. d sac. sa. ec. fac l. si mădauero, §. is cuius ff mă facit d. l. q dă sunt.
n Est in l. 1. & l. si pater, C. de sent pass.
o iuxta Alci. li. 2 Dispũc. c. 21.
p l. i. §. hi quib. de leg. 3. & d. l. inter.
q d. §. hi, & d. l. 2 §. 1. pe. pen
r l. illicita, 6. §. q vniuersas, de off p es. & l. 1. § [illegible] & § deportatos, de leg 3.
s d. l. 2 § 1
t l. si q [illegible] §. eius, d [illegible] l. 1. qñ appe. lic.
v . . .
x l. 2. §. 1. de pœ.
y l. inter pœn. §. deportădi au tĕ, ff. de inter dict. & rel.
z tex. cũ gl. i l. 2 C. de off. eius q vic. alt. ge[illegible].
a Gl. hic in verbo deportat i 1. par. & hoc Ang. notat.
b l 1. ff de off. eius cui demă. est iurisd.
c l. i. §. merito, & § si quid apti. ff. ne q i lo. pub. c. q̃uis. c. si p p tua debit. de ref. i 6.
d l 1. & ibi Bal. C. de sen. pass.
e l. cũ pa [illegible], C. de sĕ. pass. l. generalis, eo. t 1.
f Hic i gl. stacũ.
g Sic gl. secũdũ Bar. tenet i l. 1. §. si quis ul[illegible] ver. ult. ff de quæstio.
h Hic.
i l. relegati, ff. de pœnis.
k l 4 & l 28. in prin. & § in [illegible] x lib § g assa to. & l. 50. de pœn.
l l. 7. ff. de interdi.

a § 6. sup. de pat. potest. b l. qui ult. ff. de pœn. c l. Aut damnum, §. inter eos, de pœn.
d l. qui rem, de pœn. e l. pen §. minuitur, ff. de va. & extraord. cog. gl. in l. capitalium, in uerbo, datur ad tempus, ff. de pœn. f d. l. aut damnum, §. quicunque. g l. pœn. ff. ad l. Pom. de paricid. h In Auth. de nup., quod autem, & §. quia verò, coll 4.

§. Filiusfamilias.

1 *Patriciatus dignitas dissoluit patriam potestatem.*
2 *Quæ sit dignitas patriciatus.*
3 *Quæ dignitates hodie liberent filium ex potestate patris.*
4 *Dignitas filij in patris quoque laudem redundat.*
5 *Per dignitatem exiens potestatem patriam, omnia iura legitima retinet.*
6 *Episcopalis dignitas eximit ex potestate patris.*
7 *Item & Monachatus: & quid sit de Doctoratu.*

Filiusfamilias si militauerit, vel si Senator vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris. militia enim vel Consularis dignitas, de patris potestate filium nō liberat. Sed ex Cōstitutione nostra, summa patriciatus dignitas ilico Imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

Quarta 1. *ratio qua filius egreditur potestatem patriam, est summa Patriciatus dignitas, quæ sola iure Institutionum liberabat filios à nexu potestatis patriæ.* 2 *Et hoc loco Iustinianus non de patriciatu illo Romano, quem sibi olim à primis Senatoribus oriundi adscribebant, loquitur:* [a] *sed de illo, qui à Principe tantum concedi potest, antiquitati prorsus incognito: cuius fit mentio in 12. Codicis* [b] *libro. Et apud Nicephorum lib. 13. hist. Eccles. cap. 1. & 4. Sic ergo Patricij Imperatorum Consiliarij, quasi eorum patres vocantur. Hinc Suidas, πατρίκιο ait, πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Et Luitprandus lib. 3. de reb. per Europ. gest. cap. 8. Patricium πατέρα τοῦ Βασιλέως vocat. hinc eleganter Claudianus ad Eutropium patriciū post damnationem & publicationem bonorum scribit.*

Direptas quid plangis opes, quas notus habebit,
Non aliter poteras principis esse pater.

3 *Cæterum iure nouissimo correctus est præsens §. constitutumq; a Iustiniano* [c] *generaliter, vt omnis dignitas, & omne cingulum à Curia liberare valens, eximat quoque ex parentum iure, quarum duodecim numerantur in vltima Constitutione, lib. 10.* [d] *Codicis.* 4 *Neque est, quòd parentes inde vllum possint grauamen accipere. Quamquam enim pater in eo grauetur, quod filium ex sua manu, ratione dignitatis, qua fulget, emittat: in alio tamen releuatur, quod interim fruitur gloria, quam ex honore filij concipit. Dignitatem namque & splendorem filij in patris quoque laudem vergere, nemo dubitat.* [e] 5 *Qui ergo per dignitatem exeunt potestatem patriam, hoc etiam prærogatiuæ habent, ut per hoc non amittant quicquam iuris legitimi, sed tam familia ad ipsos, quam ipsis ad familiam legitima simul & naturalia iura intacta permanent, & filij eorum post mortem auorum in eorum recidunt potestatem, ac si contigisset eorum parentes, morte suorum patrum, & non ex Imperiali benignitate, sua potestatis* [f] *fieri.* 6 *Porro præter prædictas duodecim dignitates, Episcopalis quoque dignitas patriæ potestatis iura dissoluit.* [g] *Nam qui omnium spirituales patres sunt, quomodo adhuc in aliorum potestate sint? Sed & Monachatio liberat à iure parentum: quia cum quis per ingressum monasterij alium patrem nanciscatur, Abbatem scilicet, a cuius nutu renutuque eum pendere oportet: ergo à prioris patris potestate eximitur. Iura tamen suorum retinet, succeditque patri vt suus.* [h] *An autem sacerdos hoc vinculo liberetur, Iason hic in additionibus ad Porcium, & Aretinus satis pertractant.* 9 *Doctoratus verò dignitas seu Iurisconsulti titulus (vt Latinius loquar) num eximat à potestate patria, Doctores* [i] *controuertunt, ad quos Tyrones Iuris remitto. Communis tamen Dd. opinio est, quod Doctoratus dignitas liberet à patria potestate, quæ sanè non caret ratione, ideoque & ego huic communiori Dd. sententiæ subscribo.*

a Vide quæ dixi sup. de iure naturali, §. plebiscitum, in fi.
b in tit. de Coss. & l. 6. C. de d. cur. l. 3. C. vbi senat. &c.
c In Auth. cōst. quæ de dign.
d In ti. de decu.
e Gl. pa[r]te in §. 1. in verbo, Nobiliores.
f Hęc omnia habes in Authē. Cōst. quę de dign. §. illud quoque.
g Ibid. §. pa[…] ve[…] & auth. sed Episco. C. de episc. & cler.
h §. 1. & ibi. Bal. […] C. de episco. & cler. Ias. i l. sub cōdit. ff. de lib. & posth.
i Bart. in l. item in potestate, in fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. in l. si maturus, & ibi Bal. C. de pat. pot. & idem in l. 4. C. de castr. pec. lib. 12. Vide Ias. in l. patrem […], d. his qui sunt sui vel alie. &c. in fi.

§. Si ab hostibus.

1 *Pater captus ab hostibus amittit potestatem patriam.*
2 *Iuris postliminij origo.*
3 *Ius postliminij fingit, aliquem nunquam fuisse captum.*
4.5 *Iuris postliminij duo capita, alterum fictitium, alterum suspensiuum.*
6.10 *Captiuitate patris filios non fieri sui iuris, sed eorum statum suspendi.*
7.13 *De fictione legis Corneliæ.*
8 *Capti ab hostibus hodie libertatem non amittunt.*
9 *Captus non fit seruus, nisi abducatur extra præsidia populi Romani.*
11 *Quacunque ratione quis redeat ab hostib. iure postliminij reduxisse dicitur.*
12 *Reuersus ab hostibus quæ iura recuperet.*
14 *Lex Cornelia de captiuis quando lata.*
15 *Lex Cornelia vnum tantum caput habet.*
16 *Postliminij definitio, ex Accursio remissiuè.*

Posti-

17 *Postliminium vnde dictum.*
18.20 *Argumentum ab etymologia vocabuli, an valeat,*
19 *A genere ad speciem vel contra, argumentum.*

a Si b ab hostibus c captus fuerit parens, d quamuis seruus hostium fiat, e tamen pendet ius liberorũ propter ius f postliminij: quia hi qui ab hostib. capti sunt, g si reuersi fuerint, h omnia pristina iura recipiunt. Idcirco reuersus parens, etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit, eũ, qui captus est, in ciuitate sempee fuisse. Si verò ibi decesserit, i exinde ex quo captus est pater, k filius sui iuris fuisse uidetur, l Ipse quoque filius, nepósue, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. m Dictum est autem postliminium à limine, & post. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina, sicut in domo finem quendam faciunt: sic & imperij finem esse limen ueteres uoluerunt. Hinc & limes dictus est; quasi finis quidam & terminus. ab eo postliminium dictum: quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio redijsse existimatur.

a *Si ab hostib. § Quinta ratio, qua soluitur, vel potius suspẽditur ac differtur potestas patria, est § captiuitas. § ex iusto bello cõtingẽs.* 1 *Captus. n. ab hostibus, eũ fiat seruus iure gentiũ,* [a] *sicut reliqua amittit, quæ sunt iuris Ciuilis, ita & iure potestatis patriæ cadit: quod legẽ ciuilẽ introduxisse* [b] *cõstat. Quod vero in §. nostro duarũ fictionũ fit mentio, § iuris § scilicet § postliminij & legis Corneliæ: § iõ priusquã textus exegesim tractemus, de vtraque agendũ est.* 2 *Et primo de § Iure postliminij § videamus. Nã cũ olim legitimo bello capti, iure gentiũ fierent serui hostiũ, & vsus doceret, multos captiuos permutatione, pace, redemptione, vel alijs quibuscunq; modis ad suos iterum fines reuerti, & captiuitatem effugere, absurdũ & iniquũ uidebatur, eos à rerũ suarũ dominio, quas ante captiuitatẽ habebant, excludi, summo tamẽ iure etiam reuersi, in seruitute remanebant. Quare æquitas naturalis* [c] *suasit, vt § Ius postliminij § induceretur.* 3 *Cuius fictione ab hostib. reuersi liberali rursus conditioni sic restituebantur, quasi nunquam seruitus interuenisset.* [d] *Fuerunt autem huius iuris duo* [e] *capita vnum* 4 *§ fictitium, § alterum § suspensiuũ: § Primũ caput. Si redit captus ab hostibus, recipit statim vniuersa iura, quæ habebat ante captiuitatẽ Perinde ac si captus nũquã fuisset, & ideo hoc ius fingit, eũ nunquã captũ, sed semper in Ciuitate* [f] *fuisse, quare, & testamentũ ante captiuitatẽ factũ, quod aliàs ipsa capitis diminutione* [g] *fuisset irritatum, redeũti cõseruabatur.* [h] 5 *Secundo capite, propter hanc spẽ reditus, vt redire multi frequenter cernebantur, inductum fuit ius suspensiuum status liberorũ, durãte captiuitate patris, idq; summa æquitate.* 6 *Nã si filios statim captiuitas patris, sui iuris reddidisset, incongruum uisum fuit, vt vel pater rediens iure potestatis priuatus esset, uel eo reuerso redigerẽtur in potestatẽ filij semel liberati, sicque innaturale, ut de priuatione ad habitũ esset regressus. Eueniebat præterea, ut si filij sui iuris effecti essent, se gererent pro patribusfa. resque paternas, ut suas administrarent, & reuerso patre ab his facta rescinderentur, ut facta à filiusfamiliàs, quod erat iniquum, propter eos, quibus cum contraxerant, & contra iuris regulas, ut facta legitimè retractarentur. Quapropter æquum uisum fuit, ut status liberorum interim penderet, donec uel rediret pater, uel desineret* [i] *posse redire.* 7 *Secunda fictio est § legis Corneliæ. § Nam si capti ab hostibus ibidem decedebant, sicque desinebant reuerti posse, iam rei ueritate inspecta in seruitute moriebantur, sic ut illis nõ poterat succedi, quia uerò hoc inhumanum uidebatur, ideo rogata est § lex Cornelia, § quæ fingebat, quasi tum eum decessisse, cum captus esset, atque sic liber decessisse fingebatur, ut illi succedi* [k] *posset. De hac tamen fictione infra mox plura in textus exegesi dicemus.*

b *Ab hostibus § Quibus scilicet bellum vel per populum Romanum, uel per alios populo Romano* [l] *est indictum.* 8 *Hodie uerò antiquissima consuetudine introductum est, ut capti libertatem non amittant, sed præstita uictori pecunia (λύτρον Græci uocant) ueniam redeundi impetrent. Bello autem capti, quod cum Turcis & Sarracenis indictum nobis est, efficiuntur capictium, suntque uicissim iura postliminij: sicut Alciatus* [m] *annotauit.*

c *Captus § Non uoluntarie, aut sua culpa, sed casu,* [n] *& forte fortuna.* 9 *Nec sufficit eũ captũ esse, nisi sit extra præsidia populi Romani abductus. Nam si intra præsidia eius mãserit, aut per latrunculos, vel Ciuitatẽ priuatã eẽt captus, seruus hostiũ nõ fit: unde nec postliminio opus habet, sed læsus restituitur.* [o]

d *Quamuis seruus § Subaudi, iure belli, uel gentium, & sic uideatur amittere omnia quæ sunt iuris Ciuilis: ergo & patriæ potestatis ius. Nam cum sit in hostium potestate, alios in potestate habere* [p] *non potest.*

e *Tamen pendet § Et hoc est § ius suspensiuum, § de quo supra diximus: pendet enim liberorũ status medio tẽpore, quod intercurrit inter captiuitatem & reditum patris, ita ut interim nõ cõstet, utrum liberi sui iuris facti sint, an adhuc pro filijsfamilias computentur.* [q] 10 *Aliqui tamen malunt, filios interim sui iuris esse: cũ absurdũ sit, quẽ eodem tempore nec in patris, nec in sua esse* [r] *potestate: idque crebrius receptum est. Neque repugnare aiunt, quod hic dicitur, ius pẽdere liberorum: quoniam Imperator non ad statũ filiorum, qui vere interim sui iuris sunt, sed ad personã capti parentis se refert, qui licet eo tẽpore, quo captus est, filios in potestate non habet: non tamen ius propterea liberorum in eius persona omninò extinctum est*

sed

a §. serui. sup. de iure person.
b sup. de pat. po. §. ius autem.
c l. postliminiũ, ff. de capt. & postli. reuers.
d l. retro, ff. de capti. & post. rec.
e Salomon. in l. Gallus, §. qd si is, ff. de liberis & posth.
f d. l. retro, de c.
g §. alio modo, inf. qb mod. test. infirm.
h §. fi. inf. Quib. non est permiss. fac. test. & l. si quis filio, §. quatenus, ff. de iniust. rup. test.
i Probatur in l. si pater, de suis & leg. & uide Sal. in l. Gallos, §. quid si is, ff. de lib. & posth.
k l. lex Corn. ff. de vul. & pup. subst.
l l. hostes, 118. ff. de verb. sig.
m In d. l. hostes,
n propter l. si quid. C. de c. & l. postlim. 17. ff. eod.
o Per l. postliminium, 19 §. à piratis, & l. hostes. 24. §. latrones, eod.
p l. qui in seruitute, de rego. iur. l. cũ here. §. s. de acqu. poss. l. sic euenit, de adult.
q l. in bello, 12. §. si quis, de c. & post. vide hãc sent. multis confirmatã apud Salom. in d. §. quid si is.
r l. fin. §. 1. C. de sent. pass.

sed potius pendere, & in suspenso esse debet, [f] propter spem postliminij: nam reversus omnia pristina iura recipiet, idcirco & liberos habebit in [g] potestate.

f Postliminij } Cuius iuris constitutione introductum est } ius suspensum } status liberorum. Fingit autem } ius postliminij } tum demum, si reversus sit ab hostib. pater, eum semper in Civitate fuisse. [s]

g Si reversi } Intellige ex captivitate. 11 Neque refert, consensum hostium reversi fuerint, an proprio invento, vt vel fallacia: [t] modo ea mente venerint, ne ad hostes reverterentur. Et ideo refert Pomponius, [y] M. Attilio Regulo, quem Carthaginienses Romam miserunt, responsum esse, non esse eum postliminio reversum, quia iuraverat, Carthaginem se reversurum, & non habuerat animum, Romæ remanendi.

h Omnia pristina iura } 12 Quæ per captivitatem amiserat, dum tamen ea integra [z] invenerit. Nam si ius interim sit alteri quæsitum, puta præscriptione, tunc oportet eum in integrum restitutionem petere: qua obtenta, poterit rem vendicare [a] actione rescissoria. Itē quamvis reversus omnia iura reciperet, ea tamē quæ facti causam continent, non recipit, vt quod videatur semper possedisse, aut præscripsisse [b] in damnum alterius. Sed nec vxorem, iure Pandectarum, ob sententiæ fortunam recuperat, nisi denuo consentiat. [c] Iure tamē Novellarum matrimonium captivitate nō dissolvitur. Neq; alteri sine periculo vxor nubere pōt, nisi priorē maritum (si de eius morte nihil constet) quinquennium expectarit. [d] Quod et iure [e] Canonū obtinet.

i Exinde } Idest, ex hora qua captus est pater. Hæc nimis minutū, ob quod quidā [f] notant Accursiū, qd fere tradat, legem Corneliam fingere eos prima hora captivitatis mortuos: nec ut Salomonio [g] placet, quod dicantur præambula hora mortui; cum dicendum fuerit, tunc & eodem momento, eum capti sunt. Sed hæc omnia in idē recidunt, idq; intellexit Accursius: tametsi quo clarius id doceret verba minus expressit.

K Filius sui iuris } 13 Propter } legē Corneliā de captivis: } quæ fingit, se captivum reversum nō est ab hostibus, quasi tunc eū decessisse, cū captus est. [h] 14 Lata autē fuit hæc lex Cornelia, vt quibusdā [i] placet, primo bello Punico; idque est verisimile, [k] cum eo bello quindecim millia Romanorū una cū Imperatore Attilio Regulo in Pœnorum manus venerint. Dissuasit autem tunc permutationem Regulus. Itaq; multi Romani apud hostes mortui fuerant, quorum honori & testamentis, quæ alias capitis diminutione irritabātur, [l] hac lege subventū fuit, ut quasi in acie cecidissent, sic mortui fingerentur. Quod si vero in acie fuissent mortui, non capti vel servati, nemo dubitat, non modo liberos fuisse mortuos, verumetiam magna cum gloria vita defunctos, scilicet quod Reipub. vitam impendissent. Quare cum } Iure postliminij } de mortuis in captivitate nihil provisum fuisset, } lex Cornelia } lata est, ut adiuvaret et suppleret, in quibus } ius postliminij } deficiebat. 15 Habet igitur hæc lex unum tantū caput fictitiū, quod duntaxat circa tēpus mortis versatur, ex quo fingit, eū semper fuisse sui iuris, qui apud hostes decessit: quemadmodum postliminij primo capite semper fuisse in Civitate fingitur, si redijt. Sed hæ duæ fictiones, licet inter se quodāmodo sint contrariæ, sunt tamen ad eundē finē supprimendū captivitatis incommoda. Ex vtraq; enim nunquā captus pater censetur, sed aut vivus liber, aut mortuus liber. Tempore igitur inter vtramque fictionē medio locum habet, pendens status liberorum: quia incertum est, alteram fictionē futuram, & ideo incertum est, vtra futura sit, quæ imminentes concursu sese impedire minantur, & ideo interim à neutra aliquis status inducitur, qui dicitur } pendens, } & hoc est } caput suspensum iuris postliminij }

l Ipse quoq; filius } In filio autē reverso duas oportet esse postliminij species, & quod pater eū recipiat, et ipse ius suum. Vtrinq; n. rē in pristinum statum [n] redire oportet, vt satisfiat definitioni postliminij, 16 quam Accursius, [o] hoc loci tradit: & ea quidē non inepta est: nam priore huius parte explicatur sive materia & forma, sive effectus & officium: posteriore verò, causa efficiēs, sub hisce verbis, } moribus et legibus. }

m Dictum est autē } 17 Quare & Cic. in Top. verbum hoc iunctum esse tradidit, vt sit ex eo, & post, & limen. Servius tamen in verbo Postliminium nihil putavit esse notandum, nisi Post; & Liminium illud, productionem esse verbi voluit: ut in finitimo, legitimo, non plus esse tumum, quam in Meditullio, tulliū. Verum Scævola iunctum esse dixit verbum, ut sit in eo & post, & limen, & quæ à nobis alienata sunt, cū ad hostem pervenerint, & ex suo tanquā limine exierint, dein eum redierint post ad idem limen, postliminio videantur redijsse. quod et Iustin. hic secutus est. Porro Dd. ex hoc loco colligunt, ab etymologia vocabuli argumentū duci posse. 18 in qua re diversæ admodum sunt interpretum sententiæ: quas referre longior certe materia, quam scholia patiantur, foret. Quod si verò præcepto aliquo concludi huius argumenti locus poterit, Raphaelis Cumani [p] definitio tutior præ cæteris mihi videtur, q. plurimorū calculo probatur. Traditum itaq; ab illo est, argumentum affirmativè quidem non posse colligi, negativè posse. Neque enim sequitur: post ad idem limen redijt, ergo postliminio redijt, sic quippe diceremus, & transfugā postliminiū [q] habere. At si non redijt ad idem limen, dicēdum, cessare quoque postliminiū. Sic nec illa sequitur. Testatio est, ergo testamentum, sic cum & codicillus testamentū esset, at econtrario. Si non est testatio, non est testamentum: etymologia. n. quasi genus [r] est, & ferè latius se eius vis extendit, quam ipsum nomen inde derivatū. 19 Rectè verò scripsit Fabius, [s] genus ad probandam speciem minimum valere, plurimū ad refellendū: contra species firmam habet probationem generis, infirmam refutationem: quæ Dialecticorū disciplina in iure etiā nostro fundata est, [t] 20 Aliquando verò & affirmativè hinc argumentamur. quicquid. n. causam instruit, instrumētū dici [u] potest. Quicquid iure non fit, est iniuria. [x] Omnis doni datio, est donatio. Sed

s l. propter, ff. fa. hercis. l. si necem, § si deportatus, ff. de bon. lib.
t Per text. hic.
u l. certo, in hoc tit.
x l. nihil interest, ff. eod.
y l. postli. 5. § captivus, eo. tit.
z l. si quis, C. de capt.
a casus in l. ab hostibus. ff. de capt.
b l. denique. & l. seq. ff. ex qb. caus. ma. &c. l. cum hær. § 1. de acq. pos. l. si is qui pro empt. de usur.
c l. non vt a patre, & l. cum dux, 14. § nō ut pater, ff. de capt.
d Auth. de nup. § sed etiā, c. grad. col. 4.
e c. 1. de coniug. servor.
f Ioan. Fab. inf. in d. § si ab hos.
g l. Gallus, § quid si is, ff. de lib. & posthum.
h l. lex Cornel. ff. de vulg. & pupil. subst.
i Viglius in § eius qui, inf. quib. non est permiss. fac. testam.
k Sal. in d. l. qd si is, de lib. & posth.
l l. si quis filio, § ult. de in iusto rupt. test.
m § in inf. de excus. tutor.
n l. eod.
o Glos. in d. post limi.
p [illegible] in l. § appellata
[illegible]
q Contra post lim. b. transfuga. ff. de captiuis
r Vigl. in princ.

inf. de test. s lib. 5. c. 10. t l. si quid earum, § interemp. de leg. 3. v l. 1. de fid. instr. x inf. de iniur. in princip.

Sed hæ generalem definitionem non uitiant: pauca enim eiusmodi sunt exempla. Item aliquando nec negatiuè concludit, cum ratio inuentionis vocabuli aliud inducit. Quid enim, si quid inductum est ab eo, quod fieri deberet è non sequitur, si id minus fiat, nomen non competere. [y] *Tutores dicti sunt, quod pupillum tueri debent: non sequitur, eum tutorem qui pupillum negligit, non esse tutorem. Idem quoque est, si ab eo quod olim & frequentius obseruabatur, nomen deductum sit: vt nuptiæ, quod noua nupta obnuberetur & velaretur,* [z] *hic non valet argumentum, cum priscus ritus abolitus sit. Verum in hoc articulo inextricabiliter fere disputatum est, & omnia hic explicare, scholiorum natura non patitur.*

y Alc. 1 l. taberna, ff. de ver. signific.
z c. hæc imago. 32. q. 5.

§. Præterea.

1 *Emancipatione tollitur potestas patria.*
2 *Nec pater inuitus emancipat, nec filius inuitus emancipatur.*
3 *Causa efficiens emancipationis.*
4 *Emancipationis vetus solennitas.*
5 *Hodie apud quemlibet Iudicem potest pater filium emancipare.*
6 *Emancipationis effectus.*
7 *Manumissio seruorum, emancipatio liberorum est.*
8 *Manumissionē pro emancipatione secundū ius vetus propriè dici, secus de iure Codicis.*
9 *Pater hodie succedit filio emancipato ad instar patroni.*
10 *Qui spem successionis habet, idem & tutelæ onus subire debet.*

a Præterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse, sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis obseruationem procedebat, quæ per *b* imaginarias uenditiones, & intercedētes manumissiones celebrabatur, vel ex Imperiali Rescripto. *c* Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per Constitutionem reformauit, vt, fictione pristina explosa, recta uia ad competentes iudices vel magistratus, parentes intrēt: & filios suos, vel filias, vel nepotes, uel neptes, ac deinceps, a sua manu dimittant. *d* Et tunc ex edicto Prętoris in bonis huiusmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, uel neptis, qui quæue a parente emanumissus vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, *f* quę tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius, uel filia, uel cæteri, ipse parens ex manumissione *g* tutelam eius nanciscitur.

a Præterea § Sextus 1 modus, quo eximitur filius ex patria potestate, est § emancipatio, § quæ est relaxatio nexus patrij, cū consensu patris emancipantis, & filij emancipandi, coram competente Iudice, dicta [a] quasi manus emptio, ficta & imaginaria. 2 Neque enim filius regulariter potest cogere patrem, vt eum emancipet, neque etiam filius inuitus emancipari potest; [b] ideo emancipatio est actus uoluntarius, non necessarius. Item ediuerso, nudus consensus patris uel filij, nō sufficit, sed requiritur solennitas quædā, quæ propriè est Iudicis [c] accessus. 3 Vides itaque causam efficientem emancipationis esse, consensum vtriusque, & patris, & filij, iuncta solennitate. Non autem necessario pater caussam allegare tenetur, propter quam filium emancipet, similiter, nec filius, sed satis est consensus utriusque, accedente solennitate coram [d] Iudice.

b Imaginarias vēditiones § § Emancipatio § igitur, hoc est, e manu traditio, quædā similitudo uenditionis est introducta [e] à lege ueteri. Facta enim est olim per imaginariam uenditionem 4 quæ fiebat hoc modo. Adhibitis quinque testibus, & eo qui § Libripens § uocabatur, pater naturalis mācipabat filium patri fiduciario, emptori scilicet filij, aliquot nūmis precij loco ab eo acceptis. Deinde pater fiduciarius addebat hęc uerba. § Hunc ego hominē ex iure Quiritium meum esse aio, iste mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. § Deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat uenditori. Postremò, pater fiduciarius remancipabat emptum filium patri naturali, à quo deinde manumittebatur, quod ideo fiebat, ut si filius ille mortuus fuisset, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius, succederet. De hoc copiosius tractāt Caius, [f] et Boet. [g]

c Nostra autem § 5 Subiungitur innouatio, quomodo hac uenditionum fictione explosa, Iustinianus cōstituerit, patrem apud quemlibet Iudicem posse filium præsentem atque consentientem emancipare. Quod si infans sit filius, aut absens, Principis authoritate interueniente [h] id fieri debet.

d Et tunc § 6 Effectus emancipationis est, solutio patriæ potestatis, ita quod filius postea suo nomine libere contrahere, testari, & omnia agere possit, sicuti paterfa. Secundò, quod acquirat plenū dominiū, hoc est, proprietatem & vsumfructum in bonis aduentitys, excepta tamen dimidia [i] parte usufructus, quæ ipsi patri, ueluti in præmium emancipationis reseruatur. [k] Liquet igitur, emancipationem esse beneficium, quia filius per eā multa acquirit, quæ prius non habuit. [l] Quare ab Imperatore § liberalitas § etiam dicitur. [m]

e Manumissus § 7 Accursius manumissum pro emancipato impropriè accipi docet. Nam uti in seruis § manumissionē, § ita in liberis § emācipationē § propriè dicimus. [n] 8 Quod iure Pandectarū verū nō est, quandoquidem, ueteres non alium manumissionis modum in liberis habebant, quam in seruis, & ideo ut emancipationi locus esset, prius filium ad seruilem statū, p imaginariam uenditionē redigebant, & deinde ceu seruū manumittebāt. hincq; manumissionē pro emācipatione, huius iuris respectu, propriè accipimus.

a Vigli. inst. de test. ord.
b Gl. inf. eo. §. fi. in verbo pene.
c l. non nudo, 3 C. de emanc.
d d. l. nō nudo.
e Vide Alc. in l. pupil. ff. de verb. signif.
f lib. 1. Institut.
g In commēta. Top. Cic. li. 3
h Iuxta l. iubemus, 5. & l. fi. C. de emā. li.
i §. hoc quoq; vers. ideoque inf. per quas pers. nob. acq
k l. cū oportet, §. pen. de bonis quæ liber.
l l. 1. ff. si à parēte quis manu mis. fuerit.
m d. l. iubemus, C. de emanc. libro
n l. 1. §. alienat. quādo de peculio actio est annalis.

Quæ

f *Quæ tribuuntur patrono* ʒ *Puta quo ad successionem.* 9 *Succedet igitur pater filio emancipato in totum ab intestato, liberis non extantibus; ex testamento in tertia bonorum parte, liberis superstitibus, nihil tamen ex eius bonis consequi tur.*

g *Tutelam* ʒ 10 *Quia ad quem spectat commodum successionis, ad eundem & tutelæ onus* [o] *pertinet.*

o inf. de leg. pa tr.tut.

§. Admonendi.

1 *Habens plures liberos, potest vnum vel plures emancipare,*
2 *Pater quandoque emancipare cogitur.*
3 *Locus ex Cicerone ad hunc §.*

Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate habet, filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere: & è conuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepote dicta esse intelligantur.

Iste §. in titulo De adoptionibus, sub Caij [a] *Iurisconsulti nomine refertur quem Bar. exclamat vt singularem, & ad multas hypotheses applicabilem. Docet autem in effectu,* 1 *quod liberum sit habenti filium, & ex eo nepotem, ac deinceps descendentes, quem velit ex his, aut etiam plures emancipare, & alios in potestate retinere. Quemadmodum enim in patrimonio moderando cuilibet* [b] *libera conceditur administratio. Ita & in emancipandis aut retinendis sub potestate sua liberis, parentibus plena datur potestas, cum in ipsos* [c] *ius & dominium habeant.* 2 *Sunt tamen casus certi, in quibus pater etiam inuitus cogitur emancipare: quos forte ad finem huius tituli* [d] *referemus. Facit quoque huc pulchrè* 3 *quod M. Cicero in Oratione pro L. Cornelio Balbo scribit.* ʒ *Fundamenta esse firmissima Romanæ libertatis, sui quemque iuris & dimittendi & retinendi esse dominum.* ʒ

a l. 28. liberum ff. de adop.
b l. in re mand. C. mād. l. sed etsi §. cōsuluit, ff. de pet. her.
c l. In suis, ff. de suis & leg. l. 3 & 4. ff. qui sunt sui vel al. iur.
d In §. vlt. inf. 4

§. Sed & si pater.

1 *Adoptione specifica potestas patria dissoluitur.*
2.4 *Ad emancipationem actorum scriptura requiritur.*
3 *Actorum interitu, veritas non debet conuelli.*
5 *Emancipatio quomodo probetur.*
6.8.9 *Tacens an pro consentiente habendus.*
7 *Tacere est medium inter consentire & dissentire.*
10 *Præsens in iudicio si taceat, consensisse videtur.*

a Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo vel proauo naturali secundū nostras Constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit: idest, si hoc ipsum b actis interuenientibus apud competentem Iudicem manifestauerit: præsente eo qui adoptatur, c & nō contradicēte, necnon eo præsente qui adoptat, soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: trāsit autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus.

a *Sed etsi* ʒ *Additur* 1 *& alius dissoluendæ patriæ potestatis modus, nempè* ʒ *adoptio specifica,* ʒ *per quā filiusfamilias paterna sacra cōmutasse tantū intelligitur* 1 *vt si à patre naturali detur in adoptionē non extranea personæ (nec enim tunc dissolueretur* [a] *ius patris naturalis) sed auo vel proauo materno, aut etiam si ipse pater sui iuris sit, paterno, eo namque casu prima potestas, idest, paterna dissoluitur, & secunda, idest, auita constituitur, de qua re alibi* [b] *à nobis tractatum est.*

b *Actis interuenientibus* ʒ *Idest, actorum scriptura interueniente.* 2 *Requiritur enim in emancipatione coram competente Iudice, actorum quoque scripturam intercedere. Sufficit autem, eam à principio fuisse confectam, in tantum, vt etiam si postea forte intercideret, aut interiret, eius tamen posse tenorē per incorruptæ fidei testes comprobari. Etenim in liberorum emancipationibus,* [c] *sicut & in donationibus, non tam scriptura, quam veritas considerari solet:* 3 *actorumq; interitu veritas conuelli* [d] *non debet.* 4 *Quod si nunquam accesserit scriptura, putant quidam emancipationem valere, cumque sit voluntariæ iurisdictionis, non esse scripturam necessariam:* [e] *magis tamen est, ab initio scripturam interponi* [f] *debere: idque crebrius obtinuit.* 5 *Siquidem de tribus docendus est Iudex: rem esse gestam, item scripturā inde confectam: quæ duo quemadmodum probanda sint, satis liquet, & eandem* [g] *existere, sed deperditā esse. id quod iurisiurandi* [h] *sacramento corroborari potest.*

c *Et non contradicente* ʒ 6 *Itaque si taceat filius, pro cōsentiente habendus est. Quod quando procedat, longa disputatio est. Et interpretes, præcipuè Bartolus* [i] *hoc perplexū plurifariā distinctionibus, subdistinctionibusq; dissecuerunt. Nos breuiter rem in compendium redigemus, cætera diffusius extricāda relinquētes alijs.* 7 ʒ *Tacere* ʒ *igitur mediū quoddā est inter illa duo extrema,* ʒ *cōsentire, & dissētire.* ʒ *Vnde Paulus.* [k] ʒ *Qui tacet,* ʒ *inquit,* ʒ *nō vtiq; fatetur, sed verū est, eū nō negare.* ʒ *Quare si talis incidit falsi species,*

a sup. de adop. §. sed hodie.
b d. § sed hodie
c l. 2. C. de ēmā cip. lib.
d l. emancipatione, C. de fin. instr.
e Argumento l. post mortem, de adop. vbi et metio de testibus non de scriptura.
f l. 2. C. de magis. municip. Cyn. Bald. in d. l. emancipatione.
g d. l. emancipationes. & l. testium, inf. C. de testib.
h l. fi. C. de fin. instr.
i In l. quod dotis, ff. so. mat.
k In l. qui tacet §. de reg. iur. c. is qui tacet eod. tit. in 6.

l l. 1. §. scientiā, de tributoria act. m l. de ætate, §. qui tacuit, De inter. actio. n Bart. in d. l. quæ dotis. o l. sæpe, §. sed scientib. de re iudic. gl. ord. in l. Caius, de pignorat. act. p l. quoties, ad municip. l. honores, §. pater de decurion. q l. 4. §. fi. de fideiuss. r l. fideiussor, §. pater, ff. de pign. s Dy. in c. qui tacet, de reg. iur. in 6. t l. 1. de adopt. & Ias. hic. u tex. notab. in l. pe. de fur. sicut alleg. glo. in l. filiusfam. §. inuitus de procur. x tex. notab. in c. 2. de ap. in 6 y l. 1. de rela. a sup. de ingenuis, §. 1. b l. emanc. de Senator. c l. ex facto, §. ex facto, ad Treb. d l. 1. C. de diuort. e Bar. in d. l. ex facto. f l. 3. §. si emācipatis, de bon. pos. cōtratab. g §. cum autem, sup. eod. a l. pen. C. de emanc. lib. b §. generaliter, Nouell. quib. mo. na. ef. leg. c l. non potest, ff. de adopt. d l. fi. ff. si à parēte quis fuerit manumiss. e l. si cui, de cōdit. & dem. f l. si lenones, C. de episc. aud. g l. nonnunquā & l. sequ. ff. de adopt. h Iason. hic. ad Porc. alleg. l. quidam cum filium, vbi vide Bartol. de verb. obl. i In §. aliud quoque, Nouel. vt cum de app. cog. K §. In plurimis, sup. de adopt.

cies, in qua neque expreßè requiratur voluntas, nec contradictio, nulli extremorū adplicandum [l] *erit. Sin verò necesse est, quod alicui extremorum adiungatur: tunc si ex contumacia quis non respondeat, præsumitur in sui præiudiciū vel aßentire,* [m] *vel cōtradicere. Sed si non contumaciter taceat, distinguendum est; aut enim actus est huiusmodi, qui poßit eo etiam inuito expediri* 8 *quo casu tacens in ea causa est, vt cōsensisse non censeatur, aut verò in eo actu loquimur, qui explicari non potest, nisi eius quoque consensus interueniat, vt quia actum contradicendo impedire queat: tunc inter expressam uoluntatem, & patientiā, nullam facit ius differentiam. Non. n. necesse est, eum velle, sed non nolle, sufficit.* 9 *Si igitur sciuit, & nō protestatur, non contradicit: etiamsi nullus dolus* [n] *sit admixtus, consentire præsumitur.* [o] *Vnde proditum est, si filius præsente patre creatus sit Decurio, patrem, cum prohibere id quiuerit, neque contradixerit, consensisse uideri.* [p] *Idem in fideiußore à tutore nominato responsum est, qui patitur nomen suum in actis scribi, neque contradicit, quod consensum præbuisse, & per solennem* [q] *stipulationem se obligasse videatur. Idem de eo dicitur, qui se præsente rem suam obligari patitur.* [r] *Et generaliter, de quocunque, qui patitur alium experiri de iure ad se pertinente* [s] *Sed hoc non procedit, vbi ex conuentione personarū, & pro forma requireretur expressus consensus.* [t] *Sed nec is, qui erubescit aliquid ob magnam verecundiā dicere, consensiße existimandus* [u] *est.* 10 *Illud tamen non omittendum, semper in iudicialibus taciturnitatem partis præsentis haberi pro consensu, & sibi præiudicare.* [x] *Quapropter & in actis scribendum esse ⸗ Parte præsente, & non contradicente, ⸗ eleganter Bartolus notauit.* [y] *idque perpetuo mente tenendum est.*

§. Illud autem.

1 *Vnde cognoscamus, aliquem in nostra esse potestate.*
2 *Filius natus, antequam pater senatu moueretur, Senatoris filius dicitur.*
3 *Conceptus ante deportationem patris, legitimus est.*
4 *Idem si post conceptus sit, patris tamen potestati non subijcitur.*
5 *Filius ante sacerdotium conceptus, nascitur legitimus.*

Illud autem scire oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnāte nuru tua: nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem uel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, uel aui adoptiui potestati subijcitur.

Ad 1 *cognoscendum, an quis in nostra sit potestate constitutus, tempus conceptionis inspiciendū* [a] *est, quod Imperator hoc loci exemplis eleganter declarat.* 2 *Sic & conceptus, priusquam pater eius de Senatu motus est, quasi Senatorius* [b] *filius censetur.* 3 *Quod & de eo traditū est, qui priusquam pater eius deportaretur in insulam, conceptus est.* [c] *Sed & si post deportationem conceptus sit filius, cum matrimonium adhuc duret,* [d] *legitimum nasci humanius est:* [e] *vt illi sua magis prosit innocentia, quam noceat culpa patris.* [f] 4 *Non tamen patris subest potestati: cum pater ob deportationis* [g] *pœnam, quo ad ciuiles actus, fingatur mortuus.* 5 *Idē & de sacerdotis filio respōsum est, qui ante sacerdotium concipitur.*

§. Et quidem.

1 *Naturalis filius dicitur, ex iustis nuptijs progenitus.*
2 *Emancipatio requirit patris & filij consensum.*
3 *Casus, in quibus pater cogitur emancipare filium.*
4 *Casus, vbi filius etiam inuitus emancipari potest.*
5 *Adoptiui & naturalis filij par causa.*

Et quidem neque naturales liberi, neque adoptiui, vllo penè modo possunt cogere parētes de potestate sua eos dimittere.

Naturales ⸗ scilicet & legitimi. 1 *Nam naturalis filij verbo paßim Iurisconsulti eum intelligunt, quem naturalem & legitimum simul vocamus, hoc est, ex iustis nuptijs genitum.*

Cum ⸗ 2 *emancipatio ex vtriusque & patris & filij arbitrio* [a] *pendeat, consequitur, quod sicut pater recusantē filiū non pōt dimittere ex sua potestate,* [b] *ita nec filiusfamilias poßit vllo modo compellere patrem inuitum, ut eum emancipet, ac ex paternis sacris dimittat* [c] *Hoc tamen perpetuum non est.* 3 *Certis quippe casibus pater filiū emancipare compellitur, vt si malè cōtra pietatē filium adficiat.* [d] *aut si id, quod sibi relictum est, hac contemplatione, ut liberos suos emanciparet, agnouerit, ne testantiū uoluntas circumueniatur,* [e] *vel si leno filiab. suis peccandi necessitatē* [f] *imposuerit, aut arrogatus pubes factus probauerit sibi non expedire, si in arrogatoris potestate maneat.* [g] 4 *Ex diuerso quoque sunt casus, in quibus patri licet filiū vel inuitum emancipare. Nam ex quibus causis exhæredari filius potest, ex eisdē ipse, quātumuis reluctans, iustè emancipatur.* [h] *Quæ autem sint hæ causæ, Iustinianus* [i] *alibi recēset.* 5 *Ex hoc porro tex. cōstat, eiusdem iuris haberi adoptiuos filios, cuius sūt naturales, i. ex legitimis nuptijs* [k] *geniti.*

DE TVTELIS TIT. XIII.

In Rubr. & princip. tit.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Personæ sui iuris aut sunt sub tutela, aut sub cura, aut à neutris pendent.*
3 *Contrariorum eadem est natura & vis.*

Transeamus nunc ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis, quę in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione: quędam neutro iure tenentur. Videamus ergo de his, quę in tutela, vel in curatione sunt. Ita enim intelligemus cęteras personas, quę neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his, quę in tutela sunt.

DIVISIONE 1 suprà [a] scripta, quæ est, personarum, aliæ sunt iuris alieni, aliæ sui iuris, pertractatum [b] est à Iustiniano, quæ sint personarum iura, alterius potestati subiectarum, nunc alterum membrum subdiuidit. 2 Personarum, quæ sui iuris sunt, aliquas tutorum authoritate, alias curatorum directione regi, quasdam à neutris pendere, sed suo penitus relinqui arbitrio. Vnde, diuisio in textu pro diuisione ponitur, sicut Faber rectè annotauit. Si ergo intellexerimus, quæ personæ sub tutela vel curatione consistant, perfacilè ex contrariorum natura discemus, quæ neutro iure teneantur. 3 Omnium enim rerum, ut alibi [c] etiam diximus, in contrarias partes cognitio ex eisdem suppeditatur locis, contrariorumque [d] negãtium ea vis est, atque natura, ut altero posito vel cognito, alterum statim submoueatur & cognoscatur. Porro quia § tutela § præcedit § curã, § ut impubes puberem, ordinem ipsum secutus naturæ Imperator, primitus § de tutelis § generali tractatu differit.

a In prin. sup. de his q sunt sui vel alie. iuris.
b à tit. de his q sunt sui vel al. iur. vsq; in locum hunc.
c In prin. d. titu. de his qui sunt sui vel al. iur.
d Cic. in Top.

§. Est autem.

1 *Tutelæ definitio, quidque in se contineat.*
2 *Definitionis explicatio.*
3 *Acceptio, vis, & potestatis.*
4 *Vis & potestas genus in definitione, & quid significet caput liberum.*
5 *Subiectum tutelæ.*
6 *Tutor quis, & qualis sit.*
7 *Curator rebus datur.*
8 *Officium curatoris.*
9 *Modi tollendæ patriæ potestatis.*
10 *Tutela est de iure Ciuili.*
11 *Tutela triplex.*
12 *Tutela testamentaria quæ sit.*
13 *Legitima tutela quid, & quotuplex.*
14 *Tutelæ datiuæ quando sit locus.*
15 *Causa efficiens tutelæ.*

Est autem tutela (vt Seruius definiuit) vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ipse se defendere nequit, iure Ciuili data ac permissa.

Hæc 1 Tutelæ definitio est Seruij Sulpitij Iurecõsulti, & ex duob. generibus, cum ab effectu & officio, tum à causa efficiente conflatur, Sicque & officium, & causam complectitur, ut nõ sit falsus Cicero, qui in Bruto scriptũ reliquit, i vno Sulpitio fuisse artẽ. Excutiamus aũt definitionis verba. 2 § Tutela § (inqt) § est vis ac potestas. § Theophilus et Hermonop. δύναμιν vocãt, vt legisse videatur ius, nõ vis. Cæterũ Doctores hæc verba variè interpretantur; alij viridem potestatẽ, alij violentam cum Accursio, alij vigentem. 3 Ego autẽ puto, § vim § hic accipi pro uirtute & efficacia iuris, & § potestatẽ § pro authoritate & facultate, vt sit sensus. § Tutela § est virtus atq; authoritas quædam, quæ à lege proficiscitur, in cõe vtilis. Neq; verò rarũ est hoc, vt § potestas § pro authoritate accipitur. Vnde dictũ est, § sua potestate facere. § Et Iustinianus § potentiã § [a] pro authoritate posuit, 4 Quod § tutela § sit vis ac potestas, genus est in definitione, & alijs speciebus commune. Nam & curationi conuenit, & potestati dominicæ, quare additur necessariò differentia, quod sit § potestas in capite libero. § Idest, libero homine [b] nam caput liberum pro homine libero veteres dicebant. Est enim hæc vetus locutio, § in capite libero, § pro § in caput liberũ, § Sic etiam Iurisconsulti dicunt, impensas in rebus dotalibus facta, pro § impensa in res dotales factas. § [c] Hin caput liberum facere, pro manumittere apud Plautum in Mercatore. LIBERVM caput tibi faciã paucos menses. Hæc ergo verba (potestas in capite libero.) 5 materiam, siue subiectum denotant, & ab Accursio ad pupillum referuntur, quasi eum oporteat liberum esse patriæ potestatis respectu. Item quia seruus non possit in tutela esse, est enim in potestate domini. Filijsfamilias autem tutores regulariter & secun-

a Nota. de dedititiis libertatib. tollend. §.
b vide Gel. lib. 4. cap. 10.
c tot. unde impens. in res dot. fact.
d Glo. sup. in prin. tit. de obli. §. omnium, & de sent. pas. & l. fi. § fin auté, C. de bo. quę lib. Dd l. 1. C. de bon. mat. Bar. l. vlt. §. 1. de verb. sign.

secundum formam iuris non dantur, nisi pautis casibus exceptis: [d] *cum pareutes, in quorum sunt potestate, legitimi ipsorum fiant administratores. 6 Bartolus* [e] *verò hæc verba ad tutoris personam refert, qui habeat huiusmodi potestatem. Liberalis enim conditionis debet esse omnis tutor. Subnectit aliam differentiam, § Ad tuendum eum, &c. § Qui est effectus tutelæ, ac officium, & per hanc, potestatem patriam remouet, quæ alios effectus habet, vt scilicet quæratur* [f] *patri, &c.*

e Bar. in l. 1. ff. hoc tit.

f Iuxta gl. in l. 1. ff. hoc tit.

Item per dictionem (eum) indicat Imp. quod tutor principaliter personæ pupilli, & non bonis, siue patrimonio detur, & vt excludat rursum 7 Curatorem qui non datur principaliter ad personæ defensionē, sed ad bonorum [g] *tuitionem. Sequitur. § Qui propter ætatem, &c. § vt rursus Curator submoueatur: 8 cuius officium est, res adulti, decoctoris, & furiosi administrare, personamq; in consequentiam tueri: non quod propter imbecilliorē ætatem, sed quod propter furorem & prodigalitatem sibi, rebusque suis vel superesse nequeant. Sed & potestas patria hoc discrimine tollitur: nam qui sunt in tutela, ab ea liberantur, quando sunt adulti facti: sed in patris manu constitutus, etiamsi cētum esset annorum, non eximeretur: 9 nisi mors patris, vel emancipatio, aut alius modus exeundi de potestate, interueniret.* [h] *Et hæc est prior pars definitionis. In altera parte, causa efficiens subiicitur: scilicet, § Iure Ciuili data ac permissa. § 10 Tutela enim neque iuris naturæ, neque iuris gentium est, sed iuris ciuilis, quod ita disposuit, & permisit, vt vel ex testamento, vel à lege, vel denique à iudice daretur. 11 Hinc triplicem habemus tutelam, scilicet § testamentariam, legitimam, & datiuam: § sicut subsequentia docebunt. 12 Et § testamentaria tutela § est, quando parentes liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamēto tutores dant, 13 § Legitima § est, cum tutor à lege datur, quæ locum habet, cum in testamento nullus datus est. Et hæc est quadruplex. Prima* [i] *§ agnatorum, § quam lex 12. tabularum expresse defert proximis agnatis, vel etiam iure Nouellarum cognatis: & illa primū ex mente & verbis legis introducta est. Secunda § patronorū, §* [k] *quam habent patroni in libertis, eorumque liberis: quæ tametsi ex mente legis duodecim tabularum proficiscatur, non tamen expressis verbis introducta est. Tertia § parentum, §* [l] *cum illi liberorum emancipatorum tutores fiunt, ad exemplum patronorum, per extensionem, siue productionem legis. Quarta § fratrum, §* [m] *quæ § fiduciaria § dicitur, quando fratres tutelam fratris sui emancipati impuberis consequūtur. 14 Quando autem, neque ex testamento, neque ex dispositione legis tutor extabat, dabatur à iudice. Et hæc tutela dicebatur § Datiua: § de qua suo loco* [n] *agetur. 15 Ex quibus omnibus conficitur, causam efficientem tutelæ esse, aut testatorem, aut legem, aut Iudicem: idque hæc posterior definitionis pars significat. Atque hæc pro fundamento quopiam præsentis materiæ, in modum præuiæ cuiusdam inspectionis, prælibanda esse duxi.*

g l. 8. in copulādis, C. de nup.

h De quib. sup. qui. mo. ius pa. potest. soluitur.

i inst. de legit. agn. tute. & ff. de leg. tut.

k inst. de legit. patr. tut.

l inst. de legit. paren. tut.

m inst. de fiduc. tutela.

n inst. de Attiliano tut.

§. Tutores.

1 *Tutores principaliter personæ dantur.*
2 *Tutores vnde dicti.*
3 *Argumentum ab etymologia negatiuè valet.*
4 *Fallit, si ratio inuentionis vocabuli, aliud inducit.*
5 *Fallit, si ab eo, quod olim obseruabatur, nomen deductum sit.*

Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores, sicut ęditui dicuntur, qui ędes tuentur.

Tutor 1 propriè dicitur, cui tuendi pupilli ius principaliter commissum est, in consequentiam tamen gerendis etiam, defendendisque pupilli rebus dari censetur. 2 Vnde § tutores, § quasi tuitores, idest, defensores, à tuendo & defendendo appellantur. Iurare enim debent, se non relicturos pupillum indefensum. Hinc arrepta occasione, Interpretes de argumento ab etymologia vocabuli ducto agunt, an & hoc in iure obtineat, nos eam rem etiam [a] *supra attigimus. Breuiter, 3 argumētum ab etymologia negatiuè omnino est efficax, non etiam affirmatiuè: nam à quo remouetur genus, ab eo & qualibet species remouetur: nō econtra. Fur à ferendo, idest contrectando dicitur, verum erit, si dicamus. Res non est contrectata,* [b] *igitur in ea furtum factum non est, & id pro Regula proditum est. 4 Hoc tamen non procedit, cum ratio inuentionis vocabuli* [c] *aliud inducit. Nam si quid inductum est ab eo quod fieri deberet, non sequitur si id minus fiat, nomen non competere. Sic § Tutores § dicti sunt, quod pupillum tueri debent, non consequitur, eum tutorem, qui pupillum negligit, non esse tutorem. Quod & in § Augusto § dicendum* [d] *est, Augusti qui licet Imperium non auget, tamen nomen tenet, cum similibus. 5 Sic etiam non obtinet hoc argumētum, si ab eo, quod olim & frequentius obseruabatur, nomen deductum est. Sic § nuptiæ § dictæ sunt, quod noua nupta obnuberetur & uelaretur: hic non valet argumentum, cum priscus ritus abolitus* [e] *sit, vnde tametsi non obnubantur hodie mulieres, sunt tamen § nuptiæ. §*

a In §. si ab host. quib. mod. ius pat. pot. sol.

b l. 1. de acqu. pos.

c Alc. in l. taberne de ver. sig.

d c. hæc imago, 33. q. 5.

e Vide quæ dixi sup. de pat. potestate, §. 1

§. Permissum.

1 *Testamentaria tutela est potior alys.*
2 *Parentes possunt liberis in testamento tutores dare.*
3 *Liberorum appellatio.*

4 Tria

4 *Tria requiruntur, ut testamentaria tutoris datio sit valida.*
5 *Emancipato & naturali tantum filio non rectè tutor datur, nisi cum Iudicis decreto.*
6 *Spurio nunquam rectè tutor datur.*
7 *Fœminæ non dant tutores, nisi cum assensu Iudicis.*
8 *Quomodo auus nepoti rectè tutorem det.*
9 *Etiam in codicillis tutor relinqui potest.*
10 *An ab intestato tutor dari queat.*

Permissum est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habẽt, testamento tutores dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodo, nepotibus verò, neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus, mortis tuę tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, quamuis in potestate tua fuerint, scilicet quia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

Quum triplicem esse tutelam supra dixerim, 1 & {testamentaria} sit reliquis duab. potior, vt quæ ipsos parentes (quorũ summa illa, quę duce natura existit, affectio, per magni in iure [a] æstimatur) respiciat, ideo de ea primò differit. 2 Obserua autem, quod parentes masculi possint liberis suis, siue masculini siue fœminini sexus, tutores testamento dare. Et hæc dandi potestas ex duodecĩ tabulis [b] profluxit, in quibus hæc circumferuntur uerba: {Tutores liberis in potestate testamento parentes danto.} Nam cum secũdum naturam fiat uerisimile, neminem diligentius de bonis pupilli cogitaturum, quam parentes ipsos: ideo lex permisit ac suasit, ut parentes in testamentis suis darent liberis impuberib. tutores, ne post mortẽ illorum incerta esset eius rei solicitudo. 3 Et quoniam liberorum uerbo vsa est lex, consequitur hanc tutelæ dationem, ad nepotes & pronepotes, cæterosq; descendentes [c] produci. Sic.n. eadem lex XII. tabularum primam successionis causam, liberorum esse volebat, & de omnibus [d] descendentib. intelligebat. 4 Tria tamen sunt necessaria, ut tutoris testamentary datio sit ualida. Primo filium eße impuberem: cum puberes tutorum directione non adeo egeant, sed sub curatore sint. [e] Deinde, impuberes in parentum oportet potestate consistere. 5 Emancipato.n. non potest dari tutor, nisi Iudicis accedat confirmatio. Quod & de naturali [f] tantum filio dicas: illi.n. tutor datus testamento, etiam minus solemni, confirmandus est, si patris affectio erga ipsum ostendatur, ex eo, quod ipsi aliquid reliquerit. 6 Spurio nunquam rectè tutor datur, cum filij nomen non [g] habeat. 7 Sed nec fœminis in testamento tutorem filys nominare licet, nisi Iudicis cõfirmetur decreto, quia nec liberos in potestate [h] habent. 8 Tertio, si auus nepotib. testamento suo tutorem adscribere uelit, non aliter hoc facere potest, nisi cum nepotes post aui mortem in eorum patris potestatem reuersuri non sunt: quod eueniet, si uiuente adhuc auo filius in eius potestate eße desierit. Alias enim cum defuncto auo nepotes sui iuris non fiant, impossibile est, eos tutores habere: quia his duntaxat tutores, qui sui iuris sunt, dari [i] destinariuè possunt. 9 Non solum autem testamento tutor dari potest, sed & eos tutores accipere debemus, qui codicillis testamento confirmatis scripti [k] sunt, & tacitam eorum confirmationem sufficere verius est: quia cum tacitum [l] & expressum ex eadem radice, & potentia causa efficientis procedant, idem operari intelliguntur. Hodie verò codicilli semper uidentur testamento [m] confirmari. 10 Sed an ab intestato possit tutor dari a patre, s. in codicillis factis, nullo condito testamento? Et puto simplicem dationem ipso iure non sufficere, quasi minus solenniter tutor datus sit, sed Iudicis desiderari decretum & [n] confirmationem.

a l. fi. C. de cura. furiosi.
b in l. 1. ff. de testa. tut.
c l. 3. §. prætor ait, de in ius uocando.
d l. liberorũ, de verb. sig.
e inf. eo. §. vlt. & l. 1. C. de cõfir. tut.
f l. ult. C. de confir. tut.
g Gl. in l. 1. ff. de test. tut. & in pr. §. si aduersus, de nup.
h §. fœminæ, in pr. de adopt.
i sup. eo in prin.
k l. 3. hoc tit.
l Gl. & Bal. in d. l. 3. hoc tit.
m §. non tamen, inf. de codicil.
n Bal. in d. l. 3. & l. 2. C. de test. tut.

§. Cum autem in compluribus.

1. *Pater potest etiam nascituris liberis tutorem testamento scribere.*
2. *Is qui in vtero est, pro iam nato habetur, quomodo accipiendum, & sic declarata l. qui in utero, ff. de statu hom.*
3. *Prægnans mater capitis rea non debet ultimo supplicio affici.*
4. *Duo sunt necessaria, ut posthumo rectè tutor detur.*
5. *Is qui in utero est, pro iam nato habetur, non iure fictionis, sed ex prærogatiua.*

Cum autem in compluribus alijs causis posthumi pro iam natis habeantur, & in hac causa placuit, non minus posthumis, quam iam natis testamento tutores dari posse: si modo in ea causa sint, ut si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes, & in potestate eorum fierent.

Amplificatio ad præcedentia. 1 Supra.n. dictum est, patrẽ natis iam liberis posse de tutore prospicere: istud ad nascituros et filios producitur. Posthumo.n. rectè tutor relinquitur: quia receptum est, 2 eum qui in utero est, quoties de eius utilitate quæritur, pro iam nato haberi. [a] quanquam alys non prosit, nisi natus sit: in tantum, ut nec patri quidem prosit. Nam ut trium liberorum habeat, nequaquam sufficit, duobus natis, alium adhuc in utero esse. idque D. Seuerus [b] constituit. Quapropter, nec matri quidem proderit: 3 quæ licet prægnans ultimo supplicio non possit affici, [c] & ventris nomine in possessionem [d] mittatur: non

a l. qui in utero ubi Barto. de statu hom.
b l. 2. de excusat. tut. uel curat.
c l. prægnantis 3. de pœnis.
d l. 1. si mu. uẽt. nomi.

tamen hoc ideo est, quia iam peperisse fingatur, sed quia qualiscunque est spes in lucem prodituri hominis, extinguenda non fuit. 4 Duo tamen requiruntur, vt posthumo rectè tutor in testamento detur. Primum, quod natus viuo patre eius fuisset potestati subiectus: alterum, quod suus fuisset hæres effectus, sicque primum obtineret [e] gradum: nisi.n. primum gradum obtenturus esset, in alienam recideret potestatem: sicq; inutiliter ei de tutore prouideretur. [f] 5 Sed dubitatur, iure ne fictionis, an alia ratione, is qui in vtero est, inter natos numeretur? Bar. existimat, fingi natum, in quod omnes fere inclinare videntur: excepto Imola, Socyno [g] filio, & Mario Salomonio, qui non fingi, sed prærogatiua quadam hoc eis indultum putant: quibus accedo, ea in primis ratione, quod fictio non debet plus valere, quàm veritas. Sed qui verè nascitur, ad vtramque fortunam nascitur, nempè ad commoda pariter & incommoda. Eodem modò eum, qui fictè nascitur, ad vtramque fortunam natum haberi conuenit. Fictio enim imitatur naturam. [h] sed nasci quem ad commodum tantum, est contra naturæ institutum: ergo nec hic fingi potest.

e per l. postumorum, 13. de iniusto rupt. test.
f l. 1. de test. tut.
g In rep. d. l. si is q. de vsucap.
h §. minorem, & § fœmi. sup. de adoptio.

§. Sed etsi.

1 *Tutor datus filio emancipato, est confirmandus a Iudice sine inquisitione.*
2 *Fallit, si pater diu ante mortem testamentum fecit.*
3 *Tutor datus a patre filiofam. an, & quando sit confirmandus.*
4 *Quid de tutore filio naturali tantum dato.*
5 *Quid si à matre datus sit tutor.*
6 *Quid si pater filio adoptiuo tutorem scripsit.*
7 *Forma inquisitionis in tutore seruanda.*
8 *Tutor secundum patris voluntatem confirmatus, an sit datiuus, vel testamentarius.*
9 *Explicatum Axioma: Qui confirmat, dare videtur.*
10 *An confirmatus tutor testamentarius præferatur legitimo.*

Sed etsi emancipato filio tutor a patre datus fuerit testamento, confirmandus est, ex sententia Præsidis omnimodo, idest, sine inquisitione.

Hinc collige, 1 Patrem filio non existenti in potestate, tutorem testamento dare posse, quæ datio tametsi summo iure non valeat: confirmandus tamen est huiusmodi tutor, secundum mentem testatoris, ita, vt nec inquiri in eum oporteat sit ne idoneus, an non, sed simpliciter, remissa satisdatione, rem pupilli saluam fore, confirmandus est: quoniam paternum testimonium pro eius satisdatione [a] sufficit. 2 Hoc tamen non procedit, si fortè pater diu ante mortis tempus, testamentum, quo tutor scriptus est, perfecerit. [b] eo nanque casu, propter pupillorum commodum, an durauerit patris voluntas, inquiri debet. Interim.n. potuerunt facultates dati a patre tutoris diminui, vel morum ante occultata aut ignorata peruersitas emergere, aut alia quæpiam causa existere, quæ magis iubeat pupilli emolumentum, quàm vel testamenti, vel codicillorum scripturam sequendam esse. 3 Dubitatur autem, si filio in potestate patria existenti, pater tutorem scripserit, num sit a Iudice confirmandus? quod præter cæteros Bartolus, [c] posteriorum primipilus, nonnullis distinctionibus satis manifestè explicuit. Nam si filio datus sit tutor in testamento iusto, proculdubio non interponendum erit Iudicis decretum. [d] Sin autem testamento minus solenni datus sit, tunc si ex causa præteritionis vel exhæredationis irritum est testamentum, sufficit tutoris dationem lege scripta [e] confirmari. Item si tutor datus est impuberi vnus ex liberis testatoris, ex imperfecto testamento, valebit absque alia confirmatione [f] tutelæ datio. 4 Sed & illud propter naturæ ius & affectionem adijciendum est, quod de tutore filio naturali tantum dato reperitur traditum. Nam si pater filium naturalem nō instituit, non confirmatur sine inquisitione: sed si instituit filium in bonis a testatore relictis, confirmabitur [g] tutor, decerneturque ei absque inuestigatione administratio. In reliquis autem suis bonis magis est, ut decreto [h] Iudicis confirmetur tutor. 5 Secus in tutore, quem mater reliquit: quia cum ea datio subtili iure non valeat, inquiri debet amplius ab eo, qui præest, an sit sufficiens: quia mulieris consilium fragile, infirmum, præceps, [i] & inconstans reputatur. 6 Cæterùm, si tutor nominatus sit in testamento filio tantum legitimo, idest, adoptiuo, transeunti in ius & potestatem adoptantis: ex specie potest pater adoptiuus tutorem decernere, inque bonis a se, vel eius occasione peruenientis ad filium, [k] substituere. 7 Formam autem inquisitionis elegantissimam & breuem Hermogenianus [l] tradit: Si quæratur, inquiens, an ex inquisitione rectè datus sit tutor, quatuor hæc consideranda sunt: an & hic dederit, qui dare potuerit, & ille acceperit, cui fuerit dandus, & is datus, cui dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositum sit. 8 Porro non incongruè vestigat hic Accursius [m] an huiusmodi tutor, Iudicis decreto confirmatus, testamentarius sit, vel datiuus? Et datiuus videtur: quoniam qui confirmat, dare censetur, & Iudex confirmat tutorem inutiliter datum a patre. [n] 9 Pro veritate igitur eruenda, si quæratur, an confirmans uideatur dare? sic distingui solet, vt ante omnia pensemus, confirmantis intentio qualis fuerit. Si.n. actus, qui fit, substantiam à mera [o] confirmantis voluntate sumit, confirmans actum nullum dare dicitur. Idē si actus sit validus, sed tamē confirmans hoc egit, [p] vt nouum actum induceret. At si ex sola confirmantis voluntate negotium non pendeat, qui confirmat, nō dat, vt in nostro casu, ubi necessariò ex legum iussione confirmare

debet

a l. 3. de test. tut. §. 1. de confirm. tut.
b l. in confirmā do, 7. cū duabus ll. seq. de confir. tut.
c In l. naturali, 7. §. si gratur, de conf. tut.
d l. 1. de cōfir. tut.
e auth. ex cā. C. de lib. pter. & d. §. si gratur.
f l. hæc cōsultis. 21. §. ex imperfec. C. de test.
g d. l. naturali.
h l. si. C. de confir. tut. & l. si patr. ff. eo tit.
i l. si mulier, la 2. C. ad Vell. & l. si pater, C. de sponsa. cum simi.
k §. sed hodie, & §. cum aūt, sup. de adopt. & l. si arroga. de vulg. & pupill.
l in d. l. natural.
m in gl. verb. cōfirman.
n fa. l. & quia, 6. cū ibi not. de iurisdict. om. iud. & l. iure nostro, de testa. tut. l. si ut proponis, C. de confir. tut.
o l. adoptio, de adopt.
p l. quærebatur, 22. de test. mil.

debet Index tutorem. vnde vtcunque aduersante Accursio, concluderem, quod tutor filio emancipato, in testamento patris datus, & secundum eius uoluntatem confirmatus, non datiuus, nec propriè testamentarius sed testamento similis existimetur, [q] *maximè in duobus: quia non exigitur ab eo satisdatio, & se excusans à munere tutelæ,* [r] *priuatur legato, sicut testamentarius.* 10 *Ideoque eum non excludi à legitimo tutore puto; quod & ex Titulorum in Pandectis ordinatione probari potest: vbi titulus § De confirmando tutore, § præcedit tit. § De legit.* [s] *tut. § Sed ex diuerso, si ante confirmationem eiusmodi tutoris à testatore scripti, alius à competenti Magistratu datus sit: hunc datiuum tutorem, talis tutor similis testamentario reycere non potest: quia id quod iure gestum est, reuocari non* [t] *debet.*

q l. 3. de confir man. tut.
r l. Nesennius, 32. al. 35. de excus. tutor.
s Tractat 1. l. pe. si furioso puberi. d cur. at. furiosi. & l. creatiõib. C. de epis. aud.
t d. l. si vt propo nis, C. de con fir. tut. & Dd. C. eo. in l. neque 2.

QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSS. TIT. XIIII.

In Rubr.

1 *Continuatio præsentis tituli.*
2 *Epitome siue summa eiusdem.*

Inter 1 *tres tutelarum species testamentariam cæteris præferri,* [a] *suprà docuimus: expositúq; est, quibus tutores testamento dari possint: quare nunc eam rem latius expendit Tribonianus:* 2 *subycitque quanam sint hæ personæ, quæ rectè testamento tutelæ præficiantur: deinde, quando utiliter dentur: postremo, quibus personis dentur. Et sic hoc in titulo explicatur circumstantia personarum & temporis.*

a sup in § permissum, nu. 1. de tutel.

In princip. tit.

1 *Paterfamiliàs tutor esse potest.*
2 *Item & filiusfamilias.*
3 *Filiusfamil. potest patrem sine uenia tutorio nomine in ius uocare.*
4 *Seruus tutor dari non potest.*
5 *Seruus proprius rectè tutor scribitur, etiam sine libertatis datione.*
6 *Directa libertas, & fideicommissaria.*
7 *Seruus proprius per errorem quasi liber tutor datus, non fit tutor.*
8 *Error impedit & actum & consensum: idque exemplis aliquot declaratur.*
9 *Quando pater nomine tutelæ per filium gestæ teneatur.*
10 *Pater cogitur satisdare pro filio tutore datiuo.*
11 *In tutela testamentaria pater filio se inuitus non obligat.*
12 *Quando pater præsumatur filiofamiliàs tutori consensisse.*

a l. 13. ille a quo §. vl. ad Treb. l. filiusfa. De his q sunt sui vel al iur.

a Dari autem tutor potest testamento, non solum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias. b Sed & seruus proprius, testamento cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendũ est, eum, & sine libertate tutorem datum, tacitè libertatem directam accepisse uideri: & per hoc rectè tutorem esse. c Planè si per errorem quasi liber, tutor datus sit: aliud dicẽdum est.

a. *Dari autem Personæ § enumerantur, quæ possint tutelæ præfici.* 1 *Et dubium non est, quin liberi homines, patresfamilias maiores, & sanæ mentis, possint testamento scribi tutores. De filijsfamiliàs, uerò & seruis dubitabatur. Ideoque* 2 *& illud statim à principio tituli remouet, statuens filiosfa. indistinctè posse fungi munere tutelæ, non obstante potestate patria. Ideo fortè, quia tutela ad publicas functiones refertur, in quibus filius patriæ potestatis ius non sequitur:* [a] *Adeo, quod etiam tutorio nomine uersari in Iudicio sine patris uenia,* [b] 3 *patremque ipsum pupilli nomine cuius tutelam gerit, sine Prætoris uenia in ius uocare possit, quod alias propter patriam reuerentiam non* [c] *potest.*

b. *Sed & seruus. §* 4 *Seruus tutor dari non potest,* [d] *quia est iuris ciuilis,* [e] *cuius iuris seruus nõ est particeps.* [f] 5 *Seruus tamen proprius testamento tutor scribi põt: ideo fortè, quod in tutela administrãda nõ conditio aut fortuna hominis, sed fides & integritas perpendẽda est. Nã quod seruus quispiam sit ex necessitate & malignitate fortunæ prouenit: potest tamen libero, prouido, & fideli esse animo. Non autem refert, siue cum libertate: ueluti, § Stichus liber & tutor esto, § siue omissa libertatis datione seruus tutor cõstituatur: ut, § Stichus tutor esto, § semper enim & tutor, & liber efficitur. § Quoniã § (vt Paulus* [g] *respõdit) § placet seruũ, qui à domino tutor est datus, libertatẽ quoq; meruisse uideri. § non quidẽ fideicõmissariã (ut olim,) sed directam,* [h] *ex tacita scilicet & præsumpta domini uoluntate. Et quidẽ ex benignitate cõtra iuris ciuilis regulam. Neq;. n. putandus est inutiliter uoluisse filio tutorem relinquere, cum seruus in seruili statu manens, tutelæ officio (quod iuris Ciuilis est) fungi* [i] *nequeat.* 6 *§ Directa libertas; est, quæ nullius fidei cõmittitur, sed statim ex uerbis testamẽti cõtingit, ut si testator ita dicat, § Lego Sticho seruo meo libertatem §; hic seruus statim post mortẽ testatoris, ipso iure, & sine facto hominis, idest, sine manumissione hæ*

b Gl. & Bar. in d. l. vlt. §. necessitatẽ, C. de bon. quæ lib.
c l. 3. § 1. ff. de in ius voc.
d l. 7. in seruili. C. qui dã. tut. vel cur. po. &c.
e vt sup. in defin. tut. n. 10. dictum est.
f l. quod attinet, ff. de R. I.
g l. quarto. 32. §. Luc Titius. de test. tu. fac. §. ideq; iuris. sup. quib. ex caus. ma. non licet.
h l. 9 etsi nõ ad scripta. C. de fideicom. lit.
i d. l. in seruil. C qui dar tu. pos. & l test. ff. de test. tut.

 redis,

redis, ſit liber. ❡ Fideicõmiſſaria eſt, ❡ vbi teſtator fidei hæredis cõmittit ĩ teſtamẽto, vt ſeruũ eius manumittat: hic non ſtatim ipſo iure liber eſt, ſed deſideratur factum hominis, ideſt, hæredis inſtituti manumiſſio. [k] ❡ Planè ſi. ❡ Limitatur præcedens dictum: 7 tum demũ ſeruus proprius rectè tutor ſcribitur, ſi teſtator certo ſciuit, eum ſeruitutis macula notatum eſſe. Nã ſi inſto errore, qui voluntati & conſenſui maximè repugnat, ſeductus, ſeruum ſuum tutorem nominauerit, cum putaret eũ liberalis eſſe cõditionis, ſeruus tamen eſſe deinde comperiatur, neque liber, neque tutor erit. Sic [l] Vlpianus. ❡ Si quis, ❡ inquit, ❡ tutorẽ ideo ſcripſit, quia liberum putauit, certiſſimum eſt, neque libertatem peti poſſe, neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari. ❡ 8 error enim in conditione perſonæ, quæ ad actum aliquem idonea non eſt, impedit eum: ſicut & hoc loci error in libertate tutoris, vitiat tutelam. Sic ſi per errorem conſenſum ſit in Iudicẽ, nihil valere quod actum eſt, Vlpianus [m] reſpõdit. Quid. n. tam contrarium eſt conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit? Eodem modo error in ſpecie contractus, eũ infirmat; [n] item & in dominio error trãslationem impedit [o] dominij. Quomodo aũt contingere poſſit, vt dominus ſeruum ſuum pro libero habeat, Accurſius [p] ad tex. ſatis docet. 9 Porro ſcrutari conuenit, mouẽte id gloßatore, quãdo pater nomine tutelæ per filium geſtæ obligetur? In hoc dubio ſic concludere ſoleo. Si filiusfamilias teſtamento tutor ſcriptus, ſciente & conſentiente patre tutelam adminiſtrauit, actione de peculio, & de in rem verſo, tenetur pater, pro tutela male [q] à filio geſta. Nec multũ facit ea ſpecie patris ſcientia & conſenſus, ad obſtringendũ eũ in ſolidum: niſi forte contutore, vel alio quopiam nolente eum facerẽ ſuſpectum, interceſſit pro filio, & quaſi in ſe periculum ſuſcepit. Quod ſi tutor datiuus fuerit, qui in poteſtate patris eſt, tum ſi pater tutelã agnouit, vel gerenti filio conſenſit, cum tutelam omninò attigit, in ſolidum filij nomine obligatur. [r] niſi expreſsè nominationi factæ de filio contradixerit pater: quo caſu magis eſt, vt neutiquam obſtrictus [s] ſit, atq; huius diuerſi iuris cã vulgo rationẽ adducũt. 10 Quia ſi datus ſit à Iudice tutor, poteſt Iudex patrẽ cogere, vt ſatiſdet pro filio tutore: [t] & regulare eſt, ❡ patrẽ quoties cõpellitur cõſentire, ſeque obligare, ſimplici conſenſu ſe obligaſſe iudicari. ❡ 11 Secus eſt in teſtamentaria tutela: vbi cum pater non cogatur, vt uel conſentiat, vel ſe obliget, ideo propter ſuum conſenſum & ſcientiam, ſolidum non debet. Aliam differẽtiæ rationẽ Faber affert, quoniam lex nõ prouidet ita ſedulo, quando parens tutorẽ nominat filio: quia præſumit, patrem, qua eſt in filium paterna affectione, optimum elegiſſe tutorem, ſicut quando Iudex tutore dat de quo non ita confidit. 12 Tum autem demum, ut idem Faber ſubdit, cẽſetur pater conſenſiſſe filio in tutela adminiſtranda, ſi actus aliquis appareat, per quem agnitionis conſenſus probari deprehendiq; poſſit.

k ❡ qui autem. infr. de ſing. reb. per fideicom. reli.
l l. generaliter. §. ſi quis tutor, ff de fideico. libertat.
m In l. 15. ſi per errorẽ, de iuriſd. & l. 2. de iur.
n l. ſi ego, 18. ff. ſi cert pet. ibi Dd.
o l. 3. §. ſubtilius. de cond. ob cauſam.
p In verbo, datus ſit.
q l. Lucius Tit. 22. de adminiſt. tut.
r l. 7. ſi filiusfa. de tut.
s l. 1. C. de filio fam. & quem pat. pro his ten. lib. 10.
t l. vlt. ff. de ſuſpe. tut. & l. ſi quis inter tres, §. Imperator, de exc. tuto.

§. Seruus autem.

1 Seruus alienus ſub conditione libertatis tutor datus, redimendus eſt ab hærede.
2 Seruus alienus purè tutor datus, conſequitur fideicommiſſariam libertatem.
3 Quare ſeruus proprius ſub conditione inutiliter tutor detur.

Seruus autem alienus purè inutiliter teſtamento datur tutor, ſed ita, ❡ Cum liber erit ❡ vtiliter datur. Proprius autem ſeruus inutiliter eo modo tutor datur.

Dictũ eſt de ſeruo proprio: quid de alieno? 1 Et ſeruus alienus ſub conditione libertatis dari tutor poteſt: vt, ❡ Si liber erit tutor eſto. ❡ & tũ cenſetur, quaſi ex fideicõmiſſo fuerit liber eſſe iuſſus, cogiturq; hæres illum luere & manumittere, vt alibi [a] fuſius tractatur. 2 Cæterũ ſi purè datus ſit, ideſt, nõ adiecta illa conditione, ❡ Cũ liber erit, ❡ ait Imperator, eũ inutiliter datũ cenſeri, quod intellige de directa libertate: quia directò non ſit liber, ſicut ſeruus proprius: poterit tamen illi fideicommiſſaria libertas ex hac cauſa defendi, quia uidetur ineſſe prædicta libertatis conditio, niſi teſtatoris uolũtas manifeſtiſſimè [b] refragetur. Et Vlpiano [c] authore, non tantum fideicommiſſi verba, ſed & mens teſtatoris tribuere ſolet libertatem, fideicommiſſariam, ideoque ad hæredem pertinet, contrariam teſtatoris voluntatem probare. Interim verò, quamdiu conditio non extat, eaue de re diſceptatur, ſufficiendus eſt à Iudice tutor [d] datiuus. 3 Sed qui fit, proprium ſeruum ſub conditione inutiliter tutorem ſcribi? an quia, cum in ære & poteſtate teſtatoris ſit, conferre libertatem, eam non conferendo, videatur actum [e] eludere? quod in ſeruo alieno ceſſat. Quare id in odium domini (vt Faber ait) receptum eſt, qui quod purè facere poteſt, contra pupilli utilitatem comperendinare & differre ſuſtinet.

a § Libertas, if. de ſing. reb. p fideic. relict.
b l. 10. ſi hær. §. vlt. & ibi Bar. de teſt. tut. & l. 9. ſi non ad ſcripta. C. de fideic. liber.
c l. generaliter, §. cæt. ff. de fideicom. liber.
d §. 1. inf. de Atiliano tut. & l. ſi pupillorũ. C. hoc tit.
e Argumento. l. cu hæredes. §. 1. ff. ſtatu li.

§. Furioſus.

1 Furioſo interdicitur bonorum adminiſtratio, & ad agnatos deduci iubetur.
2 Furioſus qui dilucida habet internalla, rectè tutelæ præficitur.
3 Furioſus penè tutor dari poteſt.
4 Donec teſtamentaria tutela ſperatur, legitimæ non eſt locus.
5 Minor ætate tutor ſcribi poteſt, ſed non erit tutor, niſi maior effectus.
6 Interim ſubrogatu, tutor à Iudice.
7 Furioſus & minor poſſunt tantum à teſtatore, non etiam à Iudice tutelæ præfici.

Furio-

Furiosus, vel minor vigintiquinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum cõpos mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

Videbatur § *furiosum non posse tutorem dari, ea ratione, quoniam tutela eum hominem desiderat, qui & impuberes imbecillitate ætatis infirmos possit defendere, rebusque gerendis sit idoneus: quod in furioso non est.* 1 *Quo nomine duodecim tabularũ lege interdicitur illi bonorum suorum administratio* [a] *iubeturque ad agnatos,* [b] *vt eum custodiant, deduci.* 2 *Quia verò furiosi plerumq; non continua mẽtis alienatione intellectu carent,* [c] *sed intervallis quibusdam sensu saniores sunt: propterea obtinuit furiosum in testamento tutorem nominari posse; sub ea tamen conditione, vt si quando furere desierit, sibique ipsi restitutus fuerit, tutor sit.* 3 *Idem est, & si purè tutor scriptus sit: quia tacitè censetur dationi inesse hæc conditio, cum sapere cœperit; quod contra Proculum Vlpianus ex Pomponij* [d] *authoritate probat. Cæterũ, illo interim existente in furore, alius surrogabitur tutor à Iudice, non autem admittetur legitimus.* [e] 4 *Quamdiu enim tutela testamentaria speratur, legitimam cessare, traditum est. Nunc ad ætate minorem. Is vtiliter tutor dari videbatur: cum ætate multo minori permissum sit, & testamenta condere, & libertates relinquere, & pro alijs postulare,* [f] *& iudicandi quoque munus subire, imò & suis filijs in testamento tutorem nominare.* [g] 5 *Verùmtamen quia tutor magis personæ, quam* [h] *rebus datur, & intra vigesimũquintum ætatis annum fragile atque infirmum adhuc est adolescentis consilium, constitutum* [i] *est, vt possint quidem tutores ordinari, sed sub ea conditione, vt tum demum tutela fungantur, vbi vigesimumquintum ætatis annum excesserint.* 6 *Et quemadmodum de furioso diximus, ne pupillus interim negligatur, Iudicem prouidere debere, vt interea datiuus sit tutor ita quoque, si pro minore, Iudex tutorem dederit, is sese rursus abdicabit tutelæ officio, si minor ad legitimam ætatem peruenerit.* 7 *Iudex autem vel præses, furiosum aut minorem tutorem dare nequit, sed testator solum. Iudex enim inquirere debet, ut utilis constituatur, & qui statim administrationẽ assumat. Sed testatore viuente non opus est tutore: fierique potest, ut interim furiosus menti restituatur, & minor legitimam ætatem adipiscatur, sicque conditio eueniat. Quod si non eueniat, per Iudicem tamen prospici potest pupillo per datiuum tutorem, ut interim defendatur.*

a l. 1. & l. sæpe, de cur. furios.
b l. diuus Mar. de off. præsidis.
c d. l. diuus.
d l. 10. si hæreditas, §. si furiosus, de testam. tut.
e l. 11. si quis sub cõd. h. tit.
f Vide § vlt. & pen. sup. qb. ex cau. ma. nõ licet.
g l. 1. §. quãuis, de admin. tut.
h inf. eo. §. seq.
i l. 1. de minorib.

§. Ad certum tempus.

1 *Ad certum tempus tutor dari potest in testamento.*
2 *Idem dari potest ex certo tempore.*
3 *Et sub conditione.*
4 *A Iudice sub conditione inutiliter tutor datur.*
5 *Tutor principaliter personæ datur, & in consequentiam rebus.*

a Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis institutionem posse dari tutorem, non dubitatur, *b* Certæ autem rei vel causę tutor dari non potest: quia personæ, non causæ vel rei, tutor datur.

a *Ad certum* § *Recensitæ, sunt personæ, quæ in testamento possunt tutelæ perfici: iam de tẽpore subdit, quando vtiliter dentur. Et triplex hic tempus præfinitur tutelæ.* 1 *Potest enim tutor aut ad certum tempus dari, vt,* § *vsque ad Pentecosten tutor esto.* § *quod solum in testamento* [a] *licet. & tunc elapso tempore desinit talis tutelam gerere.* 2 *Aut datur ex certo tempore: veluti,* § *Kalendis Martijs tutor esto.* § *cuius natura hæc est, vt ante diem nõ administret, interimq; alius tutor subrogetur à* [b] *Iudice.* 3 *Aut verò sub conditione, ita, quod præsente conditionis euentu tutor esse incipiat: quo casu, datiuus tutor interea sufficiendus est. Quod si ad certam atque præstitutam conditionem scriptus sit, atque prouenit, vt existẽte conditione tutor esse desinat.* [c] 4 *Hæc tamen omnia in testamentario tutore obtinent: à Iudice verò sub conditione, daretur tutor inutiliter. Diuersitatis ratio est: quoniam si testator sub conditione, vel in diẽ tutorẽ dederit, tamen Iudex interim ex officio, pendente conditione, poterit pupillo prospicere, & tutorem quasi vicarium substituere, ne indefensus remaneat. Quod si Iudex sub conditione tutorem daret, non esset quispiam, qui suppleret istum defectum, damnosumque esset impuberi. Iudex ergò inquirere debet, ut utilis constituatur, & qui statim administrationem subeat.* [d] *Sub tacita verò conditione Iudex tutorem constituere* [e] *potest: quod Aretinus satis declarat.*
b *Certæ.* § 5 *Tutor enim principaliter personæ datur, vt eam, quæ propter ętatis infirmitatem se nequit defendere, tueatur, eamque alat vna cum liberis & seruis, optimisque vitæ moribus* [f] *exornet. Deinde tamen ne res pupilli neglectę diminuantur, aut vitientur, in consequentiam & secundario rebus quoque censetur datus, ut eis prospiciat, & in vsum pupilli ipsas tueatur.* [g]

a §. Præterea, inf. quib. mo. tut. finit.
b l. si quis sub cõd. inf. hoc tit.
c §. sed et si, inf. quibus mod. tut. finitur, l. tutor datus, hoc tit.
d Ita Cy. in Rubrica. C. de testa. tut. & Bartol. in l. muto §. 1. ff. de tut.
e l. furiosus, de tut.
f l. dum plures, §. tutor, de admin. tut. & C. de alim. pupi. præstan. per tot.
g vide l. 24. propter litẽ, §. licet datus, de excus. tutor.

§. Si quis filiabus.

1 *Summa huius §.*
2 *Variæ posthumorum species.*

3 *Filiorum nomen ex sermonis proprietate etiam in postumum cadit.*
4 *Postumus dicitur, qui postremo loco natus est. Ideoque sine aspiratione scribi debet.*
5 *Postumum etiam dici, qui post mortem patris natus est.*
6 *Filij appellatio propriè nepotem non continet.*
7 *In legis dispositione, nomine filij continetur nepos, etiam in odiosis.*
8 *In hominis dispositione etiam regulariter filius non comprehendit nepotem.*
9 *Facilius legis uerba extenduntur quàm hominum.*
10 *Liberorum nomen omnibus descendentibus conuenit.*
11 *Quid iuris, si postumo tutor testamento datus sit?*
12 *Restituta huius §. lectio.*
13 *Posterorum verbo omnes liberi continentur.*

2 Si quis filiabus suis vel filijs tutores dederit, etiam postumæ vel postumo dedisse uidetur, quia filij vel filiæ appellatione, & postumus & postuma continentur. Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati sint? Dicendum est, vt & ipsis quoque dati videantur, si modò liberos dixerit. Cæterùm, si filios, non continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. Planè si posteris dederit, tam filij postumi, quam cæteri liberi continebuntur.

Subnectitur, quibus personis testamento tutor detur. 1 *Tria autem ueniunt hoc §. explicanda. Primũ, an filiorum appellatione contineantur postumi, alterum, quousque filiorum & liberorum producatur nomẽ, tertium, postumo tutor datus an cæteris etiam liberis datus censeatur.* 2 *Et præcognoscendum est, stricta significatione cum dici § postumum, § qui post mortem & humationem patris natus est. Græci interpretes* [Greek] *appellant, quod moriente parente in utero fuerit, quod ad interpretationem legum municipalium siue statutorum Bar. monet obseruandum. Fusiore autem modo, & eum qui facto iam testamento, ante mortem tamen testatoris prodijt.* [a] *Est & aliud genus postumorum, qui ante testamentum nati sunt, sed sublato post testamentum de medio parente incipiunt esse sui, qui nisi hæredes uel exhæredes facti sint, ad instar postumorum testamentum rumpunt, propter quod eos Accursius* [b] *§ quasi postumos § appellat. & loco postumorum esse Iurisconsultus* [c] *tradit. Prima species est propria, alia impropria. Quamobrem* 3 *ex sermonis quidem proprietate filiorum nomen & in postumum cadere, dubium* [d] *non est. Si modo testatoris quoque mens extenditur.* [e] *Si ergo de filiabus testator aliquid disposuit, non aliter de postuma quoq; actum censebimus, nisi ex coniecturis appareat, eum cogitasse, ut postuma nasceretur, ideoque propriam significationem ex interpretatione coarctamus. quæ interpretatio locum non habet, cum contrarijs coniecturis prior præsumptio tollitur. Exemplum. Qui filiabus legauit, si mentionem aliqua parte testamenti postumæ fecit, uidetur in filiarum legato & de postuma* [f] *sensisse. Idem si necessariò postuma admitti deberet, ut in institutione, quia testamentum corrueret. quod & in nostro casu dicendum est, cum filiabus tutores testamento dati* [g] *sunt. Vtilis n. hic actus postumæ est, nec hæreditati damnosus: unde propter fauorem de postumis quoque actum intelligitur:* [h] *Visque uerborum obseruatur.* 4 *Porro Cesellius Vindex explicans apud A.* [i] *Gellium locum Virgilij Aeneid. 6. § Syluius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux Educet syluis. § Postumus ait, nõ eum significat, qui patre mortuo (uel post humatum patrem) sed qui postremo loco natus est. Itaque Tertullia.* [k] *postumum pro postremo vsurpauit: itemque* [l] *Apuleius. Ideo absque aspiratione hoc uocabulum scribi debet, ut in Pandec. Flor. scribitur, idemque in ueterib. Liuij codicib. Sigonius se obseruasse refert: quemadmodum & a Græcis non* [Greek] *sed* [Greek] *effertur.* 5 *Interim tamen uerum est, Postumos etiam uocari eos, qui post mortẽ patris nascuntur, cum præsertim scribat* [m] *Plutarchus,* [Greek] *appellari* [Greek]*, idemque* [n] *Vlpianus, item Caius* [o] *Sex. Pompeius & Varro tradant: ita tamen ut postremo, non ut post humatum patrem postumus natus dicatur, quod etiam confirmat* [p] *Vlpian. ubi postumos posteriores uocat.* 6 *Nunc ad secundum: An filij appellatione nepos comprehendatur, frequenter dubitatum est, prolixeque per Bart.* [q] *& iuris interpretes explicatum* [r] *reperiuntur. Illud autem certum est, (in quo hallucinatur Accursius) propriè filij nomine nepotes, & deinceps descendentes non contineri: Idque ex definitione filij liquet. Nam § filius § is est,* [s] *qui ex uiro & uxore eius nascitur: Vnde hæc uox § filij § simpliciter prolata, de legitimo & naturali est intelligenda, & uerba in potiori significatu accipienda. Hinc efficitur, nepotes ex proprietate sermonis non esse filios, sed ex interpretatione tantum, per quam ex similitudine rationis fit extensio. Quum enim* [t] *Iulianus has regulas conformes ostendat, quod sicut filius etiam filiam continet: ita & nepotes: consequens est, ut sicut masculinum non nisi per interpretationem fœmininum sexum contineat, ita & filij nomen non complectatur nepotes propriè, sed ex interpretatione.* 7 *Quare ut præter cæteros eleganter Alciatus libro Paradoxorum* [u] *tertio distinguit, si de legis dispositione loquimur, generaliter ad nepotes producitur filij uox, non in fauorabilib. tantum, sed etiam* [x] *odiosis. Nisi textus diuersum ius exigat: tunc. n. filij nomen non cadit in nepotem. Exempli causa: Miles a tutela, præterquam filij commilitonis, excusationẽ* [y] *hẽt. Quid si sit nepos? Certè alia est diuersa ratio: quia pater non militauit, licet auus fuerit miles.* 8 *At in hominis dispõne (ut est tutela datio) dictionẽ filiorum ad nepotes non prorogari receptius est: quoniam in eiusmodi materia, regulariter nulla fit extensio: nisi ex coniecturis conijciamus,*

a l. 3. §. i. de inius. rup. gl. ordi. in Rub. C. de post her. instit.
b l. 28. Gallus, in pr. de lib. & post.
c l. 13. postumorũ loco, de inius. rup. & in §. postumorũ loco, inf. in prin. de exhæred. lib.
d l. Nomẽ, 164. de uer. sig.
e vt hic, & l. 17. q filiab. d le. i
f d. l. qui filiab.
g l. 5. si qs filiab. unde præsens §. est desumptus, hoc tit.
h fac. l. qui i vtero, de sta. ho. & quę dixi in §. cum ante, tit præc.
i lib. 2. cap. 17.
k in lib. contra Gnost.
l in Apol. 1.
m in Coriola. & Sylla.
n l. 2. §. i. de inius. rup.
o lib. 14.
p in d. l. 3. §. exclus.
q In l. 220. liberorũ. de uerb. sign.
r Dd. i l. Gallus, §. instituẽs, de lib. & post. l. Luc. de hær. inst. s. l. filium, de his qui sui sunt uel alie. iur.
t. l. iusta. 201. de uerb. sig.
u Cap. 14.
x l. filius, ad Maced. l. senatus, de rit. nupt. l. 2. §. si mater
ad Tertyll.
y l. sed & milites de excus. tut.

proferen-

proferente de nepote quoque sensisse: Vt cum alioqui dura separatio induceretur, [z] vel extranei filiis praeponerentur, [a] vel usus testatoris [b] hoc suaderet, uel aliàs actus effectum non sortiretur, & si quae aliae coniecturae sunt similes. Idem si natura contractus hoc exigat, ut cum uasallus feudum seu (ut Latinè dicā) cliens beneficiarium fundum pro se & filiis accipit: quia natura huius contractus est, ut etiam in nepotes transmittatur. Et praedictae differentiae ratio ea est: 9 Quia facilius legis uerba extenduntur, quàm hominum, cum haec non producantur, nisi ex mentis coniecturae: sed lex uoluntatem semper exploratam habet. Et ideo rectè Iustinianus ex Vlpiani responso [d] hoc loci asserit, cum pater tutorem filiis dederit, non censeri nepotibus dedisse: quoniam tutorem dare, hominis actus est. Sed & alia ratione firmari potest haec decisio: quoniam generaliter traditum est, si filiis prouideatur, propter fauorem, nepotibus quoque uideri prouisum. Cum enim haec ratio non militet, si filiis tutor testamento relinquitur, nepotibus non uidetur de tutore prospectum: nec. n. respectu tutorum ullus est fauor, immò onerosa est tutela: nec multum inde commodi nepotibus oritur, cum cessante testamento, de tutore illis per iudicem prouidendum sit. 10 Porrò si pater liberis suis tutorem scripserit, sine dubio non solum filiis, sed & nepotibus & pronepotibus, caeterisque qui ex his descendunt, dedisse intelligitur. Liberorum. n. nomen latius extenditur, quàm filiorum, [e] omnesq; descendentes continet. 11 Quid verò, si postumis tutor datus est testamento? Et traditum est, nedum filios postumos, sed & caeteros liberos comprehendi, idq; authoritate textus nostri. Ego verò puto postumi nomē ad liberos, nisi ob testatoris [f] ignorantiam, non extendi. [g] Nec obstat quod Iustinianus hic ait, postumis expressis, caeteros liberos contineri: 12 Quoniā Haloander non {postumis} sed {posteris} legit: [h] 13 quorum appellatione certum est, omnes liberos contineri. [i] Vel Theophili interpretationem sequimur, ut qui postumis tutore dato quicunq; natus fuerit, siue filius sit, siue nepos, sub eo tutore qui datus est, erit. [k]

z d. l. liberorū. a d. l. Lucius. b l. alimenta. de alim. legat. c Ias. in d. §. Gallus, §. Institutes. d l. qd si nepoti, de test. tute. e d. l. liberorum. f l. Titius, §. Lucius, de lib. & post. g d. l. qui filiab. h l. 2. quod si nepotes, in fi. de test. tut. i l. 52. qd his, §. fi. ff. de leg. 3. k Theoph. hic, i fin. Loriotus de Nat. axi. 5.

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA TIT. XV.

In Rub.

1. Continuatio tituli.
2. Agnati qua ratione ad tutelam uocentur.
3. Agnatorum tutela quare dicta legitima.

Hactenus [l] de testamentaria dictū est tutela, qua deficiente, quia legitima ut proximior succedit, nunc de ea agitur. Nam si nullus sit tutor testamentarius, uel si pater intestatus obiit, aut cum testamentum faceret, tutorem dare oblitus est, aut is qui datus erat, uiuo testatore decessit: Lex XII. tabularum prouidit eis, ne manerent indefensi. 2 Agnatis itaque primò delata est tutela, & consanguineis: {idque summa factum esse prouidentia, Vlpianus, [m] huius legis rationem tractans,} ait, ut qui sperarent horum habere successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. [n] 3 Quam ob id {legitimam,} quasi ex mente & uerbis legis datam, appellamus. Prosecto hanc prudentiae rationem ciuiliter & urbanè metitus est Vlpianus ex utilitate pecuniaria. 4 Caeterum uera ratio ex iure naturali colligēda est: quia. s. natura ab agnato exigit, cum proximum sanguinis & successionis locum teneat, ut pueri quoque tutelam suscipiat, etsi nulla sint eius bona. 5 Et quia legitimam tutelam quadruplicem esse supra [o] docuimus, primùm de ea, quae specialiter & nominatim, ex uerbis ac mente XII. tabularum defertur proximis agnatis, iusta ordinatione, tanquam praecellentiore, submittitur. Postea tractaturus de reliquis legitimae tutelae generibus.

l In l. 1. in pr. de legi. tut. m l. 1. de legit. tu. o supr. de tut. in prin.

In princ. tit.

1. Cognatio genericè accepta in tria diuiditur.
2. Cognatio ex transuerso duas species habet.
3. Agnatio est, quae per mares contingit.
4. Cognatio specifica.
5. Deficiente tutore testamentario, ad agnatos deuoluitur tutela.
6. Hodierno iure sublatas esse differentias inter agnatos & cognatos.
7. Mater & auia hodie possunt tutelae fungi officio, etiamsi sint debitrices & creditrices.
8. In feudis praeferuntur agnati cognatis, etiam hodie.
9.10. Quae exiguntur in tutore legitimo, ut administrare possit.
11. Tutores sine decreto Iudicis non administrant.

Quibus autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodecim tabularū agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt autem agnati, cognati per virilis sexus cognationē coniuncti, quasi a patre connati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepos ue ex eo. At qui foeminini sexus personis cognatione iunguntur, agnati non sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitae tuae filius non est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi codē iure coniungeris: quia qui ex ea nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

Quum duodecim tabulæ agnatos & ad successionem, & ad tutelam uocent, posset uideri illud quoque ad cognatos spectare, cum agnati dicantur cognati esse. [a] *Ne igitur in hoc falleretur quispiã, declarat Imp. qui sint agnati.* 1 *Vnde obseruare conuenit, Cognationis nomen generale in tria diuidi, Parentes, liberos, & eos qui ex transuerso ueniunt, quos ideo transuersales dicimus. § Parentes§ sunt qui nos genuerunt, ut pater, mater, auus, auia, & qui suprà hos sunt. § Liberi§ verò, qui ex nobis geniti sunt, ut filius, filia, nepos, neptis, & qui infra hos sunt. § Transuersales, § qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti sunt, sed stirpem & radicem eãdem habent, ut frater, soror, patruus, amita, & qui ex his nascuntur.* 2 *Rursus § cognatio, § quæ ex transuerso est (de qua hic agendum erit) in duo deducitur, § Agnationem§ s. & § Cognationem.§ Nam hic quoq; cum altera species certo nomine careat, mutuatur nomen sui generis: quemadmodum & de adoptione dictum* [b] *est.* 3 *§ Agnatio§ est, quæ per mares, siue uirilis sexus personas contingit, ut patruus est mihi agnatus, quia* [c] *coniunctus per masculum, s. patrem meum, & agnati vulgò § die Schwertmagen § vocantur. Habent autem agnati idem gentilitatis nomen, easdem imagines, eandem familiam, eadẽ sacra. § Cognatio§ in specie a matre exprimitur: nam qui nobis per fœminas connectũtur, cognati appellantur, & vulgo dicuntur § die Spinmagen, § ut filia sororis, est mihi cognata, quia mihi coniungitur per fœminam, nempe sororem meam. Item filia amitæ mihi cognata est, quoniam me contingit per fœminam, nempe amitã. Priorem speciem Cicero appellat § gentem, §* [e] *posteriorem § stirpem. § Item si generice utaris Cognationis uoce, uel impropriè, fratris & sororis filij erunt cognati, si in specie, non erunt cognati, sed agnati.* 5 *Consectaneum itaq; est, q. si pater non relinquat tutorem testamentarium, filij impuberis tutelam ad agnatos, qui per masculini, non fœminini sexus personas coniunguntur, deuolui.* 6 *Cæterum, tametsi hæc inter agnatos cognatosq; differentia procederet de iure antiquo, tamq; pagnati in successionib. & tutelis excluderet penitus cognatos, pp familiarum dignitatem* [f] *conseruandam: iure tamen Nouellarum sublata est, constitutumque ut æqua lance ad successionem & tutelam proximiores gradu ueniantur, siue sint agnati, siue* [g] *cognati, dummodo masculi & perfectæ ætatis sint, nullaq; lege prohibeantur tutelam suscipere, neque exceptione competente utantur. Mulierib. certè interdicitur tutelæ subire officium, ne uirili fungantur munere nisi mater aut auia fuerit.* [h] 7 *Nam hodie mater & auia, si secundis nuptijs & S.C. Vell. renũcient, omnib. agnatis & cognatis in tutela præferuntur:* [i] *vsque adeò, vt ẽt debitrices & creditrices existentes non repellantur.* [k] 8 *Licet autem quo ad prædicta, agnationis & cognationis discrimen, quoad successionem in bonis allodialib. sit sublatum: in feudis tamen agnati ẽt hodie, prærogatiua gaudent præ cognatis, nisi sit feudum fœmineum.* [l] *Sed nec hoc ignorandum est, quamuis proximus agnatus constituatur a lege tutor: non potest tamen administrare tutelam, nisi quinque interueniant.* 9 *Primò, necesse habet tutor conscribere Inuentarium: alioqui præsumitur dolo malo suscepisse tutelam, teneturq; in id, q. pupilli interest, quod ex iureiurando in litem æstimatur.* [m] *Id tamen tutori in testamento nominato indulgere potest testator. Et in istud Inuentariũ omnia, quæ in pupill. bonis comprehenduntur, nominatim referenda sunt, requisito ad id publico literarũ architecto, siue tabellione.* 10 *Deinde oportet, iureiurando affirmet tutor, se casturũ, quæ in rem pupilli erunt, & inutilia prætermissurum.* [n] *Tertiò, ut expressè promittat, se defensionem pupilli sine dilatione* [o] *suscepturum. Quartò, ut satisdet cum fideiussore aut pignoribus, rem pupilli saluam fore.* [p] *Postremò, ut ei prius administratio tutelæ per Iudicem decernatur, atque ita bona pupilli decreto Iudicis* [q] *recipiat.* 11 *Quod locum habet in omni tutore, præterquam testamentario, quando hoc sibi remissum foret per testatorem. Et istud decretum a Iudice, sub cuius iurisdictione est pupillus, porrigit effectum suum etiam ad res in alio territorio sitas, nisi contradictor esset, quo casu scribendum est alij Iudici, ut mittat in possessionem rerum* [r] *pupillarium. Posset tamen tutor, supradictis non interuenientibus, ad commodum pupilli administrare, & alienare tempore peritura, quæ moram non paterentur, aut ætatem* [s] *non ferrent.*

§ Quod autem lex.

1 *Intestatus quis propriè dicatur?*
2 *Intestabiles qui?*
3 *Intestatus quo ad tutelam.*
4 *Testamentaria tutela & legitima nullam inter se differentiam recipiunt.*

Quod autem lex duodecim tabularum ab intestato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet significationem, si omninò non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit, quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is qui datus est tutor, viuo testatore decesserit.

Intestatus 1 *propriè is dicitur, qui cũ posset testamentum facere, testatus non est, uel testatus est, sed hæreditas non est adita, uel ruptũ aut irritum est testamentũ.* [a] 2 *Planè qui testari non poterat, propriè non est intestatus, sed intestabilis, ut est impubes, furiosus, uel cui bonis interdictũ* [b] *est. Quo nomine censuit* [c] *Baldus, si lege municipali caueatur, ut mortuo filio intestato, mater ab eius excludatur successione.*

a l. nõ facilè, & l. iurisconsultus de grad. affin. b sup. de adop. in prin. c l. sunt aũt, hoc tit. e lib. de Orato. f l. i. § pe. versi. publicè. n. interest. de ventre inspicien. Nouel. 118. g §. ex his ãt, de hær. ab intest. uen. coll. 9. & auth. sicut hæres. C. d leg. tu. h d. §. ex his aũt, & l. 2. C. qn mul. tu. off. fũgi pos. d. ca. n. tot. de legit. patr. tut. i d. §. ex his aũt, auth. matr. & a. seq. C. quã mul. tutel. &c. l. nẽm marit. 6. C. ad S.C. Vel. k Nouel. 94. vide q̃ dixi inf. ti. de legit. patr. tut. nu. 7. l Zas. i vsib. feu ca. 8. de feud. success. m l. 8. tutor q re pertoriũ d ad min. tu. l. 6. C. arb. tu. & l. fi. C. de cur. fur. n §. fi. in Nouel. ut hi qui ob. ha. p. res min. o l. fi § defectione, C. de ad. tu. ubi Bar. & vide Anglcõ. fi. 229. vol. 1. p Vide inf. de satisd. tut. q l magis puto, § si ud, ff. reb. eorũ q̃ sub tu. vel cu. sunt. r l. si unus, § vlt. ff. de bo. auth. iu. pos. Bar. in l. pupillo, ff. de tut. & cur. datis ab his. s d. l. tutor q re per. cir. p. & d. l. ul. i. n. C. de adm. tut. Bar. in l. legitimus, ff. de legit. tut.

a l. 1. ff. de suis & legit. & inf. de hære. quæ ab intest. defer. in prin. b Iuxta gl. in l. cum antiquiorib. C. de iure deliber. c In l. intestato. ff de legit. tutor.

nemon fore locum legi, si filius intra pupillares annos decesserit, cum tũ nõ intestatus, sed intestabilis decesserit. 3 Sed quo ad tutelã, eum intelligimus intestatum, qui facto testamento obijt, in quo non disposuit de tutore, vel cuius dispositio, quo ad tutelam, effectum sortiri non potuit: ut quia tutorem scripserit, is tamen uiuo testatore decesserit: tutela enim eius ad agnatos reuertitur. Quando autem deficiente testamẽtario tutore, locus fit legitimo & datiuo, 4 quodque tutela testamentaria & legitima nullam inter se recipiant societatem, Accursius [d] & Aretinus [e] satis enarrant, ad quos breuitatis gratia fit remissio.

d In l. si quis sub cond. ff. de testam. tut.
e Hic.

§. Sed agnationis.

1 *Agnatio iuris ciuilis, cognatio iuris naturæ est.*
2 *Præcipua inter agnatos & cognatos differentia.*
3 *Ciuile ius ciuili tollitur.*
4 *Cognationem ius Ciuile tollere nequit.*
5 *Vnumquodque eo genere dissoluitur, quo ligatum est.*

a Sed Agnationis quidem ius b omnibus modis capitis deminutione c plerumque perimitur: nam agnatio iuris ciuilis nomen est, Cognationis verò ius d non omnibus modis cõmutatur: quia e ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia verò non vtique.

a *Sed agnationis* } *Hinc notandum,* 1 *agnationem esse iuris ciuilis, sed cognationem, quæ iure sanguinis indistinctè inter fœmellam & masculum natum contigit, esse iuris naturalis. Et quanquam plures sint differentiæ inter agnatos & cognatos:* 2 *tamen illa, quam hic §. continet, est omnium præcipua. Nam cum agnatio sit iuris ciuilis, fit interdum quod ea per contrarium ius ciuile tollatur, scilicet per capitis deminutionem.* 3 *Quia regula est, quod* } *ciuilia possint tollere ciuilia.* [a] 4 *Secus est in cognatione, quam ius ciuile perimere aut extinguere non potest. Hæc enim iuris naturæ est, propter sanguinis necessitudinem, quã in natiuitate, siue masculi simus siue feminæ, consequimur. Sanè ius ciuile ea non potest tollere, quæ sunt iuris naturalis.* 5 *Debet enim unumquodque eo genere dissolui & tolli, quo iunctum & colligatum* [b] *est. Vnde, etsi ciuilis lex id agat, ut quis nomen & ius familiæ perdat, & sic non sit agnatus: non potest tamẽ facere, vt non sit filius eius, ex quo naturaliter progenitus est.*

b *Omnibus modis* } *idest, quauis capitis deminutione, maxima, media & minima.*

c *Plerumque* } *Hoc articulo exceptio inducitur, qua scilicet agnatio non tollitur capitis deminutione. Est enim Constitutio Anastasii, ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam successionem, tutelam, & curam vocantur.* [c] *Est & Inst. Constitutio ex qua fratrum emancipatorum filij uocantur.* [d]

d *Nõ omnibus modis* } *Sensus est: licet ius ciuile ea quæ sunt iuris naturalis, aliquãdo inflectat, & corrigat, ac eorum* [e] *effectum in certis quibusdam casibus impediat: tamen non potest ea prorsus tollere & corrumpere.* [f]

e *Ciuilis ratio* } *Hoc est, capitis deminutio corrumpit ciuilia iura, hoc est agnationem.*

a fac. l. nihil tã naturale, ff. de reg. iur.
b d. l. nihil tam naturale.
c §. 1. inf. de suc cess. cognat. l. frater eman cipatus, 4. C. de legit. tut. l. ne lucrum, 5. C. de cur. furios.
d l. vlt. C. de legit. hæred.
e Iuxta §. quod autem, infra tit. seq.
f Iuxta l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.

DE CAPITIS DEMINVTIONE. TIT. XVI.

1 *Verbi (caput) varia & multiplex acceptio, & num. 2.*
3 *Tributum capitis, & censa capita ciuium.*
4 *Diuisio in capita & stirpes.*
5 *Capite minui: capitis deminutio.*
6 *Quid capitis deminutio?*
7 *Tres sunt status species.*

Est autem capitis deminutio, prioris status mutatio, eaque tribus modis accidit. Nã aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam uocant,) aut minima.

1 *Varia & multiplex est huius voculæ (caput) acceptio. Primum quidem caput, quia principale hominis membrum, & rationis sedes est, ideò αὐτενδοχικῶς, pro toto homine ponitur,* [a] *& sic pro* [b] *persona. Sic etiam caput dicitur, quodcunq; in recensione numerũ efficit, à Dialecticis Indiuiduum appellatũ. Hinc in gregibus & armentis tot capita numerantur, quot bestiæ sunt. Vndè, in locum demortuorum alia substituere apud* [c] *Vlpianum extat. Quo eodem modo Vlp.* [d] *ita scripsit. § Et cum paterfam. moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint singulas familias incipiũt habere.* 3 *Hinc tributum capitis dicitur à Iuris cõsultis quod in singulas personas* [e] *imperatur. Et censa dicũtur ciuium capita, cũ à Cẽsoribus in lustris condendis eorũ nomina in tabulas publicas relata sunt. Hinc apud Papinianũ,* [f] *qui se arrogandum dat, cum capite fortunas quoque suas in aliam domum ac familiam transferre dicitur, idest, cũ sua persona, vt vulgus loquitur.* 4 *Hinc* } *diuisio in capita,* } *idest,* [g] *in viriles partes, quod Iustinian. κατὰ τὴν προσωπικὴν interpretatur, s. vt æquales partes quisq; ferat: cui opponitur ea, quæ* } *in stirpes* } *dicitur.* 5 *Hinc cum ordinis alicuius quoddam ius est proprium ac præcipuũ, si quis ex illo ordine moueatur, in quo caput siue*

a l. 2. ff. de publ. iud. §. de c. dem. & l. pe. §. test. ff. de bon. poss. sec. tab.
b l. 1. §. vlt. & l. 3. ff. de rei vẽdit.
c l. 8. & l. 70. ff. de vsufru.
d In l. pronũciatum, ff. de verbor. sign.
e l. 3. & l. vlt. ff. de censib.
f l. 11. §. 2. ff. de bon. poss.
g l. 2. §. 1. ff. de suis & leg. §. nostra autẽ, inf. de suc. q ab int. defer.

siue numerum obtinebat, ‡ capite minutus ‡ dicitur; id est, iure illo, quod illius ordinis erat proprium, priuatus & deminutus. Hinc ergo capitis deminutio apud [h] *Iurisconsultos, & Iustinianum in hoc tit. Nā vtrobiq; caput sine dubio ius significat ex eo alicui quæsitū, quod caput siue locū in ordine aliquo, cuius erat illud ius, obtinet. Qua de causa Paulus* [i] *I.C. seruum capite minui negat: ‡ quia nullum ‡ inquit, caput habet. ‡ Et inde dici solet, ‡ Seruum non habere caput, ‡ id est, certum ordinem & statum, sicut liberi homines habent. Et hac voce veteres quoque vsos ita esse, satis constat; Sic Cic. quoq; in Oratione pro L. Quintio, item* [k] *Paulus &* [l] *Vlpianus vsi sunt. 6 Quid autem sit capitis deminutio, hic declaratur in textu* [m] *nempè, ‡ prioris status commutatio, ‡ nempè, ademptio iuris eius, quod quis vel ex libertate, vel ex Ciuitate, vel ex Agnatione, siue Familia proprium habet. 7 Has enim tres species status continet: quas deminutio capitis aliquando vel simul, vel vnum separatum tollet.*

h ff. de c. demi. & multis alijs locis.
i in l. 3. de cap. dem.
k In l. 2. ff. de interdict.
l In l. 2. & in l. capitalium, ff. de pœnis.
m Et per tot. ti. ff. eod.

§. Maxima

1 *Ad mortem condemnatus, hodie fit seruus pœnæ.*
2 *In metallum opusue publicum damnatus, hodie liber manet.*
3 *Ob quas causas patronus libertum in seruitutem redigat.*

Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & Libertatem & Ciuitatem amittit, quod accidit his, qui *a* serui pœnæ efficiuntur, atrocitate sententiæ: *b* vel libertis, vt ingratis ergà patronos condemnatis, vel his, qui se ad precium participandum venundari passi sunt. Minor siue media capitis deminutio est, cum Ciuitas quidem amittitur Libertas verò retinetur; quod accidit ei, cui aquæ & igni interdictum fuerit, vel ei, qui in Insulam deportatus est. Minima capitis deminutio est, cum Ciuitas retinetur & Libertas, sed status hominis commutatur, quod accidit his, qui cum sui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse, uel contra, ueluti, si filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus. Seruus autem manumissus, capite non minuitur, quia nullum habuit.

a *Serui pœnæ. ‡ Qui sint isti, alibi* [a] *à nobis explicatum extat. 2 Quibus adde, quod etiam hodie ad mortem condemnatus, seruus pœnæ fiat.* [b] *2 Sin verò quis saltem in metallum, opusue perpetuum fuerit damnatus, iure nouissimo seruitutem non incurrit, sed liber remanet.*

b *Vel libertis. ‡ 3 Quæ autem iustæ sint causæ, propter quas patronus libertum rursus in seruitutem redigere potest, alibi* [c] *Doctores post Accursium latè retulerunt.*

c *Qui se ad precium. ‡ In hoc exemplo quæ requiruntur, supra satis declaratum est. Itaque tum dicta ad huius loci declarationem facilè transferri possunt, vt vlteriore declaratione non sit opus.*

d *Nullum caput. ‡ Id est, nullum certum statum & ordinem, sicut liberi homines. Neque enim vel Ciuitatis, vel Familiæ (in quibus caput, hoc est, status hominis consistit) ius habet vllum.* [d] *Ideoque per manumissionem capite non dicitur minui: quomodo enim amittere aut mutare quisquam potest, quod nunquā habuit?*

b In § penult. infra quibus mod. ius pat. pot. sol.
b l. si quis filio, 6 §. irritum, de in iust. rup. test.
c Nouel. 22. §. illud, & ita intelligi debet Auth. Sed hodie, C. de don. inter vir. & vxor. per quā corrigit hic, §. in responso. Ita Bart. in l. qui uti, ff. de pœn.
d Gl. & Dd in l. 1. ff. de libe. & eorum lib.
e In §. vlt. sup. de iure pers.
f l. 3. §. vlt. ff. eod. in l. 2. & l. 3. ff. de senato.

§. Quibus autem.

1 *Senatu motus infamiam patitur.*

Quibus autem dignitas magis quam status permutatur, capite non minuuntur, & ideo à Senatu motos capite non minui constat.

1 *Quoniam is ‡ qui à Senatu motus est, nec Ciuitatem, nec etiam Familiam amittit, rectè hic dicitur, eum non posse capite minui. Interim tamen verum est, si ob delictum moueatur aliquod, infamia ipsum notari, atque inter infames referendum esse, id quod Interpretes* [a] *alibi docent.*

§. Quod autem.

1 *Ius agnationis omni capitis deminutione tollitur.*
2 *Ius ciuile ciuilia tollit, sed non naturalia.*
3 *Ius ciuile effectus iuris naturalis impedire potest.*

a Quod autem dictum est, manere cognationis ius etiam post capitis deminutionem, hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio; nam si maxima capitis deminutio interueniat, ius quoque cognationis perit, vt puta, seruitute alicuius cognati: & ne quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed etsi in Insulam quis deportatus sit, cognatio soluitur. *b* Quod autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiore gradu sunt, vel, si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet; veluti si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam uocantur.

Quod

a Quod autem] Latius declaratur in hoc §. quomodo accipiendum sit, quod in fine præcedentis tituli dictum est, §. Ius ciuile nunquam posse cognationem tollere. 1 Sciendum ergo, ius agnationis, idest prærogatiuam illam, quod agnati præferantur cognatis in successionibus & tutelis, omni capitis deminutione perimi. Et enim hæc prærogatiua concessa est agnatis à iure ciuili, ita rursum eis ab eo iure adimitur. 2 Ciuilia, n. tollunt ciuilia. Ius verò cognationis cum sit iuris naturæ, non potest tolli à iure ciuili, ciuilia enim non possunt tollere naturalia. Contra hoc videtur §. noster pugnare, in quo dicitur, cognationem tolli à iure ciuili per maximam & mediam capitis deminutionem, ergò ciuilia tollunt naturalia. 3 Respondeo: ciuilia vtcunque non possint tollere ius naturale, ipsius tamen effectus & officia impediunt, & quamuis nulla lege affici possit, vt qui pater vel frater est, desinat esse pater vel frater (Iura enim sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt [a]) hoc tamen ius ciuile potest, ne frater fratri, aut pater filio succedat.

b Quod autem.] Generalis parænesis ad superiorem tit. De legit. agnatorum tutela.

a Inquit reg. in l. iura sang. ff. de reg. iur.

DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA. TIT. XVII.

1 Patronorum tutela quare vocetur legitima.
2 Differentia inter legitimam agnatorum & patronorum tutelam.
3 Mens legis consideratur, deficientibus verbis.
4 Ex mente legis datur directa, ex interpretatione vtiles.
5 An fœmina hanc tutelam accipiat.
6 Tutela munus virile.
7 Auia & mater quomodo tutelam assequantur.

a Ex eadem lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: b non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, c sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hæreditates libertorum, libertarumque si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberosue eorum pertinere, crediderũt veteres, d voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: e cum & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, eosdem & tutores esse iusserit: f quia plerumque vbi successionis est emolumentũ, ibi & tutelæ onus esse debet: g Ideo autem diximus plerumque: quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hæreditatem vocatur, quum alius sit tutor.

a Et eadem] De altera legitimæ tutelæ specie, quæ] patronorum] est circa personas impuberum libertorum subiicit. 1 Quæ pariter vocatur] legitima:] non quia per legis expressa verba, sed quia per eius mentem sit introducta. quod text. eleganter aperit. [a]

b Non quia nominatim.] 2 Et in hoc differt legitima agnatorum tutela, quæ nedum ex mente, sed etiã ex verbis legis colligitur.

c Sed quia perinde.] Declarat Iustinianus, quomodo ista voluntas & mẽs legis in nostro casu eliciatur.

d Voluisse legem.] Scilicet tacitè tantum, etsi hoc verbis non fuerit expressum.

e Cum & agnatos.] Confirmat à simili.

f Quia plerumque.] Subiicit collectionis huius rationem. [b] 3 Et hinc porro colligitur, aliquando mentem legis, vbi verba deficiunt, inspiciendam considerandamque esse. Quo nomine contra legem facere illum traditum est, qui verba, non mentem legis amplectitur. [c] Et celsus,] nescire eum leges] tradidit,] qui verba tantum tenet. [d] Estque magna inter Iurisconsultos & Rhetores disputatio] de voluntate legis & iure scripto.] 4 Hinc ait Bartolus, actionem quæ propter mentem legis datur, directam esse, non utilem. Secus vbi datur, ex interpretatione legis, vel à similitudine, vel à paritate. [e]

g Ideo autem.] Exceptio à priori ratione. 5 Nam si fœmina seruum impuberem manumittat, ipsa ab intestato successionẽ sperat, tutelam autem non suscipit, sed ea ad proximum agnatum vel cognatum deuoluitur. 6 Tutela n. virile munus est, ideo fœminæ non permittitur, [f] 7 præterquam matri & auiæ: quæ ex Iustiniani constitutione secundum ordinem etiam ante agnatos ad tutelam admittuntur, licet debitrices sint pupillorũ, vel creditrices. Si modo inter gesta nuptiis aliis, & beneficio Senatusconsulti Velleiani renunciauerint: nec exigitur amplius iuramentum de non nubendo. Cõtractis tamen secundis nuptiis expellitur à tutela, manentibus rebus non tam ipsius mulieris, quã noui mariti pro gesta administratione [g] obligatis.

a Et habetur in l. tutela, in princ. de leg. tut.

b Ad quod facit etiam l. 10. secundum naturam, ff. de reg. iur. cum simil.

c l. non dubiũ, C. de leg.

d l. scire leges, ff. de leg.

e l. j. ff. vti possi.

f l. tutela, & l. fœminæ, de tur.

g l. matres, iuncta Nouell. matri & auiæ, & Nouel. Terrium, C. quando mul. tutelæ off. fung. poss.

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA. TIT. XVIII.

1.3 Legitima parentum tutela vnde processerit.
2 Emancipare contracta fiducia.
4 Parentum tutela hodie rectè legitima dicitur.
5 Hæ species tutelæ vt & prox. præced. in desuetudinem abierunt.

Exem-

Exemplo patronorum recepta est & alia tutela, quę & ipsa legitima uocatur; nam si quis filiũ, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filia, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.

TERTIA 1 species legitimæ tutelæ § parentum § est in filios impuberes emancipatos: [a] *quæ partim ex lege XII. tabularum, partim ex Senatusconsulto, & interpretatione Iurisconsultorum, partim ex Iustiniani Constitutione processit; Iure enim veteri, si pater emãcipabat, filium, tollebatur ius agnationis* [b] *& familiæ simulque hæreditates legitimæ interuertebantur, nec pater ad emancipati filij tutelam agnascebatur* [c] *2 Si tamen pater vel auus filium impuberem § Cõtracta fiducia, § idest, specialiter legitima successionis iura sibi reseruando, emancipasset, tunc etiam ex mente legis 12. tabularum, tam ad successionẽ, quam tutelam emancipati vocabatur,* [d] *Secus erat, si emancipatio nulla facta fiduciæ expressione, contigisset, quia sicut à successione, ita & à tutela excludebatur. 3 Postea verò, quia successum temporis ex æquitate quadam succursum est patri emancipati, eidem ex Senatusconsulto omnia penè successionis iura sunt concessa, quæ patrono in liberti bonis tribuebantur,* [e] *ideo Iurisconsulti, quibus permissum erat Iura condere, ducta similitudine à patronis, æquum esse interpretati sunt, vt parentes etiam nulla contracta fiducia, sicut successionem, ita etiam tutelam susciperent.* [f] *4 Et licet huiusmodi tutelam Iurisconsulti non apertè legitimam dixerint, vt quæ à lege XII. tabularum extra fiduciæ præscriptum incognita fuerat: tamen quia hodie ex Iustiniani Constitutione,* [g] *omnis emancipatio quæ fit à parente censetur facta esse contracta fiducia,* [h] *ideo tutela hac ratione patri oblata, verè nunc § legitima §* [i] *dici potest § 5 Hæc autem species tutelæ, vt & superior hodie ab vsu recesserunt.*

a Idẽ habes in l. tutela, §. parens, ff. de leg. tut.
b l. tutelas, §. sed legitimæ tutelæ, ff. de cap. demin.
c l. 1. ff. si à parẽte quis man. & d. §. sed legitimæ.
d Porcius hic, & tex. §. fi. if. de leg. agnat. tut.
e d. l. 1. ff. si à parẽte quis ma.
f §. respõsa. sup. de iure nat.
g Ias. hic in addit. ad Porc. per l. 2. §. obijcitur, & l. ęqßsimum, ff. ad Senatusc. Tertyl.
h l. vlt. C. de emancip. liberorum.
i d. §. i. inf. de legit. agn. succ.

DE FIDVCIARIA TVTELA TIT. XIX.

1 *Patre mortuo, filius natu maior, emancipati tutelam consequitur.*
2 *Fratrem non legitimum, sed fiduciarium tutorem dici.*
3 *Tutela hæc quare dicta sit Fiduciaria.*
4 *Fiduciaria hæreditas & fiduciarius hæres.*
5 *Frater fratri hodie succedit, etiam emancipato.*
6 *Hæc tutela hodie legitima rectè dicitur.*
7 *Explicatur vers. atqui, in tit. nostro.*
8 *Fratres quare non dicantur legitimi tutores fratrũ impuberũ, ad instar filiorũ patroni.*

a Est & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur: nam si pater filium, uel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes, manumiserit, legitimam nanciscitur eorũ tutelã. Quo defuncto, si liberi eius virilis sexus existant, fiduciarij tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, & ceterorum efficiuntur. *b* Atqui, patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores, quoniam filius quidẽ defuncti, si nõ esset à uiuo patre emancipatus, post obitũ eius sui iuris efficeretur, nec in fratrũ potestatem recideret, ideoq; nec in tutelam. Libertus autem, si seruus mansisset, utique eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis, quod nostra Constitutio in omnibus tutelis & curationibus obseruari generaliter præcepit.

a *Est & alia § Sequitur quarta species tutelæ legitimæ, § Fiduciaria § scilicet, quæ quidem, inspecto iure veteri, propriè non est legitima, ut quæ non sit ex lege XII. tabul. quia tamen non parum cum ea adfinitatis habet, propter ius sanguinis, ideo Iustin. eã legitimis tutelis attexuit. 1 Parentem, qui impuberis emancipati tam ex Iurisconsultorũ interpretatione, quã ex Iustiniani Constitutione legitimus tutor,* [a] *est, mortuo, 2 ipsius filius natu maior fiduciarius tantum tutor fratris emancipati efficitur, non legitimus, cum nec hæres legitimus sit. Lex namque XII. tabularum sicut non uocabat fratrem ad successionẽ fratris emancipati, propter ius agnationis extinctum, quod sic minima capitis deminutione tollitur: ita nec tutelam illi deferebat. Verum quia propter sanguinis coniunctionem, quæ deuincit charitate* [b] *homines, de qua lex multum confidere* [c] *solet, cuius etiam respectu multa in iure sunt* [d] *recepta, lex magnam de fratre spem atque fiduciam concepit, effectum est, ut impubes emancipatus, post mortem patris sui, tutoris legitimi, tutelæ fratris natu maioris concreditus fuerit, quasi nemo eo fidelius & diligentius administraturus esset res fratris impuberis. 3 Quia ergo hanc tutelam lex non spe hæreditatis, aut successionis, (vt iã dictum est) sed sola quadam fiducia coniunctionis sanguinis deferebat, ideo dicta est § fiduciaria, § & tutor ipse, non legitimus, sed § fiduciarius § appellatus, fortè ad exemplũ patris adoptiui, quem Caius fiduciariũ, puta naturalis patris vicem referentem, nec minoris fiduciæ, nuncupat. 4 § fiduciariã hæreditatẽ § pro fideicommissaria Vlpianus* [e] *dixit, ut Iaboleno* [f] *§ fiduciarius hæres § vocatus est fideicommissarius. Et hæc quidẽ iure veteri obtinebant. 5 Hodie verò ex Constitutione* [g] *Iustiniani, emancipati non solum in paternis bonis ad suorũ similitudinẽ succedũt, sed ẽt ad fratrum sororumq; successionem æquo iure inuicẽ vocantur, sublata,* [h] *vt sexus, ita etiã emancipationis & suitatis differentiã. 6 Ideoque ex istius noui iuris extensione, quod circa illorum successionem prouidit, coniuncta ratione legis Decemuiralis, poterit hæc fratrũ tutela, quæ a iure ciuili. § Fiduciaria § dicitur, legitima rectè uocari, atq; ita in Codice* [i] *appellatur*

b *Atqui § 7 Obiectio est, in qua Imperator tantũ ponit antecedens, omissa consequentia. Sic enim argumentatur:*

a Tit. proxim. præc.
b Cic. li. i. Off.
c Bar. l. 2. §. si parens, ff. de legit. tut.
d Vide Matth. De Afflic. De iure prot. q. 1
e l. certi condictio, 9. §. competit hæc actio, ff. si cert. pet.
f l. Seius 46. ff. ad Treb. Alc. li. 3. Parerg. cap. 26.
g l. lege 12. tab. 14. & l. meminimus, 15. C. de legit. hær.
h §. nulla. Nou. de hær. ab intest. venient.
i In l. frater, 4. C. de leg. tut. differ. Bart. & Ang. in l. 4. ff. eod. tit.

mentatur. Liberi patroni, eo mortuo, fiunt legitimi tutores libertorum impuberum: ergo eadem ratione filij mortuo patre emancipante fiunt legitimi tutores filij, idest, fratris emancipati. Sed illam consequentiam dicit Imperator falsam esse, decidendo hic contrarium, scilicet, quod propterea non sit dicẽ da legitima tutela, cum magna sit differentia inter filios patroni erga libertos, & fratres erga fratrem emancipatum. 8 *Diuersi iuris ea est ratio, secundum antiqui iuris subtilem obseruationem. Tametsi enim libertus à domino uiuente non fuisset manumissus, sed remãsisset seruus: nihilominus tamen venturus erat in potestatem dominicam filij, patrono patre suo mortuo. Et tunc in manu ac potestate fuisset filij hæredis, eundem seruum libertum facere, & eius legitimam consequi tutelam: in filio autem longè est diuersum. Is enim nisi à patre viuo emancipatus fuisset, nulla ratione uenturus erat in fratrum potestatem, sed sui iuris futurus defuncto patre, & sic non fuisset in potestate fratrum, eum emancipare, & consequenter emancipando ex interpretatione legitimam consequi tutelam. Non igitur mirum, si fiduciarius tutor potius dicatur, quam legitimus: cum tamen filius patroni liberti impuberis à patre manumissi, legitimus tutor appelletur. Sed pondera, quod Iustinianus non solum fratris emancipati, sed & filij mei à patre meo emancipati, me fiduciarium tutorem facere* [k] *videtur. In filio verò meo ab ipsius auo emancipato prædicta ratio* [l] *cessat: quoniam filius meus si emancipatus non fuisset, in potestatẽ meam recidisset,* [m] *& per consequẽs in tutelam legitimam:* [n] *cuius vim in eum quoque emancipatum habere* [o] *debeo, cum illi succedam,* [p] *licet fratri emancipato olim non successissem.* 9 *Propter hanc difficultatem Accursius* [q] *Iustinianũ tribus modis interpretatur, sed falso. Et ideo Haloandri lectio manifestè docet, fratrem tantum fiduciarium esse posse.* [r]

k Hic, in uerbo, defunct.
l Loriot. tract. tutel. axiom 5.
m supr. quibus mod. ius pat. pot. soluitur. in princ. vers. itaque.
n Vt hic, vers. quoniam.
o d. l. 4. frater, C. de legit. tu.
p l. æquissimũ, §. si ex filio, ad Tertyl.
q l. 1. §. liberos, si quis à parẽte man.
r Verbo, Atqui d. uers. quo defuncto.

DE ATTILIANO TVTORE. TIT. XX.

1 *Deficiente testamentario, & legitimo tutore datiuo locus est.*
2 *Multiplex datiuæ tutelæ ius.*

Explicito tractatu ad legitimam tutelam pertinente, iusto ordine trãseundum erat ad tertiam tutelæ speciem, quę § Datiua § nuncupatur, 1 *& tum obtinet, cum nec testamentariæ, nec legitimæ tutelæ ulla spes superest. Tutores enim testamento dati primas sibi uendicant: post hos legitimis est locus: utrisque autem deficientibus, datiui tutelæ onus subeunt. Interdum tamen excluso legitimo tutore, datiuus pupillo datur, uidelicet, si spes sit de testamentario, ut quia uel ex die, uel sub conditione testamento scriptus sit tutor.* [a]
2 *Multiplex autem est datiuæ tutelæ ius atque tempus, quod hoc loci Imperator examinat. Præscribuntur enim ab ipso quinque diuersa tempora: quæ singulatim in expositione textus annotabuntur.*

a § ad certum, sup. qui test. tutor. dari poss.

In princip. tit.

1 *Primum ius circa datiuos tutores.*
2 *Legis Attiliæ rogatores.*
3 *Attilianus tutor vnde dictus.*
4 *Numerus tribunorum Romæ.*

Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in Vrbe quidem à Prętore Vrbano, & maiore parte Tribunorum plebis, tutor, ex lege Attilia: in prouincijs verò à Pręsidib. prouinciarum, ex lege Iulia & Titia.

Primum 1 *Ius hic præscribitur, quod circa datiuos tutores olim obtinuit.* 2 *Lucio enim Attilio, et Claudio Martio Trib. Pleb. rogatione latum* [a] *est, vt si cui nullus omninò tutor fuerit, neque testamentarius, neque legitimus, ei quidem Romæ à prætore Vrbano, et maiore Tribunorum Plebis daretur:* 3 *vnde, appellatur, § Attilianus tutor. § In prouinciis autem, à Præsidibus prouinciarum, ex lege Iulia & Titia. Quod autem Accursius putat, duos tantum Tribunos maiori Tribunorũ parte comprehendi, falsum est.* 4 *Quia licet initio duo tantum Tribuni plebis creati sint, in tantum tamen postea auctus est eorum numerus, vt interdum quinque, interdum plures, nonnunquam etiam decem plebĩ concederentur, id quod ex Liuio* [b] *satis constat.*

a Ferrar. Mont. hic. Vide Liuium l. 39. & Vlpia. in frag. tit. 12.
b Li. 2. & 3. Decad. 1. & Dionis. li. 6. & 10

§. Sed etsi.

1 *Datiuæ tutelæ quando sit locus.*
2 *Tutor temporarius.*
3 *Quamdiu testamentaria tutela speratur, legitimæ non est locus.*
4 *Donec ex testamento potest adiri hæreditas, ab intestato venientes excluduntur.*
5 *Testamentaria tutela ab adita in primis hæreditate confirmatur.*
6 *Pluribus scriptis hæredibus, unum adijsse sat est.*
7 *Pupillus, si ex asse scriptus sit hæres, & eidem tutor datus a patre, quomodo adeat.*

Sed

Sed etsi in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerit, quamdiu conditio aut dies pēdebat, ex ijsdem legibus tutor alius interim a dari poterat. b Item si purè datus fuerat, quamdiu ex testamēto nemo hæres existebat, tādiu ex eisdē legib. tutor petēdus erat: q; c desinebat esse tutor, si cōditio extiterat, aut dies venerat, aut hęres extiterat

Relatum est, qui dederint iure antiquo tutores: nunc subsequitur, quando datiua tutela locum habeat. 1 *Et non solum, si nec ex testamento, nec ex agnatis tutor erat pupillo, sed etsi datus fuerat sub cōditione, vel in diem, vel purè, hæreditate necdum adita, datiuus tutor ex prædictis legibus sufficiendus erat:* 2 *qui & § temporarius § dicebatur, vt qui existente conditione, aut veniente præscripto die, tutor esse desinebat. Et eodem modo, hodierno etiam iure tutelæ datiuæ locus est: non quidem ex lege Attilia vel Titia, sed per recentiorem legem,* [a] *nec refert, quod legitimum tutorem pupillus habeat:* 3 *quia quamdiu testamentaria tutela speratur, legitimæ non est locus, quod propterea fit; cum tutelæ ad instar hæreditatum deferantur. Sed in hæreditatibus hæc procedit regula.* 4 *§ Quod donec ex testamento potest adiri hæreditas, ab intestato non deferatur §* [b] *idem ergò est in tutelis.*

a *Dari poterat § Et adhuc dari potest, sed non ex his legibus, sicut* [*] *infra subsequitur.*

b *Item si purè § Idest, neque conditionaliter, neque ex die certo, sicut supra* [c] *explanatum est. Sed qui fit, quod in testamento purè scripto tutore, locus sit datiuo? Quoniam* 5 *ab adita in primis hæreditate cedit testamentariæ tutelæ dies. Sic Pomponius:* [d] *§ Si nemo, § inquit, § hæreditatem adierit, nihil valet ex his quæ scripta sunt in testamento. § Testamentaria ergò tutela post aditam hæreditatem vires acquirit, & confirmatur: ideoque pendente hæreditatis aditione, ex qua tutor speratur, alius est surrogandus, qui mox adita hæreditate tutor esse desiuit, incipitque testamentary authoritas vigere.* [e] *Vnde, nec Catonianam regulam ad tutoris pertinere dationem communiter asseritur.* [f] 6 *Quod si plures sint hæredes scripti, & vnus adierit, tutelæ statim valent, nec expectandū erit, vt omnes hæreditatem adeant.* 7 *Ex prædictis quoddam suboritur perplexum, quod Accursius* [g] *tangit, quando pupillus in asse hæres à patre institutus est, eidemque tutor testamento datus, quid hac specie respondendum sit? nam nec tutor existere potest non adita hæreditate, nec pupillus hæreditatem adire, sine tutoris autoritate.* [h] *Hic nodus variè resoluitur, nonnulli putant, pupillum authoritate Iudicis, qui nondum confirmati tutoris defectum supplet, hæreditatem adire* [i] *posse. Dynus, Bartolus, & Faber censent, ius sui hæredis nudo tantum nomine tutelæ dationem confirmare. Angelus verò multo tutius esse refert, vt ad istum actum aditionis expediendum, tutor detur Attilianus, qui adita hæreditate, desinat esse tutor, locusque sit testamentario, quod & mihi placet.*

c *Desinebat esse tut. § Immò & deserto testamento, & deficiente conditione, desinebat esse tutor. Cæterum, hoc casu legitimus tutor illi succedebat, illo testamentarius.*

a l. si quis sub cōditione, vbi Bart. de test. tut.
b l. 39. quādiu. ff. de acq. hæred.
* §. Sed ex his, hoc tit.
c §. ad certum, supra, q. test. dari. poss.
d l. si nemo, de test. tut.
e d. l. si nemo, cum l. seq. de test. tut.
f d l. si nemo, & l. seq.
g Glos. verbo. existebat.
h §. neq; tamē, inf. tit. prox.
i l. 18. si infanti C. de iure de lib.

§. Ab hostibus.

1 *Testamentario tutore capto ab hostibus, datur datiuus.*
2 *Idem locum habet, quandocunque testamentarius iustè impeditur præesse tutelæ.*

Ab hostibus quoq; tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is qui captus erat, in Ciuitatem reuersus fuerat: nam reuersus recipiebat tutelā iure postliminij.

Alius 1 *casus, in quo locum habet tutela datiua: vt si tutor testamento datus, captus est ab hostibus, substituitur ei datiuus, qui eius defectum suppleat, ne pupillus interim sit indefensus. Potest enim fieri, vt captus postliminio redeat: sicq; sicuti cætera iura, quæ per captiuitatem amisisse uidebatur, iure postliminij* [a] *recuperat, ita quoque tutelæ recipit officium.* 2 *Et hoc extenditur in quocunque alio tutoris testamentary iusto impedimento procedere. Semper enim surrogandus est à Iudice datiuus: qui desinit esse tutor, impedimento testamentarij cessante.*

a §. si ab hostib supr. qoibus mod. pat. pot. solu.

§. Sed ex his.

1 *Secundum ius circa tutores datiuos.*
2 *Claud. Cæs. sanxit, tutores ex inquisitione à Coss. dandos.*
3 *Tertium ius circa datiuam tutelam.*
4 *Quando ex inquisitione dicantur tutores dari.*

Sed ex his legibus tutores pupilli desierunt dari, posteaquam primo Consules pupillis vtriusq; sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt; deinde Prætores ex Constitutionibus. Nam supradictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cauebatur.

Hactenus antiquitatem recensuit: modo qualiter eadem successu temporum obliterata fuerit, et iura noua inducta, subycit. 1 *In hoc autem §. continetur secundū ius siue tempus, quod circa datiuos tutores obtinuit.*

[illegible] lege Attilia, Iulia, & Titia, neque de cautione, [illegible] rem pupillo saluam fore; neque de [illegible] tutoribus, si tutelam subire recusassent, quicquam esset prospectum. 2. primus omnium D. Claudius [illegible] refert Suetonius [a]) sanxit, vt pupillis tam masculis quam fœminis, extra ordinem tutores a Consulibus ex inquisitione darentur, & hoc est secundum ius. 3. Attexitur sub finem §. [illegible] Postea enim non modo a Consulibus, sed etiam ex varijs Principum Constitutionibus tutores etiam ex inquisitione dari cœperunt. 4. Ex inquisitione autem tunc dantur, si Magistratus inter [illegible] mores dandorum inuestiget, & facultates, [b] & dignitatem. Item ne dentur, qui seipsos ingerunt, aut pecuniam dant, vt assumantur. [c] Et in summa, tutela non est decernenda tutori qui datur, nisi post causæ cognitionem pronuncietur idoneus. [d]

a Cap. 25.
b l. 21. scire oportet, §. cum reliquis, ff. de tut. datis ab his, & §. sed & propter, inf. de excus. tut.
c d. l. scire, §. si.
d Explicaturi [illegible] & ibi Bar. de [illegible] & Angel. hic, & Cantiunci in sua paraphra[illegible]

§. Sed hoc iure.

1 Quartum ius circa tutelam datiuam.
2 Prætor tutelaris, primo a Diuo Marco Antonino creatus.
3 Tutor dari potest in loco originis, domicilij, & facultatum.
4 Neque Episcopus Seculari, nec Secularis Iudex Clerico dare tutorem potest.
5 Si in loco pupilli non reperiatur idoneus tutor, ad alias Ciuitates confugiendum est.
6 Datio tutoris an sit mixti imperij.
7. 8 Dationem tutoris permissionis esse, non imperij.
9 Accursii expositio ad §. datio tutoris. in l. muto. ff. de tutel. [illegible]
10 Datio tutoris quare delegari non possit.

Sed hoc iure vtimur, vt Romę quidem Pręfectus Vrbi, vel Pętor, secundum suam Iurisdictionem, in prouincijs autem Præsides ex inquisitione tutores crearent, vel Magistratus iussu Præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates.

Sequitur 1 quartum ius, quod tempore D. Iustiniani [a] in vsu fuit. Eo n. iure datiuus tutor Romæ constituebatur a Præfecto Vrbis & Prætore, quẽ 2 primus in eam rem D. Marcus Antoninus, vt eo diligentius de tutoribus tractaretur, tutelarem creauit: vt [b] Capitolinus author est. In prouincijs verò si magnæ pupilli erant facultates, Præsides, & qui Præsidis appellatione continebãtur, ius dandi tutores hẽbant. [c] Sin tenues erant facultates, tunc oẽs Magistratus Municipales iussu Præsidum tutores creabant. Non aũt aliter vtilis est tutelæ datio, nisi & pupillus & tutor datur, sint subiecti iurisdictioni eius qui dedit tutorẽ, vel ibi domicilium habeat: nisi fortè pupillus in alijs quoque locis possideret: nam eo casu, sicut testamento põt destinari tutor rei Africanæ, vel rei Syriacæ, [d] ita idem a Iudice fieri potest. 3. Obseruandum igitur, trib. in locis vtiliter tutorem pupillo dari: in loco originis, domicilij, & facultatum. 4. Ex quib. liquet, Episcopum vel Ecclesiasticum Iudicem, seculari non posse tutorem ordinare, nec uicissim iudicem seculare clerico: cum neuter sit alterius suppositus Iurisdictioni. 5 Illud quoq; annotandum est, si quando desit in Ciuitate, ex qua pupillus oriundus est, qui idoneus uideatur esse tutor, officium Magistratus esse, in subsidiũ ex vicinis Ciuitatib: idoneiorem inquirere, & nomina Præsidi prouinciæ mittere, non ipsos arbitrium dandi sibi uendicare. [e] 6 Inquirunt & hic Doctores, cuius imperij sit tutoris datio? Et obiter obtinuit, eam mixti [f] esse imperij. 7 Ego verò cum Bellono [g] putarim, eam nec mixti imperij, nec iurisdõnis esse, sed potius permissionis. Sic. n. Iurisconsultus scribit: [h] Datio tutoris nec imperij, nec iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc lex dederit, &c. sensus. n. est, quamuis sit maximus Magistratus, habens imperium & iurisdõnem, non potest tamen uirtute imperij vel iurisdictionis, tutorem dare, sicut reliqua facit, sed dẽt hoc ei esse permissum. Deinde hoc satis ex præsenti titulo probatur: nam a principio solus Prætor Vrbanus, & maior pars Tribunorum Romæ, in prouincijs Præses prouinciæ, ex lege Iulia & Titia tutores dare poterant. Alij aũt quamuis habentes oẽ imperium, non poterant. Deinde Consules cœperunt dare posse, & alij Prætores ex Constitutionib. [i] Itẽ legatus Proconsulis, ex oratione D. Marci. [k] Itẽ Iuridicus Alexandrinæ Ciuitatis, ex Constitutione D. Marci. [l] 8 Apparet igitur, hoc esse ex permissione, non virtute imperij, aut iurisdõnis. Tertio hoc idem ex eo quoq; confirmari potest, quod patri, & sic priuato homini, similis potestas datur. [m] Et potestas data Magistratib. dandi tutorem, est surrogata, in locũ potestatis concessæ testatori. 9 Nec aduersatur, quod Accursius tradit, tutoris dationẽ non esse imperij, s. tantum, nec iurisdõnis tantum, ergo mixti, tum quia hæc suppletio & additio dictionis tantum est absurda & improbida: tum quia ineptum est, si volendo dicere, aliquid esse mixti imperij, dicas nõ esse imperij, nec iurisdõnis: cum mixtum contineatur sub suis [n] simplicibus, & de utroq; participet. Et palam est, Iurisconsultos alia verborum textura vti, si per circumlocutionem, al. quid esse mixti imperij significare velint. Sic. n. Vlpianus: Iubere cauere, inquit, prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperij magis est quã iurisdict. i. mixti imperij, ut exponunt glo. & [o] Doctores. Affirmatiue itaq; loquitur [p] Vlpianus, nõ negatiue. Sed nostræ prædictæ sententiæ fortiter obstat textus noster? dum ait, Præfectum Vrbis & Prætorem secundum suam iurisdictionem tutores creare. videntur ergò creare ui iurisdictionis, nõ permissionis? Respondeo, si verbũ ponderemus tantum, facilius hanc obiectionem tolli posse. Neque enim debẽt hæc verba

a De quo in l. ius dandi, 3. ff. de tu. & cura. datis ab his, &c.
b In Marco philosopho.
c l. 1. ff. de off. præsid.
d l. si tamẽ, ff. de test. tutela.
e l. D. Marcus, 24. ff. de tut. & cur. dati ab his. & l. 1. §. si quãdo, ff. de mag. conuen.
f Dd. l. 1. de off. eius. &c. & l. 1. & l. imperium, ff. de iurisd.
g li. 1. Suppu. c. 2
h In l. muto, §. tutoris datio, ff. de tutel.
i §. sed ex his legib. hoc nostro tit.
k l. 1. ff. de tut. & curat. datis ab his.
l l. ff. de off. Iurid. Alexan.
m §. permissum, sup. de tut. & ff. de test. tut. per totum.
n l. 2. de uer. oblig. & ibi no.
o l. 4. iubere cauere, ff. de iurisd.
p l. 26. ea quæ, ad municip.

secundum iurisdictionem } *referri ad potestatē dantis tutorē, vt potestas pendeat à iurisdictione, sed ad personas, quib. dantur: vt & Accursius annotauit:* [q] *vt sit sensus, quamuis permissum sit Præfecto vrbis & Prætori, creare tutores: tamen non debent, nec possunt creare, nec alij tutorem dare eum, qui non sit suæ iurisdictionis.* [r] 10 *Ex quibus omnibus resultat eleganter ratio, quare datio tutoris delegari non possit quæ non est, quia sit mixti imperij, sed quia nominatim aliquibus conceditur, vndè, cum sit electa industria certæ personæ, non potest, quis per substitutum rem commissam explicare.* [s]

q Gl. hic in verbo, iurisd. & verbo, creent
r Vt etiam est text. in l. 1. de tut. & cur. datis ab his, & l. ius dandi, eod tit.
s Arg. l. 31. inter artifices, ff. de solut. & eorum quę notātur in d. l. 1. de off. eius, &c. Ita Bello. li. 2. Suppota. c. 2. vndehęc decerpsimus.

§. Nos autem.

1 *Quintum ius circa tutelam datiuam.*
2 *Qua forma hodie datiui tutores constituantur.*
3 *Solidus pro aureo.*
4 *Veteris aurei Romani æstimatio.*
5 *Centum aurei olim honorarium aduocatorum.*
6 *Aurei veteris deprauatio.*
7 *Semisses, tremisses.*
8 *Aurei nostri minores veteribus.*
9 *An quæ de solido in iure cauta sunt, ad nostros aureos, quib. nūc utimur, referēda sint.*
10 *De materia mutationis monetæ &c. remissiuè. Et quid in Camera Imp. Germanici obseruetur.*
11 *Hodie cuiusque loci ordinarius Magistratus ex Constit. Imperij dat tutores, & exigit satisdationem.*

a Nos autem per constitutionem nostram huiusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata iussione Præsidum, disposuimus, si facultates pupilli uel adulti usq; b ad quingentos solidos valeant, Defensores Ciuitatum vna cum eiusdem Ciuitatis religiosissimo antistite, uel alias publicas personas, idest, Magistratus, uel Iuridicum Alexandrinæ Ciuitatis tutores uel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem Constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

a *Nos autem* } *Tractat* 1 *hic §. quintum & nouissimum ius, quod D. Iustinianus quadā Constitutione introduxit: quam tamen hodie non habemus. Fuit autem sine dubio inserta primo Codici, qui ante compilationem Institutionū editus fuit, ac deinde in altero, qui hodie extat, omissa. Siquidem, cum difficultatē esse perpenderet in expectanda Præsidis iussione circa tutorum dationem, æquum, & magis ex re pupillorum (quorum facultates sæpè ex mora periculum accipiunt) fore putauit, si eiusmodi circuitu sublato,* 2 *pupilli, tamet si eorum facultates excedant quingentos aureos, à quibuslibet Magistratibus, cum eiusdem Ciuitatis Episcopo, tutores acciperent, etiam sine iussu Præsidum, ita tamen, vt in primis cautio ab ipsis præstetur, rem pupilli saluam fore, in qua cautione suscipienda, prouidus debet esse tabellio publicus, vel quicunque alius, qui huic accipiendæ destinatus erit. Nam si quid eo loci negligentius actum fuerit, puta, si non idoneos tutores admiserit, suo hic periculo fecisse iudicabitur: sicuti infra* [a] *expenditur.*

a inf. de satisd. tu. §. pen. & vlt.

b *Ad quingentos solidos* } 3 *Solidum pro aureo accipi, annotat hic Accursius. Erat enim* } *solidus,* } *idē quod aureus Romanus, qui pondere didrachmali primum fuit centum nummis æstimatus, et aureorum istorum didrachmalium quatuor complebant vnciam, octo et quadraginta libram.* 4 *Hinc decē aurei vel solidi, nostro ære valeat XXV. coronatis: uiginti autem valent quinquaginta, & quadraginta valent centum, & sic de singulis.* 5 *Centū autem aurei honorarium aduocatorum olim erat, hoc est, CCL. coronati. verū malignitate temporum immutata moneta factum est, vt aurei excuderentur, vt leuiores, ita & viliores,* 6 *Quorū sex implebant vnciam, & septuaginta duo libram: inde æstimantur singuli aurei, nō cētū, sed sexaginta sex nummis, & obolo, hoc est, centum & duobus cruciatis cum dimidio. Huiusmodi aureus vocatur* } *solidus,* } *i. integer:* 7 *quia eo seculo, quo hic cursum suum (vt dicitur) habuit, excudebātur & minores aurei, nēpe* } *semisses,* } *qui erāt solidi dimidiati, æstimabiles XXXIII. sestertijs nūmis & semiobolo, hoc est, quinquaginta octo cruciatis cū dimidio.* } *Itē tremisses,* } *qui erāt solidi tertia pars, qui poterāt æstimari XXII. sestertijs, & oboli tertia: sicq; intelligendi sunt* } *tremisses,* } *quorū libro duodecimo Codicis* [b] *mentio fit, hoc est. XXXIX. cruciatis ferè. Horum meminit Lampridius in uita Alexandri. Ex prædictis igitur intelligis vim huius §. quantū valuissēt nostro ære quingēti solidi, atpe octingētis et septē florenis minutæ monetæ, & viginti quinque cruciatis fere, si diligēsius calculū duxeris.* 8 *Hodie aūt nostrū aureum, quo utimur, etiā minoris æstimationis esse constat.* 9 *An igitur quod hic de quingentis solidis dicitur, ad nostræ quoq; ætatis quingentos aureos sit referendum? Et* [c] *Alciato uidetur, aureū quo hodie utimur, ex generali omnium populorum cōsuetudine esse veteri illi surrogatum. Et iō quæ de solido in iure ciuili cauta sunt, ad nostrum, quamuis leuioris ponderis, referenda. quod & mihi probatur.* 10 *Cæterū de materia mutationis monetæ quo ad pondus & ualorē, Interpretes Iuris tā Ciuilis, quā pōtificij* [d] *suis locis luculenter tractant. Et an ualor monetæ à tēpore contractus uel solutionis considerari debeat, quidq;*

b l. iubemus, lax. in pr. versi. ipse cū actuatio. C. de erogat. mili. ann. li. 12. in l. etiā aureos 159. de verb. sign.
c lib. 3. dispūc. cap. 9.
d Bar. & alij, in l. eum quid, ff. si cert. pet. Can in c quāto, extra. de iureiur. Zabar. in Cle. vlt. de deci. & Albe. Brun. in eleganti suo tractat. de aug. & dem. mone. in vlt. concl. itemque Boeri. decis. 327.

hodie

hodie in Camera Imperij Germanici obseruetur, [e] *alibi annotauimus.* 11 *Postremo notandũ, quod hodie mutata forma Reip. cuiusq; loci ordinarius Magistratus tutores dare, satisdationemq; exigere soleat:* [f] *Et ita sancitum est* § *in der Reformation guter Polizei zu Augspurg, Anno* 1548. *auffgerichtet.* [g]

e In obser. Cameral. lib. Cét. 4. obs. 1. vbi ui de.
f Secũdum Dd. ad hunc. §.
g Tit. non der Pupillen vnd minderierigẽ kinderen, Tutorn vnd Vormundern. §. 1. & 3.

§. Impuberes autem.

1 *Causa finalis tutelæ introducendæ.*
2 *Tutores tenentur rationem reddere tutelæ gestæ.*
3.4.5 *Tutores quibus actionibus teneantur.*
6 *Tutelæ actione contra tutorem intentata, de rationibus distrahendis actio perit.*
7 *Secus est in furti actione, & quæ sit diuersi iur. ratio.*
8 *Furti actio à reliquis tutelaribus iudicijs differt.*
9 *Tutores hodie singulis annis tenentur reddere rationem suæ administrationis, ad requisitionem Magistratus ex Caroli V. Imp. constitutione.*

a Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri conueniens est: ut is qui perfectę ætatis non sit, alterius tutela regatur. Quum ergo pupillorum pupillarumque tutores negocia gerant, post pubertatem *b* tutelæ iudicio rationem reddunt.

a *Impuberes* § *Hic* §. 1 *causam finalem introducẽdæ tutelæ complectitur: quia enim impuberes propter ætatis imbecillitatem seipsos tueri atque defendere nesciunt, naturali rationi conueniens est, vt à prudẽtioribus, qui firmum iam habent animi iudicium defendantur.* [a]

b *Tutelæ iudicio* § 2 *Aequitati enim maximè consentaneum est, vt tutores, finita quocunq; modo tutela, rõnem suæ administrationis reddant. Ob id tutores tribus obligantur diuersis actionibus: quarũ hoc loco meminit Accursius.* 3 *Primo nãque de omnibus, quæ tutor fecit, cũ prætermittere deberet: itẽ de his, quæ non fecit, cum essent facienda, rationem reddere compellitur, actione tutelæ directa, præstando dolum & culpam, & quantam in suis rebus præstaret diligẽtiam. Sed & de authoritate pupillis concessa ad mortis causam, uel inter uiuos donationem, rationem tenetur reddere.* [b] 4 *Cæterum si, dum tutelã gerit, quippiã ex pupilli bonis interceperit, uel abstulerit, tenebitur actione de rationibus distrahendis, quæ ex interceptione rerum pupillarium nascitur, etiamsi hoc non fecerit furandi animo.* 5 *Aliàs enim furti tenebitur. Sed & condictio ex furtiua causa* [c] *competit. Euidenter tamen probandum est furandi animũ interuenisse: quia in dubio non dubio non præsumitur furandi* [d] *animus in tutore.* 6 *Priorum aũt duarũ actionũ una intentata, altera denegatur: quia si tutelæ fuerit actũ, de rationib. distrahẽdis agi nõ põt: sin uerò hæc est intentata, tutelæ actio perimitur, quo ad speciem istam.* [e] *Diuersum tamen est, si furti quoque actio detur: nam qui furti tenetur, etsi tutelæ, uel de rõnibus distrahẽdis conuentus sit, furti, non liberatur, quo minus ab eo id consequi possit actor, quod amplius in hac altera actione* [f] *est. Nec. n. est eadẽ obligatio tutelæ, & furti.* [g] 8 *Differt & hæc furti actio à tutelæ iudicio, vel de rationibus distrahendis, quia hoc, finita demũ tutela, datur.* [h] *Cæteræ verò actiones aduersus tutorem cõpetunt, durante ẽt adhuc tutela, ueluti furti, damni, iniuriæ condictio, sed non dantur pupillo, dum tutelam tutor gerit.* [i] *Sed qua ratione hoc? an quia actio tutelæ suapte natura generalis est, neq; sæpius per singulas causas, sed duntaxat semel nasci potest? neq; ulla tutelæ actio non generalis repetitur? quod in actione furti, iniuriæ, & similiũ non obtinet. Hæ. n. ex singulis causis oriri possunt, ẽt tutela durante, licet finita demũ exerceantur.* [k]

9 *Porro licet iure communi tutor non teneatur rationem* [l] *reddere, nisi tutela finita, hodiè tamen secus est. Nam in Comitijs Augustanis Anno* 1548. *a Carolo V. indictis* [m] *constitutum est, quod tutor ad requisitionem Magistratus quolibet anno suæ administrationis sufficientem reddere rationem obnoxius sit. quod nota.*

a l. 1. de min. Ci. lib. 1. Offic.
b l. 1. vbi gl. & Dd. ff. de tut. & rat. distr.
c l. actione, ff. de tu. & rat. dist.
d l. 56. tres tutores, & ibi not. ff de adm. tu.
e d. l. 1. §. in tutela, de tut. & ration. distr.
f Argumento l. 33. qui seruũ, §. sed hæc sententia, ff. de ac. & oblig.
g d. §. in tutela.
h d. l. 1. in fi. & l. 9. si tutor reipub. caus. §. vlt. de tut. & rat. distr.
i d. §. vlt. & l. sequenti.
k Gl. & Bal. in l. 2. C. de admin. tut. Vide Cantiũc. hic vnde hæc fere sunt desumpta.
l vt hic, & l. 4. nisi finita, & d. l. tutor Reipu. §. sed etsi quis testamẽto, ff. de tu. & rat. distr. l. 5. & ibi gloss. & Dd. C. de admin. tutor.
m Tit. non der Pupillen und minderierigẽ Kinderẽ, Tutorn und Vormũdern. §. 3.

DE AVTORITATE TVTORVM. TIT. XXI.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Autoritas tutorum quid.*
3 *Autoritatem præstare quid.*
4 *Autoritatis uerbum unde deducatur.*

Post 1 *tutorum constitutionem, & varietatem explicatam, de ipsorum autoritate rectè subiungitur. Quid enim conferret creatio, nisi sequeretur autoritatis interpositio.* 2 *Est autem* § *autoritas tutorũ,* § *vis illa atque potestas, quam tutores uel ex testamento, uel ex lege, uel per Iudicẽ receperunt in persona pupillorũ defendenda, rebusque eorundẽ administrãdis.* 3 § *Autoritatẽ* § *verò* § *præstare,* § *nihil aliud est, quã probare & cõfirmare id qd agitur* [a] *Atq; vt hæc autoritas habeatur firma & efficax, illa quinq; interuenire oportet, de quib. suprà sub titulo de legitima agnat tutela* [b] *tractauimus.* 4 *Autoritatis verbũ, nõnulli ab αὐτὸς deducunt, quo veteres ratam alicuius potestatem significabant, ideoq; sine H scribi debet.*

a l. 3. ff. eod. tit.
b In princ. n. 8.

In princip. tit.

1. *Pupillus sine tutore potest suam conditionem meliorem facere, non deteriorem.*
2. *Pupillo omnes res vtiliter dantur, ipse autem alijs se obligare nequit.*
3. *Pupillus soluendo creditori suo, nihil agit.*
4. *Causa verbum πολύσημον, varia significans,*
5. *Inter causam & litem differentia.*
6.9 *Pupillus si ineat contractum mutuum, contrahentem sibi obligat, ipse autem non obligatur.*
7. *Si tamen ex eo contractu factus sit locupletior, datur contra eum exceptio.*
8. *Contra naturam est, cum alterius locupletari iactura.*
10. *Infans quandoque rectè stipulatur.*

a Autoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria. vt ecce si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria tutoris autoritas. quod si alijs promittant pupilli, necessaria est tutoris autoritas, Namq; placuit, meliorem quidẽ conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris autoritate: deteriorem uero nõ aliter, quã cum tutoris autoritate. b Vnde in his causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris autoritas non interueniat, ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli non obligantur.

a *Autoritas* § *Docet hoc principiũ, quãdo necessaria sit tutoris autoritas.* 1 *Et pro regula obseruandũ est, quòd pupillus habens tutorẽ, sine eo conditionẽ suã meliorẽ facere, deteriorẽ nõ possit. Sic Marcellus* [a] *respondit:* § *Pupillum, quantum ad acquirendum, non indigere tutoris autoritate: alienare vero nullam rẽ posse, nisi præsente tutore autore.* § *Et Caius:* [b] § *Si pupillus,* § *inquit,* § *sine tutoris autoritate pactus sit ne à debitore suo peteret, ratum non habetur. Ex diuerso autem si paciscatur, ne, quod debet, à se petatur, ratum haberi pactum conuentum.* 2 *Sic & pupillo omnes res, sine tutore & vtiliter ac rectè donari possunt* [c] *At ex contrario, si quid pupillus cuipiam uendiderit, aut promiserit, vel sese vlli uerbo obligauerit iure non consistit obligatio, nisi tutoris accesserit autoritas.* 3 *Cui consequens est, vt soluendo creditori suo nihil aga: quia cum nullum dominium transferre possit. nũmos non potuit accipientis facere.* [d] *Nec ob loquitur, pupillum etiam sine tutore per acceptilationem confestim liberari:* [e] *quoniam in eo nihil est periculi: in solutione uerò multum fraudis ac damni subesse potest. Quid enim si se potuit contra petentem exceptione tueri pupillus? quid si præmaturè, & non suo tempore soluitur? quid si pupilli magis interesset hos nũmos alteri, vel alibi numerari? Et si qui similes casus considerentur.*

b *Vnde in his causis* § *id est, cõtractibus: ita enim hæc uocula accipitur.* 4 *Alias causæ, verbũ πολύσημον est, ut non ad contractus* [f] *tantũ, sed ad omnes obligationes* [g] *etiã ex delicto descendentes pertineat: ergo & ad quasi* [h] *cõtractus. Causa etiã uerbo lis* [i] *significatur, vt Paulus ait; quod &* [k] *Iustinianus expressit, explicans causa cadere, id est, rem amittere. Hãc appellãt Græci δίκην, quo verbo in ea significatione utitur sæpissimè Cicero, & Seneca in prologo 30 declamat.* 5 *Causam tamen à lite uidentur alibi separasse Impp.* [l] *&* [m] *Pontifices, ex quo puto causam ita a lite distingui, vt illa generale uerbũ sit quo & capitalia & ciuilia contineantur, litis verò appellatione ciuiles tantũ actiones* [n] *comprehendantur. Sunt & aliæ huius voculæ significationes, quas nunc præterimus. Ad textũ reuertendo, Infert Iustinian. hic ex regula pmissa* 6 *si pupillus contractum mutuum, idest, vultro citroq; obligatoriũ ineat. ipse alteri sine tutore non obligatur: sic enim conditionẽ suam deteriorem faceret: alterũ autem sibi facit obnoxium. Vnde conficitur, obligationẽ mutuam hoc casu claudicare, & ex uno tantum latere constare, puta contrahentis cum* [o] *pupillo: idq; fauore pupillaris ætatis recipitur. Quamuis aũt non obligetur pupilius, saltem ciuiliter & efficaciter, ita ut contra eũ agi possit (naturaliter enim obligatur, propter suum consensum, qui naturalem obligationem producit:* [p] *) si tamen ex eo contractu factus sit locupletior, id est, si non factus est pauperior,* [q] *uel si fauorem ætati suæ concessum ad iniquum trahat compendium, vel de præda magis quam de damno sit solicitus, doli mali exceptione submoueri potest* [r] *Vt si (exempli gratia) pupillus uẽdidisset quidpiam, licet non cõsisteret uenditio sine tutore, autore, si tamen pupillus rem venditam uendicaret, obstaret ei exceptio, donec precium in suam vtilitatem conuersum restituat: & sic ex inutili contractu datur exceptio. quod suo loco fusius tractabitur* [s]. 8 *Esset enim per naturã iniquum, si pupillus locupletaretur cũ alterius iactura.* [t] *In his ergo semper æquitati nos accommodare debemus, pręsertim cũ pupillus pubertati proximus, & furandi, & iniuriæ faciẽdæ capax esse possit.* [u] *Quocirca prætextu ætatis nõ debet impunitatẽ sperare,* [x] *nisi quatenus interdũ, ut Triphonius* [y] *scribit, miseratio ætatis ad mediocrem pœnã iudicẽ perduxerit.* 9 *Quod autem supra dictum est, pupillum contrahendo sibi obligare alterum, intelligo de pupillo, qui cõpos sit rationis & intellectus, vt est pubertati proximus. Infans enim, & infantiæ proximus, cum consensu & rationis iudicio careant, neminem sibi obligãnt, nec ipsi obligantur sine tutore autore. Est* 10 *tamen casus, quo & infans rectè stipulatur, rem scilicet suã saluam fore* [z] *quod tametsi eius ætatis sit, vt non intelligat quid agat, si tamen præsens sit, & fari possit, propter vtilitatem receptum est.*

§ Neque

a l. 11. pupillus de acquir. rerum dom.
b l. 29. cõtra iuris, in prioc. de pactis.
c § ex cõtrario, inf. quib. ali. licet vel non.
d l. obligari, 9. §. pupillus, hoc tit.
e l. 2, ꝺ acceptil
f vt hic.
g l. 11, creditorũ de ve r. sign.
h Alciat. ibid.
i lib. 1 sentent. tit. 10.
k 10 §. si quis a gens, inf. de act. & l. 1. C. de reb. cred.
l in l. causas. 16. C. de transf. & l. 1. § adhiberi, ff. ꝺ testib.
m in c. forus de verb. signif.
n l. litus 36. de verbor. sign.
o Glo. hic fin.
p In l. 1. in fi. ꝺ nouat.
q l. 47. i pupillo, de solu. §. at ex contrario vbi dicã, inf. quibus ali. licet.
r Gl. & DD. d. l. fi. C. ꝺ vsuc.
s §. nunc admonẽdi, inf. quib. aliena. licet uel non.
t l. 14. nam hoc natura. ff. de cõdic. indeb.
u l. pupillũ. 112. de reg. iur.
x l. 7. d impunitas. C. ꝺ pœn.
y l. 38. auxiliũ, §. in delictis, de minorib.
z l 6. seruũ ff. rẽ pupu. sal. fore.

§. Neque tamen.

1 *Dubitandi causa in hoc §.*
2 *Decidendi ratio.*
Ibid. *Hæreditas quo ad commoda & incommoda, est indiuidua.*
3 *Textum de hæreditate extranei accipiendum,*
4 *Filius patri statim fit hæres, de iure ciuili.*
5 *Filius non dicitur adire hæreditatem, sed se immiscere*
6 *Hæreditas, & bonorum possessio, differunt.*
7 *Quando quis dicatur ex fideicommisso, vel S.C. Trebelliano hæreditatem suscipere.*
8 *Hæreditas est nomen iuris, commoda & incommoda includens.*
9.12 *Tutor sine pupillo hæreditatem adire non potest, secus in bonorum possessione.*
10 *Fallit, si pupillus sit infans.*
11 *Solus pupillus adire potest hæreditatem, accedente Iudicis autoritate, loco tutoris.*
13 *Regula, Is repudiare potest, qui & acquirere, quando procedat.*

Neque tamen a hæreditatem adire, neque b bonorum possessionem petere, neque hæreditatem c ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris autoritate (quamuis illis lucrosa sit) d ne vllum damnum habeant.

Diximus, § licere pupillo suam conditionem facere meliorem, sine tutoris autoritate. An igitur pupillus sine tutore possit adire hæreditatem, vel agnoscere bonorum possessionem? 1 *Quod videbatur. Licet enim in hæreditate adsint obligationes passiuæ & actiuæ, sicut in contractibus, nempe, vt pupillus obligatos debitores hæreditarios habeat, ipse autem creditoribus non obligetur, contrarium tamen hic definitur.* 2 *Sed cur tam variè? Quia hæreditas & bonorum possessio, quo ad commoda & incommoda, est indiuidua. Quanquam enim per quotas partes diuidi* [a] *possit, tamen in vnaquaque parte quis dicitur hæres, & in ea repræsentat defunctum: nec propterea diuiditur substantia iuris vniuersalis hæreditarij, quod habet mixtim simul commoda & incommoda.* [b] *Sed cur aliud in contractibus obseruatur? an non etiam contractus sunt indiuidui, & debent in totum approbari vel reprobari? Respondeo, hoc ideo esse, quia contrarium expressè in proposito nostro statuitur. Vel potius ideo, quoniam contrahenti imputari* [c] *potest, quod cum pupillo contraxerit, tutore* [d] *non præsente: cum exploratum sit, pupillum contrahendo* [e] *non obligari. quæ ratio in hæreditarijs creditoribus cessat.*

a *Hæreditatem adire*: 3 *Alicuius extranei: neque enim hic loquitur de hæreditate, paterna, vel aui, in cuius morientis potestate fuerat impubes: sed de extranea, vt pupillus eam sibi delatam sine tutore autore nequeat adire.* 4 *In paterna siquidem hæreditate pupillus confestim patri, vel auo paterno hæres est, iure* [f] *ciuili: licet Prætore concedente abstinendi habeat beneficium.* [g] *Et hoc idem verbum (adire) suadet, in textu positum,* 5 *quia filius in potestate constitutus, non dicitur adire, sed se hæreditati immiscere, continuatur enim in eo dominium, non de nouo acquiritur.* [h]

b *Bonorum possessionem*: 6 *Iure Prætorio: nam successio, quæ iure Prætorio fit, bonorum possessio dicitur:* [i] *sicut hæreditas, quæ iure ciuili existit.*

c *Ex fideicommisso*: 7 *Tum dicimus, aliquem ex fideicommisso, vel ex S.C. Trebelliano suscipere hæreditatem, quando hæres institutus grauatur per fideicommissum, vt totam hæreditatem, vel eius partem, restituat alij: & de hac detrahere potest quadrantem, id est, quartam eius partem, quæ Trebelliana dicitur.*

d *Ne vllum damnum*: *Sed quomodo damnum habebunt, si est lucrosa? Respondeo: hæreditas potest quidem lucrosa apparere, in effectu tamen esse damnosa, propter actiones, quæ vltrò citròque competunt: id est, & hæredi in alios, & alijs contra hæredem,* [k] 8 *Est enim § hæreditas § nomen iuris, quod pariter includit & emolumenta & dispendia atque onera, est enim successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis,* [l] *Quinimo, etiamsi casus accidere possit, in quo hæreditas nulla ex parte damnosa reputetur, potius tamen conuenit, naturam aditionis generalem spectare, quam contingentiam casualem, quòd interdum lucrosa* [m] *sit.* 9 *Porrò quemadmodum pupillus sine tutore autore hæreditatem sibi delatam adire non potest, ita nec soli tutori, pupilli nomine eam acquirere* [n] *datur, quia per aditionem directum acquiritur dominium,* [o] *quod solus tutor quærere non solet.* [p] *in his enim quæ iuris sunt, solum tutoris factum non sufficit.* [q] *Et ideo ille solus nec hæreditatem restituere, nec illi restitui hæreditas* [r] *potest.* 10 *Sed hoc non procedit, si pupillus sit infans, quia tunc soli tutori adire licet.* [s] 11 *Quemadmodū & contra, pupillus solus rectè adit, Iudice scienter tutoris defectum supplente, vt quia pupillus tutore destituatur, aut tutor in longinquis* [t] *sit partibus.* 12 *Rursus potest solus tutor bonorū possessionem, nomine*

a l. 1. C. si cert. pet. l. 2. C. de hær. act.
b Bell. li. 3. Sup. cap. 2.
c Bello. d. lib. 3. Supp. cap. 2.
d l. cū mandato, in princ. ff. de minor.
e Bar. l. obligari, de act. & obl. Ias. l. l. potuit, C. de iure delib. Fab. hic.
f vt est casus, & ibi Bart. in l. more, de acq. hær.
g §. sui, inst. de hæred. qualit. & different.
h l. nihil, 2. C. de vsucap. pro hæred. facit l. in suis, 11. ff. de lib. & post.
i Inst. de bo. pos. per tot.
k l. quoties, C. de hær. instit.
l l. hæreditas nihil aliud, 62. ff de reg. iur.
m arg. l. s. nād ea, ff. de legib.
n l. s. potuit, C. de iure delib.
o l. 52. cū hæres, ff de acq. hær.
p l. quoties, 10. in pr. de adm. tut.
q l. neque, 11. C. de procur.
r l. 37. restitutā. § si cum duobus, ll. seq. ad Treb.
t l. 18 si infanti, C. de iure delib.
t l. bonorum, 7. C. qui ad bo. poss. & c. Platea hic.

pupilli agnoscere, [u] cum plenam habeat ac liberam, tam in bonis, quàm in persona pupilli administrationem: conuersa rota quo ad hæreditatem. Hoc propterea tam variè: quoniam agnitio bonorum in facto consistit, aditio verò hæreditatis in mera voluntate: [x] Ea autem quæ in mera consistunt voluntate, alterius facto expediri [y] non possunt. 13 Quanquam verò Regula est, cum posse repudiare, qui & acquirere [z] potest: hæc tamen Regula in his locum habet, qui suo acquirunt nomine, non [a] alieno. Ideoque patri absque pupilli consensu non conceditur, bonorum possessionem repudiare. In agnoscenda enim bonorum possessione nihil subest periculi pupillo, etiam si tutor solus agnoscat, quia restituitur aduersus talem aditionem: [b] diuersum esset, si repudiaret tutor: quia nisi res hæreditariæ omninò sint integræ, denegatur minori restitutio. [c] Sanè cum iudice, & interuentu amicorum, vel consanguineorum pupilli rectè tutor repudiat. Idque Iason [d] censuit.

u l. tut. 8. de bo. poss. l. si pupillo. eo. l. si ad pupillum, de aut. tut.
x d. l. bonorum, & ibi Dd. Ang. & Sal. in d. l. bono. per l. iura, ff. de iure deli.
y l. sub hac, 7. de act. & obl.
z l. 18. is potest, de acq. hær.
a Glo. & Bar. in l. tut. de bon. poss.
b l. 1. C. si vt se ab hær. abst.
c l. 11. quod si minor, §. Scæuola, de min. l. fi. C. de repud. hæred.
d d. l. bon. C. qui ad bon. poss.

§. Tutor.

1 Tutor corpore præsens, autoritatem suam interponere debet.
2 Tutor ex interuallo ratificare non potest.
3 Tutoris præsentia non sufficit, nisi verbis actum probet.

Tutor autem statim in ipso negocio præsens debet autor fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. Post tps verò, vel per epistolã, aut per nuncium interposita autoritas nihil agit.

Oportet] 1 tutorem, qui suam velit autoritatem interponere, in omnibus pupilli contractibus, commercijs, & negocijs corpore præsentem esse, & probare quod agitur, sicut [a] Paulus interpretatur. Interposita enim per organum medium autoritas, puta per epistolam, vel nuncium, nihil quicquam proficit, licet ratihabitio alias soleat retrotrahi. 2 Sed nec ex interuallo ratihabitio quicquam operatur, quia confestim in ipso negocio apponenda est. 3 Quinimo adhibere autoritatem debet nominatim, & expressis verbis: nec sufficit, tutorem esse præsentem, & tacere, sic enim & mutus posset fungi tutelæ munere: quod tamen ius prohibet, quod Doctores alibi copiosius exequuntur. [b]

a in l. 3. hoc tit.
b l. 1. § vlt. ff de tut. & l. si quis mihi bona, 11 § iussum, vbi gl. Bart. & Dd. de acq. hæred.

§. Si inter.

1 Prætorius tutor quis olim fuerit.
2 Loco tutoris Prætorij, hodie curator datur.
3 Hunc §. hodie correctum esse.

4 Si inter tutorem pupillumque iudicio agendum sit, quia ipse tutor b in rem suam autor esse non potest; non Prætorius tutor (vt olim) constituitur, sed curator c in locum eius datur, quo curatore interueniente, iudicium peragitur; & d eo peracto curator esse desinit.

a Si inter Iure] 1 veteri, si inter pupillum & tutorem lis fuisset orta, pluribus tutoribus non existentibus, ne pupillus indefensus maneret, tutor per Prætorem dari solebat: qui ob id [Prætorius] dicebatur. 2 Sed hoc deinde sublatum est, constitutumque, vt non tutor, sed curator ad litem constitueretur. Quod ea ratione factum est: quia si tutor daretur, respiceret datio principaliter personam pupilli, & sic prioris tutoris autoritas etiam lite finita extincta esset: quod fieri non debet, cum lis non sit modus tollendæ tutelæ. Curator verò non personæ pupilli, sed liti datur. Lite ergo finita, cessat quoque curator: quoniam cessante causa, & effectum cessare consequens est. Ergo administratio prioris tutoris agentis cum pupillo, quo ad personam eius, & cætera negocia, nihilominus manet firma.

b In rem suam] Id est, non potest autoritatem suam accommodare pupillo, vbi causa, quæ controuertitur, ad ipsum tutorem pertinet.

c In locum eius] Nisi sint plures tutores dati; tunc enim à prætore curatorem posci superuacuum est: quia tunc altero tutore autore cum altero [a] agi potest.

d Eo peracto] Controuersia decisa curator esse desinit, tutorque recuperat pristinam tutelæ administrationem. [b] 3 Cæterum hic §. hodie non obtinet. Iure enim Nouellarum, qui vel debitor est pupilli, vel creditor, non potest tutelæ officium subire. Ergo nec curatorem hoc casu dari oportet. Quod si hoc debitum sit inter administrandum conflatum, in iudicium deduci non debet, nisi finita tutela. [c] Et prædicta locum habent, præterquam in tutore testamentario, & per iudicem dato. Tutor enim testamento scriptus, etsi debitor vel creditor sit pupilli, non est submouendus: quia cum eius fides sit approbata à testatore, suspicio fraudis cessat. [d] Idem est in tutore à iudice per inquisitionem dato, nam & is tutelam suscipit: tametsi in ære sit pupilli, propter inquisitionem factam, qua iudicatus est pupillo vtilis esse. [e]

a l. si plures, 24. ff. de test. tut.
b Adde l. 5. § 1. de tut.
c l. si tutor, §. vlt. cũ l. seq. ff. de tu & rat. dist. l. rationes, C. de adm. tut.
d l. propter litẽ, 24. ff. de exc. tut. Azo in sũma, C. qui dare tut. poss.
e l. 19. si nemo tut. §. 1. ff. de test. tut. Auth. vt hi qui obl. se perhi. hab. res min. §. 1. collat. 4. & Auth. minoris, C. qui dat. tut. poss.

QVIBVS

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR. TIT. XXII.

In Rubr. & princip. tit.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Tutela finitur pubertate pupilli pupillaeue.*
3 *Pubertas quomodo aestimetur.*
4 *Tutor, finita tutela, curatores puberi petere tenetur.*

Pupilli pupillaeque cum puberes esse cęperint, a tutela liberantur. Pubertatem autem ueteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis aestimari uolebant. Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit, quod in foeminis etiam antiquis impudicum esse uisum est, idest, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo nostra sancta [a] Constitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimumquartum annum completum illicò initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in foeminis bene positam, in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos uiripotentes esse credantur.

1 *Expediuimus de triplici constituendorum tutorum specie, eorumq; potestate & autoritate interponenda, dispiciendum modo est, quando haec potestas dissoluatur. Et sunt multae species eius tollendae, quae ordine hoc tractatu explicantur.* 2 *Finitur aūt tutela primum pubertate pupilli, pupillaeue. quę (reiecta & explosa veterum animaduersione, qui pubertatem ex inhonesta inspectione corporalis habitudinis circa pudica considerabant) in masculis post decimumquartum, in foemellis post duodecimum aetatis annum pensatur.* [a] *Nam haec aetas in vtroq; sexu inter caetera censetur quoq; ad contrahendū matrimoniū apta & idonea.* 3 *Et quia quod fauoris est tractamus, expletum annum decimumquartum vel duodecimū intelligimus, si quando pupillus pupillaue decimiquarti duodecimiue anni vltimi contigit* [b] *diē. Alias. n. obseruato iuris rigore & subtilitate, tempus de momento in momentum censemus,* [c] *quod & in testamētis ac manumissionibus obtinet* [d] *Sed et illud notandum est, adueniente decimiquarti anni perfectione, nulla quidem hominis sententia, sed ipso iure finiri tutelam.* [e] 4 *Prudentis tamen est tutoris, finita tutela, puberi facto curatores petere, vel eum admonere, vt sibi curatores petat. Quoniam hoc nisi fecerit, à periculo tutelae non liberatur, & si quid ex rebus minorum usque ad annum uicesimumquintum perierit, tutoris damno & periculo perit. Curatores enim non petijt, at uel deinceps ab onere* [f] *releuaretur.*

a Cōstitutio, est tultinrimi. l. fi. C. quando tut. vel cur. esse des.
b Tractātur per iuris interpretes, l. 3. si cui de leg. 3.
c l. 3. §. scio, vbi Dd. de minor
d l. 23. impuberem, defunc. l. excipuntur, C de S. C. Sylleia.
e Dd. in l. Impe rator, de iure fisci. & l. in crimina li. C. de iuris. om. iud.
f l. 7. admoneā. C. qui petant tut. vel curat. l. ita autē, s. §. si tut. & l. 34. a tutoribus, § 1. & l. tut. 40. §. 1. l. tutores qui post. ff. de administr. tut.

§. Item finitur.

1 *Pupillus arrogatus egreditur potestatem tutoris.*
2 *Ciuilis mors pupilli tollit tutelam.*
3 *Impubes delinquere potest, vt capitalem poenam mereatur.*
4 *Infans & furiosus impunè delinquunt.*
5 *Tutela captiuitate pupilli finitur.*

Item finitur tutela, si arrogati sint adhuc [a] impuberes, vel deportati: item si in seruitutē pupillus redigatur, uel si ab hostibus captus fuerit.

2 *Impuberes, consensu scilicet* [a] *tutorum.*

Collige ex hoc §. tres finiendae tutelae species. 1 *Prima est arrogatio pupilli. Is. n. arrogatus transit in omne ius & familiam patris arrogantis, sicq; tutoris sui potestatem* [b] *egreditur,* 2 *Secundo finitur tutela morte pupilli ciuili, vt si pupillus propter commissum crimen in insulam deportatur, uel in seruitutem redigitur, nam tunc dissoluitur tutela.* 3 *Ex quibus obiter est notandum, pupillum intra pubertatis annos constitutum committere posse, unde poenam mereatur, et capitalē. Quod uerum est in impubere pubertati proximo, hoc est, nato annos decem ac menses sex, si sit masculus, foemellam verò pubertati proximā dicimus, si nonem & dimidium annos* [c] *habet.* 4 *Nam in infante aliud dicendum est, quemadmodum & in* [d] *furioso, impunè. n. ab illis delinquitur, vt quibus doli capacitas, vnde maleficium* [e] *censemus, desit.* 5 *Tertiò, expirat tutela per captiuitatem pupilli, non tamen ipso iure, quia si redeat pupillus, recuperat* [f] *tutelam. Cum enim impubes ab hoste detentus, fiat eius* [g] *mancipium, non potest amplius esse sub tutore, cum is personae liberae principaliter detur. Impuberis tamen capti rebus curator dandus est, qui rei familiaris sustineat* [h] *administrationem.*

a l. vlt. C. d aut. praest.
b vt sup. de adopt. post pricip.
c Secundū An. hic, post gl in l. pupillū, de reg. iuris, cum similibus.
d l. s. sed etsi q cunque; §. & ideo & § seq. ff. ad l. Aquiliam.
e l. 1. & l. infans, de sicarijs.
f Vide Bar. hic
g § si ab hostib. sup. qb. mod. ius pat. pot. sol.
h arg. l. ab hostibus, 15. ff. ex quib. cau. maiores.

§. Sed etsi.

1 *Testamentario tutore sub conditione dato, ea existente, tutela finitur.*
2 *Tutor à Iudice sub conditione dari non potest.*
3 *Sententia conditionalis valet.*

Sed etsi usque ad certam conditionem datus sit tutor testamento: æquè euenit, ut desinat esse tutor existente conditione.

1 Si sub conditione§ testamento datus sit tutor, conditione existente, tutela [a] expirat. Et notanter § Testamento§dixit, 2 quoniam hoc a testatore solum, non etiam a magistratu vel Iudice fieri potest. Est enim hic actus legitimus talis, ut non recipiat diem vel conditionem [b] expressim. Si ergò expressim apponatur dies uel conditio a iudice, ipso iure nulla est tutoris datio, 3 licet aliàs data sententia sub conditione, sit [c] valida. Hanc autem adiectionem, quam præsides faciunt tutorem dando, si satisdederit, non videtur in se conditionem habere, sed admonitionem, non aliter ei tutelam committi, quam si satisdederit, idest, non aliter ei gerere permittendum; quam si rem pupilli saluam fore [d] cauerit. Tacitè autem inest dies, ut si pendente testamentarij tutoris conditione, uel nondum adueniente die iudex impuberi det tutorem, qui durabit tutor, donec conditio eueniat. Rationem autem differentiæ, quare datiua purè tantum, testamentaria etiam sub conditione fiat, nos alibi [e] diximus.

a Idem habes in l.8. tutor datus, de test. tuto.
b l.actus, 78, de reg. iur.
c l.3. §. biduũ, quãdo ap. sit.
d l. Muto, 6. §. 1. in fi ff. de tut.
e § ad certum, supra, qui testa. tuto. da. poss.

§. Simili.

1 *Morte vel pupilli uel tutoris finitur tutela.*
2 *Relatiuorum natura est, ut posita se ponant, seposita se perimant.*

Simili modo finitur tutela, morte vel pupillorum vel tutorum.

1. Obserua. §tam tutorum & curatorum quam pupillorum & adultorum morte tutelam finiri, tũ quia mors omnia soluit, tum etiam propter naturam relatiuorum. Nec enim quisquam tutor est, nisi pupilli: nec pupilli ulla tutela est, nisi tutorem habentis. quapropter altero perempto uel sublato, tutelã finiri oportet, 2 quia hoc proprium habent relatiua, ut posita, se ponant, seposita, se [a] perimant.

a l.fi. C. de indicta. vi. toll. Bal. in l. conuenticulã, C. de episco. & cleric.

§. Sed & capitis.

1 *In pupillo qualibet capitis deminutio tutelam tollit.*
2 *In tutore maxima & media omnes tutelas finit, minima tantum legitimam.*

Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel Ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit: cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillę capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

1 In pupillo quelibet capitis deminutio, siue maxima sit, siue media, siue minima, tollit omnes tutelas. In tutore uerò secus est. 2 quoniam per duas quidem priores omnis tutela prorsus expirat, sed si minimã patiatur tutor capitis deminutionem, puta si se in arrogationem dederit, tam testamentariã, quam etiam datiua tutela remanere possunt. At legitima tutela, quam ex lege duodecim tabularũ ad agnatos deuolui [a] suprà diximus, finitur propter agnationis ius, ea capitis diminutione extinctum. [b]

a §. 1. §. ff. sup. de leg. ag. tut.
b ibid.

§. Præterea.

1 *Tutor datus ad tempus certum, adueniente tempore tutor esse desinit.*
2 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

Præterea qui ad certũ tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelã. Desinunt et tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, ꝙ suspecti visi sunt: vel qui ex iusta cãsẽ excusant, & onus administrãdę tutelę a deponunt, secundũ ea, quę inferius proponemus.

1 Ad certum tempus tutor datus, adueniente tempore desinit esse tutor, idque propter vulgatam iuris Regulam, [a] qua dicitur, 2 § limitatam causam limitatum producere effectum. § quæ tamen Regula suas quoque exceptiones habet, [b] alibi à Doctoribus explicatas.

2 Deponunt § Subaud. non [c] ad tempus.

a l. in agris, 16. de acq. rer. do. l. 3. age, C. de transact.
b d. l. in agris, & d. l. age.
c l. nec ille, ff. de tut. & cur. dat.

DE CVRATORIBVS. TIT. XXIII.

In Rubr.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Curatorum usus quare introductus.*
3 *Maior uiginti quinque annis confirmatio iudicio esse censetur.*
4 *Minor viginti quinque annis debet sub curatore esse.*

1 *Exposi-*

1 Expositum } est supra, ex his personis quæ sui iuris sunt; quasdam in tutela, quasdam in curatione consistere. Sed quia de Tutoribus pertractatum est, superest vt & } de curatoribus } disseramus, quibus finita tutela res minorum demandari iuris ordine consueuerunt. 2 Et si originem scruteris, eadem est ratio & tutorum & curatorum: scilicet ad defendendum eum, qui propter ætatis imbecillitatem solus suis rebus præesse nequit. Nam licet quis excesserit ex ephebis, id est, ad pubertatem peruenerit, ac per consequens liberatus, sit [a] tutoris potestate: adhuc tamen non adeò certum habet & consummatum animi sui iudiciū, vt solus rebus suis administrandis sufficere possit. Vnde sæpe fit, [b] ut contrahendo circumueniatur, & lędatur. Quare inuentus est à legibus curatorum vsus, vt is qui pubertatis annos ingressus est, adhuc curatorem recipiat, quo cum negocia sua rectè peragat, in eiusq; potestate uiuat, donec maior uigintiquinque annis efficiatur. 3 Nam tunc lex eum putat confirmato esse iudicio, ita quòd contrahendo facile decipi [c] nequeat. 4 Aetate igitur minores à decimoquarto vsq; ad vigesimum annum completum, solent esse in potestate curatorum: quod præsenti titulo eleganter Iustinianus prosequitur.

In princip. tit.

1 Similitudo inter pupillos & puberes, siue minores.
2.4 Minor læsus restituitur in integrum.
3 Maior quando possit in integrum restitui.
5 Minor qui veniam ætatis impetrauit, non restituitur.
6 Minor interdum non eget restitutione.
7.8.10.11. Differentia inter Tutorem & Curatorem.
9 Minor non potest stare in iudicio sine Curatore.

a Masculi quidem puberes, & fœminę uiripotentes, vsque ad uicesimumquintum annū b completum curatores c accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen eius etatis sunt, vt sua negocia tueri non possint. d Dantur autem curatores ab eisdem Magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator e testamento non datur: datus tamen confirmatur decreto Presidis. f Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. g Curator enim & ad certam causam dari potest.

a Masculi) Quemadmodum. 1 pupillus est in potestate sui tutoris, ita puberes iam facti, & ætate minores (qui & adulti dicuntur) à decimoquarto vsque ad vigesimumquintum annum completum solent esse in potestate curatorem. Et sicut pupillus sine tutoris autoritate non obligatur: [a] ita & minores non possunt contrahere, vel se obligare, nisi curatorum accedat consensus, ne facilè damnum incurrant. quod accipiendum est secundum distinctionem supra in principio tituli de autoritate tutorum expositam: quæ ad curatores quoque referenda [b] est. 2 Sed etsi adultus contrahat, vel cum autoritate tutoris, vel sine eo, & fortè lædatur, potest petere restitutionem in integrum: quia contractus per Iudicem rescinditur. [c] 3 Quam restitutionem maior annis vigintiquinq; non facilè adipiscitur, nisi manifestus appareat dolus, uel aliqua alia iusta causa esse uideatur, [d] 4 Et generaliter restituuntur minores propter sui facilitatem, uel aduersarij calliditatem, uel ratione eorum quæ amiserunt, uel eorum quæ non acquisierunt, uel eo quod oneri se implicuerint [e] 5 Excipitur minor, qui per rescriptum Principis veniā impetrauit, vt pro maiore reputetur in contrahendis distrahendisque negocijs. Illi enim læso denegabitur restitutio, ne contrahentes cum eo, beneficio legis decipiantur. [f] 6 Plerunq; tamen non eget in integrum restitutione minor, etiam si decipiatur: vt si decipiatur: vt si mero iure tutus est, puta si ignorante curatore contraxit, si dolus alterius contractui causam dedit; si societatem inijt donationis causa, certè eiusmodi facta ipso iure nulla sunt, nec ea seruari [g] oportet. Porrò ad hoc vt minori competat restitutio in integrum, tria sunt necessaria, [h] primum, quod probet se minorem, alterum, quod læsionem doceat, tertium, quòd se solo aduersarij, uel nimia sui facilitate læsum ostendat. Et quamuis Ant. de But. [i] quartum addiderit, nempe, quod probare debeat, se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ, scilicet intra [k] quadriennium, hoc tamen ab alijs reprobatur, & rectè, [l] vt alibi a me annotatum extat.

b Completum } Quod adeo verum est, vt extremum momentum elapsum [m] esse oporteat.

c Accipiunt } Nisi veniam ætatis a Principe [n] impetrarint.

d Dantur } In hoc ergo conueniunt tutela & cura, quod curatores per eūdem Magistratum dantur, per quem & tutores. [o] Differunt tamen in plerisq. sicut præsens versic. hoc satis ostendit.

e Testamento non datur } Aetiologia est, quia curator datur principaliter rebus adulti, de quibus pater disponere non potest, nisi vsq. ad pubertatem. [p] 7 Et hæc est prima differentia inter tutorem & curatorem, nempe quod curator in testamento non potest dari, cum in tutore sit secus. Datis tamen in testamento curator confirmandus est a Iudice, citra inquisitionem. [q] Altera est, quæ ex priori dependet; quod curator rebus principaliter dari solet, tutor uero ipsi personæ.

f Item inuiti } 8 Hæc est tertia differētia inter tutorē & curatorē, quod tutor datur etiā inuito, curator uerò non nisi volenti et petenti, præterquā in lite exercenda, vt cum adulto litigetur, vel ratio sibi a tutore reddatur. 9 Iudicium enim cum solo minore, sine curatore, non valet, quia legitimā personā stādi in iudicio nō habet. alias Iudicum autoritas redderetur elusoria, si minor indefensus condemnaretur. [s]

a sup. ait præc. I prin. & l. vlti. C. quādo tut. vel curat. esse desi.
b l. 1. ff. de min. 25. annis.
c d. l. 1.
a sup. de autori. tut. in prin.
b Per gl. l. 1. ff. de nouat.
c l. 1. & per tot. tit. ff. de min.
d Toto tit. Ex quibus causis maio.
e l. quod si mi nor 24. §. nō semper & l. 45. nō oia ff. de minorib. Azo speciatim singulare refert in Sū. C. de in integ. restitu. minor.
f C. de his qui veniam ætat. impe.
g l. 3. si curatorē habens. C. de integ. rest. min. vbi Azo
h l. 12. uerum § l. sedū de minor. l. vlt. C. de i int. rest. min.
i in c. constitu. de in int. rest.
k de quo i l. fi. C. de tēp. in integ. rest. pet
l Cent. 4. obs. 16. Imp. obs.
m l. 3. § mini. de min. l. 1. eo. ti. de Captiol. Mar. Ant. Phi.
n tot. tit. de his qui ne. ætat. ip.
o Facit l. 1. ff. de tut. datis ab his &c.
p l. 2. in princ. ff de vul & pup. l. pcib. C. de imp. & al. sub.
q l. si filio 6. ff. de cōfirm. tuto. Tex. hic.
r l. 14. nō co mi nu. C. de procurat.
s l. 4. acta de re iudicata. ff. l. 1 & 2. C. qui leg. pers. l. fi. C. de aut. præst.

l.3.§.si pupillus de tutelis. §. certæ autē rei.su.q.test.tut.da.poss.

Secus est in pupillo: cui ob id inuitus tutor dari solet, quia non habet adeò certum animi iudicium, vt solus se ipsum defendere possit.

g Curator ¶ 10. Quartum discrimen: quia tutor non datur certæ rei, sed principaliter personæ, curator verò ad certam quoq; rem & causam constituit potest. 11 Adde & quintam differentiam: quia tutor solum pupillo seu impuberi datur, curator uero puberi seu impuberi.

a l. D. Marcus, ff. de off. psid.
b Budę l.2. de orig. iuris.
c L.1. de curato. furiosi.
d Tex.i.l.7. fulcinius.§ adeò ad fin. ff. ex q. bus causis in poss. eat. tex. notab. in § & hęc dicimus, in Auth. vt hi q obl. se perhib. hab. rea mino.
e Ita nota. Bar. l. hæc autē, in princ. ex qb. causis i poss. eatur.
f l.6. is cui bo. ff. de ver. obl.
g l.s. in neg. de reg. iur.
h Facit l.3. si cu ratorē habēs, C. de in integ. rest. mi. l. pri pro filio. 28. de mi l.9. certi. §. quoniā, Si cer. pe. tex. op.c. veritatis extra, de dolo & cōtum.
i Sēt. li.3. cap.5.
k l.1. de curat. furio. l. is cui l.18. de test. l. mutum, 5. §. 1 de acq. hær.
l d. l.1. de cur. furio.
m §. fi. supr. de his q sūt sui vel al. iu.
n l. emptorē, ff. de actio ēpt.
o Dd. in d. l. is cui bonis.
p l. si quis cum sciret. ff. pro emp. Ias. d. l. is cui bo. nu. 10
q Argumēto l. tres tutor, i fi. de admin. tutor. & Io. Fab. hic.
r l. Seia. 26. de tut. & curat. dat. ab his, cū similibus.

§. Furiosi.

1 *Furiosus est sub cura agnatorum & gentilium.*
2 *Idem in prodigo obtinet.*
3 *Quare lex ad agnatos furiosi prodigique curam deferat.*
4.5 *Prodigus & furiosus qualiter æquiparentur.*
6 *Furioso ipso iure aufertur rerum administratio: secus in prodigo.*
7 *Discussæ leges, quæ dicunt ipso iure prodigo administrationem interdici.*
8 *Iudicis decretum requiritur etiam in manifeste prodigo.*
9 *Interdictio facta illi, qui reuera prodigus non est, an valeat.*
10 *Furor quomodo deprehendatur, vel probetur.*
11 *Qui semel probatus est furiosus, semper talis præsumitur.*
12 *Furiosus a mente capto quomodo differat.*

a Furiosi quoq; & prodigi, licet maiores uigintiquinq; annis sint: tamen in curatione sunt agnatorum, ex lege duodecim tabularum. Sed solēt Romæ pfectus vrbi, uel Prætores, & in puincijs Presides, ex inquisitione eis curatores dare. Sed & b mēte captis, & surdis, & mutis & q ppetuo morbo laborant (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

a *Furiosi quoq;* ¶ *Dictum est, adultis tantum, & illis quidem volentibus dari curatores: subijcitur modo ab regula exceptio, vbi & maioribus XXV. annis, tametsi nolentibus, curatores præficiuntur.* 1 *Nam furiosum lex XII. tabularum voluit in agnatorum, gentiliumq; a suorum potestate esse, vsq; adeò, vt cum furere hominem significare uolebant, ad agnatos & gentiles deducendū esse dicerent.* b *Legis verba hæc sunt:* ¶ *Si furiosus existat agnatorum, gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius, potestas esto.* ¶ 2 *Idem est in prodigo, id est, eo qui neq; tps neq; finem inhonestarū & indecentiū expensarū habet* c *sed bona sua dilacerādo & dissipādo profundit. Nā & is in agnatorū curatione est.* 3 *Merito autem lex horū curam ad agnatos deuoluit: quia cum hi successionis habeant spem, naturali æquitati consentaneum est, vt & curatorū munus subeant: idq; ex XII. tabularum lege. Vnde &* ¶ *legitimi curatores* ¶ *dicuntur.* 4 *Igitur æquiparatur prodigus, cui bonis interdictū est,* d *furioso: in tantū, quod Iudex ex officio, etiam nemine petēte vtriq; curatorē possit cōstituere: cū cæteris personis, puta pupillis uel adultis, non dentur, nisi ab ipsis uel ab agnatis* e *eorum petantur nomine.* 5 *Hæc tamen cōparatio restringenda est procedere, quantum ad dissipandū, uel se obligandum attinet, quia in stipulando & acquirendo multum discrepant: cum prodigus stipulando sibi acquirat,* f *furiosus nullū queat negociū contrahere.* g 6 *Præterea furiosis quā primū ex animi ac mētis suæ potestate, exierint, id est, furore perciri cœperit, bonis ipso iure, id est, sine aliquo hominis adminiculo, interdicitur. Sed vt pdigo rerū suarū administratio adimatur, Iudicis opus est declaratione,* h *qui bonis interdica: quo tandē facto, res ad curatorē deferuntur. Et, vt refert Iulius Paulus* i*, in ea declaratione fuerunt olim hæc verba, moribus solēnia:* ¶ *Quādo tibi paterna bona habita, q̄ nequitia tua disperdis, liberosq; tuos ad egestatē perducis, ob eā rem tibi ea re cōmercioq; interdico* ¶. 7 *Quanquā non ignorem, multas in contrarium leges* k *vrgere, quæ dicunt, ipso iure prodigis interdici administrationē. Et hac antimonia adducti Iuris interpretes, miris modis sudauerunt, plerisq; prodigo per legem, alijs per Iudicem bonis interdici asserētibus. Hæc tamen res, si aduertissent animum, poterat sine magno negocio, & haud difficulter explicari. Scire itaq; debes, quòd olim moribus pdigo interdicebatur administratio* l *quod ius deinde in XII. tab. redactū est: quapropter antiquissimū esse constat. Postea verò non lege, idest, ipso iure, sed per Magistratus administratio prodigis interdici capit. Publicè enim expedit, ne quis re sua male utatur* m *Leges igitur quæ dicunt, lege prodigis interdici, ad uetus ius referendæ sunt: quāquā Accursius interpretatur, id legū præcepto facere Iudicē.* 8 *Dubitatū quoq; sæpe fuit, an in apertè pdigo, iudicis autoritate opus esset: cū manifestū & notoriū iudicato equiparetur* n *Sed crebrius placuit, vbiq; necessariū esse iudicis decretū, atq; ante omnia prodigū facere posse, siue contractuum siue testamenti iura respiciamus:* o *Nisi quis cum luxurioso contrahat, quē sciat pecuniam illicò dissipaturum, & scorto* p *daturum. Vel nisi qui sciens cum eo contrahat, quem ita manifestum sit sua dilapidare, et in turpes vsus exponere, vt nullus id ignoret: quia tali specie æquitas exposcit, ne reportet ullum fructum* q 9 *Disputatur etiam hic ea quæstio, an ualeat interdictio, facta illi qui reuera prodigus non est? Et communiter receptum est, ratā eā haberi. Sed tamen multa* r *in contrarium vrgent. Ego à communi sententia non puto recedendum: nam cum Iudex, causa cognita, et verisimilibus motus coniecturis, bonis interdixit: etiāsi hic*

hic, quorundam iudicio, magis liberalis, vel magnificus & splendidus fuerit, quàm prodigus existimatus, (Iudicis enim seueritati, & censuræ standum [t] est.) Poterit tamẽ is cui datus est curator, vt prodigo, cũ non sit, iudicẽ adire, ab eoq; petere, vt pronunciet, se ad bonos mores rediisse, & ita bonorum recuperabit interdictã administrationem. [t] 10 Sed quomodo agnoscimus aliquem furore dinexari? Et sane vnusquisque creditur sanæ mentis esse, nisi contrarium constet [u] vel probetur: & asserenti aliquem esse furiosum, probandi incumbit onus: atq; ita in Camera Imperiali [x] determinatum memini. Probari autẽ furor varijs argumentis potest, vtputa si aliena & deridenda loquitur, si per vicos more insanorum [y] feratur, si temere lapides [z] iaciat, vestes disrumpat, aliaque committat, vnde furor euidenter colligi potest. 11 Si quis autẽ semel probatus fuerit furiosus, semper talis præsumitur: [a] nisi dilucida appareant interualla remissi morbi. Intelligendum id tamen ex Bart. [b] sententia, si quis semel furere cœperit per iustum tempus, nam plerique, doloris vel morbi impatientia furere uidentur) hos nemo, posteaquam conualuerunt, adhuc furere, [c] præsumet.

b *Mente captis.* § 12 *Dicunt Doctores [d] nostri, hoc distare furiosum à mente capto, quòd ille rabie quadam animi agitur: at mente captus magis in quiete est, nullaq; extrinsecus signa ostendit, idemq; est, qui & demens: qua de re Alciatus [e] in suis Parergis pulchrè disputat. Sanè furiosum Iurisconsulti appellant, qui mentis ad omnia lumine, idest, sensu communi caret, quales fabulæ memorant Athamantem, Alcmeonem, Aiacem, Orestem, &c. Dementem verò, qui non vsquequaque, sed ex parte tantum mentis errore ducitur, vt is, de quo D. Pius [f] alibi loquitur.*

§. Interdum.

1 *Aliquando tutorem habenti tutor datur.*
2 *Item & curator.*
3 *Hodie tutores & curatores uno & communi nomine dicuntur § Vormundere. §*
4 *Actor quid in hoc text. denotet.*
5 *Tutore impedito administrare, quis actorem constituat, tutor, an Iudex.*

a Interdum autem & pupilli curatores accipiũt, ut puta si legitimus tutor nõ sit idoneus: quoniam habenti tutorem, tutor dari *b* non potest. Item si testamento datus tutor, uel à Prætore aut Preside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen *c* fraudulenter negotia administret: solet ei curator adiungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus a tutela excusantur, solent curatores dari. Quòd si tutor uel aduersa valetudine, vel alia *d* necessitate impediatur, quo minus negocia pupilli administrare possit, & pupillus uel *e* absit, uel infans sit: quem velit *f* actorem, periculo ipsius tutoris, Prętor vel qui prouincię præerit, decreto *g* constituet.

a *Interdum autem* § *Exceptio est ad principium tituli. Nam cum ibi dictum sit, adultis, non etiam pupillis, regulariter curatorem dari: excipiuntur modo pleriq; casus, quibus etiam pupilli curatores accipiunt: quos Imperator hic ordine prosequitur.*

b *Non pot.* § 1 *Hæc tamen regula perpetua non est, & plerunq; tutorem habenti tutor rectè datur: puta si in locum furiosi sana interualla habentis, [a] & muti, & surdi tutoris, alij tutores [b] dentur, aut si aliarũ rerũ, nõ earũdẽ, puta in alia prouincia [c] datur: aut si Reip. causa [d] absit, vel missus: sit ad hostes quasi legatus, aut ẽt receptus ab eis uel transfugerit, quia seruus non efficitur, tutor manet: sed interim à Magistratu tutor dabitur. [e] His. n. casibus tutorem impeditum habenti, alius tutor in subsidium (cum præuia tamen causæ cognitione) rectè datur: qui quidem si prior impedimento durante moriatur, in eadem causa manet: donec pupillus efficiatur pubes. 2 Potest tamen his ipsis casibus & curator substitui, [f] 3 Notandum hic, hodie inter impuberum tutelam, & puberum curationem tam anxiè & scrupulosè nõ distingui [g] sed vno & cõmuni nomine tam tutores quam curatores germanicè § Vormundere § appellari. [h]*

c *Fraudulenter* § *Nam tunc à tutela prorsus remoueretur.* [i]

d *Necessitate* § *Et quacunque causa iusta & legitima.*

e *Vel absit* § *Nam si pupillus & præsens, & infante maior fuerit, non dandus est curator,* [k] *sed vel tutor ex persona sua actorem ante litem contestatam, postea verò procuratorem constituet: uel pupillus statim initio, interueniente tutore, procuratorem ordinabit.* [l]

f *Actorem* § 4 *Idest, ad utorem uel administrutorem, sic enim actor hoc loco accipitur.* [m]

g *Constituet* § 5 *Sed an hoc casu a tutore cum autoritate Iudicis, vel à iudice, ad tutoris petitionẽ actor dandus sit, quæritur. Et crebrius placuit, à tutore constitui debere, iudicisq; subsequi decretum pro ipso cõfirmando, quanquam nec illud iure improbari queat, si iudicem adeat tutor, aliumq; decreto eius interueniente petat, atque in locum suum sufficiat.* [n]

DE

t Viglius, §. itẽ prodigus, inf. qui test. fac. poss.
t ita Bart. l. de ætate, in pr. de min. i vlt. q. 1. quæstionis pr.
u l. 1. nec codicillos, C. de codicill. vide Spec in tit. de prob. §. 1. ver. prin. quidam erat furiosus. & Dd in l. furiosum, C. qui test. fac. poss.
x Obs. 77. cét. 3. & Boeri. decis. 23. i t. p.
y l. 4. obque uitia, de ædilitio edicto.
z Alex. in l. sed eum dotem, §. si marit. ff. sol. matr.
a ... iudicia, 3. q. 9. gl. c. fin de succ. ab intest.
b l. 1. de bon. possess. mutos, surd. &c.
c Vide Vigl. §. itẽ furiosi, q bus. non est permiss. fac. test.
d Dd. hic, Bal. l. si furiosi, C. de nupt. De cius l. humanitatis, C. de im pu. & al. subst.
e lib. 2. Parerg. cap. 16.
f in l. his qui 12 ff. de tut. & cur. da.
a l. non solum. 12. . . si de excusat. tut.
b l. pen. de tut.
c l. si tamen. de test. tut. l. 24 propter litẽ. §. fi. de excus. tut.
d l quæsitũ, 12. ff. de tut. l. tut. 3. §. si quis ab futurus, de suspect. tut.
e l. 15 si quis tutor. de tutel.
f l curator, 12 & l curatorẽ, 21. de tutor. & curator dat. ab his, l. 1. & 2. C. in quib. caus. tut hab. g Vide Andr. Gell. lib. 2. Obseruat. obs. 96. num. 6. h In des Reichs abscheiden zu Augspurg. Ann. 1584. auffgerichtet, Tit von Pupillen vnd minderierigen kindern, Tutorn vnd Vormundeten. par. 2. fol. 19. i Vt inf. de suspect. tut. k d. l. curator. de tutot. & cura. datis ab his. l l. neque tutores, 11. C. de procurat. m l. solet, de tutorib. n Gl. in d. l. neque tutores, C. de procurator.

DE SATISDATIONE TVTORVM. TIT. XXIIII.

In Rubr. & princip.

1 *Quare curatores & tutores satisdare debeant.*
2 *Tutores & curatores vt plurimum aut sunt infideles, aut negligentes.*
3 *Satisdare quando dicantur.*
4 *In tutela & cura nulla alia quàm fideiussoria cautio admittitur.*
5 *Qui tutores vel curatores obligentur ad satisdandum.*
6 *Testamentarij, & ex inquisitione dati, non satisdant.*
7 *Hodie tam testamentarij quàm legitimi & datiui tutores satisdant.*

Ne tamen pupillorum pupillarumue, & eorum qui, quæue in curatione sunt, negotia à Curatoribus tutoribusue consumantur, vel deminuantur: curet Prætor, ut & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. Nam tutores testamento dati, satisdare non coeuntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. Item ex inquisitione tutores uel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei electi sũt.

Quoniam § speciatim de his, quæ tutoribus, quæ itẽ curatorib. sunt peculiaria, dictum est: expenduntur modo quædã vtriusq; fere ex æquo communia. 1 Cæterum ex præcedentib. satis constat, legem diligenter curare, ne pupillus vel adultus vllo modo incommodum sentiat. Vnde pari ratione postulat lex, vt tutores, vel curatores, si uolunt ad oblatum munus accedere, prius satisdẽt, idq; propterea, vt pupilli, & ætate minores, si fortè fraudulenta, aut parum diligenti administratione res eorum decrescant, vel in vniuersum dispereant, habeãt, unde damna resarcire atq; reposcere possint. 2 Maximè, quia tutores & curatores in suo officio cõiter aut infideles, aut certè negligentes reperiuntur. [a] *3 Satisdare autem tunc dicuntur, quãdo per solennem stipulationem, rem pupillis vel adultis, finita tutela aut cura, saluam fore ita cauent, vt datis hoc nomine fideiussoribus securi fiant* [b] *Debent. n. ipsi pupilli, si præsentes sint, & fari possint, item adulti, rem suam saluam fore stipulari. Quod si absentes sint, vel pupillus fari nequeat, stipulabitur seruus eorum proprius, vel tabellio publicus, vel is quem iudex dederit, cui caueatur* [c] *4 Et quanquam in reliquis satisdationibus, vtpote iudicio sisti, & id genus alijs, propter satisdandi impotentiam, stetur iuratoriæ cautioni: in tutela tamen & curatione non recipitur satisdatio, nisi per fideiussores roborata: Nam & in reliquis officijs administrandis fideiussio præstanda* [d] *est. 5 Satisdant igitur, idest, satis fideiussoribus cauent tutores & curatores legitimi, & à Iudice dati sine inquisitione: qui nisi satisdederint, quicquid minoris nomine egerint, quantum ad minores pertinet, irritum est, neq; ratum habetur.* [e] *Quod idem locũ habet in curatione, ad certas administrationis partes constitutos, vel si, quod pupillo ex ea tutela dari fieri oportet, non præstetur. Et in omnib. deniq;, quæ veniunt in iudicium* [f] *tutelæ. 6 Excipiuntur ab regula testamentarij, & ex inquisitione dati tutores vel curatores, quibus ob id remittitur satisdatio, quia eorũ fides vel à testatore, vel à Iudice sit approbata. Inuestigandum tamen est, an patris uoluntas durauerit, aut uerisimiliter durasse uideri* [g] *possit. 7 Sed hoc hodie iure nouissimo § in des Reichs abschciden §* [h] *immutatum est, & constitutum, quod omnes tutores indistinctè testamentarij sc. legitimi & datiui satisdare cogantur.*

§. Sed si ex Testamento.

1 *Pluribus datis tutoribus, vni potest committi, ut satisdet & administret.*
2 *Tutores qui non gerunt, honorarij dicuntur.*
3 *Periculus ad tutores etiam non administrantes redundat.*
4 *Si tutores nolunt de alieno periculo teneri, possunt omnes gerere.*
5 *Si pater testamento destinauit, quis tutelam gerere debeat, eius voluntati statur, fallit vt num. 6.*

a Sed si ex testamento uel inquisitione duo pluresue dati fuerint, potest unus offerre satisfationem de indemnitate pupilli uel adolescentis, & contutori suo uel concuratori preferri, ut solus administret, uel ut contutor aut concurator satis offerens præponatur ei, ut & ipse solus administret. *b* Itaq; per se non potest petere satisdationem à contutore suo, uel concuratore, sed offerre debet, ut electionem det concuratori uel contutori suo, utrum velit satis accipere, an satisdare. Quod si nemo eorum satis offerat: siquidem adscriptũ fuerit à testatore, quis geret, *c* ille gerere debet. Quod si non fuerit adscriptũ: quem maior pars elegerit, ipse gerere debet, ut edicto Prętoris cauetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum, uel eos qui gerere debent: Prętor partes suas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est, idest, ut maior pars eligere posit, per quem administratio fiat.

a §. quoniã autem, in Auth. ut hi qui obligat. se hab. & c. coll. 6.
b l. 4. nõ quasi, §. non caueatur, ff. rẽ pup. sal. fol. l. 1. C. de tutor. vel curat. qui sa. non de.
c l. 2. & l. 3. l. seruum, 6. ff. rem pup. sal. fore.
d l. 1. qui satisd. cogãtur, l. suspectũ, de suspect. tut.
e l. 1. & l. 2. & l. fi. C. de tut. vel cura. qui sal. non de.
f l. & si ad spés s. l. cum rem saluam. 11. l. cum pupillus 9. ff. rem pup. saluam fore.
g per l. in cõfirmando, cum duab. ll. seq. de cõf. tutor.
h d. part. 2. tit. von Pupillen &c.

a *Sed si*] *Quia commodius fit, vt tutela geratur per vnum, quàm si in diuersos deducta sit:* [a] *1. ideo pluribus datis tutoribus aut curatoribus, vni duobusue, qui satisdent, committi potest administratio. Et is qui præfertur alijs in administratione, vel ex delegatione testatoris, vel ex consensu maioris partis tutorum, vel ex decreto Iudicis, debet contutoribus satisdare de indemnitate pupilli. Hæc autem satisdatio voluntaria est, quia vnus alterum ad eam præstandam cogere non potest. 2 Quo pacto illos qui non gerant, honorarios appellamus vulgò, nam honoris gratia magis quàm vt gerant, tutores sunt vel curatores, in hoc dati, vt sint obseruatores gerentium, & custodes. 3 Nec putet quis ad eos periculum non redundare, quia & illi, excussis prius facultatibus eius qui gessit, conueniri possunt, imputabiturque ipsis, si malè in bonis pupillaribus versantem non fecerint suspectum, nec assiduè ab eo rationem exegerint.* [b] *4 Planè si tutores nolint succedanei esse alieni periculi, permittendum est ipsis omnibus gerere.* [c]

b *Itaq; per se*] *Sensus est. Contutor non potest cogere contutorem suum ad talem satisdationem vel præstandam, vel accipiendam, sed debet ei optionem, siue electionem accipiendæ vel præstandæ cautionis offerre.*

c *Ille gerere debet*] *5 Ob id certè, quia parentis statur voluntati, qui vtiq; filio rectè prospexisse præsumitur. 6 Nonnunquam tamen ab eius uoluntate receditur, veputa si pater minus perpenso consilio hoc fecit, fortè minor XXV. annis, vel eo tempore fecit, quo ipse tutor bona vita, vel frugi uidebatur, deinde idem postea cœpit malè conuersari, ignorante testatore, vel si contemplatione facultatum eius, res ei commissa est quibus postea exutus est.* [d]

a l. 3. si plures, §. apparet ergo, de admin. tut.
b Habetur in d. l. si plures. de admin. tut. l. qd si fortè. 14 § sunt quidam, de sol.
c l. 3. § planè, d. admin. tut.
d l. 3. §. si pares & § quanis, de adm. tut.

§. Sciendum.

1 *Bona tutorum & curatorum minoribus tacitè sunt obligata.*
2.3 *Finita tutela vel cura, quæ actiones competant.*
4 *Pluribus existentibus tutoribus, an quilibet pupillo in solidum teneatur.*
5 *Si plures tutores inter se sine Iudice tutelam diuiserint, singuli in solidum tenentur.*
6 *Beneficium ordinis.*
7 *Beneficium diuisionis.*
8 *Tutori doloso beneficium diuisionis non competit.*
9 *Beneficium cessionis.*
10 *Pupillus tutori soluenti solidum, actiones cedere tenetur.*
11 *Tutoribus non existentibus soluendo, fideiussores excutiuntur.*
12 *Quibus deficientibus Magistratus conueniri possunt.*
13 *Actio subsidiaria.*
14 *Magistratus quando excusentur.*

Sciendum autem est, non solum tutores uel curatores pupillis uel adultis, cæterisq; personis ex administratione rerum teneri; sed etiam in eos, *a* qui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem esse, quæ vltimum eius præsidium *b* possit adferre. Subsidiaria autẽ actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus uel curatoribus satisdari non curauerunt, aut non idoneè passi sunt caueri. Quę quidem tam ex prudentum *c* responsis, quam ex Constitutionibus Imperialibus etiam in heredes eorum extenditur. Quibus Constitutionibus & illud exprimitur, ut nisi caueant tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur.

a l. 10. § officio C. de admin. tut.

Ad 1 euidentiorem huius §. cognitionem, non est ignorandum, bona tutorum vel curatorum minoribus tacitè esse obligata, pro re vel nõ gesta, vel malè [a] *gesta. 2 Vnde, finita tutela, potest is qui pubertatis annos ingressus est, si damnum sibi sentiat in tutelæ administratione illatum esse, contra tutorem suum actione tutelæ directa, & adultus qui sub curatione fuerat, maior iam factus; contra curatorem utili curationis actione experiri. Nam quod Accursius negotiorum gestorum actionem cõpetere putat, error est, cuius Portius.* [b] *quoq; rectè monet. 3 Sed & vterque sibimet tutoris uel curatoris bona, pignoris titulo obligata uindicare minimè prohibetur. 4 Sed an, si plures sint tutores vel curatores, ad resarciendũ minori damnũ quilibet in solidum teneatur? Distinguẽdi sunt duo casus. Primus est, quãdo tutelæ gerẽdæ diuisio, uel à testatore qui plures dedit tutores, vel à Iudice est facta tũc clari iuris est, quẽlibet pro administratione sibi destinata tantũ obstrictũ esse, non etiã pro parte aliorũ. 5 Secundus casus est, si pluribus tutoribus existẽtibus ipsi inter se, absq; Iudicis autoritate, diuiserunt administrationem. hæc diuisio nihil præiudicat pupillo, sed perinde est, ac si non diuisissent. Et in hac specie regulare est, vt tutores ad resarciẽdum pupillo damnum in solidum teneantur, idq;* [c] *rigore iuris ita statuente. Sed eis ex æquitate trib. remedijs succurritur, videlicet ordine, diuisione, & cessione. 6* § *Beneficiũ ordinis*] *tunc locũ habet, cũ ex plurib. tutorib. uel curatorib. unus vel duo tantũ administrauerunt, hi enim primo* [d] *conueniendi sunt, cẽsenturq; administrasse & hi, qui contutori* [e] *mandauerunt, dum tamen de mandato constet, simplex enim tolerantia non sufficeret. Post eos qui gesserunt, si soluendo non sint, ad Magistratus* [f] *peruenitur. Deinde conueniũ-*

tur

b Habetur in Rubr. ff. de tut. & rat. distrib.
c l. 56. tres tutores, in princ. de adm. tut.
d l. fi. C. de adm. tut.
e d. l. tres tutores, §. non solũ, & l. ita, §. quod si quis, d. admin. tut.
f l. 1. §. vsque adeo, ff de tut. & ration. distr. l. 1. § diuus, & §. planè. de mag. conueniend.

tur tutores qui non gesserunt, & quos honorarios appellamus. Et hic ordo conueniendi æquissimus est, cum is qui non gessit, nullius criminis quam contumaciæ simplicisq; negligentiæ reus sit. At qui gessit, perfidiæ & furti macula notatur: quē & Magistratus adiuuare videtur, nō idoneos fideiussores accipiendo. Quoties tamen contutor ob hoc conuenitur, q suspectum facere, vel satis exigere noluit, tunc ante magistratum conuenietur [g] *quod verum est, & si à Iudice vel testatore diuisa fuerit* [h] *tutela.* 7 *Secundum* {*beneficium*} *est* {*Diuisionis;*} *licet enim omnes tutores sint soluendo, diuiditur inter eos tutela pro rata* [i] *petitione: quia nihil interest minoris, cum omnes sint æqualiter soluendo.* 8 *Ei tamen qui dolo administrauerit, verius est, id non indulgeri, siue solus, siue communiter cum alijs, dolo aut culpa* [k] *gesserit. Illis verò qui* [l] *negligendo, & per contumaciam delinquendo peccant, non denegatur hoc beneficium: quæ est receptior sententia.* 9 *Tertium beneficium est* {*Cessionis,*} *quando ex pluribus tutoribus vnus tantum est soluendo, alij nihil habent in substantia. is qui soluendo est, si conueniatur, & satisfaciat minori, pōt ab eo iam maiore facto petere, vt sibi tutelæ cedat actionem, qua poterat pupillus tutores impetere: vt si fortè contingeret, contutores suos in futurum locupletiores fieri, contra eos experiri possit, idq; quod eorum loco soluit, reposcere.* 10 *Tenetur autem hoc casu pupillus actionem cedere, dummodo ex proprio vel communi dolo, aut etiam propria culpa ille non conueniatur. Quod si cessionem sibi fieri non petierit, adhuc vtili negotiorum gestorum actione (vt pleriq; sentiunt) ei* [m] *succurretur: licet vtilem tutelæ actionem alij* [n] *malint. Sin verò pupilli facto cedi ea actio non possit, agenti ei obstabit cedendarum (vt vocant)* [o] *exceptio. Hæc ergo remedia quando competunt pluribus tutoribus vel curatoribus, aut si vnus ex eis datur, eius est effectus, vt quilibet non amplius quam pro sua virili conueniri possit.* 11 *Porrò si illi tutores soluendo non sint, ad fideiussores eorum, si qui sunt dati, peruenitur: quibus excussis, si nec tum minori satisfiat:* 12 *Magistratus, qui satisdationem vel nullam, vel non sufficientem accepit, cōueniendus est actione subsidiaria, quæ sic ab effectu & fine dicitur: quoniam ad Magistratum hac actione, veluti vltimum perpessi damni subsidium recurritur.* 13 *Et hæc actio subsidiaria dupliciter est intelligenda. Nam ratione tutoris non idonei, competit aduersus Magistratum actio tutelæ vtilis: ob parum autem sufficientem curatorem, vtilis negociorum* [p] *gestorum. Vtraque transit ad hæredes minorum, & interdum contra hæredes Magistratuum datur: ob horum scilicet dolum, aut culpam dolo* [q] *proximam.* 14 *Sed si tutor vel curator, eorumve fideiussores, eo tempore quo satisdatio accepta est, fuerunt soluendo, cessat competere hæc actio: quia hoc casu Magistratus liberatur, cum futuros casus & fortunam præstare pupillo non debeat. si tamen constitutionis tempore soluendo fuisse abnegentur, ad Magistratum spectat contrarium probare, eos scilicet fuisse idoneos: aliàs quicquid detrimenti minores passi fuerint, ipse tenebitur* [r] *lucre.*

a *In eos qui satisd.* {*Magistratus intellige, qui satisdationem exigere* [f] *debuerant.*

b *Possit* {*Quæ non datur, nisi excussis prius administratoribus.*

c *Responsis* {*Vide leg. vlt. ff. de magist. conuen. & leg. 1. Cod. eod. tit.*

g Hic gl. in magna.
h d. §. vsq; adeò, & l. 2. C. de diuis. tut.
i l. 1. §. nunc tractemus, De ratio. distr.
k Argumento l. 1. §. planè, ff. de magist. cōuen. & l. 1. C. si tut. vel cur. Quod & in magist. decisum est, per l. accepta, ff. de magistr. conuen.
l l. 5. si plures, la 2. de adm tut.
m l. 31. ex facto, ff de neg. gesto.
n l. 1. § planè, de ration. distr.
o l. 95. Stichū, §. pen. ff. de sol.
p per gl. hic, & l. fi. ff de magist. conuen. & l. 1. C. eo.
q l. 4. non similiter, & l. 6. qđ ad hæred. de mag. cōuen.
r Fac. l. 1. §. si magi. & § sed et si, de magistratib. C. eo. tit. vbi singula fusius expendūtur.

§. Neque autem.

1 *Minores tantum Magistratus actione subsidiaria tenentur.*
2 *Qui sint minores Magistratus.*
3 *Quomodo hi teneantur pupillis.*

Neque autem *a* Præfectus Vrbi, neq; Prætor, neq; Pręses prouincię, neq; quisquam alius, cui tutores dandi ius est, *b* hac actione tenebitur: sed *c* hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent.

Limitatio ad præcedentia annectitur. 1 *Quod enim supradictum est, subsidiariam actionē minoribus contra Magistratus cōpetere, non generaliter accipiendum est, sed restringendum ad minores Magistratus, id est, tutorum curatorumque nominatores, & eos tantum, qui nisi intra quingentos aureos, & cū satisdatione suorum ipsorum periculo exigenda, tutores vel curatores iniussu dare non possunt.* 2 *quales sunt Ciuitatum defensores, Iuridicus Alexandriæ, & Municipales Magistratus. Ergò in maiores Magistratus, id est, eos qui dant quidem tutores & curatores, veruntamen nulla illis est imposita satisdationis exigendæ necessitas, puta in Prætorem, Præfectum, Proconsulem, Præsidem, non datur hæc actio, sed tantum cōtra minores, ad quos spectat pro officij sui dignitate, pupillis de tutela vel cura per idoneam satisdationem commodè prospicere.* 3 *Si ergo is Magistratus, cum posset dare tutorem, non dedit, vel data opera distulit, vt in suorum successorum tempus protraheret, uel donec ei alij succederent in dignitate, tenetur pupillo quicquid inde detrimenti acceperit,* [a] *resarcire. Idemque est, si dedit tutorem minus idoneum, vel moribus vel* [b] *facultatibus. Item, si non exegit satisdationem, vel non sufficientes accepit fideiussores, vel si Præsidi, inquirenti de facultatibus illectus gratia, vel pecunia corruptus, falsa* [c] *renunciauerit.*

a *Præfectus Vrbi* {*Hi erant maiores* [d] *Magistratus.*

b *Hac actione* {*Non solent autem exigere satisdationem. Ergò alij dant tutores, neq; exigunt satisdationem, vt Præfectus Vrbi, Prætor, Præses* [e] *qui non tenentur hac actione. Alij exigunt satisdationē, & nō dant tutores, vt Scribæ, in quos* [f] *hac actio datur. Alij deniq; & tutores dant & satisdationem exigunt,*

vt

f l. 34. C. de mag. conuen.
a l. 1. §. mag. & §. sciendū, de mag. conuen.
b l. 1 s. si creditores, de priuil. cred.
c d. l. 1. si pręses,
d Gell. lib. 15. c. 14.
e l. 1. §. neque, de mag. conuen.
f l. vlt. C. eod.

vt Duumuiri, qui hac actione conueniri possunt. [g]
Hi tantum modo, qui § Maiores magistratus, vt Municipales, Ciuitatum Defensores, & Iuridicus Alexandriæ, vt hic per Theophi. [h]

g l. 1. ff. de tit.
h unde l. 2. & 3. ff. rem pup. sal. for. l. ult. C. de mag. co.

DE EXCVSAT. TVT. VEL CVRAT. TIT. XXV.

In Rubr.

1 *Tutela & Cura sunt munera publica.*
2 *Excusatio hoc loci quid sit.*
3 *Excusatio à tutela quando detur.*

Hic tractatus de excusationibus, & curatores, & tutores respicit. 1 *Est enim & tutela & curatio, salua autoritate, munus publicum, ita ut quisquis, uolens, nolens, ad hæc munera accedere compellatur. Fit autem sæpenumero, vt quis tutelæ excusationẽ obijciens, ab ea liberetur: ideo multas in hoc titulo species, per quas à tutela vel cura excusantur homines, Imperator ordine recenset.* 2 *Est autem § Excusatio § hoc loco, nihil aliud, quam alicuius iustæ causæ allegatio, ob quam non debeat quis ad tutelam vel curam subeundam cogi.* 3 *& tum demum locum habet, quando tutela curaue datio, ipso iure efficax est & robusta. Nã si ipso iure non tenent, vt quia ille qui dedit, dare non potest, aut eum dedit quem non oportet, aut quo non oportet modo, non habet quis excusationis* [a] *necessitatem.*

a l. 13. scire oportet, §. qui nõ iustæ, ff. eod. De excus.

In Princ. tit.

1 *Numerus liberorum excusat à tutela vel cura.*
2. 3. 4 *Qui liberi præstent excusationem.*
5 *Liberi post tutelam nati non possunt.*

Excusantur autem tutores & curatores uarijs ex causis, plerumque tamen propter liberos, siue in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ quis habeat, uel in Italia quatuor, uel in prouincijs quinque, à tutela uel cura potest excusari, exemplo cæterorum munerum, nam & tutelam & curam placuit publicum munus esse. Sed adoptiui liberi non prosunt, in adoptionem autem dati, naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris sui succedant: ex filia non prosunt. Filij autem superstites tãtum ad tutelæ uel curę muneris excusationem prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est, an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur, hi enim, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam uiuere intelliguntur.

1 *Prima causa, quæ excusationem à tutela curationeque præstat, est § numerus liberorum. § quã excusationis causam adscribit* [a] *Aristot. Lacedemonijs. Nam si quis tres liberos Romæ, in Italia quatuor, in Prouincijs quinque habeat, immunis erit ab hoc onere, propter liberorum fauorem.* 2 *Connumerãtur his etiam filiæ, & ex filio defuncto nepotes, non etiam ex filia, cum familiam paterni aui* [b] *mutent. Ita tamẽ prosunt aui nepotes, vt & si plures sint computentur saltem pro uno, si ex vno fuerint filio nati.* 3 *Prosunt item filij emancipati, & quasi emancipati, ut Monachi, Episcopi, & Patricij. Item & hi, qui pro Republica in acie occisi sunt, hi enim magna cum gloria uita defuncti sunt, si quod Reipublicæ uitam impendissent.* 4 *Sunt tamen plerique liberi, qui non præstant excusationem, ut sunt legitimi tantum, idest, arrogati, vel adoptati. Et scribit Cor. Tacitus lib. 15, factum Senatusconsultum ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret. Item & naturalem tantum, ne parentes ex suo delicto priuilegiũ habere* [c] *videantur. Sed & is qui in utero est, sicut in reliquis ciuilibus muneribus non prodest patri, ita nec à tutela immunem facit, ut quiuis ad sui tantum utilitatem comparetur jam* [d] *natis. Nec filius captus* [e] *ab hostibus prodest. Numerum autem liberorum determinatum esse oportet unicuique tunc, cum creatur.* 5 *Nã qui post creationem generantur, non* [f] *prosunt.*

a l. 2. Politic. 4
b §. filii sup. de patria potestate
c l. 2. §. 1. ff. eo. tit. d. l. qui in vtero, de statu hominũ, & dixi sup. §. fi. de tutor.
e Text. est in l. 2. C. qui nu. lib. se excus. lib. 10.
f d. l. 2. §. num. ff. eod.

§. Item Diuus Marcus.

1 *Administratio rerum fisci excusationem præstat.*
2 *Quamdiu duret hæc administratio.*
3 *Iurisconsulti qui sunt à consilijs Principis, excusationem habent.*
4 *De Semestribus.*

Item diuus Marcus in semestribus rescripsit, eum qui res fisci administrat, à tutela uel cura, quandiu administrat, excusari posse.

1 *Secunda causa, quæ excusationem à tutela præstat, est § administratio rerum fisci. § Nam Præfectus fi-*

sci,

sci, qui Principis pecuniam administrat, immunitatem habet à tutela & cura. quod & ad eos extenditur, qui præfecturam annonæ vel vigilum [a] *gerunt. 2 Et hæc remissio plerunq; temporalis est, quia non diutius durat, quam tempore administrationis, quæ si desinat, reditur ad munus intermissum, dato scilicet interim* [b] *curatore. 3 Hoc producunt etiam interpretes ad Iurisperitos, qui in Consilium Principis assumpti sunt, & circa eorum latus agunt: nam & illi excusantur, & quidem in* [c] *perpetuum.*

a *In semestribus* } *4 Sæpè in iure nostro* [d] *Semestrium fit mentio, quemadmodum & apud alios* [e] *autores. Theophilus hic uertit, ἐν ἑξαμηνιαῖς διατάξεσιν.*

a l. 42. admin. vnde hic tex. est. sumptus, ff. eod.
b d. l. administrantes, & §. interdũ, sup. de curatorib.
c l. 33. Iurisp. ff. eo. l. fi. C. e. fac. l. quisq3, C. ad l. Iul. maiest.
d l. pactũ inter hæredem, de pact. l. ei qui se de acq. hær.
e Suet. in Aug. c. 5. & Claud. cap. 14.

§. Item qui.

1 *Absens Reipublicæ causa excusatur à tutela.*
2 *Ad legationem se præparans, absenti comparatur.*
3 *Absens causa Re pub. si reuertatur, tutelam recuperat.*

Item qui Reipub. causa absunt, à tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipub. causa abesse cœperint, à tutela vel cura excusantur, quatenus Reip. causa absunt: & interea curator loco eorum datur, qui si reuersi fuerint, recipiũt onus tutelæ: nam nec anni habent vacationem, *a* vt Papinianus libro quinto Responsorum scripsit. *b* nam hoc spacium habent ad nouas tutelas uocati.

1 *Tertia* } *causa excusationis. Nam ille qui Reipublicæ causa abest, tempore absentiæ à tutela vel cura, quæ necdum sit suscepta, excusationem habet: quod & in eo, qui propediem abfuturus est, locum sibi vendicat. 2 Nam & is qui se ad legationem præparat, ad instar absentis* [a] *habetur. Sin autem suscepta iam est, & incipiat quis Reipublicæ causa abesse, non omninò deponit eam, sed tantum remittit quamdiu abest, sufficiturq; interim curator. 3 Quod si reuersus fuerit, pristinum munus tutelæ rursus suscipere* [b] *cogetur.*

a *Vt Papinia. lib.* } *Quod tamen non extat, sed extat Gordiani Imp.* [c] *Rescriptum, non dissimile, his verbis, Certum est, eos, qui Reip. causa abesse desierint, ab omni noua tutela anno vacare debere.*

b *Nam hoc* } *Ille qui Reipub. causa abest, reuersus habet vacationem à tutela per anni spacium; quod verũ est, in noua tutela* [d] *suscipienda, secus est in pristina* [e] *recipienda. Et hæc similiter ad eorũ, qui Reip. causa absunt, comites ac ministros producitur, qui fuerint intra statutum numerum, nam & illi vacationem consequuntur. Procuratores autem absentium Reipub. causa* [f] *nullam habent vacationem.*

a l. filiusf. 8. §. fi. ff. de procur. l. 1. C. si tut. reipub.
b d. l. admin. §. 1. in fi. eo. tit.
c l. in 2. C. si tu. uel cu. rei. ca.
d l. sed & milites, ff. d. tit.
e gl. hic & l. fi. C. si tut. vel curat. reip. cau. & l. pe. ff. hoc tit.
f l. procuratores. C. de exemun.

§. Et qui.

1 *Habens potestatem, excusatur à tutela.*
2 *Quandiu ea excusatio duret.*

Et qui potestatem aliquam habent, se excusare possunt, vt *a* Diuus Marcus rescripsit: sed susceptam tutelam deserere non possunt.

1 *Quarta* } *species excusationis, quia propter potestatem, idest, Imperium* [a] *seu munus publicum, cui quis præficitur, à tutela recenter delata excusationem habet; sed susceptum munus deserere* [b] *prohibetur. 2 Nec diutius excusatur, quam donec perdurat in* [c] *potestate. Tales sunt Duces* [d] *Ciuitatis, Consules, Prætores, Præsides, quoniam isti potestatem habent.*

a *Diuus Marcus rescripsit.* } *Hoc tamen Rescriptũ non extat, sed extat simile responsum* [e] *Callistrati.*

a l. potestatis, 215. de verb. sign. vide Decium, in l. eũ q, ff. de iuris.
b l. non tantũ, 20. §. sane, ff. hoc tit.
c l. athletæ, §. post princ. h. tit.
d d. l. athletæ, §. remittũtur.
e 10 d. l. non tãtũ, §. penult.

§. Item propter.

1 *Tutor litem cum pupillo habens, excusatur.*
2 *Debitor uel creditor pupilli hodie non potest eius tutelam gerere.*
3 *Fallit in matre & auia.*

Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor uel curator habet, excusari non potest: nisi forte *a* de omnibus bonis uel hæreditate controuersia sit.

1 *Quinta causa, quando tutor vel curator litem cum pupillo habet, non aliter à tutela curationeue excusatur, quam si de* [a] *omnibus bonis uel maiori parte lis sit, uel ei quæstionem status citra calumniã* [b] *moueat. Et hoc Pandectarum iure obtinet. 2 Hodie verò iure Nouellarum indistinctè debitor uel creditor pupilli potest eius* [c] *tutelam gerere, ut & supra* [d] *diximus. 3 Quod non procedit in matre & auia tametsi enim debitum inter matrem aut auiam & pupillum quoque modo uertatur, vel ipsæ sint pupilli creditrices, nihilominus ad tutelam admittendæ sunt, debito in suá natura remanente; quod ideo est, quoniam affectionis ratio suspicionem omnem* [e] *remouet.*

a *De omnibus bonis* } *Vel maxima* [f] *ex parte.*

a l. propter litẽ, 24 hoc tit.
b d. l. athletæ, §. amplius, ff. e.
c Auth minores, C. q da. tut.
d § fi. supra de aut. tutor.
e Aut. ad hæc, C. quando mul. tut. off. fung. l. nõ solũ, §. de uno. ff de ritu nuptiar.
f d. l. propter litem.

§. Item tria.

1 *Tres gerens tutelas, à quarta excuſationem habet.*
2. 4 *Tres tutelæ quomodo cenſeantur.*
3 *Quandoque vna tutela excuſat.*
5 *Appellans à tertia tutela, ad quartam promouendus non eſt.*

Item tria onera tutelæ nõ affectatæ, vel curę, præſtãt uocationẽ quãdiu adminiſtrantvr ta mẽ pluriũ pupillorũ tutela, uel cura eorundem bonorum, ueluti fratrum, pro una cõputet.

Sexta cauſa eſt, propter multitudinem tutelarũ. 1 Nã tres gerens tutelas vel curas nõ affectatas, excuſationem habet à quarta, duntaxat quamdiu [a] adminiſtrat. Nã res affectata non ſolet eſſe [b] onerosa nec, cauſare poſſumus eſſe graue, quod ipſi cupidè ambiuimus. 2 Tres autem tutelæ cenſentur, ſi in tria diuiſa fuerint patrimonia, non enim diuerſitas perſonarum, vt fratrum plurium, communia & indiuiſa bona habentium, tres tutelas facit, ſed patrimoniorum [c] ſeparatio. Et in hoc excuſationis genenere nihil refert, ſiue ſint hæc tria onera ſimplicia, vt tres tutulæ vel curæ, ſiue mixta, vt duæ tutelæ, & vna cura, aut [d] conuerſo. 3 Interdum tamen & vna tutela excuſat, puta ſi tam diffuſa & negocioſa ſit, vt pluribus [e] æquipolleat. 4 Sufficit quoque tres tutelas in vna domo fuiſſe, vt ſi pater tres habeat tutelas, filius non vexabitur, & e contrario, tres filij tutelæ remiſſionem dant patri, & rurſus vtriuſq; communes, id eſt, una filii, duæ patris, & [f] conuerſo. Sed quid in hoc caſu? 5 Si quis duas habens tutelas, ad tertiã vocatus appellauerit, & adhuc pendẽte iudicio appellationis, ad quartam tutelam promoueatur, vtrum à quarta ſe excuſans mentionem faciet & tertiæ, an omnino dimittet eam? Et à Diuo [g] Vero & Antonino conſtitutum eſt, non oportere ad quartam promoueri à tertia appellantem, ſed pendente tertiæ creationis excuſatione, illius finem expectare terminum futurum quartæ creationis: idque recta ratione: Si enim ordine præpoſtero quartam ſuſcipiat quis, eueniet vt poſt tertiam extantem, iniuſta tertiæ appellatione apparente, quatuor oneribus grauetur, contra leges.

a l. tria onera, la 1. hoc tit.
b l. ſpadonẽ, § fin. d. tit.
c l. 3. ff. eod.
d l. 2. § amplius d. tit.
e l. 34. ſi is qui tres §. cæterũ putarem, ff. hoc tit.
f l. diximus. 4. § ſi pater eod. tit.
g d. l. diximus, in princ.

§. Sed & propter.

1 *Paupertas vacationem à tutela & cura præbet.*
2 *Quæ ſint ea in re partes Iudicis.*

Sed & propter paupertatem, excuſationem tribui, tam Diui Fratres, quàm per ſe Diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſit docere.

1 *Septima cauſa eſt, propter paupertatẽ. Nam & paupertas à tutela & cura immunitatem [a] pbet, ea præſertim, qua quis uictum ſuis manibus quotidie quærere cogitur, quod quidem ab eo qui excuſari, vlti, probandum eſt. 2 Sed quia ſubdifficilis eſt hæc probatio, Iudex imploratus, curare debet, ut per viatores, vel alios in eam rem datos, inquiratur, quæ ſint eius hominis facultates, qui tutelam [b] repudiat, ne fortè ſub colore paupertatis, aliàs detrectare atque effugere publicum tutelæ munus velit.*

a l. paupertas & l. 4. poſt ſuſceptam, in fine, hoc tit.
b Bar. l. l. in illa ſtipul. in fine de verb. obli.

§. Item propter.

1 *Infirmitas a tutela excuſat.*
2 *Cęci, ſurdi, muti, furioſi, tutores eſſe non poſſunt.*
3 *Podagra an excuſet a tutela.*

Item propter aduerſam valetudiuem, propter quam *a* ne ſuis quidem negocijs intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

1 *Octaua cauſa eſt, propter aduerſam ualetudinem, hæc enim excuſat à tutela, non ſolum [a] noua, ſed etiam [b] ueteri, quæ iam ſuſcepta eſt. 2 quod & in his, qui luminibus capti ſunt, & ſurdis, & mutis, et furioſis, & qui perpetua valetudine detinentur [c] procedit. Et ſanè excuſationis verbo hac in ſpecie impropriè vtimur, cum tales etiam ſi uelint, tutelæ nequeant [d] ſupereſſe.*

a Ne ſuis quidem. Non ergo quæcunque valetudo [e] excuſat. Vlpianus certè generaliter [f] reſpõdit, corporis debilitatem eorum munerum vacationem præſtare, quæ corpore ſunt implenda 3 Podagræ tamen valetudinem non prodeſſe volunt ad perſonalium numerum excuſationem, ſed ſi quis ita ſe valetudine pedum afflictum probet, vt reb. proprijs intereſſe non poſſit, [g] iure excuſatur.

a l. non ſolũ, in § fin. hoc tit.
b d. l. poſt ſuſceptã, ff. eod.
c l. 1. C. q mor. ſe excuſ.
d l. 1. § pen. & vlt. de tutelis l. luminib. C qui da. tut.
e l. 10. § vult. hoc tit.
f l. 2. § corporis, de uaca. mun.
g fac. l. pen. § fi. ff. de excuſ. tu.

§. Similiter.

1 *Imperitia literarum & ruſticitas immunitatem à tutela præſtant.*
2 *Ruſticitas quando excuſet.*
3 *Neſcire literas quid.*

Simi-

Similiter eos qui literas nesciunt, *a* esse excusandos Diuus Pius rescripsit: quamuis & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere.

1 *Nona causa est, imperitia literarum & rusticitas, quæ ita demum præbent excusationem, si illi adiuncta sit* [a] *simplicitas. Illiterati enim si sint vsu rerum periti, sufficere possunt ad negociorum* [b] *administrationem. Prudentiam enim negociorum administrandorum plerumq; rectius ex ipso rerum vsu & foro, quã ex libris, vel ocioso studio colligi constat.* 2 *Ideoq; rustici sagaces, & versuti, qui animi rerumq; habent peritiam (quales fere hodie omnes sunt) tametsi literas nesciunt, à tutela & cura non debent sperare immunitatem. Per quod dogma limitanda sunt omnia iura, quæ subueniunt rusticati.*

a Habetur in l. athletæ, §. rusticis, hoc tit.
b l. expertis, C. de Decur. lib. 10. & l. certi, vbi Dd. de iud. l. fi. C. de iur. omn. iud.

2 *Qui literas nesciunt* 3 *Suetonius in Claudio cap. 10. nescire literas vocat, non posse pingere. Ex prædictis fortè non ineptè dici posset, negociorum imperitos à tutela, curaque excusari, quamuis literarum non sint imperiti.*

§. Item si propter.

1 *Inimicitiæ à tutela excusant.*
2 *Leuis simultas non excusat.*
3 *Excusatio propter inimicitias quando locum habeat.*
4 *Hæc excusatio quando non habeat locum.*

Item si propter inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, *a* hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum *b* promiserant.

1 *Decima causa est; propter inimicitias. Inimicitiæ enim capitales & grauissimæ, quæ inter patrem minorum, & scriptum tutorem vel curatorem exarserunt, si necdum reconciliatæ sint, vacationem* [a] *præstant.* 2 *Leuis autem simultas neminem* [b] *excusat. Nec refert hoc casu, vtrius culpa inimicitiæ exarserint, an defuncti, an tutoris scripti: tametsi aliàs distingui* [c] *soleat. Forsan enim testator, cum sciret se magnum æs alienum, & inexplicata pupilli negocia relicturum, vindicta sumendæ causa inimicum suum tutorem scripsit: vt scilicet eum in tutelam periculosam immisceret, supponeretque debito, & negocijs.* 3 *Et hæc excusatio indistinctè locum habet, siue ante, siue post scriptum testamentum inimicitiæ* [d] *extiterint.* 4 *Nisi fortè quicquam de reconciliatione, vel ex testamento, vel aliàs per dissimulationem puta, vel subsequentia merita constare possit, uél nisi inqui tutor datus est, tutelam affectauit, aut subiturum se recepit: tunc enim hanc excusationem non potest obijcere, quia illius voluntati* [e] *consensit. Semper autem durare præsumuntur inimicitiæ, donec probetur contrarium, eas esse* [f] *abolitas: Qualiter verò probandæ, sint inimicitiæ, tractant Doctores* [g] *suis locis.*

a *Hoc ipsum* *Hoc est, hæc improbata datio, & scelestum consilium, tutorem non alia ratione scribentis, quam ut eum implicet tutelæ oneribus.*

b *Promiserant* *Neque enim debet is promissum officium deserere,* [h] *fidemq; fallere, & tum pupillum, quam parentem ludificarier.*

a l. 8. athletæ, §. dat remissionem, hoc tit.
b l. 3. si quis ita, §. fi. de adim. leg.
c Bar. in l. in his, ff. sol. matr.
d l. in confirmãdo, ff. de cõf. tut.
e d. §. dat remissioné, l. 29. ex sententia; de test. tut. l. 17. spadonem, §. 1. hoc tit.
f Bal. in l. ignor. in fi. ff. ad exhibend. l. seruus, C. sa. her eisc. Auth. si dicatur, C. de testib.
g In d. l. 28. libe. C. de inoff. testa. Bart. in l. cum tabulis, §. 1. de his q. b. vt ind. Vid. etiã Ang. Bal. & Im. in l. filio quem pater, de leg. 1.
h fac. l. 27. si q. alicui, §. qui suscepit, ff. mand.

§. Non esse.

1 *Eo quod quis sit ignotus patri minoris, à tutela non excusatur.*
2 *Quis dicatur ignotus.*
3 *Per Diuos Fratres qui intelligantur.*
4 *Commodus Imp. pessimi ingenij homo.*
5 *Pater cum filio, quid in legibus significet.*
6 *Papiniani mors & grauissimum dictum.*

Non esse antem admittendam excusationem eius, qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit, *a* Diui Fratres rescripserunt.

1 *Neque tutor neque curator potest hoc prætextu se excusare, quòd patri minoris, qui eum dedit, ignotus fuerit, si modò ibi domicilium habeat. Quod si quis alleget, se ibi domicilium non habere, vbi ad tutelam datus est, remittitur* [a] *illi tutela.* 2 *Ignotum autem intellige de facie, si de testamentario tutore loquamur: quamuis enim fortassis non cognouerit ipsum testator: tamen cum ei sua fides & probitas haud dubiè nota fuerit, ideoque ipsum pro tutore elegerit, æquum est, ne hoc humanitatis officium testatori deneget, ut tantam ipsius fiduciam, quam de eo habuit, eludat. Cæterum, si legitimus sit tutor, saltem moueri debet naturali coniunctione sanguinis: Si Attilianus, vel Datiuus, certè non est ignotus Iudici, qui eum delegit: sicque ignorantia nullibi excusat.*

a l. fi. ff. de excus. tut.

2 *Diui Fratres* 3 *Accursius alibi* [b] *per Diuos Fratres intelligit Seuerum & Antoninũ, quæ expositio inepta, falsaq; est: quia non fuerunt fratres. De quibus ergo intelligemus? Ego ex historijs didici, fratres*

b In l. 18 de quære, de inof. test.

fuisse

fuisse Marcus Aelium Antoninum, & Verum Commodum: Marcus.n. Antoninus eximiæ doctrinæ ac probitatis princeps, hunc Commodum fratrem suum, ex adoptione Pij Antonini principis Imperij consortem fecit: & primi omnium Imperatorũ bini regnare cœperunt, anno Christiano CLXIII. quos deinde multi sunt imitati, adeò, vt terni nonnunquam imperarent. 4 Sed Marcus, Cõmodo nõ multo post mortuo, cũ filio Conrado imperauit, homine pessimi ingenij, & omnibus incommodo. Quare [c] Vlp. refert: Diuos fratres rescripsisse de furioso, qui admisisset paricidium: & Macer [d] recitans verba Rescripti: § Diuus Marcus § (inquit) § & Cõmodus, Scapulæ Tertyllo rescripserũt. § Igitur Macer exprimit nomina fratrũ, quorum Vlpianus meminit, de eodem Rescripto loquens. Eodẽ pertinet, quod [e] Callistratus, loquens de pœna summo iure indicenda ei qui protulisset instrumenta, quæ verè probare non posset: § Sed D. Marcus § (inquit) § cum fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperauit. § 5 Interdum ẽt in legibus fit mentio patris cum filio: & tunc oportet intelligi Seuerum & Antoninum, Caracallam cognomento dictũ. Is.n. filius Seueri fuit, sed certè prorsus ἀγνώμων. 6 Nam cum inter cætera scelera, fratrem suum Getam occidisset, Papinianum, asylum iuris, quia paricidium excusare nolebat, interfici iussit. Dicebat.n. Papinianus, non tam facile defendi posse, quàm perpetrari tam grande facinus. Et hæc non contemne, vt Imperatorum ac Iurisconsultorum tempora distinguere valeas.

c In l. 13. congruit, de off. præsidis.
d in l. 14 diuus Marcus, d. ti. de of. præs.
e l. 31. diuus Pius. ad l. Cor. de falsis.

§. Inimicitiæ.

1 Hic §. in quo differat à §. item propter. supra eodem.
2 Capitalis inimicitia fratrum seu agnatorum, excusat à tutela,
3 Odium sanguine coniunctorum atrocius esse solet alijs.
4 Datiuus tutor excusatur propter inimicitiam, quàm cum patre pupilli habuit.
5 Capitalis inimicitia quæ dicatur.
6 Inimicitiæ grauissimæ quæ sint.

Inimicitiæ quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec *a* reconciliatio interuenit, à tutela vel cura solent excusare.

Hic § §. pertinet quoque ad decimam excusationis causam, paulo ante relatam. 1 Suprà.n. expositum est, quam uim obtineant inimicitiæ in tutela uel cura testamentaria: nunc subijcitur al ud excusationis genus, ob inimicitias in legitima datiuaque tutela uel curatione. Et in eo duntaxat differunt inter se prædicti duo §§. quemadmodum Aretinus & Faber [a] notant. 2 Ergo si grauior aut capitalis simultas extiterit inter fratres aut agnatos, excusari possunt à tutela curauè subeunda. 3 Videmus.n. odiũ inter sanguine iunctos exortum, ferè atrocius esse, quàm inter vulgares inimicos. 4 Consimiliter si tutor uel curator datus est à Iudice, qui cum minoris patre capitales exercuit inimicitias, excusatur iusta ratione: quoniã iniuria vni de cognatione affinitateue illata, longius uidetur serpere, & ad omnes qui in ea cognatione vel familia sunt, [b] pertinere. 5 Capitalis autem inimicitia tunc intercessisse intelligitur, si quis sanguinis necessitudine vel affinitate tibi coniunctum [c] interemerit, aut capitis accusauerit, aut in [d] seruitutem petierit, aut certè il mortem sit minatus. [e] 6 inimicitiæ verò grauissimæ sunt, si de bonis omnibus, aut maiore parte bonorum lis inter eos sit, aut alter alterum atroci affecit [f] iniuria. Sed si de remissione irarũ, ex verisimilibus coniecturis constet, cessat hæc excusatio.

a Reconciliatio interuenit. § Quæ scilicet gratiã sarcierit, & simultatem sempiterna [g] deleuerit obliuione. Nota est Trasybuli ἀμνηστία, § & quandoque reconciliatione firmior amicitia nascitur. § Exempla ex historijs Rom. Baldui. hic refert.

a Hic.
b l. 1. C. si rector prouinciæ, l. 1. 2. & 3 de lib. cau. l. 5. lex Cor. de iniurijs.
c d. l. lex Corn.
d l. qui cum natu maior, de bon. lib.
e gl. l. licet, de arb.
f l. 15 itẽ apud, §. atroci, de iniu. §. atrox, iniu. Adde Bar. l. 3. §. fi. de adimen d. leg. Dd. in l. liberi, C. de inof. test.
g Baldui. hic.

§. Item is.

1 Status, & quæstionem status moueri quid?
2 Causa status capitali accusationi comparatur.
3 Si cui mota sit status quæstio: qui eum tutorem dedit, excusationem habet.

Item is qui status controuersiam à pupillorum patre passus est, excusatur a tutela.

1 Per statum § hoc loci intelligimus conditionẽ & qualitatẽ hominis, puta an quis sit seruus uel liber: vnde status quæstionem is mouere dicitur, qui aliquem reuocat in seruitutẽ. 2 Causa autem status & seruitutis, accusationi capitali comparatur. Serui enim iure ciuili pro mortuis habentur, ita vt à testamenti factione, à ferendo testimonio, iudicio, arbitrio, cæterisque actibus, personam solum liberã cõcernẽtibus, [a] excludantur. 3 Igitur si de statu quæstio per iniuriam facta sit tutori à pupillorum patre, uel econuerso, si à tutore citra calumniam, excusatio admittenda [b] est. Pertinet enim eiusmodi iniuria ad totius cognationis [c] ignominiam. Et hæc est vndecima causa excusandi à tutela curauè.

a l. 209. seruitutẽ, l. 47. §. qđ attinet, de regul. iuris.
b d. l. athletæ, §. amplius, h. tit.
c L. 1. & 2. de libe. cau. Dd. in l. isti quidem, § 1. quòd metus causa.

G §. Item

§. Item maior.

1 *Ratione ætatis excusatio datur à tutela & cura.*
2.5 *Maior 70. annis excusationem habet.*
3 *Salsè dictum Spartani hominis in Athenienses.*
4 *Senectus olim summo in honore habita.*
6 *A reliquis publ. muneribus excusatur maior 55. annis.*
7 *Mens & ratio & consilium est in senibus.*
8 *Minor 25. annis ad tutelam non admittitur.*
9 *Minor in testamento tutor scribi potest.*

Item maior septuaginta annis, à tutela, & cura se potest excusare. minores autem uigintiquinque annis, olim quidem excusabantur: nostra autem a Constitutione prohibentur ad tutelam uel curam adspirare, adeò ut nec excusatione opus sit. Qua Constitutione cauetur, ut nec pupillus b ad legitimam tutelam uocetur, nec adultus, cum sit in ciuile, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab alijs reguntur, aliorum tutelam uel cura subire.

1 *Duodecima causa est, quod ratione ætatis immunitas à tutela & cura datur, idque dupliciter, uel quia tutor datus est iam affecta ætate, vel quia legitimam ætatem necdum habet.* 2 *Nam qui septuaginta annos compleuerunt, excusantur: cum illis ipsa satis senectus grauida sit & molesta. quæ excusationis causa à Lacedæmoniis fluxisse videtur, apud quos magno semper in honore habita fuit prouectior* [a] *ætas.* 3 *Ex quo extat illud ab homine Spartano salsè ac doctè Atheniensibus exprobatum. Ludis. n. Athenis cū Lacedæmoniorum legati in gradibus Orchestræ per honorifico loco ascendissent, postquam aliquantum pleno iā theatro, ingressus senex innixus baculo, homo sanè haud magni precij, circumiret, quærens locū, neq; eū fessum reciperet quisquā, vt venit ad Lacedæmoniorum legatos, illi confestim ob ætatis reuerentiā honorificè assurgentes, superiore illi subsellio concessere. Propter quod eis cum esset maximo plausu ab uniuerso theatro gratulatio facta, vnus eorum non illepidè: ‹ Ergo probè, › inquit, ‹ norunt Athenienses, quid facere rectum sit, sed id facere negligunt. ›* 4 *Sed et consimiliter Romulus, siue ille Numa extitit, quorum alter vrbis, alter iuris & religionis fuit parens, hac senectutis cum nomine paterno cognatione adductus, summū Consilium Ciuitatis ‹ Senatum, › ipsos aūt Senatores ‹ Patres › nominauit: statuitque seniorib. decedi de via, caput nudari, & adsurgi aduenientibus ab iunioribus debere. Ad propositum redundo.* 5 *Excessisse autem oportet 70. annos tempore illo quo creantur: nec sufficit, ultimum postremi anni diem* [b] *attigisse.* 6 *A reliquis tamen munerib. personalibus, quæ plus laboris corporalis habent quā industriæ, qui maiores 55 annis sunt, excusantur: idque tam diuersimodè propter pupillorum, qui se dirigere nequeunt, fauorē ob id. n. tutela constituta est, vt ineuntis ætatis inscitia, senum prudentia regatur:* 7 *cum (ut inquit Cic. in Catone) mens, & ratio, & consilium sit in senib. Potest. n. illa ætate quicunque est, si non generatione, at consilijs puero atque adolescenti fieri pater.* 8 *E diuerso autem is qui minor est vigintiquinque annis, nō est admittendus ad tutelam: sicut supra* [c] *dictum est. Et quamuis olim poterat remissionē petere: hodie tamen, quia ex* [d] *D. Iustiniani constitutione ipso iure à legitima datiuaque tutela repellitur, excusatione nō eget: cum nihil posset esse in priuatione, nisi prius fuerit in habitu.* [e] *Et hoc casu annus vigesimusquintus cœptus pro completo habetur: idque fauoris causa constitutum* [f] *est.* 9 *Potest tamen minor in testamento tutor designari: sed tutelæ administratio tunc primum ei committetur, cum fuerit virilem adeptus uigorem: interimque substituitur alius.* [g]

a *Nostra autem Constitutione.* ‹ *Quæ adhuc* [h] *hodie extat.*

b *Ad legitimam tutelam.* ‹ *Multo minus ergo ad aliam, in qua tantundem iuris non habeat. In testamēto tamen ita tutorem dari posse, vt cum maior fuerit, tutelam gerere incipiat, suprà dictum est.*

a Meminit Gel. lib. 2. cap. 15. fac. l. semper, de iur. immunit.
b l. 2. ff eo. & l. 3. de iure immun.
c §. furiosus, supra qui test. tut. dari poss.
d In l. fi. C. de legit. tut.
e l. 116. decem, de verb. obl.
f l. 8. ad remp. de muner. & hon.
g d. §. furiosus.
h In d. l. vlt. C. de leg. tut.

§. Idem & in milite.

1 *Militia præbet immunitatem à tutela & cura.*
2 *Veterani milites quatenus excusentur.*
3 *Episcopi & clerici an excusentur.*

a Idem & in milite obseruandum est, vt b nec volens ad tutelæ onus admittatur.

a *Idem & in milite.* ‹ *Decimatertia* 1 *causa est, propter militiam. nam ut milites aliàs pluribus priuilegijs,* [a] *ita quoque a tutela & cura immunes* [b] *sunt, in tantum, ut nec excusatione opus sit, quoniā datio ipso iure nulla* [c] *est. Quod & in his militibus qui in castris degunt, & aduersus publicum hostem certamen sustinent, omnino procedit.* 2 *Veterani autem milites, qui iam compleuerunt militiæ tempus, aduersus extraneos quidem excusantur, sed aduersus commilitonum filios vacationem saltem per annum habent, & non vltra: nisi aliam queant iuris communis excusationem prætendere.* [d] *Cæterum, sit ne necesse, quod priuilegium aliquod nostri temporis militibus competat, vt ueteri ritu militiæ agregentur, (quod nonnulli controuertunt,) nos alibi* [e] *commodius expendemus.*

a quę Iuuenal. Saty. vlt. celebrat.
b l. 10. sed & milites, hoc. tit. l. militia, C qui tut. da. poss.
c tex. & gl in l. propter mag. 26. §. si in castren. ff. eod.
d l. iure mariti, 6. C. de adul. l. 11. miles, § sexaginta, de adult. & d. l. sed et si milites, ff. eod. de excus.
e inf. de milit. test. in princ.

Nec

b *Nec volens.} Qui cum militaribus occupetur laboribus, impossibile est, vt possit muneribus ciuilibus præesse, tutelamq; administrare.* 3 *Hoc plerique & ad ministros Ecclesiarum producunt. Equidem Iustinianus cum aliquando Episcopis permisisset, se à tutela* [f] *excusare, postea statuit, vt nec volentes* [g] *admittantur. Diaconis tamen & Presbyteris concessit tutelam legitimam ex iure cognationis administrare.*

f l. generaliter. C. de episc. & cler.
g Nouel. 123.

§. Item Romæ.

1 *Liberalibus studijs quantum tribuerint honoris veteres.*
2 *Grammatici, Rhetores, Medici &c. si sint intra numerũ legitimum, excusationẽ habẽt.*
3 *Quantus sit is numerus.*
4 *Doctores legum an à tutela, curaque excusentur.*

Item Romæ Grammatici, Rhetores, & Medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem.

1 *Veteres} Romani, & quibus Respublica semper curæ fuit, quantũ liberalibus studijs tribuerint, hic locus satis docet: quod non tantum honores, sed etiam perpetua priuilegia, & à muneribus publicis remissionem eorum professoribus concessere.* 2 *Sic enim* [a] *Grammatici, Sophistæ,* [b] *Rhetores,* [c] *Medici, Philosophi, & qui triuiales disciplinas profitentur, à tutela & cura requiem habent, & hæc est decimaquarta excusationis causa. Nec tamen aliter excusantur, quam si in patria propria, vel Romæ, quæ & habetur & est communis patria,* [d] *doceant aut medicentur, sintque intra numerum ex epistola D. Antonini Pij constitutum. Ea enim epistola licet communi Asiæ scripta sit, vniuerso tamen orbi conueniens est: cuius tenorem Modestinus* [e]. *in hæc verba recitat.* 3 *{Minores quidem Ciuitates possunt quinque Medicos immunes habere, & tres Sophistas, & Grammaticos totidem: maiores autem Ciuitates septem, qui curent, quatuor qui doceant vtranque doctrinam: maximæ autem ciuitates (quales sunt Metropolitanæ) decem Medicos, & Rhetores quinque, & Grammaticos totidem. Supra hunc numerum, ne maxima quidem Ciuitas immunitatem præstat.} Minuere tamen hunc numerum licet, quoniam pro ciuilibus muneribus hoc introductum esse apparet. Sed nec aliter hac immunitate* [f] *perfruentur, nisi decreto Senatus inscripti fuerint numero concesso, & circa officia se negligenter non habeant: quoniam is, qui vult excusari propter officiũ illud exercere debet, vt Baldus ait. Valde tamen docti etsi suprà numerum sint, & in aliena patria immunes esse possunt.* [g] 4 *Legum verò Doctores, quia ceteris aptiores, & rerum magis experti sunt, remissionem non habent: nisi vel Romæ, aut in probato aliquo Gymnasio doceant, aut Principi sint à consilijs: quo casu excusantur.* [h]

a l. vlt. gradatim, §. sed & hoc. l. 6. §. & hoc, l. 6. §. vlt. de vac. mun.
b l. cum. sum. §. phil. hoc tit.
c l. 6. §. medicorum. de vac. & exc. mun. & l. inter eos. §. 1. ex quibus caus. maior.
d l. 33. Roma. ad municip.
e l. 6. si duas. ff. hoc tit.
f l. 2. sed & reprob. §. amp. ver. valde. ff. h. tit.
g d. l. sed & reprobari in fi.
h l. iurisperitos. in hoc tit.

§. Qui autem vult.

1.3 *Tutor plures excusationes habens, & si vnam tantum persequatur, alijs vti non prohibetur: & quomodo hoc procedat.*
2 *Quæ sint partes tutoris, vnam tantum excusationem habentis.*
4 *Intra quæ tempora excusationum causæ proponendæ sint, & terminandæ.*

a Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit: alijs vti b intra tempora constituta non prohibetur.

a *Quæ autem} Hactenus variæ excusationum species seu causæ relatæ sunt, subijciuntur modo quædam parænеses, seu doctrinæ circa hanc excusandi materiam obseruandæ.* 1 *Et primam hic §. continet, illam videlicet, quod tutor & curator si plures excusationes habeat, persequendo tantum vnam, in cæteris sibi non præiudicet.* [a] *Quod vt rectè accipias, sciendum est, quandoque vnam duntaxat, quandoque plures excusandi causas eidem competere.* 2 *Et si quidem tutor vnam solum excusationem habeat, res plana est, quia illam ante tribunal, vel vbi hoc fieri consuetum est, vel etiam per libellum, id est, supplicationem (vt Budæus* [b] *& Alciatus exponunt) intra tempus à lege præstitutum proponere ac testari,* [c] *hoc est, illam testibus probare* [d] *debet.* 3 *Sin verò plures habeat, tunc aut vnam tantum nominat coram Iudice, aut omnes simul, si vnam tantum proponat, etsi in ea probanda defecerit, ad reliquas amplius non admittitur, sibi enim imputabit, quod non omnes coniunctim allegauerit.* [e] *Cæterùm si omnes quæ illi competebant, connexim nominauit, (quo casu §. noster loquitur) tametsi in quarundam probatione deficiat, aut cesset, alijs tamen nominatis intra tempora constituta vti* [f] *nihilominus poterit.*

b *Intra tempora.}* 4 *Quæ sint hæc tempora, subsequens §. edocebit. Causam enim proponere tutor debet intra quinquaginta dies, ex quo cognouit se tutorem datum,* [g] *sed ipsa excusationis causa intra quadrimestre tempus à die nominationis & cognitionis computandum, terminanda est.* [h]

a Per tex. dos. si hic.
b l. libertus, la 2. de in ius voc.
c l. 13. scire, §. oportet, hoc tit.
d l. 2. §. iussum, ff. quod iussu.
e d. l. scire, §. scire autem.
f l. propter litem, vers. 1. ff. eo. vide et Bart. in d. § scire. Bal. & Ang. l. Titia textor. d. l. g. Ang. in Rubr. inf. de except.
g § qui autem, prox. seq.
h l. 39. quinquaginta, hoc tit.

§. Qui autem excusare.

1.3 *A tutela & cura non appellatur, & quæ sit ratio.*

2 *A reiecta excusatione appellari potest.*
4.8 *Ad proponendas excusationes dantur 50. dies continui: & ijdem quomodo cõputentur.*
5 *Et quare dicantur continui.*
6 *In itinere faciundo 20. miliaria legalia in singulos dies computari.*
7 *Miliare legale quomodo conficiatur.*
9 *Per quam viam commensuranda sint miliaria.*
10 *Excusatio proposita intra quatuor menses terminanda, & a quo tempore hi currant.*
11 *Quandoque longius tempus conceditur.*

a Qui autem excusare se volunt, b non appellant; c sed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerunt se esse tutores vel curatores datos, se d excusare debent, cuiuscunque generis sint: id est, e qualitercunque dati fuerint tutores: si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco, vbi tutores dati sunt; Si verò vltrà centesimum lapidem habitant: dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum. qui tamen (vt à Scęuola dicebatur) sic debent computari, ne minus sint, quàm quinquaginta dies.

a *Qui autem.* } *Docet Iustinianus in hoc §. intra quæ tempora tutor, curatorve suas proponere exceptiones siue excusationes valeant.*

b *Non appellant.* } 1 *Ab eo scilicet, quod tutores curatoresve nominati* [a] *sunt. Neque enim permittitur appellatio à tutela curatione ve delata: sed excusationes suas, cur illa munera subire detrectent, obijcere possunt: quas nisi Iudex acceptet, prouocationi locus est.* 2 *Potest enim ab ipsa reiecta excusatione appellari. Non obstat lex, quæ argumento à contrario sensu tutori appellationem non permitti innuit:* [b] *quia cum alia lex* [c] *expressè contradicat, argumentum à contrario sensu* [d] *cessat. Sed cum tutela sit munus publicum, cur ab ea, sicut à cæteris muneribus publicis non appelletur?* [e] *Bar. ob id esse credidit, quod munus,* [f] *Reipublicæ non sit: Loriotus* [g] *verò ob id, quod Iurisdictionis non* [h] *sit: ob quam corrigendam inuenta est appellatio.* [i] *quæ ideo in cæteris muneribus locum habet, quia illa à Præsidibus, vel Decurionibus Iurisdictionem* [k] *habentibus imponuntur.* [l] *quod & ipse probo.*

c *Sed intra.* } *Vides ergò, certum tempus à lege præscriptum esse, intra quod tutor vel curator excusationes, si quas habet, proponere debet.* 4 *Nam qui est in ipsa Ciuitate, vbi creatur, vel intra centesimum lapidem à Ciuitate, tunc habet ad excusationem proponendam quinquaginta dies continuos.* 5 *qui ob id dicuntur continui, quia a die, quo quis cognouit se tutorem datum esse, incipiunt continuo currere, siue impediantur remissionis causam* [m] *allegare siue non: sunt ergo hi quinquaginta dies ab initio vtiles, & in progressu continui. Qui autem vltrà centesimũ lapidem à Ciuitate abest, pro singulis viginti millibus passuum singulos habet dies: quibus triginta deinde adijciuntur.* 6 *Nam in itinere faciundo, viginti milliaria in dies singulos numerantur.* [n] 7 *Conficitur autem vnumquodque milliare Italicum, vel legale, mille passibus, passus, quinque pedibus: pes verò, quindecim* [o] *digitis. Et si post hãc dinumerationem minus quàm viginti millia supersint, integrum diem occupant: veluti si vigintiunũ millia passuum sunt, biduũ eis attribuitur.* [p] 8 *Et postea si ad vrbem peruenerit, quolibet die viginti milliaribus confectis, habet alios triginta dies ad excusationis causam proponendam: ita tamen, ne ista dierũ computatio, tum itineris tum excusationis, non minus quam quinquaginta dies habeat. Ideoque si annumeratio dierum qui in viam computantur, adiectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, non conficiat quinquaginta dierum numerum, nunc alij dies adijciendi sunt, donec numerus quinquaginta dierum sit completus: ne melior sit hoc casu præsentium conditio, quàm absentium. Sed si quis adeo remotus sit ab vrbe, vt dies itineris & excusationis simul computati longè excedant quinquaginta dierum numerum: tunc illud excusanti non nocebit.* [q] 9 *Debet autem per eam viam commensuratio fieri, per quam iter fieri consueuit.* [r] *Si varia est consuetudo, præferetur quæ in planitie est, etiam si alia breuior reperiatur.* [s] *Idem est, si longiore itinere tutius quis iter faciat: nam id potissimum deligendum est.* [t] 10 *Propositam verò excusationem tutor intra quatuor menses continuos finire tenetur, qui currunt ex die nominationis: non quo tutor est nominatus, sed quo ipse tutor suas exceptiones nominauit & proposuit: illas enim omnes nominare debet, ne pupillus dum diutius tutore caret, damno afficiatur.* [u] 11 *Quod non procedit, si instituenti, proferre excusationem aliquis contradicat, cui à iudice longior dilatio detur, & ita contradictionis mora excusandus impediatur. Tunc enim, quia iniquum foret, cum alterius mora lædi, etiam elapsis quatuor mensibus excusationem probare adhuc* [x] *poterit.*

d *Excusare debent,* } *Id est, excusationes suas proponere:* [y] *de tempore iam diximus.*

e *Qualitercunque dati.* } *Testamento scilicet, lege, aut à Magistratu. Si tamen testamento dentur sub conditione (vt dari possunt) hi dies ante conditionis euentum non incipiunt currere.*

a d.l. scire oportet, in prin. ff. eo.
b l. * tutores, vers. propter, C. de admin. tut.
c l. 1. § si quis tutor, ff. quádo appell. sit.
d Gl. l. conuenticulam, C. de episc. & cler.
e l. 1. § alia causa est, ff quando appell. sit.
f d. § si quis tut.
g In tract. tut. actio. 62.
h l moto, § tutoris, ff. de tutel.
i l. 1. in princ. de appel.
k l. nẽ, § 1 quod cuiusque vniuersi no. l. 1. in princ. si quis ius dicenti.
l l. 1 §. solent, quando appel. sit.
m tex. in l. scire, §. qui autem, hoc tit.
n l. 3. de ver. sig. & l. 1. ff. si q s caut.
o Iuxta, gl. in d. l. 3. & tex. in c sicut, 2. 17. q 4.
p tex. in c. cupiẽtes, de elect. lib. 6.
q d. l. scire, § aliud, hoc tit.
r l. 1. §. 1. ff de his qui deiecerũt vel effud.
s Arch. in c. statutum, de rescr. in 6.
t l. fi. §. cũ. n. C. de iure delib.
u l. quinquaginta, hoc tit.
x Vt est in l. si cum ipse, vbi gl. hoc tit.
y l. pen. §. procedit, de excus.

§. Datus.

1 *Tutor simpliciter datur, videtur secundariò ad totum patrimonium datus esse.*
2 *Tutor principaliter personæ, secundariò rebus datur.*

Datus

Datus autem tutor, ad vniuersum patrimonium datus esse creditur.

Rursus § aliud praeceptum hic §. continet: 1 uidelicet, si datus si simplieiter tutor, uel à testatore, vel à Iudice, intelligitur ad vniuersum pupilli patrimonium datus esse sitie omnia pupillaria bona sint in territorio eius, qui dedit tutorem, siue extra territorium habeantur: quod & antea non paucis in locis [a] *iure ciuili expreßum fuit: sufficit enim, quod Iudex personam tutoris subiectam habeat, & ita personam pupilli, licet non omnia sua bona: 2 ob id certè, quoniam tutor principaliter personæ datur, secūdario rebus: & quod secundario, ac in consequentiam uenit,* [b] *non curatur.*

§. Qui tutelam.

1 *Tutor pupilli non cogitur eiusdem curator esse.*
2 *Excipitur libertus.*

Qui tutelā alicuius gesſit, inuitus curator eiusdē fieri non compellitur in tantum, vt licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam suscipere non cogendum, Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Reuertitur § Iustinianus ad causas excusationis, & in hoc § decimumquintam praescribit, qua quis à curatione immunitatem habet. 1 Nam si quis pupilli tutor fuit, non cogitur eiusdem puberis iam facti curationem inuitus suscipere, etiamsi curator a testatore scriptus sit: nisi id voluntariè faciat. Aetiologia est, [1] *quia cum semel oneratus fuerit, non debet amplius cura eiusdem personæ grauari. Abundè enim patri ac filio sufficit, si eis in quibusdam* * *amici labore consulatur,* [a] *Extat quoque hac de re Impp. Diocletiani & Maximiani rescriptum* [b] *in eandem sententiam. 2 Excipitur ab hoc dogmatate libertus: is enim patroni filijs aut nepotibus tutor curatorque datus, ob susceptam tutelam à curatione non excusatur, si sponte per patronum manumissus fuit* [c] *secus si per fideicommißum, propriaue emptus pecunia liberatus sit, & ad libertatem peruenerit.* [d]

§. Iidem rescripserunt.

1. & 6 *Maritus curam vxoris suæ suscipere non potest.*
2 *Triplex patrimonium uxoris esse.*
3. 4 *Bona paraphernà & recepticia quæ sint.*
5 *Verbum Recipere: & receptitius seruus.*
7 *Hunc § in sponso sponsaque locum habere.*
8 *Maritus procurator vxoris esse potest.*

Iidē rescripserunt, maritū uxori suæ curatorem datū, excusare se posse, licet se immisceat.

Annectitur § vltima excusationis species. 1 Maritus enim potest se excusare cura uxoris suæ; quanquam hæc impropriè est excusatio: quia etsi uelit, non potest curator esse uxoris sue, propter suspicionē cuiusdam, ne consentiente muliere maritus res eius dissipet: itaque excusatione nō opus habet. 2 Cæterum ne impingas, scire conuenit, vxorē triplex patrimonium habere, seu triplicia bona. Primo § Dotē, in qua maritus dominium ciuile habet, & disponit, & agit, & conuenitur tanquā dominus [a] *uxore retinente naturale dominium: quod interim conquiescit, donec dissoluatur matrimoniū. 3 Secundo § Bonā paraphernà, § quæ mulier ultra dotem marito adfert* [b] *nam ita fieri solet, quod mulieres non solum dotem adferant, uerumetiam alia bona propria, hæreditaria, aduentitia. Parapherna enim Græce, significāt bona extra dotem: quia hi φερνὴν dotem dicunt. Et in his bonis paraphernis maritus administratiocm habet, ita vt sine speciali vxoris mandato & agere, & conueniri poßit.* [c] *4 Tertio habet uxor § Bonā receptia: § quæ scilicet, dum dos daretur, mulier ex bonis suis retinuit, neq; in mariti uoluit esse potestate. 5 § Recipere § enim inter alias significationes, etiam pro reseruare, & ad vsum suum excipere accipitur. Vnde & mulier recipere dicitur, quoties illa in danda uiro dote aliqua ex bonis suis retinet, nec ad virum trāsmittit. Hinc § Receptitius seruus § appellatus est, nuptæ mulieris proprius, quē scilicet, cū dotem marito daret sibi reseruauit. Et de his bonis receptitijs præsens § propriè loquitur: 6 inque his adeò non potest maritus curatoris officio fungi, vt si uel prudens uel imprudens se immiscuerit, non solum excusare se poßit, sed etiam debeat. Quinimo alium quoq; curatorem postulare, obnoxius est, nisi hoc omittendo malit lædi suam existimationem.* [d] *7 Et hoc idem ad sponsum sponsamque producitur.* [e] *8 Licet autē curator eße nequeat, procurator tamen constitui potest* [f] *idq; ea ratione, quia procuratoris reuocatio pendet ex mero & libero ipsius domini* [g] *arbitrio: tutor uero, curatorue, non nisi certis quibusdam cessat modis.* [h] *Etsi aliquo casu reuocatur tutor uel curator, id tamen rarò sine infamiæ macula* [i] *fit.*

§. si quis autem.

1 *Falsa utens excusatione, a tutela non liberatur.*

a l. propter litē §. licet, unde hic sex. cū gū prius ff. h. tit. & l. 2. l. test. C. eod.
b Habetur in l. magis puto, § illud ff. de reb. eorum, & ibi Dd. & Bar. in l. de pupillo, ff. de tut. dat. & Cy. & Dd. l. 2. C. vbi tuto. vel cur. petant arg. § ad certū, sup. qui testa. tut.

1 l. tutores § q. se negociis ff. de admin. tutor. ... tutor C. de neg. gest.
a Argu. l. ... tut. C. neg. gest.
b l. curatos, C. de excus. tut.
c l. libertum 16, ff. h. tit. & l. libertos, C. eodē tit.
d Ang. hic.

a l. 9 doce ancillā, C. de rei vend.
b l. 10. si ego, §. dotis aūt, ff de iure dotiū
c l. vlt. vbi glos. & Dd C. de pact. couent.
d l. virum, 14. ff de curat. furio. si l. 4 amplissimi C. de excus.
e Per gl. hic in verbo maritū & l. 2. §. vlt. hoc tit.
f l. 21. maritus, & ibi Dd. C. de procurat.
g §. item mādatū, inst. mādat.
h sup. q. b mod. tut. finiatur per totum.
i Vide Bar. d. l. 2. §. 1. hoc tit.

Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ.

1 *Occupatio,* § *quia si quis ad effugiendum onus tutelæ vel curæ, falsis excusationibus vsus est, nō debet immunis esse à tali onere: adeò quod etsi decreto liberatus sit, non tamen excusetur, nec vlla restitutione pupillo opus est, contra sic liberatum: ob id certè, quoniam tale decretum ex falsa causa, etiam in ipso decreto non expressa, impertitum, est ipso iure nullum* [a] *Idem quoque obtinet, si Index pecunia corruptus* [b] *fuerit: aut ambitione sit extorta excusationis* [c] *sententia.*

a Bar. ¶ l. Seię e gressę ff. d'cu to. & cur. datis, &c.
b l. venales, C. quan. puoc. nō est necess.
c l. vlt. C. si tut. vel curat.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRAT. TIT. XXVI.

In Rubricam.

1 *Suspecti tutores & curatores ab officio remouendi.*
2 *Suspectus tutor vel curator quis dicatur.*
3 *Quid faciat tutorem spectum.*
4 *Suspecti criminis iudicium hodie nimis raro exerceri.*
5 *Huius tituli elegantia, & diuisio.*

1 *Interdum* § *contingit, vt tutores & curatores negligenter ac improbè officiū sibi delatum administrēt: igitur lex eos ab officio tanquam suspectos repellit, nec expectandum esse vult finita administrationis tempus, ne sera nimium existat pœnitentia: sicut in hoc tractatu disseritur.* 2 § *Suspectum* § *autem* § *tutorē* § *vel* § *curatorem* § *eum dicimus, qui fraudulenter in rebus minoris versatur, aut sordidè vel perniciosè gerit, vel aliquid intercipit ex reb. pupillaribus, quod in priuatos vsus trāsferat.* [a] 3 *Tutorē enim nō facultates, sed fraudulēta administratio et callida cōuersatio* [b] *suspectū faciūt. Itaq; si in tutela grassatus est, aut sordide egit, vel perniciosè cum pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, tū, vt suspectus* [c] *remouetur. Adparet ergò ex fide & diligentia & maleuolo proposito magis quàm ex facultatibus suspectum tutorem argui: quod in hærede, quem ut suspectum prætor deminuere vetuit, contra est,* [d] *qui ex solis facultatibus suspectus existimatur.* 4 *Vtinam hodie suspecti criminis iudicia crebrius exercerentur. Miror sanè plurimum, cum omnes legislatores tantum egerint curam, ne pueri in ætate pupillari, qua seipsos tueri non possunt, vllo modo læderentur, & tam multi nunc viuant suspecti tutores: qui fiat, vt hoc iudicium adeo silescat hisce temporibus, nec vlla de suspecto tutore causa moueatur, raro admodum perducantur in forum nostrum? Quis enim nūc vellit excusari à tutela locupletis pupilli? quis non potius intendat apud Iudicem, se ad tutelam proximiorem esse, quam aduersarium? Sic corrumpuntur hominum mores auaritia, omnium vitiorum matre, vt merito Old. Endorp.* [e] *conqueritur.* 5 *Est autem ille titulus insignis propter orationis contextum, rerumq; dispositionem: quia Imperator methodica plane via singula proponit. Primò, vnde suspecti crimen descendat, & apud quos tutor vel curator postulari suspecti possit: deinde quis, & à quo, & ex quibus causis remoueatur: demum de pœna suspecti.*

a l. 3. tutor quo que §. nūc videamus, ff. h. tit.
b l. 31. de reb. aut. iud. poss.
c l. 3. § nunc videamus, h. ti.
d d. l. 31. & l. 7. §. q. sciens, ff. pro empt.
e In explicatione l. 12. tab.

In princip. tit.

1 *Accusatio suspecti ex l. 12. tab. descendit.*
2 *Quæ ad eadem instituendam requirantur.*
3 *Imp. Caroli V. noua Constitutio de susp. tute.*
4 *Coram quibus hæc accusatio institui possit.*
5 *Suspecti cognitio delegari potest.*
6 *Verbum criminis pro iudicio & accusatione accipi.*

Sciendum est, suspecti crimen ex lege duodecim tabularū descēdere. Datum est autē ius remouendi suspectos Romæ Pretori, & in prouincijs Præsidibus earum, & legato Proconsulis.

Duo § *ex hoc §. axiomata eliciuntur.* 1 *Primū est. Quod origo criminis de suspecto, eiusque accusatio ex lege duodecim tabularum manet, sicut & alia quæ ad materiam tutelarū pertinent: ideoq; legitimū* [a] *dicitur. Legis autem uerba hæc sunt:* § *Suspecti tutores remouentur.* 2 *Si quis igitur tutorē uel curatorē suspecti postulat, necesse habet accusator, vt se in crimē subscribat, præsertim si criminaliter agat: puta si petat accusator, non solum eū tanquam suspectū remoueri, sed etiam propter crimen condemnari: nā hoc casu ob id tenetur se subscribere: quia non tantū priuatam vtilitatē, sed vindictam quoq; publicam postulat. Sin autem ciuiliter cum eo tantum experiatur, nulla opus est subscriptione: cum eū non ad pœnam vocet, sed priuatum tantum pupillorū commodum persequatur.* [b] 3 *Iure tamen nouissimo Imper. Carolus V. de hac re nouā edidit* [c] *cōstitutionē, quæ inscriptionem non requirit, sed tantum vult, quod accusatione instituta, accusator corporaliter detineri debeat, donec idoneam præstiterit satisdationem de probanda &*

a l. 1. hoc tit.
b c. tua, & ibi not. de procur.
c quæ extat in criminali ordin. Imperii, art. 12.

prose-

prosequenda accusatione, aut casu quo id non fiat, de restitutione omnium expensarum una cum iniuriæ illatæ satisfactione, secundum Iudicis arbitrium taxanda. 4 *Secundò annotandum est, apud quos tutor vel curator postulari suspecti possit: quod satis est manifestum; Fit enim ista accusatio Romæ apud Prætorem, in Prouincijs, apud Præsides, & apud eos qui mandauerint.* 5 *Nec dubium est, suspecti cognitionem mandari posse, si ciuiliter tantum agatur:* [d] *secus si criminaliter.* [e] 6 *Et obserua, verbum (criminis) in textu pro iudicio & accusatione accipi, nec est infrequens in hac significatione apud Latinos: vt apud Ciceronem. Quærat non solum (ait) quemadmodum nostro crimini, verumetiam quo pacto suæ confessioni possit mederi.*

d per l. cognitio de offic. eius, &c. & l. 1. hoc tit.

e l. 1. §. suspecti, ad Turpillia.

§. Ostendimus.

1 *Omnes tutores, cuiuscunque generis suspecti postulari possunt.*
2 *Mores hominum in vita priuata vix satis perspici possunt.*
3 *Magistratus virum demonstrat.*
4.5 *Patronus an suspecti postulari possit.*
6 *Patronus quando vt suspectus remoueri possit.*

a Ostendimus, qui possint de suspecto cognoscere: nũc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti, siue sint testamentarij, siue non sint: sed alterius generis tutores: Quare etsi legitimus fuerit tutor, accusari poterit. b Quid si patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum esse, licet vt suspectus remotus fuerit.

a *Ostendimus*§ *Dubium erat, an quilibet tutor suspecti postulari, vel remoueri posset? siquidem videbatur sufficere, eorum qui testamento datur, fidem a testatore probatam esse.* [a] *At legitimi omnem suspicionem effugiunt, propter magnæ necessitudinis vinculum, quo pupillis iunguntur.* [b] *Datiui verò, cum inquisitione vel satisdatione creati* [c] *sint, suspecti accusandi non videntur.* 1 *Sed hoc non obstante, deciditur, omnes tutores, cuiuscunque generis sint, suspectos fieri posse, in tantum, vt nec adulti curator, vel furiosi vel decoctoris, nec is qui curam ventris, bonorumve administrationem gerit, ab hoc dogmate excipiatur.* [d] *Quamuis enim boni sint habiti, ac fideles: multa tamen post susceptam tutelam accidere possunt, vnde in suspicionem optimo iure vocentur.* [e] 2 *Sanè in vita priuata vix satis perspici possunt mores & ingeniũ hominis: verum si cuipiam imperium aut munus obuenit, tum demum apparet, quo quisque sit animo.* 3 *quod satis commune indicat prouerbium:* § *Magistratus virum demonstrat.* § *Debet ergò Iudex pupillorum vtilitatem sequi potius, quàm vel testamenti scripturam, vel eius, qui ex inquisitione datus est, circumuentum iudicium.* [f]

b *Quid si patronus?* § *Occupatio est.* 4 *Dubitatur enim merito, an & patronus suspecti postulari à liberto quirect? nam suspecti vtique crimen infamiæ labem* [g] *nutrit: & libertus famosam actionem aduersus patronum intendere prohibetur, propter debitam & perpetuam reuerentiã, quam patrono ob consecutam libertatem exhibere tenetur.* [h] *ergò nec eum, vt suspectum, accusare potest.* 5 *Sed contrarium decisum est, libertum scilicet, eiusve filium, patronum suum legitimum tutorem existẽtem, posse reum suspecti agere; Nec obloquitur prædicta dubitandi ratio: quia hoc casu patronus, etiamsi succumbat, infamis non efficitur, sicut & in reliquis famosis actionibus patroni famæ parci solet. Quod quidem fiet, si nec in sententia causa exprimatur, nec in libello: cum ad libellum in dubio sententia referatur.* [i] *Poterit quoque verbis ea contestatio temperari, vt illorum famæ conseruandæ ratio habeatur: quòd Aretinus tangit.* 6 *Communi verò sententia, si patronus, vel alius tutor legitimus remouẽdus est, propter culpam remoueri potest. Sin propter commissum dolum, tunc omne negocium penes Iudicem residet: nam si pupillum grauissima aliqua iniuria afficere sustineat, puta, si ei alimenta deneget, eiusue bonis inhiet, tunc vt suspectus remouebitur, vel ad Præfectum quoque Vrbis puniendus remittetur.* [k] *Sed si modicus videatur dolus, vel in re commissus exigua, debet illi curator adiungi potius, quàm vt cum infamia nota* [l] *remoueatur.*

a sup. de satisd. tut. in princ.
b sup. de legit. agn. tuto. in princ.
c sup. de Attilia. tut. §. sed hoc iure. & § seq.
d l. 4. §. non tantum, & §. etsi quis, hoc tit.
e l. 8. in cõfirmãdo & l. seq. de cõfir. tut. l. 6. l. tres tutor. §. 1. de adm tut.
f l. vtilitatẽ, vo. de conf. tut.
g §. suspectus, inf. eod.
h l. 8. adoptiuũ, §. 1. ff. de in ius vocando.
i l. 18. vt fundus, comm. diuid.
k l. 3. §. [illegible] h. tit. & l. [illegible] solent, de off. præf. vrb.
l Per Angel. hic Bar. elegãter in l. si tutor, h. tit. & l. infamem, de pub. iudic.

§. Consequens.

1 *Actio de suspecto est quasi publica.*
2 *Mulieres quoque suspecti postulare possunt.*
3 *Iniuria facta vni, toti cognationi facta censetur.*
4 *Actio de suspecto ciuilis est accusatio, non criminalis.*

Consequens est, vt videamus, qui possint supectos postulare. Et sciendum est, quasi publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus patere. Quinimo, & mulieres admittuntur ex Rescripto Diuorum Seueri & Antonini: sed eæ solæ, quę pietatis necessitudine ductę, ad hoc procedunt: vt puta, mater, nutrix quoq;, & auia: potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam, non sustinere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

Subijcit, qui admittantur ad hanc suspecti accusationem, 1 *aitque hanc actionem de suspecto quasi publicam esse. vtitur autem improprietatis vocula quasi propterea quod propriè publica dici non possit, cũ non semper condemnatus fidei & existimationis labe aspergatur:* [a] *quasi tamen publica nuncupatur, tũ propter publicæ vtilitatis & vindictæ causam, tum, quia cuilibet de populo hæc actio competit.* 2 *Quare & mulieres, tametsi ab alijs publicis Iudicijs* [b] *arceantur, tamen si pupillis adultisve sanguine coniunctæ sunt, & ob pietatem moveantur, ad illius criminis accusationem admittendæ sunt. Idque Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.* [c] 3 *Et ratio est in promptu: quoniam quæ vni fit iniuria, toti illius cognationi vel affinitati fieri intelligitur.* [d] 4 *Habet quidem hoc Iudicium illud commune cum veris Iudicijs publicis, quod eius accusatio pluribus pateat: hoc tamen diuersum habet, quod sit ciuilis quædam, non criminalis accusatio, ideoque hoc Iudicium intentans, non tenetur se in crimen subscribere: vt nec in Turpillianũ incidit, si ab actione* [e] *desistat: nam eius est in criminalis sed ciuilis semper intentio,* [f] *quæ inscriptionem non requirit: solum enim agitur, vt tutor remoueatur, licet in eum quandoque grauius animaduertat* [g] *ex officio Iudex.*

a §.suspectus 2. inf.eo Bar.l.1. de pub.iud.
b l.1.de accusat. l.1.§ pueritiã. de post.
c l.1.§.consequẽs.hoc tit.
d l.lex Cornelia, in prin.ff. de iniurijs.
e l.1.§.suspecti, ff. ad Turpil.
f l.vlt. ff de priua. delict.
g l.1.§.item solẽt, de of.præfect. vrb.

§.Impuberes.

1 *Dubitandi causa in hoc §.*
2 *Decidendi ratio.*
Ibi. 3. *Pupilli tutores suspecti accusare non possunt: secus in puberibus, quo ad curatores.*
4 *Consanguineorum interuentus efficit, vt res præsumantur gesta ex vtilitate minoris.*

Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare: puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere. & ita Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Exceptionem seu limitationem superiorum hic §. complectitur: quia impuberes non possunt tutores suos accusare suspecti. 1 *Dubitandi causa erat: quia cum pupillus maior infante, interueniente tutoris autoritate, possit de morte patris, vel alio crimine publico accusare, quando suam suorumque prosequitur* [a] *iniuriam: videbatur quod & tutorem suum postulare suspecti posset.* 2 *Contrarium tamen asseritur, nempe, impuberibus non permitti tutores suspectos facere: ea fortè ratione, quia non nisi finita tutela contra tutorem agitur:* [b] *vel potius propter iudicii vixdum suborientis infirmitatem.* 3 *Sed adolescentes, qui sub curatoribus existunt, ad suspecti accusationem admittendi,* [c] *dummodo ex consilio necessariorum & consanguineorum suorum instituant.* 4 *Illorum enim interuentus facit, vt res ex vtilitate minoris esse videatur: quia lex non arbitratur eos curam suorum facilè omissuros.* [d] *Quo nomine minor, cum necdum firmum animi iudicium habeat,* [e] *illorum deliberationem & præscriptum sequi tenetur. Sed si coniuncti detrectent vel consulere, vel consentire, vt curator suspecti postuletur, potest* [f] *adultus Iudicis implorare officium.*

a l.2.§ pupilli, de accus.
b l.nisi finita, ff. de tut. & rationibus distrah & Ang. hic.
c Concordat l. impuberib 7. hoc tit.
d Vt est in l.trãsactionẽ, 25. C. de trãsact.
e Facit c.venerab.de off delegati.
f Bar.in d.l. impuberib.& l.si cum dotem, [illegible] autem, sol.matr.

§.Suspectus.

1 *Suspectus tutor vel curator quis sit.*
2 *Tutor qui necdum administrat, an, & quando vt suspectus remoueri possit.*

Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit, vt Iulianus quoque scripsit. Sed & ante, quam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri, idem Iulianus scripsit: & secundum eum constitutum est.

1 *Annectitur hic loci, quis dicatur suspectus. Et quidem suspectus tutor vel curator is est, qui non fideliter, sed improbè, & ex dolo malo in tutela versatur: & is vt suspectus, etiamsi soluẽdo sit, remoueri potest. Non igitur sufficit, si crimine suspecti accusatus, obijciat, se soluendo esse, seque finita tutela curave, de male gestis rationem redditurum.* 2 *Sed & is qui nondum administrationem attigit, quasi suspectus remouebitur. Illo tamen condimento prędicta sunt temperanda, vt qui se tutorem datum esse ex iusta ignorationis causa nesciuit, periculo eius temporis quod ignorante ipso elapsum est, non teneatur.* [a] *Sed si tutorem se constitutum cognouit, indubitatum est, quicquid interim pupillus detrimenti acceperit, ipsum luere.* [b] *Et hoc casu, si nondum subijt administrationem, necdum vllo decreto iussus est vt gereret, non remouebitur vt suspectus. Primum enim omnium vocari debet, atque etiam pignoribus captis compelli, vt tutelam gerat: & demum si hoc facere detrectet, tanquam suspectus postulandus, remouendusque* [c] *est.*

a l.pen.de peric. tut.
b l.6.quidã decedens, § fi. de adm. tut.
c l.7.impub.§.fi. hoc tit & l.2. hoc tit.& l 2. & 3. C.eo.

§.Suspectus, 2.

1 *Remotus propter dolum, vel culpam dolo proximam, est infamis: secus in culpa leui.*
2 *Patronus remotus non fit infamis.*
3 *Dolus quid? & eiusdem definitio a Labeone tradita, declarata.*

4 *Culpa*

4 *Culpa nomen generale: & quas habeat species.*
5 *Maius & minus diuersas species non faciunt.*
6 *Culpæ duas tantum esse species.*
7 *Culpa simpliciter prolata, de leui accipitur.*
8 *Culpa lata alia versutiæ, alia ignaniæ.*
9 *Culpa versutiæ dolo comparatur.*
10 *Culpa versutiæ quandoque dolus dicitur.*
11.12 *Ignorantia iuris an à lata culpa excuset.*

a Suspectus autem remotu,, si quidem b ob dolum, famosus est: si c ob culpam, nō æquè.

a *Suspectus* } *In hoc §. pœna suspecti attexitur.* 1 *Etenim is tutor, curatorue, qui propter dolum vel culpam dolo proximam remotus est, infamiæ notam incurrit: ex leui autem culpa remotus, famam nō prostituit, sed saluam retinet. Et priori casu remotus, tum demum infamis fit, si dolus, & sic causa remotionis in decreto Iudicis exprimatur:* [a] *nisi ex dolo malo sit postulatus: tunc. n. opus non est, remouendi causam per Iudicem significari, sed nominis infamia eum semper comitatur.* [b] 2 *Excipitur patronus, qui ob reuerentiam à liberto sibi debitam, infamis non efficitur: vt &* [c] *supra diximus.*

b *Ob dolum.* } 3 *Gallus Aquilius apud Cic. lib. 3. Offic.* { *Dolum* } *definit, cum aliud agitur, aliud simulatur: quam definitionem tametsi Sulpitius & Paulus lib. 1. Sent. probent: à Labeone tamen reprehenditur, & aliter ab ipso Dolus definitur,* [d] *nempe ita:* { *Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ac circumueniendum, fallendum, decipiendū alterum adhibita.* } *In hac definitione pro genere ponitur calliditas, sicut & fallacia & machinatio: & aliquando ipsa res in se dolum* [e] *habet. Sequitur,* { *ad decipiēdū alterum:* } *& hac est differentia doli mali propryssima, per quam distat à culpa. Quoties. n. ad hoc destinatur calliditas, vt alter deceptus lædatur contra ius, toties est dolus malus verè admissus, ideoq; scribit* [f] *Vlp.* { *Qui alijs obfuerint, calliditate quadā.* } *Imponitur aūt alicui occultè, hoc est, ita vt nō intelligat malitiā lædētis, duob. modis: Alias verborum adulationibus, & tunc dicitur fallacia Varroni, à fando: alias verò factorū technis, quā machinationē vocant. Vtrūq; procedit ex recondita corrupti animi malitia cōtra simpliciores, nihilq; mali suspicātes lucri turpis gratia. Quocirca Vlp.* { *Ne vel illis,* } *ait,* { *malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa.* } *Et hinc apparet, quam eleganter Labeo dixerit:* { *fallacia, machinatio.* } *Nonnulli tamen breuius Dolum malum sic definiunt, quod sit omnis malitia in alterius præiudicium adhibita.*

c *Ob culpam.* } *Scilicet leuē, aliud. n. est, si ob latam culpam remoueretur, quia tunc famosus efficitur:* [g] *cum hæc regulariter dolo comparetur.* [h] *Quia verò materiam culpæ Doctores huc congerunt, quæ admodum frequens est in legibus, eandem & nos, Zasij* [i] *nostri vestigijs insistētes, paucis complectemur. Huius enim in hac re assertio cæteris longè verior est.* 4 *Est igitur culpa nomen generale, & suas habet spēs, latissimam, latiorem, latam, leuem, & leuissimam. Sed certè ea quæ gradu intenduntur, specificā differentiā non recipiunt, per vulgatum dogma, quo dicitur,* 5 { *Maius & minus diuersas species non constituere.* } [k] *Quod. n. latioris culpæ interdum in iure fit mentio, pro lata accipiendum est, ea ratione, qua cōparatiuum propositiuo scribimus. Vt apud Verg.* { *Tristior, et lachrymis oculos suffusa nitentes.* } 6 *Expeditius igitur est, culpā in duas tantum partes distinguere, latā & leuem. Prior negligentiā habet extremè reprehensibilem, nempe, nulla diligentia temperatam. Altera sic definitur, vt sit negligentia, qua quis in reb. alienis, eam curam non adhibet, quam cæteri patresfamilias solent, tametsi in suis minimè diligentior sit.* 7 *Quoties tamē culpa simplicitur in lege ponitur, pro ea accipitur, quæ leuis* [l] *est.* 8 *Lata porro culpa in duo genera diuiditur, versutiæ culpā & ignauiæ culpā. Priorē illi cōmittunt, qui ex versuto & malo animio alienas res, affectata quadā improuidentia, malignè vel negligunt,* [m] *vel dissimulāt,* [n] *cū in rebus suis prouidi sint ac diligentes. Culpa ignauiæ est, q̄ supinum & inexcusabilem negligentiam refert, vel vitio naturæ parū perspicacis, vel ex praua educatione contractā: vt nimia* [o] *securitas, nimia desidia,* [p] *ignorare quod oēs ciues sciunt,* [q] *delictum facti propry,* [r] *aut alieni errore,* [s] *aut prædio vitæ committere.* [t] 9 *Porrò ex his duab. latæ culpæ speciebus, ea quæ dicitur versutiæ, vbiq; dolo cōparatur, pariq; iure cū dolo iusto censetur, tametsi negligentiæ colore contegatur. Quid. n. interest, an manifestè dolo machineris, an sub culpæ velamento ad dolum tendas?* [u] 10 *Hinc est, quod sæpenumero Iurisc. dissolutam culpam, quę versuto animo subuoluitur, dolum nominet: non quod lata culpa verè sit dolus, sed schemate rhetorico: sicut si Cic. laudaturus, non solum eloquentem, sed ipsam eloquentiam nomines.* [x] *Lata verò culpa, quæ ignauiæ est, dolo nunquam equiparatur: vt quæ stultitiæ quàm malitiæ plus habeat.* [y] *Si tamen id, quod culpatiore negligentia patratum est, ad delictum vel damnum alterius tendat, impune non remanet.* [z] *Ea que ratione, qui per lasciuiam, citrà dolum, mortis causam præbuit, quinquenniū relegatus* [a] *est: & incēdia per negligentiam admissa,* [b] *fustib. castigātur. Sed & ea q̄ malo exemplo, citrà dolum, abortionis pōculum dederat, exilij pœna damnatur.* [c] *Suntq; multa alia in iure passim exempla.* 11 *An aūt ignorantia iuris, à lata culpa excusetꝰ tractat hoc loco Accursius & Bart.* [d] *alibi. Putat vterque non excusare, maximè si ius certum sit & limitatum. Sed distinctione necessaria ea res temperanda est. Aut enim quæritur*

a l. 4. hæ. n. h. ti.
b l. & eū. C. de tu. vel cur. q non satisd. & arg. l. si ex res. 20. de excep. rei iud.
c §. ostendimus sup. eod.
d l. 1. ff. de dolo malo.
e l. 36. si quis cū aliter, de ver. oblig.
f l. 1. in princ. de dolo malo
g l. impuberib. §. si fraus, ff. hoc tit.
h l. 1. §. hæc actio, si mensor falsmo. dix. l. 33. quod Nerua, ff de pos.
i In suis singu: intel.
k l. si de fund. in str. l. si is cui, quemad. seruit. amit.
l Fac. l. 24. contractus, infra de reg iur.
m Exempla in l. 29. si fideiussor, §. hocidē, ff. mand.
n l. 1. §. 1. vers. sed etsi id egi de acti. empt.
o l. 6. nec supina i si. de iur. & fact. ignor.
p l. 3. plurimū, in fi. ff. e. de iuris & facti ig.
q l. 9. reg §. sed facti. e. tit. l. lata, 223. de verbor. sign.
r l. 1. in fin. de abig.
s l. 1 § si publicanus, ff. vi. bon. rapto.
t l. fin. § si quis autem, de bo. eor. qui ante, &c.
u Facit d. l. si fideiussor, l. 1. ff. mandati.
x Vt d. l. quod Nerua, l. magna. 226. de verb. sign.
y Tex. l. mulier 22. §. sed etenim ad Treb. de hac loquitur d. l. lata, de verb. sign.
z Text. not. l. si C. si aduers. delictum.

a In l. 4. lege, §. 1. ff. ad l. Corn. de Sicarijs. b l. 1. §. & qa plerumque de offic. præf. vrb. l. qui ædes. 9. l. si fortuito. 11 de incend. ruina, naufrag. c l. 38. si quis aliquid, 2. §. qui abortionis, ff. de pœn. d In d. l. quod Nerua.

tur, an iuris ignorãtia noceat, aut an in culpam latam incidat? De primo res est expedita, quod in lucris ea nocet, maximè si Iurisconsultorum copiam habere, aut sua prudẽtia quispiam instructus esse potuit: [e] *in damnis verò ea ignorantia in vniuersum non nocet* [f] *12 Super altero certi casus admittendi sunt, in quibus ignorantia* [g] *iuris latæ culpæ adscribi possit; vt in iuris naturalis, vel diuinorum præceptorũ ignorantia, & eorum quæ sunt prohibita, quia* [h] *illicita. Sed & Doctores iuris in latam culpam, & quidem dolo proximam incidunt, si ius in quo versantur, ignorauerint.* [i] *item & hi, etiamsi sint literati, qui negocia habent uel iudicialia, vel quæ iuris ordinem exigunt, & ius ignorant:* [k] *siue illi sunt Iudices, siue litigantes. Si tamen iusta aliqua causa defenduntur, vel quia Iurisperitorum non erat copia, vel quia ex statutis & consuetudinibus, rectisque alijs moribus se fundant, ignorantia iuris culpam non habet. Extra prædictos casus, iuris ignorantia latæ culpæ non attribuitur.*

e l. regula, §. sed iuris, de iuris & fac. ign. l. vi bonorũ, in fi. vbi gl. de bo. poss.
f l. iuris. de iuris & facti ign.
g l. venia, C. de in ius uoc. gl. c. non est sine culpa, de reg. iur. lib. 6.
h l. 13. extra, De eo, quod met. cau. l. mil §. pen. de re milit.
i l. 2. §. Seruius, de orig. iur.
k Arg. l. sicut, inf. C. de præscr. 30. an.

§. Si quis autem.

1.2 *Postulato suspecti, administratio interdicta est ipso iure.*
3 *A quo tempore interdicta ei dicatur administratio.*
4.5 *Accusatio suspecti in hæredes tutoris non transit.*

a Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur: b interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est. Sed si suspectu cognitio suscepta fuerit, posteaquam tutor vel curator decesserit: c extinguitur suspecti cognitio.

a *Si quis* § *Quoniam supra* [a] *dictum est, omnis generis tutores de suspecto teneri: iam subijcitur, quatenus teneatur: 1 nempe, accusatione suspecti semel mota, tutor statim cogitur se abstinere à tutela, nec ad eam regreditur, nisi finita cognitaque causa suspecti.*

b *Interdicitur.* § *2 Et quidẽ ipso iure, adeo vt nec Iudicis interdictione opus* [b] *sit: nisi de facto administrare pergat. quo casu Iudex eum abstinere iubebit, alio tamen interim in eius locum ad administrãdas res ordinãdo,* [c] *3 Sed à quo tẽpore censetur ei interdicta administratio? Respõdeo, à tẽpore litis cõtestationis, & non ante: vt Angel. rectè censuit. Vndè consequitur, ante litem contestatam tutori vtiliter solui.* [d]

c *Extinguitur.* § *4 Nec in hæredes tutoris transmittitur:* [e] *idque ad exemplum aliarum famosarum actionum, & criminalium accusationum, quæ regulariter in hæredes defuncti passiuè non transeunt: excepto perduellionis, siue læsæ maiestatis crimine.* [f] *5 nisi fortè hæc suspecti accusatio non solum proposita fuerit, vt remoueretur tutor, sed vt etiam multaretur ad pupilli vtilitatem. Nam hoc casu licet, tutore etiã mortuo, illud commodum pecuniarium persequi, dum lis eo viuente contestata fuerit.*

a In d. §. ostendimus, sup. e
b l. 14. quod si forte, §. sunt quidam, ff. de sol Ang. hic.
c Leũ quem, C. hoc tit.
d Aog. in d. l. quod si fortè, §. 1.
e l. pen. §. pen. ff. eod.
f l. vlt. ff. ad l. Iulia. maiestat.

§. Si quis tutor.

1 *Tutor omittens alimenta pupillo à Iudice decerni, vt suspectus, remouetur.*
2 *Alimenta pupillo arbitrio Prætoris decernuntur.*
3 *Pupillus quare in possessionem bonorum tutoris mittatur, si alimenta decerni negliget.*

a Si quis tutor copiam sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur: cauetur epistola Diuorum Seueri, & Antonini, b vt in possessionem bonorum c eius pupillus mittatur: d & quæ mora deteriora futura sunt, e dato curatore f distrahi iubentur. Ergo vt suspectus remoueri potest, qui non præstat alimenta.

a l. tutor quoq; §. tut. ff. h. tit.

a *Si quis tutor* § *Hic* §. *Ex Vlpiano* [a] *desumptus est, 1 docens tutorem, tametsi aliàs ex fide tutelam administrantem, vt suspectum à tutela repelli, si dolo & non iusta de causa absit, & de industria omittat certa alimenta pupillo à Iudice designari. Nam hoc omninò fieri debet, vt tota pupilli facultas ita extendatur, quo is quot annis certam pecuniam ex facultatibus (salua tamen patrimonii substantia) pro educatione percipiat: idque propterea, ne temere de sorte cadat, & ad paupertatem redigatur. 2 Quod Iudex petente tutore, diligenter curare debet pro suo arbitrio, perspecta circumstantia, cum persona pupilli, tum facultatum* [b] *eius.*

b l. 3. ius alimẽtorum, ff. vbi pup. educ. deb. l. 2. C. de ali pup. præstand.

b *Vt in possessionem.* § *3 Non quidem vt pupillus inde alatur, sed vt ex bonis tutoris pupillo cautum sit, vnde damna reposcat, si forte de sorte suarum facultatum, dum certi sumptus pro alimentis ei non sunt constituti ceciderit.*

c *Eius.* § *Subaudi, tutoris negligentis.*

d *Et quæ mora.* § *Idest, quæ res ætatem & moram ferre non possunt.*

e *Dato curatore.* § *Qui etiam alimenta pupillo de ipsius pupilli bonis præstat.*

f *Distrahi iubentur.* § *Ne scilicet pereant, nã bonus paterfa. versari in pupilli bonis debet. sicut in suis.*

§. Sed si quis.

1 *Tutor præsens si mendaciter deneget pupillo alimẽta decerni posse, quomodo puniẽdus.*
2 *Quæ sit inter mendacium dicere, & mentiri differentia.*

Sed

a Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni: si hoc *b* per mendacium dicat, *c* remittendum eum esse ad Præfectum Vrbi puniendum, placuit: *d* sicut ille remittitur, qui data pecunia ministerium tutelæ acquisierit, vel redemerit. *e* Libertus quoque si fraudulenter tutelam filiorum uel nepotum patroni gessisse probetur, ad Præfectum remittitur puniendus.

a *Si quis* } *quæ in præcedenti §. dicta sunt, tum obtinent, quando tutor dolo latitat, & cum posset sui copiam facere, non venit, & omittit, ne pupillo alimenta decernantur. 1 Secus verò est, si tutor præsens id non palam omittat, sed alias affirmet pupillo propter tenuitatem suarum facultatum alimenta constitui non posse. Nam tunc ita demum crimine suspecti tenetur, si liqueat illum mentitum fuisse: idque propterea, quia laborem effugere contendit: quare tunc à Iudice puniri debet. 2 Cæterum, quid mendacium dicere, & mentiri differant, Gellius lib. 11. cap. 11. explicat, cuius differentiæ ratio hic non habetur.*

b *Per mendacium.* } *Si mentius fuerit: nam si iusta aliqua ratione motus, sic opinetur, hoc ipsi obesse non debet.*

c *Remittendum.* } *Non enim simpliciter quasi suspectus remouebitur, sed quia grauiori animaduersione indiget, quam ut sufficiat ei suspecti infamia, ideo remittetur ad Præfectum Vrbi puniendus, ad quē, s. pertinebat omnium criminum cognitio, & animaduersio. Sed quæ pœna? Ea nimirum, qua solent affici, qui vel nummis datis occuparūt, uel accepto præmio operam dederunt, ut non idoneus tutor alicui daretur.* [a]

d *Sicut ille.* } *Colligit à simili.*

e *Libertus.* } *Amplificatio ad præcedentia: nam quæ paulò ante diximus, procedunt etiam in liberto fraudulenter tutelam patroni sui* [b] *gerente: cui grauior etiam pœna infligi debet, ob suam ingratitudinē acceptæ libertatis à suo patrono &c.*

a l. 3. §. tutor, hoc tit. iūcta l. 1. §. item solēt, de off. pf. urb.
b l. liberti. h. tit. & l. 1. C. eod.

§. Nouissimè.

1 *Tutor suspectus etsi satisdationem de indemnitate offerat, tamen remouetur.*

Nouissimè autem sciendum est, eos qui fraudulenter tutelam administrant, *a* etiamsi satis offerant, remouendos esse à tutela: quia satisdatio tutoris propositum maleuolum nō mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat.

Annectitur amplificatio ad totum titulum. 1 Adeò enim tutor fraudulenter tutelam administrans, eoque nomine suspectus, à tutela repellitur, vt etiamsi satidet, tamen, non sit audiendus, propter fidem semel fractam. [a] *Lex enim præsumit, tutorem semel improbè administrantem, indies magis improbe administraturum et, vt Iustinianus grauiter ait, satisdatio propositum maleuolum tutoris non mutat, sed diuitius grassandi facultatem* [b] *præstat.*

a *Etiamsi satis offe* } *Immò etsi iam satisdederint, nam pupillo magis expedit rem suam saluam* [c] *esse, quam tabulas cautionis habere, aut incertum eius euentum* [d] *expectare.*

a Tex. est similis in l. suspectus, & l. qui satisdatio. ff. hoc tit.
b Concor. c. 2. §. 1. & ibi gl. fin. de seq.
c l. suspectus fieri, h. tit. l. plus cautionis, de reg. iur.
d l. pupillo, ff. quod fal. aut. tut.

§. Suspectum.

2 *Tutor ob paupertatem non est remouendus: fallit, vt num. 2.*

Suspectum etiam eum putamus, qui morib. talis est, vt suspectus sit. Enimuerò, tutor vel curator, quāuis pauper sit, fidelis tamen & diligens, *a* remouendus non est quasi suspectus.

Occupatio } *est ad ea, quæ supra* [a] *dicta sunt. Dubitari n. poterat, nūquid tutor paupertate laborās, tā quam suspectus, repelli à tutela debeat? Et Imperator eum non esse repellendum determinat: idq; ex definitione suspecti probat. Suspectus. n. est, cuius fides improbis ipsius moribus sic contaminata est, vt meritò suspicionem fraudis præbeat. 2 Sed pauper tutor, nisi fraudulenta in rebus pupillaribus vel callida eius conuersatio suspicionem illi moueat, & nisi alias fraudulenter tutelam gerat, paupertatis occasione suspectus iudicari non debet.* [b] *Sic ergo non nocet aliquem pauperem esse, dummodo alias sit bonæ fidei homo, & talis, qui nihil cupiat pupillo detrahere, quod in se* [c] *transferat. Idque est, quod* [d] *supra adnotaui, suspectum tutorem non ex facultatib. argui, sed potius ex maleuolo proposito, callidaque* [e] *conuersatione.*

a *Remouendus non est* } *Nempe à tutela, quam incœpit administrare. Cæterum, ab initio posset impedire paupertas, ne quis ad tutelam admitteretur, non quidem quasi suspectus, sed si ob inopiam non posset satisdare, rem pupilli saluam fore: quo casu non repellitur velut pauper, sed tanquam is, qui non satisdat, cū satisdare debeat.*

a §. Suspectus, l. sup. eod.
b l. 15. si creditores, ff. de priuil. credit.
c l. scire oportet, §. cum reliquis, ff. de tut. & cur. datis, &c. l. suspectum, ff. hoc tit. & d. l. si credit.
d ad rub. huius tit.
e l. 1. §. nunc videamus, ff. h. tit.

INSTITVTIONVM I. LIBRI FINIS.

IOACHI-

IOACHIMI MYNSINGERII A FRVNDECK, IVRISCONSVLTI,

SCHOLIA IN LIBRVM SECVNDVM Institutionum Fl. Iustiniani Cæsaris.

In Rubricam.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Duo tantum esse Iurisprudentiæ principalia capita, dominium & obligationem.*
3 *Dominium quare (Rem) dixerint Institutionum Architecti.*
4 *Dominium definitur.*
5 *Definitionis dominij explicatio.*
6 *Dominium de reb. incorporalib. impropriè tantum dicitur.*
7 *Actor dominum fundi se asserens, si de vsufructu probet, obtinebit.*
8 *Verba improprianda, vt sustineatur libellus.*
9.25 *Duo effectus dominij.*
10 *Lex plerunque impedit dominij effectum: vt in marito, & pupillo.*
11 *Conuentio quandoque dominij effectum prohibet.*
12 *Dominij primæua causa, est ius naturale.*
13 *Diuisio rerum naturæ consentanea.*
14 *Dominium causam habet, & ius gentium & ius ciuile.*
15 *Dominij partes & species.*
16 *Dominium directum & vtile explicantur.*
17 *Vtilis dominij subdiuisio.*
18 *Plenum dominium*
19 *Dominium in spe.*
20 *Dominium per anticipationem.*
21 *Dominium quod habet vsufructuarius.*
22 *Dominium summum, seu maius.*
23 *Dominium honoris causa.*
24 *Dominij affinia.*
26 *Quod sit dominij contrarium.*
27 *Quæ res sub dominium nostrum non veniant.*
28 *Quibus modis dominium iam ortum perimatur.*



VONIAM 1 Imperator personæ tractationem superiore libro absoluit: igitur nunc ad primū & potissimū vniuersi iuris caput, nēpe § dominiū § accedit, 2 Sunt.n. vt supra lib. 1. diximus, duo tantum propria & pericularia Iurisprudētiæ capita, videlicet § Dominiū & Obligatio: § ad quæ reliqua omnia quæ in legib. sunt referuntur. Nā sunt vtriusq; capitis vel partes, uel species, vel causæ efficientes, vel effectus, vel affinia siue cognata, vel contraria: (quod mox in DOMINIO docebimus) exceptis circūstātijs, quæ in illa & ista variāt. 3 Illud ergo primū iuris caput, nēpe § Dominiū, § Caius. [a] *& harū Institutionum architecti, § Rē § appellant: verū satis obscurè. Quid.n. in vniuersa rerum natura non est res? id verò sic accidit. Quia partiuntur res in corporales & incorporales. Et cū res corporales (pauculis exceptis) veniant in dominium nostrum, tradunt ipsi modos iure gentium receptos, ac iure ciuili introductos, quibus dominium acquiri possit. Cæterū, de altero capite, nempe, § Obligatione, § lib. 3. tractabitur.* [b] *Quia ergò hoc loci de dominio, & modis acquirendi dominij, futura est disputatio, recte fuerit, quid sit dominium, declarare. 4 Est autem § Dominium, § ius de re corporali perfectè disponendi, aut uendicandi: nisi lex uel conuentio obsistat. Hęc definitio plenior est ea, quam Bart.* [c] *tradidit, ab effectu sumpta: continet.n. effectum siue officium rei, quæ definitur: cuius generis sunt multæ definitiones in Legibus. 5 Explicemus hanc definitionem verbis popularibus, & crasse. § Dominium est ius, idest, legitima facultas, sicut & possessio est ius, item obligatio, vsusfructus, actio, ius in re, & similia. Quod ergo sit ius, genus est in definitione. Adijcienda ergò sunt differentiæ. Prima differentia est, § de re corporali: quia 6 rerum incorporaliū nullum est propriè dominium,* [d] *vt seruitutum, possessionis, obligationis. Impro-*

a l. 1. de statu hominum.
b Inst. de oblig.
c In l. 17. si qs vi, §. differentia, de acqu. poss.
d l. rectè dicimus, 25. de verb. sign.
e Vt accipitur in l. 3 quivsu fructu, si sit vsufruct. pet.

priè

prie tamen accipiendo dominium, res quoque incorporales, seu iura, dominij nomine comprehenduntur,[f] hacque ratione quis vocari potest dominus seruitutis, vsusfructus, possessionis. 7 Quare si in libello actor se alicuius fundi dominũ dixerit, et de vsufructu tantũ probet, obtinebit: [8] quia interpretabimur eũ de ipsius usufructus dominio intellexisse. 8 impropriè enim uerba accipi debẽt, ad libellũ sustinendum. Idque Doctores [h] communiter tradunt. Quod adeò verum est, vt si libellus complectatur duas vias, unam cõpetentem, alteram incompetentem, adhuc procedat libellus super cõpetenti [i] satis enim est, libellum ex una parte sustentari posse, maximè si consistet de iustitia causæ, quo casu ineptitudo libelli etiã in [k] Camera Imperij non attenditur. Addidi § perfectè disponẽdi: § primũ ut hac differentia possessionẽ secluderem, quæ dicitur esse ius insidẽdi: 9 deinde quia primũ officium siue effectus dominij est, § perfectè disponere de ea re, cuius quis est dominus: [l] quod tum locum habet, si rei copia penes aliquẽ [m] sit. Nam si rei rei copia absit, tunc domino rei uendicatio cõpetit, qua petit rem sibi restitui, quam suam esse asserit, vel naturali vel ciuili iuri. Et hoc alterũ est offic ũ siue effectus dominij, nẽpe, § uẽdicare: § Ideoq; dixi in definitione, § aut uendicãdi § 10 Postremo dixi, § nisi lex obstet: § propter plerasq; personas, quæ utcunq; sint rerum suarum domini, tamen non habẽt ius agẽdi, siue disponendi de rebus suis pro arbitrio: quia lex in ipsis dominij effectum impedit, adducta rationibus & causis legitimis. Sic maritus, tametsi prædij dotalis sit dominus, lege tamẽ Iulia [n] alienare prohibetur. Itẽ pupillus sine autoritate autoris, uel decreto Iudicis alienare vetatur ꝓpter ætatis imbecillitatẽ & iudiciũ [p] fragile. 11 Dixi § uel Cõuentio: quia pignoris debitor, utcunque sit dominus pignoris, illud tamen propter cõuentionem creditore initã non potest alienare. [q] 12 Causa efficiens dominij est, ipsum ius naturale. Et ut intelligas, quomodo exigenda sit huiusmodi causa ad naturam, aduertendum est. Cum post originis peccatum tanta esset hominum improbitas, ut non possent rebus cõmuniter uti, & naturale iudicium facile sentiret, fieri non posse, ut homines insatiabili quadam cupiditate corrupti, fruerentur cõmuniter rebus omnibus: dictaretque ratio, iniquum uideri, quod ignaui & desides alieno alerentur labore: cum quẽlibet deceat in sudore vultus sui comedere panẽ suũ. 13 Quare naturalis ratio suasit, ut singulis rebus certa & distincta constituerentur dominia, ut unusquisque suum teneret: aliàs enim nulla pax & tranquillitas in societate hominum retineri posset. si permitteretur communio, secundũ quam raperet quilibet & abuteretur suo arbitrio alienis. Hinc Arist. [q] rectè, sentit, diuisionem rerũ naturæ consentaneam esse quod affirmat etiã Decalogi præceptum: § Ne furtum facias: § quod non potest esse, nisi rei alienæ. 14 Verum hodie acquiritur dominium tam iure gentium, quam iure ciuili: sicque causas habet, & ius gentium, & ius ciuile: nempe, modos acquirendi dominiu, qui partim à iure gentiũ, partim à iure ciuili introducti sunt. 15 Dominium partes habet duas, scilicet usumfructũ & proprietatẽ [r] species item duas, directum dominiũ, & utile. 16 Directum est sine fructu, cum spe tamen cõsolidationis: quale est, quod habet dominus feudi, emphyteusis soli. Vtile dicitur, quod cum fructu est: quale habet uasallus, emphyteuta, superficiarius. 17 Bart. [s] utile dominiũ subdiuidit: Nã alterum non agnoscit directum dominium: (sic enim intelligi uult, quod opponitur directo dominio) quale est quod per usucapionẽ longi temporis, siue præscriptionẽ acquiritur. Alterum est, quod subest directo dominio, siue quod agnoscit directum: quale habẽt emphyteutæ, uasalli, superficiarij. Quæ distinctio an uera sit, ĩfra suo loco [t] tractabimus. 18 Cæterũ qui utrunq; dominium habet, is plenum dominium habere dicitur: ut est in omnibus bonis allodialibus, & hæreditarijs. Sed præter has dominij species, possunt etiã aliæ considerari, duas eleganter Alciatus [u] libro παρέργων pertractat: 19 quale est § dominium in spe, § quod Alciatus [x] appellat κατὰ ἐλπίδα ut cum lex filiumfam. rerum paternarũ dominum uocat: unde & sui heredes dicuntur, tãquã sibiipsis succedãt [y] erãt enim uiuente quoq; patre domini. 20 Item dominium quod κατὰ πρόληψιν id est, § per anticipationẽ § dicere possimus: ut cum mulier rei suæ in dotẽ traditæ domina [z] dicitur. Futurũ enim est, ut ei dos sua restituatur, ualidiusque est eius, quam filijfam. ius ipsa enim propter tale dominium, tanquam locuples sit, non astringitur ad cautionẽ iudicio sisti, cum filiusfa. adstringatur [a] 21 Item dominiũ quod uidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento iussit esse dominã usufructuariam, administraticem. Dominium. n. illud εἰκονικὸν & imaginarium est: cum ex vulgari [b] consuetudine, eam solum in domo præeminentiam consequatur, quam viuente marito habebat: ideoque ad alimenta tantum contrahitur. Est igitur & hoc dominium σχηματιζόμενον, 22 est deniq; & aliud dominiũ, quod § summum § seu § maius § vocãt: quidã s. maiestas, cuius obseruationẽ fœderati supremo principi, vel Reip. [c] debent. cuius dominij effectus plures Guido [d] Papius refert. 23 Solebãt & veteres honoris causa dominũ aliquem dicere: notũ Nesennius [e] ad Paulũ scribẽs. § Ex facto, § inquit, § domine, talis species incidit. § Sic et mariti vxores suas & maritos illæ dominos quandoq; appellãt. 24 Expediti de specib. dominij, videamus q̃ sint eiusdẽ affinia siue cognata. Affine autem seu cognatum appello, quod cum reipsa aliquam habet similitudinẽ. Neque tamen verũ est aliud. Habet ergo dominiũ duo affinia, videlicet § quasi dominium, & ius in re specificum. § (falsum enim est quod Bart. [f] quasi dominiũ tradit speciem dominij esse, sicut [g] alibi dicemus.) Quasi dominiũ habet is, qui bona fide, & ignorans, ex iusta causa, accepit rẽ aliquã ab eo qui non sit dominus. [h] Ius verò in re specificũ habet creditor, siue pignoris, siue hypothecæ. Itẽ is, cuius personæ vel cuius prædio debetur seruitus: deniq; & is, qui tantum habet retentionẽ, hoc est, exceptionem, nõ actionẽ. [i] 25 Officia verò

g quis a non do. inf. h. tit. i l. a 1 & non tãtũ § ueniũt ff pet. her. Iasõ olim. de actio. De hoc ad fi. ti. ff. e ser. uni. aget.

f d. l. 3 ff. si vsus fructus pet. l. 1 5. sem p. §. hoc itẽ dicto ff q vi aut cl.
g Ale l. 1 1. naturaliter § nihil cõe ff acq. poss.
h Inno. i c. cõq̃querente de offi. ord. & c. examinata, de iudic
i Panor & ant. de Butr. i d. c. examinata, Roman cons. 101. Zas. in l. si cum nulla, ff de re iudic.
K Dixi Cent. 4 obseru. 1. in Imp Cameræ obseru.
l. l 33 in re mãdata, C. mandati.
m Bart d l. si qs vi.
n inf. quib alië. licet uel non, in princip.
o su. de auth tu tor. p totũ. & § nũc admonẽdi, inf. qb. aliena. licet uel non.
p § cõtra autẽ, inf. quib. a le. licet uel non.
q Lib 1. politic.
r l. 3 ff. d vsufr.
s l. 3. si quis em ptionis. C. de præscr. 30. an.
t Subter d vsuc.
v Cap 15.
x Ibidem.
y § sui autẽ inf. de hered. qualitate & differ.
z l. 20. in rebus C de iure dotium.
a l. 1 i. § iẽdũ, § si fundus, qui satisd cogantur.
b Aut. hoc locũ C. si mulier secundo nub.
c l. non dubito de ca. & post li. reuers.
d quæst. 651.
e l. Nescennius 22. ad l. Falc.
f in l. si minor, § vl. de euict.
g §. namque si cui, inf. de act.
h Dicam in §.

vero siue effectus dominij duos esse, paulo ante in definitione diximus. Primũ, ut pfecte dispone de ea re, cuius sum dominus, modo adsit rei copia. Deinde, si rei copiam non habeam, vt possi in eam vendicare, atq; actione reali experiri, nisi lege aut conuentione prohibear. 26 Habet denique & dominium suum contrarium, quod scilicet vel impedit dominium oriri, vel ortum perimit, ac tollit. Sic dominij contrariũ tractatur, si stipulatori tradatur res sacra sancta, religiosa, liber homo, aut etiam huiusmodi res legetur. [k] Et ad hunc modum Iustinianus in hoc libro tractaturus dominiũ, exorditus est à contrario, perstringens eas res, quæ sub dominium nostrum non veniunt. 27 quales sunt res communes, publicæ, Vniuersitatis, sacræ, religiosæ, & sanctæ, & sic apparet, res sigulorum tantum nobis acquiri, prædictas autem nullo modo dominio nostro subijci posse. 28 Quod vero ad alterum attinet, dominium amittimus traditione, id est datione: hoc etenim modo transfertur. [l] Item vsucapione directum, præscriptione longi temporis vtile dominium transfunditur: quanquam Alciatus [m] etiam directum præscriptione acquiri contendat. Rursus si rẽ habeamus pro derelicto, dummodo possessionem non retineamus: neque enim solo animo dominium amittitur. [n] Postremo vtile dominium quod superiorem non agnoscit (quales habet is, qui longo tempore præscripsit) ijsdem modis disperit, quid directum. Vtile verò quod superiorem agnoscit (quale habet feudatarius & emphyteuta) difficilius deperditur: quod sapiat, iuxta sententiam Bartoli, naturam obligationis.

k inf. de inutilibus stipul.

l l. traditionib. C. de pact. §. p traditionẽ, inf. tit. nostro

m d. l. traditionibus.

n d. l. si quis vi. §. differentia.

DE RERVM DIVISIONE, ET ACQVIRENDO IPSARVM DOMINIO. TIT. I.

In princip. Tit.

1 *Hic titulus ex duobus ff. titulis compactus est.*
2 *Diuisio huius tituli.*
3 *Diuisio rerum prima.*
4 *Seruitus an dicatur in bonis nostris esse.*
5 *Patrimonij vocabulum generaliter acceptum quid contineat.*
6 *Meorum & Tuorum appellatio.*
7 *Patrimonij stricta & propria significatione nomina non continentur.*

Superiore libro de iure personarũ exposuimus: modo videamus de rebus, q̃ vel [a] in nr̃o patrimonio, vel extra patrimonium nostrũ habentur. Quedã enim naturali iure communia sunt omnium, quędam publica, quædam Vniuersitatis, quędam nullis, pleraq; singulorũ: [b] quę ex uarijs causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit.

PRAEDICTIS ita in modum præuiæ cuiusdam inspectionis prælibatis, accedamus ad primum huius libri titulum, 1 qui ex duobus Pandectarum locis compactus, continuatusque est, quorum alter est § de rerum diuisione, § alter § de acquirendo rerum dominio: 2 Sicque duas partes complectitur: quarũ priore ponuntur qualitates & discrimina rerum, in altera quatenus nobis ipsæ res earumque dominium iure gentium acquirantur. Nam de acquisitione iuris ciuilis infra [a] subijcitur. Primum igitur Iustinianus diuidit res: vt deinde colligat, quæ res possint dominio nostro subijci, & quæ non possint. 3 Est autem prima diuisio breuis quidem illa, sed quæ sequentium diuisionum semina suppeditat: quædam res in patrimonio nostro computantur, quædam extra patrimonium, bonaque nostra sunt. Huic diuisioni æquipollet ea, qua Paulus [b] Iurisconsultus vtitur § Rerum, § (inquiens § aliæ sunt diuini iuris, aliæ humani. § Cæterum, quod hæc diuisio propter reales seruitutes insufficiens à plerisque asseritur, propterea quod hæ nec in bonis, nec extra [c] bona sunt, nihil aduersatur. 4 Tametsi enim propria significatione seruitutis, ea non dicatur in bonis nostris esse, cum sit accidens, non per se subsistẽs, sed alteri inhærens, nempe, prædio, ita, nec alienari possit sine prædio: [d] large tamen loquendo, seruitus etiam dicitur in bonis nostris esse, cum pro ea asserenda, etiam habeamus actionem directam, vel plerumque [e] vtilem. Et rem ipsam habere videtur, qui actionem ad eam recuperandam [f] habet.

a *In nostro patrimonio. § 5 Patrimonium hic largè accipitur, vt nominè patrimonij generaliter intelligamus, quicquid in bonis nostris est. Sic in bonis nostris rem esse dicimus, [g] quoties possidẽtes exceptionem, aut amittentes actionem habemus. Sed & ipsa nomina continentur. [h] 6 Quemadmodum Meorum & Tuorum appellatione actiones quoque contineri, Paulus respondit. 7 Propriè verò & specialiter patrimonium id tantum cõtinet, quod à patre profectum est, ipsiusque hæreditate, & quod certo proprioque dominio possidemus: & tunc nomina non continentur: Ideoque [i] Pomponius ait, quasdam res haberi in patrimonio, quasdam in nominibus.*

b *Quæ ex var. § Hoc referri solum debet ad proxima uerba, ad ea tantum, quæ sunt singulorum, ex varijs causis acquiri possunt, quæ postea subijcit Imperator.*

a Sub tit. de vsuc.

b l. 1. ff. de rerũ diuisione.

c l. 1. ff. de vsuf. leg.

d l. si aliena, §. h. iure, de vsuca.

e l. rẽ in bonis, de acq. rer. dom.

f l. 15. de diuer. rep. l. 43. de verb. sign.

g l. 32. rẽ in bonis, ff. de acq. rer. dom.

h l. 91. meorũ, ff. de verb. sig.

i in l. cũ pupillus, ff. rẽ pup. sal. fo.

§. Et quidem.

1 *Communia quæ dicantur.*
2 *Accessus ad mare, & piscatio in mari, omnib. licita.*

Quan-

3 *Quandoque piscatio in mari prohiberi potest.*
4 *Aqua profluens quæ dicatur.*
5 *Mare est commune omnium, sicut aer.*
6 *Villa quomodo hic accipiatur.*
7 *Villa triplex, vrbana, rustica, & fructuaria.*
8 *Villa à vehendo dicta.*

Et quidem naturali iure *a* communia sunt omnium hęc: aer, *b* aqua profluens, *c* & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: *d* dum tamē à villis, & monumentis, & ędificijs abstineat: *e* non sunt iuris gentium, sicut est mare.

a *Communia.* § 1 *Communia dicimus, quæ ex sui natura & origine æqualem præbent cōmoditatem vt hominibus, ita & reliquis animantibus: ideoque communia omnium esse dicuntur, quia scilicet per naturalem vsum ueniunt in communionem: sicuti est aer, mare, & reliqua exempla textus nostri.* 2 *Hinc colligunt interpretes, non solum accessum ad littus maris cuilibet permissum esse, dum sine publici iuris aut alterius incommodo fiat, sed etiam cuius licere in mari piscari, adeò, vt cum probibente piscationem, iniuriarum experiri liceat.* [a] 3 *Nisi fortè alius in quasi possessione esset illius iuris, ut ibi solus piscaretur: tū enim alium piscari volentem prohibere potest, contraque ipsum interdicto* § *Vti possidetis,* § *agere. Potest etiam maris littorumque publicorum dominium præscribi, tanto tēpore, cuius initij memoria non extet:* [b] *sed præscriptione 30. annorum non* [c] *acquiritur.*

b *Aqua profluens.* § 4 *quam profluentem vocat hic Iustinianus omnem currentem acquam, seu manantem, aut scaturientem ex terra: quam* § *fontanam* § *vocant medici: quarum vsus, sicut aeris, omnium cōmunis est, ideoque* [d] *Ouidius ait:* § *Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est, Nec solē proprium natura nec aera fecit.* § *Nec repugnat sequens* §. *hic enim loquitur Imperator de proprietate: ibi autem de vsu. ac eo modo flumen & commune est, & publicum.*

c *Et mare.* § 5 *Mare, inquit* [e] *Vlp.* § *Commune omnium est, sicut aer.* § *Et* [f] *alibi, Mare omnibus natura patere dixit: idest, eius communem, promiscuum & æquè patentem cunctis animantibus, nedum hominibus ipsis sui natura præbent.*

d *Dum tamen à villis.* § 6 *idest, domibus extra vrbem extructis: vel Villa hic pro casa, vbi retia siccantur, fructusue reponuntur, accipienda est, sic dicta, quod à Villico in eas contrahantur fructus, & euehantur,* [g] *cum veneunt.* 7 *Aliàs autem tripartito villa diuidi solet. Prima vrbana est, quam dominus ipse ad inhabitandum sumit: quæ & Prætorium dicitur. Altera rustica, quam villici, operæque rusticæ* [h] *incolunt. Tertia fructuaria, in quam fructus deuehuntur:* 8 *vnde & à vehēdo villā esse, L. Colum. tradidit.*

e *Quia non sunt.* § *Sed eorum propria, qui illa decreto iudicis* [i] *extruxere.*

a l. 7. iniuriarū, §. si quis me, de iniurijs.
b l. vsum aquę, C. de aquæ duc. lib. 11.
c propter l. vlt. de vsucap.
d lib. 6 Metam.
e d. l. iniuriarū, § si ff. de iniur.
f l. 14. §. véditor ff com. pręd.
g Varro lib. 1. de re rust.
h De qua in ff videamus ff. loc.
i l. quamuis, de acq rer. dom.

§. Flumina autem.

1 *Flumina perennia siue publica.*
2 *Torrens est, quod hyeme tantum fluit.*
3 *Portus significatio.*
4 *Ius piscandi in fluminibus, omnibus competit.*
5 *Quando id non habeat locum.*
6 *In mari ædificare licet, sicut in littore,*
7 *Veneti quare libertatem prætendant.*
8 *In solo alicuius iurisdictionali ædificans, eius efficitur subditus.*
9 *In flumine publico non licet ædificare, sine autoritate publica.*
10 *Populus non pōt ius ædificandi in flumine cōcedere, si per hoc iter nauigij deterius fiat.*
11. 13 *Res communes & publicæ quomodo differant.*
12 *Eadem res & communis & publica dici potest, diuersis tamen respectibus.*
14 *Hyberni fluctus quare maximi.*
15 *Littus pro quauis extremitate accipitur.*

a Flumina autem omnia, & *b* portus, publica sunt. *c* Ideoque ius piscandi omnibus *d* commune est in portu *e* fluminibusque, *f* Est autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.

a *Flumina.* § 1 *Subaudi, perennia, quæ semper fluūt: quæ publica quoq; flumina dicuntur.* 2 *Nā quod hyeme tantum fluit, torrēs dicitur: si tamē aliqua æstate exaruit, quod alioqui perenne fluebat, nō ideo minus perenne* [a] *est. De priuatis fluminib. text. hic nō loquitur: ea. n. nihil à cæteris locis priuatis differūt.* [b]

b *Portus.* § 3 *Portus hic pro nauiū statione sumitur, quà inclusæ naues à ventis tutæ sunt. Ab antiquis verò portus plerunque pro insula aut domo dicebatur: sic dicta quod merces in eum portarentur.* [c]

c *Ideoq; ius piscādi.* § 4 *Hinc ergò discis, ius piscādi esse publicū, iure gentiū, & omnib. hominib. communiter*

a l. 1. § 1. & 2. ff. de fluminib.
b d. l. 1. § h. interdictum.
c l. 19. portus, ff. de verb. & rerum signif.

d lib. 6. Metam.
e l. quo minus, & ibi Bart. de flumin.
f l. si quisquã 7. ff. de diuers. & temp. præscr. l. vsum aquæ, C. de aquæduct. li. 11. & l. 1. §. vlt. de aqua plu. arc.
g Bal. in Rub. ff. de rer. diuis.
h Spe de religiosis domib. uer. quid si putatur ciuitas.
i l. vlt. de flumi
k l. 1. §. permittitur, de aqua quoti.
l l. 1. in princi. ff. fluminib.
m §. littorum, infr. hoc tit. l. quædã, ff. eo.
* l. iniuriarum, §. vlt. de iniur.
n lib. 1. hist. nat. c. 49.
o §. præcedẽte, per l. 1. § ripa, ff. de flumin.

niter competere: Leda quoque apud Ouidium [d] testatur. 5 Quod tamen non obtinet, si diuersum vel principis voluntate sit constitutum, [e] vel longissima tẽporis præscriptione, cuius initium nõ extat, aut denique consuetudine diuersum fuerit receptum. [f] Sed an in fluminibus publicis ædificia extruere liceat? 6 Et in mari licitũ est ædificare, sicut in littore. [g] Sic extructæ sunt Venetiæ, Ciuitas insignis & potẽtissima maris Adriatici. 7 Hac que ratione Veneti libertatem prætendunt, nec agnoscunt superiorẽ, quia in nullius ædificarũt solo. 8 Siquidẽ alias, qui in solo iurisdictionali alicuius ædificiũ ponit, illius efficitur [h] subditus. 9 In flumine tamẽ publico nemo põt sine publica autoritate quicquam extruere: adeo, vt ne potestatẽ quidẽ priuato facere permissum sit, tametsi ex vtraque ripa possidiat: [i] & edicta sunt prodita contra ædificantes, vt lib. 43. Pandectarũ videre est. 10 Sed nec populus cuiquam potestatem ædificandi in flumine nauigabili concedere potest, si per illud statio iterue nauigij deterius fiat: quia cum flumen publicũ sit omnium hominum, ab vno homine vsurpari non [k] potest. Quinimò nec ipse populus potest in præiudicium nauigationis molctrinas, siue molendina publica, in eiusmodi flumine [l] collocare, ne quicquam vsui obstet publico Verum si tale ædificium non esset impedimento nauigantibus, contrarium verius est.

d Commune. } idest, omnibus hominibus communiter competit, & ita strictius hic accipitur, quàm superius. Vt tamen veram differentiam inter res communes & publicas habeamus, in eo potissimum differrẽ noscuntur, 11 quod } res communes } sunt, quæ promiscuum vsum tam hominibus, quam cæteris animantibus suapte natura præbent: } publicæ } verò res dicuntur, quæ tantum sunt propter publicum vsum, qui potissimum ex hominum industria existit. Dicitur enim publicum, quasi populicum: appellatione aũt populi, non continentur bruta animalia. 12 Vnde, si commoditatem naturalem in re inspicias, res cõis dicitur: si verò usum qui ex industria radicatur, eam publicam dicere poteris. Potest itaque res per naturã dici communis, & per industriam esse publica. 13 Est porrò & hæc differentia. Nam ius gentium constituit in publicis rebus certa dominia, ut scilicet sint populorum circumiacentium aut vicinorum, & tamẽ vsum eorum reliquit communem omnibus: id quod non est factum in rebus communibus: nullum enim dominium constituit ius gentium in aere, aqua profluente, &c. sed reliquit ea communia omnibus. Confunduntur tamen non raro in legibus publicum & [m] commune.

e Fluminibusque. } Scilicet publicis: nam in priuatis, ueluti lacu, qui mei dominij est, vtique piscari aliquem prohibere possum. *

f Est autem littus. } 14 Sunt. n. hyberni fluctus maximi, quod eo tempore, circiter Vergiliarum occasum, tempestatibus perturbantur: ut [n] Plin. tradit. Sic & Cic. in Topicis ex Galli Aquilij sententia littus definiuit. Est aũt littus propriè maris, sicut ripa fluminis. 15 Veteres tamen μεταφορικῶς littus de quacunque extremitate dixerunt. Virgilius. } Iacet ingens, littore truncus. } Prædicta tamen non de Mediterraneo, sed nostro mari sunt intelligenda. Nec. n. quicquid infinitum illud pelagus, magnis æstubus cõcitum, in excursione sua merserit vel abluerit, littorum iure commune fuerit: vt Faber [o] quoque attingit.

§. Riparum quoque.

1 Ripa est fluminis, littus maris.
2 Flumen quandoque ripas mutat.
3 Littus & ripa, quo ad proprietatem, differunt.
4 Riparum commoda & incommoda ad dominos prædiorum circumiacentium pertinet.
5 Fructus arborum in ripis sitarium ad eos pertinent, qui proxima prędia habent.

a Riparum quoque vsus publicus est iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare: b sed proprietas earum illorum est, quorum prædijs c hærent: qua de causa d arbores quoque, e in eisdem natæ, eorundem sunt.

a l. 1. §. ripa aũt de flumin ib.
b l. 30. ergo, §. alluuio, de acq rerum dom.
c c. accessoriũ, de reg. iur. lib. 6.

a Riparum. } 1 Ripa propriè fluminis dicitur, sicut littus maris: estq; id quod flumen continet, naturalẽ rigorem cursus sui tenens. Nã si flumẽ uel imbribus, vel mari, uel alia qualibet rõne ad tẽpus excreuit, ripas non [a] mutat. 2 Si tamen flumen naturaliter ita creuit, ut perpetuũ incremẽtum nactũ sit, uel alio flumine admixto, uel qua alia ratione, dicendum est, ripas quoque ipsum mutasse, quemadmodum si alueo mutato, alio cæpisset [b] currere. Quamuis aũt riparum usus sit publicus iure gentium, ut hic dicitur: nõ tamen est iuris gentium: quia iuris gentiũ dicuntur, quæ sunt omniũ gentiũ cõmunia, ut ex sequẽti §. constat.

b Sed proprietas. } 3 Differentia est inter littora & ripas, quoad proprietatem. Littora enim communia, nec in vllius proprietate existunt. Riparum uerò proprietas ad eos pertinet, qui habent proxima pdia: nõ obstãte regula. Quod } appẽdices [c] sequãtur principalis subiecti naturã: } nã in ripis ob naturæ æquitatem, cessat hæc regula. 4 Riparũ. n. incommoditates, si fortè incursu fluminum latiores fiant, ad eos tantũ pertinent, qui propè ripas prædia siue dominia possident, earundemq; opera & labore plerunque arcẽtur: ergò naturali æquitati conueniens est, ut riparum proprietas subleuet ipsorum damna & incommoda.

c Hærent. } Idest, proximæ sunt.

Arbo-

d *Arbores.* § 5 *Subaudi, & ipsarum arborum fructus eorum sunt, qui prædia habent proxima, ob prædictam rationem: in tantum, ut si nauigantes quicquam de huiusmodi fructibus acceperint, tenerentur, vt quicunque* [d] *alij.*

e *In eisdem nata.* § *Quas tamen non poterit proprietatis dominus præcidere, si quid seruiant vsui publico: ueluti nauium funibus religandis.*

d Iuxta Bal. in rub. & l. riparum, hoc. tit.

§. Littorum quoque.

1 *Littoris definitio ex Gallo Aquilio.*
2 *Littus quid sit.*
3 *Littus & ripa, quo ad vsum attinet, non differunt.*
4 *Littus & ripa, quo ad proprietatem, differunt.*
5 *Littora cuius iurisdictionis sint.*

a Littorum quoque vsus publicus est, & iuris gentium, sicut & ipsius maris, & ob id cuilibet liberum est, casam ibi ponere, in quam se recipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum potest intelligi nullius esse: sed eiusdem iuris esse, cuius & mare, & quę subiacet mari, terra vel arena.

a *Littorum.* § 1 *Cum à Gallo Aquilio quæreretur, Littus quid esset? ita definire solebat, § qua fluctus eluderet: § hoc est, (inquit* [a] *Cic.) quasi qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitæ velit definire. Et* [b] *Iabolenus tradit, Littus esse publicum, quatenus maximè fluctus exæstuat.* 2 *Equidē littus terra est mari propinqua, quæ videlicet à mari tangitur, vnde littus proprie maris est, ripa fluminū: licet interdum etiam de fluminibus dicatur, ut* [c] *apud Virg. § Vndique quæ nostris pulsatis littora lymphis, Littora quæ dulces auras diffunditis agris. § Vult itaq; Iustin. hic littora maris naturali iure communia omnium hominum esse.* 3 *§ Nulla ergo est § differentia inter littora & ripas, quod ad vsum promiscuum pertinet, utrorumque .n. vsus omnib. peræq; patens est.* 4 *Sed si de proprietate quęratur, alia littorum, & riparum alia causa est. Littora siquidem in nullius dominium transierunt, sed communia & omnibus patentia permanserunt, sicut, & ipsum mare. Diuersum est in ripis, quarum proprietas illorum est, qui prædia habent proxima. Quæ autem sit diuersi iuris ratio, ex his quę præcedenti, §. dicta sunt, deprehendi potest.* 5 *Cęterum littora, quantum ad protectionem & iurisdictionem attinet, eius iurisdictionis intelliguntur, cuius uicinum est* [d] *territorium.*

a In Topic.
b l. littus publicum de verb. signif.
c In carmi. execratoris i Batarum.
d l. nemo, ff. hoc tit.

§. Vniuersitatis.

1 *Vniuersitatis res differunt à publicis.*
2 *Quæ dicantur uniuersitatis.*
3 *Vectigal quid, & vnde Octonarij.*
4 *Theatrum quid & vnde dictum.*
5 *Stadium & stadiodromi.*
6 *Loca apud Rom. distincta fuisse in theatro.*

Vniuersitatis sunt, non singulorum, quę in ciuitatibus sunt, *a* theatra, *b* stadia, & his similia, & si qua alia sunt communia Ciuitatum.

Sumptus § est hic textus ex [a] *Martiano lib. 3. Inst.* 1 *Scias aūt, res Vniuersitatis differre à publicis rebus: Illę .n. unius duntaxat collegij, uel Ciuitatis sunt, quę uice vnius populi fingitur, publicę verò omnib. populis, seu gentibus per ęquè competunt, saltem quo ad vsus quosdam.* 2 *Vniuersitatis aūt, quod ad dominium atq; ad vsum attinet, dicuntur ea, quę uel ad ornatū, vel ad honorem decoremq; Ciuitatis, vel necessitatis causa* [b] *facta sunt: vt stadia & theatra, ut si quid ad ludos scenicos relicta sit, ut aurifodinę, vel argētifodine, vel salinę alicuius Ciuitatis: itē publica vectigalia, peculia seruorū, & si qua sunt alia cōia Ciuitatū: Theophilus hic addit balnea publica, & porticus.* 3 *Est autem § vectigal, § quod pro reb. Ciuitati inuectis vel euectis publicè soluitur. ea est octaua* [c] *pars: vnde & § Octonarij § quandoq; dicti exactores. Sunt & fundi uectigales, qui Ciuitatū sunt, & mūcipibus ita locantur, vt certum vectigal* [d] *Reip. pēdāt.*

a *Theatra.* § *Theatrum ędificium est ad videnda spectacula paratum in forma hemycicli dispositum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, hoc est, a videndo, vnde Cassiodorus § theatrum § interpretatur visorium, quasi uidendi & spectandi locum.*

b *Stadia.* § 5 *Stadiū locus erat,* [e] *in quo Curulia certamina exercebātur inter homines, equosue currentes, & athletas certantes: Latinè Decursorium dici potest, aut curriculum. Inde Stadiodromi uocantur cursores in stadio. Significatur quoque stadij verbo* [f] *dimensio 125. paßuum.* 6 *Fuerunt autem multis apud Romanos legibus loca in theatro distincta, ueluti Senatorum à plebe. nec omninò omnibus semper patuit theatrum, de quibus theatralibus legibus vide quę scribit Alex. Neapol. lib. Genial. 5. cap. 16.*

a l. in tantum. §. vniuersitatis, de rerum diuis.
b l. 125. ciuitatibus de leg. 1. Plin. lib. 21. c. 3. & lib. 36. cap. 15.
c l. 7. ex præstatione. C. de vectig.
d Alc. libr. 3. Disp. c. 10.
e d. l. Ciuitatibus in princ. ff. de leg. 1.
f Pet. Crin. lib. 21. c. 10.

§. Nullius autem.

1 *Res nullius tres habent particulas.*
2 *Quomodo res nullius à communibus rebus differant.*
3 *Varijs modis res in nullius bonis esse.*

Nullius autem sunt res Sacræ, & Religiosæ, & Sanctæ. Quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est.

1 *Res, quas Imperator hic nullius esse ait, idest, quæ hominum commercijs exemptæ sunt, sub triplici habentur differentia: quia aut sacræ sunt, aut religiosæ, aut sanctæ.* 2 *differuntque à rebus communibus: quia illæ in vsu ac ministerio Dei Opt. Max. consistunt, communes autem res sunt in vsu seruitioque* [a] *hominum. Item ea, quæ sunt communia, efficiuntur occupantium: sacra verò nullius.* 3 *Varijs autem modis res nullius in bonis esse existimantur, diuersa tamen ratione: Primò Censura, siue propter reuerentiam, vt sacræ, sanctæ, religiosæ res, quas quis nec habere, nec possidere* [b] *potest. Secundò Natura ipsa, vt pisces, volucres, bestiæ nondum occupatæ.* [c] *Tertiò, Euentu quodam & casu, ut res hæreditariæ, antequã aliquis hæres* [d] *existat. Quarto, Temporis diuturnitate, vt thesaurus,* [e] *qui inuenienti conceditur, cũ suo tamen modo: Quinto, Item facto hominis, ut si quid pro derelicto habeatur, quæ singula qualia sint suis locis demonstrabitur.*

a Fab. & Ange. hic.
b l. 34. si in emptione, §. omnium, de contrah. empt.
c §. feræ. infra eod.
d l. 1. ff. h. tit. l. vacantiũ. C. de bon. vacan. lib. 10.
e §. thesauros, inf. eod.

§. Sacræ res.

1 *Sacrum in genere.*
2 *Res sacræ quæ sint.*
3 *Dupliciter sacrum constitui.*
4 *Consecratio veterum.*
5 *Consecratio moderna.*
6 *Quibus casibus res sacras alienare liceat.*
7 *In rerum sacrarum alienatione, quæ requirantur.*
8 *Sacra priuata.*
9 *Denicales dies qui sunt.*
10 *Profanum opponitur sacro.*
11. 12 *Locus sacer diruto edificio sacer manet, fallit.*

Sacræ res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo *a* consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria, quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt: *b* quæ etiam per nostram Constitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captiuorum. Si quis autem *c* autoritate sua quasi sacrum sibi constituerit: *d* sacrum non est, sed *e* profanum. *f* Locus autem in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio sacer adhuc manet, ut & *g* Papinianus scripsit.

Dictum est, § *res diuini iuris tria habere membra: igitur nunc singula declarare pergit, & primũ edisserit: quæ res sacræ sint.* 1 *Sacrum autem in genere, omne dicitur, quod nomine deorum habetur. Hinc quoties Virgilius sacrum nominat, adhibitionem deorũ ferè facit, ut in hoc carmine.* § *Sacra Dionææ, matri, diuisq; ferebam.* § *Et in illo.* § *Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta parabã.* § *Hinc Trebatius,* § *Sacrũ est,* § *inquit,* § *quicquid est, quod a Deorum habetur.* § *& Gallus Aelius apud Festum,* § *Sacrum est,* § *inquit,* § *quodcunque modo & instituta Ciuitatis consecratum sit, siue ædes, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud, quod dijs consecratum, siue dedicatum sit.* § 2 *Hæ ergo res hoc loci sacræ nuncupantur, quæ non temere, sed autoritate publica ritè, sicut olim tempore gentiliũ per* [b] *Pontifices, ita nostro æuo per religionis Christianæ antistites Deo consecratæ sunt.* [c] 3 *Fiunt autem sacræ res dupliciter: quædam enim dedicantur ad vsum & cultum diuinum simpliciter & directo, vt calices, libri, ornamenta, &c. & de his textus noster hic intelligitur. Aliæ verò sunt, quæ non simpliciter destinantur ad cultum diuinum, sed pro sustentatione ministrorum Ecclesiæ. Priores non alienantur regulariter: hæ alienari possũt, si cõditio Ecclesiæ inde fit melior, vel alioqui Ecclesia grauata sit ære alieno, nec possit de mobilibus satisfieri.* [d]

a *Cõsecratæ.* § 4 *Fiebat aũt olim cõsecratio huiusmodi à Cõsule iussu populi: trãslato uerò in Principẽ Imperio, per Cęsarẽ ipsum, aut illius autoritate per põtifices, qui cõcione aduocata & ritu quodam singulari adhibito capite velati foculum accendebant, in quo carmen præfabantur, & tibicine præeunte concepta quædam verba enunciabant, idq; ritè & vsque adeo religiose, ut ne quidem uerbo aut syllaba caderent.* 5 *Hodie verò apud nos per solos religionis nostræ antistites & episcopos* [c] *fit rerũ locorumue sacrorũ cõsecratio, certis tamen & solemnibus præfatis verbis, ac ritu quodã singulari, quem Pontificia lex pscripsit.*

b *Quæ etiam.* § *Igitur non est permissum, res sacras, & semel diuino vsui dicatas, vel alienari, vel obligari:* 6 *exceptis paucis aliquot casib. quos Iustinianus in sua Cõstitutione* [f] *refert. Primus est, si christianæ fidei consortes ad hostibus capti, ueniant redimendi, & nihil aliud suppetat, vnde redimantur: quia animæ*

a apud Macrob. Satur. li. 3. c. 3.
b Cic. lib. 2. de Leg.
c Auth. vt null. fab. or. do. col. & Auth. de ecclesi. tit. §. si quis autẽ uoluerit. & § si quis ædificantem. col. 9.
d §. hoc etiam. Nouel. de alie. & emph.
e §. 1. & tot. tit. ut null. fabr. ora. col. 5. c. 1. & to. tit. de consecr. dist. 1
f l. 16. sancimus §. excepta. videlicet. C. de sacros. eccles.

animæ hominum quibuscunque causis, vel vasis, aut vestimentis præferri debent. Secundus, si intolerāda fames ita premat, vt pauperum & infirmorum vitæ succurrendum [g] sit. Aurum.n. Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, subueniatque [h] in necessitatib. Tertius, propter debitorum causam, si quæ vrgeant ecclesiam, & aliunde non possit persoluere. 7 In alienatione autem requiruntur tria. Primò, causæ cognitio, vt scilicet superior prælatus expendat, num alienatio expediat Ecclesiæ, nec ne. Deinde, decretum prælati Ecclesiæ. [i] Tertio, consensus totius Cleri siue [k] Capituli. Qui his non obseruatis alienauerit, siue occupauerit, iure Canonum, præter hoc, quod pro sacrilego habetur, excommunicationis quoque pœnā sustinet: iure autem Ciuili, Ecclesia rem alienatam vendicat, precio non [l] reddito.

c *Autoritate sua.* § Apud Martianum [*] est, priuatim.

d *Sacrum non est.* § Sacrum enim non fit, nisi autoritate publica, quæ hic deficit. 8 Sacra tamen etiam priuata fuisse, Paulus I.C. indicat: [m] nimirum, illa, quæ singulis annis hominibus, familijs, gentibus sunt attributa, ut quotannis celebrarentur, veluti diebus natalibus, lustricis, nuptialibus, & denicalibus. 9 Erant autem § Denicales dies § feriæ illæ funerales, nouem dierum, quorum septem primis cadauer domi deplorabatur, octauo deferebatur, nono tumulabatur, quibus fas non erat propinquos, familiares, horumue fideiussores [n] in ius uocare.

e *Profanum.* § 10 Profanum opponitur sacrò, & id dicitur, quod non est sacrum vel religiosum, quasi procul à fano & religione. Interdum & id profanum est, quod ex religione vel sacro in hominum vsum cō uersum est, vt Virg. § Faune precor miserere, inquit, tuque optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores, Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos. §

f *Locus autem.* § 11 Quando semel ædes sacra Deo dicata fuit tametsi ædificium vel dirutum, sit, uel collapsum, locus tamen sacer remanet, in tantum, ut nec uendi [o] possit, & priuilegia quoque indulgentiarū (ceu uocant) nisi iure facta diruptio fuerit, [p] durent. 12 Vno tamen casu ædes sacra profana fit, cū ab hostibus capta est, tum enim locus tanquam profanatus, tantisper iure ciuili sacer esse desinit, donec ab ea calamitate liberetur, quo facto, quasi postliminio pristino statui [q] restituitur.

g *Papinianus.* § Cuius adhuc uerba [r] in Pandectis extant, Quorsum pertinet etiam Traiani Imper. Rescriptum, quod extat lib. 10. Epistol. Plinij, ut licet ædes sacra Claudij Cæsaris collapsa sit, religionem tamen eius occupasse locum.

g d.l. sancimus. iunct. Auth. hoc ius porrectū C. de sacrosan. eccles.
h c. aurum. 12. q. 2.
i Secundū Panor. c. statuimus, de transactione.
k c. placuit. 72. q. 2. c. nulli, d reb. eccl. non alien.
l Auth. qui res § C. de sac. san. eccl.
* In l. 6. sacræ, ff hoc tit.
m in l. 9 sacri ff. ad l. Iul. pec.
n §. pen. Nou. vt cum de ap. cognosc.
o l. 73. § de sacra. ff. de cōt. empt.
p Ang. hic.
q l. 86. cū loca. ff. de relig. & sumpt. funer.
r d.l. 73. ædē sacra, ff. de contrahen. empt.

§. Religiosum.

1 Religio & religiosus.
3 Religiosus locus quis dicatur, & religiosa delubra.
4 Iure Canonum per Pontificis tantum consecrationem locum religiosum fieri.
5 Olim non licuisse in urbe sepelire.
6 Religiosus locus fit, quatenus corpus humatum est.
7 In locum communem inuito socio non licet inferre mortuum.
Ibid. Locus purus quis sit.
8 Sepulchrum & monumentum quomodo differant.
9 In re communi nemo dominorum quicquam facere potest, inuito altero.
10 Fructuarius siue proprietarius loci, eum religiosum facere nequit.
11 An locus qui seruit, religiosus possit fieri.
12 Semel consentiens, ut in suum locum inferatur, pœnitere non potest.
13 Cui pœnæ subiaceat, qui in locum alienum, nesciente domino, infert mortuum.
14 Emendatio vers. & licet. in hoc §.

Religiosum locum unusquisque sua uoluntate facit, dum mortuum infert *a* in locum suum. *b* In commune autem locum purum inuito socio inferre non licet. In commune vero sepulchrum etiam *c* inuitis ceteris licet inferre. *d* Item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. *e* In alienum locum consentiente domino licet inferre, & licet postea *f* ratum non habuerit, quàm illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.

1 *Nunc quæ § dicantur religiosæ res, dispiciendū est.* § Religionem § veteres dixerūt, quæ propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit. 2 Hinc § Religiosum § dicimus, à nobis remotū, & sanctitate quadam reuerendum: quemadmodum Cic. [a] § religiosa delubra § uocat, quod maiestatis ac ueneratio nis si plena. Sed cum nulla sit religio tā sancta, quæ non uano quodam errore superstitionis a recto tramite aliquādo [b] traducatur, fit, ut religio pro superstitione interdum accipiatur, religiosusque nūcupatur a veteribus is, qui nimia & superstitiosa religione sese alligarit. 3 Ex hoc igitur textu notandū est, religiosū locum eum dici, in quem illatum est hominis mortui [c] corpus uel totū, uel quod in eo principale [d] est, i. caput. Tametsi.n. sacrum non nisi publica autoritate constituebatur: religiosum tamen locum cuilibet priuata autoritate olim facere permissum erat. 4 Hodie verò secus est, propter ius. Pontificiū de cœmeterijs,

a In orat. contra Ver.
b Ferra. hic.
c l. in tantum, §. religiosū, ff hoc tit.
d l. 44. cum in diuersis, ff. de relig. & sump. funerum.

consecrandis proditum: quo non fit locus religiosus, nisi per Pontificis [e] consecrationem. 5 Lege autē decemuirali non licuit aliter, quam extra Ciuitatem, sepelire mortuum. Nam in vrbe locoue publico sepulchrum facere, duodecim tabulis, aliisque legibus vetitum est, & statuta est, D. Adriani Rescripto, in contēptores quadraginta [f] solidorum pœna. Ille quoque locus religioni olim reddebatur [g] obnoxius, vbi cremandum esset corpus, & in illud iniecta gleba. 6 Non autem totus, qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus humanum [h] est; vt Celsus prodidit.

a *In locum suū.* } Proprium, vel etiam defuncti, [i] si fortè ante sepeliatur, quam aliquis hæres existat.

b *In communem.* } Non 7 licet hominis extranei cadauer inuito socio in locum communem, qui purus adhuc, [k] idest, neque sacer, neque sanctus neque religiosus est, inferre, quia re communi ad vsum non destinatum uteretur. [l] Sed ex dominis, quilibet rectè ibi sepelitur. [m] In commune verò sepulchrum ob id sepelire permissū est, quoniā sepulchro ad vsum deputatum hoc casu utimur. [n] 8 Est autem } sepulchrū, } vbi corpus ossaue hominis condita sunt, [o] } monumentum } verò, quod nullum corpus continet, sed memoriæ seruandæ gratia extruitur, quod Græci κενοτάφιον dicunt.

c *Inuitus ceteris.* } Hoc operatur fauor religionis, 9 alioqui constat, in re communi neminem dominorum iure facere quicquam posse, inuito altero. [p]

d *Item si alienus.* } 10 Is qui vsumfructum puri alicuius loci habet, eum religiosum facere non pōt, nec proprietarius, si alius vsumfructum habeat, inuito fructuario faciet locum religiosum, nisi testatorem, qui vsumfructum legauit, uelit sepelire [q] hæres. 11 Similiter locum, qui seruit, nemo religiosum facit, nisi consentiente [r] eo, cui seruitus debetur, quoniam & hic, & fructuarius, ius prohibendi habere [s] dicūtur.

e *In alienum.* } 12 Qui semel promisit vel cōsensit, vt in locū suū mortuus inferretur, postea prohibere non potest, nec habet locum pœnitentia, propter regulam, [t] quæ dicit, } ea quæ, ab initio sunt uoluntatis, sunt deinde necessitatis, quodque semel placuit, amplius displicere non [u] potest. } 13 Mortuum autem inferens in alienum fundum, non consentiente domino, per in factum actionem aut tollere id quod intulit, aut loci precium præstare compellitur, quæ tam heredi quàm in heredem competit, perpetuaque est. Nec solum domino hec actio datur, [x] verum ei quoque, qui eiusdem loci habet vsumfructum vel aliquam seruitutē qua ius prohibēdi [y] et hi habēt. Cęterum, q̄ pœne sepulchrorū violatorib. infligēdę sint, alibi tractatur. [z]

f *Ratum non habuerit.* } Quanquā hec negatiua lectio defendi possit, vt sufficiat ab initio consensisse, expungendam tamen hic esse voculam (Non) [a] Martiani Responsum ostendit, ex quo hic locus est desumtus, quod affirmatiuam habet lectionem. Idemque sine negatione legitur [b] in Pandectis Florentinis, vt sic intelligamus religiosum locum fieri, etsi non consentiente domino primum illatus sit mortuus, modo id postea ratum habuerit, [c] cum ratihabitio mandato comparetur.

§. Sanctę quoque.

1 *Quæ dicantur sancta.*
2 *Sagmina herba vnde sic dictæ.*
3 *Vrbena herba.*
4 *Leges cur dicantur sanctæ.*
5 *Muri & portę Ciuitatum sancti.*
6 & 8 *Muros Romæ violans capite plectitur. Qui vero alterius Ciuitatis vel Castri muros violat, extra ordinem punitur Iudicis arbitrio.*
7 *Remus à Romulo occisus, & Ciceronis de hoc iudicium.*

Sanctæ quoque res, ueluti muri & portæ Ciuitatis, *a* quodammodo diuini iuris sunt & ideo *b* nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus: quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos, qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.

1 *Martianus [a] lib. 4. Regularū sanctū esse scribit, quod ab iniuria hominū defensum atq; munitum est, 2 sic dictum à sagminib. herbis quibusdā, sine semine crescentibus, quas legati populi Romani, cum ad hostes clarigatumque, idest res captas clarè repetitum mittebantur, ferre solebāt, ne quis eos violaret, sicut legati Græcorum ferunt ea quę vocantur κηρύκεια, Latinè } caducei } dicuntur. 3 Plinius [b] eam herbam refert } verbenā } appellari. Certè vtroq; nomine idē significatur, hoc est, gramē ex arce cū sua terra euulsum. Propriè aūt } sancta } dicimus, autore Vlpiano, [c] q̄ nec sacra, nec profana sunt, sed sanctione aliqua firmata. 4 Sic leges dicūtur sanctę, idest, sanctione aliqua subnixę. 5 Hinc res sanctę sunt muri & portę Ciuitatum, quia sanctione quadā & pcepto, & firmitate legali sunt roboratę, iussęq; custodiri, & nō violari, in tantū, 6 q portam vrbis rumpens, vel scalis admotis, vel alia quauis ratione muros transcendēs, capite plectatur. 7 Quod tamen de muris Romanę Ciuitatis exaudiendum est. Nā & frater Romuli Remus occisus traditur, ob id, quod muros transcendere [d] voluerit. Quod facinus non vno argumento impugnat M. [e] Cic. quæsi species utilitatis Romuli impulerit animū, ut cum ipsi visum esset vtilius, solum, quā cum altero regnare, fratrem interemerit. } Omisit hic & pietatem } (inquit Cicero) } et humanitatē, vt*

id quod

13. q. 2. c. in ecl. c. ad hęc, de relig. dom.
f De qua in l. p̄tor ait, §. diuus, de sepul. viol.; vide l. 8. ossa. §. si in locum, de relig. & sump.
g Cic. lib. 2. de Leg.
h l. 2. §. sepulchrum, ff. de relig. & sump. funer.
i l. 4. scriptus hæres. de relig.
k d. l. 2. §. purus.
l l. 28. Sabinus, cōi diuid.
m l. 41. si plures, & l. sunt psonæ, 12. de rel.
n l. si ędes. cōi diuid.
o d. l. 2. §. 1. & l. monumentū, 42. de relig. & sumpt. funer.
p d. l. Sabinus, cōi diuid. l. pariete, de seruitutib. vrbanorum prædior.
q l. 2. §. si vsumfructū. d̄ reli.
r d. l. 2. §. si locū.
s d. l. ossa. §. pen. de relig.
t l. sicut, C. de act. oblig.
u c. quod semel de regul. iur. in 6.
x l. 2. in princ. & l. is qui intulit, de relig.
y d. l. ossa, §. pe.
z Sub tit. de sepul. violat. in Pandectis.
a l. in tantum, §. religiosum, ff. h. tit.
b vt testatur Anton. Aug. lib. 2. emēdat. c. 2.
c l. 153. de reg. iur.
a l. sanctum. h. tit.
b lib. 22. cap. 2.
c l. sacra h. tit.
d l. fi. hoc tit.
e lib. 3. Offic.

id quod vtile videbatur, neque erat, assequi posset, & tamen muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. ¦ Bart. verò Romulum defendere nititur, [f] in tractatu quem de Tyrannide inscripsit. 8 Porro qui muros alterius Ciuitatis cuiusdam, uel Castri violat, extra ordinem punitur pœna iudicis [g] arbitraria.

a Quodammodo. ¦ Hoc est, aliquo modo, seu impropriè, quasi diceret. Sanctæ res verè non sunt diuini iuris, sed aliquo respectu, ut cum vulgò loquamur, dici possunt, quemadmodum enim sacræ & religiosæ res violari nequeunt, ita nec sanctæ. [h]

b Nullius in bonis. ¦ Neque facto hominis esse possunt, ideo non [i] fiunt occupantis.

f col. 5.
g gl. in l. 1. in fi. ne quid in loco pub. Ang. hic.
h d. l. sanctum. & l. fi. hoc. tit.
i Propter, §. fere autem, inf. eod.

§. Singulorum autem.

1 Res singulorum singulis acquiruntur.
2 Rerum dominia dupliciter acquirimus.
3 Sine legitima causa non contingit possessio.
4 Dominium sine possessione non acquiritur.
5 Sine speciali traditione potest contingere possessio.
6 Titulus quid?
7 Tituli quibus rerum dominia acquiruntur, partim ex iure gentium, partim iure ciuili procedunt.

a Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. Quarundam enim rerum dominiũ nanciscimur b Iure Naturali, quod (sicut diximus) appellatur ius gentium, quarundam verò Iure Ciuili. Commodius est itaque, à vetustiore iure incipere. Palam est autem, vetustius esse Ius Naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem iura tunc esse cœperunt, cũ & Ciuitates condi, & Magistratus creari, & Leges scribi cœperũt.

Hactenus ¦ exposuit quæ extra patrimonium nostrum habeantur: subiicit modo, quæ sint in patrimonio nostro, sicque examinat, quib. modis, quibus ex causis, per quas etiam personas rerum dominia, singulis hominibus acquirantur. 1 Res enim quæ non sunt Communes, Publicæ, Vniuersitatis, Nullius, uocantur res singulorum, quia hæ tantum, non etiam reliquæ singulorum fieri possunt.

a Singulorum autem hominum. ¦ 2 Omnium ergo rerum dominia dupliciter nobis acquiruntur, vel Iure Naturali siue Gentium, uel Iure Ciuili. Scire autem oportet, duo esse Axiomata, quæ dominij acquisitionem in quauis re concernunt. 3 Primum est, quod sine legitima causa non contingat possessio, siue ipse occupem, siue alius tradat rem, siue retineam quam tradidit. 4 Alterum sicut sine titulo impossibile est consistere possessionem: ita multo minus, sine possessione acquiritur dominiũ vllo iure. Lapsus enim in hoc est [a] Accursius, existimans sine possessione acquiri dominium, quo nihil est falsius. 5 Verum quidem est, quod sine speciali traditione possit contingere possessio, puta si occupem vel retineam rem, uel si longa manu in conspectu censeatur [b] tradi: verum nisi præcedat possessio, nunquam sequitur dominium, non magis, quàm domus subsistit sine solo & fundamento. Quia autem Imperator in hoc tractatu titulos, siue causas acquirendi rerum dominia declaraturus est: 6 non est ignorandum, ¦ titulum ¦ nihil aliud esse in proposito nostro, quàm causam seu formam iustificandæ possessionis, quibus. s. defenditur uniuscuiusque possessio, ab impugnatione alterius. Verbi gratia, si quis dubitet, utrum iustè possideam? si ego ei causam allegem meæ possessionis, quod emerim, uel dono acceperim, iam causa huiusmodi, formula iure probata, est mihi titulus, tueturque rem meam. 7 Hi ergo tituli, quibus ostenditur possidendi causa, & qualitas apta ad dominium transferendum, procedunt partim ex Iure Naturali seu Gentium, partim ex Iure Ciuili. Et tituli quidem ex Iure Naturæ proficiscentes, ab hoc loco vsque ad tractatum de ¦ Vsucapionibus, ¦ declarãtur, abhinc de alijs quæ Iure Ciuili existunt, disseritur.

b Iure Naturali. ¦ Subaudi, quod ex ratione constat, & inter homines solos intercedit, quod etiam à Iurisconsultis dicitur Ius Gentium primarium, uel [c] antiquum: sicut alibi [d] diximus.

a In l. 6. si fundum. de fundo dotali.
b l. 79. pecuniã de solutionibus.
c l. 1. ff. de acq. rerum dom.
d Supra de iure naturali gẽtium & ciuil. in princ.

§. Feræ igitur bestiæ.

1 Occupatione acquirimus res iure naturali.
2 Occupatio venationem, aucupium, piscationem continet.
3.4 Quod nullius est. occupanti conceditur, & quomodo hæc regula sit accipienda.
5 In fundo etiam alieno venari & aucupari licet.
6 In piscatione obtinet.
7 Iniuriarum actio datur aduersus eum qui fundum alienum contra voluntatem domini ingreditur.

8 *Ingressus contra uoluntatem domini an capta sua faciat.*
9 *Quando dicatur difficilis persecutio.*

Feræ igitur bestiæ,& uolucres,& pisces,& omnia animalia quæ mari,cœlo,& terra nascuntur,simulatq; ab aliquo capta fuerint,iure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante *a* nullius est,id naturali ratione occupanti conceditur:nec interest,feras bestias & volucres vtrum *b* in suo fundo quis capiat,an in alieno. Planè, qui alienum fundum ingreditur uenandi aut occupandi gratia,potest à domino,si is præuiderit, *c* prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis,eo usque tuum esse intelligitur,donec tua custodia coercetur. Cum vero tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem sese receperit, tuum esse desinit,& rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur,cum uel oculos tuos effugerit, uel ita sit in conspectu tuo, *d* vt difficilis sit eius persecutio.

Incipit § Iustinianus titulos possidendi ennarrare,qui ex iure naturali secundario,siue gentium antique profluunt. 1 *Primò ergò acquiritur titulus possidendi,& ex eo dominium,per occupationem earũ rerũ, quæ secundum naturam relictæ sunt communes omnium hominum: vt sunt feræ bestiæ in terra, volucres cœli in aere,pisces maris in aqua.* 2 *Sic enim sub occupatione comprehenditur uenatio,aucupium,piscatio. Aetiologiam attexit Imperator.* 3 *§ Quod enim ante nullius est,id naturali ratione occupanti conceditur. § Vis altius repetere? Occupanti benefacere cum nulli noceatur, naturalis ratio* [a] *dictat: sed res communes nullius sunt,nemini auferuntur:ergò conceduntur* [b] *occupanti.*

a *Nullius est.* § 4 *Sed nonne res sacræ,religiosæ,et quæ diuini iuris sunt,pariter in nullius bonis existũt? & tamen occupanti* [c] *non conceduntur. Respondeo,quod in nullius bonis est, tam iuris quam possessionis ratione,facto tamen hominis esse potest,occupantis merito fit: ut sunt feræ,volucres,pisces. At quæ diuini iuris sunt,neque in nullius bonis sunt,neque facto hominis fieri* [d] *possunt.*

b *In suo fundo.* § 5 *Hinc discis,uenationem & aucupium iure naturali permissum esse,tã in fundo proprio,quàm alieno. quod tamen verum est:dummodo fundo non inferatur* [e] *damnum.* 6 *Quid de piscatione? Textus nihil de ea dicit: sed ex Angeli sententia idem in piscatione obtinet,si inundatio aquæ agros alienos operuerit.*

c *Prohiberi ne.* § 7 *Quod adeo uerum est,vt aduersus eum possit iniuriarum agi à domino,qui contra eius voluntatem,uenandi aucupandiue gratia ingressus* [f] *sit* 8 *Sed an capta nihilominus fiant occupantium? Et aucupantium fieri crebrius obtinuit. quanquã alij cõtra* [g] *senserint. quod Angelus tum recipit,si fructus fundi ex uenatione,aucupio,uel piscatione constet. Nam tum ingressus contra uoluntatem domini prohibentis,nihil suum* [h] *facit: aut si feræ bestiæ,pisces,uel aues,desierint esse in naturali libertate, quia iam in uiuarijs inclusæ,aut pisces in piscina collecti sunt, quippe tum ab alio iam possidentur.* [i] *Idem si cupiens in alienum fundum ingredi,uel generali lege,vel consuetudine,uel speciatim à iudice* [*] *prohibeatur: ceu Faber asserit,locosque petendos commemorat.*

d *Vt difficilis sit.* § 9 *Vt quia desperes te eam posse capere, & si non mediocrem adhibeas diligentiam. An autem tanta fuerit capiendi difficultas,ut animum abijceres,id omne in Iudicis consistit arbitrio.*

a Oldendorp. in prin. secundi tomi. clas. act.
b Concordat. l. 1. & 3. de acq. rer. dom.
c §. nullius, sup. eod.
d Coras. t. 1. de rer. diuis.
e per l. 6. quosdam. C. de metal. lib. 12.
f l. 13. iniu iarum, §. pen. de iniurijs, & gl. l. Diuus, d ser. rust. prædio. & l. 5. naturalem, de acq. rer. dom.
g gl. uerb. ingrediatur.
h facit l. 26. venationem, de vsu. l. item si fundi, 10. §. aucupiorum, & l. vsufructuarium, & l. 69. §. si in viuarijs, de vsufr.
i Ita loquitur l. 3. §. Neruæ, & §. seq de acqu. poss.
* §. nemo, de pace tenẽda, i vsib. feudor.

§. Illud quæsitum.

1 *In uenationibus spectanda consuetudo cuiusque loci.*
2 *Consuetudo legem uincit & tollit.*

Illud quæsitum est,an si fera bestia ita vulnerata sit,ut capi possit,statim tua esse intelligatur. *a* Et quibusdam placuit,statim esse tuam,& eousque tuam uideri, donec eam persequaris,quod si desieris persequi,desinere esse tuam,& rursus fieri occupantis. Alij uero putauerunt,non aliter tuam esse,quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus,quod multa accidere soleant, *b* ut eam non capias.

a *Et quibusdam.* § *In ea opinione Trebatius fuisse* [a] *legitur: quæ sanè magis hodiè recepta uidetur inter uenatores,saltem etsi nondum mea fera sit,non liceat tamen alteri eam eripere, meque persequentem insidiose anteuertere.*

b *Vt eam non capias.* § *Quod iudicis arbitrio relinquitur æstimandum.* 1 *Hodie spectanda est locorũ consuetudo,quæ in his obseruari* [b] *solet.* 2 *Nam ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, tantam obtinent autoritatem,ut leges ipsas uincant &* [c] *antiquent.*

a d. l. naturaliũ, §. 1. ff. de acq. rer. dom.
b gl. in d. §. 1.
c l. 2. ff. quæ sit lõga consuet.

§. Apium quoque.

1 *Cuius sint naturæ apes. Et quæ animalia sint insecta.*
2 *Qui apes ex aliena arbore ceperit, furti non tenetur.*
3 *Fallit,si euolare & redire solent.*

4 *Alueus*

4 *Alueus pro receptaculo apium accipitur.*
5 *Faui quid?*
6.7 *Examen quid significet.*
8 *Apes tamdiu tuæ sunt quamdiu consuetudinem reuertendi habent.*
9 *Prohibitus, ne apes in suam reducat alueum, rei vendicationem habet.*
10 *Quid consuetudine obseruetur attendendum.*

Apium quoque fera natura est. Itaque apes quæ in arbore tua consederint, antequam a te *a* alueo includantur, non magis tuę intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. *b* ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. *c* Fauos quoq; si quos effecerint, eximere quilibet potest. Plane *d* integra re, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur. *e* Examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est: alioqui occupantis fit.

1 *Magna fuit § inter philosophos olim dubitatio, an apes feræ essent naturæ: quibusdam existimantibus hæc immensæ subtilitatis animalcula (quæ Virgilius* [a] *multis encomijs celebrauit) magis inter insecta, quam inter feras bestias referenda esse. Sunt enim § insecta animalia § quæ (vt nomen ipsum declarat) incisuras, nunc ceruicum loco, nunc pectorum habent atque alui: vt sunt terrestria scolopendræ, stelliones: alia uolucria, vt apes, vespæ: alia vtroque modo, vt formicæ: alia & pennis & pedib. carentia, vt tineæ, quę in homine nascuntur. Nonnulli putarunt, apes nec mansueta neque feræ sed mediæ cuiusdam esse* [b] *naturæ. Contra tamen, veterum Iurisconsultorum autoritate & indicio receptum est, earum naturam quoque feram esse: ideoque regulam in his locum habere, vt occupantibus concedantur. Cum ergo apes feræque volucres comparentur, consequens est, vt ea, quæ de aucupatione in fundo alieno diximus, apes quoq; sint referenda, quas quis in fundo non suo vellet capere.* 2 *Sic à Paulo Iureconsul. responsum est, si apes in arbore fundi tui apes fecerint & quis uellet capere eas, vel fauum abstulerit, eum non teneri tibi furti: quia non fuerunt tuæ. easq; constat, captarū terra, mari, cælo, numero* [c] *esse.* 3 *Sed si apes ex alueis nostris euolare, & secundum consuetudinem redire solent, non amplius in naturali sunt libertate sed à nobis possidentur: quemadmodum & reliquæ aues, quas* [d] *inclusas habemus, aut si quæ mansuefactæ, custodiæ nostræ subiectæ sunt. Et hoc casu alia comprobata est regula, vt quandiu reuertendi animum habent eiusmodi animalia, tua esse intelligantur: veluti sequens docebit paragraphus.*

a *Alueo.* § 4 *Alueus hic pro loco vel receptaculo apum ponitur, in quo mellificare solent. Alias § alueus § dicitur fluminis vallis siue locus per quem aqua* [e] *fluit.*

b *Ideoque si alius.* § *Et hoc seruatur passim in sylua Hercinia, vulgò § Schuuarzuald.* §

c *Fauos.* § 5 *Faui dicuntur domus & cellulæ apium: a fouendo, quod in his sobolem foueant.*

d *Integra re.* § *Id est, priusquam ceperit: eatenus enim prohibere licet, etiam forte ingressum.*

e *Examen quoque.* § 6 *Examen alias dicitur noua apium soboles, quam parētes ex suis aluearijs ad nouas sedes quærendas exire cogunt. Hinc pro apum congregatione accipitur, sicut & vesparum, aut locustarum, aliorumue similium coniunctionem significat: quod hę ita uniantur vt simul uideantur ligatæ.* [f] 7 *Metaphoricos aūt § examen § à Dd. modo ꝑ iudicij inuestigatione, modo pro scrutinio, & vt barbari dicūt, depositione testium accipitur.* 8 *Igitur obserua, tametsi fera sit apum natura, earum tamen examen eo vsque tuum est, donec redeundi consuetudinem retineant, aut non desperas, eas te rursus includere posse. Cur enim alius eas apes occupet, si ire redire solitas, tu adhuc possideas?* 9 *Quinimo si ab aliquo prohibearis, quo minus eas in aluearium tuum recondas, contra eum rei vendicationē potes* [g] *instituere.* 10 *Sed & hac in rē quid vbique locorum consuetudinario iure obseruetur, considerandum est. Quibusdam in locis distinguitur, signauerit ne dominus arborem, in qua apes consederint an* [h] *minus.*

a lib. 4. Georg. cap. 5.
b Plin. l. 11. Na. hist.
c l. 26. si apes. ff. de furt.
d l. 1. itē feras. ff. de acq. pos.
e l. Lab eo. 7. §. quid si ff de acqui. rer. dom.
f d. l. naturalem §. examen, de acq. rer. dom.
g L. idem Pōp. §. 1. als. d. l. situ mentum §. de arbore, de rei uēdic. l. Pōp. scribit §. §. idē Pōpo. ait, simil. & eis l. 15. thesaur. ad exhibend.
h facit. d. l. naturale §. apiū ff. hoc tit. de acqui. rer. do.

§. Pauonum.

1 *Animantia naturæ prorsus feræ occupantibus conceduntur.*
2 *Animantia feræ naturæ & cicurata, tum demum occupantis fiunt, si animum redeundi habere desinant.*
3 *Quando id dicatur fieri.*
4 *Animantia cicuratæ si redire desinant, ex insidijs alicuius, an occupantis fiant?*
5 *Animantia prorsus mansuetæ naturæ occupanti non conceduntur.*

Pauonum quoque & columbarum fera natura est: nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine euolare, & reuolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam *a* ita mansuetos habent, vt in syluam ire & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam nemo negat. In ijs autem animalibus, quę ex consuetudine abire & redire solent, talis *b* regula compro-

bata est, ut cousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant: nā si reuertēdi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & *c* fiunt occupantium. Reuertēdi autem animum uidentur desinere habere tunc, cum reuertendi consuetudinē *d* deseruerint.

Imperator § *circa acquisitionem rerum per occupationem tractat animantium tria genera. 1 Primo de animantibus quæ natura prorsus sunt feræ, nec cicurari aut mansuefieri queunt. Et in his regula* [a] *est, vt occupantibus concedantur. 2 Deinde eorum facit mentionem, quæ quidem feræ sunt naturæ, contra naturam tamen cicurata sunt & facta mansueta: de quibus præsens loquitur* [b] *§. talisque tradita est regula, vt tunc demum occupanti concedantur, quando animum reuertendi ad priorem dominum habere desinūt. 3 Animū aūt reuertēdi ex signis & coiecturis exterioribus (sicuti plerumque* [c] *fit) colligimus: videlicet vt tum censeantur desiisse redeūdi animum habere, cum reuertēdi consuetudinem deseruerint. 4 Quid autem si illa reuertendi dissuetudo, quòd animum redeundi amittāt eiusmodi animalia cicurata, ab alicuius insidijs proficiscatur? vt si vicinus columbis inescationes quasdam parasset. Et sanè tantum abest, vt hic uicinus per occupationem dominus fiat, vt etiam furti columbarum sic captarum* [d] *nomine teneatur. 5 Postremo de animantibus natura mā sueti, neque ex accidenti immutatis* [e] *meminit Imperator. Et in his regula est, vt quocunque locorum perueniant, occupantis non fiant, sed primi apprehensoris permaneant.*

a *Ita mansuetos.* § *Cuiusmodi est ille, quem tam diligenter* [f] *Virgilius describit his versibus;*
§ *Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens:*
Thyrridæ pueri, quem matris ab vbere raptum Nutribant: § *& quæ ibi sequuntur.*
b *Talis regula.* § *Cum scilicet agitur de retinendo eorum dominio, vt iam dixi.*
c *Fiunt occupantium.* § *Iure scilicet naturali.*
d *Deseruerint.* § *Scilicet vltro & sua sponte: secus si ab alio vi, uel aliter detenta sint, quia nostra nihilominus manent. Volunt autem Dd. si duabus vicibus emanserint, id sufficere: verum satius est, hoc Iudicis arbitrio ex circumstantijs relinquere æstimandum.*

a sup. duob. §§. præced.
b Et d. l. naturalē, § pauonū, eod.
c l. 12 his qui vbi Bar. § diuus ff. de tut. & curat. dat. ab his.
d d. l. Pōpo. §. idem Pomp. fam. ercis. l. q. seruo, 36 cū l. seq. de furt.
e De quibus loquitur § gallinarū inf. eod.
f lib. 7. Aeneid.

§. Gallinarum.

1 *Animantia mansueta naturæ non sunt occupantium.*
2 *Furti actio an detur pro re modica.*
3 *Quæ res dicatur modica.*
4 *Varia gallinarum genera.*

a Gallinarum autem & anserum non est fera natura: idque ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, *b* quas feras uocamus, item alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæue euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui tuæue esse intelliguntur: & qui lucrādi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

a *Gallinarū* § *Subiicit de animantibus mansuetis, vt sint Gallinæ, & anseres domestici. 1 Et in his diximus regulam esse, quod non concedantur occupanti sed quocunq; locorum peruenerint tametsi ignores vbi sint, longiusq; euolauerint, & noluerint redire: tamen nihilominus in dominio tuo* [b] *permaneant, adeo, vt si quis lucrandi animo detineat, furti teneatur. 2 Nec aduersatur, si dicas, non dandam esse furti actionem ob rem modicam, ac precij tam* [c] *exigui. Nam furtum sine dolo non* [c] *existit, & de dolo actionem pro re modica intendi non posse constat. Respondeo enim, etiam pro re modica actionem ordinariā exerceri* [d] *posse extraordinariam aut subsidiariam nō* [e] *posse: sed furti iudicium* [f] *est, doli uero mali* [g] *subsidiarium: ideo non mirum, furti agi posse, vtcunque doli actio denegetur. 3 Cæterum, quæ res dicatur modica & exigui precij, in iudicantis consistit arbitrio: qui non pro vno ouo; sed tāquam bonus uir æstimare* [h] *debet.*

b *Quas feras.* § *4 Iustinianus duo hic* § *gallinarum* § *genera facit, vt aliæ mansuetæ, aliæ autem natura feræ sunt:* [i] *Varro autem tria constituit, uillaticas, rusticas & Africanas:* [k] *Columella chortales, rusticas & Africanas uilliticas, uterque & chortales appellat, quas ali tum vbique, tam in uilla uidemus: rusticas autem & syluestres eas nocant, quas Iustinianus hic feras nominat, quæ ab aucupibus capiuntur, & in seruitute non fœtant. Atque huius generis fortasse erunt aquaticæ, quæ plurimis in locis visuntur.*

a d. l. naturalem § gallinarum ff. hoc tit.
b l. 10. si oleum in fi. & l. seq. ff. de dolo.
c §1. inf. de obli. quæ ex delicto & l. 1. de furt.
d l. 1. §. illud de coniūgēd. cū emanci. liber.
e l. 4. scio, de restit. in integr.
f § ex malefici is, §. in duplū §. quadrupli, & §. seq. inf. de acq.
g l. § ait ptor, cum aliquot seq §§. de dolo.
h Bart. l. omnino. de impe. i re dota facie.
i lib. 1. c. 9.
k lib. 7. cap. 2.

§. Item ea quę.

1. 2 *Captiuitate acquiritur dominium, iure naturali.*
3 *Immobilia bona hostium fisco applicantur, iure gentium: secus iure ciuili.*
4 *Bella hodie an sint iusta.*

Item

Item ea quæ ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt, adeo quidem, ut & liberi homines in seruitutem nostram deducantur, qui tamen si euaserint nostram potestatẽ, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiunt. [a] [b]

1 Subijcitur § hic secundus modus quo acquiritur titulus possidendi, & ex eo dominiũ, nẽpe, captiuitas: quam veteres prædatoriã appellarunt, vt Aristoteles [a] docet. Ea.n. quæ ex hostibus insto bello capimus, iure naturæ vel gentium nostra fiunt, adeo, vt liberæ quoque personæ captiuitatis iure (quo nunc vice seruitutis vtimur) obstrictę sint sub pœna nominis & [b] famæ. 2 Sed vnde petenda est ratio [c] naturalis? Respõdeo, si defensio priuata est iuris naturalis, ergo multo magis publica. Vnde qui sic delinquit, aut vim exercet, turbando humanam societatem ac quietem, ut defensio aduersus eum belli suscipienda sit, is quoq; indignum se facit vt rebus eius parcatur, nam nec personæ quidem [d] parcendum est. Sicut ergo capti in bello, ita eorum quoque res efficiuntur capientium. hoc tamen legibus sic dictantibus ad res mobiles, et quę in hostium fuerint dominio, restringi debet. 3 Nam immobilia bona fisco [e] applicantur. Et hoc iure gentium. Iure autem ciuili ea tota res arbitrio Imperatoris vel Ducis belli committitur, qui prædam inter milites pro cuiusque meritis [f] distribuere debet. 4 Porro an iusta sint bella, quæ inter se Christiani insatiabili odio quotidie exercent, non huius est loci disputare, certè pleraque latrocinys similiora [g] sunt. Consuetudine verò generali apud omnes Christianos receptum est, etiam cum, cum iusta causa belli prætenditur, captiuos non fieri [h] seruos. hoc enim iure contra immanissimos tantum hostes Turcas & Saracenos vtimur: qui vicissim nostros, si quando capiunt, in inclementissimam durissimamque seruitutem [i] redigunt.

§ Item lapillis.

1.4 Inuenta in littore maris occupantium fiunt iure naturali.
2 Inuenta in loco priuato, vel publicis itineribus, non fiunt inuentoris.
3 Inuentor an solo aspectu rem inuentam acquirat.
5 Gemmæ, lapilli, margaritæ, quomodo differant.
6 Defensi ea in re Iurisconsulti contra Vallam.

Item [a] lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali statim inuentoris fiunt.

1 Tertia causa, quæ dominium iure naturali præstat, est inuentio: Nam si quis lapillos preciosos, aut gemmas, vel aliam quamcunque rem, à nullo vnquam possessam, in littore maris inueniat & apprehendat, iure naturali eius fit [a] dominus, Dixi, § in littore maris. § 2 quia si quid in loco priuato, vel publicis itinerib. reperiretur, inuentoris non [b] fieret. addidi, & § apprehendat. § 3 Quoniam etsi dubitari soleat an solo aspectu & inuentione talis rei possessio acquiratur, crebrius tamen receptum est, inuentionem solã non sufficere, nisi simul sit voluntatis acquirere parantis exterior aliqua [c] declaratio. 4 Colligitur autem naturalis ratio in hac specie ex prima illa regula, quam Imperator [d] tradidit. Nam cum hæres in nullius bonis vnquam fuerint, merito cedunt occupanti.

a Lapilli. § 5 Differunt autem inter se gemmæ, lapilli, & margaritæ, § Gemmæ § enim pellucidæ materiæ sunt, ut smaragdi, chrysolithi, amethysti: § lapilli § verò sunt non translucentes, vt Obsidiani, & Veientani. § At margaritæ § nec lapides nec gemmæ sunt, sed conchæ seu vniones quæ in rubro mari crescunt et coalescunt. Ita probant Sabinus & [e] Vlp. 6 Et quamuis Valla [f] hanc Iurisconsultorum doctrinã impugnet, lapillum, si magnus est, gemmam esse asserens, quo nomine, & margaritam dici posse putat: tamen pro Iurisconsultis non modo etymus est, (videtur enim gemma dicta quasi gemma, propter translucentẽ naturam) sed & rationes à Valla adductas per quam frigidas esse, Alciatus [g] doctè ostendit.

§ Item ea quæ.

1 Procreatione animantium acquiritur dominium.
2 Nati ex ancillis nostro dominio subsunt.
3 Serui non sunt in fructu.

Item ea quæ animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, eodem iure tibi acquiruntur.

1 Quarto acquiritur dominium iure naturali, per procreationem animaliũ, quæ sunt in nostra [a] potestate. Rationem autem ex eo licet petere: cuius enim est rei principalis dominium, ad eundem & partus accessory dominium spectare debet. [b] 2 Sicut & partus ex ancillis nostris nati, iure gentium nostri [c] efficiebantur. Est tamen differentia in hoc, quia bruta animantia in fructu computantur, serui autem ex ancillis nostris progeniti, non [d] item. Perabsurdum enim esset & inhumanum, hominem in fructu esse, præsertim cum, quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales [e] sint. 3 Hinc etiam obtinuit, fructuarium in ancillæ partu, nihil iuris habere, sed eum partum ad dominum proprietatis [f] pertinere.

§ Prę-

a li.1. Polit. c.5.
b Vt hic & d. l. naturalem. §. vlt. & d. l. adeo de acqu. rer. dom.
c l. vt vim, ff. de iust. & iure.
d dictis iurib.
e l. 20. si captiuus. ff de capti. & postli. reuers.
f l. in agris. 16. h tit. l. item si uerberatũ, §. 1. de rei vend. l. 11. Luci. de euict. l. 28 qui præda, 14. ad l. Iuliã peculatus. l. pen. § simili, & ibi Bal. C. de don. Bart. in l. 28. si quis bel. de cap.
g Aret. in l. qui à latronib. de testam.
h Ang. hic, & §. eius qui insti. quib. non est permis. fac. testam.
i Alc. in l. 118. hostes, de verbor. sign.
a Hic, & l. item lapilli. ff. de rer. diuis. l. 3. §. Neratius, de acquir. pos. 13. l. Barsatorẽ, C. de fideius.
b §. vlt. inf. h. t.
c dictis iuribus præallegatis,
d § Item igitur.
e l. 19. & l. 2. 1. & § nõ sunt, in ti. de auro & argento, leg.
f lib. 6. Elegant. c. vlt.
g l. 4. de ver. sig.
a Vt hic & l. 2. item quæ, ff. hoc tit.
b l. 3. ff. de pec. legat.
c §. serui autem supr. de iure person.
d § in pecudũ inf. eod.
e l. 33. quod attinet de reg. iu.
f l. 75. vetus, de vsufru. Pau. Sent. libro 3 tit. 9.

§. Præterea quod.

1 *Alluuione acquirimus rerum dominia.*
2 *Alluuio quid?*
3 *Alluuio in publico tantum flumine existit.*
4 *Alluuionis adiectio fundi vsufructuarium sequitur.*
5 *Impulsio quid? & ea dominium non acquiri.*
6 *Trabes & ligna an per alluuionem accedant.*
7 *Quomodo cognoscatur, an arbores radices egerint.*
8 *Cuilibet perito in arte sua credendum.*

a Præterea quod per alluuionem b agro c tuo flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluuio, incrementum latens. Per aluuionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non possit, quantum quoque temporis momento adijcitur. d Quod si vis fluminis de tuo prędio e partem aliquam detraxerit, & vicinio prędio attulerit: palam est, eam tuam permanere. f Plane si longiore tempore fundo vicini tui hęserit, arboresque quas secum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videtur vicino acquisitæ esse.

a *Præterea.* § 1 *Quinto nanciscimur rerum dominia iure naturali, per alluuionem, quæ tacita quasi quędam occupatio dici* [a] *potest. Ratio autem ex natura ita petitur. Nam cum nullus hic versetur possessoris animus, nullum eius factum, quo magis alieno fundo quicquam detrahatur, & suo adijciatur: consequens est, ipsam naturam suapte sponte per alluuionem id appropriare fundo, cui accedit.* 2 *Dicitur autē hic,* § *quod alluuio sit latens incrementum,* § *hoc est, occultum, sensimque procedens augmentum: quando, s. flumen publicum ex vna parte per minutissimas particulas addit, ex alia, id est, ex opposito diminuit, & corrodit adeo latenter, vt per imbecillitatem visus humani cognosci minimè possit, quantum quoquo temporis momento accedat. Quis enim arenam, quæ in formam agri paulatim redigitur, dinumerare, vel per singula momenta designare aut intelligere queret? Hanc tamen Iustiniani definitionem Hotoman. in comm. ver. Iur. vt parum aptam, & à verborum proprietate alienam reprehendit.* 3 *Dixi autem,* § *flumen publicum:* § *quia in publico tantum, non etiam priuato flumine, aut lacu, vel stagnis* [b] *alluuio agnoscitur.*

b *Agro.* § *Hoc est, cuiusque generis fundo.*

c *Tuo.* § *Nam vt alluuio omnino tua fiat, oportet tuum esse fundum, cui accessit.* 4 *Quod si solum habes vsumfructum, solus quoque alluuionis vsusfructus* [c] *tuus erit. Semper enim rei principalis naturam alluuionis adiectio sequitur: idque multis exemplis Baldus hic docet.*

d *Quod si vis fluminis.* § 5 *Quando fluminis impetu aliqua fundi portio alteri fundo adijcitur, tunc dicitur fieri* [d] *impulsio: veluti si fluminis inundatio adparenter partem agri mei vi aquæ abstulerit, tuoq; agro adduxerit, tibi non acquiritur, sed mea remanet, cuius prius erat: vnde eam vendicare possim, dummodo tibi & damni infecti, & de præterito quoque damno, si quod* [e] *accepisti, caueam.*

e *Partem ali.* § *Cuius adparens sit auulsio, nec leue damnum.*

f *Plane si longiori.* § *Et sic hoc casu cessabit vēdicatio, & quæuis alia eius rei* [f] *persecutio. Imputet. n. sibi, quod tanto temporis spacio, ablatam fundi sui crustam repetere neglexerit: nisi forte sua, vel alterius industria, arbor in fundum tuum translata esset, ibidemque coaluisset: nam tunc vtilis illi rei vendicatio* [g] *competit.* 6 *Nunquid autem trabes & ligna, aut id genus alia, quæ terræ non coalescunt, accedant nobis per alluuionem? Et Baldus* [h] *rectè censet, non accedere, cui reliqui subscribunt: quia non sunt concreta seu coniuncta. ideoque dominus, si de damno præterito & futuro cauere non detrectet, ea vendicare* [i] *poterit.* 7 *Sed quomodo cognoscere possum, an arbores in fundo alterius radices egerint? Respondeo, eiusmodi in re standum esse rusticorum* [k] *iudicio, qui harum rerum peritiam habent. nam & aliàs, an terra sit bene culta vel seminata vel vinea putata, item an sit flumen, vel riuus, rusticis de hoc testificantibus* [l] *creditur. Quemadmodum & si de finibus agrorum sit contentio, mensori permittitur* [m] *renūciatio.* 8 *Cuique enim de his quæ sunt artis suæ, vel professionis, fides habenda* [n] *est: nisi in alterutram partem iniquum arbitrium uiacatur, qua specie non secus atque à Iudicibus appellatio admissa est.*

a Vt hic. & l. adeo, §. 1. ff. eo. l. 1. & 2. C. de allun.
b l. locus, h. tit. Bal. in Rubr. ff. eod. Ang. hic.
c l. 10. item si fund. §. hinc i cuius, de vsuf.
d Placent. hic in Summa.
e l. 9. hoc amplius §. Alphenus & l. Neratius & ibi Dd. ff. de damno infecto.
f d. l. adeo, §. quod si vis, hoc tit.
g l. 5. adeo Pomponius, §. de arbore, de rei vend.
h In Rubr. ff. de rer. diu. col. 7.
i l. 4. h quis nec causam, §. vlt. si cert. petat.
k Dd. hic. & l. 12. septimo mense de stat. homin.
l l. 1. §. 1. de flum.
m l. 1. si mensor falsum modu. dix.
n dict. iurib. & c. significasti. de homicid. & l. 1. in princ. de uentre in. spiciendo.

§. Insula.

1 *Insula quid: & quotuplex sit.*
2 *Insula pro aedibus accipiuntur.*
3 *Occupasse insulam quis dicatur.*
4 *Insula tribus modis in flumine nascitur.*
5 *Agri dicuntur habere frontem, instar hominis.*
6 *Si per vnum pedem insula te propior sim, cuius sit insula.*
7 *Insula quando cesset esse communis, nec diuidatur.*

a Insula quę in mari nata est (quod raro accidit) b occupanti fit. c nullius enim esse creditur. At insula in flumine nata (d quod frequenter accidit) si quidem mediam partem fluminis tenet, e communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prędia possident, f pro modo sc. latitudinis cuiusque fundi, quę prope ripam sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prędia possident. Quod si aliqua parte diuisum sit flumen, deinde infra vnitum, agrum alicuius in formam insulę redegerit: eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

a *Reuertitur* § *Iustinianus iterum ad acquisitionem rerum, quæ per occupationem contingit.* 1 *Et quia de insula hic tractatur; sciendum est,* § *insulam* § *esse terram in flumine mariue aquis circumfluam, quæ ob spiritum solo erumpere non uolentem* [a] *enascitur. Et est duplex: alia* § *naturalis* § *quæ semper fuit, vt est Corsica, Sardinia, & similes, de qua hic non agitur: alia* § *casualis,* § *siue* § *accidentalis,* § *quę in flumine sæpe, in mari perraro nascitur, quemadmodum hic Imp. ait. Nasci autem dicitur, cum iam primum apparere cœpit,* 2 *Sed & ædes quæ non coniunguntur, vel publicæ uel priuatæ, insulæ dicuntur, ad similitudinem terrarum, quæ aquis cinctæ* [b] *sunt. Qua acceptione Iulius* [c] *Capitolinus, trecentas et quadraginta insulas Romæ incendio absumptas fuisse refert. Et Tacitus lib. 15 tradit, Neronem constituisse, vt ne communione parietum, sed proprijs quæque domus muris ambirentur.*

b *Occupantis fit.* § 3 *Occupare autem insulam is dicitur, qui ipsam eo modo ingreditur, vt totam occupet: nec oportet ipsum singulas partes eius vel glebas* [d] *circumambulare. Occupantis autem fit insula, quo ad dominium & proprietatem tantum: secus quo ad iurisdictionem. nam hoc respectu, eius esse censetur, qui maris illius in quo* [e] *emersit, velut dominus est.*

c *Nullius enim.* § *Sicut & ipsum mare: & per consequens, fit occupantis naturali ratione.*

d *Quod frequenter.* § 4 *Potest enim in flumine insula tribus potissimum modis nasci. Primo, cum agrũ qui nullius erat, annis circumfluit. Deinde, cum eum locum, qui aluei erat, siccum reliquit & circumfluere cœpit. Tertio, cum paulatim coalluendo auxit: sicut alibi Iurisconsultus* [f] *explicat. Cæterum primus modus huc non pertinet: alij duo posteriores modi huc referri possunt.*

e *Communis.* § *Quod ad dominium attinet: secus respectu possessionis. Nam cum sit locus distinctus ab agro & aqua, quæ labitur inter agrum & insulam, necesse est illam* [g] *apprehendere.*

f *Pro modo sci. latitudinis.* § *Id est, frontis cuiusque agri.* 5 *Habent enim agri frontem, ad similitudinem hominis: illaque dicitur in agro frons, quæ versus insulam respicit, vt eleganter,* [h] *Baldus declarat. Potest autem latitudo agri sic colligi: quantum enim cuiusque agri spacium prope ripam est, tantum quoq; habet spacium in insula, recta linea per insulam* [i] *transducta.* 6 *Pone uero me per vnum pedem duntaxat insulæ proximiorem esse, quàm tu sis, an totam mihi insulam uendicare possim? Labeo respondit, me unum tantum pedem plus habiturum. Est enim insula diuidua, et posita ab extremitate vtriusq; prædij, mei & tui chorda, si cadit recta linea & complicata per medium, vsque ad medium chordæ illiusque puncti in diuidui, mea censebitur insula, reliquum tuum* [k] *efficietur.* 7 *Quandoque tamen insula non est communis nec diuiditur, vt si agri essent* [l] *limitati, quoniam in his ius alluuionis non* [m] *agnoscitur. Erit igitur talis insula occupantis. Deinde si qua insula virgulis tantum, vel quauis alia leui materia ita sustinetur in flumine, ut eius solum non tangat, sed semper fluctuet, ac nitetur, tunc simpliciter ipsius fluminis est, & quasi publica* [n] *censetur.*

a Plin. lib. 2. Natural. hist. c. 88
b Alc. in l. urbana. § insularius ff de ver. sign.
c In vita Antonini Pij.
d l. 3. in princ. ff acq. poss.
e l. adeo. §. insula h. tit. l. 9. in sulæ de iud. & l. illicitas § quiuersas, de offi. præsi.
f l. 30. ergo. § tris. ff. de acq. rerum dom.
g d. l. 3. in princ. Bar. i tractatu de insula.
h In Rub. ff. rer. diuisione.
i l. 29. inter eos ff acq. rer. do.
k l. arbor. ff. cō. diuid. Bald. in d. Rubr. de rer. diuis. ang. hic.
l l. 1. § insula de fluminibus.
m l. 1. in agris h. tit.
n l. pen. §. idē iuris est hoc tit. Cantiunc. hic in sua Paraφ.

§. Quod si naturali.

1 *Aluei significationes variæ.*
2 *Alueus est iuris publici.*
3 *Alius a flumine derelictus, est circum colentium.*
4 *Alueus quando habeatur pro derelicto.*
5 *Flumina censorum vice funguntur.*
6.7 *Ager ita inundatus, vt eius forma non amplius appareat, cuius fiat.*
8 *Non superstitiosè inhæredum subtilitatibus iuris.*
9 *Inundatione agri possessio amittitur, non dominium,*
10 *Quæ sit diuersitatis ratio.*

Quod si a naturali alueo in uniuersum b derelicto ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alueus eorum est, qui prope eius prędia possident: pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quæ prope ripam sit: c nouus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius & ipsum flumen est, id est, publicus. Quod si post aliquod tempus ad prioré alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui prope ripam eius prędia possident. Alia sane causa est, si totus ager d inundatus fuerit: Neque inundatio e fundi speciē commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est, tum fundum eius manere f cuius & fuit.

1 *Alueus plures habet acceptiones: nam & vasculũ uiminenm dicitur, in quo quid propter concauitatē reponi-*

reponitur : & pro loco capitur , vbi apes [a] *mellificant. Et eſt* ʒ *alueus* ʒ *tabula,in qua teſſeris ſiue taxillis luditur : vt apud Plinium:* ʒ *M.Meſſala,* ʒ *inquit,* ʒ *pridie Kal. Octob. diem natalis ſui egit*ʒ*, tranſtulit alueum cum teſſeris luſorum.* ʒ *quo ſenſu* ʒ *alueolum* ʒ *pro tabula luſoria dixit Feſtus lib.* 1 *Hoc verò loco foſſam denotat alueus,per quam flumen labitur. Vnde Baldus* [b] *alueum appellat,ventrem fluminis. Sicut enim ſtomachus vinum continet,ſic alueus ſupra ſe complectitur aquam.* 2 *Eſt autem alueus publici iuris,donec fluuium continet,eique deſeruit:cum vero flumen alueum omnino deſerit,ceſſat eſſe iuris publici,etiamſi dimittat cum impetu,quem omnes poſſunt cognoſcere:* 3 *efficiturque eorum,qui iuxta alueum prædia poſſident,pro modo ac regione cuiusq; prædij prope conſiſtentis. Nam ad eundem modum diuiditur alueus inter* [c] *vicinos , ſicut inſula in flumine orta;quod ſupra* [d] *attigimus.*

a *Naturali alueo.* ʒ *Quod* [e] *æſtate magis diſcernitur,quam hyeme.*

b *Derelicto.* ʒ 4 *In totum,ita ut redire non poſſe videatur. Secus ſi hominis induſtria fiat,vel facile redire* [f] *poſſit,quod Bart.* [g] *potius hyeme quam æſtate cognoſci poſſe tradit.*

c *Nouus autem.* ʒ 5 *Aetiologia eſt:quia flumina Cenſorum vice funguntur,vt ex publico priuatum faciant,& ex priuato in publicum* [h] *addicant.*

d *Innundatus.* ʒ *Alueo ſcilicet fluminis non mutato,ſed effuſis,quæ ſupra eum excreuerant,vndis. ſeparat ergo Imp. Innundationem ab Alluuione.*

e *Fundi ſpeciem.* ʒ *Id eſt,formam agri:neque enim deſinit eſſe,ager,non mutata forma.* 6 *Quid autem ſi forma agri amplius non appareat? (quem caſum Iuſtinianus hic prætermiſit,qui tamen valde elegans eſt.) Et ſummo iure quidem is,cuius ager fuerat,nihil reliqui in eo habet. Ager enim ille qui fuerat, deſiit eſſe,amiſſa propria forma:& qui vicinum prædium nullum habet,non poteſt ratione vicinitatis vllã partem in alueo habere.* 7 *Sed quia tum maximè diſceditur an æquitate,cum ſuperſtitioſe adhæretur ſubtilitatib.iuris:ideo hac in ſpecie benigne Caius* [i] *ſubdit,* ʒ *vix eſſe,vt id obtineat:* ʒ *inſpecta ſcilicet æquitate.quia is ager qui occupatus fuerat,ad priorem dominum redibit,inſpecta æquitate.nam ſi uix* [k] *obtinet ſi rigorem iuris conſideremus:quia quod uix fit,vtique fit. Sed æquitas præualere debet,vt ad primum dominum reuertatur.* 8 *Hinc elegans argumentum ducitur,non ſuperſtitioſe inhærendum eſſe iuris ſubtilitatibus. Nam plerumque ſub autoritate iuris periculoſe* [l] *erratur. Vnde & illud apud Comicum,* ʒ *Summum ius,ſumma iniuria.* ʒ *Prædicta uera ſunt niſi flumen agrum alicuius tanquam alueum per decenniũ domino præſente,vel viginti annos eo abſente occupatum tenuerit. Nam poſtea etſi deſeratur alueus, priori domino non reſtituitur,quoniam tanto tempore quilibet* [m] *preſcribit:ideoque & flumen iam habet titulum. Et hoc non ſolum in toto fundo , ſed in qualibet eius parte locum habet. Sed etſi flumen mutauit alueũ ſenſim recedendo, iſtud ſpacium quod poſt ſe reliquit , primo domino non acquiritur,ſed alluuione fit eius qui propria habet prædia,etſi nihil* [n] *adijciat.*

f *Cuius & fuit.* ʒ *Ante inundationem.* 9 *Et obſerua,quod inundatio fluminis,poſſeſſionem quidẽ agri qui inundatus eſt,aufert,dominium verò minime:eius enim remanet ager inũdatus,cuius erat ante* [o] *inũdationem.niſi inundatio ſit* [p] *perpetua,aut alluuionem efficiat. nã tunc & proprietas & vſusfructus* [q] *deperditur. Aqua autem recedente ab inũdato agro,eius poſſeſſio ſtatim reſtituitur priori domino, ſine noua apprehenſione:vt Angel. docet.* 10 *Sed cur poſſeſſio agri inundatione perit,& non etiam dominum? Quoniam* [r] *poſſeſſio quidem facti eſt,ſoloque animo pendet:unde quàm primum deponitur animus poſſidendi,amittitur poſſeſſio ; dominium uerò iuris eſt,nec ex animo pendet,ſed in re conſiſtit:ideo facile nõ* [s] *amittitur.*

a ſ.apiũ.ſu. eo.
b In d.rub. de rerũ diuiſ.col 4
c Hic,& l.adeo ſ. quod ſi toto hoc tit.
d ſ. proximæ p̃cedente.
e l.1.ſ. is autẽ. ne quid in flum.pub.
f l.1 ſ.quotidiana de aqua plu.arcen.
g In trac. de alueo.
h l. 30. ergo.ſ alluuio,h.tit. & l. proponebatur de iud.
i d.l. adeo , ſ. ſi cuius tamẽ.in fi.hoc tit.
k Placen.hic in ſumma.
l l. 91. ſi ſeruũ. ſ.ſequitur.de verb. obl. facit,l.ſi tibi de derim. a ſ. de dom.
m Bar.in tract. de alueo. Ange.hic.
n Bar. loco prædicto.Bald.in rub.de rer. diui.col.9.
o Hic. & d.l. adeo ſ aliud ſane.
p l.pen. de rer. diuiſ.
q l.13.ſi ager. q modis vſusfr. amittitur.
r l. 12. cũ vnus ſ.vlt.de bon. auto. iud. poſſeſ.
s l.17.ſi quis vi. ſ. differentia de acq. poſſ.

ſ.Cum ex aliena.

1 *Specificatio quid? & uerbum,materia,quomodo hic accipiatur.*
2.5 *Dubitandi cauſę in hoc ſ.*
3 *Quod proprium alicuius eſt,ſine ipſius facto ad alium non transfertur.*
4 *Materia quid,& quomodo à ſubſtantia & forma differat?*
6 *Determinatio thematis huius ſ.*
7 *Accurſij error.*
8 *Ius naturale non dat locum malæ fidei.*
9 *Mulſum quid?*
10 *Emplaſtrum,cataplaſma.*
11 *Armarium,& penarium,quid ſint.*
12 *Quomodo ſuccurratur domino materiæ,contra ſpecificantem.*
13 *Frumentum excuſſum,licet non poſſit reduci ad ſpicas,manet tamen primi domini.*
14 *Specificatione vt acquiramus,quæ & quot numero ſint neceſſaria.*

a Cũ ex aliena materia ſpecies aliqua *b* facta ſit *c* ab aliquo,q̃ri ſolet,qs eorũ naturali ratione dñs ſit:vtrũ is q̃ fecerit,an potius ille q̃ materiæ dñs fuerit. vt ecce,ſi quis ex alienis vuis aut oliuis,aut ſpicis,vinũ aut oleũ,aut frumentũ fecerit:aut ex alieno auro , vel argẽto, vel

ære

ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino & melle *d* mulsum miscuerit: vel ex medicamentis alienis, *e* emplastrum aut collyrium composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel *f* armarium, vel subsellia fabricauerit. Et post multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, *g* qui materiæ dominus fuerit, si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit: vt ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, uel argenti, uel auri reduci. Vinum autem, vel oleum, aut frumentum, ad vuas, vel oliuas, *h* vel spicas reuerti non potest: ac ne mulsum quidem ad vinum & mel resolui potest.

a *Cum ex aliena.* § *Sexto acquirimus dominiũ iure naturali, p specificationem.* 1 *Est aũt* § *Specificatio,* § *quãdo noua species bona fide formatur, & conficitur, ex aliena* [a] *materia, et de hac, præsenti* §. *agitur. Cæterũ, materia hic dicitur, nõ quæ forma careat, sed cui noua forma attribuitur.* 2 *Causas autem dubitãdi in huius* §. *themate præbuerunt veterũ Iure cõsultorũ diuersæ, & quasi ex diametro pugnãtes sentẽtiæ. Massurius. n. Sabinus, & Cassius Lõginus respõderunt, si quis suo nomine ex aliena materia speciem nouã fecisset, illũ factæ speciei dominũ permanere, cuius materia fuerat: idq; duab. potissimũ rationibus.* 3 *Primò, quia quod proprium alicuius est, non debet sine ipsius facto ad alium transferri.* [b] *Deinde, quia sine materia nulla species, nullum opus effici potest. Merito ergò dominus materiæ est præferendus in dominio rei.* 4 § *Materiã* § *aũt appellamus, vnde quid conficitur: vt in cypho metallum, in contractu consensus: differtq; à substãtia & forma. S quidẽ* § *substãtia* § *est, per quam materia in certã spẽm deducitur, vt in uasis vel vestibus, artificiũ: in emptionis contractu, precium:* § *Forma* § *verò est, quæ certæ illi speciei nomẽ dat. Alias tamen in iure nostro pro forma id requiri dicitur, quod ordinem respicit: vt in stipulatione, quod præcedat interrogatio, & in continenti sequatur responsio.* 5 *Ad propositũ redeundo. Nerua & Proculus cõtra putarunt, hunc esse dominũ, qui speciem fecisset, ea ratione: quia quod factum est, antea nullius fuerat, imò ne erat quidem, cum sit noua species: ergo faciens debet censeri dominus. Sic argumentatur eleganter Paulus:* [d] § *Vel quæ ipsi* § *(inquit)* § *vt in rerum natura esset, facimus.* § *quasi diceret: forma dat essẽtiã rei: sed is qui fecit rẽ, addidit formã: ergo essẽtia & dominium rei debetur ei.* [e] *Hãc Iurisconsultorũ discordiã pleriq; veterum distinctionis fœdere conciliarũt: quam distinctionẽ hoc loco Iustinianus comprobat.* 6 *Quia aut ea species ad priorem & rudem materiam redigi potest, & vera est Sabini sentẽtia: ob id certè, quoniam species non uidetur nouam formam suscepisse, quæ tam facilè resolui potest in pristinam & rudem materiam, aut verò reduci non potest, & eo casu Proculo subscribitur: vt is videatur dominus, qui fecit nouam speciem. Nã vbi species non potest ad priorem materiam resolui, materia habetur pro deperdita. Materia autem deperdita, dominium quoque eius sublatum censetur. Vides ergo per mediam quandã sententiam utrique rationi naturali, conciliatis Iurisprudentum opinionibus, aliquid tribui.*

b *Facta sit.* § 7 *Accurs. ita intelligit, quod etiamsi cœperit tantum fieri species ex aliena materia, statim eius dominium acquiratur specificanti: cũ res cœpta pro completa habeatur. Sed hæc expositio vulgo improbatur: & merito. Cum enim verbo (facta sit) vtatur text. quod rem perfectam significat: ergo de specie perfecta accipi debet.* [f] *Ego etiam alia ratione idem senserim: quia cum fiat mentio de dominio auferendo ab aliquo, & alteri acquirendo, strictior debet fieri interpretatio, ut tum demum priuetur quis dominio, si res perfectè specificata fuerit.* [g]

c *Ab aliquo.* § 8 *Subaudi, bona fide: quia ius naturale, de cuius acquisitione hic tractamus, nullum dat locum malæ fidei.*

d *Mulsum.* § 9 *Est genus potionis, quod fit ex melle & vino, præsertim veteri, quod facilimè incorporatur. & hoc potionis genus Græcis οἰνόμελι vocatur. Vlpianus* [h] *tamen aliud mulsum, quod vino non adnumeratur: aliud œnomeli, quod vini appellatione vtique contineatur, intellexisse videtur.*

e *Emplastrum.* § 10 *Emplastrum ex diuersis rebus confingi & formari consueuit, quod hodie vnguentũ dicitur, sed barbarè: periti cataplasma siue malagma* [i] *vocant: tametsi inter hæc discrimen notatum sit à Cor. Celso, lib. 4.*

f *Armarium.* § 11 *Est autem* § *armarium,* § *locus vbi arma reponuntur, & naualia: aliàs armamentarium dicitur: quale fuit illud, quod Athenis Philon fabricauit, mille capax nauium. Et consuetudine verò armarium pro loco accipitur, ubi cibaria & similia recondimus. Festus penarium, nonnulli penariam cellam vocant. Vlpianus* [k] *Armarium pro Bibliotheca vsurpauit.*

g *Qui materiæ dominus.* § 12 *Quãuis aũt faciens nouã speciem, fiat dominus hoc casu speciei; potest tamen materiæ dominus aduersus eum, actione in factum experiri, ut suæ materiæ æstimationem consequatur.* [l] *Aliàs enim specificans cum alterius detrimento fieret locupletior: quod contra naturam* [m] *est.*

h *Vel spicas.* § *Iustinianus exempli tantum causa scripsit, frumentum de spicis ad pristinam materiã reuerti non posse; ob id tamen non innuit, idem iuris esse in omnibus exemplis positis.* 13 *Excutiens. n. spicas, cum non faciat nouam speciem sed eam quæ est, detegat: consequitur, ex alienis spicis excussum frumentum manere eius, cuius & spicæ fuerunt. sicq; non aduersatur, quod Caius* [n] *scribit, non esse dubitandum, quin ex alienis spicis excussum frumentum eius sit, cuius & spicæ fuerint.* 14 *Ex hoc toto contextu discendum*

a Hunc locum vide clarius explicatũ in l. adeo. §. cum quis, vnde hic §. est desumptus, de acq. rer. dom.
b l. 11. id quod nostrum, de reg. iur.
c d. l. adeo, §. cũ quis, hoc tit.
d l. 3. §. genera possessionũ, ff. de acqu. poss.
e Iuxta l. 9. Iulianus, §. si quis, ff. ad exhib.
f Argu. l. vlt. ff. quod quisq; iuris.
g Arg. l. vltimæ C. cõst. princ.
h l. 9. si quis vinum, de tritico, vino & oleo leg.
i Consule Peroti Cornucop.
k l. 52. librorũ. §. chartis legatis, de leg. 3.
l text. in l. 24. in rem, §. item quæcunque, de rei ued. gl. hic. & l. 26. sed si ex meis hoc tit.
m l. nã hoc, de cond. indeb.
n l. adeo. §. cum quis, de acq. rer. dom.

dum est, tria requiri, vt quis speciei ex aliena materia facta fiat dominus. Primum est, vt species non possit ad antiquã rudẽ materiam [o] *resolui. Alterum est, vt is qui nouam speciem induxit, suo id nomine fecerit: nam si alterius nomine fecit, eius est, cuius nomine fecit.* [p] *Tertium, ut bona fides accesserit, hoc est, illæsa conscientia, quia materiam suam esse putauerit, errore ductus. Nam si id mala fide fecisset, sciens materiã esse alienam, locum haberet.* [q] *Regula: § Quod ex re nostra fit, nostrum est. § Et in uniuersum ius naturale (de cuius acquisitione hic tractatur) nullum vnquam dat locum malæ fidei.*

o Vt hic l tex. in ver. nõ possit.
p Ita loquitur l. 25. nisi uolũtate, & l. 27 quicq d, § vbi simul de acquir. rer. do.
q l. 49. solum de rei uend. l. 12. de eo. § si quis ad exhiben.

§. Quod si partim.

1 *Differentia inter hunc & præcedentem §*
2 *Et in hoc themate bonam fidem requiri.*

a Quod si partim ex sua materia, partim ex alienà speciem *b* aliquam fecerit quis: ueluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrũ aut collyrium, aut ex sua lana & aliena uestimentum fecerit: *c* dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: cum non solum operam suam dederit, sed & partem eiusdem materiæ præstitit.

a *Quod si § 1 Inter hunc & præcedentem §. nulla est differentia, nisi quod hic de specie tractatur, quæ fit ex aliena materia & nostra: in præcedenti uerò de ea, quę ex aliena tantum fit.*

b *Aliquam fecerit. § Accedit autem in hoc themate, præter rationes in præcedenti §. recensitas, & illa, quod nouam speciem, partim ex sua, partim ex aliena materia inducens, non solum operam suam impẽdit sed & partem eiusdem materiæ præstit. 2 Necesse tamen est, vt specificans habuerit bonam fidem, existimans totam materiam suam* [a] *esse*

c *Dubitandum non est. § Nisi illa noua species ad priorem materiam reduci posset: tunc enim fit communis, habita ratione materiarum: & vtrique dominorum, si alter hoc petat, sua materia* [b] *restituetur:*

a Propter. d. l. de eo. § si qs ff ad exhibendum.
b Glo. hic.

§. Si tamen alienam.

1 *Accessione acquirimus dominium: & accessio quid?*
2 *In accessione quæ sit regula seruanda.*
3 *Si nesciatur, utra rei alteri accesserit, neutra alij cedit.*
4. 5 *Accessio fit & bona & mala fide: & quid utrobique sit iuris.*
6 *Intexens mala fide suo uestimento alienam purpuram furti tenetur.*

Si tamen alienam purpuram uestimento suo quis *a* intexuerit, licet preciosior sit purpura tamen *b* accessionis vice *c* cedit uestimento: & *d* qui dominus fuit purpurę aduersus eum qui surripuit, *e* habet furti actionem & cõdictionem: siue ipse sit qui uestimentum fecit siue alius. Nã extinctæ res, licet uendicari non possunt *f* condici tamen a furibus, & quibuscunque *g* alijs possessoribus possunt.

Septimo 1 acquiritur titulus possidendi, & ex eo dominium, per accessionem: quæ fit, quando res alterius accedit reb. nostris per humanum laborem & industriam. 2 Et hac in specie obseruanda est iuris regula, à Pomponio [a] *tradita Semper. n. cum quærimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandæ causa adhibetur, ut accessio etsi preciosior sit, cedat principali: uerbi gratia, si aurum margaritarũ aut gemmarum causa adhibitum est, puta vt eo commodius geri possit, tunc margaritis gemmisque cedit. Sin uerò contra margaritę auro ornandi causa adhibitæ sint, tum auro cedunt.* [b]

a *Intexuerit. § Sic quoq; in aliena purpura uestimento alicuius intexta, animus intexentis considerãdus est. Nã si apposuit purpurã, vt esset accessoria, locũ habet §. noster, aliàs secus.* [c] *3 Hinc est, qđ in tali specie, si resciri nõ possit, vtra res alterius causa accesserit, neutra alteri cedere intelligatur; sed qualibet res eius maneat, cuius fuit.* [d] *4 potest autẽ hæc accessio fieri vel bona fide, quia intexens purpurã suam esse crediderit: uel mala quia alienã sciuerit: & utroq; casu prior dominus amittit dominium purpuræ ob regulam prædictam, ci tamen ex æquitate succurritur. Habet enim aduersus eum, qui id bona fide fecit cõdictionem sine causa, uel etiam actionem ad exhibendum.* [e] *Sin autem mala fide intexta sit purpura, habet cõtra intexentem, & furti actionem ad pœnam, & condictionem furtiuam ad rem ipsam persequẽdam, adeo ut una alteram non tollat aut perimat: cum hæ actiones ex diuerso fonte oriantur, & ad diuersa competãt sicut alibi docebitur.* [f]

b *Accessionis vice. § Ergò prior dominus purpuræ amittet hoc casu dominium: & purpura fit eius iure naturali, cuius uestimento ornatus gratia intexta est.*

c *Cedit uestimento. § Iam confecto, & sua forma constante.*

d *Qui dominus fuit. § Etiam desijt dominus esse: quia purpura, quo ad superius dominium extincta uidetur, cum intexta sit uestimento.*

e *Habet furti actionẽ. § 6 Sed nõne intexens, accessionis iure effectus est dominus purpuræ?* [g] *quomodo ergò furti actione tenetur, cũ quis rei suæ non possit furtũ facere?* [h] *Respondeo, eo ipso, quod quis purpurã accepit alienã confestim furtum commisisse intelligitur, etiam antequam uestimento accesserit: actio ergò*

semel

a l. 21. etsi non sunt § peruenimus de auro & arg. leg.
b d. § peruenimus, & § vlt. & l. seq.
c Glo. hic.
d l. 30. uersi mixtu. § quid ergo in his, ff de vsucap. & ibi Bar. & d l. quicquid, ff acq. rer. dom.
e Vt l. 1. in fi. ff. de cõdict. sine cã & l. 6 gñ ma, ff. ad exhibendum.
f Per Ang. hic, & in §. ex maleficiis, §. hic itaq; discretis infr. de actionibus.
g Vt hic.
h §. furti. inf. de oblig. quę ex delicto nasc.

ſemel nata, non poteſt extingui facto delinquentis: alias in ipſius poteſtate eſſet, vtrum obligatus eſſet, an non quod lex [i] non patitur.
f *Condici tamen.* § *Id eſt, peti actione perſonali.* [k]
g *Alijs poſſeſſoribus.* § *Vt uidelicet æſtimationem rei extinctæ conſequantur.*

i l.2. de eo qđ certo loco. & Ang. hic.
k § appellam. inſ. đ actioni.

§. Si duorum materię.

1 *Confuſione acquiritur dominium.*
2 *Electrum quid?*
3 *Corpus ex confuſione effectum eſt vtriuſque domini.*
4 *Libellus incertus quando admittatur.*
5 *Iudex poteſt ſuper incerto ferre ſententiam.*
6 *Voluntas & caſus fortuitus in confuſione æquiparantur.*

a Si *b* duorum materię uoluntate dñorum confuſe ſint: totum id corpus, quod ex confuſione fit, utriuſque cõmune eſt: ueluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti vel auri conflauerint. Sed etſi diuerſe materię ſint, & ob id propria ſpecies facta ſit: forte ex uino & melle mulſum, aut ex auro & argento *c* electrum: *d* idem iuris eſt. nam & hoc caſu cõe eſſe ſpeciem non dubitatur. Quod ſi fortuito, & non voluntate dominorum confuſę fuerint, uel eiuſdem generis materie, uel diuerſe. idem iuris *e* eſſe placuit.

a *Si duorum.* § *Octauo 1 acquiritur dominium iure naturali, per confuſionem: quoniam ſi duorum dominorum materiæ ſint confuſæ, voluntate eorum, aut etiam caſu fortuito, corpus quod ex confuſione fit, cõmune eſt vtriuſque iure naturali. Ratio autem ex uoluntate colligitur: cui æquiparatur caſus fortuitus, neutri imputandus.* [a]
b *Duorum materiæ.* § *Scilicet eiuſdem generis vt differat a ſequenti.* §.
c *Electrum.* § *2 Electrum dicitur aurum, in quo quinta agenti portio* [b] *eſt. Suidas vero tradit eſſe aurum cum vitrea quadam & lapidea confuſione: quod illuſtri nitore ſplenderet. Sanè Homerus cum Menelai regiam laudare vellet, eam auro, electro, argento, ebore coruſcare prodidit. ſicque electum ſecundas poſt aurum habere voluit.*
d *Idem iuris.* § *3 Scilicet, quod corpus ex his confectum vtriuſque commune ſit, adeo, vt neuter totum, ſed quilibet pro parte, quod ſuum eſt, vendicare poſſit: vt pote pro rata ponderis, quod in maſſa habet.* [c] *Si autem incertum ſit, quantumquiſque in maſſa habeat, poterit ꝑter rei uendicationem communi quoque diuidundo agere.* [d] *Quanquam enim actionis tempore rata non ſit certa. declaranda tamẽ, & ad certitudinem reducenda eſt, cum in proceſſu litis cauſam iudici probare* [e] *oportebit. 4 Iſtud enim communiter in iudicijs obſeruari ſolet, ſi quis eſt ambiguus, quantam partem petat, aduerſarij facto, vel caſu, quòd incertus admittatur libellus: dum tamen in proceſſu cauſæ iſta generalitas & incertitudo determinetur.* [f] *Amplius addit Angelus, quod etiam ſi in proceſſu non ſit declarata quantitas tamen rectè procedere iudicium. 5 Ideoq; hanc iudicis generalem ſententiam (reſtituas illam quantitatem, quam Titius in maſſam per te conflatam contulit) obtinere ſi modo in executione fiat deinde quantitatis & partis declaratio.* [g]
e *Eſſe placuit* § *6 Aequiparantur ergo in confuſione voluntas & caſus fortuitus: ita tamen fortuito cõfuſæ materiæ communicantur, ſi non ſit facilis earum reductio ad priorem materiam. Nam ſi facilis eſt reductio, aliud dicendum erit: vt ſi plumbum cum argento confuſum ſit quia diduci poteſt, non communicabitur: nec communi diuidundo agetur, ſed in rem competet* [h] *actio. Idem eſt ſi æs meum cum argento tuo confundatur: quia cum diuerſa materia ſit, æs & argentum ab artifice ſeparari, & in priſtinam materiam reſolui* [i] *poteſt.*

a Vt hic, & l. adeo, §. uoluntas. & l. 12. lacus & ſtagna, §. ſi ex ære, dë acq. rer. dom. l. 5. idē Pom. de rei vẽdi. §. ſed ſi plũbum cum ſimilib.
b Plin lib. 33. c. 4. & 37 c. 2.
c l. 3. Marcellus § Pomp. & d. l. idẽ Pomp. ꝑ princ. §. ſed ſi plumbum, de rei uend.
d d. § Pompõ. cum l. ſeq.
e Io. de Pla. & cæteri hic.
f Facit tex. & ibi Bart. in l. 1. §. 1. quod legat.
g Vt in l. 2. §. ſi quis argenta & ibi gl. Ba. & Dd. ff. depoſiti.
h d. l. idẽ Pomp. § ſed ſi plũb. de rei uend.
i l. d. lacus. §. ſi ex ære. de acquir. rer. dom.

§. Quod ſi frumentum.

1 *Commixtione acquiritur dominium iure naturali.*
2.3 *Commixtio & confuſio quomodo differant.*
4 *Commixtio quando fit, vim confuſionis habet.*
5 *Ampliatio huius §.*
6 *Caſus fortuitus in commixtione nihil operatur.*
7 *Et quomodo ea in ſpecie quilibet ſuum conſequatur.*

a Quod ſi frumentum Titii, frumento tuo miſtum fuerit, ſi quidem uoluntate ueſtra, commune eſt: quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana, que cuiuſque propria fuerunt, conſenſu ueſtro *b* communicata ſunt. *c* Quod ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua uolontate, non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. Sed *d* nec magis iſtis caſibus commune fit frumentum quã grex intelligitur eſſe communis, ſi peccora Titii tuis pecoribus miſta fuerint. Sed ſi ab

alteru-

alterutro uestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit. arbitrio autem iudicis continetur, ut ipse æstimet, *e* quale cuiusque frumentum fuerit.

a *Quod si* § *Nono* 1 *acquiritur dominium iure naturali, per commixtionem specierum, si volontate dominorum* [a] *fiat.* 2 *Differunt autem commixtio & confusio: nam confundi censentur ea, quæ confusi nouam pariunt speciem: vt uinum & mel confunduntur propriè, quia confusa aliam generant speciem scilicet, mulsum. Commiscere dicimur, cum confundimus res, quæ non transeunt in aliam speciem, sed priorem retinent.* 3 *Item confusa quomodolibet fiunt communia, etiam casu fortuito:* [b] *sed commixta duntaxat voluntate. nec in commixtione quicquam operatur casus fortuitus, ad communicandas ipsas res. Vnum tamen pro alio sæpe ponitur in legibus.* 4. *Et si res, quarum difficilis aut impossibilis est separatio, simul commisceantur, tunc eiusmodi commixtiones, vim confusionis obtinent.*

b *Communicata sunt.* § *Adeo, vt nec intersit hoc casu, an separatio fieri possit, nec ne.* 5 *& hoc nõ solum in frumento obtinet, sed extenditur etiam ad legumina, poma, pyra, nuces, atque id genus similia. cũ sit eadẽ ratio. Angelus idẽ iuris esse ait in auiculis, piscibus, & animalibus quadrupedibus, quæ sunt vniformia.* [c]

c *Quod si casu.* § 6 *Casus fortuitus in commixtione nihil operatur, vt paulo ante commonui: quomodo ergo hoc casu dominus recuperabit suum? Respondeo.* 7 *quando fortuito commixtum est frumẽtum diuersorum dominorum, in primis animaduertendum est, possit ne vnum frumentum ab altero separari, an minus. si non possit, vt quia semina seu grana penitus, aut fere similia commixta sint: tunc necessario communia fiunt, & qui uis pro suo rei vendicationem habet, si quantum & quale fuit probare* [d] *possit. Sin dubiũ si, quantum quisque in aceruo habeat: competet communi diuidundo* [e] *Altero casu, si unum ab alio separari potest; vt quia semina diffidentia commixta sunt, datur vtrique actio in rem pro ea parte, quæ sua esse apparet. Et in ea re uniuersa officium iudicis est, ut ipse æstimet, quale cuiusque frumentum fuerit, vt tantundem frumenti eiusdem qualitatis & æstimationis alteri restituatur:* [f] *circa corpora autem, id est, grana singula frumenti iudex non arbitrabitur* [g]

d *Nec magis istis.* § *Probat a simili, sicut in commixtione pecorum singulæ oues suam causam habent, nec meliori iure retinentur, quàm possidentur:* [h] *sic etiam singula grana, quia communicandi voluntas nõ interuenit, cuiusque domini propria manent.*

e *Quale cuiusque fru.* § *Sic uidelicet, ut pro qualitate mixti frumenti statuat certam aliquam, quæ ex to aceruo reddatur actori quantitatem vel minorem, quam sit commixta, quia fuerit minoris precij frumentum: uel etiam maiorem,* [i] *si maioris fuerit precij.*

a Vt hic in tex.
b §. proximè præc.
c Per tex. in l. vsuf. §. in viuarijs. ff. de vsu.
d d. l. Marcellus § Pomp. ff. de rei vẽd. l. 2. ff. de probat. Bar. in l. si illa stipulat. si calen d. col. 2. de verb. obli.
e l. idẽ Pom. de rei uend.
f l. 4. quo quidem, in fin. ff. de rei uend. §. preterea infr. de act. §. eosdẽ infr. de officiud.
g Ioan. de platea hic.
h l. 30. rerũ mixtura §. vlt. ff. de vsucap.
i facit l. 4. in fi. de rei vend.

§. Cum in suo solo.

1 *Aedificatione dupliciter rerum dominia acquirimus.*
2 *Quod solo inædificatur, solo cedit.*
3 *Solum proprium quod dicatur.*
4 *An in hoc §. duo sint eiusdem rei domini.*
5 *Regulariter non possunt duo rei eiusdem in solidum esse domini.*
6 *Quare alienum tignum, meis ædibus iniunctum, non teneat eximere.*
7 *Actio tigni iniuncti contra quem competat.*
8. 10 *Tigni appellatione quid ueniat.*
9 *Fabri tignarij uerbo qui contineantur.*
11 *Hunc §. etiam in vineis locum habere.*
12 *Tignum alienis ædibus iniunctum non vsucapitur.*

a Cum *b* in suo solo aliquis domũ ex aliena materia ędificauerit, ipse intelligitur dñs ędificij: quia omne quod solo *c* inedificatur, solo cedit. *d* Nec tamen ideo is qui materię dominus fuerat, desinit dominus eius esse: sed tantisper neque uendicare eam potest, neque *e* ad exhibendum de ea re agere, propter legem 12 tabularum: qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus suis iunctum *f* eximere cogatur, sed duplum pro ea præstet, per actionem q̃ vocatur *g* de tigno iniuncto. *h* Appellatione autem tigni, omnis materia significatur, ex qua edificia fiunt. Quod ideo prouisum est; *i* ne edificia rescindi necesse sit. [k] Quod si ex aliqua causa dirutum sit edificium, poterit materie dominus, si non fuerit duplum iam consecutus, tunc eam uendicare, & ad exhibendum de ea re *l* agere.

a *Cum in suo.* § *Decimo* 1 *nanciscimur rerum dominium iure naturali, per ædificationem quæ fit dupliciter, aut quia in proprio solo quis ædificat ex aliena materia, aut quia in alieno solo ex sua materia. Prior casus hic explicatur, alter uero in §. subsequenti. Ergo si in meo proprio solo ex alterius extruo aliquod ædificium, ego ædificij dominus fio, iure naturali.* [a] 2 *Rationem ipsa natura suggerit: quia omne quod solo inædificatur, solo cedit. Loquimur autem hic non de translatitijs ædificijs, sed quæ fixa sunt, soloque hærent: quippe solum est firmamentum a Deo creatum, sine quo nullum ædificium consistere potest. Et hoc ius naturale acquirendi dominij Imperatores appellant publicum.* [b]

a Vt hic, & l. adeo quidẽ § cũ in suo, ff. de acq. rer. dom.
b In l. 5. si is cõtra quẽ, C. de ædif. priu.

In

b In suo solo.] Scilicet proprio. 3. dicitur autē solum alicuius proprium, etsi proprietatem tantum habeat, usufructu apud alium consistente. Item si mihi & alteri solum sit commune. c Secus tamen est, si solum omnibus sit commune: tunc solum cædit ædificio, ob id, quia primo occupanti conceditur. sicque Martiani responsum accipiendum est.

c Inædificatur.] Quasi perpetuo ibi mansurum: itemque ut solo cohæreat, & stabile fixumque sit: quemadmodum ex Scæuolæ d responso liquet.

d Nec tamen ideo.] 4 Ex hoc autem sequi videtur, duos eiusdem rei dominos esse: eum scilicet qui ædificauit, & eū ex cuius materia ædificatum est. quod tamen cum vulgata iuris regula pugnat, quæ dicit, non posse duos eiusdem rei in solidum esse dominos. e Respondet Angelus, hoc diuersa ratione & respectu procedere. Alter enim ædificans dominus est materię utiliter, ac cū effectu; alter aūt, cuius materia fuit, remanet dominus materiæ, sed sine effectu: quia materiā ædificio impositā uēdicare prohibetur. f 5 Alias uero regulariter dominium eiusdem rei apud duos in solidum æqualiter & pari ratione manere nequit. f Faber autem ait, nec uerum esse, quod in nostro casu duo sint domini eiusdē rei. Etsi. n. ædificans efficiatur dominus ædificij, non tā materiæ: & aliud est ædificiū, aliud materia: q̄ solutio uerior est.

e Ad exhibendum.] Scilicet actionem, qua petimus præstari rei de qua agimus, præsentiam. g Et hęc maxime propter rei uēdicationem inducta est: ob quod etiam præparatoria rei uendicationis h dicitur. i At rei uendicatio est impetitio ad rem, quam nostram esse, vel iure gentium, vel ciuili asserimus. Nam is uendicare dicitur, qui suum esse putat. Vtranque actionem alibi i inerrabimus.

f Eximere cogatur.] 6 Ob id scilicet, ne sublatis aut destructis ædificiis, publicus deformetur K aspectus. Item & alia ratione ciuili: quia singulæ res ex quib. ædes constant, per se neque possidentur neque censentur. l Extat autem hæc XII. tabu. lex lib. 47. Pandectarum, Tit. de tigno iniuncto.

g De tigno iniuncto.] 7 Qua tenetur is qui mala fide tignum alienum ædibus suis iniūxit, vel iniunctum habet. Nam contra bonæ fidei ædificantem datur actio in factum, ad æstimationem & precium materiæ m actione uero [de tigno iniuncto] non tenetur, qui mala fide ędificauit: quoniam hanc actionem lex 12. tab. duntaxat contra furem, & malæ fidei ædificatorem, qui sciens rem esse alienam, tignum, vel iniunxit, vel iniunctum habet, in duplum n dedit.

h Appellatione autem tigni.] Quod & aliis legiis o expressum habetur. 8 Nam [tigni] appellatio omnem materiam ex qua ædes constant, aut quæ uineæ sit necessaria, comprehendit. Vnde tegulæ, lapides, calx, cæmenta, arena, pali, perticæ, pedamenta, atque id genus similia, hoc nomine continentur. 9 Qua ratione & fabri tignarij uerbo, omnes materiarij, murarij, albarijque significabuntur. p 10 Communi tamen vsu loquendi, tigna solent appellari trabes, quibus summa domus tegitur: ut hinc argumentum colligi possit, quoties dictionis alicuius deriuatio cum ratione legis conueniat, eam posse secundum legis rationem accipi, tametsi communis vsus loquendi repugnat. q

i Ne ædificia] Sic Vlpianus, r Ne ædificia, inquit, sub hoc prætextu diruanē, hoc est, ne eorum ruinis publicus deformetur aspectus. Porro quod hic de ædibus dicitur, idem & in uineis locum habet: ne hoc prætextu uinearum turbetur cultura, vt s Vlpianus dicit: addens in vineis tigni appellatione omnia uineis necessaria contineri, ut sunt perticæ, & pedamenta.

K Quod si ex aliqua.] Nec interim hęc materia, ut pote extincta, cum non possideatur, in ędificio usucapietur. t Quod Faber u tam in malæ fidei, quam bonæ fidei possessore procedere ait. 11 Fallit tamen hoc, si ædificator forte dudum eam incepit vsucapere, & cum iniunxit ædificio, decem tantum dies, vel pauciores ad complendam vsucapionem supererant: tunc enim non uendicabitur. x

l Agere.] Vt vendicare y possit.

§. Ex diuerso.

1 Ex sua materia in alieno solo ędificans, perdit ędificium.
2 Nec distinguitur, an quis mala, uel bona fide ędificauerit.
3 Scienter in alieno solo ędificans, perdit materiam: fallit, ut num 4.

a Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum *b* ędificauerit, illius fit domus, cuius & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem eius amittit: *c* quia uolūtate eius intelligitur esse *d* alienata, vtique si non ignorabat se in alieno solo ædificare; & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen uendicare *e* non potest.

a Explicatur. 1 alter casus, si quis ex sua materia, in alterius solo ædificat. Nā & eo casu ędificium illi acquiritur, cuius est ipsum solum: cum hic rursus locū habeat naturæ ratio, in præced. uti §. tradita.

b Aedificauerit.] 2 Siue sciens, siue nesciens solum esse alienum, quantum ad ędificij acquisitionem pertinet. Nam quod ad materiam & impensas attinet, distingui soles, num quis mala, an bona fide ędificauerit. De malę fidei ędificatore hic §. loquitur: de altero, §. proxime subsequens.

1 Quia

c l. 6. si pupilli §. si q. s. ff. neg. gest. & l. 46 il lud. ff. de ritu nupt.
d in l. 6. i sin ff. de re. diui. d d. in l. 60. si Tit. ff. acq. re. dom.
e l. 5. si ut certo, § si duob. vehiculis ff. cōmod.
f Vt d. § si duob. vehic.
g l. si. ff. de ver. si.
h l. 1. ff. ad exhibē dum. tacit. d. l. gemma. eo. tit.
i inf. de actioni. §. 1.
K Vt hic in fi. nostri §. & l. vl. ff. ne q d in loco publ. l. 1. C. de ædif. priuat.
l Iuxta l. 23. cū qui ędes & d. l. rei si mixtura. ver. al. ersi. ff. de vsuc. Bar. in l. vlt. i fi. de tig. iniuncto.
m Exemp. d. l. in 16. §. ideoq;. de rei uen.
n tex. i l. 1. & ibi Bar. de tig. iniū cto. gl & Dd. i l. i eo. ff. de do. iter vir. & vx.
o l. 7 tig. ff. ad exhib. l. 62. tig. de ve. sig. l. adeo, §. appel. d acq. rer. dom. d l. i rē act. § 1. tign. de rei vē. & l. 1. de tig. iniū.
p Alci. i l. seri. ff. de ver sign.
q Alc. in l. tigni. de uerb. sign.
r d. l. 1. de tig. iniun. l. 2. § si q s nemine. & l. vl. ne q d i lo. pu.
s l. qui res. § vlt. de solut.
t d. l. cū q ædes. l. rerum mixtura de vsuca.
v d. l. adeo. § il lud. ecce. & d. l. cū qui ędes. & l. 30. quū ni uer. de acqui pos.
x d. l. rerum mixtura § Labeo. vbi B r. de vsucap.
y l. 1. ff. ad exhib.

c *Quia voluntate*] 3 *Nam in suam materiã propria voluntate alienasse, ac domino soli donasse a videtur: & obyci ei culpa potest, quod temere ędificarit in b alieno: adeo quòd taliter ædificãti, si donãdi animum neget, incumbat probatio.* c 4 *Prædicta tamen obtinent, si ædificator nullam domino soli causam habuit, vel possidendi, vel pro sua commoditate ædificandi, secus est si causam aliquam habuit, vt quia sit inquilinus, colonus, emphyteuta: quia datur illi vendicatio materiæ, diruto ædificio: nisi aduersarius probet, donandi animo eum ædificium posuisse.* d

d *Alienata*] *Considerato euentu, qui sequitur: quia actionem non habet.*

e *Non potest*] *Nisi probet se non donandi animo ædificasse.*

§. Certè illud constat.

1 *In alieno bona fide ędificans, materiam non perdit.*
2 *Secus est in malę fidei ędificatore.*
3 *Necessarias impensas quilibet possessor deducit.*
4 *Et quę illi dentur remedia.*
5 *Impensę triplices. Et quæ sint necessarię?*
6 *Vtiles & voluptarię impensę quę sint.*
7 *Vtiles impensę an & quando deducantur.*
8.9 *Voluptarię impensę quatenus deducantur.*

Certè illud constat, si in *a* possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suã esse, nec soluat precium materiæ & mercedem fabrorum, posse eum per exceptionẽ doli mali *b* repelli: vtique si bonæ fidei possessor fuerit, qui ædificauit. Nam scienti alienum *e* solũ esse, potest obijci culpa, quòd ædificauit temere in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

Hic § 1. alterum casum complectitur, nempe quid iuris obtineat, quando ex sua quis materia in solo alieno ędificauit bona fide, nesciens solum esse alienum. Is enim constitutus in possessione ędificij, habet exceptionem doli mali aduersus dominum soli, petentem ędificium, si materiæ ęstimationem, operumq; mercedes soluere recuset. a *Aetiologia est, quia cum bonę fidei possessoris detrimento locupletari contra naturam cupit* b. 2 *Secus est, si mala fide ędificauit: contra quem non videtur esse dolus, etiamsi cũ eius incommodo alter suam rem meliorem pietate* c; *sibi enim imputet, qui sciens in alieno ędificauit: ut & suprà diximus* d.

a *In possessione constituto ędificatore*] *Quia si non possideat nullam ipsum actionem habere,* e *Iulianus respondet.*

b *Repell.*] *Quia vult lucrari cum alienũ* f *iactura.*

e *Alienum esse*] *Ideo hanc exceptionem habet, quia dolus cum dolo compensatur. Et in pari causa melior est conditio domini possidentis.*

Cęterum quia interpretes, communiter in hunc locum, impensarum tractatum congerunt, ut longũ, ita satis intricatum: nos rem in pauca contrahemus. 3 *Et inprimis sciendum est, [impensas] sub triplici esse differẽtia. Aliquę enim sunt [necessarię,] quę nisi fierent, res interiret: vbi necessario rei iam labenti, vel detrimentum minanti, subuenitur: item quę ex consuetudine, sine dedecore omitti non possunt.* g 4 *Alię sunt [vtiles,] quę conseruant quidem & meliorant, sed non erat necessarium quod fierent.* h *Alię sunt [voluptariæ,] quę delectationis & ornandi causa fiunt, fructum tamen non augent.* i 5. *Necessarias impensas quilibet bonę fidei possessor deducit, itemque malę fidei:* k *quia sibi imputaretur, si non faceret.* l *Nisi sint impensę, quę non respiciant perpetuam rei utilitatem, sed solum impendentis pro tempore commodum; tunc enim nemo deducit, sed fructibus imputat.* m 6 *Sed quo auxilio illis subuenitur? Et quidem bonæ fidei possessor necessarias obtinebit iure retentionis, doli exceptione opposita* n *nisi de fructibus collectis tantum consecutus sit, quantæ sunt impensæ; tunc enim compensabit.* o *Malæ fidei possessor necessarias [officio iudicis] consequitur, dum possidet.* p 7 *Vtiles impensas bonæ fidei possessor eatenus deducit, quatenus dominus factus est locupletior, tanquam ipsius negocium vtiliter sit gestum; nisi fortè dominus ipse tales impensas non fuisset facturus, puta quia tam pauper erat, ut rẽ sua, qualis fuisset, erat vsurus, nec curaret praciosiorem facere, ut qui eam venalem nõ haberet; permittetur tamẽ possessori de impenso tollere id, quod sine detrimento domini potest, sibique vtile futurum sit.* q *Quod idẽ & in malæ fidei possessore obtinet. Is enim non aliter vtiles detrahet, quàm sine rei damno: si tamen non a fundamentis construxit ædificium, sed antiquum ampliauit, aut in deterius prolapsurum refecit. Nam si ex fundamentis construxit, sciens se in alieno ædificare, ea specie videtur domino donare, & nihil repetit:* r *nisi tanquam negociorum gestor fecerit, vel dominus is sit, in cuius persona consistere donatio non possit; vt cum vir in hæreditario vxoris fundo ædificat.* s 8 *Circa voluptarias videndum est, an dominus eas aliàs facturus fuisset, quo casu non simpliciter voluptariæ sunt, sed vtilibus comparantur, idemque in vtrisq; iuris obtinet; an non fuisset facturus, & tunc nihil deducit bonæ fidei possessor.* t *Licitum tamen illi est abradere, dum id sine domini dispendio fiat: qua specie audiendus quoq; dominus est,*

a l. 2. C. de rei vend. & §. seq. in fine.
b Bal. in d. l. 2. & l. adeo. §. ex diuers. de acq. rerum do.
c Bar. in l. in illa stip. si calẽ. de verb. obl.
d Ita loquitur l. 2. in fi. C. de rei vẽd. l. 38. in rebus. §. possunt. ff. commo. l. 22 sed addes. §. si inquilinus. & l. 52. dominus. § in cõducto. ff. locati.
e d. l. 2. C. de rei vend.

a Hic & l 1. & 2. §. generaliter. ff de doli mali except.
b l. 14. nam hoc natura. de condict. indeb.
c Argumento l. fi. de dol. mal. except.
d § preced.
e in l. si i area. ff. de cõd. ind. & hic vide Bald.
f l. 2. §. generaliter. de excep.
g l. 79. impẽsæ. ff. de verb. sig. Bar. in l. peculium. in fi. de annuis leg.
h l. 5. quod dicitur. §. vtiles. de impens.
i l. 10. quod si hę res. de impens. Zas. in §. propter retentionẽ. inst. de act.
k l. 5. domũ. C. de rei vend.
l Exem. l. 54. hæres furiosi. de petit. hæred.
m l. 3. & l. se. ipẽ
n l. 14 Paulus. de doli mali exc.
o Tex ĩ l. 32. cęterũ. de rei vend.
p Iuxta Bar. ĩ l. 41 plane. d pe he.
q Ita habes in l. 38. fin. aut. §. in repetita, & l. 39. i fundo. & l. 30. nisi venal. vbi Bar. de rei vend.
r Tex. est in d. l. domum & ibi Dd. C. de rei vend.
s Argum. l. 21. in voluptariis. de imp. & not. in l. filio. de don. inter vir. & vxor.
t l. in volupt. de impens.

est, si tantum soluturus sit, quantum abradenda consequeretur possessor. u *Malæ autem fidei possessor uoluptates omnino perdit, quia donasse eas videtur; si non habuit causam* u *à domino, si in re factæ sint, quæ separationem sui natura non admittat. Si verò sui natura res sit separabilis, permissum est ei, sine* x *damno auferre. Nec enim donasse uidetur, qui auferre potest.* x

u Dixi sup. §. præce. x l. vtiles. de pe tit. hæ.

§. Si Titius alienam.

1 *Plantæ cedunt solo, postquam coaluerunt.*
2 *Et quomodo consequamur earum æstimationem.*
3 *In plantis maior radicis, quàm stipitis habetur ratio.*
4 *Confinium quid?*
5 *Arbor prope confinium posita est communis, & fructus vtrinque partiri debent.*
6 *An liceat incidere radices, quas arbor tua in meum fundum immisit.*
7 *Edictum de arboribus cædendis.*
8 *Arbor gemina quando pro una uel duabus habeatur.*

a Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso, si Titius suam plantam in Mæuij solo posuerit, Mæuij planta erit, si modo vtroque casu b radices egerit; ante enim quam radices egerit c eius permanet cuius fuerat. Adeo autem ex quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur: vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundũ radices egerit, Titij effici arborem dicamus: ratio enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quã cuius in fundum radices egerit. Et ideo d prope confinium arbor posita, si in vicini fundum radices egerit, e communis fit.

a *Vndecimò*] 1 *acquiritur dominium, per plantationem: sicut enim ædificia cedũt solo, ita multo magis plantæ: quæ non tantum a terra sustinentur, sed alimenta quoque ex ea accipiunt, & quasi vitã hauriũt, vt crescant. Tremendo enim terram, vi quadam naturali coalescunt ei.* 2 *Quotiescunque autem planta aliena in alicuius agrum inserta, solo cedit, toties plantæ dominus, si id nesciuerit, vel vtili in rem, uel in factum actione istius arboris æstimationem consequetur, quantiq; sua interest,* b *translatam non fuisse: deductis tamen aut compensatis impensis quas fecit qui arborem bona fide transtulit: ut supra de bonæ quoque fidei ædificatore diximus. Subest enim eadem vtrobique ratio, ideoq; idem ius statuendum.*

b *Radices egerit*] *Tametsi id summa tellure contingat.* c *Dummodò ita solo hæreant, vt inde tota alatur. Aliud iuris est, si radices in vicini fundum non immiserit,* d *quamuis inde alatur.*

c *Eius permanet*] 3 *Idq; ea ratione, quia maior hac specie habetur radicis quam stipitis ratio, cum arbor seu planta à radice uitam accipiat & alatur.*

d *Prope confinium*] 4 *Confinium est locus, vbi vicini agri finiunt, & contermini agrorum limites sunt, quos Græci quriferras appellant.*

e *Communis*] 5 *Adeò vt fructus ex æquo vtrinque partiri debeant: tametsi, recepta consuetudines plerisque in locis aliud ius introducant. Nec otiosè ait textus, [prope confinium:] quia si arbor in uicino quidẽ fundo, non ẽt in confinio posita sit, & si radices aliquot in uicini fundum porrigat, vicino tamẽ nihil iuris est acquisitũ, sed eius permanet, in cuius fuerit ipsius origo. sicque intelligi debet, quod Paulus scripsit* e *[si radicibus vicini arbor alatur, tamen eius esse arborem, in cuius fundo origo eius fuerit:] vt si quercus sit tam annosa, quæ iugerum soli radicibus complectatur: aut æsculus, quæ (vt Plinius scribit* f *) quantum corpore eminet, tantum radice descendit.* 6 *Sed an licitum sit propria autoritate incidere radices, quas arbor tua in fundum meum immiserit? Sanè quando cognouero, radices atque impendentes ramos alienæ arboris, fundo vel ædibus meis officere, illi denunciare possum, vt eas ipse succidat: & consultius agit, qui de eiusmodi denunciatione procuret instrumentum confici publicum* g 7 *Enimuerò si hoc facere neglexerit, permittitur mihi per Prætoris edictum, de arboribus cædendis, non modo radices & ramos, uerum totam arborem meapte voluntate succidere, lignaque succisa tollere.* h *Pari ratione, si quid in alieno ædificatum est, quod nullo iure seruitutis meis ædibus impẽdeat, autoritate propria id tollere prohibeor;* i *nisi præcedente denunciatione.* 8 *Sed nec illud omittendũ: si gemina arbor* k *est, supraq; terram iuncturam eius eminet, unam arborem eam uideri; sed si id quod adiungitur; non extat, totidem arbores esse, quot sint earum species supra terram. Proinde qui accusatur de damno dato in gemina eiusmodi arbore, de uno vel duobus damnis illatis condemnabitur, secundũ quod arbor iudicatur vna, uel plures.* l

a Vt hic in tex. & l. adeo. §. vl ti. & l. seq. de acq. rer. dom.
b Per Porcium hic.
c d. l. adeo. §. vlt. & seq.
d Adde l. idem Pom. §. de arbore. de rei vend.
* d. l. 6. §. vlt. ff. arb. fur. cæs.
e l. 6. si plures. §. vlt. de arb. fur.
f lib. 16. c. 32 na tu. hist.
g Iuxta Ioan. de Pla. hic.
h Tot. ti. de arb. cædend.
i l. 19. quẽadmo dum. §. si per se. ff. ad l. Aqui lia. l. quod con clam. vbi Bar. de dam. infec.
k l. 20. si gemina. arb. fur. cæs.
l Secundum Io. de Platea, hoc loco.

§. Qua ratione.

1 *Sata solo cedunt.*
2 *Discrimen inter serentem bona, uel mala fide.*

I 8 a Qua

a Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt: eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, b solo cedere intelliguntur. Cæterũ sicut is qui in alieno ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi põt per exceptionẽ doli mali, secundum ea quæ diximus: ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse põt is, qui alienũ fundũ sua impẽsa c bona fide cõseuit.

a Tex. est similis in l. 9. qua ratione. de acq. rer. dom.
b in d. l. qua ratione.

a Duodecimò 1 acquiritur dominium satione, quia sata cedunt solo. Vnde si agrum alienum, meo consęuerim nomine, eius seges est, cuius & ipsum solũ, siue hoc bona, siue mala fide contigerit: item siue meo seminantis, siue alterius cuiuspiam tertij frumento fuerit ager seminatus, quod ad sationum acquisitionẽ attinet. Nam & hic locum habet ratio naturæ, in præcedentibus §§. a tradita.

b Solo cedere.] Et per consequens fiunt eius iure naturali, in cuius solo sunt sata. Cæterùm huc omnia referri debent, quæ supra de eo qui in alterius ædificauit area, dicta sunt; nam ea & in nostro themate obtinent, propter similitudinem rationis.

c Bona fide conseuit.] 2 Quod Iustinianus hic bonæ fidei meminit, b Caius omiserat, neque tamen eius alia uidetur vis esse, quam vt crescente adhuc segete liceat dominum agentem repellere, nisi factos sumptus reddat, cuiusmodi exceptio malæ fide serenti non conceditur. Et tamen ex collectis suo tempore fructibus sumptus deducere licet, quos eorum fructuum causa fecit.

§. Literæ quoque.

1 *Scripta chartis cedunt.*
2 *Super imposita inferioribus cedunt.*
3 *Charta à papyro differunt.*
4 *Membranæ quid?*
5 *Communis limitatio ad hunc §.*
6 *Hunc §. hodie non habere locum.*
7 *Bonæ fidei scriptori quomodo hodie succurratur.*
8 *Malæ fidei scriptor nihil consequitur.*

a Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde b chartis membranisue cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur. Ideoq; si in chartis membranisue tuis, carmen, vel historiam, vel orationẽ Titius scripserit, huius corporis non Titius, sed tu c dominus esse videris. Sed si a Titio petas tuos libros, tuasue membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis: poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique si earum chartarum membranarumue possessionem d bona fide nactus est.

a Decimotertio acquirimus dominium iure naturali, per scripturã. 1 Scripta enim licet aurea sint, cum tamen neque artis, neq; sumptus multum exigant, chartis cedunt, ceu fundamento suo. Rationem ex natura colligit a Paulus, [Sed necesse est (inquiens) ei rei cedere id, quod sine illa esse non põt.] Nam & Caius b generali regula traditum esse ait, ut superimposita inferioribus cedant.

b Chartis membranisue] Materias enim ad literarum, memoriæq; usum, humana industria multiplices c excogitauit. 3 Iurisconsulti autem chartas ẽt a papyro distinguunt. d [Papyrus] nanque est, vnde charta præparantur. Hodie non ex papyro, sed ex pannuculis lineis cannabinisq; maceratis, contusisq; cõfici solet. Vbi verò hæc materia expolita est, [charta] nomen e accipit, tametsi vulgò papyrum ẽt uocemus. Accursius f hic ex bombyce fieri chartas autumat. Solent tamen nostri non ex bombicina hodie, sed ex vilissima materia chartas conficere. 4 [Membranæ] verò sunt tenuiores animaliũ pelles, coriũ uidetur crassiorem materiã significare. Iureconsulti certè membranas a corio distinguunt, in scribẽdi vsu.

c Dominus esse uideri] Id est, efficiuntur eius, qui ad acquisitionem domini, cuius sunt chartæ uel membranæ. 5 Sed hoc frequentius ita accipitur, ut tum procedat, vbi charta preciosior est quam scriptura, secus vero est, vbi scriptura pluris æstimanda sit, quam charta superposita, tum enim ex communi sententia, scriptura chartam ad se trahit, sibique cedit per præualentiam. g quod tamen videtur cum textu pugnare, qui de aureis quoque literis meminit, quasi nihil at parum referre, cuiusnã precij scriptura sit, an aurea vel argentea. Verum hoc raro accidit, ut literis scribatur aureis, h nec regulam facile mutare potest, quinimò tollendæ tantum dubitationis causa appositam videtur. 6 Ex quo consequitur, cum hoc tempore semper fere scriptura multo pluris æstimetur quàm charta, hunc §. propter immutatum cursum naturæ, vel consuetudinis non obtinere, sed per præualentiam, chartam scripturæ cedere. Atque ita Azo & post eum Accurs. Faber, & reliqui intellexerunt. i

d Bona fide nactus] 7 Bonæ ergo fidei scriptori datur doli exceptio, si possideat, siu chartarũ possessione excidit, tametsi bona fide impendit in alieno, actionis iure illi nõ succurritur; Fabro k & Bartolo l sic sentiẽtibus: quãuis Accurs. m repugnet, sed malè. Lex n. qua ipse mouetur, de re loquitur, cuius faciliter põt à materia diductio separatioq; fieri. Literæ uerò semel scriptæ, separari sine læsione a chartis nõ põt.

a d. l. in rẽ. §. sed & id quod. de rei vend.
b lib. 2. Inst. ti. 1.
c Vide d. l. librorũ §. chartis. de lega. 3. & l. chartæ. de bo no. pos. sec. ta.
d d. l. librorũ §. chartis.
e Ita Virg. in §. nihil autem. inf. de test.
f Gl. chartis.
g d. l. in rem §. in omnib.
h l. 5. nã ad ea. de legib.
i Tum hic, tũ d. l. in rem. §. sed & id. & in d. l. qua ratione. §. literæ. de acqui. rer. dom.
k Hic.
l l. 39. in fundo. ver. 1. quæro. de rei vend.
m d. l. in rem. §. itẽ quæcũq;.

8. Porrò

8 Porrò is qui mala fide & scienter in aliena charta scripsit, nullo sibi iure consulere potest, sed donasse videtur & impensam & operam suam [n] chartæ domino. Quod tamen iuxta distinctionem supra à me traditam, [o] moderandum est: quia si lituras veteris scripturæ restituet, causamq; habeat a domino, donasse non iudicabitur.

n Argumēto §. certe. i fi. sup. eod.
o §. & ex diuerso sup. eo. tit.

§. Si quis in aliena tabula.

1 *Pictura acquirimus iure naturali rerum dominia.*
2 *Regula, & rei semper cedit id, quod sine illa esse non potest, quomodo accipienda.*
3 *Picturam semper in magno precio fuisse apud veteres.*
4 *Præualentiæ habendam rationem.*
5 *Limitatio huius §.*
6 *De Apelle pictore.*
7 *De Parrhasio pictore.*
8 *Domino tabulæ quare saltem vtilis in rem actio detur, & non directa.*
9 *Penes pictorem est, vel tabulam restituere, vel eius precium soluere.*

a Si quis in aliena tabula pinxerit, *b* quidam putāt tabulā picturæ cedere: *c* alijs videtur, picturam qualiscūq; sit) tabulæ cedere. sed nobis videtur melius esse tabulā picturæ cedere. Ridiculū est. n. picturā *d* Apellis vel *e* Parrhasij, in accessionē vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si a domino tabulæ, imaginē possidente, is qui pinxit, eā petat, nec soluat precium tabulæ: poterit per exceptionē doli mali submoueri. At si is qui pinxit, eam possideat: consequens est, vt *f* vtilis actio domino tabulæ aduersus eum detur. quo casu si non soluat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: vtique si bonæ fidei possessor fuerit ille qui picturam imposuit. Illud enim palā est, quòd siue is qui pinxit, surripuit tabulas, siue alius, cōpetit domino tabularum furti actio.

a Decimoquarto 1 consequimur rerum dominia iure naturali, per [a] picturam: nam qui in aliena tabula pingit, is & tabulæ & picturæ dominus efficitur, quia tabula picturæ cedit [b] Sed qua rōne (inquies) diuersum in scriptura traditur? 2 An non & in pictura locū habet iuris naturalis ratio, quæ dicit, [Ei rei semper cedere id, quod sine illa esse non pōt [c]] Respondeo, hanc iuris naturæ rationem ita intelligendam esse, vt tamen semper ratio præualentiæ habeatur. 3 Et constat, apud ueteres magno in precio semper fuisse picturā. Sic apud Plinium [d] legimus, Aristidis Thebani pictoris vnā picturā sexaginta millibus aureorū regem Attalum licitatum esse, tantidemq; Apellis Venus è mari emergēs ab Augusto æstimata est. quinimò olim, ne mancipia picturam docerentur, perpetuo cautum fuit interdicto [e]. Nec Pamphilus Macedo minoris quenquam docebat talētis annuis decē. Secus aūt erat in scriptura, quia semper fere apud antiquos preciosior charta habebatur, quā scriptura, unde scriptura chartæ cedebat. Hodie uero quia scriptura præualet chartæ, ideo cōi calculo traditū est, præcedentem §. non amplius obtinere, chartamq; scripturæ cedere. 4 Et hoc est quod Paulus [f] intelligit, [in omnibus eiusmodi casibus, rē alicuius preciosorem, per præualētiam alienam rem trahere ad se, vt semper inspiciatur quod est preciosius.] Itemq; Imperator hoc loco sentit, per rationem in textu appositam, ubi notanter mentionem facit de nobili Apellis vel Parrhasij pictura, (quorum & Plinius [g] meminit) deq; uili tabula. Ex prædictis igitur concludendum est, hodie tam in scriptura, quā in pictura preciosiori cessionem semper fieri. 5 nisi res [h] cui pictura superponi cedere. Debet ergo textus noster de pictura rei mobili superposita intelligi [i].

a Vt hic in text.
b Cone. d. l. qua ratione. §. sed nō vti. de acq. rer. dom.
c l. in rem. §. sed & id quod. de rei vend.
d Lib. 35. c. 10. & lib. 38. cap. 7.
e Plin. d. c. 10.
f d. l. in rem. §. in omnibus.
g Lib. citato.
h Arg. hic.
i d. l. in rē. §. sed & id quod.

b Quidam putāt] Sic enim Paulus iurisconsultus censuit, ea ratione naturali, quia semper necesse est, ei rei cedere id, quod sine illa esse non potest, sed pictura sine tabula subsistere non potest, ergo pictura tabulæ cedet, ceu fundamento.

c Alijs videtur] Ea naturali ratione, quia semper preciosius debet cedere uiliori. Sed constat picturam preciosiorem esse tabula, ergo tabula picturæ cedet.

d Apellis] 6 Fuit hic natione Cous, artis Graphicæ peritissimus, a quo solo pingi voluit Alexander Magnus.

e Parrhasij] Fuit hic Ephesius, qui primus symmetream picturæ addidit, & linteum pictum protulit, quod ipsum Zeuxidem fefellit, existimantem verum id esse linteum, quò pictura tegeretur. Huius meminit etiam Plinius lib. 35. cap. 9. & 10.

f Vtilis actio] 8 Scilicet in rem, directā enim habere non pōt, quia [l] illa datur tantum domino, hic autem amplius non est dominus tabulæ, sed pictor, datur itaque ex interpretatione & æquitate vtilis actio in rem, ne scilicet pictor locupletetur cum alterius iactura. 9 Quo casu audiendus quoque est pictor, si soluto tabulæ precio, imaginem retinere malit. Semper enim, si inter tabulæ dominum vendicatorem, & eum qui bona fide pinxit, hac de re cōtrouertitur, præferendus est pictor domino, si precium tabulæ paratus sit exoluere, vt rectè Accursius, [K] & Henricus de Pyro censuere, quia cū directā uendi

K Vterq; hic, Accurs. i gl. mag. post medium.
l l. inuitus. §. cui damus. de reg. iuris.

cationem habeat, etiam contra tabulæ dominum & possessorem: multo magis cōtra utiliter tantum uindicantem exceptionem habere debet. l

§. Si quis à non domino.

1 *Perceptione fructuum acquirimus rerum dominia, iure naturali.*
2 *Bona fides veritati comparatur.*
3 *Quasi dominium explicatur.*
4 *Ea sola traditio transfert dominium, quæ ex iusta causa procedit.*
5 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habet.*
6 *Effectus quasi dominij.*
7 *Fructus sunt duplices.*
8.9 *Qui fructus restitutioni subiaceant.*
10 *Malæ fidei possessor omnes fructus restituit.*
11 *Quid de ipsius hærede.*

a Si quis autem à non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliaue qualibet b iusta causa æquè c bona fide acceperit: naturali ratione placuit, fructus quos d percepit, eius esse pro cultura & cura. Et ideo si postea dominus e superuenerit, & fundum f vendicet, g de fructibus ab eo consumptis agere h non potest. i Ei verò qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est. itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, K cogitur restituere.

a *Decimoquintò 1 iure naturali nanciscimur rerum dominia, perceptione fructuum ex re aliena, quā bona fide, hoc est, illæsa conscientia possidemus,* a *Sed vnde colligitur ratio naturæ? Primum ex eo, quia percipiens fructus ex re aliena vtique possidet: possessio autem aliquid efficere debet.* b 2 *Deinde quia bona fides veritati comparatur.* c *Denique quia cultura & labore manuum acquisiuit* d.

b *Iusta causa] Et ad transferendum dominium habili titulo.*

c *Bona fide acceperit] Sicq; fundi quasi dominium nactus fuerit. 3 Habet enim [quasi dominium] is, cui a non domino, quem credidit esse dominum, res aliqua ex iusta causa tradita est. Dixi, [quem credidit dominum. Nam qui sciens rem à non domino accepit, et ex iusta causa, nec dominium, nec quasi dominium eius rei consequitur. Addidi, [ex iusta causa]. 4 Quia non omnis traditio promiscuè transfert dominium: sed ea tantum, quæ procedit ex iusta causa, siue titulo, puta emptionis, permutationis, donationis, & id genus alijs. Ob id autem quasi dominium consequitur accipiens à non domino: quia cum tradens non sit dominus, non pōt accipientem eius rei dominum facere. 5 Regula enim iuris est, [neminem plus iuris in alium transferre, quam ipse habet* e *Transfert enim in accipientem saltem quasi dominiū. hoc est, opinionem, qua se putat bona fide esse dominum; quæ quidem opinio operatur: deinde verum dominium, si per tempus a lege præscriptum res possessa* f *fuerit. 6 Cæterum officia siue effectus quasi dominij sunt, vsucapere, præscribere, & tueri se à petitione hæreditatis, & Publiciana actione experiri. Priora duo locum habent, cum quasi dominus possidet rem: postremum,* g *cum non possidet.*

d *Percepit] Id est, qui à solo separati sunt quoquo modo: nam & si alius id fecerit, ei acquirit: sicut infra mox dicemus in §. proximè sequenti.*

e *Superuenerit] Subaudi, ante completam usucapionem.*

f *Vendicet] Id est, rei vendicatione petat.*

g *De fructibus] 7 Duplices sunt fructus in Legibus. Primū [naturales, qui vi et beneficio naturæ principaliter, non diligentia & opera hominis proueniunt, vel quos natura sua sponte producit, ut arbores, poma, pyra, nuces, fænū, item lac, pilus, lana, agni, hœdi, vituli, equuli, suculi & id genus alij: deinde [industriales.] qui non sua sponte proueniūt, sed in quibus cura & industria hominis opus est: quales sunt, qui appellatione frugū cōtinentur, vt est frumentū, uinū, oleum: quibus annumerātur & reditus ac pēsiones, ex colonorum cultura* k *prouenientes. 8 Naturales fructus bonæ fidei possessor cogitur restituere, si extant adhuc, & a solo separati sunt: quiā non ex facto operaue eius nascuntur.* l *Sin verò nō extant, sed consumpti sunt, æstimatio eorū petitur cōdictione sine causa, si factus sit inde locupletior: nt quia uel preciū habet, vel tantundem de suo fuisset erogaturus* m *: alias si inde non sit factus locupletior, non tenetur restituere, sed bona fides eum excusat.* n *Cæterum fructus qui adhuc pendent, bonisq; connexi adhærent, restituendi sunt, & fundum sequi debēt: quia pars fundi videntur* o. *9 fructus industriales si extant, & à solo separati sunt, summo iure efficiuntur bonæ fidei possessoris; nec uēdicari possunt. Separati aūt a solo intelliguntur, si eas bonæ fidei possessor inhorreū, domumue suam inuexerit, aut saltem a solo auexerit. Eos tamen officio iudicis possessor restituere cōpellitur,* p *nisi huius officij implorationi præscriptū sit.* q *Si uero cōsumpti sunt, eos lucrifacit poßessor, & (ut Paulus: ait) [loco domini pene est.]*

h *Agere non potest] Hoc est, fundum vendicando non poterit fructuum bona fide consumptorum nomine*

a Vt hic. & l. bonę fidei empt. 48. nunquā nuda. 31. i pr. de acq. rer. dom.
b l. 20. traditio. de acq. re. do.
c l. 58. bona fides de reg. iur.
d l domū. 5. C. de rei vend. l. 44. fructus pēdētes. ff. eo. & l 14 Iulianus. §. fructus. de actio. emp.
e l. 55. nemo plus de re. iur.
f Sicut inf. in tit. de vsuc. dicetur.
g Vide quę dixi in §. nāque si cui. inf. de act.
• l. qui scit. §. pen. de vsur. l. bonæ fi de ac qui. rer. dom.
h l. 26. & ex diuerso de rei. ven.
i l 76. frugē. & ibi Alc. de ver. sign. d. l domū de rei vend.
K Alc. in d. l. frugem.
l l. 45. fructus. de vsur.
m l. certum. 22. C. de rei ven. l. si & me & Titiū. si cert. pet. glo. & Bar. in d l. & ex diuer. de rei vend.
n Ita loquitur. l. bonæ fides 48. de acq. rer. do.
o l. 45. & l. fructus de rei vē. & l. si pēdētes. de vsufruct.
p l. certū 22. §. bonæ fidei. C. de rei ven. gl. d l. & ex diuerso. Ang. hic.
q Iuxta gl. in l. sequitur. §. fructus. de vsuca. d. l. bona fidei facit l. 46. eius. de rei vend. l. qui scit. de vsucap. glo. d. l. & ex diuerso.

mine, iudicis officium implorare; quod certe poßet pro fructibus adhuc extantibus, non tamen propria aliqua actione, sed solùm per implorationem officij iudicis: quod cum principali iudicio s constat.

i *Ei vero qui.*] *Malæ fidei possessor, qui prædo est, & nullam possidendi causam habuit, tenetur indistincte omnes fructus, tam naturales quam industriales restituere, seu illi exstantes seu consumpti sint, quamuis non sit factus locupletior t quinimo de percipiendis etiam, hoc est, quos diligens paterfamilias u colligere potuisset, obligatur: quanquam si habet aliquem titulum, saltem coloratum, de percipiendis eum excusari plerique u malint.*

b *Cogitur restituere.*] 11 *Secus tamen est in ipsius hærede. Is enim, si non pariter malæ fidei fuerit, suos faciet x fructus. Nam vt noceat defuncti malæ fides vsucapioni; non nocet tamen y fructuum perceptioni, hic enim non ius, sed præsens duntaxat factum spectamus.*

s arg. l. 4. C. de po.
t d. l. certum. & l. si vrbana. de co di. indeb.
u Glo. hic. & in d. l. & ex diuer so. in fin. glo. mag. & l. fundum. & vtrobique Bart.
x l. vnic. §. 1. si ven no. mul.
y l bonæ fid. §. in contrariũ. de acq. re. do

§. Is verò ad quem.

1 *Sicut possessor bonæ fidei, ita & fructuarius, industriales fructus lucratur.*
2.5 *Fructuarius & bonæ fidei possessor in quo differant.*
3 *Fructus quando dicuntur percepti esse.*
4 *Fructus fortuito in terram decidentes, cuius?*
6 *Fructus necdum percepti ad hæredes, fructuarij cur non pertineant?*
7 *Fructuarius & colonus differunt.*
8 *Colonus quis?*
9 *Coloni duplices.*

a Is verò ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm si ipse eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit; ad hæredes eius b nõ pertinent, sed domino proprietatis acquirũtur. Eadem c fere & de colono dicũtur.

a *Præcedenti §. dictum est, quòd perceptione fructuum dominium acquiritur iure naturali: hic eundẽ acquirendi modũ diffusius prosequitur Imperator.* 1 *Sicut enim bonæ fidei poßeßor industriales fructus pro labore & industria suos facit: sic quoque vsufructuarius, itemq; colonus.* 2 *Differt tamen fructuarius a bonæ fidei possessore: quia fructuarius nõ lucratur fructus nisi perceperit: bonæ aũt fidei possessori cedunt fructus, a quocunque percepti fuerint:* 3 *Percepisse autem tum intelligũtur, cum uel ipsius nomine alius eos collegerit, aut decerpserit, etiamsi in horreum nondum sint reconditi.* a 4 *Quod si qui fructus casu, uel ob maturitatem sine adminiculo hominis in terram deciderint, fructuarij non sunt. Quod tamen Baldus verum censet, nisi casu decidentes amoueat, uel recondat in horreum.* 5 *Alterum discrimen est, quod fructuarius omnes fructus lucrifacit, tam naturales quàm industriales, siue consumpto; siue extantes: quos etiam ad suos hæredes transmittit, si modo eos percepit.* b *Secus est in bonæ fidei possessore: huic enim industriales tantum cedunt, naturales verò extãtes, a domino uendicari c possunt.*

b *Non pertinent.*] 6 *Idq; duplici rõne: tum quia fructus pendentes, necdum à solo separati, per se nõ censentur, sed pars fundi uidentur d tum quia vsusfructus est seruitus personalis, & unà cũ persona extinguitur. e*

c *Ferè.*] 7 *Dicitur in textu* [*ferè*] *ad significandam differentiam inter fructuarium & colonum. Nã fructus sunt coloni, à quocunque decerpti sunt; f secus in fructuario. Deinde colonus trãsfert fructus cõductos ad hæredes: id quod fructuarius nõ facit, quia morte ipsius finitur usufructus ut suo g loco dicemus.* 8 *Dicitur aũt* [*colonus,*] *qui prædiũ rusticũ colit, siue in ciuitate, siue in uilla: quia nõ locus, sed materia quæ conducitur, colonũ facit. differtq; ab inquilino, qui conductor est urbani prædij.* h 9 *Sunt aũt coloni sub duplici differentia: aliqui dicuntur* [*coloni*] *proprie, qui agros suscipiunt solẽdos nũmis, dant pensionem in pecunia numerata: alij dicuntur* [*coloni partiarij,*] *qui colunt agros, & dant mercedẽ partem fructuũ: unde &* [*partiarij*] *dicuntur, quia scilicet dominus & colonus in partẽ fructuũ i uocãtur.*

a l. si vsufruct. 13. & ibi Bal. quẽad. vsufruct. amit.
b l. vsufructu legato. de vsufr. l. 7. si pendentes. hoc tit.
c l. fructus. de vsu.
d d. l. si pend. de vsufru.
e §. finitur, infra de vsufru.
f tex. in l. 26. si apes de furt.
g l. 37 re pig. de acqui. poss.
h In §. vlt. inf. de vsufru.
i De his loqtur tex. in l. 28. si merces, § vis maior. lo. ti.

§. In pecudum.

1.2 *Fructus appellatione quid veniat.*
3 *Lana quid?*
4 *Agni, hædi, uituli, suculi.*
5 *De suculis stellis.*
6 *Ratio, quare partus ancillæ in fructu non sit.*

In pecudum a fructus b etiam fœtus est, sicuti lac, c pilus, & lana. Itaque d agni, e hædi, & f vituli, & equuli, & g suculi statim naturali iure dominij fructuarij sunt. Partus vero ancillæ h in fructu non est. Itaque ad dominum proprietatis pertinet. Absurdum enim videbatur, hominẽ in fructu esse: i cum omnes fructus rerum natura, gratia hominis comparauerit.

Totus ille locus ad verbum descriptus est ex Caii libro 2. Rer. Quotidianarum: nec minus pertinet à bonæ fidei possessorem, quàm fructuarium, sicut ibidem Caius indicat.

a *Fructu]* 1 *Fructus in stricta significatione omne id quod fertur, modo renasciturum sit, appellatur:* a *(qui à ferendo, Varrone teste, deducti sunt* b *) vt fructus arboris est, quod ex arbore nascitur:* c *fructus fundi, quod ex fundo:* d *siue sint lapidicinæ,* e *siue arbores, modo cæduæ* f *sint: siue venatio modo fructus fundi ex venatione constet.* g *sive fructus pecudum sunt, fœtus, & similia quæ renasci solent:* h *ut lac, pilus, lana. Atque ita in hoc § hæc vox accipitur. Sunt tamē & aliæ largiores huius vocis acceptiones:* i *quas, quia huc proprie non spectant, prætereundas duxi.*

b *Etiam fœtus est]* 2 *Vides ergo appellatione fructuum venire etiam fœtus animalium, & per consequens pertinere ad vsufructuarium, bonæq; fidei possessorem.* K

c *Pilus & lana]* 3 *Lana est, quæ de ouibus deciditur, à Græco λῆνος deciditur, seu λῆνος vt Doribus quod & [Lanam] significat. vt ex Polubio & Callimacho* l *Varro probat.*

d *Agni]* 4 *Sunt fœtus ouium.*

e *Hœdi]* *Hœdus est animal ex capra genitum.*

f *Vituli]* *Fœtus ex vaccis.*

g *Suculi]* *Diminutiuum est à sue: & dicuntur suculi, quod ex suibus seu porcis progignantur Plautus in fœminino genere vtit. in Rud. [Quin tui die recta cum sucula & porculis.* 5 *Suculæ] sunt ēt stellæ, quæ alio nomine vocantur Hyades, a pluuia. Nā & orientes & occidentes tempestates & pluuias cient. Exoriuntur 12. Kalendis Iulij Cic. lib. 2. de Natura deorum; de Tauro signo Cœlesti: [Eius caput (inquit) stellis conspersum est frequentib.] Has Græci stellas Hyades vocitare consueuerunt, a pluendo ὕειν enim est pluere, nostri imperite suculas dicunt, quasi a suib. essent, non ab imbrib. nominatæ.*

h *In fructu non est]* *Videtur tamē esse: quia & ancillæ partus renascitur: postq; & seruorum & ancillarum vsusfructus constitui, nec quicquam videntur a reliquis animantib. discrepare:* m *Nam & possidentur, & legātur, & vēduntur, & permutantur.* 6 *Sed contrarium disponitur propter hominis dignitatem, in cuius gratiam Deus opt. max. omnia creauit. Sic enim Moyses scribit, Deum statuisse, vt homo omnium animantium princeps esset: & in eius vsum omnia sunt condita. Quod & Gentilibus non fuit incognitum, vt est apud Ciceronem libro 1. de Legibus libro 2. & de Natura Deorum, totum hunc locum vberius tractat.*

i *Cum omnis fructus]* *Idq; ex Bruti* n *sententia obtinuit.*

a l. 8. diuortio §. si vir. sol. mat.
b Copus tra. de fructibus. li. 3. c. 3.
c l. 1. de fruct. & lit. expen.
d l. 10. & ē si fundi. in prin. de vsufruct.
e d. § si vir.
f d. l. diuortio. §. si fundum.
g l. vsufructuariū venari, de vsufruct.
h l. venationem, de vsur.
i Lorio tract. de fru axio. 3. & 4. Copus vbi sup.
K Vt hic, & l. pecudum. de vsu.
l de lingua lat. l 4.
m §. cōstituitur. in f. de vsuf.
n l. vetus fuit. de vsuf. & ē apud Pau. I C. lib. 3. Sen. ti. 1. & Cic. li. 1. de fi.

§. Sed si gregis.

1 *Qui habet vsumfructum gregis, tenetur submittere ex fœtibus natis, non aliunde.*
2 *Grex & armentum differunt.*
3 *Idem locum habet in vsufructu vineæ, vel fundi alicuius.*
4 *Fructuarius gregis satisdare tenetur.*

a Sed si b gregis vsumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere debet: (vt & c Iuliano visum est) d & in vinearum demortuarum vel arborū locum, alias e debet substituere. Recte enim colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

a *Thema]* *huius §. est, Concessi tibi vsumfructum gregis ouium centum, euenitq; vt triginta oues morerētur, & quinquagenta nascerentur, trigīta ex his, priorib. dēs addere, vt datū tibi numerū cōserues, et ita reliquis viginti tuas facies.* 1 *Quum enim relicto alicui gregis, armenti vel equitij vsufructu, gregegro manente, fœtus vsufructuario acquirantur: conueniens est, vt in demortuarum vel inutilium pecudum locum, ex agnatis, saltem fœtibus (non etiam aliunde) teneatur submittere, quæ, Angelo testante, receptior est interpretum* a *sententia. Eaq; substituta capita, statim domini fiunt, sicut domini priora. Sed quod dictum est debere eum submittere, toties verum est, quoties gregis vel armenti, vel equitij, idest, vniuersitatis vsusfructus* b *legatus est, cæterum si singulorum capitum, nihil supplebit.*

b *Gregis]* 2 *Grex latius patet, quam armentum, siquidem tam maiorum quam minorum est animalium, armentum autem maiorum tantum. Quot autem capitibus constet grex in singulis animantium generibus,* c *alibi traditur.*

c *Vt & Iuliano]* *Cuius rescriptum non extat, nisi quod vlpianus* d *testatur, eū scripsisse, fœtū qui submitti debeat pendere dominium, vt si submittātur, sint proprietarij, si non submittantur, vsufructuarij.*

d *Et in vinearum]* 3 *Si vineæ tibi, aut etiam fundi vsumfructum cōcessi in locum demortuarū, vel senio confectarum vitium, & in locum laborantium vel deiectarum arborū, alias subserere teneris. Oportet enim te recte, & vt virum integrum decet, fundum colere, cuius tibi vsusfructus concessus est, & ita versari, vt optimus paterfamilias versaretur. Quod Zasius* e *ita accipit, nisi arbores sint vi deiectæ, quo casu ad subserendum alias compellendus non est.*

a per l. 11. plerūque. §. si serui de iur. dot. ff. l. 75. vetus in fi. de vsufr.
b De his & aliis huc pertinētibus vide d. l. vetus. § fin. cum duab. ll. seqq.
c In l. oues. ff. de abige.
d l. quid ergo ff. de vsuf.
e In parat. de vsu, in 4. punct.

e Debet

e Debet] 4 *Quinimo & ad satisfationem vrgeri fructuarius potest, quod fruiturus sit arbitrio boni ui f reuiji hoc illi f remittatur.*

f l.j.& ibi gl l.si cuius.cũ l.seq. de vsufruct.

§. Thesauros.

1 *Inuentione thesauri acquirimus dominium.*
2 *Et qualiter hoc procedat.*
3 *Thesaurus quid?*
4 *Thesaurus donum fortuna.*
5 *Thesaurus arte magica inuentus cuius fiat*
6 *An Theusaurus pro thesaurus legendum sit.*
7 *Locus suus, locus Alienus.*
8 *Si concurrunt in petendo thesauro, directus & vtilis dominus, quis præferatur:*
9 *Thesaurus data opera inuentus, non fit inuentoris.*

a Thesauros, quos quis *b* in loco suo *c* inuenerit, *d* diuus Hadrianus, naturalem æquitatẽ secutus ei cõcessit, qui eos inuenerit. Idẽq; statuit, si quis *f* in sacro aut religioso loco, fortuito casu inuenerit. At si quis in alieno loco, *e* non data ad hoc opera, sed fortuito inuenerit: dimidum domino soli cõcessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco inuenerit: dimidum inuentoris, & dimidium Cæsaris esse statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, vel publico, vel ciuitatis inuenerit: dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, vel ciuitatis.

a Decimosexto] 1 *acquiritur dñium iure naturali, per inuentionem thesauri. Interest tamen, an quis in suo loco inuenerit, an in alieno, 2 Nã thesaurum in suo loco inueniẽs, totum facit suum, si vero in alieno, non data ad hoc opera, tunc eũ acquirit pro dimidia. a Ratio naturæ colligenda est ex his, quæ dicta sunt supra, de occupatione & inuentione rerum quæ nullius sunt. 3 [Thesaurus] quippe est vetus quedã depositio pecuniæ, cuius nõ extat memoria, vt iã dñum non habeat. Sic.n. fit eius qui inuenerit, quod nõ b alterius sit, alioqui si quis vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ cõdiderit sub terra nõ est proprie thesaurus, b cuius etiam furtum fit. quoniam eius est possessio & proprietas, qui recõdit. c Itaq; cũ hic ius naturale, hoc est diuinum tractemus quo distribuũtur rerum dominia. recte in textu dicitur. [Inuentionẽ thesauri in alieno loco eam esse accipiendam quæ fortuito contingat, non data opera.] Natura.n. nõ patitur, vt aliquid concupiscas ex alieno, præmeditato consilio 4 Vnde sicut Leo Imp. [thesaurum] beneficium Dei apoellat, interpretaturq; [thesaurum] mobilia cõdita ab ignotis dominis, tẽpore d vetustiore, sic Thryphonius e appellat thesaurum donum fortunæ. f 5 Multo magis autem hoc dicendũ est, si quis arte magica puniendisq; sacrificiis & incantationib. vtitur thesauri inueniendi causa. Thesaurus nãq; eo modo inuentus quocunq; in loco, inuentoris non fit, sed ærario applicatur, & qui inuenit, tãquã malus & maleficus g capite plectitur. Cæterum Græci θησαυρὸν dicunt pecuniam, quam quis in numerato, & ad casus repentinos repositam h habet. 6 Quod autem in Pandect s Floren. perpetuo legitur [thesaurus,] hoc neque Caper Grammaticus, neque Donatus probant, nam [Thesaurum (inquit Donatus) veteres secundum Græcos sine litera .n. proferebant.*

b In loco suo) 7 *Locum suum intelligere oportet, in quo inuentor habet directum, vel saltem vtile dominium, i quale habet emphyteuta, vasadus, superficiarius, k Alienum vero locum accipe, in quo inuẽtor aut nihil plane iuris habet, aut est creditor iure pignoris, vel vsufructuarius. l 8 Quod si in petendo thesauro concurrant directus & vtilis dominus aduersus extraneum inuentorem, tunc præferetur vtilis dominus, sicut & is qui legitime vsucepit, sicque hoc casu præfertur vtile dominium directo. m*

c Inuenerit] *Inuentum dicimus, quod etiam adprehensum est, ante.n. n adprehẽsionem non dicimur possidere. Cæterum nihil refert, o an nos ipsi inuenerimus, an ii qui in nostra sunt potestate.*

d In sacro] *suo.s. & proprio, sicut fas erat olim priuatos cuique habere proprium locum authoritate publica sacrum. idem & de vocula in textu (aut Religioso) intelligẽdum est. Cæterum aliud fuerit p de publico sacro, vel religioso loco, quia dimidia pars ex his fisco vendicabitur.*

e Non data] 9 *Quia data ad hoc opera inuenerit, totus thesaurus domino soli vel fundi restituitur.*

a Vt hic in tex. & l.si is qui in aliena. 63. de acq.rer. dom.
b l. 31. nunquã §. thesaurus & acq.rer. do. l. j C. de thesauris, lib. 10. & l. peregr 44. de acq. poss.
c l. 67. a tutore. de rei ven.
d d.l.1.
e in d.l. si quis ĩ aliena. §. vlt.
f Vide de hoc in l.3 §. vl. de iure fisci, & d.l. j C de thesa.
g d.l.1 & l. nemo C de malef. & mathe.
h Vide Alci. l. 4. de verb. sig. & Ferra. hi.
i l.4. si ager vect.
K l. pen §.1. qui sati'd. cog.
l d l. si is qui §. qd si seruus & § quod si creditor. de acqui. rer. dom.
m l. 27. in caulæ. in fi. de proc. vbi Bart. bene docet.
n l. 3 §. Neratius de ac. rer. do. e
o d l si is qui. de acq. rer dom.
p l.3. § si in locis de iure fisc.

§. Per traditionem.

1 *Traditione consequimur dominia iure naturali.*
2 4 *Quæ ad traditionem requiruntur.*
3 *In incorporalibus patientia habetur loco traditionis.*
5 *Traditione vt transferatur dominium, requiritur causa.*
6 *Ridicula Accursij consideratio.*

7 *In re sua quilibet est moderator & arbiter.*
8 *Res mobiles & immobiles diuersimode traduntur.*

a Per traditionem quoque iure naturali res nobis acquiruntur: *b* nihil enim tam cõueniens est naturali æquitati: quam uoluntatem domini, volentis rem suam *c* in alium transferre, ratam haberi, & ideo, *d* cuiuscunque generis sic res corporalis, tradi potest, & a domino tradita alienatur. Itaque st ipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem *e* sti diaria & tributaria prædia, quæ in prouinciis sunt: inter quæ, nec non & Italica, prædia ex nostra constitutione nulla est differẽtia, sed si quidem ex causa, aut dotis, donationis, aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur.

a Decimoseptimo 1] nanciscimur titulum possidendi, & ex eo dominium iure naturali, per traditionẽ: 2 qua vt valida sit & per eã transferatur dominium, plura sunt necessaria. Primum, vt is qui tradit, dominus sit rei traditæ. nam si dñs non est, dominium quod non habet, transferre nõ potest. a Deinde, vt tradens in animo habeat, transferre dominium in re quam tradit: idq; ad differentiam commodati & depositi i. Nam his in rebus qui tradit, dominus est: sed tradit, sperans paulò post se recepturũ. Tertio, vt corporale sit id quod traditur. 3 Incorporalia enim (vt sunt seruitutes) cũ tactum effugiant, traditionẽ non recipiunt, sed in his patientia habetur loco b traditionis. Is enim dicitur tradidisse seruitutẽ, qui patitur me ire, agere, vti, frui. c 4 Quarto, vt res non sit prohibita alienari, quia non sacra, non dotalis & c. alias licet sequatur traditio, dominium tamen non d transfertur. 5 Quinto & vltimo, vt iusta tradendi causa subsit, quę translationi dominij sufficiat, siue vera sit, siue contrahẽtium credulitate pro vera existimetur. e Nec dicat quisquam superfluè id requiri, cum si nulla causa adsit, præsumatur f donatio: quia id solum eo casu procedit, quo res consulto data gestu: in dubio autem receptius est, vt tali casu error præsumatur. h Nam & si ex una causa ego rem tibi tradam, tu ex alia recipias, dominium nõ trãsfertur. i Idem si nummos meos ego tibi tradam, quasi tuos. K Idem, sit liquido cõstet, me hoc animo tradere, ne vllum tibi dominiũ quæratur. l Idem deniq; si tu, cui pecunia a me numeratur, sis malæ fidei. m

b Nihil enim tam conueniens] 6 Imò (obijcit Accurs.) Deo seruire est cõueniẽtius. Lepida mehercle obiectio. An non verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, in qua proferuntur? n Si aũt materiam subiectam expendis, loquitur hic Imperator de acquirendo mũdanarũ rerum dominio: qua in materia ad naturalem æquitatẽ nihil propius accedit, quam domini in hoc traditio, exprimẽtis ipso actu voluntatẽ dominij trãsferendi. Pietatem vero erga Deum, quæ omnium rerum maxima esse dẽt, huc trahere, prorsus extra rem est. Porrò optimè huc quadrat quæ Cicero in oratione pro Cecina refert. [Hæc sunt (inquiens) firmissima fundamẽta nostræ ciuitatis, sui quemq; iuris & dimittendi, & retinendi esse dominum:] 7 Sicut & Cõstantinus o rescripsit suæ quemq; rei & moderatorem esse, & arbitrum. Et p Caius ait, [iniquum esse, ingenuis hominib. non esse liberam rerum suarum administrationem] Idsoque traditum est q iniuriarum actionem aduersus eum dari, qui non sinit me meis rebus vti meo arbitratu.

c In alium transferre] Alioqui præcluderetur vsus & utilitas omnium rerum, si simel occupatæ possesiones manerent semper apud eundem: nec mutua voluntate ab vno ad alium tranferri possent.

d Cuiuscunque generis.] Cum mobilis sit, siue immobilis, dummodo commercijs non fuerit exẽpta, nec eius sit interdicta alienatio. 8 Caterum res mobiles manu traduntur: immobiles tunc intelligũtur tradi cum quis in earum possessionem inducitur, etiam non vacuam. Quanquam n. ad possessionis acquisitionẽ requiritur vacans possessio; tñ ad dominij acquisitionem nihil refert, possessio vacua sit, an minus. r Neque etiam opus est, singulas rei immobilis partes ad prendere, vel omnes glebas circumambulare: sed sufficit quamlibet eius partem introire: dummodo ea mente hoc fiat. vt quis totum fundum possidere velit s Nihil quoque interest, vtrum dominus ipse per se tradat alicui, an eius voluntate alius. t

e Stipendiaria) Nihil refert, quale sit id, quod a domino traditur, siue prædium Italicum, siue possesiones stipendiariæ aut tributariæ. Quæ aũt fuerit olim inter hęc tria differentia (quã Iustinianus hodie sua constitutione u sustulit (& appellationis huius inde fluxerit occasio, Theophilus hoc loci vbertim, refert quem Tyrones iuris legere possunt.

a l. 20. traditio. § prin. de do. ac. rer. ar. l. nemo plus 55. de reg. iuris.
b l. 43. seruus de ac. rer. do.
c l. quoties. de seruit.
d l. 9. qua rõne. §. hæ quoq. de ar. rer. do.
e d. l. nunquã. dict. tit.
f l. Ca. de op. li.
g l. 54. cuius, de reg. iuris.
h Alc. in l. a Titio. de ver. ob. Alc. in l. traditio. C. de pac.
i l. si ego. si cer. pet.
K l. 3. §. pen. de cond. ob. cau.
l Glo. hic.
m l. 45. si. iussu. §. 2. & l. fals*. 44. in pri. de fur.
n l. 16. ex conducto. §. Papinianus li. 4 loca.
o l. 33 in re mãdata. Cod. mã.
p l. 2. ff. si a parquis manum.
q. in l. iniuriarũ actio neq;. §. si quis me. ff. de iniu.
r l. 16. si fũdum de fũdo dota. Dd. hic, & il. 3. de acq. pos. Bar. l. 2. §. j. de act. emp.
s d. l. 3. in prin.
t d. l. qua rõne §. nihil, & §. seq. inf hocti.
u l. j. C. de vsuc. transf. & sub. dist.

§. Venditæ.

1 *Emptione acquiritur dominium iure naturali.*
2 *In emptione non transfertur dominium, nisi soluto precio.*
3 *Dominium in venditione, & gentium & ciuili iure transfertur.*
4 *Venditor quando dicatur emptori fidem habuisse de precio.*

a Venditæ verò res, & traditæ, non aliter *b* emptori acquirũtur, quã si is venditori preciũ soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti *c* expromissore aut pignore dato, qd quantũ cauetur *d* ex lege 12. tab. tamẽ rectè dicitur, & iure gẽtiũ, idest, *e* iure naturali id effici. Sed si is qui vẽdidit fidem

fidem f emptoris secutus fuerit: dicendum est statim rem emptoris fieri. Nihil g autē interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an uoluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit. Qua ratione, si cui libera uniuersorum negociorum administratio permissa fuerit a domino, isque ex his negociis rem uendiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis.

a Decimooctauo] 1 iure naturali seu gentium consequimur rerum dominium, per emptionem, non tamē aliter, nisi precium uenditori solutum sit, aut satis eo nomine factum, aut fides de eo habita. 2 Ac in hoc differt emptio a reliquis causis, siue titulis, quod in ea non transfertur rei uenditæ dominium, utcunque res tradita sit, nisi soluto precio. In aliis uerò causis, puta donationis, dotis, & similibus, is qui tradit, dominium statim in accipientem transfert. Vnde est, quod si uenditor, quasi mox precium conuentum accepturus emptori rem tradiderit, & is uenditori non satisfaciat, rem uenditam possit a uendicare; uel nondum traditam loco pignoris retinere, donec precium soluat.b Dixi, loco pignoris, quoniam pignus propriè non est, sed quasi c pignus.

b Emptori acquiruntur] Pleno scilicet, solidoque dominij iure.

c Expromissore] Puta, quia emptor pro se alium dederit, qui precium soluere repromiserit, aut etiam pignus pro precio præstiterit, hoc tamen ex uenditoris uoluntate d.

d Ex lege 12. tab.] Sicque ille modus uideatur esse iuris ciuilis, Voluit enim Iustinianus occurrere tacitæ obiectioni eorum, qui putare quirent, hæc non debito loco tractari, cum hic agatur de acquirendarum rerum modis ex iure gentium. Porrò hæc lex XII. tab. cuius hic fit mentio, non extat, in eandem tamen sententiam e Pomponius respondit.

e Iure naturali] Subaudi, inuentione. 3 Dominium ergo transfertur, primum iure naturali, inuentione scilicet, ex quo iure omnes ferè contractus introducti sunt. deinde & iure ciuili, nempe approbatione, quod approbauit eiusmodi contractum, illique formam præscripsit, & solennem modum.

f Fidem emptoris secutus] 4 Tunc autem uenditor fidem emptoris secutus esse uidetur, cum uel soluendi diem ei præscripsit, f uel emptor uenditore sciente, nec contradicente, in possessionem rei emptæ uenit, g uel aliud quippiam in eam sententiam h interuenit.

g Nihil autem interest,] Quantum ad dominij translationem attinet, de qua hic agitur.

a Arg. l. 3. si quasi. ff. de pig. actio. Ang. hic fac. l. procuratoris. § penult. de tribut. act.
b l. 14. Iulianus. § offerri. d. ac. empt.
c l. 46. neque pign⁹ d. reg. iur.
d l. 2. § 1. in fine. si cert. pet.
e in l. 19. quod uēdidi. ff. de contrah. empt.
f l. ad solutionē. C. de re iu. gl.
i d. l. quod uēdidi. De contrahen. emp.
g l. 1. C. de acq. poss.
h Fab. hic.

§. Interdum.

1 Regulariter dominium sine traditione non transfertur.
2. 3 Casus, in quibus contrarium obseruatur.

a Interdum etiam sine traditione nuda uoluntas domini sufficit ad rem trasferendum, ueluti si rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, postea aut uendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quamuis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipso, quod patitur tuam esse, statim tibi acquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset.

a Quamuis 1 regula est, quod dominia rerum nuda traditione non transferantur, a sunt tamen multi casus, in quibus & sine noua traditione, nuda tantum uoluntas dominio transferendo sufficit, 2 ut si ea res in aliquem ex iusta causa alienetur, cui iam incumbit naturaliter, ut in exemplo text. nostri. Quid. n. hic alia superuacanea traditione opus est, quàm patientia? id est, ut rem apud me manere patiatur b dominus? Et sic habemus hoc loci decimumnonum modum acquirendi dominij iure naturæ. 3 Præter exempla in textu relata habentur & alij quidam ficti modi traditionis, ueluti, si aceruum lignorum emero, & cum uenditor nollere me iusserit, simulatque custodia a me posita fuerit, traditus censetur; c uel si res emptas consignet emptor; d aut res sit in conspectu, & uenditor æditiore loco dicat, se uacuam possessionem e tradere. Sic & eum, qui domino sciente, nec contradicente, post contractum rem possedit, interpretamur per eundem in eius rei possessionem inductum; f quoniam patientia obligati tradere, pro traditione habetur, licet instrumento, quod tradita fuerit, non contineatur. g Sunt & alia huius rei exempla passim in iure obuia, quæ breuitatis causa recēsere prætereo, h quę tn̄ suis interpretes locis recensentur.

a l. traditionibus. 20. C. de pac. l. nunquā nuda ff. acqu. re. dom.
b Vt hic. & d. l. qua ratione. § hęc quoq; res. de acq. re. do.
c l. 51. quandā. de acq. poss.
d l. 14. quod si. ff. de periculo & commodo rei uend.
e l. 18. quod meo. § si uendit. de acq. poss.
f l. 1. C. de acqu. possess.
g Sal. in d. l. 1. facit l. 78. qdam mulier de rei uen.
h Vide apud Dd. in d. l. trad. Ang. in §. per tradi. sup. eo tit.

§. Item si quis.

1 Traditione clauium transfertur dominium, & num. 2.
3 Item & instrumenti traditione dominium transfertur.

a Item si quis merces in horreo depositas uendiderit, simulatque claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

a Vigesimo,] 1 traditione clauium, iure naturali transfert a dominium, si tamen ex iusta causa tradantur, puta emptionis, donationis, uel simili, quæ sit apta ad translationem dominij. secus si ex causa custodiæ,

a l. 74. clau. de cōtrah emp. gl. in l. 1. in prin. de acq. poss.

b l. 79. cũ pater §. plurib. de legat. 2.
c l. 1. §. si iusseri de acq. poss.
d l. quod meo. §. si uend. de ac. po
e l. 1. C. de donat.
f Ant. de But. in c. fi. de caus. po. & prop. Alb. Ros. l. 1. §. si iusserim. de acq. poss.

stodiæ: quia tum nihil efficit clauium traditio, sed tantũ custodiæ commissæ significationẽ b habet. 2 *Sed & vina tradita videntur, cum claues cellæ vinariæ emptori traditæ c fuerint. Et Celsus d elegãter ait, si vicinũ mihi fundum mercatum venditor ex me a turre demonstret, vacuãq; possessionẽ se tradere dicat: non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulissem.* 3 *Sic dominium quoq; trãsfertur instrumenti e traditione: vt si quis coempto mancipio instrumentum emptionis mihi donatario tradat, dominium in me transtulisse censebitur. Quapropter & templorum clauibus sacerdoti traditis, sacerdotij quasi possessionem transferri f receptum est.*

§. Hoc amplius.

1 *Apprehensione rei in vulgus proiectæ, vel pro derelicto habitæ, dominiũ quæritur.*
2 *Missilia quid?*
3 *Quando occupatione acquiratur dominium.*
4 *Res tam mobiles quàm immobiles pro derelicto haberi.*
5 *Res bifariam pro derelicto habentur.*

a Hoc amplius, interdum, & *b* in incertam personam collata voluntas domini, *c* transfert rei proprietatem: vt ecce, Prætores & Consules cum *d* missilia iactabt in vulgus, ignorant quid eorum quisq; sit excepturus, & tamen quia uolunt, quod quisq; acceperit, eius esse, *e* statim eum dominum efficiunt. Qua ratione verius esse uidetur, si rem pro derelicto a domino habitam occupauerit quis, statim eum *f* dominum effici. Pro derelicto aũt habetur, quod dominus ea mente *g* abiecerit, ut id in numero rerum suarũ esse *h* noluit: ideoq, statim dominus eius esse desinit.

a Hoc amplius] 1 *Vigesimusprimus*] *modus acquirendi dominij iure naturali, est apprehensio rei proiectæ in vulgus, vel pro derelicto habitæ. Ex quo discis, voluntatem domini in transferendis rerum dominijs tam efficacem esse, vt & in personam incertam atque incognitam transferatur proprietas. Exempla sunt in textu.* a

a Vide l. 2. de Cos. lib. 12. & in Nouel. 105. de Coss. Vbi psusẽ missiliũ liberalitas adimitur Cõsulibus per Leonẽ Imp. & fit eorũ moderatio a Iustiniano.
b l. 54. i. omnib. reb. de actio. & oblig.
c cap. 18.
d c. 12. & 22.
e Vide Cæl. Rho dig. li. 14 c. 6.
f §. ferę. sup. eo.
g l. 1. 2. ff. pro derelic. l. 36. nihil tã naturale de reg. iur.
h l. 4. id qd. cum gl. ff. hoc tit.
i d. l. id quod. & Auth. ma ẽ fid. C. de lõ. tẽp. præscr. Ang. in §. furtiuæ. inf. de vsuca.
K l. fi. ff. pro der.
l l. 1. sed scimus. C. de Latina li. toll. l. 2. C. de infant. expo.

b In incertam] *De qua rogati siue ante siue post translationem, dicere non possumus, quænam ea sit.*
c Transfert] *Contra communis iuris regulam, quæ certum quendam & consentientem affectum in contrahentibus exigit:* b *idq; satis indicat hæc uocula* [*interdum*] *in textu posita.*
d Missilia] 2 *Missilia variarum rerum donaria uocantur, a mittendo dicta: quæ scilicet Impp. atque olim Coss. liberalitatis gratia, idq; in perpetuam rei memoriam, populo colligenda spargere solebant: vt ex Tranquillo in* c *Caligula & Nerone* d *constat. Eiusmodi quoq; nostra ætate summos Pontifices spargere aiunt, in ipsorum creatione, idemq; in electione Cæsarum apud nos fieri notum est. Porro missilia aliàs pro telis quæ in hostem emittuntur,* e *accipi, nemo ignorat.*
e Statim eum] *Velut per incertam traditionem.*
f Dominum effici] *Iure naturali seu gentium. Nam pro derelicto habens rem, certè eius rei dominus esse desinit: ideoque conceditur occupanti.* f 3 *Ex quo satis colligitur ratio naturæ. Quotiescunque enim occupatio nulli adfert iniuriam, nullius conditionem publicam vel priuatam lædit: toties ius naturæ ex ea admittit dominium.*
g Abiecerit] 4 *Argumento huius verbi* [*abiecerit*] *videtur hoc de rebustantum mobilibus, quæ abijci possunt, intelligendum esse: verius tamen est, res solo quoque hærentes, & quæ immobiles habentur, pro derelicto fieri, vt si quis domum aut agrum ita derelinquat, ut in bonis suis amplius non sit, statim dominus esse desinit, reditq; res ad natiuam libertatem, & nullius iam in bonis, quod sic derelictum est, esse intelligitur. Itaq; naturali ratione occupanti conceditur: quia ijsdem modis res desinunt esse nostræ,* g *quibus acquiruntur. Quid autem, si occupãs putet aliquam rem a domino haberi pro derelicta, an eam sibi lucretur? Et vtiq; res neglecta præscriptione rectè acquiritur, etiamsi ignoret, a quo ea derelicta sit.* h *Verbi gratia: Titius possessionem alicuius fundi vacantis propter absentiam, aut negligentiam domini, vel quia nullo sibi hærede existente decesserit, absq; vi nanciscitur: sanè si domino sciente, per longum tempus, aut nesciente, triginta annis occupatum detinuerit, ipsum vsucapione acquirit, atque interpellantem post dominum exceptione submouere* i *potest.*
h Noluit] 5 *Verè inquit Accurs. vt de eo constet: aut legis interpretatione. Mens enim amittendi dominij interdum quoque ex iuris interpretatione præsumitur in abijciente: veluti si dominus seruo aut ancillæ suæ alimenta negans: alij eam tradi* K *mandet: vel si mancipiũ suũ languens & ægrotum, aut sanum, sed alimentis egens deserat aut exponat, illud pro derelicto videtur habere, eiusq; dominiũ amittit. Et eo casu talis seruus, aut ancilla seipsum velut præcipiens, aut occupans, sese in uerã & Romanã vindicat* l *libertatem, & nõ acquiritur occupanti. Quod & Iustinianus docet in sua Nouel. cõ, tit. 22.*

§. Alia fanè.

1 *Nauis leuandæ gratia rem proijciens, non videtur pro derelicto habere*

2. 5. 6. Et

2.5.6 *Et eas apprehendens animo lucrandi, furtum facit: id tamen quandoque fallit.*
3 *Res incendij causa proiectas auferens, tenetur furti.*
4 *Idem seruatur in rebus in publico inuentis.*
7 *Rheda quid sit.*
8 *An inuentionis præmium debeatur inuentori?*

a Alia sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis causa eijciuntur. Hæ enim dominorum permanent: quia palam est, eas non eo animo eijci, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cum ipsa naui maris periculum *b* effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, uel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, *c* furtum *d* committit. Nec longè uidentur discedere ab his, quæ *e* de rheda currente, non intelligentibus dominis *f* cadũt.

a Alia sane] Id demum pro derelicto dominus habere videtur, cuius possessione se hac mẽte exuerit, vt id in patrimonio, bonisq; suis a esse nolit. 1 rectè ergo hic traditur, eum qui contra inter nauigantes tempestate, vt vnus nauis leuius reddatur, res aliquas proiecit, non hunc mentem habere, vt eas pro derelicto habeat, sed salutis causa has dimittit: 2 Ideoq; nec fiunt b apprehendentis: sed qui eas lucrandi animo exceperit, furti obstringitur: c imò & nouo iure bonorũ d omnium publicatione multari debet.

b Effugiat] 3 Eadem ergo ratione & is, qui res incendij causa sub dium emissas aufert, lucrifaciendi causa, furti tenetur. 4 Idem iuris est in his, quæ in via aliòue loco publico inuenta sunt: nisi enim pro derelictis habeantur, sine furti suspicione retineri non possunt.

c Furtum] 5 Adeo vt nil referat, constetne, cuius res inuenta fuerit, an minus: quoniam nihil facit ad minuendum furtum, quod cuius sit, quis ignoret: e cum nemo nesciat, quod suum non est, id ad alios pertinere. f Alienæ itaque rei repertor probè fecerit, si libellum publicè proposuerit, aut ex suggestu publico proclamari fecerit, inuenisse se, restiturumq; ei, qui suum id esse certis quibusdã signis atq; indicijs demonstrare possit. g Potest idem publica denunciatione fieri, & si deinde non appareat, qui inuẽtum suum asserat, si inuentor inops est, retinere poterit. Sin diues, rectius fecerit, id in manus pauperum h erogando.

d Committit] 6 Nec tamen hoc est perpetuum. nam si sciat apprehendens, rem pro derelicto habitã, eam retinendo furti non tenetur: ueluti si dominus merces solutas, & quas scit aqua perituras, eijciat: certè qui inuenit, suas facit, nec furti obligatur. Eo siquidem casu ex iactus modo plerunq; putandum est, dominum derelinquendi animo i iactasse.

e De Rheda] 7 Rheda fuit propriè vehiculi genus, cuius vsus olim apud Romanos soli Senatorio ordini concessus erat. Hic verò de omni curru intelligi debet.

f Cadunt] Quia dominorum manent: suntq; ab inuentoribus restituẽda. 8 Sed an εὑρετρον, id est, inuentionis præmium possit exigi? Et sanè honestius recipit quam petatur, K nisi quis rei conquirendæ causa, singulare opera impendisset. tum enim indicij præmium nemini denegandum l esse, æquitas ipsa docet.

a l. si quis. 10. §. 1. de acq. poss.
b l. 2. §. fi. l. q leuãd. ad l. Rho. de iact.
c l. qua rõ. §. fi. unde hic tex. vẽ sũptus hoc tit. l 44. falsus. §. si iactum de furtis.
d Auth. nauigia. de furtis.
e d. l. falsus. §. q alien. De furt.
f l. fi. C. vnde ui.
g Arg. d. l. fals⁹. §. solẽt. & l. 1. i fi. ď ser. fug.
h Auth. omnes peregrini. C. cõia. de succ.
i Bart. in d. § si iactũ. q aliàs repugnare vi detur.
K d. l. falsus. §. plerisq. in fine.
l Arg. l. idem. §. si tibi. decõd. ob turp. causam.

DE REBVS CORPORALIBVS ET INCORPORALIBVS. TIT. II.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Quæ res dicantur corporales.*
3.4 *Quæ item incorporales.*
5 *Hereditas est res incorporalis.*
6 *Hæreditatis nomen interdum pro rebus hæreditarijs accipitur.*

a Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales hæ sunt, *b* quæ sua natura tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales aũt sunt ea, quæ tangi *c* non possunt: qualia sunt ea, quæ *d* in iure consistunt: sicut hæreditas, vsusfructus, vsus, & obligationes *e* quomodo contractæ. *f* Nec ad rẽ pertinet, *g* quòd in hæreditate res corporales continentur. nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, *h* plerunque corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. Nam ipsum ius hæreditatis, & ipsum ius utendi fruendi, & ipsum ius obligationis, incorporale est. *i* Eodem numero sunt iura prædiorum urbanorum & rusticorum: quæ etiam *K* seruitutes uocantur.

2 Hic] titulus ad verbum ex Caij responso sub titulo [De rerum diuisione & qualitate] desumptus est, & aliã rerũ diuisionẽ continet, planè generalem, quæ nihil non includit. Nã ad vniuersa accommodatur non solum quæ tangi videriq; possunt, sed etiam quæ oculo & intellectu percipiuntur. Itaq; rectè Iulius b Paulus ait, [siue corporalia siue incorporalia cõprehẽdi, & ad omne contractum causasq; & iura ptinet.] c Hinc [rei] significationes varias hoc hexametro Ausonius cõprehendit: [Imperium, litem, Venerem cur una notet res: Res] enim appellatur, quicquid omnino in rerum natura est. Rerum

a l. 2. i fi. de re. diuis.
b l. 23. in app. de uerb. signi
c l. 5. l. 23. ff. de verb. sig.

ergo

ergo aliæ sunt corporales, aliæ incorporales. Et primum quidem membrum, de rebus scilicet corporalibus, de earundemque acquisitione, superiori titulo seorsim Imperator tractauit: alterum uero membrum in hunc specialem locum reiecit: ob id fortè, ne rerum ipsarum tractatio inter se commisceretur, & quia hoc membrum peculiariter seruitutes (quarum tractationem nunc assumere intendit) respiceret. Huius autem tituli verum vsum atque vim Old. d in suis actionibus pulchrè declarauit: ad quem iuris tyronem remitto.

d class. 3. Act. 6. in prin.

b Quæ sua natura tangi possunt] Scilicet, vt substantia, & id quidem potentia, non semper tñ actu. Nam & ea quæ sunt in abysso, in profundo maris, vel infixa cælo, corporalia rectè dicuntur, quia tametsi actu nemo ea tangere possit, sui tamen natura & potentia, tanquam substantia, tangibilia sunt. 2 [Corporales] ergo [res] dicuntur, quę habent limitatum ac visibile natura duce corpus & formam, ita vt oculis subiecta sint, manuque palpari possint, vt fundus, homo, vestis, aurum, & cætera res.

c Non possunt] 3 Id est, quarum non ita certum corpus, ac limitata species a natura prodita est, quod vel videri, vel tangi queant, sed potius percipiuntur intellectu, vel indicio animi. 4 Vt successio, seruitus, obligatio & reliqua iura. Res ergo corporalis naturaliter per se inspecta, certè nihil aliud pręstat, quàm quod tangi, & exteriore sensu ordinari possit, vt fundus, homo, vestis, &c. Si verò exigatur ad rationem politicam animi cogitatione, tunc formulæ iuris concipiuntur, per quas res corporales sic ordinantur ad vsum humanum, vt nemini fiat iniuria. Et tales formulæ dicuntur res incorporales, quia substantiam non a corpore, sed animo ducunt. Old. e adfert similitudinem ab homine, qui paruus est mundus. [Quid valet (inquit) corpus quod tangi potest, nisi animi ratione ad honesta officia trahatur? Eleganter ergo, sicut homo corpus habet & animam: ita totum ius nostrum censetur circa duas res versari, videlicet corporales & incorporales.] Hac Old. est consideratio, quam Accursius, vtcunque necessariam non intellexit.

e in loco supra alleg.

d In iure] Id est, ratione ac intellectu, quæ scilicet in censura & intellectu animi consistunt.

e Quoquo modo] Siue ex contractu, aut quasi ex contractu, siue ex maleficio, vel quasi ex maleficio.

f Nec ad rem] Est occupatio, qua respondet Imperator tacitæ obiectioni, & id confirmat per exempla.

g Quod in hæreditate 5 Obserua res hæreditarias esse in hæreditate, sed non esse ipsam hæreditatem. Hæreditas enim est ipsum ius, personam defuncti referens, non autem f facultates. Ideoque ab ipsis rebus hęreditarijs differt, vt hic Imperator clarè ostendit. Vnde est, quod qui hęreditatem uendidit, rebus euictis nihil præstet. g Hinc etiam est, quod hæreditas nomen seruet, etiam si nulla corpora hæreditaria sint, vt Papin. h voluit. Interdum tamen hęreditatis uerbum pro rebus ipsis & corporibus hæreditarijs vsurpatur. Sic hæreditatem expilari, & hæreditati furtum fieri dicimus. Inde i M. Cicero hęreditatem definit pecuniam, quę alicuius morte ad alium peruenit.

f d. l. hered. fac. l. 178. pecuniæ. §. hereditas. d ver. sig.
g l. 2. de her. vel actio. uend.
h l. 53. hæred. de pet. hær.
i in Topicis.

h Plerunq;] Plerunq; dicit, quia interdum quod nobis aliqua obligatione debetur, incorporale est, veluti si vsusfructus, vsus, via, iter, aut alia seruitus uel personę, vel rei debita sit.

i Eodem numero] Nempe rerum incorporalium.

k Seruitutes uocantur.] Genere scilicet ipso ad suam speciem contracto, seruitutis enim appellatio simplex & generalis latissime patet.

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEDIORVM & urbanorum. Tit. III.

In Rubr.

1 Quasi dominij affinia.
2 Ius in re quid?
3 Seruitus quid, & quotuplex in iure?
4 Quomodo cognoscatur, seruitus personalis sit, an realis.
5 Realis seruitutis explicatio.
6 Prædium dominans, seruiens.
7. 9 Realis seruitus alia vrbana, alia rustica.
8 Prædium vrbanum rusticum.

Rerum] Incorporalium numero seruitutes quoque censeri, ad finem præcedentis tituli dictū est, de his ergo congruum erat subijcere. 1 Porrò supra a admonuimus dominium duo habere affinia, scilicet quasi dominiū, & ius in re specificū. Illud superius b explicatū est. 2 [ius in re] est, quod habet is, cui vel cuius pdio debet seruitus, quodq; habet creditor, cui cōstituta est hypotheca, id est, rei immobilis pignus. De seruitute hic agēdū est. 3 Pōt autem [seruitus,] ciuilis disciplinæ ordinē sequēdo, duplici modo colligi, altero, cū persona seruit personæ, quā ideo personalē uocant, & hęc in seruis & proprijs dominibus relucet

a In rub. de re. diuis.
b §. si quis a nō domino. sup. de re. diuis.

velucet: de qua nihil ad nostrum propositum, sed eam Imperator superiori libro e explicauit. Altero, ad imitationẽ personarũ in rebus cõstituitur seruitus: idq; dupliciter. Nam aut rei immediatè seruit personæ, vnde & [personalis] d appellatur, a personu scilicet, quæ in illa dominatur, & cui debetur: vt [vsus, vsusfructus, habitatio.] e Aut rebus directò cõmodum adfert, et dicitur [realis] siue [prædialis,] quia a re rei, id est, a prædio alteri prædio debet. Nõnulli f tñ eam seruitutẽ, q̃ a re psonæ debet, negant merè psonalem esse, sed mixtam potius: & dicunt seruitutes alias esse personales, alias reales, alias mixtas. 4 Sed hi cogitare debebant, semper ad cognoscendam seu dijudicandam qualitatẽ & circunstãtiam seruitutis, respicienda esse id, cui debetur, siue sit persona, siue res, vt Oldr. g rectè colligit, commonens longam esse differentiam inter seruitutem, quæ ad statum personæ pertinet, & illã quæ ad rerum vsus referri solet. [Nam quantum refert (inquit) inter ius quod ad psonas pertinet, & ius quod ad res hominibus distribuendas spectat: tantum discrimen est inter seruitutem humanam, & seruitutem rerum inanimatarum.] Ad propositum, in hoc titulo Imperator [realem seruitutem] expositurus est; 5 quæ nihil aliud h est, quàm ius quoddam prædio inhærens, quod dominantis vtilitatem auget, seruientis libertatem minuit. & hoc contingit, cum res, seruit rei, fundus fundo, prædium prædio, ager, agro, pratum prato, vinea vineæ, & adeò hæc rebus inhæret, ut etiam persona sublata, non tamen extinguantur aut tollatur seruitus. 6 cui Prædium autem cui seruitus debetur, dicitur [dominans,] alterum prædiũ quod patitur seruitutem, [seruiens] nominatur. i 7 Porrò hæc [realis seruitus] rursus duplex est, [vrbana] scilicet & [rustica,] sicut prædiorũ alia sunt vrbana, alia rustica. 8 [Prædium vrbanũ] est, ædificiũ gratia inhabitandi factum, siue rure, siue in vrbe sit positũ, k vrbanũ. n. prædium materia, non locus facit. At verò [rusticum prædium] est omnis ille fundus, seu ædificium, quod vel pecorum, vel fructuum percipiendorum, colligendorum, reponendorumq; gratia factum est, siue in vrbe, siue extra l vrbem. 9 Seruitus ergò q̃ vrbano prædio debentur, [vrbana] dicit, [rustica] verò, q̃ prædio rustico. Nã & in realis seruitutis qualitate dijuditãda, inspiciẽdum est prædium, cui ea debet, vt eiusdẽ conditionis sit & seruitus.

e Subiicit de iure person. facit l. 4. de sta. hom.
d l. 4. pater filię. de ler. leg.
e de qb. if. seqq. tit. agetur.
f Accur. & Bar. i l. 1. de seru. Ias. & alii in §. æque, inf. de Act.
g Old. clas. 3. ast. 4. in prin.
h Bar. i d. l. 1. de seruit.
i l. 1. in fi. cõmunia præd.
K l. 198. urb. prædia de uerb. sig. Bar. in l. 4. de seru.
l l. 4. eo iure. §. stabula. i qbus cau. ac. pig. cõtra. Alc. d. l. urbana.

In Princ. tit.

1 Seruitutes rusticæ explicantur.
2 Seruitus itineris.
3 Iumentum & armentum differre.
4 Seruitus actus.
5 Seruitus viæ.
6 Erectam hastam ferre.
7 Latitudo itineris, actus, & viæ.
8. 9 Quid iuris, si actum sit, vt totus ager sit iter, via, &c.
10 Seruitus aquæductus
11 Seruitus itineris & aquæductus non concurrunt.
12 Ex fonte tantum perenni, aquæductus constituitur.
13 Aquæductus non vsu an tollatur?
14 Aquæductus remanet, etsi is, cui debetur, prædium seruiens emat, si tamen ager sit intermedius.
15 Limitatio regulæ, Rem suam nemini seruire.

a Rusticorum prædiorum b iura sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. c Iter est ius eũdi, ambulandi hominis, non ẽt d iumentum agendi, vel vehiculũ. e Actus, est ius eundi, ambulandi hominis, agẽdi iumẽtũ vel vehiculũ. Itaq; qui habet iter, f actũ nõ habet; sed qui actũ habet, & g iter habet, eoq; uti potest ẽt sine iumento. h Via, est ius eundi & agendi & ambulandi hominis: nam & iter & actum uia in se continet. i Aquæductus, est ius aquæ k ducendæ l per fundum alienũ.

a Rusticorum] De seruitutibus quę prędijs debentur, tractaturus Imperator, 1 primum quatuor seruitutes rusticas recenset, tanquam potiores & frequentiores [sunt enim multo plures, quarum nonnullas etiam ipse postea subijcit] ac inde vrbanas seruitutes pariter intermiscẽt.

b Iura] Id est, seruitutes. Sic enim loquitur Vlpianus a ipse, ex cuius responso hic locus ad verbum descriptus est. a In l. 1. de ser rust. præd.

c Iter est] 2 Prima seruitus rustica est [iter,] ab eundo, quę dicitur esse legitima facultas eundi, ambulandi hominis per fundum vicini, sed neq; cum iumento, neq; cum vehiculo, b nostro idiomate, [ein fusspfad.] Verbi c gratia, Habebam ego fundum, habebas & tu fundum in propinquo, cum in meum ire vellem, opus erat mihi magno circuitu. Rogaui te, vel pactus sum, vt mihi iter concederes, id est, ut mihi per fundum tuum ire liceret. nam hęc via compendio ducebat in fundum meum. Tu mihi iter concessisti, ut transire possem, sed neque cum iumento, neque cum vehiculo. possum tamen & lectica portari, & equo vehi, vt Paulus d respondit. iter enim est, quo quis pedes vel eques commeare potest.

b d. l. 1.
c ita Theoph. hic declarat.
d l. 7. qui sella dict. tit.

d Iumen-

d Iumentum] 3 Iumenta à iungendo appellata esse Nonius putat, quod currui iungerentur, vt equi et muli, & cætera dorsuaria, quę Græci ὑποζύγια vocant. Quidam a iuuando ducũt [iumentorum] nomen. Boues uero armenta potius dicebantur, ab arando, quòd is principalis eorum vsus esset. Vnde iumentis legatis boues non deberi, nec contra, Martianus e respondit.

e Actus est] 4 Altera seruitus rustica est [actus, ein besuch vueg, oder trib,] dictus ab agendo iumento, cum & pecus, vehiculumq; agere, nedum ambulare f possum per alterius fundum. Quo nomine si testator actu legato iter adimat, nihil ademisse uidetur, quia actus sine itinere nunquam esse g potest. Aliàs autem varia est huius voculæ, [Actus] significatio, sicut Vlpianus h alibi scribit.

f Actum non habet] Nam cum iumento vel vehiculo transire potest.

g Iter habet] Potest enim & solus, & cum iumento transire.

h Via] 5 Via (ein stras;) ea est tertia seruitus rustica, & quidem pinguior, quàm sint præcedẽtes duę. Nam vtrasque complectitur, & habet quiddam amplius, ut etiam lapides & ligna trahere, 6 & etiam ferre hastam, id est, exercitum, seu peditatum per alicuius agrum i ducere liceat, dum tamen id sine fructuum lęsione & deuastatione K fiat. 7 illud porrò obseruandum est, ex lege duodecim Tabularũ latitudinem l itineris fuisse duorum pedum, Actũ quatuor pedes habuisse in porrectum, in anfractũ octo. Viam uero in porrectum, & in anfractum, id est, ubi est flexus viæ, sedecim. Cõuentionibus tamen, aut interueniente arbitri officio, uia dilatari aut constringi m potest. Quod idem & in actu & itinere, si nulla a constituente facta sit determinatio, locum n habet. 8 Nisi actum sit, ut totus ager sit iter, actus, via qua specie ea seruitus intelligenda est, ut per huiusmodi loca debeatur, quæ ædificiis, arboribus, uineis vacua sint, in quibus ędificari etiam nihil posset ad impedimentum o seruitutis. Hinc est, quod vulgò dicitur, [Vbi non est uia discreta, totum uia est.] Hoc quoque addendum, has tres species rusticæ seruitutis constitui ad tuum prædium non posse, si flumen esset intermedium, nisi ponte vel vado transiri p posset. Sic quoque si inter tuum prędium & meum locus publicus intercedat, non aliter mihi seruitutem constituere potes, quàm ut ne loco publico noceatur. quod generaliter in omnibus huiusmodi seruitutibus obseruari debet. 9 Sed nec illud omittẽdũ, cũ tui seruitus viæ conceditur, aut itineris, vel actus in toto fundo, debere ciuiliter vti, non ut per mediũ fundi cũ detrimẽto fructuũ vadat, sed locum eligat minus damnosũ, & quo is uiã primo direxerit, eo sine uariatione vtat. q̃ fuit ęquißima q Celsi sentẽtia.

i Aquęductus] 10 Quarta seruitus rustica est [aquæductus, ein vuasserseytung,] vt si mihi facultas sit ducendi aquam per fundum alterius, r ut quia tu habeas fundum aquis abundantem, ego contrà fundum habeam in uicinio aquis indigentem, & concesseris mihi, quod possim aquam ex tuo fundo in meum ducere. hæc dicitur seruitus aquæ ducendę; potestq; pluribus concedi, ut sine dierum distinctione vtantur, vel etiam vt alterna sint utendi tempora. 11 Seruitus tamen aquæductus & itineris huiusmodi, vno loco non concurrunt, altero enim concesso, alterum constitui non potest. f

K Ducendæ] 12 Ex fonte scilicet aut flumine perenni, ex lacu enim qui perpetuus nõ est, aut stagno, concedi aquæductus non potest, t ob id certè. quòd seruitutes prædiorum perpetuam causam habere debent. Potest tamen ita aquæductus constitui, vt liceat aquam, etiam quæ nondum emersit, quærere, & inuentam u ducere. 13 Hoc etiam sciendum, quod qui ex fundo tuo aquam longo tempore non duxit, quod fons exaruerat, renascente fontis veno, ius x ducendi, non usu non perdat.

l Per fundum alienum] Nam in hoc latet ius seruitutis, cum alioqui per fundum alienum aqua duci y nõ possit, imò si ducatur, interscindi possit a domino. z Quòd si per alienum locum ducere nolis, poteris tñ ex flumine publico pro necessitate aquã ducere, & non vltra, nisi a principe, vel consuetudine maiorem facultatem impetraueris. debetq; qui aquam ex flumine ducit, nemini facere iniuriã a 14 Sed nec illud prætereundum, si is qui ex summo fundo per medium agrum in sua prædia aquam ducit, hunc summum fundum, ex quo aqua ducitur, emerit, & suum inferius prædium, cui debetur aqua, postea uendat, seruitutem propter medium prædium retinere, 15 non obstante regula, qua dicitur, [rẽ suam nemini seruire.] Hoc enim verũ est, si sine medio seruiret, at hic alius fundus mediat, p quẽ aqua b decurrit.

e l.64. legati cer tis. § iumẽtis. de leg. 3.
f l. 1. & l. inter actũ. præd. tit.
1. l. de adim. le.
h in l. Labeo 19. de verb. sig.
i d. l. 1. & d. l. q sello. ff hoc tit.
K Ang. hic.
l l. 8 uię latitudo. d. tit.
m l. 3. certo generi. § lat. e tit.
n d. l. certo. d.
o d. l. certo. § 1. & 2 vsq ad fi. l si mihi.
p l. flumine. hoc tit. ubi. d. eius de hoc scribit.
q l. si cui. d. ser.
r d. l. 1. § aquędu.
s l. 14. per quem. hoc tit.
t l. 17. foramẽ ff. d seru. vrb. pd.
u l. vlt. si ser. vẽ. l. Labeo. ait. hoc tit.
x l. unus. §. vlt. cũ l. seq. d. tit. de ser. rust. pd.
y l. 2. C de seru. & aqua.
z l. 29. quẽadm. § 1. ad l. Aql.
a l. 4. itaq. ad le. Aquil. l. 2. de flum. & l. si autem. § si flum. de aqua pl. ar.
b l. tria pdia. h. ti. Zas. in suis Parat. hui9 tit.

§. Prædiorum vrbanorum.

1 Vrbanæ seruitutes aliæ aiutes, aliæ negantes,
2 Vrbanum prædium non locus, sed materia facit.
3 Seruitus oneris ferendi.
4 Seruitus tigni immittendi, & tignum quid significet.
5 Quibus ex causis liceat tignum immittere in alienum parietem.
6 Tignum quando immissum intelligatur.
7 Stillicidium quid?
8 Discrimen inter seruitutem stillicidij & fluminis recipiendi.
9. 11. 12. Seruitus stillicidij auertendi, aut non auertendi.
10 Stillicidij casus seu ambitus dominium denotat in ambitu fundi.

13 Ser.

13 *Seruitus altius non tollendi vel tollendi.*
14 & 16. *Seruitus non officiendi lumini vel prospectui. ibid. Et quomodo differant lumen & prospectus.*
15. *Seruitus luminis simpliciter constituta.*

a Prædiorum vrbanorũ seruitutes sunt hæ, quæ ædificijs inhærent. Ideo vrbanorum prædiorũ dictæ, quoniã b ædificia oĩa, vrbana prędia appellamus, c etsi in villa ędificata sint. Itẽ vrbanorũ prædiorum seruitutes sunt hæ, d vt vicinus onera vicini sustineat: e vt parietem eius liceat vicino tignum immittere: f vt stillicidium vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat: & g ne altius quis tollat ædes suas, h ne luminibus vicini officiat.

a *Prædiorum.] Iustinianus potioru rusticarum seruitutũ exemplu præmisit: nunc vrbanas aliquot annectit, quas nos sigillatim & crasse ad textum enarrabimus: 1 hoc præmisso, vrbanorum prædiorũ seruitutes quasdam esse vicentes siue affirmatiuas, alias negantes siue negatiuas: cum interim rusticæ seruitutes nullæ soleant per negationem a constitui.*
b *Ædificia omnia.] Quæ. s. habitationis hominum causa facta sunt: secus si stabulandis iumentis, aut fructibus custodiendis essent constructa: tum enim rustica dicuntur, vt supra b ad Rubr. diximus.*
c *Et si in villa.] 2 Siquidẽ vrbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoq; si qui sunt in ædificijs constituti, [vrbanorum] appellatione contineri, dicendum est. Planè si plurimum horti in reditu sunt, vinearũ fortè, vel etiam olitoru, magis est, non esse vrbana.*
d *Vt vicinus] 3 Prima seruitus vrbana, est [oneris ferendi:] hoc est cũ imponitur, vt colũna vel paries tuus perpetuo ferat onus domus meæ: non quidem, q colũna vel paries sit futurus perpetuus, sed si defecerit, vt is reficiat ruinosum parietem, eumq; oneri ferendo idoneũ præstet, qui seruitutem d debet. Et quã quam aliarum seruitutum natura est, vt is cui imponitur, patiatur e tantum: hæc tamen seruitus onerat ad faciendum. f nisi aliter pactis conuentis expressum sit, vsuque longo obseruatum. g*
e *Vt in parietem] 4 Secunda seruitus vrbana, est [tigni immittendi.] Et licet tigni vocabulũ latè pateat q & cæmenta, & lapides & oẽm ad ædificandum materiam comprehendat: hic tñ pro trabib. immissis tantum sumitur. 5 Et trib. aũt duntaxat casibus permissum est, trabes vel tigna immittere in parietem alterius: quarum prima est, si cui non per modum seruitutis, sed simplici permissione id cõcessum sit: vt si cum tuus proprius esset paries, passus sis vicinum tuum tignum immittere. quo casu poterit in locũ antiquorum, vel exustorum, vel fractorum alia sufficere, i quod in alia parietis parte fieri non põt. Sed nec si funditus collapsum sit ædificium, vt in ex integro construi oporteat, nouu tigna liceret k figere: cũ hic non de vera seruitute, sed de limitata l permissione agatur. Secunda cã est, si communis sit paries, & eo fine vel ædificatus à socijs, vel emptus, vt eiusmodi onera m sustineat. Tertia est, huc peculiariter pertinens, cum iure seruitutis, concessa est tigni immittendi n facultas. 6 Tum aũt immissum tignum intelligitur, cum in vtroq; prædio, & seruiente & dominante quiescit. Nec. n. quod de immissis dicitur locum habet, nisi ex ędificio alio in aliũ t immissum o sit.*
f *Vt stillicidium.] Tertia seruitus vrbana, est [stillicidij.] 7 Dicitur aũt [stillicidium,] quasi stillarũ cadium, q stillatim & guttatim cadat, vbi è tectis guttæ fluunt, [ein vuasser tropff oder tachtropff] Flumini opponitur q hoc continuo fluit. quod priuatim accipiendũ est pro cursu vel fluxu p aquæ, vtcunquid Accursius dicat. Vtrunq; n. tam stillicidiũ, quam flumen, pro re priuata accipitur, vt & alias q in iure. Itaq; alia est [seruitus] stillicidij, alia fluminis r recipiendi. 8 Nam [stillicidium] est, cũ ex tectis, [flumina,] cũ ex canalib. & alueis, plumbeis puta, vel ligneis, aqua pluuia labitur. Idcirco stillicidij recipiẽdi seruitus dicitur, qua vicinus pati cogit, vt aqua pluuia ex tecto meo in suas ædes cũ impetu s feratur: ideoq; Paulus adiecit. [Si stillicidium inferius dimittatur, pro stillicidio flumen fieri.] Ad propositum. 9 Stillicidij seruitus est sub duplici forma, auertendi. s. in domum, aream, tectum vicini: aut non auertendi. Nam nemo stillicidia alterius suscipere cogitur, nisi seruitute constituta. Dicitur aũt auerti stillicidium ex prædio dominante, & recipi in seruiente. non auertendi aũt seruitus ex prædio seruiente nominatur. Prior forma huius seruitutis maxime vtilis est. 10 Quoniã stillicidij casus seu ambitus in dubio denotat dominium in ambitu t fundi. quod & Cicero in Topicis post principium non tacuit. 11 Constat aũt hæc seruitus maxime ex eo, q sit mihi facultas tecti proijciendi, vel protegẽdi, v & cui hæc seruitus debet, is nec canalia, nec tubulata, nec proiecturas aliquas, quo stillicidium simul colligatur, facere, nec tectũ suum submittere inferius põt, vtrobiq; n. stillicidium grauius caderet, & sic flumina pro stillicidio acciperentur. Deniq; nec aliò dirigere stillam potest, quàm quo primum cœpit, sustollere tamen tectũ posset, q eo modo stillicidium leuius caderet. Nam quæ seruitutem grauant non põt, quæ vero leuiorem x facerent, põt. Quod si ædificio, cui hæc seruitus debetur, deposito, aliud reponas, remanet seruitus, dũ ea qualitas & quantitas priori respõdeat. Quod vtilitatis cã recipitur. Stricto. n. iure perẽpta esset y seruitus. 12 Non auertendi vero stillicidij seruitus hoc modo constituitur, veluti si cisternam habeas, cui quantum satis est implendæ stillicidia domus tuæ non sufficiunt; vel hortos habes tuis ędibus contiguo, qui*

a gl. in l. j. de ser uit. vrb. præd. & Can. hic. b nu. 8. & vl. Alcia. i l. vrbana. de verb. sig. c l. 198 de ver. sig. l. 16. C. de præd. min. 154 in fi. de pe. hę. d l. cum debere. 32. h. t. de ser. vrb. præd. e l. 15. quoties. de seruitut. f l. 8. sicuti §. distãr. si ser. vẽd. g l. j. § fi. de aqua plu. arcen. h l. j §. tig. de tig. iniuncto. §. cũ in suo, supr. de rer. diuis. i arg l. 76. ppo nebat de iudi. & l. 57. si dona tæ res §. si ipsõ fusi de don. inter vi. & vx. & l. 28. filiæ §. Titi. de cond. & demonst. k l 14 si cũ meus si ser. vendi. l 19 seruitutes. q §. si sublatum. hoc t l. age. C. de transact. m l. si ædes con. di. glo l. S. oinus, hoc tit. n l. 1. hoc ti. o d. l. seruitutes. § pr. h hoc quod h. t. l. 242. ma lum. §. 1. de verb. sig. p Old. clas. 3. ac. 4. in prin. q l. vl. de seruit. Old. in loco prædict. r d. l. seruitutes. § j. seq. de ser. vrb. præd. s d. l. seruitutes. t l. fi. in fi. vbi est tex. no. hoc ti. notl. o. v l. 1. hoc tit. x d. l. seruitutes. §. si antea. cum §. seq. hoc tit. y d. l. seruitutes §. si sublatum.

ex vicini tui stillicidijs commodè possent irrigari: constitutam poteris habere à uicino seruitutem ipsius stillicidij non auertendi, nec alio quam in ædes hortosue tuos z producendi. Vides in hac specie prædiũ dominans esse, quod stillicidium recipit. Itaq; qui stillicidij non auertẽdi seruitutẽ vicino suo concessit, curare etiam debet, vt stillicidium fractum aut dilapsum, disruptosue tubulos aut canales reficiat, & in pristinam formam a reducat.

g Ne alius.] Quarta seruitus, est [altius non tollendi, vel tollẽdi altius.] Et circa primã non est dubiũ, quin sit vera seruitus: cũ in ea naturalis ædificãdi libertas præcidatur, ac velut in ordinem cogatur. Præstat.n. vt non solũ altius, sed ne alte quidẽ ædificari b possit. De altera vero dubitant interpretes, aiũtq; eam in seruitutis speciem non recidere: quia iure libertatis competat. Liberum.n. est mihi in meo ædificare, dum non tangam tuum, et si tibi incommodetur. c Quod & de stillicidio non auertendo intelligunt. Naturalis.n. libertas domus meæ est, ut stillicidium tuum in me non d auertas. Verum id pulcrè e Zasius, & post eum Old. f dissoluunt, ad quos iuris studiosum remitto.

h Ne luminib.] 14 Quinta urbana seruitus, est [non officiendi uel lumini, uel prospectui.] Et est aliud [lumen,] aliud [prospectus. Lumen].n. de cœlo capitur: & ex inferiori loco esse non potest. [prospectus] uero ex inferiorib. uicini locis apertis est. Hic plerunq; uoluptatis est, illud necessitatis. g In his aũt seruitutib. inest oẽ impedimentũ, quo uel prospectui. uel lumini h officeretur. Hac porro seruitute, [ne luminib. officiatur,] impersonaliter constituta, oẽ lumen comprehensum censetur, & i præsens, & futurũ. 15 Potest & hæc seruitus simpliciter cõstitui: quæ nihil habet aliud, nisi ꝙ uicinus ea lumina excipiat, quæ præcise nobis necessaria sunt, ita ut ad nos lumen uenire patiatur & permittat. K Quare impunè altius ædificat prædij seruitutis dñs, dũ uel foramina, per quæ uicino lumen ueniat, aperta relinquat. 16 Quod si conuenerit, [ne luminib. officiatur,] tñ directo relinquet luminis, quantum expediat. unde si ab una fenestra luminis tibi satis proueniat, contra alias tuas fenestras ædificare potero, dum tamen cœlum tibi non impediatur, uel sol necessarius auferatur: nã nec arborem ponere possem, nec uiridaria, quibus hmõi tibi incommoda inferrem. At uero si placuit, [ne prospectui officiatur,] hic omnem cogor tibi prospectũ dimittere, nec ullis tuis fenestris ædificando incommodare. Idcirco nec arborem ponere, nec uiridaria possem. Sed & mæniana, id est, ædiculas pensiles, propinnulas & suggrundas proijcere l probibeor.

z Per gl. & Dd. in d.l.j. hoc ti.
a l.12. quidã Hyberus. prędic. tit.
b gl. in l. loci corpus §. penu. in verb. altius.
c Fac. ad hoc l. cũ essét. h. ti. & l. 9. binas. l. cuius. 23. l. qui luminib. h. ti.
d Gl. d.l.j. i ver. officiẽdi, post medium. in 1. fol. in verf. vl. dic. plenius idem sensit.
e vide Zas. i suis intellc. fol. 84. in j. impressione. eundẽ inf. de actionib. §. eque si agat.
f Old. in loco supra citato qui optime declarat.
g l. lumẽ. l. inter h. tit.
h l. hominum. in fi. & d.l. inter.
i l. qui ędificium cũ l. seq. eo. ti. de his trib. seruitutibus. vide Zas. §. æque. infra. de actio.
K d.l. luminum. in prin.
l vide d.l. luminũ. vbi pulch. Cast. & d.l. inter. l. si arborẽ l. ædifi. hoc ti.

§. In rusticorum.

1 Quædam de seruitute haurienda aquæ.
2 Aquæ haustu concesso, iter quoque concessum est.
3 Seruitus ad aquam adpellendi pecoris.
4 Pecoris pascendi seruitus
5 Seruitus calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.
6 Germaniæ seruitutes reales esse.
7 Seruitutes reales quare prædiorum siue prædiales dicantur.
8 Viam promittere potest, qui fundum non habet.

a **Inter rusticorũ prædiorũ seruitutes quidam cõputari rectè putant b aquæ haustũ, c pecoris ad aquã appulsum, d ius pascendi, e calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. Ideo aũt hæ seruitutes prædiorũ appellantur, quoniam sine prædijs g constitui non possunt. Nemo.n. põt seruitutẽ acquirere vrbani vel rustici prædij, nisi qui habet prædium: nec quisquam debere: nisi qui prædium hẽt.**

a Inter.] Reuertitur Imperator ad rusticam seruitutem & quinq; alias seruitutis species recensẽt, quas ordine expediemus.

b Aquæ haustũ.] 1 Aquæ haustus, est ius hauriẽdæ aquæ ex fonte priuato, uel puteo, aut alia quauis aqua, quæ non sit a publica. quæ seruitus fundo uicini cõstituitur. Nisi.n. extiterit fundus cui debeatur, imponi non põt, ut sit seruitus b realis. Sufficere tñ Zasius c ait, si ea seruitus uel homini uel pecori, respectu tñ & occasione fundi, curiæ uel pagi, utilis sit. d 2 Haustu aũt aquę concesso & iter conceditur, e quod ẽt non expressum inest. quorsum.n. aditus, nisi ut hauriat? aut quorsum haustus, si non adeas? nisi ex flumine publico haurienaum sit. tum.n. iter cedendum est, non seruitus hauriendi constituenda. Ex flumine.n. quilibet haurire f potest. Quod si plurib. haustus aquæ conceditur, omnes simul haurient, si aqua omnibus sufficiat: sin minus, alternis conuentione constitutis temporibus vtentur. g

c Pecoris ad aquam.] Seruitus [ad quam adpellendi pecoris,] ẽt si rustico, siue pecori competat: si tñ occasione fundi, pagi, villæ, municipij, alteriusue loci debetur, rectè inter reales conumeratur. Plura aũt pecora, quam in seruitute constitutum sit, appelli non debent: alioquin quæ excedũt, repellentur: reiecta opinione Trebatij, h qui voluit totum vitiari.

d Ius pascẽdi.] 4 Et hęc [pecoris pascẽdi] seruitus, si prædij vicini fructus in pecore cõstat, ꝓdialis est: ꝙ Zasius i ita intelligendũ credit, si rustici, qui uicinos fundos colunt, & quib. hæc seruitus debetur, ex pecore ꝓcipuũ fructũ colligant: ut est apud nos uidere in Hercinia sylua. licet K Accurs. aliter intelligat.

a d.l.j. in fi. e. ti.
b l. ergo. hoc tit.
c In summa de ser rust. præd.
d Arg. l.3. in pri. illo nostro tit.
e Ar. l.2. de iur. omn. iud.
f d.l.3. i fi. fac. §. flum. sup. de rerum diuis.
g l.2. §. aquæductus. hoc ti.
h l.j. §. Trebatius cum §. seq. de aqua quot. & æsti.
i In suis intellectib. fol. 85. d. §. æque. inf. de actionibus.
K in l. pecoris. hoc ti.

Calcis

e Calcis coquendę.] e [Calcis coquendæ, arenæ fodiendæ] seruitutem precise fundorum causa cōstitui oportet, si realis est: vt scilicet tantum calcis coquatur, arenæ fodiatur. quantum pro agri fundiuè necessitate sufficit, ut casas seu tuguria ædificare, integere liceat, quibus fructus l colligantur. 6 Huc quoque ascribe frequentissimas nostræ Germaniæ seruitutes: quales sunt, [ius secandi ligna ex sylua vicina, ius venandi, aucupandi in syluis aliorum:] item [ius pascendi in alienis prædijs, & piscandi, & cretæ fodiendæ, & lapides eximendi, & figulinæ habendæ], & cætera id genus compluria. Nam & hæ seruitutes a re rei, id est, a prædio seruiente loco vicino, & occasione loci, psonis illic habitātib. debētur: nec cū psona inter moriuntur. id q cotidiana cōsuetudo docet, quæ in huiusmodi m iurib. dominatur: sed sunt ppetua, & ad hæredes extenduntur, & sequuntur quemcunq; possessorem fundi seruientis, sicut aliæ seruitutes reales.

f Ideo autem.] Hic vers. generalis est, tam ad urbanas quàm rusticas seruitutes, satisq; per ea, q̄ superius dicta sunt, explicatus. 7 Continet enim in compendio, prædictas seruitutes ob id prædiorum appellari, q sine prædijs, altero scilicet dominante, altero seruiente, constitui nō n possint. 8 Obligationis tñ iure viā pmittere interdū & is pōt, qui fundū nō habet, adeo ut euictionis cōtrahat p obligationē.

g Constitui non possunt.] Vt nempe sint atque subsistant: Promitti tamen recte q possunt, ut videlicet constituantur, cum prædia r fuerint.

§. Si quis velit.

1 *Materia ex qua seruitutes constituuntur.*
2 *Consuetudine seruitutem comparari, & statuto.*
3 *Item & præscriptione.*
4 5 *Seruitus continua quæ sit: & quanto tempore præscribatur.*
6 7 *Seruitus discontinua: & quanto tempore præscribatur.*
8 *An nuda tituli allegatio in seruitute discontinua sufficiat.*
9 *Qui modus, & quæ formæ seruitutibus imponi queat.*
10 *Ex tempore seruitus constitui nequit, nec ad tempus, nec sub conditione.*
11 *Quomodo finiantur seruitutes.*

a Si quis velit vicino aliquod ius constituere, b pactionib. atque stipulationib. id efficere debet. Potest ēt testamento quis hæredē suum damnare, ne alterius tollat ædes suas, ne luminib. ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiumq; aduersus eum habere: vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquamue ex eo deducere.

a Si quis.] Traditur hoc loci materia, ex qua reales seruitutes constituuntur.

b Pactionibus.] 1 Constituuntur ergo seruitutes tam contractib. inter uiuos puta stipulatione, donatione, vel alijs, quam ultima a voluntate: modo uterq; & is qui paciscitur, legat, aut contrahit, eius prædij, cui seruitus deberi incipit, sit dominus, & econtra: quāquā & is qui utile tantū dñium habet (qualis est emphyteuta, uasallus) seruitutem b acquirat. 2 Adde, seruitutē ēt comparari cōsuetudine alicuius loci, uel statuto: ut si ita constitutum sit, uel longo tempore obseruatum, quod uicinus per prædium uicini iter actūue habere debeat: aut ne quis ædes suas altius tollendo, luminib. uicini c officiat, uel prospectui. 3 Item & usucapione siue præscriptione. Seruitutes cū licet summo iure nō admittant usucapionem, id ēt phibente [lege Scribonia:] d postea tñ Prætores & Iurisconsulti ex bono & æquo hanc rē sæperantes, pmiserunt, vt seruitutes longa quasi possessione & usu diuturno usucapi, acquirere possēt. 4 Quod ut recte accipias, scire conuenit, aliquas seruitutes habere cām continuā, ut q̄ semel positæ semper durent, sine facto hominis, & quarum possessio non interrumpatur: ut seruitus [immittendi tigni in uicini parietē, est cōtinua, qa postq̄ semel eam cœpi quasi possidere, hoc est, si semel tignum inclusum est in uicini parietem, nō opus habeo ad eius pscriptionem ullo hominis facto & opera, sed continuo eā possideo, tanquam rem aliquam immobilem. Idē est in aquæductu, & ædibus altius sublatis. 5 Aliæ seruitutes habent causam discontinuam, siue (ut Latinius dicas) interpolatam aut interpellatā. hæ sunt, q̄ sine hominis opera nec subsistunt nec durant: ut facultas [eundi, agendi, uehendi currus, appellendi pecoris, hauriendæ aquæ], & his iura similia. Et dicitur propterea [discontinua] siue interpolata: quia de eius natura necesse est interuallū tēporū, cū nemo possit continuo ire, agere, haurire aquā, f &c. 6 Seruitus ergo continua iure ciuili pscribitur spacio tanti temporis, quo res immobilis: uel decē annis inter psentes, uiginti inter g absentes. Requiritur tñ bona fides, nō scientia & patientia aduersarij, dum adsit bona fides. Nam & sic dominiū pscriberetur. g 7 Discontinua uero siue interpolata seruitus nō usucapitur lōgo tēpore, quia non extat cōtinua possessio, sed in ea præscribēda necessariū est tm tēpus, cuius initij memoria nō existat, in quo scientia & patiētia aduersarij nō requiritur. 8 An aūt nuda tituli allegatio in casu pposito sufficiat, diuersimode tractatū i est. Paulus Castrēsis primo eā

l d. l. ergo cum l. seq.
m l. 4. si publicanus. § fi. de public.
n l. via. §. si fundus. de ser. rust. pdio. & l. 1. ff. cōmunia. pd.
o l. 26. heredes, §. an ea. famil. ercis.
p l. 46. fundum cuius. §. 1. de euict.
q l. heredes. §. an ea stipulatio. ff fa. ercis.
r l. si seruitus §. ult. de serui. vrba. pred.

a Fa. l. potest. cōmunia. pdio.
b l. 1. § fin. de superfic. l. & in prouinciali. C. de seru. & aqua. l. si. is cui. §. fi. qn eā dm. ser amit.
c l. 1 §. pe. & ibi glo. & Dd. de aqua. plu. arg. l. 2. C. de ser. & aqua.
d l. 4. sequitur. §. vlt. de vsucap.
e l. 10. si q s diuturno. si ser. vē di. l. 1. §. vl. de aqua plu. arc.
f l. seruitutes. 14. de ser.
g Sic intelligit d. l. si quis diuturno. si ser. vē
h Bar. & Pau. Ca. in d. l. seruitutes. per l. fi. C. de longi. tēp. præsc. Bar. d. l. 1. §. deniq; de aqu. plu. arc.
i in d. l. seruitus.

sufficere censuit, adductus Innocentii autoritate: k *deinde tamē veritate vrgente vacillari. Odofredus hoc dogma reprobat, mille, inquiens, animas per istud ad inferos demergi: vtpote q ansam doli fabricādi præbeat. Cui Zasius* l. *quoque non semel subscripsit, maximè quod tempus immemoriale, q a lege desideratur, iam per istud dogma eluderetur, & sic dolo quis circunscriberetur: nisi aliqua concurrerent indicia quæ pro titulo præsumendo facere ut: quod omne in officium iudicis collocandum esse dicit.* m *Diximus de materia seruitutum realium: non incongruum fuerit, de modo quoque & forma earūdem paucula attexere.* 9 *Sciendum itaq; est modum seruitutibus imponi posse, vt scilicet cōstituatur, quo genere vehiculi, quot equis, qua parte fundi, p diuiso qs vadat.* n *Potest et vsus seruitutis modificari, ut in die certis horis, vel alternis dieb. aliquis vtatur, licet semper sit vna & perpetua seruitus.* o 10 *Ex tēpore vero constitui seruitus nequit, id est, ex certa die, in qua incipiat: nec ad tēpus, scilicet quo finiat; nec sub cōditione extinctiua, nēpe vt certa cōditione euenīete, seruitus, extinguatur: vt si dixero, Do tibi facultatē eūdi, quousq; Cæsar veniat, vel Friburgum veniat: nec ad certam cōditionē: veluti, donec Titius cōsul est, iter p fundum, vel quā tiu volā. Si tū hac forma cōstitueretur seruitus, tametsi stricto iure, nō valeret cōcessio: tn̄ obstaret impedire volēti vsum, exceptio. Esset enim tutus exceptione, eaq; iure tutus p vilitatis cā receptū p est. Quæ vero plicè vn̄ sit ratio, clarius cæteris Zasius in suis* [*Paratitlis*] q *refert. Cæterum de actionib. quæ vero huiusmodi seruitutibus vel asserendis vel negādis cōpetunt, Imperator infra suo loco* r *tractabit. Pro colophone tn̄ addendum est paucis.* 11 *quib. modis cōstitutæ seruitutes rursum extingui ac finiri possint: quando nihil tā stabiliū est, q nō ciuili quoq; ratione labefactari queat. Finitur ergo primo seruitus, si per dominum sit remissa, atque ab ea p expressam renunciationem discedatur: quia eodem genere quodque dissoluitur, quo s colligatū est. Deinde, p nō vsum legitima interueniente præscriptione amittitur. exēplū est in seruitute vrbana: nā si decē vel uiginti annis non sis ea vsus, quia uicinus foramen, in quod immitti tignum solebat, nel fenestras quibus sol immittebatur, obstruxit; tāto certè tēpore parta est rursus uicino libertas. Vltimo, cōfusione quoque prædiorum cessant seruitutes: uidelicet si item utriusque prædij, tam dominantis quàm seruiētis dominus esse cœperit insolidum:* t *secus est, si ex parte tantum prædij fiat ista confusio, quia non penitus extinguitur seruitus.*

k c. si diligēti. extra. de præscript.
l Præcipuè i ti. ff. de seruit.
m Arg. l. 1. de iure delib. quę latius in suis intellectib. p sequitur.
n d. l. seruitutes. § ad finem.
o l. via §. seruitus de seruitutib.
p Per gl. Bar. & Cast. in d. l. seruitutes. § 3.
q Subti. de seruitut.
r In § æque. inf. d. actionibus vbi & nos dicemus.
s l. 14. quæritur. § si vēditor. de ædil. edic. ll. 80. prope q. que de solut. l. 36. nihil tā naturale. de regu. iuris.
t l. 1. quemadmodum serui tus amittatur.

DE VSVFRVCTVS. TIT. IIII.

In Rub.

1 *Personalis seruitutis tres species.*
2 *Ordo huius tituli defensus.*
3 *Seruitus personalis cur sic dicta.*
4 *De seruitut. bus mixtis.*
5 *Vsusfructus duplex, causalis & formalis.*

Hactenus de realibus seruitutibus dictum est: nunc de personalibus subiicitur: 1 *quarum tres sunt species* [*vsusfructus, vsus, habitatio.*] 2 *Nec repugnat, si dicas, ordinē videri pposterū, cū primitus de psonali tanq excellentiori fuisset agendum: quemadmodum & in Pandectis est obseruatū quoniā, id propter rerum diuisionem secundo abhinc titulo traditam factam est, vt uno contextu diuisionis materia sequeretur, vt Faber* a *ait. Dicuntur aūt hæ* [*personales seruitutes*], *quia psonæ debentur, licet a re obueniant. Nam supra quoque admonui, ad dijudicandum qualitatem cuiusque seruitutis, semper respiciendum esse id, cui debetur, siue sit persona, siue res.* 4 *Doctores tamen recedentes a phrasi Romana has maluni mixtas appellare: ut quæ partim a realibus, partim a personalibus naturam participent. Personales enim sunt, quia cū persona finiunt:* c *reales, quia vt iura realia vendicantur.* d *Hoc aduēdū, in præsenti titulo de formali vsufructu, nō de causali mētionē fieri.* [*Vsusfructus causalis*] *Doctoribus est, qui eām domi ij habet, cū scilicet vsusfructus cum sua cā, id est, pprietate coniungitur.* [*Formalis*] *vero dicitur, vbi vsusfructus a pprietate separat. & hoc casu seruitus est, nec vllo mō ad dominū rei ptinet: qa qūi de seruitutū specie sit, seruire illi sua res non potest.* e *Cora.* f *tn̄, vnū tantum usumfructū esse cōtēdit, ad quē tyronem Iuris remitto: & sūa huic accedit, q* g *paulo post annotabo.*

a Hic in rubr.
b In rub. de seruit. præd. n. 4.
c l. 1. vbi & seruit. l. nō solū. § tali. de liberatio leg.
d l. 1. vti frui in pr. § si v instruc. pet. Cy. in rub. C. de vsufruc.
e d. l. vti frui.
f li. 5. Misc. c. 2.
g in d. eo §. vsusfructus.

Princip. tit.

1 *Vsusfructus definitio explicata.*
2 *Iulius Paulus Papiniani assessor.*
3 *Ius pro facultate accipi.*
4 *Creditor non potest uti pignore.*
5 *Vsus & usufructus differunt.*

6 *Fructuarius cauet,ſe boni viri arbitrio vſurum.*
7 *Et hæc cautio an ſit de ſubſtantia vſusfructus.*
8 *Vſusfructus rei inhæret,& cum re perimitur.*

a Vſusfructus eſt *b* ius *c* alienis rebus *d* vtendi *e* fruendi *f* ſalua rerum ſubſtantia. Eſt autem *g* ius in corpore: quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.

a *Vſusfructus.*] 1 *Hæc vſusfructus definitio ab effectu et officio cõſtata eſt: quod genus definiẽdi eſt in legibus frequens. Deſumpſit aũt eam Iuſtinianus ex Iulio* a *Paulo: 2 quem cõſiliarium Alexandri Seueri & Papiniani præfecti prætorio Aſſeſſorem vnà cum Vlpiano fuiſſe, Lampridius autor eſt: qui eundem ab Alexandro fuiſſe præfectum vel ab Heliogabolo vel ab eodem adſcribit. Libros in iure ciuili tã multos ſcripſiße fertur, vt facilè in eo genere ſuperiores omnes vincerit.*

b *Ius.*] *Ideſt, facultas: 3 neqve hoc rarum eſt, cum in legibus, tum apud alios probatos autores, vt ius pro facultate accipiatur.*

c *Alienis rebus.*] *Propria.n.rei vſusfructus conſiderari nõ poteſt, niſi de cauſali loquamur, proprietatis perpetuo comite: quæ inſpectio rarior eſt, nec tot habet effectus, ſicut quando alteri conceditur, & vtilitatem ſuam proximo reddit vſusfructus.*

d *Vtendi.*] *Ad differentiam iuris, quod habet creditor piguore. 4 Is. n. non poteſt vti re pignorata, quia vtendo furtum committeret.* b

e *Fruendi.*] *Ad excludendum vſum nudũ dicitur [fruendi,] qui.n.vſum tm̃ habet, minus habet quam qui vſumfructũ. 5 Siquidem vſum dicitur habree, cui ius vtendi datum eſt, quod vti poſſit prædio, vel domo ad neceſſitatem. At vſusfructus plenior eſt, omnemq; vtilitatem rei ſignificat, & ius & facultatem vtendi fruendi præſtat, tam ad voluptatem, quam ad neceſſitatem. Poteſt enim vſufructuarius, ius quod habet, locare, vendere, aut gratis concedere vt fruatur: habet deniq; quicquid omnino ad plenitudinem fruendi pertinet, ſalua rei ſubſtantia, ita quod dominus, præter proprietatis ius in re, viuente vſufructuario, nihil retineat.*

f *Salua rerũ ſubſt.*] *Quia in hũc modum vti frui licet, ne quicquam de ſubſtãtia pareat: & per hoc emphyteuta, ſimilesq; perſonæ excluduntur, quib. non eſt neceſſe rerum ſubſtantiam ſaluam ſeruare. 6 Vſufructuarius vero cogitur ſatiſdare, [ſe vſurum re aliena arbitratu boni viri:] hoc eſt, ſe rem nõ deteriorem facturum, quam in re ſua faceret.* c *Et cum vſusfructus ad eũ pertinere deſierit, reſtituturũ, quod inde extrahit, id quod in pandectis latè explicatur peculiari titulo. 7 Nonnulli tamen volunt hanc cautionem non eſſe de ſubſtantia vſusfructus, quia & ſine cautione vti frui liceat.* d *quod verũ eſt, ſi de vero vſufructu loquamur, earum.ſ.rerum quæ vtendo non deteruntur.* e *Nam ſi ad rerũ quæ vſu conſumuntur, vſumfructum reſpicias (quanquam tũ improprie vſusfructus dicatur) cautio videtur eſſe de ſubſtantia.* f *Quibus conſequens eſt,* g *quod tametſi fructuarius domo aut fundo a teſtatore ſibi legato vtatur fruatur, cautione necdum præſtita: fructus tamen ſuos faciat, niſi a proprietatis domino, ſiue alio, iã ſiut præcepti. Secus ſi vtatur frumento, pecunia, veſtibus, alijsue rebus ſimilib. quæ vſu conſumuntur: fructus enim non lucraretur.* h

g *Ius in corpore.*] *Id eſt, rei corporali inhærens. 8 Vnde diſcis vſumfructũ non eſſe rem aliquã quę ex ſeſe ſubſiſtat, aut contrahentiũ voluntate conſtet, vt tanquam ius quoddam obligationis ad hæredes, vel in eos transferat, ſed eße ius, rei corporali ita inhærens, vt vnà cũ ipſa re perimatur: verbi gratia, Conceſſi ego tibi vſumfructum ſerui mei, & tu quidem es vſufructuarius, ego uero proprietarius, quandiu ſupereſt ſeruus, vſusfructus conſiſtit, illo autem mortuo, & vſusfructus extinguitur, cum ſublato principali, & ea quæ acceſſionum locum obtinent, extingui* i *oporteat.*

a In l.1.de vſufr.
b §.furtum.inſ. de obli. quæ ex delic.naſc. §. fin. quibus mod. re contra. oblig.
c l. 1. vſufruct. quem admo. caue.
d glo. in d. l. 1. de vſufruct.
e Zaſ. in l. ſed etſi §. item ſi iurauero. in ff. de iureiur.
f Dd. in l. 1. C. eo. fa. §. conſtituitur. infra hoc tit.
g Ang. hic.
h Cy. Bald. Sal. in d. l. j. C. eo. Bar. in l. ſi homo. de vſufruct. glo. & Dd. in l. ſi vxori. de vſufru. leg.
i l. 2. de pecu. leg.

§. Vſusfructus.

1 *Vſusfructus quibus modis a proprietate ſeparetur.*
2 *De uocabulo proprietatis, quæ interdum plena, interdum nuda dicitur.*
3 *Item præſcriptione, & ſententia iudicis uſusfrus acquiritur.*

a Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit, idq; plurib. modis accidit. *b* vt ecce, ſi quis vſumfructum alicui legauerit. nam hæres *c* nudam habet proprietatem, legatarius vero vſumfructum. & contra: ſi fundum legauerit, deducto vſufructu, legatarius nudam habet proprietatem, hæres vero vſumfructum. Item alij vſumfructum alij deducto eo *d* fundum legare poteſt. Sine teſtamento vero ſiquis velit vſumfructum alii conſtituere, *e* pactionibus & *f* ſtipulationib. id efficere debet. *g* Ne tamẽ in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente vſufructu, placuit certis modis extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

a *Vsusfructus.*] *Diximus supra ad rubrica, de vsufructu formali, qui à proprietate separatur, hic tractari. Quia autem varijs modis hæc separatio contingere potest, ideo Imperator paucula aliquot exempla subdit: vt ex eorum formulis, complura eiusdem monetæ intelligere liceat.*

b *Vt ecce.*] 1 *Hæc exempla docent, vsumfructū à proprietate separari posse, vel in vltimis voluntatib. vel inter viuos pactionib. & stipulationib. quæ omnia pendent à voluntate & facto ipsius domini, constituentis vsumfructum & à sua proprietate separantis.*

c *Nudam.*] *Idest, separatam ab vsufructu.* 2 *Obseruent aūt tyrones iuris, quod [proprietas] vocabulū sit à iurisconsultis distinguendorum deficiendorumq; dominiorum causa confictum. nam [dominiū] nomine solidum, i. plenū dominiū intelligitur, in quo. s. vsusfructus inest. Vnde [vsusfructus] pars dominij* a *appellatur. Cum igitur [dominium] vsufructu deminutum significare vellent, [proprietatem] dixerunt, sicut ex hoc titulo & in Pādect. locis innumeris patet, in quib. [vsusfructus] proprietati opponit. Itaq; Neratius* b *cum [dñium] dixisset, & illud quod vsusfructus expers est, significaret, continuo [proprietatis nomine interpretatus est. Postea tñ cū suo more subtiliter omnia persequerētur, vti [proprietatis] vocabulo non contenti, proprietatem nudam dixerūt;* c *quæ vsufructu deminuta est: plenam vero, quæ vsumfructū in* d *se haberet. Hinc Papinianus,* e *[Si duobus,] inquit [alternis annis vsusfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda est: cū si legatariū vnum substituas, cui alternis annis legatus sit vsusfructus, plena fit apud hæredem proprietas eo tempore, quo ius fruendi legatario non est.]*

a l. 3. ff. de vsufr.
b In l. 13. ff. de acquir. rerum dom.
c vt hic in textu.
d l. 2. ff. quibus mod. vsusfruc. amit.
e ibidem.

d *Fundum.*] *Id est, nudam proprietatem fundi.*

e *Pactionibus.*] *Id est, quibuscunque contractibus inter viuos*

f *stipulationib.*] 3 *Adde quod ēt longa possessione, quæ sufficiat ad vsucapionem, acquiri vsumfructū posse: sicut & ius alterius seruitutis:* f *item quando iudex in familiæ erciscundæ, aut communi diuidūdo iudicio, alij proprietatem, alij vsumfructum adiudicat,* g *pariter vsusfructus constituitur: quos modos acquirendi vsumfructum Imp. hic omisit.*

g *Ne tamen.*] *Occupatiuncula est. Posset. n. obijci, quod in nostro proposito nullus esset proprietatis vsus, cū apud alium sit vsusfructus rei: & sic valde est ridiculum, me dominum rei appellari, alium vero reipsa vti frui, & proprietatem esse sine effectu. Hanc obiectionem tacitam Imperator hic submouet.*

f l. 8. Neque fructuarium. C. de vsufructu.
g l. 6. vsusfructus pluribus. ff. eo. l. 16. & puto. § 1. ff. famil. erc. & l. 6. si quis putans. § officio, ff. comm. diui.

§. Constituitur.

1 *Quarum rerum vsusfructus constitui possit.*
2. 3 *Rerum vsusfructus non constituitur, quæ vsu consumuntur: & quæ sit ratio.*
4 *Verbum, Cauere, quomodo hic accipiatur.*
5 *In quasi vsufructu quæ sit forma cauendi.*
6 *Si cautio omissa sit, quomodo peti possit.*
7 *Potest testator grauare alios, vt pro fructuario fideiubeant.*
8 *Vti & abuti.*
9 *Vsusfructus & quasi vsusfructus in quo differant.*
10 *Quasi vsusfructus in quo differat à mutuo.*
11 *Differentia inter dare, & tradere.*

a Constituitur autem vsusfructus non tantum in fundo & ædib. verum ēt in seruis, & iumētis, & cęteris rebus: exceptis ijs, quæ ipso vsu *b* consumuntur. Nam hę res *c* neq; naturali, rōne, neq; ciuili recipiunt vsumfructum: quo in numero sunt vinum, oleum, frumentū, vestimenta: quib. proxima est pecunia numerata. Nāq; ipso vsu assidua permutatoine quodāmodo extinguitur. Sed *d* vtilitatis cā *e* senatus censuit, posse ēt *f* earū rerū *g* vsumfructum *h* cōstitui: vt tamen eo noīe *i* hæredi vtiliter *k* caueatur. Itaq; si pecunię vsusfructus legatus sit, ita datur legatario, *l* vt eius fiat: & legetarius *m* satisdet *n* hæredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, *o* aut capite minuetur. *p* Cęteræ quoq; res ita tradūtur legatario, vt eius fiāt: sed æstimatis his, satisdatur, vt si moriat' aut capite minuatur, tāta pecunia restituatur, quāti hę fuerint ęstimatæ. Ergo senatus *q* nō fecit quidem earū rerum vsumfructum (*r* nec. n. poterat) sed per cautionem quasi vsumfructū constituit.

a *Constituitur.*] *Explicatur in hoc §. quarum rerum vsusfructus possit existere, vel non possit.* 1 *Et pro regula seruandum est, omnium rerum, quarum natura fruitioni accomodata est, vsumfructum constitui posse: neque enim est res vlla, maxime corporalis, quæ non possit in usumfructum uenire, dum eius extet commercium.*

b *Consumuntur.*] 2 *Hæ. n. res, quæ usu statim consumuntur, quales sunt quæ pondere, numero, uel mēsura constant: item uestimenta, & similes, ob id usumfructū non recipiūt, quia non maneret utendo fruēdo salua earum substantia: quod tñ omnino necesse est. Ideoq; supra dixi, fructuarium satisdare, debere, [se usurum re aliena arbitratu boni uiri:] id est, se causam usus fructus non deteriorem facturum, cæteraq; oīa curaturum, quæ in re sua faceret diligēs paterfamilias.* a *Bonum uirum aūt interpretatur Venuleius*

a l. 1. ff. de vsufruct. quemad. cauea.

nuleius, b iudicem, qui arbitratur.

c Naque naturali.] 3 Naturali ratione ideo non, quia salua non manet ipsius rei substantia: neq; enim usum præbere, nec fructum reddere possunt ullum, nisi simul consumantur. Ciuili uero ideo nõ, qa earum rerum proprietas transit in fructuarium. c est enim firma regula ueterum, cuius etiam Cicero d in Topicis meminit [Quarum rerum vsus est consumptio, in his non potest vsus a re separari.]

d Vtilitatis causa.] Quo magis scilicet utilitas omnium rerum latissime pateret.

e Sanatus censuit.] Senatusconsulto constitutum est; cuius Seuerus Antonius e Impp. & Vlpianus f iurisconsultus alibi etiam meminerunt.

f Earum rerum.] Quæ vsu consumuntur.

g Vsumfructum.] Impropriè tamen: ut infra subijcit.

h Constitui.] Vt scilicet vsus earum rerum aliquid interim commodi adferat vsufructuario.

i Hæredi.] Apud quem est proprietas rei: & cui finito vsufructu res restituenda.

K Caueatur.] 4 Hoc verbum (cauere) variè in legibus g accipitur: sed hic cautionẽ fideiussoriã, vel certè pignoratitiam significat. Expone ergo [caueatur] est, vel pignoribus, vel fideiussoribus, cautio præstetur: subaudi, ad eo qui huiusmodi res fruendas accipit. Sed quid cauebit? rem ipsam ita saluam fore, ut finito vsufructu tantum restituat, quantum accepit. 5 Et hic discis, quæ sit forma cauẽdi in huiusmodi reb. q̃ vsu consumuntur. illa scilicet, q̃ in pecunia numerata caueat fructuarius, se restiturum tantam pecuniam ꝑprietario, quanta ipsi fuit tradita, si contingat finiri vsumfructũ: in alijs vero reb. se eiusdem qualitatis res restituturum, extincto vsufructu, h aut æstimatis illis æstimationẽ: i quod et cõmodius est. 6 Si tamen cautio sit omissa, peti potest ab his quorum interest, condictione incerti, vel actione in factum: aut si petita non sit finito vsufructu, quantitas tradita reddetur.

l Vt eius fiat.] Id est, vt pecuniæ dominium transferatur in legatarium vel vsufructuarium.

m Satisdet.] Id est, securitatem per fideiussores K det, aut cautionem præstet pignorationem, quę æqui pollet fideiussoriæ.

n Hæredi.] Hoc est, ei ad quem primum pertinuit harum rerum proprietas: quæ si esset alteri legata es, non autem hæredi caueretur. l Quod si sub cõditione legata esset, interim hæredi cauẽdũ est: q si cautionem petere omiserit, existente conditione, legatario tenebitur eo nomine. m 7 Potest tamen testator grauare aliquos ex hæredib. vt ꝓ fructuario fideiubeãt: quo casu si ex fideiussione n cogãtur aliqua soluere nihil repetent à fructuario, actione mandati, q̃ nullũ intercessit: cũ ex necessitate ipsi se obligarint.

o Aut capite minuetur.] Patiatur maximam vel mediam capitis deminutionem, amittendo scilicet libertatem, aut ciuitatẽ o Romana: Et videtur hic locus ex * Caio descriptus esse. Idemque Cicero sensit lib. 2. de legib. & Paulus lib. 3. Sentent. cap. 6.

p Cæteræ quoque res.] Quæ vsu consumuntur.

q Non fecit.] Proprie loquendo.

r Nec enim poterat.] Vel naturali vel ciuili ratione considerata vt supra dictum est.

s Quasi vsumfructũ] Impropriè scilicet: & potius abusum, quã vsumfructũ. 8 Est enim [abuti] vtẽdo consumere. Nam, autore Boetio, utimur his, quæ nobis vtentibus permanent: iis uero abutimur, quę nobis vtentib. pereunt. Et ex hoc texu discenda est singularis differentia, inter abusum vel quasi vsumfructum, & vsumfructũ verũ. 9 Nã uerus & proprius vsusfructus in his reb, constituitur, quæ vsu nõ deterũtur: quasi vsusfructus autem in reb. quæ vtendo pereunt. item in vsufructu vero res traduntur, id est, ita cõceduntur fructuario, ut non in totũ eius fiant, sed maneãt ꝑprietarij. Cæterũ in quasi vsufructu res dãtur: hoc est, ita cõcedũtur alteri, vt in accipientem transferatur dominium: præstita tñ supradicta cautione, quæ loco proprietatis est. 10 Et in hoc differt etiam quasi vsusfructus à mutuo, q̃ p non requirit eã satisdationẽ. Differt & in eo, q̃ in mutuo necesse est, vt idẽ genus, eiusdẽq; omnino bonitatis p reddatur: at cautioni, quæ in hoc vsufructu desideratur, sit satis, si iusta rerum æstimatio q restituatur. Addunt nonnulli r & hoc discrimen, quod in mutuo, periculum casus fortuiti, ad accipientem pertineat, tanquam dominum: s secus in fructuario pecuniæ: is enim casum fortuitum non præstat, sed ad illum huiusmodi periculum pertinet, qui vsumfructum constituit, non secus atque si alia res periret. 11 Interim obiter etiam ex prædictis intelligis differentiam inter dare & t tradere.

b In l. 137 cõtinuus. § cũ ita stipulatus. de verb. oblig.
c l. 7. si tibi vini. ff. de vsuf. earũ rerũ quæ vsu consum. iuncta l. vti frui. si vsusfru. peta.
d In loco a cõtrario.
e In l. 1. C. de vsufruct.
f In l. fi. ff. vsufr. quẽad. cauea.
g l. sancimus. C. de ver. sig. dixi sup. de ado. § cũ autem impub. nu. 8.
h d. l. si tibi decẽ 6. cũ l. seq. de usufr. earũ rerum.
i Vt hic. & d. l. si tibi decem.
K l. ff. qui satisdatio cog.
l l. 6. si tibi decẽ. de usufr. earum rerum q̃ usu cons.
m l. 9 Iulianus. §. si tibi decẽ. ff. ad exhib.
n l. 8. tribus hæredibus. de usufr. earũ rerũ.
o l. 9. in stipulatione: & l. seq. de usufruc. earum rerum:
* in l. 2. ff. de usufru. ea. rer. quę usu. cons.
p §. i. infr. Quib. mod. re cõtr. oblig. ibi Dd.
q d. l. si tibi.
r Bal. hic.
s l. ii. incend. C. si cert. pet.
t De quasi §. sic itaque differentiis inf. de dic.

§. Finitur.

1 Vsusfructus morte fructuarij finitur.
2 Quid si testator vsumfructum ad hęredes fructuarij extendat?
3 Duo casus, in quibus hæres fructuarius agit.
4 Ciuitas fructuaria quando censeatur mortua.
5 Vsusfructus capitis demiuutione amittitur.
6 Vsusfructus non vtendo qualiter pereat.
7 Vsusfructus in iure cessione quando finiatur.
8 Cessio vsusfructus in extraneum facta non ualet.

9 *Potest tamen fructuum percepto alijs concedi, quamdiu durat vsusfructur.*
10 *Vsusfructus proprietatis comparatione perditur,*
11 *Consolidatio non impedit ius accrescendi.*
12 *Vsusfructus rei mutatione vel interitu extinguitur,*
13 *Area quid? & varia eius acceptio, & 14,*

a Finitur autē vsusfructus *b* morte vsufructuarij, *c* & duab. capitis diminutionib. maxima & media, *d* & non vtendo per modum & tempus; quæ omnia *e* nostra statuit constitutio. Itē finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario *f* cedatur (nā cedēdo *g* extraneo, *h* nihil agitur) vel ex cōtrario, *i* si vsufructuarius proprietatē rei acquisierit; quæ res *k* Cōsolidatio appellatur. Eo amplius cōstat, si *l* ædes incendio *m* cōsumptæ fuerint, vel etiā terræmotu, vel uitio suo corruerint, extingui usumfructum, & ne *n* areæ quidem vsumfructum deberi. Cū aūt finitus fuerit totus vsusfructus, reuertitur scilicet *o* ad proprietatē: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit *p* plenam in re habere potestatem.

a Finitur.] De constitutione vsusfructus hactenus dictum est: nunc de eius amissione congruo ordine videndum: quam multis modis contingere, hic §.

b Morte vsufructuarij.] 1 Et hic est primus modus quo finitur vsusfructus, nēpe mors a vsufructuarij. Vsusfructus enim cū sit seruitus b psonalis, extra personā fructuarij, & sic ad hæredes ipsius nō ptenditur. 2 Quod si testator hoc expresserit, ut usufructus & ad hæredes ptineret; tamen ad hæredē tātum primū, non etiā ad ulteriores hæredes pertinebit, c nouusq; erit in psona hæredis vsusfructus: atque ob id de nouo cauebit hic hæres se re boni uiri arbitratu d vsurū. 3 Sunt tamē duo casus, in quibus hæres fructuarius agit. Primus est si perceptis à colono fructib. fructuarius pēsione nō soluta moriatur tum enim hæres defuncti aget ad eos, e Secundus est, si fructuarius, per hæredem testatoris īpeditus, frui nō poterat, & vita defungatur; tunc hæres fructuarij ad interesse f aget. Quod si usus fructus p fideicōmissum à legatario delictus sit, non inspicitur mors, vel iacapacitas legatarij, sed eius, cui fideicōmissum g debetur. 4 Sed si ciuitas constitutum habeat usumfructum, quamuis hæc mori nō possit, tñ si ita desinat, ut aratrū in ea inducatur, intelligitur iā esse mortua, vt usufructus amittantur, h Subditque Accursius, i paria Iudicari, si ciues communicato consilio inde discederent.

c Et duabus capitis diminution.] 5 Olim omni capitis deminutione, hodie solū maxima & media, p quas libertas & ciuitas Romana solebat amitti, vsusfructus, eiusque actio desinunt K non habita ratione, siue iure ciuili siue prætorio constituatur. Et hic est secundus modus finiendi vsusfructus. Quod si quis aute capite minuatur, quàm vsusfructus cesserit; id est, incipiat deberi, puta, quia vel hæreditas non est adita, vel ex die legatus fuit usufructus, & intra diem capite deficio, die postea cedente nihil pdo, quia nihil habui: quapropter si quando restituere, saluus mihi esset l usufructus. Quibus consequēs est, si in singulos annos, mēses, dies, mihi vsusfructus legetur, qa plura sunt legata, eum solū vsumfructum capitis deminutione perdi, qui iam constitutus erat. Cæterum si restituar per Principem, siue alium, saluus mihi erit ad cætera tempore m vsusfructus.

d Et non utendo.] 6 Tertio non utendo usufructus perit, nempe si usufructuarius eo nō utatur, fruatur: hodie decem annis inter psentes, uiginti inter n absentes. Sed quid si tantum vtatur, nō et fruatur? Et si quidem sciens se habere vsumfructum, tantum utatur, tunc ius fruendi retinet: ignorans vero si id faciat, vsumfructum amittit. o Dixi, hodie: quia olim statim interibat ususfructus, si rei immobilis possessione biennio fructuarius non utebatur, rei mobilis anno, ut Paul. Antiquitatum lib. 9. scribit. Quod ad ecclesiā tamen & ciuitatem fructuariam attinet, non interrumpitur ususfructus, neque finitur non utendo, nisi centum annorum p spacio.

e Nostra statuit constitutio.] Quæ extat lib. III. Cod. ad Iulianum præfectum prætorio. q

f Cedatur.] 7 Quartus modus finiendi vsusfructus, est in iure cessio, quando scilicet fructuarius domino proprietatis usumfructum in iure cesserit.

g Extraneo.] Id est, ei qui rei, in qua constitutus est ususfructus, proprietatem non habet.

h Nihil agitur.] Quo ad ius utendi fruendi transferendum in extraneum. Est enim ususfructus seruitus personalis, & personam non transgreditur, sed cum ea interit. Itaque non aliter cessione finitur ususfructus nisi in proprietarium fiat. In alium autē facta, penitus inutilis est, & nullius roboris. 9 Potest tamen fructuarius liberè perceptionem fructum alteri locare, uendere, gratisue r concedere.

i Si vsufructuarius.] 10 Quinto ususfructus amittitur dominij sine proprietatis cōparatione; ut si fructuarius rei, in qua habuit vsumfructum, proprietatem quoquo modo nanciscetur, iam extinguitur vsusfructus, & cum proprietate, tanquam sua causa, rursus coniungitur.

K Consolidatio.] Consolidatio ergo, quæ à Græcis σύμπτωσις dicitur, tum fit, quando in unum consolidātur, & conueniunt vsusfructus & pprietas, & consolidari ususfructus dicitur, qui pprietati cōiungitur. Hinc apud Iauolenum solida proprietas s dicitur, in qua ususfructus inest. 11 Huiusmodi tñ cōsolidatio ius accrescēdi apud eos qui in vsufructu cōiuncti sunt, nō impedit: vt si mihi & tibi ususfructus

si legatus i

a Hic & l. 3. §. vl. qb. mod. v. sufin. amit.
b Vt sup. adrub.
c l. 13. cum antiquit. C. eo. ti.
d l. 6. reper. & ibi glo. ff. qb. mod. vsuf. Bal. l. 1. §. excepto. C. de cad. tol.
e l. 65. defuncta. de vsufruct.
f l. 53. si extraneo in fi. cū l. seq. de vsufr.
g l. si legatū. l. si Pōp. §. fi. qb. mod. vsufruc. amit.
h l. 21. si vsus fr. ciuitati. Quib. mo. usus. amit.
i In d. l. si usufr. per l. 1. pri. resp. de col. bo.
K l. 1. ff eo. l. 16. corruptionem C. eo. ti.
l d. l. 1. §. sed ita, cum §. seq.
m d. l. 1. §. fi.
n d. l. corruptionem.
o l. 20. it qusum fru. qb. mod. vsusfr. amit.
p l. 74. cui vsum fr. cū gl. ff. de vsufruct.
q In d. l. corruptionem.
r l. 13. arborib. §. vsufruc. de vsusfr. & l. si vsufr. 67. de jur. dot.
s l. à liber. 36. ff. de bon. libert.

sit legatus, & proprietas ad alterutrum perueniat, non cessat ius accrescendi. t Sic si mihi proprietas fundi, idest, fundus plenus tibi autem & Titio & mihi vsusfructus legetur habebo ego proprietatē & tertiam partem fruitionis, tu & Titius vterq; tertiam. Hic licet mea tertia pars cum proprietate consolidata sit, & dicatur iam vsusfructus causalis; per hoc tamen ius accrescendi nō impeditur: vnde si alter ex vobis partem suam amittat, mihi & tertio ea pars accrescit. Quod adeo verum est, vt si etiā proprietatem alienauero, ius accrescendi mihi duret. u

g l. v. de vsufru accres.

v l. 4. idē Neratius, §. non solum, cū §. seq. l. si tibi. 5. & l. se. & l. idē est. ī prin. de usu fru. accres.

l *Aedes.] In quibus habet vsumfructum.*

m *Consumptæ.] 12. Sicque finit etiam vsusfructus rei mutatione vel interitu. & hic est sextus modus finiendi vsusfructus. Mutari autem vel interire res fructiles dicuntur, cū vel domus, vel nauis exurit, ruinam patitur, vel destruitur; tunc enim nec areæ, nec materiæ. sed nec nouarū vel ædium, vel nauiū ex priori materia restitutarū vsusfructus debitur. x Si tamen domus vel nauis per partes refectæ sint, licet oīa noua facta sint, mansisse y dicitur. Nec vero aliter rei mutatione extinguitur vsusfructus, nisi tota pereat et immutetur. Nam si ex partem solū corruat, exurat, destruatur, quę superest portio, totius seruitutis ius conseruabit. z Ideoq; ne temere res inutetur, aut intereat magno fructuarij dispendio, partem ruinosæ domus, aut semiustæ, inuito quoque domino fructuarius reficere a potest.*

x d. l. 5. re. §. rei. l. quid tamen. 10. §. non tantū. quib. mo. usufru. amit.

y d. l. quid tamē hoc ti. l. ppo- nebāt. de iud.

z l. si cui insulę. 53. de usufru.

a l. eum ad quē C. h. ti. l. 17. æquissimū, cum duab. ll. seqq. ff. eod.

n *Areæ quidem.] Neque. n. aræo legatus erat vsusfructus, sed ædium, vt sine his nequeat subsistere. 13 Est autem area locus vacuus, et sine ædificio, dicta nō absimiliter, quod arida sit, nihilq; generet. Florentinus, b [locus (inquit) sine ædificio in vrbe ærea in rure ager.] Varre autem aream vocat, vbi frumenta secta terantur & arescant. Græcis* [illegible] *dicitur. 14 Interdum Area Iurisconsultis singnificat solum, cui ædificium imponitur, & quod depositis ædibus manet; vnde & ædificij pars c est. Areā quoque appellabant, in quā collecta omni ex parte pluuia descendit: sicq; haud raro d in Legib. accipitur. In rusticis vero prædijs locus erat terendis frugib. & leguminib. aptus, e [ein trescher boden.] quo etiam sēsu apud Varronem sumitur, vt paulo ante dixi.* i

b In l. stidi. 211. §. loc', de uer. sig.

c l. seruitutes, 20 de serui, ur. l. 68. qui res, §. aream, de solu ti. & l. 21. domo. de pi. act. & alibi sępe.

o *Ad proprietatem.] Tanquam suam causam: quare tunc [causalis vsufrusctus] dicitur ab Interpretibus iuris docendi gratia vt supra memini.*

p *Plenam in re habet potestatem.] Velut plenum habens dominiū: cuius effectus alibi f annotauimus.*

DE VSV ET HABITATIONE. TIT. V.

In Rub.

1 *Vsus definitio.*
2 *Vsuarius vtitur fructibus ad necessitatem,*
3 *Vsus alteri concedi non potest.*
4 *Vsuarius cogitur satisdare,*

d l. j. & d. l. serui tutes. §. si seruitus, & §. qui in area. de ser ui. urb.

e l. 14. Mela. §. vl. de alim. leg. j. ult. §. ul. de ser ui. & aqua.

Explicito vsufructu, ad reliquas duas species seruitutis personalis accedit Imperator, [vsum. s. et habitationē], Est autem vsus nihil aliud, quam ius alienis vtendi reb. ad vsum quotidianum, quod in aliū transferri non potest, salua rerum substantia. Excluditur primo fructuarius, qui nō tantum vtitur reb. alienis, sed ēt fruitur. Adponitur deinde, [ad vsum. quotidianum.] Quia vsufructuarius hēt oēs fructus tam naturales quam industriales, qui quoquo modo ex re percipi possunt, inter quos numeratur ēt venatio, aucupium, a piscatio: 2 vsuarius vero illis tantum fructib. vti permittitur, quos necessitas vtentis efflagitat, 3 Porro annexum est, [quod in alium transferri nequit: ad differētiam, & vsusfructus, et habitationis: quarum seruitutum vsus & commoditas ēt alij cōcedi potest, cum id in vsu non liceat. Deniq; adiunxi, [salua rerum substantia. 4 quia vsuarius, ad instar fructuarij cogitur satisdare, se vsurū re, boni, viri arbitratu, ita vt rem non deterioret, neq; mutet. Si tamen ex grege vel iumento quicquā perierit, id (nisi sua culpa perierit) substituere non tenetur. Quando vero iumento vtitur, tum id pascere debet; reliquos autem sumptus, in gregem, armentum, aut iumenta, præstabit dominus proprietatis. b

f sup. ad rub. dè ser. diuisione,

a l. 10. itē si fundi. §. aucup. de usufruct.

b Argu. l. si domus. 19. de usu & hab.

Princip. tit.

1 *Vsusfructus & vsus parificantur, quo ad constitutionem & finitionem,*
2 *Vsusfructus potest pro parte diuisa constitui: secus in usu.*
3 *Vsusfructus ad æstimationem deduci potest, usus non item,*
4 *Vsusfructus an extraneo concedi possit.*
5 *Differentiæ inter usuarium & fructuarium plures & nu. 6.*

a Iisdem illis modis, quib. vsusfructus constituitur, etiam nudus vsus constitui solet; iisdemque illis modis finitur, & quib. & vsusfructus definit. c Minus autem iuris est in vsufructu. Nā is qui di d nudum

di d nudum habet vsũ, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, e stramentis, & lignis fad vsum quotidianũ vtatur: in eoq; fundo ei hactenus morari licet vt neq; g domino fundi molestus sit, h neq; iis, per quos opera rustica fiunt impedimento: nec vlli alij i ius quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis cõcedere potest: cum is, qui vsumfructum habet, k possit hæc omnia facere.

a *Iisdem.] Vsusfructus & usus cõparantur, pariq; possu ambulant, quod ad constitutionem & amissionem utriusq; seruitutis attinet. 2 Differunt tamen in hoc, quod usus fructus, non et usus pro parte di uisa cõstitui finiriq; potest. a Res. n. diuidua est ususfructus, cuiusmodi nõ est ipse usus: primum quia frui pro parte possumus, uti pro parte nõ possumus. b 3 Deinde quia ad æstimationem, ut pote rem diuiduã, deduci ususfructus pót: cũ in usu secus sit. Eius. n. æstimationem si consideraueris, non usum, sed usumfructũ feceris: quia pecunia in fructu c est. Quamuis aũt usus partẽ non recipiat, modũ tñ admittit, ut. s. ntendi necessitas ad certũ modũ coarctari valeat. Et hæc est insignis inter usumfructum & usum differẽtia, quã Imperator referre omisit: licet sex alias dexprimat, quas ad tex. suo loco sigillatim annotabimus.*

b *Illis modis.] Qui autem sint illi modi, supra in proximæ præcedenti titulo relatum est.*

c *Minus autem.] Nunc quomodo inter se discrepent hæ seruitutes, adstruit.*

d *Nudum habet usum.] Nempe, sine fructu.*

e *Stramentis.] Vide Varronem lib. 1. de re Rustica.*

f *Ad vsum quotianum.] Quatenus. s. sibi suisque sufficiat: item & conuiuis & hospitib. Aliquando enim largius cum usuario agendum est, e pro eius dignitate.*

g *Domino fundi.] Qui proprietatem in fundo habet.*

h *Neque iis.] Idest familiæ, rusticę quę ibi fondi colendi causa est Idẽ quoq; de saltuarijs dicendum quos proprietarius mitit, ut fundum custodiant: nam nec illi impediendi sunt.*

i *Ius quod habet.] Idest emolumentum & usum ipsius iuris: Nam ius ipsum ne fructuarius quidem in alium transferre potest, ut statim dicetur.*

k *Possit hæc omnia.] 4 Videtur primum hic tex. uelle, qd ususfructuarius ius suũ extraneo cedere possit: cuius cõtrarium ad finem itali proxime præcedẽtis est dictum. Sed non ita, quoniã ius hoc loco pro cõmoditate atq; usu iuris accipitur. Fructuarius. n. nõ potest cedere extraneo ius personale, h quod eius personæ, tantum inhæret, & una cum eo intermoritur: utrum fructus, & commoda fructuum poterit extraneo locare, uel uendere, quãdiu ille uixerit. 5 Ex hoc igitur tres habes differentias, quib. usuarius a fructuaria discernitur. Prima, quia usuarius uti tantum potest fruct. h. quatenus ad us m quotidianũ sibi suisq; sufficiat. K fructuarius & utendi & fruendi simul ius habet. Et sic [usus] tantum ad necessitatem: [ususfructus] et ad ultilitatem ac uoluptatem refertur. Hinc illud Ciceronis lib. 1 Offi [Expetuntur aũt diuitiæ, tum ad usus necessarios, tum ad perfruendas uoluptates.] Altera differentia est, quia usuarius fundum ita incolere permittitur, dum familiæ rusticæ, nõ sit impedimẽto: talis fundi per se colendi ius non habet: id. n. sibi proprietarius retinet; contra [fructuarius] habet plenam & liberam habitationẽ cum ipse colere deat. Tertia est, quia fructuarius commoditatem, quam ex fundo habet, alii cõcedere potest: usuarius nõ potest. l Nisi usus alicqui uanus & inutilis futurus sit, si non commoditas ucl uendatur uel alteri locetur, m aut nisi tam spaciosa domus usus sic relictus, ut portiuncula contentus sit usuarius: tum non est ei inuidendum: si ab inquilino pẽsionem habitationis n recipiat. Idem quoq; est, si usuarius equos locet (dum consueuit usum equorum locare) & hoc testator o sciat. 6 Quarta differẽtia est, quam hic Iustinianus refert, quod vsuario fructus naturales tantum, non etiam ele borati & industriales dentur: vsufructuario vero vtriq; idest, nõ tantum hi, quos terra sua sponte profert: verum etiam ij, qui arte & industria culturaq; adhibita nascuntur, ueluti poma cæteraq; arborum baccæ: item fœnũ, ligna, & cætera quæ sunt generis eiusdem, vsuario pro modo & ratione suæ necessitatis dibẽtur, at frumentum oleum, uinum non debentur. 7 Ad de adhuc quantam differentiam, quod usus gregis in solo stercore: vsusfructus uero etiam in fœtu reliquis omnib. p continetur. modico tamen lacte usuarium uti posse, Vlpian. q ait, neque ita, strictè defunctorum uoluntates interpretandas esse.*

a Gl. hic solet. b l. 10. vsus pars de vsu & habi. c Ita Alci. lib. 3. Parad. c. 18. d Vt inf. n. 5. & §. se. n. 3. & 4. e l. plenum. §. 1. in fi. h. ti. & facit. l. precario. ff. de preca. f l. 10. si habitatio. §. vl. de vsu. & hab. g Arg. l. 17. si ita legatus. ff. h. ti. h §. si verb. nam cedendo supra de vsufru ct. i d. l. arborib. 13. §. nouis. de vsufruct. K l. 12. plenũ. ad pr. & §. idem Ne rua. hoc nostro tit. l. sed neq; locabunt. h. ti. l. vt que. eo. & d. l. plenum. §. operas, hoc ti. m l. 23. diuus. ff. e. n l. cæterum. hoc ipso ti. o d. l. plenum. §. eqoirii. p d. l. plenum. §. sed si pecoris. q. Ibidem.

§. Item is qui ædium.

1 *Fructuarius ædium quoslibet recipere potest: secus in usuario:*
2 *Vsus ædium mulieri legatus ea conditione, si a uiro diuertisset, maritũ non excludit.*
3 *De usu serui, bouis, equi, &c.*
4 *Quid in usu pecoris, an fructuarius & usuarius differant.*
5 *Vari a lectio nocule, uel.*

Item is a qui ædium vsum habet, hactenus ius hẽre intelligitur, vt ipse tãtũ inhabitet: nec hoc ius ad aliũ b transferre potest, c & vix receptum esse videtur, vt hospitem ei recipere liceat: & cũ vxo re liberisq; suis, item libertis, nec non personis alijs liberis, quibus non minus quam seruis vti- tur:

tur: *d* habitandi ius hẽat. Et conuenienter, *e* si ad mulierem vsus ædium pertineat, cũ marito eius habitare liceat. Item is ad quem serui vsus *f* pertinet, ipse tãtum opera atq; ministerio eius vti potest. Ad alium vero nullo modo ius suum transferre ei concessum est. Idem. s. iuris est & in iumento. *g* Sed etsi pecorum *h* vel ouium vsus legatus sit, neq; lacte neq; agnis, neq; lana vtetur vsuarius: quia ea *i* in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus vti potest.

a Qui ædium vsum.] Hæc est quarta differẽtia, qua fructuarius ab usuario distat. 1 *Vsuarius. n. ædiũ usum hẽns, dũtaxat cum uxore familia, & libertis, cumq; seruis, in quib. est opera, domo vti potest:*[a] *hospitemq; recipere, dum ipse habitet. Cæterum sine eo nec horum cuiquam habitare permittitur. At fructuarius potest quoslibet recipere, vel eam ipse habitare uel alteri fruendam concedere.*[b] — a l. §. j. de vsu & hab. b d. l. arborib. §. vsufr. de vsuf.

b Transferre potest.] Ita. s. ut sibi nihil retineat, communicare autem non æque prohibetur.[c] *Ideoq; si pensionem habitationis ab alio percipiat, modo ipse quoque inhabitet, ei non esse inuidendum Vlpianus*[*] *respondit.* — c l. cæterũ. hoc nostro tit. * l. 4. hoc tit.

c Et uix receptum.] Est tamen multorum autoritate receptum & approbatum, Celsi uidelicet, Pauli, Tuberonis, & ipsius Labeonis, excellentissimorum iurisconsultorum.

d Habitandi ius.] Idest, facultatem.

e Si ad mulierem.] Est. n.] Vt Vlpianus[d] *ait, [& uiri uxorisq; una domus:] propter uim. s. indiuiduæ consuetudinis, quæ ipsos est.* 1 *Itaq; si usus ædium mulieri legatus sit ea conditione, si a uiro diuertisset, respondit Vlpianus:*[e] *nihilominus eam cum marito habitaturum, remissa conditione, ut puta quæ turpis sit, & contra bonos mores.* 8 *Sed etsi uiduæ legatus sit ædium usus, nuptijs postea, contractis, mulier cũ marito habitare*[h] *poterit.* — d l. j. §. si vir aut vx. § ad Sylla. e l. j. ff. de ri. nu. & §. j. supr. de nupt.

f Ad quẽ serui usus.] 3 *Quinta hic differentia ponitur. quia habens usum seruilis operæ ac ministerij, uel iumenti. bouis, aut equi, ipse tantum uti non potest, non ẽt alteri locare: secus in fructuario. Si tamen usuarius tam inops est, cum vno boue, cuius ei usus legatus est, fundum suum arare nequeat, nec alium emere præ inopia possit: cum uicino suo, cui ẽt unus bos est, pacisci nõ uetatur, ut inuicem cõmodẽt boues.*[i] — f l. sed neq;. §. j. de usu & hab. g l. reprehendẽda. C. de Inst. & substit. h d. l. 4. §. vi. hoc nostro tit.

g Sed etsi pecorũ.] Sexta & ultima differẽtia: quia fructuarius, cui relictus est pecoris ususfructus, pleno iure omnes fructus percipit.[K] *Vsuarius vero, qui pecoris nudum usum habet, bob. utetur ad arãdum, & ad cætera, quib. apti sunt: sin oues sint, agrũ cũ eis stercorabit: lana aũt & fætu non utetur, lacte tamen modico uti poterit:*[l] *cum non tam stricte interpretandæ sint uoluntates defunctorum.* — i l. 13. si rem. §. si cum vnũ. de præscri. ver. & d. l. diu°, h. ti. K l. 7. ff. de vsur. leg. §. in pecudum. Insti. de rer. diuis. l d. l. plenũ, h. ti.

h Vel ouium.] 5 *Plerique pro uocula, [uel,] legunt, [ueluti:] cum Pecorum appellatione oues etiam cõtineantur, sane in Greco est ita: δρεμμάτων προβάτων. Potest tamen uetus lectio defendi: quia licet oues sint species pecorum: non propterea tamen legatum ouium est species legati pecorum.*

i In fructu.] Idest, pertinent ad eum, qui usumfructum habet pecorum uel ouium. — m d. l. plenũ. §. sed etsi pecoris.

§. Sed si cui habitatio

1 *Hebitatio quid.*
2.4 *Habitatio quomodo constituatur & finiatnr.*
3.5.6 *Habitatio in quo differat, & in quo conueniat cum usufructu & usu.*
7 *Habitator ad instar fructuarij satisdationem præstat.*

a Sed si cui habitatio legata, *b* siue aliquo modo cõstituta sit, *c* neq; vsus vr, neq; vsusfructus, sed quasi proprium aliquod ius; quanquam habitationem hẽntib. propter rerum vtilitatem, secũdũ *d* Marcelli sententiam *e* nostra decisione promulgata, permisimus non solum in ea degere, sed ẽt alijs locare. Hæc de seruitutib. & vsufructu, & vsu, & habitatione dixisse sufficiat. De hæreditatib. aũt & obligationib. suis locis proponemus. Exposuimus summatim, quib. modis iure gentium res acquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo & ciuili iure acquiruntnr.

a Sed si cui.] 1 *Hoc loci tertia personalis seruitus tractatur: quæ est [habitatio,] qua hẽtur ius seu facultates habitandi in aliena domo, salua domus substantia. Ea. n. neq; ususfructus est, neq; usus, sed quasi proprium aliquod ius, nam in facto potius quam in iure habitationis legatum*[a] *consistit: effectu tamẽ idem pene est legatum*[b] *usus & habitationis.* — a l. pe. ff. de cap. demin. b l. 10. ff. hoc ti.

b Siue aliquo modo.] Puta stipulationib. uel pactionib. 2 *nã hæc seruitus pariter tam contractib. inter uiuos, quam ultima uoluntate constituit. amittitur autem solum morte habitatoris, item cessione, & consolidatione, interitu, ac mutatione. Verum non utendo, aut capitis deminutione non*[c] *perditur.* — c l. si habitatio. ff. de usu & hab.

c Neq; usus uidetur.] 3 *Vnde apud ueteres dubitatum fuit, qualis dẽret dici, aut in utrius iuris albũ referẽda esset hæc seruitus, cũ aliquãdo cõueniat, rursusq; distet ab usu & usufructu. Attingit ususfructus naturam in hoc, quod sicut fructuarius potest alteri iuris sui cõmoditatẽ locare, ita & is cui habitatio constituta est: idq; ex noua Iustiniani Imp.*[d] *decisione, ad quam in hoc fit relatio.* 4 *Recedit ab usufructu, cum hic uarijs modis extinguatur:*[e] *sed habitatio non utendo, & capitis deminutione nõ perdatur, sed sola morte habitatoris: quia ad eius hæredẽ, cum sit ius personale, transire nõ*[f] *põt.* 5 *Interdum* — d In d. l. cũ antiqui. 13. C. de vsuf. e §. fi. fi. de usu f d. l. si habitatio. & l. legatũ. de c. dem.

g d.l.si habitatio. h l.sed neq; h.ti. i d.l.cũ antiqui tas.& ibi glo. K Hic.

dum habitatio similis est vsui;quoniam is qui habitandi ius habet,casdẽ personas recipere pót, quas et vsuarius g recipit.Longe ab vsu discrepat:cum quod in vsu negatum est,h locari etiam habitatio possit. 6 Porro cum vtroq; & vsufructu & vsu conuenit;quia eisdem,quib.illi,modis constituitur,nec ad hæredes transit.Rursus ab vtroq;differt:cum vsus & vsusfructus non solum ædium,sed cæterarũ et rerũ constituatur,habitatio,nisi ædium,nulla dici possit.i Recte ergo Imp.K ait,[quasi proprium aliquod ius esse habitationem] idest,peculiarem hanc esse speciem seruitutis personalis.

l d.l.cum antiquitas.

d Marcelli sententiam.]Huius tamen Marcelli non meminit Iustinianus in sua l Constitutione, sed solum veterum Iurisconsultorum altercationes hac de re habitas refert.

m d.l.cũ antiqu. n l.j.§.inter.in fi.ff.cõmodati.l.ñ gratuitã. de præsc.ver.

e Nostra decisione.]Quæ etiamnũ Iustinianeo m Codice extat.Et sic iure Codicis habitatio et locari potest,vtcunq; veteres in hoc disceptarint.Quanquam nec veterum quisquam (quos ego legerim)nomi tim neget,habitationẽ locari posse.Certe Iulianus,eam cõmodari posse respondit.n Illud pro colophone addendũ,habitatorem ad instar fructuariĳ,cogi satisdare,se vsurum domo aut re,arbitrio boni viri, ita vt rem neq; deteriorem reddat,neq; mutet,sarta tecta habeat,atq; reficia. Atq; hoc est,quod supra in descriptione habitationis dixi,[eam ius esse,alienas inhabitandi ædes salua ædium substantia.]

DE VSVCAPIONIBVS ET LONGI TEMPORIS PRESCRIPT. TIT. VI.

In Rubricam.

1 Continuatio huius tituli ad præcedentes.
2 Vsucapio in genere, & res mobiles & immobiles includit,& vnde dicatur.
3 Præscriptio proprie exceptionem significat.
4 Vsucapio & præscriptio quomodo differant.
5 Vna vox & generice & specifice quandoque sumitur.
6 Vsucapionis definitio:& nu.8.17.
7.9 Vsucapio & præscriptio quale dominium tribuant:directum,an vtile.
10 In vsucapione continua possessio requiritur.
11 Continua possessio quæ sit.
12 Requiritur item in ea,iusta possessio.
13 Pauli Cast. obiectio contra Modestini definitionem reiecta & nu.14.
15 Titulus quid:& vnde dicatur.
16 Bona fides quid:& quando quis dicatur eam habere.
18.19. Vsucapio vnde introducta,& qua de causa.
20 Falsum esse quod præscriptionum aliæ sint fauorabiles,aliæ odiosæ.
21 Vsucapio an sit iniusta,& contra naturam.
22 Lex inferior & lex superior.
23 Epitome huius tituli.

a §.singulorum, su.de rer.diu. b In l.5.quinq; pedũ. C.fini. regun. idẽ li. 4.Dispũ.c.vl. & Cãtiũ. hic. c Vt in d.l.quinque pedũ.l.fi. C.de excep.l. pe.e.ti. & l.ij. qui agnitis.ff. de exc. & præscrip. cum si. d Vt in prin.huius ti.ver.ideo que. e In c.j.de defi. f In l.3.de vsuc. g An in loco iã allegato multa exẽpla congessit.in 3.de finiẽ. genere.

Diximus]supra,a 1 titulo possidẽdi,& ex his rerũ dominia bifariam nobis acquiri,vel iure naturali siue gẽtiũ,vel iure ciuili.Et hactenus quidẽ Iustinianus titulos possidẽdi enarrauit,qui ex iure naturali seu gentium,descendũt:consequens ergo est,vt nũc de acquisitione quæ iure ciuili existit,dispiciamus. & quia vsucapio & præscriptio sunt modi acquirendi dominĳ iure ciuili,ideo iusto ordine hic tractatus præcedentes subsequitur. 2 Quod ad declarationem Rubricæ attinet,cum primis sciendũ est,[vsucapionẽ genuina significationis vi tã ad acquisitionem rerũ mobiliũ, quam immobilium pertinere:unde dictam, quod p vsum aliquid capiat,& auferat. Vsus.n.per lapsum tẽporis res corporales & incorporales priori domino adimit,& transfert in aliũ.[3 Præscriptio]aũt,vt Alciat.ait,b. est veluti quidam fructus et effectus vsucapionis,nẽpe perẽptoria illa exceptio,quæ ex iure efficaci trãslato a priori domino in vsucapiẽtem,ipsi domino reliquias superioris authoritatis intẽdenti,eius depellendi gratia proponit. Et sic præscriptio ad ius excipiendi principaliter ptinet.Vnde et est,qd veteres Iurecõsulti præscriptionis voce vt plurimum pro exceptione ppetua vsi fuerint.c Hinc ti.in Pandect [de diuersis & temporalib. præscriptionib.] post reliquas exceptionum species generaliter subiungitur. 4 Verum recentiores postea hãc inter vtranque vocem differentiam constituerunt,quod vsucapio] sit rerum mobilium:[præscriptio vero rerũ immobilium,soloq; hærentium,& iurium incorporalium:vt seruitutũ,actionũ,atq; id genus similium. Non raro tamen vsucapio in genere accipitur,vt vtrunq;& præscriptionem,& vsucapionẽ specificã comprehendat.d 5 Sane non est infrequens in legib.quod vna eademq; uox & generice & specifice accipiatur.Idem.n.in adoptione,in actione,in pignore,cognatione, iurisdĩone,pacto contingit: multisque aliis vocabulis:quæ Apellus e elegater in sua Methodica dialectices rõne congessit. Nunc uideamus rẽ ipsam:nempe quid sit vsucapio in genere sumpta,& quare fuerit introduct :Et Modestinus f vsucapionem eleganter definit. g 6 [quod sit adiectio dominii, per continuationem possessionis, temporis a lege:

lege definiti.] quę definitio ab effectu ſiue officio ſumpta eſt: cuius generis ſunt plurimę in legib. Vſucapionis.n. effectus, et quaſi proprium eſt, vt per eã acquiratur ſiue adyciatur dominiũ iure ciuili: quod alioqui in reb. bona fide traditis nunquam certo conſiſtere [h] poſſet. [Et adiectionem dñij] appellat Modeſtinus: quia verum dominium ex conſenſu non trãſfertur, ſeu ex autoritate legis, quæ tacitũ conſenſum domini iam diu ſilentis, ac velut rem ſuam alienare volentis, interuenire præſumit. [i] Pleriq; tñ non [adiectio] ſed [adeptio dñij] legendũ putant in Modeſtini, lege, ſicq; Vlpian. ſuadet in Epito. tit. 19. 7 Sed quodnã dominium mediante vſucapione acquiratur, directum, an vtile, Doctores [K] a multis iam annis conflictantur. Ego breuiter Martini ſñiam, vt veriorem amplector, exiſtimantis, vſucapione & rerum mobilium & immobilium directum acquiri dominium: tum quia [vſucapio] Modeſtino [l] definitur [quod ſit acquiſitio, ſiue adiectio dominij:] quod de directo proprie accipiẽdum [m] eſt: tũ quia Diocletianus & Maxim. Impp. pariter [n] ſcribunt, [Traditionib. & vſucapionib. dominia rerũ acquiri.] Nam ſicut traditionib. directum acquiritur dominium, ita etiam vſucapionib. [o] tũ deniq; quia qui patitur rem ſuam poſſideri & præſcribi, cenſetur illam alienare: quinimo magis cõſentit, quam ſimpliciter alienans: [q] ſed alienãs, expreſſe transfert dominium, ergo etiam idem in caſu noſtro. Sed & definitio veri dominij, ita præſcribenti competit, ſicut & vſucapienti: dũ [dominium] dicitur [perfecte de re corporali diſponendi niſi lege prohibeatur.] Poſtea.n. præſcriptor perfecte diſponere, nec dñs prior hẽt ius contra habentem cãm [ſ] ab eo. Confirmatur etiam hæc opinio, quia [dominium] eſt ius. ſed in his quæ ſunt iuris, lex diſponens agit ex veritate, non per fictionem. [t] Vnde dato, quod dominium traſfertur ex ſola autoritate legis, eſt tamẽ verum dominium 8 Et ideo recte Modeſtinus definiẽdo dicit, [vſucapionem eſſe acquiſitionem dominij, ſiue adiectionem.] Adiectio.n. ad actum ciuilem refertur: ſicq; ab ipſo tam vſucapio, quam præſcriptio definitur. Cum igitur verum dominium inde quæratur, non eſt dubium, in qualibet diſpoſitione ẽt odioſa appellatione [domini,] eũ qui præſcripſit, contineri. [u] 9 Concludendo ergo, dñium quod a lege transfertur, eſſe verũ ac directum dominium, vtcunq; contra dominum naturalem lex dicat, [x] componere vtilem actionem: ſed reſpectu cuiuſlibet alterius, nihil differt a cæteri directis dominis. Sicq; directũ dñium acquiritur in qualibet vſucapionis ſpecie, ſiue trinnalis, ſiue dicennij, ſiue longioris temporis [y] ſit. Nam his modis lex [z] ſimpliciter dicit, acquiri dominium: vnde alter modus ab altero diſtinguendus non videtur. Ad definitionem vſucapionis redeundo, dicitur in ea, [per continuationẽ poſſeſsionis: 10 nã in vſucapione primum omniũ requiritur poſſeſſio. & illa quidem continua: cũ ſine poſſeſſione vſucapio nõ procedat. [a] Rurſus non poteſt vera cenſeri poſſeſſio, niſi ſit continua. 11 Poſſeſſio aũt continua dicitur nõ ſolũ quæ penes vnum & eundem ſemper eſt, ſed ẽt quę ab vno ad aliũ legitime tranſlata [b] ſit. 12 Debet aũt: hæc vox (poſſeſsionis) in definitione cũ effectu accipi, vt de iuſta poſſeſſione intelligatur. Poſſeſſio aũt, vt ſuam vim et ptãẽ habeat, poſſitq; vſucapiendi conditionem pręſtare, requirit legitimũ titulũ, et bonam fidem, itemq; rem talem eſſe, quæ vſucapi poſſit. 13 Atq; per hoc defenditur prædicta Modeſtini definitio a Pauli Caſtrenſis impugnatione, qui eam vt inſufficientem notauit, propter omiſſionẽ iuſti tituli, & bonæ fidei. 14 Quanq̃ Alciatus exiſtimet, [c] nec fuiſſe neceſſariã tituli vel bonæfidei expreſſionem: cũ hæc ſubſtantiam vſucapionis intrinſecus non recipiant, ſed ſolam poſſeſſionem referẽdam fuiſſe. Hincq; fit, vt defectus poſſeſſionis quandocũq; ſuperueniens, vſucapionem interrumpat: cũ in bonę fidei defectu ſecus ſit. 15 Eſt aũt titulus (vt ẽt alibi [f] commonui) per quem indicatur aliqua poſſidendi legitima cauſa, ſufficiens ad dominium acquirendum, vel in re naturali, vel ciuili, a tuendo dictus, quod factũ autoris tueatur, indicans ueritatem cuiuſlibet rei. tales ſunt omnes modi, quib. rerum dñia, vel naturali iure, vel ciuili acquiruntur: vt Olded. [g] eleganter tradidit. 16 [Bona fides] autem eſt, ſincera illæſaq; conſcientia, unumquemq; certo excuſans de ignorantia rei alienæ, quam vel tradit vel accipit ab alio. Tum ergo dicitur uſucapiens [habere bonam fidem,] ſi neſcit rem alienam uitioſam, puta furtiuam, uel aliàs a legib. alienari prohibitã. 17 Sequitur deniq; in Modeſtini definitione, [temporis lege definiti,] q̃a certum tempus a lege ſtatutum eſt, intra quod quis poſſidere dẽt, ut uſucapiendo dominium nanciſcatur quantum aũt uel quale ſit illud, infra ſuo loco audiemus. 18 Porro uſucapionem bono publico a lege ciuili introductam. Caius [h] iuriſconſultus recte affirmat: ne. ſ. quarũdam rerũ diu, & fere ſemper incerta dominia eſſent. Conſtat.n. alienationes inter homines eſſe frequentiſſimas, tam per contractus quam per ultimas uolũtates. Iam nemo factum alterius ſcire poteſt, utrum tradens dñs ſit, nec ne. Vnde ſi dñs eſt, dominium tradendo, tranfert: ſi non eſt, nihil ad eum qui accipit, tranfertur. [i] Si igitur licere priore domino ſemper petere rem a poſſeſſore, nec poſſeſſor efficeretur quandoq; certus de rei, quam habet, dñio, cuius aliàs difficiliſſima eſt probatio: ſequeretur, ferè neminem aliquid ſecure poſſidere, ſicq; rerũ dominia ſemper manerẽt in incerto: 19 Deinde nullus futurus eſſet litiũ finis inter homines, nulla in Repub. pax & tranquillitas, ſi lex non inueniſſet modũ ac rõnem, qua poſſidẽti ſuccurreretur aduerſus petentẽ: ſemper.n. alter alteri de rerũ poſſeſſionib. ac dominijs controuerſiam moueret, concurrentib. ẽt ad rixas cognatis utriuſq; partis. Neceſſarium ergo omnino fuit, ut temporum diffinitionibus, & uſucapionum modis dirimerentur infinitæ hominum controuerſiæ. Atque huc reſpexit Neratius, [k] [uſucapionem rerum inſtituam,] inquiens, [ut aliquis litium finis eſſet.] 20 Sunt ergo omnes & præſcriptiones, a breuiſ-

h l. 1. ff. de vſuc.
i Alc. in d. l. quinque pedũ, nu. 59 & 61.
K In d. l. 3. & l. traditionib. C. de pact. & in rub. extr. de pręſc.
l In d. l. 3.
m Per l. j. § q in perpetuum. ſi ager vect. pet.
n In d. l. traditio C. de pactis.
o Per reg. l. nam hoc iure. de vulga.
p l. alienationis verbum 28. de verb. ſig.
q Bar. in l. filiusfa. §. diuus. in fi. de leg. 1.
r Bar. in l. ſi quis vi. §. dñia. de. de acq. poſſeſ.
s l. ſi ſupratus. vbi no. de pig. Bar. l. 2. de excep. rei iud. & Dd. in c. ſiquis in ius. de reg. iur. in 6.
t Bar. in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ad l. Iuliã. de adult.
v Per regulam l. cum lege, vbi Aret. de teſt.
x In l. ſi duo patro. §. Iulia. ff. de iureiur.
y Ita Alc. in d. l. traditionib. & rub. extra de pręſcr. Fab. & Pot. hic. idẽ ſentit Inn. c. cæterũ. de iudicijs. & Cor. li. 6. Miſcell. c. 2p.
z d. l. 3. & d. l. tra.
a l. fine poſſ. de vſucap.
b §. inter vẽditorem. inf. h. tit.
c In d. l. quinq; pedũ. & d. q̃ſt. de verb. ſig.
d l. natur. de vſucap.
e l. iuſta. §. poſſ.
f §. ſingulorum. nu. 6. ſup. de rerum diuiſ.
g In trac. de vſucap. & pręſcr.
h l. 1. ff. de vſuc.
i l. tradi. de acq. re. do. l. nemo. plus. de regu. iur.

ſimis a

K In l. fin. ff. pro ſuo. l Ita Old. in d. tract. de vſucap.

simis usq; ad longimas, ex una eademq; causa, nempe ex causa publica salutis, concordiæ & tranquillitatis: ut multum errasse l videantur, qui distinxerũt inter fauorabiles, odiosas, rigorosas, & mixtas ex quorũ numero Gratianus m et fuit. Respexerũt. n. illi tantum ad priuatam utilitatem, non publicã. 21 Sed opponis, cõtra ius naturæ esse, domino inuito vel nesciẽte, ipsius rẽ occupare: quãdocum alterius detrimento nemo locupletior fieri dẽt: n nullo autẽ unquam die iure fieri potest, quod vel centum annis iniurium est. Respondeo iniurium non esse, quãdo quis rem legitima præscriptione acquirit: cum et bocio re pron sum sit, ne dominia rerum sint in incerto: estque hoc ipsum usucapiendi tempus in pœnam statutum eorum, qui reb. suis prospicere non satagunt. 22 Neque vero nescis, legem superiorem esse, [ut cõseruetur publica hominum societas:] inferiorem autem legem esse, [ut ius suum cuiq; tribuatur.] Quia hic lex inferior non potest conseruari, sine violatione superioris: igitur negligitur inferior, aufertque domino suum, propter negligentiam, intra tempus a lege præstitutum rem suam non repetentis, ut lex impleatur superior: hoc est, ut conseruetur publica sallus & tranquillitas, sitq, aliquis litium o finis. Et hæc quidem ad explicationem Rubricæ sufficiant. 23 Quas res, quo tempore, & quomodo per usucapionem acquiramus, Iustinianus hoc titulo tradit.

m 16. q. 3. c. præs.
l l. nam hoc natura. de cond. indebiti. c. locuple. de reg. iur. in 6.
o d. l. j. de usuca. & d. l. fin. pro suo.

In Princip. tit.

1 *Quantum tempus ad usucapionem sit præfinitum.*
2.7 *Usucapionis requisita.*
3 *Possessio continua præsumitur, quandiu contrarium non docetur.*
4 *Usucapio quibus modis interrumpatur.*
5 *Usucapio iure veteri non tribuebat dominium, sed possessio autoritate iuris defendebatur.*
6 *Præsentes, absentes qui dicantur.*
8 *Titulus, pro suo, non est aptus ad usucapionem.*

a Iure ciuili cõstitutũ fuerat, vt quib bona fide ab eo qui dominus nõ erat, cũ crederet *c* cũ dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliaue qua *d* iusta causa accepit: is eam rem, si mobilis erat, anno *e* vbiq; vno: si immobilis *f* bienno tantum in Italico solo *g* vsucaperet, ne rerum dominia in incerto essent, Et cum hoc placitum erat, putantib. antiquiorib. dominis sufficere ad inquirendas res suas *h* præfata tempora: nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neq; certo loco beneficiũ hoc concludatur: & ideo *i* constitutionem super hoc promulgauimus, qua cautum est, vt res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionẽ (id est inter *k* inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis) *l* vsucapiantur, & his modis non solum in Italia, sed etiam *m* in omni terra, quæ nost. *o* imperio gubernatur, dominia rerum *n* iusta causa possessionis præcedente adquirantur.

a Iure ciuili.] 1 Agitur in hoc principio de tpe, quod ad usucapionem & præscriptionem inducendã lege præfinitum est. Et olim quidem lex XII. tab. in re mobili. ubiq; tps anni statuit: in immobili bienniũ, sed in Italico duntaxat solo. Noluit. n. in prouinciis itidem procedere usucapiones rerum immobilium: sicut & ius patriæ potestatis proprium erat ciuiũ Romanorum.[a] Iustinianus uero sublata locorũ differentia constituit, ut res quidem mobiles triennio, immobiles autẽ per longi temporis possessionem. i. si præsentes sint domini, decẽnio: si absentes, uiginti annis usucapiantur. 2 Interim obiter ex uerbis textus colligẽda sunt requisita, ad iustæ usucapionis initium & progressum legitimũ necessaria uidelicet [possessio] sine ea. n. usucapio non procedit: [b] deinde, [iustus titulus.] Iusti autẽ tituli sunt modi acquirendi rerum dñia, tã iure gentium, quã ciuili, ue est occupatio, inuentio, traditio, in cã emptionis, permutationis, dotis, solutionis, donationis, legati, & id genus aliis iustis causis. Tertio, [bona fides:] quod. s. usucapiens crediderit rem eius esse, a quo traditam accepit. [c] Quarto, [ne res usucapienda sit uitiosa, uel extra hominum commercia, ut sunt res furtiuæ, ui ablatæ, res sacra, publicæ. item [ne sit a legib. alienari prohibita:] ut sunt res pupilli, furiosi, res dotalis, [d] res ecclesiastica: Deniq; [ut possessio sit continuata per tps a lege præfinitum, [e] nec unquam interrupta.] 3 Id quod ita fuisse præsumitur, donec doceatur contrarium, ac de usurpatione, i. usucapionis interruptione [f] constet. 4 Interumpitur autẽ usucapio bifariam: primum naturaliter, cum quis ui de possessione deiicitur vel cum alicui res mobilis eripitur. [g] deinde ciuiliter per litis contestationem, executorem missum, pignorum oblationem, simplicem denunciationem, & plerisque aliis modis, quos Doctores [h] suis locis referuntur.

b Bona fide.] Idest, sincera & illæsa conscientia, quia ignorarit, eam rem alienam esse: aut eum qui uendidit, ius putauit vendendi habere: Et in dubio præsumitur emptor esse bonæ fidei.

c Eum dominum esse.] Vel domini procuratorem, aut tutorem, ut Modestinus [i] addit.

d Iusta causa.] Operabili ad transferendum dominium.

e Ubique.] Etiam extra Italiam.

a §. ius aũt, sup. de pat.
b c. sine possessione, de re. in li. 6. & ibi gl.
c l. qui a quolibet. 27. de cõt. em. l. 2. l. si fraude. C. de long. temp. præs. & l. 2. de vsuc.
d l. vbi, & l. præscri. ff. hoc ti.
e De quib. hic, & l. j. C. eo. & l. 2. C. de lon. temp. præscri.
f l. 2. ff hoc tit.
g l. 5. naturaliter ff. dicto tit.
h In l. 7. cũ notissimi. §. sed et si. C. de psc. 30. vel 40. an.
i l. 110. bona fidei, ff. de ver. signi.

Bien-

f *Biennio:*] *Huius biennii Plinius & lib. 5. Epistolarũ, et Cicero pro Cecinna meminit:* [*Lex (inquiẽs.) iubet vsum & autoritatẽ fundi esse biennium.*] *Itemq; in Topicis hoc ad ædes trahit, argumento a pari.*
g *Vsucaperet.*] *Vides hic verbum,* [*vsucapere,*] *tã de reb. mobilib. quàm immobilib. dici.* 5 *Hoc quoq; non est omittendum, quod iure veteri (cuius hic fit mẽtio) per vsucapinoem dominium quidem, sive proprietas rei non acquirebatur, sed possessio autoritate iuris defendebatur propter occupatum vsum. Vnde Cicero in loco præcitato pro Cecinna, item in Topicis, & li. Offi. primo, quam nunc* [*vsucapionem.*] *eam ipse* [*autoritatem, vocat.*] *Iure autem quo nunc, vtimur, dominium vsucapiẽdo acquiri, supra diximus.*
h *Præfata tempora.*] *Anni scilicet, & biennij.*
i *Constitutionem.*] *Quæ lib. VII. Codicis* k *adhuc extat.*
k *Inter præsentes.*] *Præsentes autem dicuntur, cum vterque in eadem ciuitate seu prouincia domicilium habet: absentes vero, qui in diuersis ciuitab. vel, prouincijs agunt.* l
l *Vsucapiuntur.*] *Rursus vides, hoc verbum & ad mobiles & immobiles res referri.*
m *In omni terra*] *Et sic Iustinianus sustulit differentiam locorum, a lege decemuirali introductam*
n *Iusta causa possessionis præced.*] *Sicut. n. sine possessione, tanquam primo fundamento vsucapio contingere non potest.* m *ita & necesse est, vt possessio, descendat ex aliqua iusta causa.* 7 *Nam vt possessio vsucapionem & dominiũ producat,* [*Iustam*] *esse oportet: id est, vt ex legitimo aliquo acquirẽdi dominij titulo processerit, qui eãdẽ tueatur: qualis est titulus pro soluto, pro emptore, pro hærede pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, & si qui sunt similes. Ceterum nudo iusto titulo præcedẽte, possidẽtes rõne iuris prohiberi quærere, Dominium, a Diocletiano et Maximiano* n *rescriptũ est, & ideo quia cessat vsucapio, interuentionem dominij nũquã vbsumi.* 8 *Sed nec titulus, quem (pro suo dicunt, hoc est, quod pro suo quis possident, cũ dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua acquiri solet: hic inquam titulus aptus non est, ad vsucapionem efficiendam,* o *cum sit multiplicis naturæ, & nimis generalis. Hocq; est quod Celsus* p *eleganter scribit,* [*errare eos, qui existimarent, cuius rei quisque bona fide acceptus sit possessionem, pro suo vsucapere eum posse: & nihil referre, emerit, nec ne, an ei donatum sit, nec ne: si modo emptum vel donatum sibi existimauerit. Quia neq; pro legato, neque pro donato, neq; pro dote vsucapio valet, si nulla donatio, nulla dos, nullum legatum sit.*

k l.j.C.de vsuc. transf.
l l.cũ in omni.C. de præscri.longi temp.
m d.l.sine possessione.
n In l.nullo. C. de rei vendic.
o l.j.& ibi Dd.ff. pro suo.
p In l.Celsus, de vsucap. facit & l.4.C.de præscr.lon.temp.

§. Sed aliquando.

1 *Liber homo non vsucapitur.*
2 *Ascriptitij coloni glebam sequuntur.*
3 *Res sacra & religiosa vsucapitur.*
4 *Seruus fugitiuus quare vsucapi nequeat.*

a Sed aliquando, etiam si maxime quis bona fide rem possederit, non tamẽ illi vsucapio vllo tẽpore procedit: veluti, si quis *b* liberum hominem, *c* vel rem sacram, vel religiosam, *d* vel seruum fugitiuum possidrat.

a *Sed aliquãdo.*] *Ad vsucapionis initium & progressum legitimum inter cætera requiri supra diximus, quod ipsa res sit apta & idonea ad vsucapiendum: itaq; nunc subijcitur, quæ res vsucapi non possint, sic enim intelligemus a contrario, reliquas omnes vsucapione acquiri posse.* a
b *Liberum hominem.*] 1 *Liber ergo homo, tametsi bona fide retineatur, vsucapi tamen non potest, & centum annorum spacio, quo minus proclamet in libertatem: vt Accus.* b *annotauit, licet Constantinus imperator, de LX. tantum annis meminerit.* 2 *Secus tamen est in adscriptitijs colonis: qui licet liberalem conditionem habere existimentur: tamen glebæ, id est, prædio alicui perpetuo colendo in libro censuali* d *vel publico iudicio sunt adscripti, vt inde nunquam recessuri. Sequuntur itaque ipsam glebam, hoc est, prædium, cui addicti* e *sunt.*
c *Vel rem sacram.*] 3 *Res sacra & religiosa ideo vsucapioni non subest, quoniam tales res sunt exẽptæ a commercio hominum: ergo nec vsucapione potest acquiri earum dominium. Si tamẽ res sacra profanum rursus efficeretur, secus esset, veluti si capiatur ab hostibus.* f
d *Vel seruum fugitiuum.*] 4 *Seruus fugitiuus, etiam bona fide, iustoq; titulo possessus, vsucapi, non potest, ea ratione: quia cum fugiendo furtum suiipsius faciat, & quidem proprium ac regulare, vt aduersus communem opinionem Curcius* h *alibi defendit: furtum dicitur vitium reale, quod hunc in modum vitio rem afficit, vt rem nunquam deserat, sed continuo comitetur, ad quemcunque perueniat.* i

a Vt sup. de his qui sũt sui vel alieni iuris, in prin. & sup. de tutel. in prin.
b In l. fin. C. de præscr.lon. tẽp. quæ pro lib.
c In d.l.fi.
d l.cum scimus. C. de agrico. & censit. l.11.
e l.cũ satis.§. cũ antẽ.C.de agrico. & censitis. lib.11.
f l.cũ locus.ff.de reli. & sum. fu.
g l. j. ibi Dd.C de ser. fug.
h In Rub.C. de ser.fug.
i l.sequitur.§.quetiam.ff.h. tit.

§. Furtiuæ.

1 *Res furtiua & vi possessæ, non vsucapiuntur: fallit, vt num. 5.*
2 *Vitium reale quosque primi autoris successores sequitur.*
3 *Vitium aliud personale, aliud reale, aliud quasi reale.*
4 *De lege Atinia.*

Fur-

a Furtiuæ quoq; res, & quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto lōgo tempore bona fide possessę fuerint, vsucapi possunt, nā furtiuarum reiū *b* lex XII tab. *c* & lex Attilia inhibent vsucapionē vi possessarū, lex Iulia & Platia. Quod aūt dictū est, furtiuarum & vi possessarum rerū vsucapionem per leges prohibitū esse non eo pertinet, vt ne ipse fur, quiue p vim possidet, vsucapere possit (nam is alia ratione vsucapio non competit, quia sci. mala fide possideret) sed ne vllus alius, quā uis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, *d* vsucapiendi ius habet. Vnde reb. mobilibus non facile procedit, vt bonæ fidei possessoribus vsucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eius committit.

a Furtiuæ.] 1 *Res furtiua, & vi expulsiua possessa, non vsucapitur. Et si possidens bonam fidem, iustū que titulum hēat. Committitur aūt vis expulsiua, cum, quis ex possessione rei immobilis deÿcitur. Effugiunt aūt eiusmodi res vsucapionem propter vitiū furti & violentiæ ipsis inhærens. Sunt. n. hæc vitia realia, quæ reb. semper cohærēt: nec eas vnquam relinquunt, an quemcunq; possessorem transeant. 2 Et hoc est, quod per manus traditur, [vitiū realis contagium quoslibet autoris primi successores sequi a ad comitari:] licet in personali vitio nō æq; b sed in his distingui soleat singularis successor ab vniuersali. 3 Sunt. n. alia [vitia realia,] c quæ cohærent reb. vt si res sit furtiua, vel vi possessa, aut data præsidi cōtra legem Iuliam Repetundarum, alia [personalia: vt dolus autoris dans causam contractui, siue negocio, vel incidens ex proposito: item mala fides, quia credidit vendentē non habere ius vendendi: item scientia rei alienæ, vt in commodatario, depositario, creditare. Sunt & alia vitia, quæ nec [personalia,] nec [realia,] sed [quasi realia] dicuntur: vt res pupillaris & liber homo, & quæ sunt similes.*

b Lex XII. tab.] *Cuius hæc verba circunferuntur, [Furtiuæ res non vsucapiuntur.*

c Et lex Attilia.] *Aly hanc legem Attiniam vocant, cuius etiam Aul. d Gellius meminit. & hæc ipsius verba refert: [Quod surreptum erit, eius æterna autoritas esto. Paulus quoq; iurisconsultus eiusdem e mentionem facit.*

d Vsucapiendi ius habet.] 5 *Nisi longissimo tempore 30. f. vel 40. annorum spacio quis eas possideat: quia tāto tempore vitium illud reale, quod impediebat vsucapionem, elui & purgari, omnemque actionem f tolli constat.*

a l. 11 vitia. C. de acq. pos.
b l. 5. in vitiū. ff. de diuer. & tēp. præscr. §. nouissime ff. e. gl. in d. l. vitia.
c Vide de hoc gl. in d. l. vitia & in l. apud Celsum. §. de autoris. ff. de doli excep.
d l. b. 17. c. 7.
e In l. 4. sequitur §. quod autē. de vsuca.
f l. 3. sicut. l. 4. oēs. C. de p̄scr. 30. vel 40. an.

§. Sed tamen id.

1 *Error facti non impedit vsucapionem.*
2 *Quid in errore iuris?*
3 *Furtum quid sit.*
4 *Vt furtum dicatur commissum furādi animum adfuisse sufficit, vel principaliter, uel in consequentiam.*

a Sed tamen id aliquando aliter se hēt, nam si hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eū depositam, *b* existimās hæreditariā esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit: quin is qui acceperit, vsucapere possit, dubium non est, quippe cū ea res in furti vitium non ceciderit: *c* quum vtiq; heres, qui bona fide tanquam suam alienauerit furtum non committat. *d* Item si is ad quem ancillæ vsusfructus pertinet, *e* partū suum esse credens vendiderit, aut donauerit, *f* furtum non committit. *g* Furtum. n. sine affectu furandi non cōmittitur. *h* Alijs quoque modis accidere potest, vt quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt a possessore vsucapiatur.

a Sed tamen.] *Exceptio est ad precedentem §. Interdum. n. fit, vt quis etiam rem alienam alienando furtum non committat, procedatque vsucapio: sicut in exemplis ab Imperatore hic positis.*

b Existimans hæreditariam esse.] *Pertinuisse dominio tenus ad ipsum defunctum, eius fuisse propriā.*

c Quum vtiq; hæres.] *Qui probabilem habuit in facto alieno ignorantiam. 1 Et hinc colliges, [errorē facti vsucapionem non impedire.]*

d Item si is.] *Subiungitur hic exemplum, vbi error iuris committitur.*

e Partum suum esse credens.] *Sicque in iure errans: quia clari b iuris est, partum non esse in fructu.*

f Furtum non committit.] *Et sic vsucapio procedit. Vnde discis, nec iuris errorē sufficere ad impediendam vsucapiendi conditionem, quod verum est ex parte tradentis. si tradens rem, in iure erret, nam si recipiēs in iure erraret, secus foret, c nec ei talis error in vsucapione prodesset; quod Accurs. d satis examinat.*

g Furtum. n.] 3 *Est. n. furtum fraudulenta rei alienæ contrectatio, inuito e domino. Cessante ergo affectu furandi, furtum dici non potest. 4 Sufficit tamen furandi animum adfuisse, siue principaliter, vel in consequentiam: vt in eos, qui saccum plenum pecunia surripuit. Furti namque actione etiam sacci nomine f tenetur, quamuis non sit ei animus sacci surripiendi.*

h Alijs quoque modis.] *Vt si iusto errore g credā me hæredem cum revera non sim: & rem aliquam, tanquam hæreditariam, in alium transferam.*

a Adde l. potest 30. cum l. seq. ff. eo.
b §. in pecudū. sup. de re. diu.
c l. 31. nunquam hoc tit.
d Hic in verb. tō n. i.
e l. j §. sui & l. q saccum. 77 de furtis. § placuit. inst. de obli. quæ ex quasi. delict. nasc.
f d. l. qui saccū.
g d. l. potest. ff. e.

§. Quod

§.Quod autem.

1 *Thoma huius §.*
2 *Mala fide possessionem rei alienæ intrans,non præscribit.*
3 *Secus in eo, qui vacantem possessionem bona fide accipit.*
4 *In re immobili non committitur furtum.*
5 *Furtum vnde dicatur.*
6 *Vacua possessio varijs modis dicitur.*
7 *Discrimen inter fundum & locum.*

a Quod aũt ad eas res quæ sola continentur,expedit,ius ita procedit: vt si quis b loci vacantis possessionem propter c absentiam,d aut negligentiam domini,aut quia sine successore decesserit sine vi nanciscatur:quamuis ipse mala,fide possideat(quia intelligit se alienum fundum occupasse)tamen si alij bona fide accipienti tradiderit,poterit ei longa possessione res adquiri:quia neq; furtiuum,neq; vi possessum acceperit. Abolita est.n.veterum e quorundam sententia, existimantium etiam f fundi,lociue furtum fieri. Et eorũ vtilitati,qui res soli possident,principalib.constitut.prospicitur,ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri.

a *Quod autem.]* *Dictum est de reb.mobilib.qñ vitium reale in his vsucapionem impediat,vel nõ:nũc de immobilib pariter annectitur. Et ex præcedentib.constat,quod si te vl ex re immobili deijciam,nõ possim eam præscribere:quoniam mala fide* [a] *possideo. Sed etsi quis eam bona fide a me accipiat,non tamẽ vsucapiet,propter vitium rei cohærens.* b *Quod si res vsucapienda nullo vis illatæ vitio laboret,is qui eam bona fide accipit, præscribere non vetatur. Id qualiter cõtingat,præsens §.edisserit.* 1 *Proponitur aũt in eo huiusmodi thema,siue facti species. Habebat aliquis fundũ,eum peregre profectus vacuum reliquit.* 2 *ego conspicatus vacantem hunc esse fundũ,nec a quoquam possederi,* c *in possessionem eius intraui:an eum possim vsucapere? Certe non,quia malæ fidei,& alienæ rei conscius sum.* d *Si tamen eum alteri tradam ex iusta causa bona fide accipienti, is eum fundum vsucapere longo tempore poterit. Qđ tum verum est,si eius possessio vero domino nõ fuerit ignorata,alias.n.longissimo tempore,* e *i.triginta annis opus esset ad vsucapiendum. Nec huic decisioni quicquam obstat,si dicas,talem fundum videri furtiuum, & sic propter vitium rei inhærẽs vsucapionem impediri:* f *quia tex.ibi de re mobili loquitur, in qua proprie furtum fit.* 4 *Sed nos hic de re immobili agimus,cuius non potest fieri furtum.* g *Res.n. immobilis non potest amoueri, vel auferri.* 5 *Sed furtum dicitur* ἀπὸ τοῦ φέρειν *.i. ab auferendo. Et hæc est prima decidendi ratio in §.nostro. Altera est:quia eiusmodi fundus non est vi possessus acceptus, cum non habuerit veterem dominum,aut possessorem,sed locus fuerit* h *vacans.*

b *Loci uacantis.]* *Recte inquit,[loci uacantis:] nã ad hoc,ut præscriptio procedat necesse est locum esse uacantem.i.a uero domino derelictum.* 6 *Dicitur aũt [possessio uacans],siue (uacua) quod idem* i *est) uarijs modis,aut quia dominus* k *peregre profectus. fundum uacuum reliquerit:aut etiam præsens nullam curam eius habuerit:aut mortuus sit sine hærede:uel hærede quidem relicto,nondum adita sit hæreditas.*

c *Absentiam.].S.magnam & continuam puta XX.annorum,secus esset,quando uerus dominus per aliquod temporis spacium peregre proficisceretur:tum,quia possessionem rei immobilis nõ abiecit(possidet.n.ciuiliter animo,licet absens sit)fundus non esset uacans,& occupans diceretur clam* l *possidere ac per consequens præscriptio impediretur.*

d *Aut negligentiam.]* *Quia uerus dominus præsens rem suam curare negligat, & alium fundum suũ ingredientem non prohibeat.*

e *Quorundam.]* *In quorum numero & Sabinus iurisconsultus fuisse fertur,ut Gellius autor* m *est.*

f *Fundi,lociue.]* 7 *Fũdus dicitur aliquid integrum,locus uero est fundi portio:fundus finib.regitur, non locus:item ad prædia rustica,Locus etiam ad urbana pertinet.*

a §.furtinę.sup.co.ti.
b d. §. furtiuæ.
c Propter l.3.fi.h.titu. & l.2.§ 1.de act.emp.
d l.fi.C.vnde vi.
e Auth. malæ fidei.C. de præ.lõgi temp. §.rursus, in Nouel.vt sponf.larg.
f ar.d.§.furtiuæ.
g l.vt hic, versi. abolita est, & l.38. quam rẽ 3.in fi.ff.h. ti.
h Vide latius de hoc Bar. ĩ d.l.sequtur.§.item si occupaueris.h.ti.& d.l.fin.
i gl.mag.in d.l.fi.in fi.
k d.l.fi.& l.1.§.vacua.de actionibus.emp.
l l.6.clam. §. 1.ad nundinas acq.poss.
m lib.11.c.18.

§. aliquando.

1 *Res furtiuæ & ui possessæ,si in domini potestatem reuersa sit,usucapi potest.*
2 *Amplificatio huius §.*
3 *Excussa l.sequitur.§.quod autem,de usucapionibus.*
4.5 *Quando res dicatur redijsse in potestatem domini.*

a Aliquando etiam furtiua vel vi possessa res vsucapi potest: veluti b si in domini c potestatẽ reuersa fuerit,tunc enim vitio rei purgato,procedit eius vsucapio.

a *Aliquando.]* *Rursus alia exceptio annectitur ad regulã supra traditã,*[a] *qua dictum est,[res furtiuas & ui possessas nõ usucapi.]* 1 *Hoc.n.uerũ est,nisi talis res in ptãtem ipsius ueri domini redierit.tũ*

a In §. furituæ, sup.hoc ti.

enim quia à furti violentiæq; vitio liberatuq; & repurgatur, nihil amplius impedit, quo minus instar cæterarum rerum vsucapi possit.

b Si in domini.] 2 *Etiamsi domino surrepta nõ fuerit, sed alij, qui forte rem illam a domino hēbat ut ex Pauli* b *responso aperte colligitur. Sic.n. ait Paulus* 3 [*Quod autem dixit lex Atinia, vt furtiua res nõ vsucapiatur, nisi in ptãtem eius cui surrepta est, reuertatur: sic acceptum est, vt in domini potestatem debeat reuerti, non in eius vtiq;, cui surrepta est. Igitur creditori surrepta, & ei cui commodata, est, in potestatem domini redire dēt.*] *Hoc tamen sane intelligēdum est, vt quod ad dominij acquisitionem attinet, non procedat vsucapio, nisi in domini potestatem reuertatur: sed quod ad ius pignoris vel hypothecæ spectat, in creditoris necesse sit redijsse* c *potestatem: atq; ita Pauli verba* d *accipi debent.*

c Potestatem.] 4 *Tum autem res in domini potestatem redijsse dicitur (inquit* e *Paulus) cum possessionem eius nactus sit, vt iuste auelli non possit: sed tanquam rei suæ. Nam si ignorans rem mihi surreptã emam: non videri in meam potestatem reuersam.*] *Sicut nec tũ reuersa intelligitur,* f *si possessorem aliũ, quam furem aut violentum detentorem, aut etiam hunc ipsum (ex internallo tamen: in continenti.n. hoc illi licuisset) vi expulerit dominus: quoniã interdicto [vnde vi,] possessionē est restituturus.* g 5 *Porrò etiam tum res redisse dicitur quando dominus rē surreptam vendicans, litis æstimationem accipit, licet corporaliter eius nomine non sit nactus possessionem. Idem dicendum est, & si domini uoluntate alij tradita* h *sit, vel ipsi etiam furi. Sed etsi pupilli res surrepta sit, sufficit si tutor eius sciat, redijsse rem in domum pupilli: quod si furioso, sufficit curatores* i *scire.*

§. Res fisci.

1.2 *Fiscus, conficare, confiscata bona, confiscationes.*
3 *Princeps habet etiam patrimonium.*
4.5 *Aerarium à fisco vt differat: & ea quandoque confundi.*
6 *Fiscales res non usucapiuntur: et quæ sit ratio.*
7 *Res fisco acquirendæ, & necdum deunneiatæ vsucapi possunt.*
8 *Publicæ functiones quæ fisco penduntur, vsucapi possunt.*
9 *Si res denunciatæ sint fisco, necdum tamen occupatæ, quanto tempore vsucapiãtur.*

a Res fisci nostri *b* vsucapi non potest: sed Papinianus scripsit, e bonis vacantibus fisco nondũ nunciatis, bonæ fidei emptorem traditam sibi rē ex his bonis vsucapere posse: & ita diuus Pius, & diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

a Res fisci nostri] *Pergit Imperator exponere res, quæ vsucapi non possunt, quales ēt sunt res fisci.* 1 *Est autem [Fiscus] proprie pecunia principis. Nã constitutio Principe* a *lege Regia ad ipsius decorem & maiestatem seruandã, à S. P. Q. R. decreta fuit quædam publica pecunia, quæ [fiscus] dicta est, a fiscis .i. a sportulis, quib. ea pecunia recondebatur, vt Asconius Pedianus* b *autor est. Est ergo [fiscus] ꝓpria ipsius Principis & nõ alterius pecunia. Hinc Vlpianus:* c *Res.n. fiscales (inquit) quasi propriæ & priuatæ Principis sunt.* 2 *Ab hoc deinde nomine descēdit verbum cõfiscare) .i. ad fiscum Principis deferre. Et apud Tranquillũ in Augusto, [cõfiscata bona] dicũtur, quæ Fisco adiudicata sunt: indeq; & cõfiscationes recentiorib. nuncupatæ.* 3 *Habet ēt Princeps [patrimonium] .i. facultates proprias, quarum Africanus* d *meminit: in quib. ante Iustinianum Iure communi cum cæteris vtebantur Principes. Primus Iustinianus* e *lege a se lata Patrimoniales cõparauit rebus Fiscalibus.* 4 *Porro differt Fiscus ab [ærario:] quoniam [Fiscus] est publica pecunia ad maiestatem Principis conseruandam statuta: [Aerarium] vero erat pecunia populi, sic dicta, ab ære, qđ condebatur in æde Saturni, vt Macrobius meminit cuius administrationem fuisse Quæstorum, Pomponius* f *etiam testatur. Hanc differentiam Plinius ēt in Panegyrico Traiani sensit. [At fortasse (inquis) non eadem seueritate Fiscum, qua ærarium cohibes imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quã de publico credis.]* 5 *Quandoque tamen in iure Fiscum pro ærario, contraque ærarium pro Fisco accipi,* g *non est dubium.*

b Vsucapi non posit] 6 *Hoc pleriq; ex priuilegio Principi concessum uolunt, Ego vero id crediderim ex iure communi prouenire. Nam cum res fiscales alienari probibeantur,* h *vsucapi quoq; non poterũt in longo tempore: in his tamen longissimi temporis præscriptio .i. triginta vel quadraginta annorum (exceptis paucis quibusdam casibus)* k *recipitur.*

c Bonis vacantib.] *Sensus horũ verbum est.* 7 *quãuis res Fisco adquisitæ vsucapi non possint,* l *secus tamen est in reb. acquirendis & nec denunciatis, siue indicatis ipsi Fisco, tãquam domino. Verbi gratia, res quædam, quia nullus adest hæres, Fiscum hēt successorem, sed in Fisco nondum significatũ aut denũciatũ est, certe talem rem poterit bonæ fidei emptor vsucapere.* 8 *Cæterum quod hic de reb. Fiscalib. dicitur, hoc idem ad publicas functiones, quæ Fisco penduntur, referendum est. Nam nec illis obijci posse aliquam præscriptionem, Imp. Anastasius* m *constituit. Sunt.n. semper Principib. exoluenda vectigalia, cum nos in eorum fide & cautela simus, abijsque fundos nostros veluti mancipio accipiamus.*

Num

b In d. l. sequitur §. quod autē. ff. de vsucap.
c Ita concludit Bar. in d. l. sequtur. §. si rē. Et hanc esse veritatem Ias. hic ad Por. ica. dicit, qui varie distinguit.
d In d. §. quod autem.
e d. l. sequitur. §. tunc in potestatem.
f l. 3. §. cū igitur. & l. q. possessionem, de vi & vi armata. gl. in l. si quis in tantũ C. vnde vi.
g d. l. sequitur. §. si dominus, & l. 22. non videtur, de ac pos. & d. l. si quis in tantum.
h d. §. tũc in potestatem, & l. quamuis, 2. de furt.
i d. l. sequitur. §. si pupilli.
a Mar. Salom. in l. j. ver. amplius dicemur .. de instit. & iure.
b in secũda Ver.
c l. j. §. hoc interdict. ne quid in loco pub.
d In l. apud Iulianũ i fi. de le. 2.
e l. fi. C. de quadrien. præf.
f In l. 2. de orig. iuris.
g §. fi. inf hoc ti.
h c. intellecto: de iureiur.
i l. si fundũ, de fundo dotali. & l. alienationis, 28. de ver. sig.
k Natalis in l. fi. C. de sacr. ec.
l Vt hic & d. l. quamuis, ff. e. & l. 1. C. commun. de usuc.
m In l. 6. competit. C. de præs. 30. anno.

a *Nunciaris] Indicatis.9 Quod si quid est, quod Fisco cedere debet, sed nondum in Fisci patrimoniũ cessit, nunciatum tamen consueto n more est, quadriennio vsucapi potest: præterquam si ea res ob uecti gal non solutum ceciderit in commissum: quia tunc quinquennio opus o est.*

n l.10.ĩtra.de diuers. & temp. præscrip.
o l.2.C. de vect.

§.Nouissimè.

1 *Vitium reale,& quasi reale, impediunt vsucapionem.*
2 *Item si rei vsucapiendæ commercium est interdictum.*

Nouissime sciendum est, rem talem esse debere, ut in se *a* non habeat uitium, ut a bonæ fidei emptore usucapi posit, uel qui ex alia iusta causa possidet.

a *Non habeat uitium] Subaudi reale. Nam ut res aliqua vsucapi possit, inter cætera necesse est, quod non laboret uitio reali, vel etiam quasi reali.1 Huiusmodi enim uitia cum reb. ipsis ita cohæreant, ut ab eis separari non possint: consequitur, quousq; uitium purgatum non fuerit, earum rerum usucapionẽ nullam esse. Quæ autem uitia sint realia, aut quasi realia, supra diximus,[a] ut hic repetitione non sit opus.2 Item requiritur, ut rei vsucapiendæ commercium non sit interdictũ. quare res sanctæ, res sacræ, uel publicæ populi Romani, aut ẽt ciuitatũ, cũ in vsu publico sint, hominum commercijs non funguntur, ideoq; nec vsucapi b possunt. quod Doctores latius suis prosequuntur locis. Cęterũ quæ res in uniuersum vsucapi, vel p̃scribi nõ possint, integri tractatus extant in iure ciuili: vt in Cod. [In quib. caus. cesset longi tẽporis p̃scriptio: itẽ, [Quibus nõ obijcit, &c.] & in tit. [Ne rei dñicæ, &c.] ad quos iuris [Vyrones remitto.*

a In §.furtiuæ. sup. hoc tit.
b l.14.ubi lex §. interdũ. d usucap. l.48. bonę fid. de acq. rer. do. l.16. si fũd. de fundo dota. l 9. usucapionẽ. ff. hoc tit. l 2. ff. d via publ. l. 6. sed Cels. de contrah. emp.

§.Error.

1 *Iustus error quis sit.*
2.3 *Error iuris impedit vsucapionem.*
4 *Error facti alieni non obstat vsucapienti.*
5 *Error facti proprij an,& quando impediat vsucapionem.*

Error autem falsæ causæ vsucapionem *a* non parit: ueluti si quis cum non emerit, emisse se existimans, possideat, uel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

a *Non parit [Loquitur hoc loci Imperator de errore iniusto: cum ad vsucapionẽ sufficiat, possessionis causam iusto aliquo errore niti.1 [Iustus] autẽ [error] is dicitur, qui nec facti proprij, nec iuris est. Quod vt rectè accipiamus, sic distinguere oportet.2 Et primum quidem si vsucapiens in iure erret, non procedit usucapio: ut si emam a pupillo a in initio, absque autore tutore, isq; mihi tradiderit rẽ, ẽtsi postea ex interuallo tutoris accedat autoritas, non tñ possum vsucapere, quia iuris error est.3 ita b quoq, si quis id, quod possideat, non putet sibi p leges licere vsucapere, puta mancipium Iudaicum, hic error iuris nocet ei in vsucapiendo.4 Deinde error facti alieni, si aliud nihil intercedat, non obstat usucapienti: quia in alieni facti ignorantia tolerabilis, c aut etiam iustissimus error d est.5 Tertio, si vsucapere uolens erret in facto proprio, dum refert, an alterius suasu in eum errorem probabiliter sit ductus, ut se, quod non fecit, fecisse opinetur (id quod æquus iudex arbitrari e potest) & talis error quoque iustus f est, nec usucapionem impedit: g an uero in facto proprio erret citra alterius probabilem suasionem, talis error vsucapionem non parit: h atque ita Imperator hoc loci exempla ex Celso i refert, vt si existimes te emisse, cum non emeris, pro emptore vsucapere non poteris: aut si, cum tibi donatum non fuerat, quasi ex donatione possideas. nam non sufficit putare, sed & donatum esse oportet.*

a d.l. nunquam. in prin. ff. hoc tit.
b l.36. si fur. §.1. ff. d. tit.
c l. quod vulgo. 2 respon. pro empt. & l. ult. pro suo.
d Bar. ĩ l. Celsus ff. de usucap.
e Porc hic.
f Bar. in d. l.27. Celsus.
g l.pen. pro sol. l.3. pro suo.
h l. quanquam. ad S.C. Velle. L.5. quisquis. C. de rescind. uend.
i in d.l. Celsus.

§.Diutina.

1 *Thema ad hunc §.*
2 *In vsucapione semper spectatur initium.*
3 *Differentia inter hæredem & bonorum possessorem.*
4 *Hæres personam defuncti refert.*
5.6 *Possessio defuncti quatenus hæredi prosit.*
7 *Vsucapionem bona fide cæptam non uitiat superueniens mala fides.*
8 *Fructuum tamen acquisitioni mala fides obest.*
9 *Mala fides defuncti nocet hæredi, etiam bona fide possidenti.*
10 *Iure Canonico, in usucapione omni tempore bona fides requiritur.*

a Diuina possessio, q̃ prodesse cęperat *b* defuncto, & *c* hæredi, & bonorũ possessori *d* cõtinuatur, *e* licet ipse sciat p̃diũ alienũ esse. *f* Quod si ille *g* initiũ iustũ nõ habuit, hæredi & bonorũ pos-

fessori, *b* licet ignoranti, possessio non prodest. Quod *i* nostra constitutio similiter & in usucapionibus *k* obseruari constituit, ut tempora *l* continuentur.

a Diutina] Thema huius §. eiusmodi est, 1 Fundum quis alienum bona fide, & ex iusta causa possedit, sicq; fuit in conditione vsucapiendi: verum priusquam tempus vsucapionis compleuisset, hærede relicto decessit: iam in dubium venit, vtrum per mortem ipsius, qui vsucapere cœperat, interrupta sit vsucapio? Et Imperator non esse interrumptam scribit, sed diutinam hanc possessionem in hæredem continuari, etiamsi hæres scientiam rei alienæ habeat, sicque in mala fide sit constitutus.

b Defuncto] Qui scilicet rei emptæ possessionem bona fide iam assecutus erat. Nam si post ipsius mortem primum hæredi malæ fidei tradita esset, noceret hæredi sua mala fides propter uitiosum possessionis exordium. 2 Nam in usucapionibus semper spectandum esse exordium rei, b notissimi iuris est.

c Hæredi] 3 Quamuis hæredis nomen latiori significatione, omnes successores comprehendat: c hic tamen strictius pro successore iuris ciuilis tantum accipitur. Nam si specificè hæredis uoce utamur, eo differt à bonorum possessore, quod hæres is sit, qui autore iure Ciuili hæreditatem assequitur: bonorum autem possessor, cui ad exemplum hæredis bona defundi iure Prætorio decernuntur. [Vnde bonorum possessores,] Vlpian. d inquit, [in omnibus uice hæredum habentur.

d Continuatur] Ita, vt ad complendam vsucapionem hæredi accedat, prosítque illud tempus, quo defunctus rem bona fide possedit. 4 Et hoc ideo, quoniam hæres repræsentat personam defuncti, & cum defuncto una eademque persona e habetur. Interim tamen necesse est, ipsum quoque possessionem rei apprehendere. 5 Sed vacuum tempus, quod vel ante aditam hæreditatem, uel post aditam intercessit, ad vsucapionem hæredi procedere, Paulus scribit. f Amplius inquit Neratius, g [cæptam quoque usucapionem a defuncto, posse & ante aditam hæreditatem impleri. Neq; enim nouum est, hæreditates in quibusdam personæ vica fungi. h 6 Vides ergo, possessionem defuncti hæredi quoque prodesse: quod tamen ita verum est, si res, quæ vsucapitur, medio tempore a nullo possessa fuerit. Et hoc est, quod Iabolenus i ait. [possessionem testatoris ita hæredi procedere, si medio tempore à nullo possessa est.

e Licet ipse sciat] Et sic hæres sit in mala fide. Sed quare hoc? an non bona fides requiritur ad usucapiendum? Respondeo ad iustæ quidem vsucapionis exordium omninò necessariam esse bonam fidem: 7 interim tamen traditum quoque est, quòd vsucapionem si mel bona fide cœptam, mala fides superueniens non interrumpat, aut uitiet: 8 licet si de fructuum perceptione agatur, per singula pene momenta illam adesse k oporteat. Quod ideo est, quia circa usucapionem solum exordium iure ciuili spectari solet, l an ab initio bona fides ad fuerit, nec ne. Sicut ergo mala fides superueniens defuncto non nocuisset: ita nec successori obesse debet, cum is defuncti personam referat.

f Quòd si ille] Defunctus scilicet.

g Initium iustum non hab.] Caruit ab initio suæ possessionis bona fide, quia scientiã rei alienæ habuit.

h Licet ignoranti] Id est, nescienti, quod defunctus habuerit scientiam rei alienæ, atque ita mala fide possidere inceperit, sicq; hæredi, licet ignoranti, & bona fide possidenti possessio non prodest. 9 Vnde discis, malam fidem defuncti nocere hæredi etiam bona fide possidenti: nec hæredis bonam fidẽ excusare defuncti uitium. nam hic rursus personam defuncti refert. Et hæc quidem iure ciuili obtinent. 10 Iure autem Pontificio omnino necesse est, quod usucapiens in nulla parte tẽporis habuerit conscientiã rei m alienæ: idq; inter Christianos et in foro ciuili, ob periculum aĩæ, quod hic obseruatur, seruandum esse, interpretes n communiori sñia prodidere: quam in supremo quoq; imperij Tribunali obseruari o constat.

i Nostra Constitutio] Quæ lib. VII. Cod. etiam hodie p extat.

k Obseruari] Ad complendam vsucapionem.

l Continuentur] Inter defunctum, & hæredem.

a l. 43 hæres ei de usucap.
b l. cum heres. d diuer. & tẽp. præscript.
c l. 170. heredis. & l. 65. ff. de uerb. sign.
d l. 2 de bo. poss.
e § 1. in Nouell. de iure. à mo. præst. & l. 24. nihil aliud. de v. s. sign.
f In d. l. nunquã. §. pen. hoc tit. Idẽ habetur. i
g l. 6. qui cum §. lult. pro empt.
g l. 40. cœpt. h. t.
h l. si is. q. §. Marcellus. hoc tit.
i In l. 20. poss. de usuc.
k l. 40. quæ situ. de acq. rer. do.
l d. l. cum heres. in fi. & l. 1. C. de vsuc. trãsf.
m c. fi. de præscr.
n Iul. in l. 3. §. genera de acqu. pos. n. 18. Fer. ĩ sua practica. ĩ for. unde rei con. verbo pscriptionis. n. 40.
o Vide in meis obser. Camer. cẽt. 4. obser. 6
p In l. 1. C. de vsuc. transfor.

§. Inter uenditorem.

1 *Inter emptorem & uenditorem continuantur tempora ad usucapionem complendam*
2 *Continuatio temporum quomodo fiat.*

a præcedent. §. *a* Inter uenditorem quoque & emptorem *b* coniungi tempora, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

a Inter uenditorem] Supra a de uniuersali titulo, [pro hærede,] dixit Imp. quomodo tempora inter defunctum & hæredem ad complendam usucapionem cõtinuent: nũc de singulari subijcit, qualis est titulus emptionis. 1 Nota ergo inter emptorẽ & vẽditorẽ ad complendam usucapionem tempora pariter continuari; modò uterq; sit bonæ fidei b & emptor & vẽditor. 2 Continuatio aũt temporum tum fieri dicit, qñ uenditor necdũ cõpleuit usucapionis tẽpus, vtputa: si quinque tm̃ annis possederit fundum, deinde usucapionem emptor impleat, eundem fundum altero quinquennio inter præsentes possidendo. Dixi autem supra in utroque bonam fidem requiri: quoniam in hoc differt singularis titulus ab uniuersali, quia in singulari titulo non sufficit uenditoris bona fides, sed necesse est & emptorem bonam fidem habere. In titulo.

b l. 2. §. si eam rẽ. ff. pro empt.

titulo vero vniuersali satis est, si defunctus bonam fidem habuit, vtcunque hæres mala fide c possideat, sicut præcedenti §. annotauimus.

b Coniungi tempora] seu de commodo alterutrius, seu de incommodo d agatur. Nam sicut emptor vtitur accessione venditoris sita & venditor emptoris, si forte res iterum ad venditorem reuertatur.

c Dixi in §. diuti. sup. e.
d l. 10. si quis alia. §. 1. Quemadmod. seru. amittac. l. 13. Pomp. §. 2. pręterea. de ac. poss. l. 19. si hominē. de vsuc & d. l. 2. §. si seruus, pro emp.

§. Edicto D. Marci.

1 *Olim rem a fisco accipiens, eam quinquennio vsucapiebat.*
2 *De patrimonio Principis.*
3 *Augusta est vxor Principis.*
4 *Augusta eisdem priuilegiis gaudet, quibus Princeps.*
5 *Omnes alienationes de aula procedentes Zenoniana lege continentur.*
6. 7 *Duplex fisci priuilegium.*

a Edicto b diui Marci cauetur, eū, qui c à fisco rem d alienā emit, si post venditionē e quinquēnium præterierit, posse dominum rei f exceptione repellere. g Constitutio aūt diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit ijs, qui à fisco per venditionem aut donationē, vel alium titulum acceperūt aliquid: vt ipsi quidem h securi statim fiant, & victores existant, siue experiantur, siue conueniantur. Aduersus aūt i sacratissimum ærarium vsq; ad quadriennium liceat ijs intendere, qui pro dominio k vel hypotheca earum rerum, quæ alienatę sunt, putauerint sibi quasdam cōpetere, actiones. Nostra autem diuina l constitutio, quam nuper promulgauimus etiam de ijs, quæ m a nostra n vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalib. alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis continentur.

a Edicto] Hoc in §. refertur quanto tempore rem a fisco acceptam vsucapere liceat.
b Diui Marci] Hoc D. Marci edictum non extat, eius tamen Diocletianus a & Maximianus Imp mētionem faciunt.
c A fisco] Quam fiscus suam eße credebat, cū esset aliena: alias nisi causa subsit, fieret res b vitiosa.
d Rem alienam] Quamcunq; & cuiuscunq; tandem generis sit.
e Quinquenniū præterierit] 1 Et sic accipiens rem aliquam iusta ex causa a fisco, eam quinquēnio vsucapere poterat. Oportebat tamen rem talem esse, quæ nec commercium effugeret, c nec dominiū eius esset, qui restitutionem mereretur. Quare contra Rempub. causa absentem, aut alios maiores, qui ad titulum in integrum restitutionis pertinent, huius quinquennii præscriptionem post factam a fisco venditionem non currere, Gordianus d imperator rescripsit. Quod & in Zenonis constitutione hodie locum habere, conueniens est.
f Exceptione] scilicet præscriptionis, siue dominij.
g Constitutio autem] Hanc Zenonis constitutionem Iustinianus lib. 7. e Codicis inseruit.
h Securi statim fiant] Statim consequantur eius rei dominium.
i Sacratissimum ærarium] Id est, fiscum Principis. Nam has voculas, ærarium & fiscum interdum confundi, supra diximus.
k Vel hypotheca] Pro iure pignoris. vt si quis diceret, talem rem à fisco alienatam, sibi pignori obligatam fuisse.
l Constitutio] Extat & hæc lib. 7. f Codicis, quam legere cuius obuium est.
m A nostra] Id est, ex reb. nostris patrimonialib. 2 Habet enim Princeps vltra fiscum, etiam patrimonium, hoc est, facultates proprias, sicut supra g dixi, quas Iustinianus rebus æquauit fiscalib. ut eadem haberent priuilegia, quæ fiscus habet.
n Vel venerabilis Augustæ] 3 Augustam, pro vxore supremi Principis Iurisconsulti accipiunt. atq; ita hic interpretari eēt. Augusta autem licet legib. soluta non sit, vt Vlpian. h ait: quia tamen vxores ijsdem radiis, quib. mariti i refulgent, uoluit Iustinianus & hanc Zenonianæ legis beneficentiam ad Augustæ substātiam prorogare. 4 Nam & alias eadem fere priuilegia Augustæ tributa sunt, quæ Princeps habet. k Vnde quemadmodum Princeps ab omnium vectigalium præstatione immunis l est, ita & Augusta: & donatio ab ea procedens, vel in eam collata, non eget insinuatione m & facta inter Augustum & Augustam donatio, constante matrimonio rata n est: quibus; donantur cubicularii Principis priuilegiis, donati quoq; intelligi debent, qui apud Augustam eodem munere funguntur. o 5 Itaq; omnes hodie alienationes de aula procedentes, ad exemplum fiscalium, Zenonis constitutione p continentur. 6 Collige ergo ex præsenti textu duplex fisci priuilegium: primum est, quod fiscus vltra quatuor annos continuos ad precium rei, vero domino, aut ius in re habenti non obligetur. Hoc tamen non habet locum in minore 25. annis, & aliis, qui beneficium restitutionis in integrum habent, nam hi etiam elapso quadriennio, aduersus fiscum experiri possunt ad æstimationem. q 7 Alterum priuilegium est quod tametsi priuatus nō possit vendere rem alienam in præiudicium domini, qui ab emptore euinci r queat: emens tamen a fisco confestim efficitur dominus rei, nec ad rem conueniri potest.

a In l. vlt. C. si ad uer. fis.
b §. furtiuæ. sup. e. in fi.
c l. 60. non ideo minus. ff. de re uend.
d In l. neq; reip. C. de resti. mil.
e l. 2 C. de quad. præscri.
f l. vl. C. de quadrien. præscri.
g In §. res fisci sup. e.
h In l. princeps. 31. de leg.
i l. 8. femina de senator. l. mulieres. C. de digni ta. lib 12.
k d. l. princeps, & l. fiscus. §. fi. de iure fisci.
l l. 9. locatio §. fi. de publica.
m l. 34 sancimus. cum Auth. se. C. de donat.
n l. 25. donationes quas diuus C. de dona. inter uirū & vx.
o l. cubicularius. C. de præpos. sacri cubic. li. 12.
p l. 3. bene a Zenone. C. de re. milit.
r l. 28. re aliēnā de cōtrahen. em.

DE DONATIONIBUS. TIT. VII.

1.3 *Ordo huius tituli defensus, idemque impugnatus.*
2 *Donatio qualiter contrahatur.*
4.6 *Verbi donationis, acceptio & generica, & specifica.*
5 *Donatio vnde dicta.*

In hoc titulo 1 alius modus præscribitur, p quem rerum dominia iure ciuili nobis acquiruntur, donatio. s. quanquam. n. si materiam respiciamus, donatio sit iuris gentium, vt & alij contractus, qui mutuo cõsensu perficiuntur: tamen, quia ius ciuile formam addidit, dicitur hic modus etiam iuris ciuilis esse. 2 Et olim quidem donatio non, nisi stipulatione [a] *(quam iuris ciuilis esse constat* [b] *) contrahebatur. sed hodie sufficit etiam nudum pactum,* [c] *vt infra suo loco audiemus. Atq; ita vtcumq; huius tituli ordo defendi potest. 3 Apellus* [d] *tamen censet, accommodatius fuisse hunc titulum subiungi contractib. quib. vtraque obligatio solo consensu plerunque introducitur: saltem attinet ad eam donationem, quæ fit sine mortis conditione. Nam donationem causa mortis rectius legatis adiunxeris. 4 Donationis autem verbo & generice & specifice vtimur in legib. Quandoque. n. fusioris est significationis, & sub se quamlibet donationem complectitur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.* [e] *Atq; ita hic in rubrica accipitur. 5 dictaq; est donatio κατ' ἀντίληξιν à dono, quasi doni datio, tractaq; à Græco vox est; nam hic dicunt δῶρον καὶ δωρεῖσθαι 6 Aliquando strictiore modo accipitur, & eam solum donationem continet, quæ pura absolutaq; est, & protinus sine spe recuperandi dominium transfert:* [g] *qua de infra quoq; agemus. Et de hac in dubio siue in dispositione hominis siue legis, accipiendum plerique autumant: quod tamen Alciatus* [h] *non probat.*

a l. 28. alienatio nis de ver. sig.
b inf. de ver. ob.
c l si quis a gen tis. §. vlt. C. de donatio.
d In suo dialog. Inst. iur. ciui.
e l 67. alienatis. §. on. de ve. sig.
f l. 25. senatus. §. 1. de mor. cau. donat.
g l j. de don.
h In d. §. donat.

In princ. tit.

1 *Donatio mortis causa quæ sit.*
2 *Nisi expressim in donatione fiat mortis mentio, donatio inter viuos præsumitur.*
3 *Tres species donationis causa mortis.*
4 *Donatio mortis causa tribus modis reuocatur.*
5 *Et quibus remediis id fiat.*
6 *Donationes mortis causa & legata, sunt eiusdem effectus.*
7 *Donatio mortis causa ex Homero inducta.*

a Est & aliud genus acquisitionis, donatio. Donationum aũt *b* duo sunt genera: mortis causa, & nõ mortis cã *c* Mortis cã donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, *d* vt si quis humanitatus ei contigisset, hẽret is, qui accepit: sin autẽ *e* superuixisset, is qui donauit, reciperet: vel si eũ donationis pœnituisset, *f* aut prior decessserit, is cui donatũ sit. Hæ mortis cã donationes ad exemplum legatorũ redactæ sunt per oĩa. Nam cum prudentib. ambiguum fuerat, vtrum donationis aut legati instar eam obtinere oportet, *g* & vtriusq; causæ quædam habebat *h* insignia, & alij ad aliud genus eam detrahebant: a nobis *i* constitutum est, *k* vt per omnia *l* fere legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit. Et in summa, mortis causa donatio est, *m* cũ magis se quis vult habere, quam eum cui donat: magisq; eum cui donat, quam hæredem suum. *n* Sic & apud Homerum Telemachus donat Piræo.

a *Est & aliud genus acquisi.] De iure ciuili, saltem respecta forma, vt supra ad rubricam dixi. Acquisitionis. i. acquirendi dominij per traditionem. Donatio. n. non est modus acquirendi rerum dominia, sed potius causa acquirendi dominia. s. traditionis, sicut & emptio & venditio.*

b *Duo sunt genera.] Et hæc est summa & præcipua diuisio: nam hæc duo genera rursum in varias donationum formas deducuntur: vt ex hoc titulo satis apparebit.*

c *Mortis cã donatio est] 4 Mortis cã donatio est liberalitas, quæ ita fit, ut nõ nisi morte confirmetur,* [a] *Et propterea dicitur [mortis cã donatio, quod propter mortis fit suspicionem: nemoe cum quis donat, facta mentione mortis. 2 nam in hac donationis specie exprimi dẽt nominatim causa mortis, alio. qui præsumitur esse donatio inter viuos facta, etiam si donãs extremis vitæ sit constitutus.* [b] *Ideo nec reualescẽte ægroto reuocari posset, nisi ex aliis coniecturis mortis causa donatum esse, euidenter appareat, vt Faber & Ias annotãt. 3 Tres autem species mortis cã donationis] Iulianus* [c] *refert. Prima, cum nullo præsentis periculi metu conterritus, sed solo cogitatione mortalitatis quis donat, quam nec reuocari posse, a plerisq; traditum est. Altera, cum quis imminẽte periculo commotus ita donat, ut statim fiat accipientis, quæ reuocatur ab eo, qui donauit, conualescente.* [d] *Tertia, si quis periculo mortis non sic det, vt statim fiat accipientis, sed tum demum, cum mors fuerit insecuta. specie donatio quidem statim valet, sed dominij translatio suspenditur.* [e]

a Cuiac. in para. ff. de mor. cau. donat.
b Text. in l. 42. S: ia. § vlti. ff. de mor. cau. dona. & l. 11. Seia. de dote præleg.
c l. 2. de motis caus do.
d l. 1 § itẽ cũ ip se. ff de don.
e Propter. l. vl. in fi. ff cõmunia prædio. si.

d Vt si

d *Vt si quid humanitus*] Id est, si moreretur. Per elegantem.n.hanc loquendi formulam mortem significari notum est: qua etiam alibi Scæuola [f] vtitur. Quandoque hæc vocula (humanitus) omittitur, & tamen eadem manet significatio.

e *Superuixisset*] 4 Ex hoc contextu disce, trib.modis donationem mortis cã reuocari posse. Primus est, si donator conualescat: quod ita accipias oportet, si donator propter infirmitatẽ, qua laborabat, vel propter periculum, quod timebat, quia fortè per insidiosa loca iturus, [g] donarit: superato.n.mortis periculo donatio euanescet & [h] inutilis fiet. secus verò esset, si sola mortalitatis cogitatione donatum sit: ea.n.specie tametsi donans postea in aduersam incidat valetudinem, & ex ea conualescat, donatio tñ non reuocabitur, vt Castrensis [i] voluit. Secundus modus est, si is, cui donatum est, prior, i.ante donatorem, decesserit: quia donatio non transmittitur ad hæredes donatarij, etiamsi inter partes ita conuentum esset. [k] Tertius est, si donatorem pœniteat donationis, quia sola pœnitentia reuocatur donatio. [l] Idem esse pleriq; volunt, si donator rem alienet voluntariè, iam eum pœnituit donationis ad instar legati. m 5 Sed quib.remedijs licebit prædictis casib.donationem mortis causa reuocare? Et competit eo nomine ei, qui donauit, uel rei vendicatio, si quidem non voluit rei dominium statim transferri in accipientem: vel si voluit, debetur ei vendicatio vtilis, aut condictio ob [n] causam, vel sine causa.

f *Aut prior*] Quia non valet, nisi morte donatoris, instar testamentorum, confirmetur.

g *Et vtriusque causæ*] Et donationis & legati.

h *Insignia*] Id est, indicia, ita quod in pleriq; cum vera absolutaq; donatione, in alijs magis legatorum naturæ conueniret.

i *Constitutum*] Eius constitutio libro 8. [o] Cod. habetur.

k *Vt per omnia*] 6 Et sic ex Iustiniani constitutione, quodcunq; iuris est in legatis, id ẽt in mortis cã donationib.erat accipiendum, ac ijdem vtrobiq; erunt effectus. Nam de his Falcidia, vt de legatis, detrahetur: [p] hæ vt legata, propter subsecutas capitales inimicitias, fient [q] irritæ: nec verbo tantum, sed & facto ipso, ad exemplum legatorum, reuocatæ censebuntur, [r] puta si donator rem donatam alij postea donauerit, vel aliàs alienauerit.

l *Ferè*] Ergò non per omnia mortis cã donationes legatis comparãtur: in quibusdam.n.etiamnum differunt, & hæ donationes magis contractib.inter viuos accedũt, quàm legatis. Quæ aũt sint illa, ex Accursij glossemate hic satis liquet, vt longa annotatione non sit opus. Sanè Iustinianeæ constitutionis [s] collatio, non parum lucis huic toti §.adferre poterit.

m *Cum magis se quis vult habere*] Si modo superstes foret.

n *Sic & apud Homerum*] 7 Hoc idem ex Homeri carmine Marcellus censuit, ex cuius responso [t] hic locus descriptus est ad verbum. Est aũt locus Homeri, ex quo donationem causa mortis inductam [u] Marcellus refert, libro Odysseæ 17. circa principium. Eius carmina sic habent.

Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν.
Τηλέμαχ', αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκεν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων. Id est.

Hoc sermone virum Piræus commone vltro:
Telemache, ad nostras famulas age, dirige sedes,
Vt tibi, quæ dederat Menelaus, dona reportent:
Ad quem Telemachus sapiens ita farier orsus:
Piræe, haud equidem hæc passum dignoscere facta:
Namque Proci si me spaciosa per atria furtim.
Occidant, rapiantque sibi patrimonia fortes,
His te malo frui donis, quam quemlibet horum.
Quòd si illos fato, merita & multauero morte;
Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.

§. Aliæ autem.

1 Donatio inter viuos propriè quæ dicatur.
2 Quod ob causam datur, propriè non est donatio.
3 Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.

f l.30.alumnæ §.vlt. ff. de adimend.leg.
g l.4.aut per. ff. hoc ipso ti.
h l.19. non oĩs. & ibi Dd. si cer.pet.
i In d.l.non oĩs. per l.sed si seruus.ff.de don. inter virum & vxo.
k Ias.& Zas.in d. l. non omnis. Bal.& Sal.in l 2. C. de iure dot
l Hic & d.l.Seia, & l.qui mortis ff. de mortis causa donat
m l.11.fideic.§.si rem.de legatis 2.Ias. d l.non omnis.nu.4.
n Illi probantur in d.l non omnis.& toto.tit. de cõd.ob causam.& ti.de cõdit.sine cau.& d.l.qui mortis l.si alienum l. si mortis causa eod.
o l.vlt.C.de donat.caus.mor.
p l.77.cum pater § corũ quib. de leg 2.l.5.si mortis.& l.18 si quis.C.ad l. Falcid.
q l.3.§.vlt. & l. seq.de adimẽ. leg.Dd.in d.l. non omnis.
r d.l.fideicommissa.§.si rem & l.18.rem legatam de adimend.legatis. Cant.hic.
s In d.l. si. C.de do.causa mortis,
t In l.1.ff.de mortis causa donatio.
u In d.l.1.quam l.Alc restit.in l. alienatio. §. donatio.de verborum signif.

4 *Donatio non excedens 500. solidos hodie valet, sine insinuatione: secus si eam summam excedat.*
5 *Insinuatio quando dicatur fieri.*
6 *Casus, in quibus donatio insinuationem non requirit, recensentur.*
7 *Solidus in iure quomodo accipiatur.*
8 *Aureus, quo hodie vtimur, veteri surrogatus est.*

a Aliæ aũt donationes sunt, quę sine vlla mortis cogitatione fiũt, quas inter viuos appellamus; quæ non oĩno comparantur legatis, quæ si fuerint perfectæ, *b* temere reuocari non possunt. Perficiuntur aũt, cum donator suam volũtatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. Et ad exemplũ venditionis, *c* nostra constitutio eas õẽ, in se habere & necessitatem traditionis voluit, vt etiamsi nõ tradantur, *e* habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. *f* Et cum retro Principum dispositiones insinuari eas actis interuenientib. volebant, si maiores fuerant ducentorum *g* solidorum: *h* constitutio nostra eam quantitatem vsq; ad quingentos solidos ampliauit, quam stare ẽt sine insinuatione statuit, sed & quasdam donationes inuenit, quæ penitus insinuationem fieri minimè *i* desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

a *Aliæ autem*] *Nunc de donationib. quæ non mortis cã fiunt, & [inter viuos] dicuntur, subijcit.* 1 *Eã aũt primum explicat, quæ verè & propriè donatio dicitur, estq; cum quis ex mera liberalitate, quid nudo pacto, i. nuda et simplici promissione promittit, vt velit id accipiẽtis fieri, nec vllo casu ad se reuerti.* a *Dixi primò, [ex mera liberalitate.]* 2 *quia* ꝙ *ob cãm datur, puta quia captum ab hostib: redemisti, quia rem furto sublatam recuperasti, potius remuneratio est, quàm donatio.* b *Adieci deinde, [nudo pacto:] quia quamuis olim ad donationis perfectionem necessaria fuerit vel stipulatio uel præsens traditio:* 3 *iure tamen nouo ex hoc donatio non existit inutilis,* ꝙ *stipulatio non intercessit, vel res tradita non est: sed ẽt nudo pacto ea perficitur, daturq; inde actio: nempe condictio ex noua Iustiniani* c *constitutione. Postremò addidi, [nec vllo casu,] &c. ad differentiã commodati & precarij: res. n. nostras ea lege damus commodatò & precario, vt ipsas suo tempore recipiamus. Item hac differentia etiam mortis causa donatio excluditur, quam facile reuocari, supra ostensum est.*

b *Temerè*] *Hoc est, sine iusta causa: ingratitudinis nempe, vel susceptæ præter spem nouæ sobolis.*

c *Nostra const.*] *Cuius tenore lib. 8. Cod.* d *reperire est. nec parum eius collatio ad hunc locum conducere potest.*

d *Necessitatem traditionis*] *Sic tamen, vt interim donatoris ratio habeatur, nec ex liberalitate sua miser egeat, habeatque vnde viuat. Liberalitas enim sua nemini damnosa esse debet, alioqui prodigalitas esset.*

e *Habeant plenis.*] *Perfecta. n. mox est donatio, ex ipso vtriusq;, donantis. s. & donatarij, consensu: daturq; ei, cui donatũ est, ad id consequendum vel condictio certi ex stipulatione, si qua* f *interuenit uel condictio ex Iustiniani lege. Interim tamen donator quam rem donauit, pignori* g *obligare, vel alij vendere,* h *non prohibetur, cum traditione necdum facta, rei donatæ dominium non* i *perdat.*

f *Et cum retrò*] *Hodierno iure valet donatio inter viuos in quingentos solidos, ẽt sine insinuatione: sin eam quantitatem excedat, insinuationis opus est solennitate.* 5 *Fit aũt insinuatio, quando donator iudici ordinario illam donationem indicat atq; denunciat, eiusq; consensum atq; autoritatẽ petit: quo donationem decernente, in acta publicamq; scripturam redigenda est. Nihil tñ refert, siue hæc ante* K *siue post donationem fiat.* ꝙ *si penitus omissa sit, donatio tñ ad eam solum quantitatem, quę quingẽtos aureos excedit, inutilis* l *est.* 6 *Excipiuntur tñ casus aliqui, in quib. non est necessaria insinuatio, sed donatio sine ea valet: qualis est, quæ fit pro redimendis* m *captiuis: aut si magister militum aliquem ex militib. quia optimè se gessit, honoris ergo munerauerit, præsertim reb. mobilib. item si quis pro domo exusta vel ruinosa reparanda donat. Põt & Princeps Romanus cuipiam, & rursus quis Principi conferre quamlibet grandem donationem absq; vlla* n *insinuatione. Deniq; nec sponsalitia largitas, nec donatio quæ collatum beneficium* o *remunerat, talem insinuationem exigunt.*

g *Solidorum*] 7 *Solidum in iure nostro pro aureo accipi notum est: & hunc ita Iustiniani tpe taxatum fuisse alibi memini,* p *vt septuaginta duo libram efficerent, licet hodie longè minoris valoris existat.* q *vnde aliqui* r *censuerunt, tametsi constitutum sit, donationem vltra quingentos solidos absq; actorũ insinuatione non valere: tamen eam quæ vltra octingentos nostrates aureos nõ procedat, valere, quia tot nostrates vix quingentos veteres, hodie valeant.* 8 *Ego tamen supra* s *dixi, mihi Alcia.* t *sñiam probari, existimantis, aureum, quo hodie vtimur, ex generali passimq; recepta consuetudine veteri illi suffectum esse. Itaq; quæ de solido in iure ciuili statuta sunt, ad nostrum hunc, vtcunq; leuiori sit ponderis, referri debẽt. Sanè & ante Iustiniani tempora, cum Romanum imperium adhuc floreret, multo grauioris ponderis aurei excudebantur, quorum 48. libram conficiebant.*

a l. 1. de donat.
b l. 19. hoc iure §. Labeo, & §. vltimo. iuncta l. 27 & l si pater §. fi. de donat.
c In d. l. si quis argentum. C. de donati. Fab. in §. precium inf. de emp. & vẽd.
• l. si vnquã. C. de reu. don.
d d. l. si quis argẽtium. § sin aũt.
e l. 19. inter eos. §. vl. de re iud. l. 29. diuus. de reg. iu. § sed & si qs inf. de act.
f d. l. si quis argẽtum. §. pen.
g l. vl. § Lucius. h. t.
h l. 15. quoties. C. de rei vẽn.
i dictis ll.
K Tex. in l. vltima: §. pe. C. de donat.
l d. l. si quis argẽtum §. cęteris. & l. 25. donat. in fin. & l. 34. sancimus. §. si quid. C. eod.
m l. si quis pro redẽptione. 36. C. de donat.
n d. l. sancimus. & Auth. itẽ a priuatis. C. eo. ti.
o In Nouell. vt sponsal. larg. & d. l. 27. Attili' Regulus. & l. si pater. §. fin. de donat.
p In §. nos aũt. sup. de Attilia tuto.
q l. quoties. C. de suscept. lib. 10 & ibi Bar.
r Ang. hic Ias. i l. 2. §. ex his. circa fi. de ver. oblig.
s in d. §. nos aũt.
t in l. 231. hæc enunc. de verb. signifi.
u Vide Alc. in l. etiam aureos. de verb. sig. & li. 3. Disp. c. 6.

b Con-

b Constitutio] Et hæc lib. 8. Cod. x extat. Ediderat tamen prius y alias constitutiones Iustinianus, sed ea per hanc nouissimam sunt abrogatæ.

i Minimè desiderant] Has paulo ante z retulimus.

x l. pe. C. de do. y In l. illud. C. de sacros. eccle. & l. sancimus. C. de donat. z sup. hoc §. n. 5.

§. Sciendum.

1 *Donatio inter viuos ob ingratitudinem reuocatur.*
2 *Variæ ingratitudinis causæ recensentur.*
3 *Clausula donationi adiecta, quod ob ingratitudinem non reuocetur, nihil valet.*
4 *Hæredes donationis ob ingratitudinem donationem non possunt reuocare.*

Sciendum est tamen, quod *a* etsi plenissimæ sint donationes: si tamen ingrati existāt homines, in *b* quos beneficium collatum est, *c* donatorib. *d* per nostram cōstitutionem licentiam præstitimus, certis ex causis eas reuocare: ne illi qui suas res in alios contulerint, ab his quādam patiantur iniuriam vel iacturam, secundum in constitutione nostra modos.

a Etsi plenissimæ] *Loquitur de donationib. inter viuos, quæ nullo vrgēte iure, & ex mera liberalitate fiunt: hæ si legitimè semel factæ sint, regulariter non reuocantur, a 1 ingratitudo tñ reuocationi locū præstat, vt hic Imperator dicit. 2 Ingratitudinis aūt plures sunt causæ in iure b expressæ, vt si donatarius atroces iniurias inferat ei, a quo donatum accepit, si ei manus inferat, si grandem iacturam rēb. donatoris fecerit, aut eius vitæ insidiatus fuerit, si pacto inter donandum conuento non steterit, si donator inops atque alimentis egens per donatarium, vt ingratum, non sustineatur, si donās tempore donationis, liberos non habeat, deinde liberos suscipiat. Huiusmodi. n. causis in iudicium deductis, & quatenus in foro sufficit, probatis, donatio reuocari potest. c 3 Porrò adeò verum est, donationem ob ingratitudinem acceptoris irritari, vt etiamsi donationis instrumento clausula adiecta fuerit, quod nec ob ingratitudinem reuocari vllo tempore valeat, nihilominus, si donationis acceptor ingratus, circa donatorem reperiatur, reuocationi sit d locus, quoniam hoc esset contra bonos mores.*

b In quos benefi.] *Aliorum enim ingratitudo non sufficit ad reuocandam donationem, etsi hæredes donatariorum sint.*

c Donatorib.] *Non etiam eorum hæredib. 4 Nam hoc reuocandæ donationis beneficium soli donatori conceditur, non autem ipsius hæredibus, e nisi causam ingratitudinis donator f ignorasset.*

d Per nostram consti.] *Quæ & ipsa libro 8. Codicis g extat.*

a vid. §. a. ff. de donat. l. 3. 5. & 6. C. de reu. don. b l. vlt. C. de reuoc. donatiõ. Dd. & d. vlt. ex eaæd. cit. c Vide omnino Francisc. de Ripa, suarum interpret. lib. 3. d Paul. de Cast. in l. vlt. C. de pact. e l. 1. §. vlt. C. de reuocand. don. f Porc. hic. g in d. l. vlt. C. de reuoc. don.

§. Est & aliud.

1. 2. 4 *Tria tempora circa donationem propter nuptias consideranda.*
3 *Dos iure veteri constante matrimonio augeri poterat.*
5. 6 *Donatio propter nuptias doti per omnia hodie æquiparatur fallit, vt num. 7.*
8 *Dos & donatio propter nupias quid?*
9 *Spousalitia largitas quid?*
10 *Donatio inter viuos inter coniuges prohibita, secus in donatione mortis cā & nu. 11.*
12 *Donationem propter nuptirs pro omni lucro dotali accipi, & nu. 13.*
14 *Dotalitium quid sit.*
15 *Lucra dotalia quæ dicantur.*

Est & aliud genus inter viuos donationis, quod veterib. quidem prudētib. penitus erat incognitum, postea aūt a iuniorib. diuis Principib. introductum est, quod ante nuptias uocabatur: & tacitam in se conditionem habebat, vt tunc ratū esset, cum matrimonium esset insecutum. Ideoq; ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur: & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem *a* diuus Iustinus pater noster, cum augeri dotes & post nuptias fuerat permissum: si quid tale eueniret, & ante nuptias augeri donationē, & constāte matrimonio, sua constitutione permisit, sed tñ nomen inconueniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias aūt tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, *b* & consequentia nomina reb. esse studentes: *c* constituimus, vt tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant. & nō ante nuptias, sed propter nuptias vocentur: & *d* dotib. in hoc exæquentur, vt quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt: & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonio, sed eo etiam contracto augeantur & constituantur.

1 Subijcitur] *alia inter viuos donationis species, nempe [donatio propter nuptias,] 1 circa quam tria tempo-*

temporum meminit Imperator. Primum n. Imperatores Seuerus & Antonius, Alexāder, Diocletianus & Maximianus adinuenerunt donationem, quam ipsi appellarunt [Ante nuptias,] quia semper nuptias futuras antecedebat. Donabat. n. procus puellæ ea conditione, vt tum demum, si futura esset sponsa, valeret donatio, nuptijs aūt non secutis res donata redderetur. & hoc est primum tps. 2 Deinde Iustinus, Iustiniani pater adoptiuus, voluit hanc donationem augeri posse ēt post nuptias, 3 instar dotis, quæ constante quoq; matrimonio iure veteri a maior reddi poterat. & hoc est secundum tps 4 Deniq; Iustinianus videns huic innouationi duo deesse, statuit primò, vt post contractum matrimonium eiusmodi donationes nō augeri modò, sed ēt fieri, i. initium suum, si prius de his ante nuptias nihil conuentū erat, accipere possent. Deinde immutauit nomen huic donationi, vt non amplius antenuptialis, sed propter nuptias donatio diceretur. b 5 Ex hac igitur Iustiniani constitutione, & dotes & donationes propter nuptias æquis passibus in omnibus & per omnia ambulare, parique iure censeri c debent.

a *D. Iustinus pater noster*] *Fuit enim Iustinianus Iustini Maioris ex sorore nepos, & ab eo adoptatus sicut alibi d diximus.*

b *Et consequentia nomina*] *Nam & Plato in Cratylo scriptum reliquit, boni legislatoris esse, apta conuenientiaque nomina rebus imponere.*

c *Constituimus*] *Extat hac Iustiniani constitutio lib. 5. Cod. e ad Ioan. præfectum prætorio.*

d *Dotib. in hoc exæquentur.*] *6 Neq; tn̄ in hoc tm̄ propter nuptias donationes, dotib. æquipollent, sed in his ēt constituendis, augendis lucrandisq; omnimoda seruari dēt æqualitas, tum in quantitate, tum in pactis. f 7 In hoc tn̄ differunt, qa vir lucratur fructus dotis: mulier verò fructus donationis pp nuptias non consequitur constāte matrimonio, quia marito cedūt ob id certe matrimonij onera & molestię sine g fructu existant. 8 Est aūt [dos,] q à muliere, h vel eius patre, i aut extraneo, propter vinculum & onera matrimonij marito datur, vt perpetuo penes eum, i. quamdiu consistit matrimonium, & extant k liberi. Hanc Græci φερνὴν dicunt, nostro idiomate [ein eesteur, zugelt, oder voidem. Donatio] vero [propter nuptias] est, quam sponsus, vel maritus, aut alius nōie sponsi facit vxori ob matrimonium respectu dotis sibi l datæ. Hanc Græci ἀντίφερνον, quasi dotis compensationem vocāt: nostri, [ein gegenuoidem oder voiderlegung.] 9 Impropriè sponsalitium largitatem] nominat m Iustinianus: cum hæc sit gratuita donatio sponsæ facta a sponso, vel econtrà. quāquam a sponsa rarò fieri soleat: est. n. mulierum genus auarissimū n Inuenta aūt est propter nuptialis donatio, vt dote a marito male consumpta, uel matrimonio soluto uxor habeat, vnde damnum acceptum resarciat, o & vnde alatur. 10 Illud quoq; adijciendum, licet hæc propternuptialis donatio permissa sit inter coniuges: donatio tn̄ inter viuos pura inter maritum & vxorē legib. est prohibita: ne coniuges mutuo amore inuicem spolientur, neue eorum conccordia precio conciliari videatur. 11 Donatio aūt mortis cā non est illicita inter coniuges, quoniam in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt, & medio tpe dn̄ium re donatæ apud donatorem manet. 12 Porrò [donatio propter nuptias intelligitur ēt pro omni lucro dotali, q coniux superstes sibi paciscitur in bonis primum morituri, siue sit maritus, siue vxor: q quib. modis fiat, p alibi tractatur. 13 Solet quoq; donatio propter nuptias] vulgò id appellari, quod soluto matrimonio apud coniugem manet superstitem ad vitam eius. Sic. n. mariti futuri donare solent vxorib. vel ex pacto concedere bona quæ habeant, dum viuunt, aut certam pro eis pecuniam, vt post mortem earum redeant ad hæredes donantis, idq; inter nobiles apud nos est frequentissimum. Vxores quoque vicissim ita solent ante matrimonium vel parentes earum paciscendo promittere, vt maritus superstes, quoad vixerit, aliquid habeat, videlicet in casum soluti sine liberis matrimonij. 14 Et hoc apud plerosque nuncupatur [dotalitium,] voce domi eorum nata. 15 Huiusmodi autem liberalitates quandoquidem vel ex mutua coniugum pactione, vel ex beneficio legis proficiuntur, dicuntur propriè [lucra dotalia] vtrinque. vsu autem vulgari confunduntur sub appellatione [Donationis propter nuptias.] Itaque donationem propter nuptias in diuersa nomina pro regionibus ac prouincijs abire constat: quorum nomenclaturam hic recensere, nihil opus est: nam hic interpretes, & forensis vsus docebunt.*

a l. 19. si constante. C. de dona. ante nupt.
b l. fi. C. de don. ante nupt.
c gl. ma. hic. Bal. in Auth. siue a me. C. ad Velleia. facit Aut. dos data. C. de don. ante nup. Auth. æqualitas & Authen. sed quæ. C. de pact. cōuen. & in fonte. Aut. vnde sumātur.
d Supr. in Rubr. proœ.
e l. 20. cum mulier. C. de don. ante nupt.
f d. Auth. æqualitas. & d. Auth. sed quæ, & in Nouell. de æqualita. dotis.
g Bald. in Auth. permissa. C. de do. ante nupt. & in d. l. si constante. et i. gl. in Nouell. de nō eli. se. nub. verbo processerit.
h l. 15. si rem æstimatam. de iure dotium.
i l. j. §. accedit. C. de rei vx. act.
k l. 5. profectitia. de iure dot.
l l. fi. C de don. propter nupt.
m In Nouell. vt sponsal. larg.
n l. 16. si a spōso. ibi gl i verbo, raro accidit. C. de donat. ante nupt.
o §. fuerat inf. de actio.
p ff. & C. de bon. dotal. & l. 3. feminæ. C. de secund. nupt.

§. Erat olim.

1 *Hic §. quare titulo De donationibus adiunctus sit.*
2 *Ius accrescendi quidè & quando locum habeat.*
3. 5 *Olim in communi seruo manumisso locum habebat ius acrescendi, quod tamen hodie est sublatum.*
4 *In re communi vnus nihil potest facere, inuito altero.*
6 *Regulariter inuitus nemo emere aut vendere cogitur.*

Erat olim & alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale. Si cōem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit *a* vel vindicta, vel testamento: eo casu *b* pars eius amittebatur, & *c* socio accrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, & libertate seruū de-

ce fraudari,& ex ea humaniorib.quidem dominis damnum inferri,seueriorib.autem dominis lucrum accedere:hoc quasi inuidia plenum,pio remedio *d* per nostram constitutionem mederi,necessarium duximus. Et inuenimus viam,per quā & manumissor,& socius,eius,& qui libertatem accepit,nostro beneficio fruantur,libertate *e* cū effectu procedente (cuius fauore antiquos legūlatores multa etiam contra communes regulas statuisse *f* manifestum est) & eo qui eam libertatem *g* imposuit,suæ liberalitatis stabilitate gaudente:& socio indemni conseruato,preciumq; serui secundum partem domini,*h* quod nos definiuimus,accipiente.

Hic §.non huc proprie pertinet,sed velut extraneus est ad hūc titulum[De donationib.] 1 quia tamē continet alium modum acquirendi dominij iure ciuili,qui olim in communi seruo manumisso per ius accrescendi cōtingebat,hic collocari uelut appēdix quędam potuit,maxime cum is modus donationi nō prorsus sit absimilis,[a] Nam sicut donatio doni datio[b] est,ita & manumissio doni precijq;,nempe libertatis datio [c] est.2 Ad euidentiam aūt non est ignorādum,[Ius accrescēdi esse,cum portio vnius accrescit portioni alterius.Et in contractib.quidem,& actib.inter viuos,Ius accrescendi regulariter non habet locū augmentum partis vacantis per repudiationem cōiūcto non aduoluitur.[d] In ultimis autem voluntatib. locum habet,quia hoc videtur ex tacita & coniecturata mente testatoris prouenire,quare etiam non petentium partes petentib.[e] accrescunt,vt si plures essent hæredes instituti,& quidam suam portionē nō peterēt,accresceret illa portio non petentium,portioni petentium.Ad propositum.Hic casum habemus, in quo iure veteri etiam inter viuos iuri accrescendi locus erat.3 Veluti si duo communem habuissēt seruum,& alter ex his eum manumisisset siue testamēto,siue inter viuos,Iure ciuili,seruus non modò non consequebatur libertatem,sed etiam pars dominij,quam in eo habebat dominus iure accrescendi ad socium transibat,& ita alter solus eius fiebat dominus.[f] 4 Idq; propter iuris regulam,qua dicitur,[In re communi neminem dominorum iure facere quiquam inuito [g] altero posse.]4 Verum hoc,quia fuerat inquissimum,Iustinianus emendauit,statuens,in huiusmodi casu seruum communem libertatē nancisci, ita tamen,si precium alteri domino a manumissore sit depēsum secundum partem dominij,quod in eo habet.5 Et quanquam regulariter inuitus nemo [h] emere aut vendere cōpellitur,hoc tamen casu & socius manumittens emere,& socius alter,velit nolit,vendere cogitur, idq; propter fauorem libertatis. Sunt & alij multi [i] casus in iure passim obuij, in quibus pariter ab hac communi regula disceditur,quos breuitatis causa in præsentia prætermitto.

a *Vel vindicta*] *Id est, inter uiuos,quomodo autem manumissio per vindictam olim contigerit, alibi abunde diximus.*

b *Pars eius*] *Scilicet,communis serui,quam partem habebat in seruo dominus manumittens.*

c *Socio*]*Id est,alteri domino,qui alteram partem serui habebat,sicque socius efficiebatur insolidum istius serui dominus.*

d *Per nostram constitutionem*] *Quam lib.7.Cod.ti.K 7.ad Iulianum præfectum prætorio inseruit Iustinianus.*

e *Cum effectu*] *Idest, valida existente libertate.*

f *Manifestum est*] *Sunt.n.multa libertatis priuilegia,*[l] *in iure passim obuia,quæ hic recensere prætermitto,cum horum fere nullus hodie sit vsus.*

g *Liberta,impos.*] *Nempe expressim, neq; enim coniectura sufficeret:nam etsi quis communem seruum institueret hæredem,per hoc non fieret liber,sed hæreditatem alteri suo Domino acquireret.*

h *Quod nos definiuimus*] *Debet.n. vt paulo antedixi,precium alteri domino a manumissore præstari secundum partem dominij,quam in seruo habet,siue libertate iam imposita,siue priusquam liber esse iussus fuerit,vt Placentinus ait.m Definiuit autem huiusmodi presium Iustinianus sua cōstitutione,*[n] *iuxta cuiusque serui qualitatem,vt in eadem videre est.*

QVIBVS ALIENARE LICET VEL NON. TIT. VIII.
In Rubr.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Dominij potiss.effectus est,disponere de re sua pro libito.*
3 *Alienationis verbum quomodo accipiatur in ll.*
4 *Epitome huius tituli.*

QVIA superiorib.titulis Imperator nōnulla de acquirendo rerum dominio iure gentium & ciuili tradidit,2 effectus aūt dominij præcipuus est,2 de re sua posse pro libito disponere,quem tamen effectum quandoq; vel lege vel conuentione impediri constat,ideo in præsenti tractatu,quibus alienare liceat,vel nō,iusto ordine subnectit.3 Verbū aūt[alienare,]dupliciter in legib.accipitur,proprie siue strictè,& improprie seu largiori modo. Hic quidem,vt contineat omnem actionem, qua dominium & ius rei alium transferimus,quod multis modis fieri potest,puta per vsucapionem, nexum pignoris, vsusfructus concessio-

a Cantiunc.hic.
b l. 35.senatus. §. 1. de mort. cau.do.
c Supra de libe. ad prin. Terē. in And.
d l.110.si mihi & Titio.de ver. ob.
e C.quādo non petent.partes petent.accre.
f l.1.in fin.C.de com.ser.ma.
g l.j.ff.com.diu. facit l.11.id q; nost.de re.iu.
h l.11.inu itis.C. de cōtrah.em ptio.l.16.nec emere.C. de iur. de lib.
i Vt in l.7.com mu.diu.§.13. si debitor. ff. cō.diu.l.13. Iulianus.§.17. idē Celsus.de act.emp.l.78. cum in fūdo. §.si fundus cō munis.4.de iure dot.l.66.& si æquō.de le. 1.l.cotē ferro ii.§.fi.de pub. & vect. Auth. hoc ius porrectum.C.de sacro.ecc.§.sed & maior.sup. de his,q sunt sui vel alie.iuris.l.2. in fin. C.de pat.qui fi.distr.& vide Io.de Platea hic.
K l. j. C. de cō ser.ma.
l In l.8:Papinian' §.9.quarta aūt.& §.fi. cū l.seq. de inof. test.& l 24 generaliter.§. si quis seruo 10. de fidei.li.cū similib.
m In Sum.de cō. ser.ma.
n in d.l.1.C.de. com. ser. ma. §. ne autē quā titas.
a Dixi sup.1 rub de rer.diui.n. 9.& 25.

cessionem, alteriusue seruitutis cõstitutionem, vel debitæ remissionem. b *Strictiori aũt significatu alienationis vox solam dominij translationem, siue amissionẽ continet.*c 4 *Porrò duos principales casus in hoc titulo Imperator explicat: primus, quod is qui dominus est, non possit alienare:*d *alter, quod is qui dominus non est alienandi facultatem* e *habeat, & in vtroq; casu a communib. iuris regulis disceditur. Nã regulare est,*f *quod rata haberi debeat voluntas domini, rem suam in alium transferre volentis: regula item est,* g *neminem plus iuris in alium transferru posse quam ipse habeat.*

In princip. tit.

1 *Prædium dotale quid?*
2.3.5 *Maritus est rei dotalis iure ciuili dominus.*
4.6 *Dos est proprium patrimonium vxoris.*
7.8 *Lex Iulia quare alienationem rei dotalis consentiente vxore permiserit, hypothecã verò non.*
9 *Quibus casibus liceat marito res dotales alienare.*
10 *Iusiurandum actui à lege prohibito adpositum, iure ciuili non valet.*
11 *Si æstimata in dotem dentur, an consentiente vxore alienari possint?*
12 *Res mobiles in dotem datæ an alienari possint.*

Accidit aliquando, vt qui dominus rei sit alienare nõ possit: & cõtra, qui dominus non sit, aliendæ rei ptãtem habeat. *a* Nam dotale prædium *b* maritus *c* inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare: quamuis *d* ipsius sit dotis cã ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorẽ statum deduximus. *e* Cũ. n. lex in solis tantummodo reb. locum hẽbat, quæ Italicæ fuerant, & alienationes inhibebat, quæ inuita muliere fiebant: hypothecas autem earum rerum, ẽt volente ea: *f* vtriq; remedium imposuimus, vt etiam in eas res quę in prouinciali solo positæ sũt interdicta sit alienatio, vel obligatio: vt neutrum eorum, *g* neq; consentientib. mulieribus procedat, *h* ne sexus muliebris: fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur.

a *Nam dotale] Assumit priorem casum, vbi alinare prohibetur dominus.* 1 *Per dotale autem prediũ, eam dotem intelligit quæ in fũdo aut re immobili constituta est: sub quo comprehendimus omnia ædificia, & prædia tã urbana quam rustica, si quæ data sinti indotẽ. Idem est & in quasi dotali feundo. Nã fundum dotali seruo legatum pariter ad legem Iuliam pertinere, quasi dotalem, Paulus respondit.*

b *Maritus] 2 Quamuis censeatur rei dotalis iure ciuili dominus.*a *Et quod de marito dicitur, idẽ etiam in sponso locum* b *habet.*

c *Inuita] Volente enim ea, & consentiente, poterat hoc iure maritus alienare: quod tamen Iustinianus corrigit.*

d *Ipsius] Scilicet mariti.* 3 *est. n. maritus, ut paulo ante dixi, rei dotalis dominus, nempe subtili quadã iuris fictione,*c *cum reuera & naturaliter eius dominium vxori ptineat.* 4 *Est. n. dos proprium patrimonium ipsius mulieris,*d *vt & Bartolus* e *voluit.* 5 *Verum quia multa marito concessa sunt, quæ nõ nisi domino concedi soient: puta, vt res dotales possit vendicare,*f *seruos manumittere,*g *ijsdem autor esse adeũdæ vel repudiandæ* h *hæreditatis, & reb. deniq; dotalib. vti, vt suis: ideo hac ratione maritus videtur dotis dominus, licet reuera nõ sit.* 6 *Vxor. n. naturali iure domina est, sed quo ad cõstat matrimoniũ, silet eius dominiũ & inefficax est: ad cum soluitur, mox ueluti postliminio ad mulierẽ cũ effectus i reuetit.*

e *Cũ enim lex] 7 Lex Iulia distinguebat, an res dotales in Italia, vel extra Itatiam site essent Deĩde uolebat, quod alienatio rerum dotalium consentiente vxore posset fieri nẽpe cũ res penitus ad aliũ trãsibat. Hypotheca vero. i. oppignorario rerum dotalium marito non concederetur, vtcunq; vxor consentiret.* 8 *Sed quæ erat diuersitatis ratio, quæ legem mouere poterat, vt tam diuerse statueret? Et Theophilus* k *putat, ex dotali cogitatione ad hoc prorupisse. Nã uerat. n. vbi de alionatione fundi dotalis, quam maritus faceret, ad mulierem referretur, ipso audito turbatum in mulierem, nec inductum iri, ut consentiret.*l *Sin uero de hypotheca siue obligatione uxori maritus aliquid diceret, non grauatim eam consensuram: Non iniuria ergo rogatione sua hypothecarum causam subuertit: alienationem uero uxoris consensui, reliquid. Iustinianus tamen utrunque corrigendum esse censuit.*

f *Vtrique remedium] Extat de boc Iustiniani constitutio lib. V. Cod. tit. 13.* m *cuius collatio ad hunc titulum plurimum conferet.*

g *Neq; consentientib.] 9 Et hoc in his uerum est, quæ inæstimata in dotem* n *data sunt: ea n. maritus hodie non alienat, utcunq; uxor consentiat, ẽt iureiurando.*o 10 *Lege. n. ciuili nullius momenti est eiusmodi iuramentum, quod actui a lege prohibito accedit,*p *sed tum demum ualet iusiurandum, si rei, super qua interponitur, natura id admittit.*q *Tametsi iure Canonum indistinctæ ualeat alienatio, uxore sub sacramenti religione* r *consentiente.* 11 *Cæterum quæ æstimata dantur in dotẽ ea alienari cõsentiente uxore possunt,* s *si tamen maritus alia bona habeat, quæ pro dote uxoria restituantur.*t *Qua tamen*

b l. fi. C. de reb. alie nõ alien. §. alienationis. in Nou. de non alienand. aut pmu. reb. ec. & c. c. nulli extra de reb. ecc. non alien.
c Alc. i l. alienationis, de ver. sig. & l. 1. C. de fundo dot.
d In prin. huius tit.
e §. contra autẽ. hoc ti.
f §. per traditionem. de rer. diui.
g l. 55. memo pl' ff. de re. iur. & ibi Dd. late.
* l. 3. de fun. dot.
a l. 9. doc. C. de rer ven.
b l. 4. de fundo dota.
c l. i reb. 30. C. de iure dot.
d l. 3. §. ergo ẽt, de mino.
e Bar. in Rub. ff. sol. mat.
f d. l. doce. C. de rei ven.
g l. 3. C. de iure dotium.
h l. 58. seruus dotalis. sol. mat.
i d. l. in reb. Cantiun, hic.
k In suis Græcis Inst.
l Facit gl. in d. l. si a spõso. verbo raro accidit, vbi dicit genus mulierum esse auarissimum.
m l. vnic. §. & cũ lex Iulia. C. de rei vx. action.
n l. 15. dotale. de fundo dot. d. l. vnica. §. & cũ lex.
o l. si iurer virũ. 12. C. de iure doti.
p l. 5. non dubiũ C. de legib.
q d. l. non dub. Bar. in l. Titia. 2. §. Imper. de leg. 2. & l. si q' pro. eo. de fid.
r Fab. hic. fac. c. licet. de iurei. in 6.
s In æstimatis reb. 50. sol. mat.
t Hic ad Por. c.

men iure Iason distinguendū censet. Nam si conuentum sit, rem ipsam soluto matrimonio restituendam, tunc prohibetur alienari: quando aūt sic non conuenit, tunc æstimatio rei loco succedit, quam alienata re, solui oportet: & optio penes maritum, eiusue hæredem erit, si rem dotalem, an eius æstimationem reddere malit. [u] *12 Res quoq; mobiles in dotem datas maritus alienare prohibetur, si ætatem ferre, seruandoq; seruari* [x] *possunt. res autem mobiles, quæ seruando corrumperentur (vt sunt res, quæ numero, pondere, mensuraue consistunt* [y] *) potest maritus pro arbitrio alienare.* [z] *Excipiuntur & alij casus, in quibus licitum est marito, res alienare dotales, quos quia Accurs. ad tex. refert, prætereundos* [a] *duxi.*

b Ne sexus mul.] Neue fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam, quemadmodum Iustinianus [b] *alibi dicit.*

§. Contra autem creditor.

1 *Casus ad hunc §.*
2.3 *Creditor quis, & de pignoris voce.*
4 *Pignus & hypotheca quomodo differant.*
5 *Pignus in triplici genere.*
6 *Si de pignore distrahendo nihil sit conuentum, an & quando illud alienare liceat creditori.*
7 *Quid si pactum sit, ne distrahatur pignus?*

Contra aūt *a* creditor pignus *b* ex pactione, quamuis eius ea res non sit, alienare *c* pōt. Sed hoc forsitan iō videtur fieri, φ volūtate debitoris intelligitur pignus alienari: quia ab initio cōtractus pactus est, vt liceret creditori pignus vendere, si pecuniā non soluatur. Sed ne creditores ius suū persequi *d* impedirētur, neq; debitores temere suarum rerum dominiū amittere viderentur: *e* nostra constitutione consultum est, & certus modus impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere: cuius tenore vtriq; parti creditorum & debitorum, satis abūdeq; prouisum est.

Iustinianus] alterum principalem casum assumit, quosdam s. alienandi ptātem habere, tametsi rerum non sint domini, velut in hac specie cōtingit. [a] *1 Centum abs te aureos accepi, fundum tibi meum in cām pignoris obligaui, ac conuenit, vt elapso anno, & debito non soluto, pignus tibi vendere liceat. Ecce hic creditor, cum dominus non sit recte alienat, idq; ex pacto & voluntate tua, quia ab initio contractus de disti eam potestatem creditori, vt ipsi liceret mora in soluendo commissa, pignus* [b] *vendere.*

a Creditor] 2 [Creditor] hic dicitur, qui pro credito pignus accipit, quo magis ei in tuto sit creditum. [Pignus] aūt dicitur res, siue immobilis, quę pro debito obligata est, ad securitatē creditoris, quasi obligationi oppositū, vel quasi ob fidem debiti oppositum, vt Budęus [c] *voluit; Græci ὑπόθημα vocant. 3 Quanq̃ propriè loquendo, pignoris possessio, si ad creditorem translata sit, [pignus,] sin penes debitorē manserit [hypothecam* [d] *] nostri dicunt. Et quia res mobiles vt plurimum traduntur creditorib. rarò vero verū immobilium possessio ipsis relinquitur, factum est, vt [pignus] propriè intelligatur esse rei mobilis, [hypotheca] vero rei immobilis.* [e] *4 Quanquam id nō fit propriè. sed potius propriissimè, ac nimis anxiè, vt Apellus* [f] *declarat. [Pignus] enim tam de mobili quàm immobili re dicitur.*

b Ex pactione] Quia debitor ita pactus sit, ac conuenerit cum creditore. 5 Et sic de pignore conuentionali hic loquitur. Cæterum quid in iudiciali, quod pro executione sententiarum, quidq; in prætorio pignore, quod a prætore datur, propter contumaciam, vel vt seruentur legata, obseruari debeat, non est huius loci tractare, de eo commodius alibi dicemus.

c Potest] Non tamen cogitur vendere. [g] *Id. n. inhumanum esset, & si id venditum velit debitor, vendat ipse, quoniam hoc illi licet. Alienato aūt per creditorem pignore, si quid vltra debitum residuum est id debitori restitui debet,* [h] *nam etsi quid deesset, id a debito exigere* [i] *posset.*

Impedirentur] Si conuentum non esset de distrahendo pignore inter creditorem & debitorem, de ea enim hic specie loquitur.

e Nostra constitutione] Quæ lib. 8. Codicis [k] *extat. Est aūt eius constitutionis effectus seu summa. 6 Si de vendendo pignore nihil conuenerit, interpellandus est primum debitor, vt soluat, qui si deinde cessarit biennio (φ tū a tempore denunciationis,* [l] *non pignorationis factæ numerandum est) pignus uēdi poterit.* [m] *Si non reperiatur emptor, rursus admonēdus est debitor, qui si porrò cesset, creditor sibi impetrabit ius dominiū. Sed tū post talem dominij adiectionem intra biennium, integrum erit debitori recuperare rem ipsam, si creditori offerat totū debitum cum eo, φ eius interest, a tempore moræ. 7 Sed quid si cōuentū sit, ne distraheretur pignus? Et creditor aduersus hanc pactionem distrahens forte obligatur,* [n] *nisi debitori ter denunciauerit vt soluat, & cessarit,* [o] *ab eo. n. tempore elapso biennio creditor pignus alienare potest. Et hæc quidem iure ciuili obtinent. Cæterum consuetudines locorum, & iura municipalia huic non parum derogant,* [p] *quibus vtique standum est, in locis, vbi vigent.*

§. Nunc

u l. 5. quoties. C. de iure dot. l. plerunq. 10. ff. eod. tit.
x l. 42. res in dotē, de iur. dot. gl. in Aut. siue a me. C. ad Velleian.
y Vide inf. quibus modis re contrah. obl. l. pri.
z d. l. res in dotē Faber hic.
a gl. verbi dotale & verbi prohibetur.
b In d l. 1. ca. §. cum autem.
a Theop. hic.
b Vt hic, & l. si conuenerit. de pig. act.
c In l. pe. de pig.
d l. 9. si. ē. §. proprie. 2. de pig. actio.
e l. 227. plebs. de verb. sig.
f In Metho. dial. ratio.
g l. 6. quamuis. de pign. act.
h d. l. quamuis. §. si. cum l. seq. & l. quæsitum. §. vl. de dist. pig.
i l. 9. quæ specialiter. C. de distract. pign.
k l fin. C. de iur. dom. imp.
l Ang. hic.
m d. l fi. §. 1. & 2. Ioā. de Pl. hic gl. & Bar. d. l. si conuenerit.
n l. 73. si is q pignori. de furt.
o gl. in d. l. si conuenerit. & ibi Dd. Ang. Fab. Plat. hic.
p Bar. d. l. si conuenerit.

§. Nunc admonendi.

1 *Pupillus sine tutore non potest alienare.*
2 *Pupillus sine tutore mutuans non facit mutuum.*
3 *Nummi à pupillo mutuati, si extant, vendicantur.*
4 *Si bona fide de sunt, condici possunt.*
5 *Regula (Per consumptionem reconciliari mutuum) explicatur.*
6 *Sin mala fide sint absumpti, potest de his exhibendis, vt in litem iuretur, agi.*

Nunc admonendi sumus, neq; pupillum, neq; pupillam, vllam rem sine tutoris autoritate alienare posse. *a* Ideoq; si mutuam pecuniam sine tutoris autoritate alicui dederit, non cõtrahit obligationem: quia pecuniam non facit accipientis. *b* Ideoq; vindicari nummi possunt, sicubi extãt. *c* Sed si nummi, quos mutuò *d* minor dederit, ab eo qui accepit, *e* bona fide consumpti sunt, *f* condici possunt: *g* si mala fide, *h* ad exhibẽdum de his agi potest.

Reuertitur.] Imp. ad primum casum, quosdam, licet sint domini, res tamen suas alienare non posse: 1 *vt est pupillus pupillaue. nam illos tutorum autoritatem expectare conuenit, in quorum sunt potestate: qua de re* [a] *suprà abundè diximus.*

a *Ideoq;]* 2 *Pupillus sine autore tutore dans mutuũ, nõ facit, mutuum. sed omnimodo inualida est huiusmodi mutui datio. Nam in mutuo necessarium est, quod accipiens fiat dñs:* [b] *id quod hic non fit, quoniam sine tutore alienare pupillus prohibetur.* [c] *Neq; mutuum igitur cõsistit, neq; accipiens obligatur.*

b *Ideoq; vendicari]* 3 *Tali casu ergò, qñ pupillus sine autore tutore mutuum dedit, rei vendicatio ipsi datur ad eos repetendos, quamdiu nummi extant: tamdiu enim pupillus manet eorum dominus.*

c *Sed si nummi] Edisserit modo, quomodo succurratur pupillo, si nummi sunt consumpti: quo casu pupillus desinit esse dominus, cum res amplius non extet.*

d *Minor] Id est, pupillus: sic enim hic accipitur.*

e *Bona fide] Eo scilicet, qui mutuum accepit, existimante adultum esse, qui mutuum dabat.*

f *Condici possunt]* 4 *Id est, peti possunt condictione certi, ea ratione: quia quod prius non erat mutuũ, hoc post consumptam pecuniam habetur pro mutuo. Atq; hoc est, quod vulgò dici solet:* [d] 5 *[per cõsumptionem reconciliari mutuum, parari dominium, nasci condictionem.] Quod tum verum est, quando pecuniæ numeratio est in cã obligationis, quando numeratur pecunia ad obligandum accipientem, Secus si sit in causa liberationis, vt aliquis sese liberet a debito, quia tum consumptio operatur liberationem, & enecat atq; extinguit condictionem. Vnde proditum est, si filiusfa. contra S.C. Macedonianum mutuatus pecuniam, rursus soluerit, patrem quidem nummos extantes vendicare posset, sed si consumpti sunt a creditore, cessare conditionem.* [e]

g *Si mala fide] Si nummi sint consumpti mala fide, vt quia accipiens sciuerit pupillum esse, a quo mutuum accepit.*

h *Ad exhiben.]* 6 *Sed quomodo exhiberi possunt nummi consumpti? Respondeo: si dolo eos possidere desiit, habebitur ꝓ possidente, itaq; ac si adhuc possideret, hac actione tenebitur.* [f] *Quia aũt nummi exhiberi non possunt, damnabitur reus ad interesse, quod æstimat actor iureiurando* [g] *in litem. Atq; ita text. hunc accipias, vt agatur ad exhibendum, si pecuniam mutuam dolo malo desierit possidere.*

a sup. de auto. tuto. in prin. & l. iusiurandũ 17. §. j. pupillus. de iureiur.
b l. 2. § appellat si cer. pet.
c l. pupillus. 11. de acquir. rer. dom.
d l. 12. si a furioso. §. sed & si fur. & l. 19. nõ omnis. si cert. petat.
e l. 14. si fil. usf. ff. si cer. pet.
f l. 5. ad exhibendũ. C. ad exhibendum. & l. qui dolo. 174. de reg. iur.
g l. 5. in actionibus. de in litẽ iurãdo. & l. 3. nummis. e. tit.

§. At ex contrario.

1 *Debitor pupillo soluens, sine autore tutore, non liberatur.*
2 *Soluens vero decreto iudicis, plenissimam liberationem habet.*
3 *Et quibus casibus decreto iudicis non sit opus.*
4 *Pupillaris debitor pupillo sine tutore soluens, quando sit tutus ope exceptionis.*
5 *Amplificatio huius §. ad minorem 25. annis.*

At ex contraria, oẽs res pupillo & pupillæ sine tutoris autoritate *a* rectè dari possunt. Ideoq; si debitor *b* pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris autoritas: alioqui *c* nõ liberabitur. Sed hoc ẽt euidentissima rõne statutũ est in constitutione, quã ad Cæsariẽses aduocatos, ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, quæstoris sacri palatij nostri, promulgauimus: qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori *d* debitorem pupillarem soluere: vt prius iudicialis sñia, sine omni damno celebrata, hoc permittat. quo subsecuto, si & iudex pronunciauerit, & debitor soluerit, sequatur hmõi solutionem *e* plenissima securitas: *f* Sin aũt aliter quàm disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, & adhuc eandẽ pecuniæ summam petat; per exceptionem doli mali poterit submoueri. Quod *g* si malè consumpserit,

aut

aut furto, aut ui amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus cōdemnabitur quia temere sine tutoris autoritate, & non secundum nostram dispositionem soluere.

a Rectè dari.] Propter iuris regulam qua dicitur, [a pupillum meliorem quidem conditionem suam facere posse deteriorem non posse].

b Pupillo.] Vero creditori, aliud enim est, si adiectus tantum sit stipulationi pupillus, b quia rectè ei solueretur.

c Non liberab.] 1 Pupillus quidē dominus fit eorum, quæ soluūtur, sic enim sua conditio melior efficitur, debitor verò obligatione non liberatur, ob id certè, quoniam ita reperiretur pupillus accepto debito obligationem c alienare, quod est prohibitum, quare vt liberatio debitori pupillari contingat, in solutione debiti autoritate tutoris opus habet.

d Debitorem pupillarem soluere.] Hoc est, (vt Buldu. exponit) debiti solutionem recipiendo eum liberare. Est autem phrasis Græcanica.

e Pleniß. securit.] Adeò, vt nec in integrum restitutio sit timenda. quæ tamen aliàs cōcederetur, etsi solutio tutore præsente facta fuisset, si pupillus se læsum ostenderet. 2 Igitur ex Iustiniani d Constitutione pupillaris debitor soluens tutori iudicis interueniente decreto, iussu. seu mandato, plenissimā liberationem cōsequitur. 3 Aliquando tamē facta vel sine iudice solutio liberat debitorem: vt cum ex annuis e reditibus, pensionibus, aut vsuris, debitores sint, f nec id quod debetur, centum solidorū quantitatem, & bieunij metam excedat.

f Sin autem aliter.] Exceptio est ad superiora. 4 Tametsi enim pupillaris debitor, sine autore pupillo soluens non liberetur possitq; summo iure pupillus rursum petere id quod ei solutum est, attamē ex æquitate datur debitori contra pupillum exceptio doli g mali, si pecunia adhuc extet, ex eaue pupillus locupletior factus sit, uel certè non pauperior, h ut quia eisdem nummis, qui soluit sunt, rem sibi necessariam emite quam sc. de suo alioqui empturus erat.

g Malè consumpserit.] Scilicet pupillus, 5 Et quod hic de pupillo dicitur, hoc idem in minore 25. annis locum habet. nam si pecuniam a debitore solutam perdiderit, i ei subuenitur.

a sup. de auto. tutor. in prin.
b l. 11. si stipulatus fuero. de solutio. & ibi Dd.
c §. seq. in fi. inf. eod.
d l. 25. sācimus. C. de adm. tut.
e d. l: sancimus.
f l: 27. cōsti. C. de admin. tut.
g l. 47. in pupillo. de solut.
h d. l. in pupillo.
i l. ait pretor. §. sed & si. ff. de minorib.

§. Sed ex diuerso.

1.3 *Pupillus soluens creditori sine tutore, non liberatur, & quomodo tum pupillo subueniatur.*
2 *Ratio dubitandi in hoc §. itemque decidendi.*
4 *Consumptio pecuniæ habet vim translationis dominij.*
5.6 *Resolutio ad l. interdum. de condict. indebiti. & §. si pupillus. in l. non omnis. si certum petatur.*
7 *Regula ex præmissa resolutione elicita.*
8 *Pecunia à pupillo creditori soluta sine tutore, si fortuito pereat, cuius sit periculū.*
9.10 *Regula: casus fortuiti respiciunt dominos, & quando hæc regula cesset.*

a Sed ex diuerso, pupilli vel pupillæ soluere sine tutoris autoritate nō possunt quia id quod soluūt, nō fit accipientis: quū scilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris autoritate cōcessa sit.

a Sed.] Hinc annotandum, pupillum soluentem creditori sine tutoris autoritate, a debito non liberari, nec dominium trāsferre in accipientem. 2 Quod mirum videri potest, quia solutio liberationem pupilli respicit, unde etiam sine autore tutore meliorē suam conditionem facere debuit. Qua enim ratione fictam liberatione, quæ acceptilatione inducitur, cōsequi a potest, cur nō idē, si vera numeratio b interueniat? Sed respondet Interpretes c numerationem pecuniæ ad bonorū administrationē pertinere, d quam pupillus non habet, cum omnino, etiamsi non liberetur, succursum sibi aduersus tutorem sit, qui rationem reddet, cur melius existimauerit pecuniā retinuisse, quàm eius solutione pupillum liberare. 3 Quid ergo fiet, cum pupillus soluit, nec a debito liberatur, quasi is, cui solutum est, dominus factus nō sit? Et extans quidem pecunia vendicabitur a pupillo, in rem actione. Ea vero cōsumpta iā pupillus liberabitur a debito, eo, quia consumptio efficit, ut pecunia finguntur cum effectu a pupillo peruenisse in accipientē. 4 Et sic e consumptio pecuniæ habet vim translationis dominij, sicq; Vlpianus f respōdit. Sed fortiter aduersatur alia eiusdem Vlpiani g lex, quæ pro nummis consumptis cōdictionem locū habere, nominatim exprimit. Consequitur ergo, pupillum ibidem non esse liberatum, ut quia non extantem pecuniam cōdictione repetere possit, quod ex diametro pugnat cum priori h responso, quo pecuniæ cōsumptione pupillo liberatione contingere dicitur. Hæc antinomia non paucos insigniter doctos torsit, breuiter sic cōciliari pōt. Nā ī priori Vlpiani i responso, pupillus naturaliter & ciuiliter obligatus fuit, erat naturale & ciuile, id est, uerum et perfectū debitū, ita q liberari non poterat, nisi solutione. Sed in lege k contraria poterat liberari pupillus, quia naturaliter tantū obligabatur, tutusq; erat exceptione. Igitur non mirum, si solutum repetit, quia potuisset nō soluere. 6 In priori specie potest pecuniæ

a l. 2. de accepril.
b l. 14. quod si forte. in fi. de solutio.
c Alc: in l. nō omnis. §. si pupillus. si cert. pet.
d l. iusiurandū quod. §. 1. de iureiur.
e d. §. si pupillus. & d. l. q si forte. §. fi. de solut.
f d. §. fin. pupillus.
g l. 29. interdū de cōd. indeb.
h i d. § si pupil.
i d. § si pupillus.
k d. l. interdum.

con-

l Hoc idē gl. voluisse videtur. in d.l. quod si forte. § fi.

m quam traditēt Zas. in d.l. non omnis.

n Vt hoc nso. §.

o l. 5. § fortuitis. & l. pignus. 8. C. de pig. ac.

p l. quod fauore. C. de ll. cum si.

q Vide eū in d.l. non omnis. § si pupill.

consumptio pupillo, quia parit ei iustam liberationem: in altero vero, ubi naturali tm̃ obligatione tenetur pupillus, noceret consumptio, auferret ei suam defensionē, nisi l *daretur cōdictio. 7 Ex prædictis collige regulam:* m *[qn̄ pupillus soluit debitum, q nulla exceptione elidi poterat, tum consumptis nummis liberatur. quod si debitum soluit, q per exceptionem elidi poterat, datur illi consumpta pecunia condictio ad repetendum] 8 Porrò illud & inuestigant Doctores. Si hæc pecunia à pupillo creditori soluta non consumatur, sed casu fortuito pereat apud accipientem, puta incursu latronum, vel ruina, cuius sit periculū? pupilli an accipientis? Azo illam pupilli periculo credidit periisse. Certum. n. est, pupillum* n *sine tutore soluentem dominium pecuniæ non trāsferre in accipientem. quandiu extat. sed pupillum remanere dn̄m. 9 Iam per manus traditur, [casus* o *fortuitos respicere ipsos rerum dominos.] At frequētius obtinuit, periculum non esse pupilli, sed recipientis pecuniam: alioqui pupillus longe deterioris videretur conditionis, quam ætate maior. Is. n. cum dat pecuniam mutuam, confestim transit periculum in accipientem: quis igitur æqua fronte pateretur, diuersum in pupillo statui? 10 Nec impedit Regula prædicta, [casus fortuitos contingere rerum dominos:] quia hæc regula in pupillo cessat. Speciali. n. fauore pupillorum introductum est, ne dominium mutuando aut soluendo transferant: hic ergo fauor non debet illis in dispendium aut detrimentum* p *verti. Et sic limitandum est, quod dixi, [rem semper perire ei qui est dominus rei:] vt non procedat, si propter fauorem quis remaneat dominus, iure ue singulari propter personam dominium non transferatur. Et in hanc sententiam crebrius itum est. Alciatus* q *tamen aliter hac in re opinatur: attamen graue est vbique communis opinionis præiudicium.*

PER QVAS PERSONAS NOBIS ACQVIRITVR. TIT. IX.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Acquirere significat dominio tenus consequi.*

a In ti. per quas perso. nob. acq.

1 *Hactenus docuit Imperator, quot modis iure gentiū aut ciuili rerum consequamur dominia: quia vero non modo per nos ipsos, sed per alias quoq; personas acquiri nobis potest vtroq; iure dominium, eas in hoc tractatu enumerat: quem de sola dn̄ii acquisitione intelligere oportet. Nam per quas personas obligationes nanciscamur, infra lib. 3.* a *speciali titulo explicabit. Quanquam & de possessionis acquisitione hic quædam intermiscentur: de qua tamen locupletius in Pandectis & Cod. sub ti. De acquirenda possessione disseritur. 2 Porro verbum, [acquirere, in hoc titulo suam habet emphasim, sicut fermè in vniuerso iure, quod non modo assequi, sed etiam dominio tenus nancisci significet. [Acquisitum] enim id proprie Iurisconsultis dicitur, cuius rei dominium translatum est.*

Princip. tit.

1 *Acquisitio principalis est, quæ per nos ipsos fit.*
2 *Emancipatus sibi, non patri acquirit.*
3 *Ad acquisitionem sufficit, si acquirens contractus tempore in nostra sit potestate.*
4 *In stipulationibus tempus contractus inspicitur, non euentus conditionis.*
5 *Secus est in legatis & fideicommissis: & quæ sit diuersitatis ratio.*

a Aquiritur nobis non solum *b* per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos *c* in potestate habetis: item per seruos, in quibus vsumfructum habetis: item per homines liberos, & per seruos alienos, quos *d* bona fide possidetis. de quibus singulis diligentius dispiciamus.

a Hoc ipso titu.

b In l. 10. acquiritur. de acqu. rer. dom.

c l. e filiusfa. 78. de ver. obl. vide etiam l. 18. quæ legata in fi. cum l. seq. de reg. iur.

d d. l. quæ legata & l. si vxor. C. de cōdi. inser. & l. 14. si vsusfructus. in pri. quādo dies lega. ced.

e Potissimum in d. l. si filiusfa.

a Acquiritur.] subaudi dn̄ium: nam de obligationis acquisitione (vt iam dixi) infra lib. 3. a *tractabitur. Est autem hoc principium ad verbum ex Caio* b *desumptum, sicut & sequentes aliquot §§.*
b Per vosmetipsos.] 1 est enim principalis acquisitio, quæ per metipsos fit.
c In potestate.] Siue patria, siue dominica: vt sunt serui & liberi non emancipati. 2 Emācipatus. n. sibi non patri acquirit. 3 Sufficit aūt ipsius contractus tempore eos in nostra potestate esse: q potissimum inspicitur, etiamsi conditione foret suspensiua. Quare si filiusfa. sub conditione stipulatus emancipetur, ac deinde existat conditio, patri actionem dari Paulus c *respondit: 4 Quia in stipulationib. tempus contractus inspicimus, non euentum conditionis. 5 Tametsi in legatis & vltimis voluntatib. fit secus, quia tunc tempus existentis conditionis spectamus, non tempus mortis testatoris seu testamenti, vt patri non possit acquiri, quod legatum est filiusfa. si eo tempore, quo legati conditio extitit, emancipatus erat filius. Neq; n. aliud tempus commode considerari potest, cum tota res à solo testatore pendeat, nullumq; sit factum filii, priusquam rem accipiat. Porro diuersitatis rationes plures Interpretes suis locis tradunt.*
d Bona fide.] Existimantes eos in nostra esse potestate, cum reuera non sint.

§. Igitur.

1 *Peculium quid fuerit iure veteri.*

2 Periculum

2 Peculium vnde dictum.
3 Filiusfam. quadruplex peculium habet.
4.5 Peculium castrense, & quasi castrense.
6.7 Peculium profectitium, & aduentitium.
8.9 Quid iuris in quoque peculio filiusfa. habeat.
10 Si dubium sit, vnde acquisierit filiusfam. quale peculium censeatur.
11 Dominium & proprietas idem.
12 Quibus casibus pater in aduentitijs hodie non habeat vsumfructum.

a Igitur liberi vestri vtriusq; sexus quos in ptãte hẽtis olim, quidem, b quicquid ad e os perueniebat (c exceptis videlicet castrẽsib. peculijs) hoc parentib. suis acquirebant, d sine vlla distinctione: & hoc ita parentum fiebat, e vt ẽt esset eis licentia, quod per vnum vel vnam eorum quæsitũ esset, alii filio, vel extraneo donare, vel vẽdere, vel quocũq; modo voluerant, applicare. f Quod nobis inhumanum visum est: & generali g constitutione emissa: & liberis pepercimus, & parentib. ho norẽ debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid h ex re patris ei obueniat, hoc secũdum antiquam obseruationem i totum parenti acquiratur. k Quæ.n. inuidia est, q ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reuerti? l quod autem ex alia causa sibi filiusfamilias acquisiuit, huius vsumfructum patri quidem acquirat, m dominium aũt apud eũ remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perueniens luctuosum ei procedat.

a *Igitur.*] *Dixit supra Imp. nos per eos acquirere, quos in nostra potestate habemus. Sed quia potestas alia est patria, alia dominica, à patria velut nobiliori exorditur, & qua ratione per filiosfa. nanciscamur rerum dominia, ostendit.*

b *Quicquid ad eos.*] *Etiam ex successione materna. Constantinus* a *tamen ante Iustinianum sanxit, ne q ater per filium familias bona materna acquirerentur.*

c *Exceptis videlicet castrensib.*] *Nam & veteri iure in his filijfa. vice patrumfa. fungebantur,* b *adeo vt cessaret ẽt vsq; ad eius quantitatẽ S.C. Macedonianum, nec cõferre filiusfa. tale peculium teneba[n]t,* c *& super eo testari quoq; poterat.* d 1 *Quia vero hic peculij fit mentio, & plura de peculio congeri possent: sed quod præsens locus postulat, sciẽdũ est, [peculium] priscis temporib. fuisse, quod seruus vel filiusfa. Domini aut patris permissu [illegible] paratum à rationib. Dominicis vel paternis hẽbat, deducto in[illegible] si quid domino aut parenti [illegible] etur. Nam graui humanitatis ratione apud Romanos fuit receptum, vt serui & filijfa. quamuis omnino sub ptãte essent, nihilq; proprium possidentes: hẽrent tamen aliquid bonorum, permittentib. dominis vel parentib. expresse vel tacite, in quib. administrandis specimen ederent industriæ, ac quales essent, quandoq; suiiuris Remp. [illegible] probarentur.* 2 *Idq; [peculium] dicebatur, quasi pusilla pecunia, sive* g *pusillum patrimonium.* 3 *Porro ad hunc locum quod attinet, [peculium] hodie quod filius fa. habet, quadruplex est.* 4 *Primum [castrense, quod a parentib. vel cognatis, aut etiam alijs penitus extraneis, in militia agenti donatum est: vel quod ipse filiusfa. in militia acquisiuit, quod nisi* h *militauet, acquisiturus non fuisset. De quo extat peculiaris titulus in Pandectis.* i *[De castrensi peculio.]* 5 *Deinde [quasi castrense,] quod acquirit filiusfa. ex artiũ liberalium professione, ex publico munere, aut functione aliqua, ex sacerdotiorũ prouentib.* k *ex cãrum patrocinijs. Quo ẽt numero hẽntur, quæ filiusfa. inseruiẽs aulæ principis [illegible] vel ex parsimonia propria q̃ ierit, vel ex principis liberalitate fuerit* l *consecutus.* 6 *Tertiũ [profectitiũ] quod ex re patris eiusue occasione ad filium proficiscitur.* m 7 *Postremo [aduentitium,] quod filiusfa. aliunde, q̃ ex re patris, vel propter patrem consequitur, quodq; ipsi a matre generetur materno aduenit, aut ab alijs quibuscunq; causis, quæ ex prospera fortuna ad eum perueniunt* n *vel si quid [illegible] ipsius contemplatione donatum sit.* o 8 *Porro in [castrensi & quasi castrensi] peculio [illegible] i. proprietas & vsusfructus filij manebat: veteri iure: nec in his bonis vllam hẽbant ius parentes: [illegible] hodie obtinet. Desinebant autem castrensia vel quasi castrẽsia bona hẽri, mox quam filius sui iuris vel parentis morte* p *vel al[illegible] fiebat.* 9 *In [peculio aduentitio,] iure Pandectarum, pater obtinebat plenum dominium, hoc est, tam vsumfructum, quam proprietatem: hodie illius peculij pprietas ad filiumfa. pertinet vsusfructus acquiritur patri. In peculio vero [profectitio] nihil hẽt filius, nec proprietatem, nec vsumfructum,* q *sed vtrunq; pater consequitur.* 10 *Quid autem si filiusfa. rem aliquam occulta quapiam ex causa acquisierit, & dubitetur, num ex re patris eiusue occasione, an suo ipsius intuitu cõsecutus sit? Et distinguendum est, quia si iste filiusfa. non sit industrius, aut negotiosus, sed inertiæ deditus pater vero diues habeatur, tum præsumimus ex re patris prouenisse, & esse profectitium. Sin vero filius sit actuosus, callens, & qui consueuerit operari, pauperq; sit pater, ea quæ accedunt filio præsumũtur esse aduentitia. Hæ autem coniecturæ si desint, vel pares videantur, melior censeri debet conditio possidentis.* r *Et hæc tota res iudicantis arbitrio relinquenda videtur.*

d *Sine vlla di.*] *Non habito discrimine proprietatis aut vsusfructus aduẽtitiane bona essent, an profectitia: quod ius quia [illegible] videbatur Iustiniano ipse vtrãq; distinctionem adhibuit: vt sequitur.*

a In l. j. C. de bo. mat.
b l 2 ad S.C. Maced.
c l. 1 § nec castrẽse. de col. bo.
d l. fi. C de inof. testam.
e De quib. p Dd. i §. actiones. if. de actio. & ad hũc locum vid: Azo. in Sũ. C. de bo. q̃ li.
f l. de postl. 5. §. fi. l. sed si damnũ 9. §. praeterea. ff. de pecu.
g d. l. deposit. §. fi. l. quan Tabe onis 7. §. fun q sã. l. peculiũ. & ex eo. 54. & l. seq. ff. de pec.
h l castrense. ff. de cast. pecul.
i facit ẽt. l. j. C. de cast. pec li. 12.
k Dd. in l fori. C. de aduo. diue. iust. & l. cum oportet. 6. C. de bon. q lib. Bar. in Rub. de pe.
l l. cum multa 7. C. de bo. q lib.
m gl. & Bar. d. l. cum oportet. ad pr.
n d. l. cũ oportet.
o arg. l. locũ qui in eo. 60. § socius. p socio.
p l vl. in fi. de inof. test.
q l. pater. 93. de ac. hær. & d. l. cũ oportet. & l. quodcunq;. de ver. ob. lin fideic. 3. §. cũ Pol. idius. de usur. l. sed etsi plures. 10. § 1. arrogato. de vulg.
r l. fi. C de rei vẽ. Cantiunc. hic.

e *Vt etiam esset.*] Nec hoc mirum videtur, si prisci iuris rationem consideres, quo etiam patri in filiis vitæ necisque potestas erat. s

f *Quod nobis inhum.*] Scilicet concedere alteri, quod filius suis laboribus, & prospera fortuna acquisierit.

g *Constitutione.*] Quę lib. 6. Cod. t tit. 6o. extat.

h *Ex re.*] Substantia patris: vel etiam nomine & intuitu patris: vt si donare volēs patri, filiofamilias donarit v Loquitur autem hic de peculio profectitio.

i *Totum.*] Et quidem pleno iure, quo ad vsumfructum & proprietatem.

k *Quæ enim inuidia.*] Quasi diceret, nulla penitus, nec quicquam iniuriæ habet hæc sententia, siue constitutio mea.

l *Quod autem.*] Aduentitia bona hic intelligit, in quibus pater vsumfructum habet, remanente proprietate penes filium.

m *Dominium.*] 11 Idest, proprietas, prout separata est ab vsufructu: atq; ita in legib. x sæpe accipitur. Cæterum quod hic de patre filioquefa. dicitur, hoc idem in auo & proauo paterno, & nepotib. vel pronepotib. in eorum existentib. potestate locum habet, nimirum ex vi iureq; summo y patriæ potestatis. Vnde consequitur, quæ hic sunt dicta, ad matrem non pertinere, z vt quæ liberos non hēat in potestate. 12 Neq; tamen perpetuum est, quod pater aut auus in bonis aduentitiis vsumfructum habeat: sunt. n. casus vbi nihil patri acquiritur hodie. Primus est, si filiusfa. à matre a ea lege hæres institutus sit, vt nullum hisce in rebus vsumfructum pater obtineat. Secundus, si pater cum filio succedit in hæreditate fratris vel sororis ipsius filii: b quoniam sufficit pro vsufructu partem ipsi hæreditatis pleno iure tribui. Tertius, si filiofa. ea conditione seruus donetur, vt statim liberū esse iubeat, qa nullus in eo vsusfructus patri tribuitur, c nec pater manumissionem impedire potest. Quartus, si patre detrectante filius hæreditatem adierit. d Quintus, si pater sine causa tentauit diuortium, nihil iuris hēt prorsus in bonis donatis filiofa. cui iniuriam fecit parato e diuortio. Sunt & alii pleriq; casus, quos f Accurs. & Ang. g congessere. Illud pro coronide addendum, in huiusmodi casibus licet rerum aduentitiarum vsusfructus patri nō tribuatur, ei tamen earum rerum commoditatem quandam permitti h cum filio, vt Angelus commouet.

s l. in suis. 11. de lib. & posth. l. fi. C. de pat. potest. & dixi su. e. tit.
t in d. l. cū oportet. C. de bon. quæ lib.
v l. profectitia. 5. de iure dotiū.
x l. naturaliter. 12 §. nihil cōe. de ac. pos. & l. j. §. huius aūt. vti possi. Vide Pano. in c. j. de cā prop. & poss.
y §. j. sup. de pat. potest.
z Ibidem. & §. fœminæ. sup. de adoptio.
a In Nouel. 117. vt lic. mat. & aui. in prin.
b In Nouell. de hær. ab intest. §. si vero cum ascendentib.
c l. cū non solū. §. vl. C. de bo. quę. lib.
d d. l. cum nō solum §. siue ecōtrario.
e Auth. idē est 1 his. C. de bon. quæ lib.
f Ibidem & hic. Ang. hic.
g l. plenum. 12. §. quāquam. l.
h fili. of. 17. in fi. de vsu & hab.

§. Hoc quoque.

1 *Olim pater emancipans filium, lucrabatur tertiam aduentitiorum bonorum.*
2.5 *Hodie dimidiam partem vsusfructus retinet.*
3 *An pater aliquid habeat ex bonis post emancipationem filio aduenientibus.*
4 *Ampliat in huius §.*
6.7 *Dictio, liberi, etiam in vno verificatur: & in singulari etiam ea voce vtimur.*

a Hoc quoq; à nobis dispositum est, & in ea specie, vbi parens emancipiando liberos suos ex rebus quæ acquisitionem effugiebant, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam b ex anteriorib. constitutionib. habebat, quasi pro precio quodammodo emancipationis. Et inhumanum quiddā accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminationem decresceret. c Ideoq; statuimus, d vt parens pro tertia parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, sed vsusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud e filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia, dimidia potiturus.

a *Hoc quoq;*] Supra a de filiisfa. dixit: nunc de emancipatis agit, qui egressi sunt potestatem patriā an & hi patrib. acquirant. Innouat autem Imp. quædam circa formam acquirendi, quæ fiebat in emancipando filio. 1 Nam olim pater, postquam emancipauerat filium, ex [Constantiniani lege,] tertiam partē bonorum filii (quę tempore Constantini Imperatoris patri acquiri non solebant) in recompensatio præstitæ emancipationis b retinebat. Bona autem, quæ acquisitionem effugiebant, non erant, alia quam q̄ a matre, lineaue materna obuenerant, ante factam emancipationem c filio. 2 Hodie uero hoc innouatū est, quia pater hodie non tertiam partem, s. dominij rerum filii, sed dimidiam partem vsusfructus rerum aduentitiarum, pro emancipationis præmio retinebit, ita vt mortuo parte usufructus rursum consolidetur cum proprietate filii: nisi pater huic beneficio expressim renunciarit. Nam si taceat, non nocet d ei. 3 De his autem bonis, quæ post emancipationem filiis obueniunt, pater nihil habet, nisi in hæreditate matris, uel a genere materno ad filium delata. Tum enim ipsi patri uirilis usufructus portio inter sic emancipatos tribuitur: hoc est, si unus sit, media: si duo, tertia: si tres, quarta usus fructus portio ipsi obueniat, quo usq; uixerit possidenda. 4 Porro, q̄ hic de filio dicuntur, eadē de nepote & hac pronepote intelligi e dēnt.

b *Ex anterioribus constitu.*] Nempe Constantini f Imperatoris.

c *Ideoque statuimus.*] Ius nouum à Iustiniano introductum.

d *Vt parēs.*] 5 Si tamen eius facto ac liberalitate filius est emancipatus. Nā si patriæ potestatis nexus sine

§. preced.
b l. cū oportet. 6. §. cum aūt. C. de bo. quæ li.
c l. 1. C. de bon. mat. gl. hic in verbo effugiebant.
d d. §. cum autē. & l. fi. C. de emancip.
e l. si viua. 3. C. de bo. ma.
f d. §. cum autē.

sine patris opera dissoluatur, secus est, neq; vsusfruct. dimidia portio [g] *assignabitur atq; ita præsens tex. restringi debet.*

e *Liberum.*] 6 *Sic in plerisq; exemplarib. legitur, nempe, liberum pro filioq; sustineri potest. Neq; n. nouum est, aut incognitum, quandoq; nos singulariter liberum pro filio dicere: licet d. Etio (liberi) in plurali et de vnico filio dicatur. Sic* [h] *Modestinus: [Non potest] (inquit) [quis nolle suum liberum esse.] Vlpianus* [i] *quoq; [Locupletior non est factus, qui liberum acquisiuit.] Et Iustinianus* [k] *noster, [Si quis suo testamento (inquit) maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam aut alij, vel aius de stirpe sua progenitis. Addo, q. Valla* [l] *se eandem vocem apud Quintilianum obseruasset. scribit 7. Cæterũ [liberos] io multitudinis numero et vnum filium filiamue veteres dixisse, docet idem Gellius* [m] *ex Sempronij Asellonis rerum gestarũ libris, vbi de Tiberio Graccho loquitur. [Orare,] inquit, [cepit vt se defenderet, liberosq; suos, eum quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoq; commẽdauit propè flens.] Hic [non esse sine liberis] dicunt iurisconsulti eam, cui vel vnus filius. vel vna filia est: [liberorum.] enim nomen multitudinis numero tantum* [n] *ponitur, sicut pugillares & codicilli.*

§: Item vobis.

1.2 *Seruus domino acquirit, etiam inuito: & quæ sit ratio.*
3 *Seruus sine domini iussu hæreditatem non adit.*
4.5 *In hæreditatis aditione iussus domini præcedere debet. cum in bonorum possessione sit aliud.*
6 *Serui dominis dominium & possessionem acquirunt.*
7.8 *Serui an ex causa iniusta acquirant dominis.*

a Item vobis acquiritur, q serui vestri ex traditione nanciscuntur siue quid stipulentur, siue ex donatione vel legato vel ex qualibet alia cã acquirant. Hoc. n. vobis & ignorantib. & inuitis obuenit. Ipse. n. seruus, qui in ptãte alterius est, nihil suum habere potest. *b* Sed si hæres institutus sit, non aliàs nisi vestro iussu, hærededitatem adire pôt. Et si vobis iubentib. adierit, vobis hæreditas acquiritur, perinde ac si vos ipsi hæredes instituti essetis. Et cõuenienter. s. vobis legatum per eos acquiritur. *c* Nõ solum aũt proprietas per eos quos in potestate habetis, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Cuiuscunq; n. rei possessionem addepti fuerint, id vos possidere videmini. Vnde etiam per eos vsucapio, vel longi temporis possessio vobis accedit.

a *Item vobis.*] *De filiorumfa. acquisitione audiuimus: nunc de seruorũ subiungit, qui sunt sub potestate dominica.* 1 *Serui ergo, quicquid acquirunt, id omne dominis acquirunt, non modo scientib. aut ratum habentib. sed et ignorantib atq;* [a] *inuitis.* 2 *Hunc. n. dominicæ potestatis effectum lex induxit,* [b] *quem dominus prohibere non potest, quia effectus & prouisio legis p priuatam personam directo tolli aut impediri nequit.* [c] *Est autem sumptus hic §. ex eodem* [d] *Caio.*

b *Sed si hæres.*] 3 *Limitatur id q permissum est: nempe seruum domino acquirere, et inuito: id. n. procedit in acquisitione inter viuos facta. secus est in his, quæ seruis in vltima voluntate obueniunt.* [e] 4 *Vnde seruus hæres scriptus, non aliter hæreditatem acquirit, q si iussu domini adeat: idq; propterea,* [f] *ne is qui in aliena ptãte est, inuitum obliget hæreditati eum, in cuius est ptãte, ne ære alieno obligetur. Debet ergo iussus domini præcedere aditionem, specialimq; fieri, nec subsequens ratihabitio sufficeret: quæcũq; tñ verba iussui hæreditatis adeundæ respondentia sufficere, Vlpianus* [g] *ait. Porro hunc herilem iussum adeundi, serui et voluntatem subsequi* [h] *necesse est: ob id certe, quia & seruus potest et iubente domino nolle* [i] *adire, saltem de facto. Iure. n. non debent id facere serui, imo iudicis officio compelli possunt,* [k] *vt adeant, vel per emancipationem in carcerem, vel per alia remedia, quæ videbũtur iudici idonea esse: præsertim si* [l] *dñi contemplatione sint instituti.* 5 *Quanquam aũt hæreditatis aditio nisi domini iussu præcedente,* [m] *non recte fit: in bonorum tamen possessionib. & fideicommissarijs hæreditatib. sufficit quandocunq; accedere domini voluntatem.* [n] *Sed quæ est diuersitatis ratio? Angelus, [quia hæreditatis aditio (inquit) magis solennis est, cum in solo animo* [o] *consistat: bonorum aũt possessio contra non acquiritur solo animo, sed necesse est,* [p] *eam coram iudice agnosci, et hodierno iure.] Similiter in fideicommissaria hæreditate, sine restitutione ex Trebelliano solus animus non sufficit, sed oportet restituentis factum interuenire. Non ergo mirum, maiorem requiri solennitatem in hæreditate adeunda, quàm in reliquis. Et licet varij varia dixerint, mihi tamen hæc Angeli ratio, præ cæteris placet: quam etiam Imo.* [q] *sensit*

c *Non solum.*] 6 *extensio est ad superiora; non tantum. n. rerum proprietas aut dominium per seruos acquiritur dominis, sed et vera possessio:* [r] *veluti eius rei, quam seruus ex cã peculiari, aut aliàs iniusta apprenderit. Nam si iniuste apprehensa sit possessio, domino non acquiritur:* [s] *licet nonnulli in dominio aliud esse velint, quasi illud ex illicita quoq; cã domino adquiratur. Rationem diuersitatis adferunt, quia dominium iuris sit, & ignoranti* [t] *acquiratur: possessio uero magis facti, & ad uolentem tantum* [u] *spectet.* 7 *Sed hæc distinctio mihi nunquam placuit. Nam quod seruus acquirat domino, prouenit ex tacita*

M 2 uolun-

g l. 2. ibi gl. C. de bo. ma. Bar. Auth. nisi est. C. de bo. quæ lib.
h l. ius agnationis 34. de pact.
i l. nemo prædo. 16. de reg. iur.
k l. si quis filiũ. 34. ff. de inof. testam.
l lib. Eleg. 3 c. 8.
m lib. 2. c. 13.
n l. 43. ff. de verb. signifi.
a l. et ipsius. co. 11. & §. in potestate. sup. q. sunt sui vel alie. iu.
b l. quodcunq; & l. si seruus vetitũ. 62. de ver. oblig.
c l. nemo potest. 54. de leg. 1.
d l. acquiritur. 10 §. igitur. de acquir. re. dom.
e Azo in Summa C. per quas perso. nobis acq.
f l. qui in aliena. 6. de acq. hær.
g l. si quis mihi bona 25. § si quid fi. de acq. hæred.
h d. l. si quis mihi bona. §. iussum cum §. seq.
i l. cũ proponas. 3. C. de hære. instit.
k l. j §. j. si quis omissa cã testa. Las. post alios in d. §. iussum.
l Ang. hic.
m d. §. iussum.
n l. seruo inuito. 85 ad S.C. Trebellian.
o l. si annix. 6. C. de iure delib.
p l. vlt. C. qui ad mit. ad bo. po.
q in d. l. seruo inuito. & idẽ est de mẽte gl. in d. l. 1. C. qui admit.
r l. q seruus 24 l. possessio quoq; 49. ibi Bar. de acq. poss.
s d. l. q seruus.
t l. cũ pr 77 §. fundo. de leg. 2. & ita ẽ itelligũt l. ẽt similis. & l. si seruus vetitũ 62. de ver. obl.
v Atq; ita procedit d. l. quo d seruus.

voluntate domini, quia videtur hoc seruo mandasse.x Sed in dubio, dominus non præsumit accommodare voluntatem ad illicita.y Ergo si quid ex cã illicita seruus acquirat, tamquam euacuata & cessante domini voluntate, z domino non acquiritur. Deinde quod seruus acquirat domino, ex sola actione legis prouenit, q̃ ita statuit, a vt persona serui censeatur eadem cum persona domini. At fictio iuris casum iniquum nec producere, b nec fouere solet: est. n. ius ars boni & æqui. c accedit, quod id solum posse dicimur quod iure commodeq; possumus. d 3 Ex prædictis concluderem, [seruum domino ignoranti nunquam q̃rere, nisi iuste quærat, siue de possessione, siue dominio loquamur]. Sed possessio manebit, cuius fuit vel et nullius e erit: dominium autem penes eum remanebit, qui transferre quidem vel coactus voluit sed intercedente lege (quia scil. nec ipsi seruo, nec per hunc domino propter causa iniustitiam quæsitum est) transferre non f potuit. Notanter autem dixi, [domino ignoranti, iniustè non quæri:] quia domino scienti ratumque habenti cuiuscunque modi possessio accedere g potest.

§. De his autem.

1.2.3 *Seruus in quo quis vsumfructum habet, acquirit fructuario duabus ex causis.*
4 *Seruus fructuarius respectu fructuarij hæres institutus, ei acquirit.*
5 *Et an in tali hæreditate adeunda iussus proprietarij sit necessarius.*
6 *Seruus vsuarius an acquirat.*

a De his autem seruis in quib. tantummode vsumfructum habetis, ita placuit: vt quicquid b ex re vestra, c vel ex operis suis acquirunt, id vobis d adiciatur: quod verò e extra eas causas consecuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. f Itaq; si is seruus hęres instituti sit, legatumue quid ei, aut donatum fuerit, non vsufructuario, sed domino proprietatis acquiritur.

a *De his aũt.] Trãsumptus est & hic §. ex eodem caio. 1 Dixit autem supra de seruo, in quo plenum, habemus dominium: quid in eo, qui in vsufructu tantum est, an & per hunc acquiratur domino? 1 Et fructuario quidem dupl ci ex causa quæri solet, nempe ex re sua, seruiq; opera, ideo quia et vsusfructus pars est b dominij, quod aliunde seruo obuenit, ad proprietatis dominum spectat. atq; hac est summa huius §. nostri.*

b *Ex re vestra.] 2 Ex re autem fructuarij est, q̃n (verbi gratia) curam ei possessionum suarum fructuarius credidit, aut permisit, vt pecunijs suis mutuandis praeesset, dispensatoremq; eum fecit: fieri. n. potuit, vt ex diligentia circa rem familiarem, vel circa res rusticas, vel in dando mutuum, extrinsecus aliquid lucri corradat: hoc dicitur ex re fructuarij, & illi acquiritur.*

c *Vel ex operis suis.] 3 Vt quia seruus, in quo habebam vsumfructum, sutor erat, aut pictor, & locaui eum, vt alijs operaretur, pactamq; mercedem pro arte sua acciperet: fieri potest, vt is supra pactã mercedem aliquid acceperit, & quod inde partum est, mihi fructuario accedit.*

d *Adijciatur.] Id est, acquiratur iure c dominii.*

e *Extra eas causas.] Aliunde, quam ex re domini, aut operis seruilibus.*

f *Itaq; si is.] Quod verum est, si hæres sit institutus, aut illi traditum donatumue sit aliquid simpliciter, vel respectu proprietarii, quia id domino proprietatis adiicietur. 4 Cæterum si vsufructuarii côtemplatione seruo relictum sit quippiam, tunc fructuario acquiretur. d Et hoc dubio præsumitur, si fructuarii seruus appelletur. e Quare seruus, fructuarii occasione hæres scriptus, ipsi fructuario, nõ domino proprietatis, hæreditatem acquiret. 5 Si tamẽ iussu proprietarii eam adierit, quod Bar. f omnino requiri voluit, quippe quod aditio hęreditatis in opera seruili nõ sit. g Quod si proprietarius recuset iubere, officio iudicis compelletur, h ad tioneq; facta vniuersa huiusmodi bona a proprietario repetet fructuarius côdictione sine cã. i Alii k tñ malunt, eo casu fructuarium posse iubere, vt seruus adeat, ratione circuitus l euitandi: quod & mihi placet. Nam & liber homo, & seruus alienus bona fide possessus hæreditatem adire possunt m iussu bonæ fidei possessoris. Idem ergo in seruo fructuario dicendum, quia quo ad acquirendum ex re eius, cui seruit, suisq; operis eum libero homine, seruoq; alieno bona fide possesso, pari passu ambulat. n At quando institutus est fructuarii contemplatione, vtiq; ex re ipsius domini, in cuius vsufructu est, acquirere censetur: sieq; proprietarii iussus non est necessarius. 6 Quid autem de eo seruo, in quo vsum tantum quis habet? Et receptum est, eum vsuario ex re ipsius suisq; operis saltem in re vsuarii præstitis quærere: aliis autem eius operæ locari non o possunt.*

§. Idem placet.

1 *Homo liber, & seruus alienus, bona fide possessus, quo ad acquirẽdum, seruo fructuario æquiparantur.*
2 *Bonæ fidei possessor seruum alienum vsucapit.*
3 *Vsufructuarius seruum fructuarium non vsucapit.*

a Idem

x l. 1. §. itẽ acquiritur. de acq. poss.
y l. si procura. 6. de cond. inde. l. credit. 60. §. vl. mandat.
z Fab. & Pet. de Bellapert. §. 1. sup. de iis qui sunt sui vel alie. iur.
a l. ei vero qui. & §. post mortẽ inf. de inutilib. stip.
b l. 19. deniq; eũ l. seq. ex quib. causis. ma. Bar. l. q. meo 18. §. si furioso. de acq. poss.
c l. j. de iust. & iu.
d l. Nepos Proculo. de ver. si.
e d. §. si furioso.
f l. si quis vi 17. §. 1 de ac. pos. l. cum quis. §. si debitorẽ, de solut. Bar. l. cũ oportet. C. de bo. quę lib. Cã tiunc. hic.
g gl. in ver. credit. i d. l. quod seruus, & ibi Fran. de Arc.
a in d. l. acquirit. §. ijs autem.
b l. 4. de vsufr. & l. liber homo 118. de uer. ob.
c Fab. hic.
d l. si serui. 21. & l. quid donet de usuf. l. 3. & 4. d. operis ser.
e l. pe. C. de iure delib.
f In d. l. si qs mihi bona. l pri. de acq. hæred.
g l. 45. aditio. §. pterea. de ac. hær.
h Azo in Sũma. C. per quas. ps. nob. acq.
i l. pen. ibi gl. de sti. seru.
k Ias. late. i d. l. si qs mihi bona.
l l. 53. dñs test. de cond. indeb.
m d. l. aditio. §. vl.
n l. qui bona fi. 23. de ac. rer. dom. & §. idẽ placet. inf. e.
o l. per seruum. 24. de usu. & habitat gl. sup. in prin. hoc tit.

a Idē placet & de eo qui a vob s bona fide possidetur, siue is liber sit, siue alienus seruus. Quod n. placuit de vsufructuario, idē placet & de bonę fidei possessore. Itaq; ꝙ extra duas illas cās acquiritur, id vel *b* ad ipsum pertinet, *c* si liber est: vel ad dominū si seruus est. *d* Sed bonæfidei possessor cum vsuceperit seruum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest *e* Fructuarius verò vsucapere non potest: primū, quia non possidet, sed habet ius vtendi fruēdi: deinde, quia *f* scit seruum alienum esse. Non solum autem proprietas per eos seruos, in quib. vsumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis seruit, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Loquimur autem *g* in virusq; persona secundum distinctionem, quam proximè exposuimus: idest, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

a *Idem placet.*] *Et hic locus ex Caio sumptus* [a] *est:* 1 *& in summa continet, quod seruus alienus, vel liber homo, bona fide possessus, acquirat ad similitudinem fructuarii serui, tam dominium quam possessionem bonæ fidei possessori* [b] *in duobus casibus, scilicet ex opera sua seruili, & ex re bonæ fide possessoris: atque in hoc inuicem conueniunt.*

b *Ad ipsum.*] *Liberum hominem bona fide possessum.*

c *Si liber est.*] *Quia lex ipsi hoc reseruat in illud tempus, cum fortunam suam is agnouerit.*

d *Sed bonæfidei possessor.*] 2 *Hinc disce, bonæ fidei possessorē, posse seruum alienū vsucapere, eoq; vsucapto, ex omnib. causis* [c] *per ipsum possidenti acquiri, vt qui nunc per vsucapionem dominus effectus sit.* [d]

e *Fructuarius.*] *Id est, is qui serui vsumfructum habet, nunquam talē seruū usucapere potest: tū quia ipsum non possidet* [e] *saltem ciuiliter & efficaciter, sed naturaliter tantū, & naturalis possessio per se nō est sufficiens ad usucapionem:* [f] *tum quia scit seruum alienum esse, nempe proprietarij, & sic non potest dicere, se ignoranter rem alienam usucapere, ac consequenter in eo deficit bona fides, quæ in usucapione principaliter exigitur.* [g]

f *Quia scit.*] *Et sic est in mala fide.*

g *In utriusque persona.*] *Et serui alieni, & liberi hominis pro seruo bona fide possessi.*

a In d.l. acquirit §. idem placet. b d.§. idem placet. & l. liber homo. 54. eo. titu. c d.l. acquiritur §. bonæ fidei. d l. traditionibus 20. C. de pact. Dd. in l. 1. C. de ser. fu. e d.l. acq. §. fi. & l. j. §. per eum. de acq. poss. f l. naturaliter. 12. de acq. pos. g l. vnic. C. de vsufr. transfor.

§. Ex his itaque.

1 *Natura oppositorum est, ut se inuicem tollant.*

2 *Per prorsus extraneam personam non acquiritur.*

3.4 *Procurator acquiri etiam ignoranti: & quando id procedat.*

5 *Obligatio personalis, non nisi facta cessione, per procuratorem quæritur.*

a Ex his itaq; apparet, per liberos homines, quos neq; vestro iuri subiectos habetis, neq; bona fide possidetis: item per alienos seruos, in quib. neq; vsumfructum habetis, neq; possessionem iustam, nulla vobis ex cā acquiri posse. Et hoc est ꝙ dicitur, *b* per extraneam personam nihil acquiri posse: excepto eo, quod per liberā personam (veluti per procuratorem) placet nō solum scientib. sed & ignorantib. vobis acquiri possessionem, secundum diui Seueri constitutionē: & per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit qui tradidit vel vsucapionem, aut longi temporis præscriptionem, si dominus non sit.

a *Ex his itaq;.*] *Argumentatur per locum à contrariis. Nam si per eas tm̄ personas hic enumeratas acquiritur dominium, & possessio: sequitur nobis per alias non acquiri, quia priori concesso, alterum negari necesse est.* 1 *Natura.n. oppositorum est, vt se inuicem tollant, nō ut ponāt. Hincq; dicere solemus:* [c] *[Contrariorum contrariam iuris dispositionem esse:] maxime si contraria inuicem ratione nitantur.* [a] *alioqui si eadem utriusque est ratio, tunc contrariorum (ut uulgo dicitur) eadem est disciplina.*

b *Per extraneam.*] 2 *Et hoc pro regula traditur, [per extraneam personam non acquiri.] Adtexit tn̄ Imperator exceptionem in procuratore.* 3 *Is.n. tametsi sit persona extranea, per ipsum tn̄ acquiritur dominium & possessio et dominis ignorantib.* [b] *etiamsi generale mandatum habeat,* [c] *ut Bart. censuit.* 4 *Quod tamen procedit, si tradens dominus sit, dominiuq; trāsferendi* [d] *animum habeat. Tum.n. possessione nobis acquisita tacite sequitur dominium. Quod si non fuerit, acquirit quidem dominus possessionē per procuratorem et inscius: prius quam tamen sciat, ꝙ ab eo gestum est, usucapiendi facultatē non habet, sed cum primis interueniente scientia incipit usucapere.* [e] *Hoc ideo tam uarie, quia in usucapione bona fides exigitur: ignorans aūt, nec bonam nec malam fidem habet. At in possessione non refert, iuste* [f] *quis, an iniuste possideat.* 5 *Et hæc quidem in dominii & possessionis acquisitione procedunt: obligatione tamen, siue actio personalis, non nisi facta cessione per procuratorem acquiritur:* [g] *qua de re infra suo loco.*

a l. fuit quęstionis. 24. de acq. hęred. b l. j. §. per procuratorem. & l. pos. 49. §. etsi possessio. de acq. pos. & l. 1. C. eo. ti. & l. 1. C. per quas perso. no. acq. c In l. 13. qui mihi donat. §. de donationib. licet glo. in c. si tibi absenti. de pb. in 6. contrariū senserit. d d.l. q mihi donatum. ad fi. & l. vlt. C. si quis alt. vel sibi. e d l. j. C. de acq. poss. f l. 3. §. ex contrario. de acq. po. g l. 1. C. per quas pers. nob. acq. d.l. pos. §. etsi possessio. de acqui. poss.

§. Hactenus.

1 *Continuatio ad subsequentes titulos*

2 *Quibus modis nobis acquiratur per vniuersitatem.*
3 *Hæres & bonorum possessor differunt.*
4.5 *Hæreditas vel ex testamento, vel ab intestato difertur, tam de iure ciuili, q̃ prætoria.*

a Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulæ res vobis acquirantur. nam legatorum ius, quo & ipsæ singulæ vobis acquirũtur, item fideicommissorum, vbi singulæ res vobis relinquuntur, *b* opportunius inferiori loco referemus. Videamus itaq; nũc, quib. modis *c* per vniuersitatem res vobis acquirãtur. *d* Si cui ergo hæredes facti sitis, siue cuius bonorum possessionem petieritis, vel si quem arrogaueritis, vel si cuius bona libertatum conseruandum causa vobis addicta fuerint, eius res oẽs ad vos transeunt. Ac prius de hæreditatib. dispiciamus, *e* quarum duplex conditio est. nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est, vt de his dispicamus, *f* quæ ex testamento vobis obueniunt, qua in re necessarium est initium de ordinandis testamentis exponere.

a Hactenus.] 1 *Hic §. quandam* παράστασιν *continet ad sequentem testamentorum siue successionũ materiam. In eo. n. Imperator per transitionem quandam ad secundum diuisionis membrum supra in principio lib. 2. positum descendit: quatenus. s. nobis res per vniuersitatẽ, & sic non vna res sigillatim, sed multæ simul acquirantur.* 2 *Cuius acquisitionis modi hic plures recensentur, puta* [*hæreditas,* a *agnitio bonorum* b *possessionis, arrogatio,* c *assignatio bonorum* d *libertatum conseruandarum causa.*] *Quibus licebit &* [*bonorum publicationem,* e *& ingressum religionis* f *aducere.*

b Opportunius.] *Quia illi modi sunt pars quædam vltimarum voluntatum.*

c Per vniuersita.] *Scilicet de iure ciuili: nam à titulo de vsucapionib. in hunc vsq; locum tractatum est quomodo rerum dominia nobis acquirantur iure ciuili. Et successio, quæ nobis rerum vniuersitatem tribuit, potissimum iure ciuili nititur.*

d Si cui ergo.] *Omnis successio vel ciuilis est, vel prætoria, siue honoraria: illa hereditas, hæc bonorum possessio dicitur.* 3 *Hæredes ergo sunt, qui ciuili succedunt: bonorum possessores autem, qui iure Prætorio.*

e Quarum duplex.] 4 *Hæreditas. n. bifariam defertur. vel ex testamento, quæ testamentaria, vel ab intestato,* g *quæ propriè legitima dicitur, quoniam eam lex ipsa absq; facto hominis defert.* 5 *Sic & bonorum possessio dupliti iure competit, primo ex testamento scriptis. s. hæredib. secundum testamentum: deinde ab intestato, & hæc habet quatuor capita:* h [*Vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, & vnde vir & vxor. Id quod* i *suis locis locupletius disentiemus.*

f Quæ ex testamento.] *Ea enim prior, potiorque est: cum non admittatur ab intestato successio, quamdiu testamentariæ spes est.*

a inf. de her. inst.
b inf. de bo poss.
c inf. de acqu. per arr.
d inf. de eo cui li ber cau.
e l. actione. 6. §. publicatione. pro socio.
f l. generali. 13. & Auth. ingressi. C. de sac. sa. ec.
g l. lege obueni re 130. de ver. signif.
h tal. in l. qui se patris. C. vnde liberi.
i inf. lib. 3. Insti. ti. de bon. pos.

DE TESTAMEMTIS ORDINANDIS. TIT. X.

1 *Testamentum an rectè à Iustiniano testatio mentis dicatur.*
2.3 *Alciati de hoc opinio: Item Viglij Zuichemi, & Theophili. num. 4.*
5 *Testamenti definitio.*
6 *In testamentis primo videndum, an quis testari potuerit: deinde, an secundum ius testatis sit.*
7.9 *Iusta sententia quomodo in definitione testamenti accipiatur, & num. 12*
8 *Perfectio consideratur per se, non alterius respectu.*
10 *Differentia inter testamentum & codicillos.*
11 *In codicillis hodie quinque testes requiruntur.*

Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentio sit.

Imperator explicaturus duas, ex testamento. s. & ab intestato successionis spẽs, à testamẽto, veluti firmiore a *exorditur.* b 1 [*Testamentum*] *aũt eo appellatur, q; testatio mẽtis sit: quam etymologiam Valla* c *ex Auli Gellij* d *autoritate taxat: alioqui & ornamentum, vestimentum, calceamẽtum, idq; genus similia à mente deducerentur.* 2 *Alciatus* e *hanc notam excusat, q; non etymologiam Iustinianus adducat, sed allusionem, quæ non ad vocis originem, sed soni tm̃ similitudinem refertur.* 3 *Viglius* f *putat, testamentum a sola testatione, vti donatio* g *à dono venire, & q; additur, testamẽtum à mentis testatione, & donationem à doni datione, maioris declarationis cã hoc dictum fuisse. Sanè iuris interpretes* h *penè oẽs allusionem & tymologiam pro eodem ponunt.* 4 *Theophilus* i *vero existimat, testamenti voculam, à testatione & mente, emphasis cã, compositam esse, cum illud maior sit mentis nostræ significatio, quam vlla alia testatio,* k *quæ emphasis, in velamento, calceamento, vestimento non apparet, & ideo primitiua sunt nomina. Old.. in Lexico iur.* [*Testamentum*] *dictum vult, quasi testationem mentem. Porrò quia de testamentis futura est disputatio, testamenti definitionem inquiramus.* 5 *Definitur autem ab Vlpiano* l *in hunc modum:* [*Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem*

a l. quamdiu. 89 de reg. iur.
b l. fina. de fide instrum.
c li. 6. Eleg. c. 36.
d lib. 6 c. 12.
e lib. 4. de ver. si. itẽ in l. tabern. 183. de ver. si.
f Hic.
g l. senatus. 35. § donatio. de mor. cau. don.
h Gl. & Ioan. de Imo. in rub. de acq. possess. Bal. in l. conuenticula. 15. C. de epis. & cle. L. 2. §. appellata. si cer. pet.
i Hic in Græcis Insti.
k l. 1. de testam.
l In d. l. 1.

mortem suam fieri velit. Sententia] in definitione genus est, quia omnem cuiuscunq; rei deliberatæ volũtatem continet. Adponitur ergo, [volũtatis nostræ, ut excludãtur serui filijfamilias, impuberes, furiosi, prodigi, & id genus similes: quia hi non hẽnt liberum arbitriũ propriæ uoluntatis, quare illorũ sentẽtia pro testamento non hẽtur.m Et hæc differentia proprie circumstantiam personarum respicit, nẽpe quib. testamenta facere liceat, uel non liceat. 6 In primis. n. considerandum n est, an is qui fecit testamentũ, habuerit testamẽti factionẽ. Quod si potuit testari, inuestigandum est, an secundum iuris dispositionem testatus sit. 7 Sequit in definitione, [iusta sententia:] quod Bar. o ad sustinendam definitionẽ exponit pro p perfecta: non est aũt perfecta, nisi hæres instituatur in quem actiones trãseãt, quiq; defuncti personam repræsentet. q Et sic sub hac uocula [iusta] satis & hæredis institutionẽ includi censet, adeo quod Accursii suppletione ad prædictã Vlpiani definitionẽ nõ sit opus, Castrensis, r ait, hoc difficultatem nõ extricare: adhuc. n. posse hanc definitionem legatis & fideicõmissis conuenire, cum in suo genere perfectæ sententiæ sint, de eo, quod quis post mortem suam fieri uelit. Perfectũ est. n. unũquodq; secundũ suũ genus. Nec impedit, quod iusta & perfecta sententia codicillorum dici non potest, relatione. s. testamentariæ perfectionis: 8 qm perfectionem non alterius respectu, sed per se consideramus. Et sic videtur quod Accursiana subauditio (cum hæredis institutione) sit necessaria. Sed durum fuerit, Vlpianum testamenti definitionem ignorasse. 9 Quare Vigilius s [iustam sententiam exponit, pro solenni, t & quæ iuxta legum præscriptum ordinata sit. Nam si testamentum non iure factum dicitur, vbi iuris solennia desunt: satis patet à contrario sensu, testamentum iure factum ac iustum appellari, perq̃ solennem ac iustam morientis uoluntatem. u 10 Codicilli autem non continent iustam. i. solennem sententiam, quia in illis nulla est solennitatis x ordinatio: cum et eis mulieres possint esse testes: quod in testamento non est. y 11 Et quamuis hodie requirantur in Codicillis quinq; z testes: olim tamen secus erat. Neq; etiam tales esse debent isti, quales in solennib. & iustis actib. requiruntur. i. quod sint ciues Romani, puberes, masculi, cum alijs qualitatibus antiquis. 12 Alij tamen a iustam sententiam exponunt pro uera, ac omnibus modis absoluta, ita, ut ubique stare possit: ut iusta b lex iustus c error, iusta æstimatio. d Tandem annexum est in definitione [de eo, quod quis post mortem, &c.] ut reliquæ dispositiones, quæ inter uiuos fiunt, excluderentur. Et hæc de testamenti definitione sufficiant.

m In inf. tot. tit. q b. non est permi. fac. test. l. qui i potestate. 6. de testa.
n l. si quæramus. 4. de test.
o In d. l. 1.
p Probatur hæc expositio in l. cu filio. 50. §. fi. cum ibi not. de leg. 3.
q §. j. in Nouell de iure. iura. prestit.
r In d. l. 1.
s Hic.
t Arg. l. j. de iniusto rup. testa.
u Alci. in l. 130. lege obuenire. de ver. sig. Idẽ Paradox. li. 4. c. 7.
x §. fi. inf. de codicil.
y §. testes. inf. e.
z l. fi. C. de codi.
a Loriot. in apic. iur. de test. ordinan. Axio. 2.
b l. quia actio. 11. de præsc. verb.
c l. per eum. 50. de acq. poss.
d l. si cui fundus. 54. de eg. 2.

§ Sed vt nihil.

1 Tria testamentorum genera apud ueteres.
2 Testamentum Calatis comitijs.
3 Comitia à consilio quomodo differant.
4 Consilium ex quibus personis olim constabat.
5 Comitiorum genera olim fuisse uaria.
6 Testamentum procinctum: & qui dicantur procincti.
7 Testamentum per æs & libram quam habuerit solennitatem.
8 Libripens unde dictus.
9 Fabri error.
10 Emancipatio quamcunque imaginariam uenditionem significat.

Sed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur: sciendũ est, a olim quidem duo genera testamẽtorũ in vsu fuisse: quorum altero in pace & ocio vtebãtur, quod b Calatis comitiis appellabãt: altero cũ in prælium exituri essent, c quod procinctũ dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur d per æs & libram. s. quod per emancipationem, idest, imaginariã quãdam venditionem agebatur, quinq; testibus, & libripende, ciuib. Romanis puberibus præsentib. & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporib. in desuetudinem abierunt, quod vero per æs & libram fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim & hoc in vsu esse desiit.

a Olim quidem.] Tria Testamentorum genera hoc §. recensentur, quæ apud ueteres in usu fuere. Horũ etiam meminit A. Gellius, a hisce uerbis. [Tria genera testamentorum fuisse accepimus: Vnum, quod Calatis comitiis in concione populi fieret, alterum in procinctu, cum uiri ad prælium faciendum uocabantur, tertium per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur.

b Calatis comitiis.] 2 Id est, uocatis comitijs, seu conuocato per cornicinem populo, ut testator eo præsẽte, ac quasi teste ultimam suam declararet b uoluntatem: idq; tempore pacis, bis tantum in anno fiebat. Dicebantur aũt [Comitia calata,] a Græco uerbo καλῶ, quod est uoco: [comitia] a coeundo, cõgregatio, cõuetus populi. 3 Differunt tamẽ comitia a cõsilio, quia dũ comitia calabantur, totus populus p cornicẽ adesse iubebatur. Consilium uero est, cũ a magistratib. iudicij causa populus cõgregatur: c 4 Constabat aũt consilium Romæ ex Senatorib. & equitib. in prouinciis ex assessorib. d quos nunc [Consiliarios dicimus. Vnde crebra mẽtio in legib. e [Manumissionis apud cõsilium. 5 Comitiorũ aũt genera fuisse varia,

a lib. 15. c. 27.
b Theoph. hic.
c Vide Theop. sup. in § eadẽ lege. quib. manu. licet vel non.
d ff. de of. asses.
e ff. & C. de vindic. liber. tol.

Gell. lib. 15. c. 27. & Alex. ab Alexand. in lib. Genial. dier. Itemque Varro de Ling. lat. scribunt: ad quos Tyro nem iuris remitto.

l. 1. de bo. pos. ex test. mili.

e *Quod procinctum.*] 6 *Ideo sic appellatũ, quia [Procincti] dicunt milites, quasi procincti & expediti (Procinctus) n. dicitur, qui ad confligendum paratus f est. Fiebat autem [Testamentum procinctu] in ipsa militum expeditione, dum præcinctiam erant, & expediti ad bellum, cuius dubiam sciebant aleã: quod veteres in uelendo procinctu nominabãt, ut apud Cicero. li. 1. de Nat. deor. & de Orat. itẽq; apud Gell. li. 15. c. 25. uidere est. Id ergo militiæ tantum fiebat tempore, cum uiri ad prælium faciendum in aciem uacabantur, autore eodem Gell. li. 15. c. 27. Plutarchus autem in Coriolani uita rem sic explicat. [Eo tempore,] inquit, [mos erat Romanis prælium inituris, scutaq; sumpturis, togã præcingere, simulq; testamenta sine scripto facere, hæredemque tribus aut quatuor audientibus nuncupare.*

d *Per æs & libram.*] 7 *Theophilus hoc testamenti genus ideo inuentum fuisse scribit, quia eueniebat ut nõnulli subitaneo morte correpti intestati morerentur. Neq; n. calatis comitijs testabantur, quia nõdum instaret tempus, cũ [ut supra dixi] bis tantum in anno testari licebat, neq; item in procinctu, quia bellum nõ esset: Ob id hæc tertia testamenti spẽs addita est, quod [per æs, & libram dicebatur, poteratq; fieri oĩ tempore, per familiæ, g i. hæreditatis emancipationem, hoc est, imaginariam vẽditionem. Fiebat autem hæc imaginaria venditio, hunc in modum. Quinq; aderant testes, [8 & libripens) sic à libra, & pendendo, siue ponderando dictus, quasi ponderator: magis n. ponderare, quam dinumerare pecuniam solebant veteres (ciues Romani & puberes: atq; his præsentibus is, qui successor defuncti erat futurus, patrimonium morituri emebat, hisce solennib. verbis: [Hanc ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære, æneaq; libra, iure Quiritum, meam esse aio.] Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei, a quo hæreditatẽ expectabat (qui [Antestatus] dicebatur) velut loco precij. Sic quoq, & seruorum & liberorũ emãcipationes fiebant: ut alibi h annotauimus. Porro venditor emptori nihil tradebat, sed hæredẽ cũ tali modo cõstituebat, ut sc. post mortẽ vẽditoris posset iure hæreditatẽ adire. 9 Interim memineris, falsum esse, quod Fab. putat, in hoc testamẽti genere filiorũ emancipationẽ interuenisse. Nã si hic quoq; de liberorum emancipatione actum fuisset, non oĩb. concessa testandi facultas. Pleriq; n. non hñt liberos: mulieres vero etsi hñt, tñ eos non hñt in potẽtate. Deceptus autem hac ratione Faber fuit, quod emancipationem, solum ad liberos referri credidit, 10 cum significet quamcunq; imaginariam k venditionem.*

g l. pronunciatio. 195. §. familiæ. de ver. sig.
h In §. præterea. sup. quib. mo. ius pa. pot. so.
i §. feminæ. sup. de adop.
k Bud. in prior. annot. Pãd. & Viglius hic.

§. Sed prædicta.

1 *Media iurisprudenti aquæ.*
2 *Prætorium testamentum quando in vsu fuerit.*

Sed prędicta quidem nomina testamentorũ, ad ius ciuile referebantur. a Postea verò ex edicto Prætoris forma alia faciendorũ testamentorum introducta est. Iure enim honorario nulla mãcipatio desiderabatur: sed septem testium signa sufficiebant, cum iure ciuili signa testium nõ essent necessaria.

a *Postea vero.*] *Trib. testamentis ciuilib. supradictis successit testamentum Prætorium: 1 de media (inquit Accur. a) iurisprudẽtia, quod de eo iure intellexisse videtur, quodcunq; fuit, quod post legẽ 12. tab. & ante Principum constitutiones fuit editum. b 2 Prætoriũ n. hoc testamentum, cuius hic fit mentio, fuit in vsu ante Principum cõstitutiones, sub quorum imperio autoritas Prætoria concidere cœpit. Cicero c sæpe [obsignatorum,] i. notariorum meminit, & Prætorio tunc iure vsos Romanos appareat in testamentis. Quo & illud Horatij d pertinet: Imprimat his cura, Mæcenas, signa sabillis.*

a In gl. verbi. postea.
b Arg. §. cæterum. if. de leg. agno. successi Vig. hic.
c Vt in Oratio. pro A. Cluẽt. cũ aliis locis.
d In Sermonib.

§. Sed cum Paulatim.

1 *Testamentum scriptum & nuncupatiuum quomodo differant.*
2 *In testamento debent omnia vno contextu fieri: fallit, vt nu. 3.*
4 *Septem testes rogatò adesse debent in testamento.*
5 *Septenarius numerus testium est de substantia testamenti: testes vero ad formam pertinent.*
6 *Non esse idem, pertinere aliquid ad substantiam, vel ad formam & solennitatẽ rei.*
7 *Forma duplex, substantialis & accidentalis.*
8 *Testes in dubio non præsumuntur rogati esse.*
9 *Subscriptio testium necessaria in testamento solenni.*
10 *Item subsignatio eorundem.*
11 *Requiritur in testamento scripto, vt nomen hæredis exprimatur à testatore.*
12 *Hodie nomen hæredis celari potest.*
13 *Testes quales esse debeant.*

24 *Testes*

14 *Testes debent in præsentia & conspectu testatoris esse.*
15 *Deficiente uno requisito, testamentum corruit. fallit in testamento inter liberos.*

Sed cum paulatim tam ex usu hominum, quàm ex constitutionem emendationibus cœpit in unam consonantiam ius ciuile & prætorium iungi constitutum est, ut *a* uno eodemque tempore (quod ius ciuile *b* quodammodo exigebat) *c* septem testibus *d* adhibitis, *e* & subscriptione testiũ (quod ex constitutionibus inuentum est, & ex edicto Prætoris) *f* signacula testamentis imponerentur: ita ut hoc ius *g* tripartitum esse uideatur: ut testes quidem & eorum præsentia uno *h* contextu testamenti celebrandi gratia, a iure ciuili decendant, subscriptiones autem testatoris & testium, ex sacrarum constitutionum obseruatione adhibeantur; signacula autem, & testium, numerus, ex edicto prætoris. *i* Sed his omnibus a nostra constitutione propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est: ut per manus testatoris uel testium, nomen hęredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant.

Hactenus] de quatuor testamentorum generibus Imp. dixit, quæ omnia in desuetudinem abiere: hoc §. quintum genus attexit, uidelicet [testamentum scriptum,] siue [solenne,] quod etiamnum in usu est, licet rariori, ob multa a solennia, quæ in eo requiruntur. Frequentius enim homines testamento nuncupatiuo, id est, non scripto, hodie utuntur, de quo Imperator infra b quoque subiiciet. 8 *Est autem [testamentũ scriptum] quando testator (obseruatis debitis solennitatibus iuris) ultimam uoluntatis suæ dispositionem in scripturam primum redigit, testibusq; deinde offert corroborandam. [Nuncupatiuum] uero est, cum sine scriptura uoluntatem suam testator coram septem testibus nuncupat & declarat, siue illa uoluntas redigatur postea in scripturam, siue non. In testamento scripto testator celat suam uoluntatem testes: in nuncupatiuo reuelat: atque hæc est potissima inter utrunque differentia. Quæ autem sint testamẽti solennitates, hic §. & aliquot sequentes declarant.*

a *Vno eodemque tempore.)* 2 *Hoc est primum requisitum testamẽti scripti quod eodem tempore, unoque contextu actionis omnia fiant, id est, nullo alieno, siue extraneo actu interueniente.* c 3 *Nisi tamen acciderit, ut testatoris moribundi conditio simul omnia interponi non patiatur. Nam si quis forte actus ob naturæ necessitatem interuenerit, non ideo uitiabitur testamentum.* d

b *Quodammodo.] Ius enim ciuile in testamento, quod [per æs & libram] fiebat, uidetur septem testes exigere. Nam si [Libripendem, & Antestatum] connumeres, septenarius explebitur numerus.* e

c *Septem test. bus.]* 4 *Secundo, in testamento necessaria est præsentia septem testium: & quidem rogati ibi adesse debent, non fortuito,* f *quod in testamentis speciale est. Quoniã regulariter ad* g *fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis sufficit.* 5 *Et hunc septem testium numerum Doctores communiter asserunt pertinere ad substantiam testamenti, adeo quod eo cessante testamẽtum non subsistat. Old.* h *tamen ridiculum id putat, cum uoluntas hominis suprema secundum naturale ius constans sit substantia testamenti. Testes uero ad formam tantum, & solennitatem pertinent probandi, ne relinquatur locus insidijs, q̃ uarijs modis incidere* k *possent: quod et Alciatus* l *animaduertit.* 6 *Interim scias, non esse idem, m pertinere aliquid ad substantiam, uel ad formam & solennitatem rei. [Substantia] enim uniuscuiusq; rei simplex essentia est, uelut fundamentum per se substans.* 7 *[Forma] uero & solennitas duplicẽ recipit differentiam: alteram substantialem, sine qua illa ipsa substantia non censetur in iure aliquid esse: alterã uero accidẽtalẽ, q̃ non dat esse rei, quoniam adueniat substantiæ, sine qua uelut accidens nec* n *põt esse.*

d *Adhibiti.] Hoc est, adsciti, & rogati: nec tamen refert, a quo rogentur, cum lex simpliciter, ut rogentur,* o *exigat.* 8 *Illud tamen uerum est, testes in dubio nõ censeri rogatos esse: cum hæc sit sollennitas extrinseca, quæ non præsumitur.* p *Quare producti ad testamentum probandum, si testamenti etiam tenorẽ referẽdo, se fuisse p̃sẽtes asserũt, nec addãt se rogatò fuisse adhibitos, nõ p̃bãt, ut Bartolus* q *tradidit.*

e *Et subscript. testium.]* 9 *Tertio, in testamẽto solenni exigitur [subscriptio testium.] Debent .n. omnes uno eodemque tempore & loco subscribere: nec unus testis pro alio scribere potest, sed quilibet uti proprio chirographo* r *debet: nisi in tali loco fiat testamentum, ubi non inueniãtur tot literati: tum enim duo uel tres pro alijs literas ignorantibus subscribere non* s *uetantur.*

f *Signacula.]* 10 *Quartò requiritur, ut testes uno eodemque tempore subsignent, proprijs uel alienis* t *annullis. olim tamen separatim signare poterant.*

g *Tripartitum.] Ex triplici iure collectum.*

h *Vno contextu.] Id est nullo actu alieno interueniente.*

i *Sed his omnibus.]* 11 *Prædictis quatuor requisitis addit Iustinianus etiã illud, ut testator* u *sua manu hæredis nomen scribat, si norit literas: sin nõ potest scribere, nuncupet corã testibus, qui illud in scriptionibus apponant.* 12 *Hodie tamen iure Nouellarũ.* x *remissa est hæc necessitas, sufficitque per aliũ q̃ quam testem, nomen hæredis exprimi. Neque ob id infirmatur testamentum, quod testes ignorant, q in testamento sunt scripta. Potest .n. testator scripturam consignatam, ligatã, uel inclusam offerre, asserens suum esse testamentum, quod proferat. ideo quod odiosum sit, atque ẽt periculosum, extremam de hęreditate uoluntatem tã multis testibus relinquere.* y 13 *Porro ultra p̃missa testamẽti scripti solennia, sexto*

loco

a la. in l. si ita sit adscriptũ 14. nu 26. de le. 2
b In §. fi. huius ti.
c l. heredes palã 21. §. ult. de test. d. l. cum antiquitas. C. eod.
d d. l. cum antiquitas. §. cũ aũt.
e Virgilius hic.
f Auth. rogati. C. de testa. & d. l. hæredes palã. §. i testa.
g l. ad fidem. 11. de testib.
h In l. nemo põt 55. de leg. 1. & l. fi. unus. 12. C. de testa.
i In pri. 4. Clas. ast.
k l. curent. 22. de testib. l. hac cõsulti. 8. §. fi. C. qui testa. fac. poss. l. fi. C. de fideicomm.
l In l. 4. C. de sac. san. eccles.
m Old. in loco prædict.
n Ita Bar. in l. 1. de cõd. inde.
o Castren. in d. §. i test. Alex. cons. 47. lib. 2
p Ldl. d. l. hac consultissima Bar. & Imn l. ciẽ di 30. de uer. oblig.
q In l. dmus. 24. de mil. test.
r l. singulo. 30. de testa.
s l. fi. C. eod.
t l. si unus. 12. C. eo. & § possũt inf. eod.
u l. iubemus. 29. & d. l. cũ antiquitas. C. h. ti.
x §. quia uero. in Nouel. ĩ p̃õs. larg.
y Auth. & nõ obseruato. C. h. ti.

loco necesse est, vt hi, qui in testes adhibentur, sint liberi, vel communiter pro liberis habiti, puberes, mi-sculi: non muti, nec surdi, nec tales, qub. bonis interdictum sit, neq; etiam potestati testatoris subiecti. z *14 Vltimo deniq; requiritur quod testes sint in præsentia & cõspectu testatoris, ipsumq; oculis videãt: alias testamentum non valet: nisi ex priuilegio* a *aliud sit inductum. 12 Et prædicta solẽnia adeo neces-saria sunt in testamento scripto, vt si vnum deficiat, vitietur testamentum ob defectum solennitatis: nisi parens testetur inter liberos: quia tum duo testes adhibere satis* b *est.*

z De quo inf. in §. testes.
a l. si non specia li. 9. l. à unus. C. eo.
b d. l. hac consul tis. §. ex imper fect. ibi Dd.

§. Possunt autem.

1 *Testes plures vno annulo signare possunt.*
2 *Hunc § de annulo signatorio loqui.*
3 *An alio signo, vice annulli, testamenta signari possint.*
4 *Alieno signans annullo, id in subscriptione exprimere debet.*
5 *An, qui proprium annulum habet, alieno recte signet.*
6 *An ipsius testatoris annulo signare liceat.*

Possunt autem omnes testes & vno *a* annulo signare testamentum, quid enim si septem annu-li una sculptura fuerint. secundum quod Papiniano visum est *b*? Sed & alieno quoque annulo licet signare testamentum:

De sigillatione] testium amplius subiungit. 1 Et primum hinc disce, testes oẽs vno annulo signare posse etiam si annullos ipsi habeant, qui omnes vna sint sculptura. i. vnum & eundem habeant characterem. Ob id. n. tantum adponuntur signa, vt ipsi testes illa cognoscentes testificari a *possint, non vt vnius signi ad alterum fiat collatio. id quod in publicum officium gerentibus contingit.* b
a Annulo.] 2 Signatorio. s. qui charactera. i. sculpturam habet, & inter ornamenta c *non computa-tur. Sunt & alij annuli diuersi generis: d de quib. hic non loquitur. 3 Quid autem, si non annulo, sed alio quodam impresso signum adhibemus, an vitiabitur testamentum? Et Vlpianus* e *annulo tantum vult te-stamenta signari. Quia tamen non obseruari vsu Vlpiani sententiã videmus, necesse est, aliud quod vis signum admittere, vt Bar.* f *& Fab. censuerunt. Videmus. n. plerosq; hodie annuli loco alia signa hab[e]re aerea, vel argentea, vel etiam interdum lignea, quibus sic forma redditur, vt annulo impressa videatur.*
b Sed & Alieno.] 4 Et alieno annulo signare testamentum licet, dum tamen, qui sigillo alieno vtitur, se alieno signare in subscriptione sua declaret: quod ex Durandi g *sententia, cæteri approbarunt, illa po-tissimum ratione, quod alienis vtentis in signis in falsum* h *incidat: & cũ memoria hominis labilis sit, apertisq; mortuo testatore tabulis signa agnoscere testes d[e]beant, facile hic fit vacillaturus, qui alienũ si gnũ adposuit, nec id adscripsit. Si tamen hoc in scriptione sit omissum ob id testamẽtũ nõ subuerti Faber putat: cui accedo, cũ id proculdubio non tacuissent, leges, si ex eo testamẽtum vitiari voluissent. 5 Sed an si proprium quis annulũ habeat, nihilominus alieno signare possit? Quod nõ videtur: Frustra. n. alieno si-gnat, qui proprium hẽt. Quia tamen nostros ad manum quandoq; non hẽmus, puta, cum lex indistincte alieno signare permittat, nec ob id quoq; tabulas infirmari.* i *6 Sed & si ab ipso testatore annullum acce pero, & signauero, testamento valet,* K *quasi alieno signauerim. Quanquam autem alieno annulo signare licet, nec cesse tamen est, ipsummet testem signum in ceram imprimere, testamentoque adponere.* l

a l. sed si quis. 7. quemad. test. aperiant.
b §. oportet, No uel. de instru. cau. & fi. & §. lex Cor. infr. de pub. iud.
c l. signatorius, 74. de ver. sig.
d l. arg. 25 §. or namẽta. de au ro & arg. leg.
e l. ad testiũ. 22. §. signũ h. tit.
f d. § signum.
g Spec. ti. de pro bat. §. viñdũ.
h l. eos. 27. §. fi. ad l. Cor. de falsis.
i Ar. l. 8. de pre cio. de pub. iu rem. act.
K d. l. ad testium. §. si ab ipso.
l Aug hic arg. l. pen. hoc tit.

§. Testes autem.

1. 3 *Hæc verba text. (cum quia. testamenti factio est) quomodo intelligenda.*
2 *Exceptio debet esse de regula.*
4. 5 *Mulier quare non possit esse testis in solenni testamento: cum in minus solenni possit.*
6 *Impubes testamentarius testis esse nequit.*
7 *An pubes factus dicat testimonium de eo quod uidit ante pubertatem.*
8 *Proximus pubertati quis dicatur.*
9 *Seruus non potest esse testis in testamento.*
10 *Adscriptitij proprij homines, monachi, an possint adhiberi testes in testamento.*
11 *Sed nec mutus, surdus, cæcus, testes esse possunt.*
12 *Item nec prodigus: & quis dicatur prodigus.*
13 *Intestabilis quis dicatur.*

Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti *factio* est. Sed *a* neque mulier, ne-que *b* impubes, *c* neque seruus neq; furiosus *d* neque mutus, neque surdus, neque is *e* cui bonis interdictum est, neque ijs quos leges iubent improbos *f* intestabilesque esse, possunt innumerum testium adhiberi.

Supra

Supra] dictam est, septenarium numerum testium requiri in testamẽto: igitur de personis subijcit, quæ in testamẽto testes esse põt, vel non possunt. 1 *Definit aũt principio generaliter, [eos esse testes posse quib. cum nobis testamenti factio est:] hoc est (vt Accus.* a *intelligis) qui hæredes institui, & ex testamẽto capere possunt:* b *aloqui impubes, seruus, furiosus inepte exciperentur,* 2 *Debent.n. casus excepti sub generali regula contineri, etiamsi diuersum ius inducant.* c 3 *Theophilus vtroq; modo accipit, quẽ Faber sequi videtur, vt sit sensus: eos demum in testamento ad testimonium admitti posse, qui & testamenta facere, & ipsi ex testamento capere possunt. Quæ expositio videtur conuenire textui. Etsi.n. priori declarationi, ꝙ testamenti factionem passiue tantum intelligamus, congruant aliqui casus, vt in impubere, seruo furioso: mulieris tñ exemplum, item muti & surdi videtur quoq; actiuã testamenti factionem admittere: cum certum sit, mulierẽ testari posse: surdus vero & mutus saltem spãli rõne testamentũ facere potest.* d *Cum ergò exempla in textu posita vtriq; casui quadrent, intelligemus eum generaliter in principio: & quatenus subijciuntur exempla ea, conferemus ad casum, cui magis* e *conuenient.*

a *Neq; mulier.]* 4 *Rationem vulgo reddunt, ob sexus imbecillitatẽ & inconstantiam:* f *sed hæc ratio nimis est generalis, quia prohiberet ẽt in cõtractib. illarum testimonium interponi, ꝙ tñ falsum* g *est Viglius recte ait, hoc inde prouenire, quod veteres ad solennia nec mulierem, nec seruũ, nec impuberem, nec peregrinum admittebant.* h *Qualitas aũt testium ex antiquis testimoniorum generib. descendit.* 5 *Hinc est, quod in testamento minus solenni mulier testis esse possit: veluti in testamento militari, inter liberos, ad pias causas, & in testamento Pontificio,* i *& in donatione causa mortis, & codicillis.* k

b *Impubes.]* 6 *Generale est, impuberis testimonium non valere: illud tñ spãle in testamentis, debere aliquem esse puberem, non modo cum testimonium dicere iubetur, sed ẽt cum testator coram eo suam voluntatem declarat. [Testium.n. conditionem] (inquit Vlp.* l *) [tunc inspicere debemus, cum signarent, non mortis tempore.] In alijs autem actibus puberi facto creditur de his, quæ pubertati proximus vidit.* m 8 *[Proximum] vero [pubertati] vulgo intelligunt, qui decimum annum cum dimidio* n *compleuit: licet nonnulli* o *id iudicantis arbitrio relinquant, cum in pueris vnus alio præcociori sit intellectu, citiusque dolum capiant, qui in vrbe, quam qui ruri educantur, & vna gens altera versutiores habeat* p *pueros.*

c *Neq; seruus.]* 9 *Quia testes liberi esse debent, & Ciues Romani, vel communi opinione* p *liberis haberi.* q 10 *Sed an adscriptitij, & proprij homines, itẽ monachi in quib. est quædam seruitutis* r *imago, ad huiusmodi testimonium admittantur? Et in adscriptitijs cõsentit Faber, & recte: quia tametsi adscripti sint glebæ, liberalem tñ conditionem* s *obtinent. Monachos non aliter admittit, quàm si eum venia suorũ Abbatum sub quorum potestate viuunt, id faciant. Cæteri* t *tamen sine distinctione videntur monachos recipere in testamentis, cum nec prohibiti* u *sint, & probationum facultas amplianda potius,* x *quam coarctanda sint, atque adeo maiorem etiam fidem professio ipsa promittat.*

d *Neq; mutus.]* 11 *Hoc de muto, qui nihil eloqui potest, & de surdo, qui omnino non exaudit, accipiendum est: hi.n. propterea non sunt idonei testes, quia verbis proferendis audiendisq; opus est in testamentis.* y *Idem quoq; de cæco dicendum, nam nec is idoneus est testis in testamento: quia testes omnes vidiße etiam testatorem, cum adiberentur,* z *oportet, vsq; adeo, vt & consuetudo contrarium inducens, iure nõ subsistat.* a

e *Cui bonis interd.]* 12 *Id est, prodigus,* b *qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando, ac dissipando profundit.* c

f *Intestabiles.]* 13 *Intestabilis autem dicitur, qui neque testimonium dicere, neq; testamentum facere potest.* d *Intestabiles autem non omnes quoquo modo damnati, vel infames intelligendi sunt, sed illi tantum, quos ipsa lex* e *tales esset iussit.*

§.Sed cum aliquis.

1 *Seruus pro libero habitus non vitiat testamentum in quo, vt testis, est adhibitus.*
2 *Communis error facit ius.*
3 *Ampliatio ad textum nostrum.*
4 *Leges multorum opinionem pro omnium consensu fere accipiunt.*
5 *Huius §.decisio in qualibet inhabili persona hodie locum habet.*
6 *An si testator sciuit testem seruum esse, & communi opinione habebatur pro libero, testamentum valeat.*
7 *In testamentis sufficit habilem fuisse testem tempore conditi testamenti, etsi postea inhabilis efficiatur.*
8 *Idque speciali iure ab Imp. introductum est.*

Sed cum aliquis ex testib. testamẽti quidem faciẽdi tempore *a* liber existimabatur, postea aũt seruus apparuit: tam diuus Hadrianus *b* Catoni, quam postea diui Seuerus & Antonius rescripserunt,

a Glo.1.hic.
b Ita ẽt accipitur in l.filiusf.16. hoc ti. facit, §. testa. aũt inf. quib. nõ est ꝑmis.fac.test.
c Dec.l.j.de reg. iur. Bar.l.si cũ §.q iniuriarũ. si quis cautionibus
d §.itẽ surdus.if. quibus nõ est ꝑmiss.fac test.
e arg.l.nec ex pr. 27.de reg.iur.
f c.forus. §.vlti. de verb.sig.
g l.qui testa.20. §.mulier.h.ti. & l. ex eo. de testam.
h Per d.l.qui testam.§.seruos.
i e.cũ esses. & c. cum relatum. de testa.
k Vt in l.6.C.de codici. & Bar. d.§. muti.
l l.ad testium.22 §. 1.hoc ti.
m l.excipiuntur. 13.ad S.C.Syllania. gl.i l.3. lege Iud.de testi.
n Gl. in §.pupillus.inf.de inuti lib.stipul.
o Dec.l.pupillũ. 111.de reg.iu.
p Gl.l.sequitur. 4. de vsucap.
q d l.qui testam. §.seruus.& l.j. C.eod.
r Nouell.de monach.§.cogitãdum.
s §.adscriptitijs. No.de sã.epi. gl.Aeth.si testis. C.de test.
t Ias.l.hac cõsulnu.5. C.eod.
v Gl.d.§.cogitãdum.
x l.qm 21.in fin. C.de heret.
y l.heredes palã. hoc tit.l.cũ ab initio 4.& l.sequen.quemad. test.ape.
z l.si non specia li 9. & l. si cuius.C.eod.
a Ias.d.l.cunctos populos.col.9 C.de sũ.trin.
b l.is cui lege §. in prin.hoc ti.

c l.j.de cura.fu.vide.§.furiosi.supra de curato. d c.cum lege.26.d.ti. e d.l.cum lege.& l.is cui.§.si.eo.tit.

ferunt, c subuenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur firmum, ac si, ut oportebat, factum esset: cum eo tempore, quo testamentum signaretur, a omnium consensu hic testis liberi loco fuerit, neque quisquam esset qui status ei quæstionem moueret.

a *Liber existimabatur.] Communi reputatione hominum.*

b *Catoni] Baldu. a [Catonio] legendum dicit, non [Catoni, atque Imperatoris Adriani b ad eum rescriptum refert Theophilus uocat hunc Catonium Verum.*

c *Subuenire] 1 Hinc discimus, seruum cōi opinione pro libero habitum, testamentum non uitiare, in quo testis fuit adhibitus, etiamsi postea seruilis sua conditio detegatur. 2 Hoc e[a], quod vulgo dicitur, [cōmunem errorem facere ius, prævalereque veritati.] Verum hic articulus tam prolixi iuris est, ut in eo absolute nihil definiri possit, sed ex causæ qualitate ius ubique metiendum e sit. 3 Habet aūt locum hic textus nostri decisio, etiamsi unus forte & alter illius serui cōditionem sciebat: idque frequentius d obtinuit, benigniusq; est: alias elusoria fieret hæc Impp. constitutio, cū uix ita celare cōditionē suā quis possit, ut nō unus aliquis sit conscius. Nec est improbabilis ignorātia, si hoc qs nesciat, qd unus tm uel duo sciāt, sed probabilis error, cum multis scilicet & cōis: 4 cum leges multorum opinionem pro omnium consensu fere accipiant. e 5 Deinde producitur. §. nostri definitio, ut hodie locum sibi uendicet in alia qualibet persona non habili, seu non idonea ad testimonium ferendum: ueluti si quis cōi opinione tempore conditi testamenti erat probus & testabilis, uel pubes, uel ciuis, ac deinde compertum fuit intestabilem, impuberem, aut mulierem, deportatum uel peregrinum fuisse: nam ex eadem æquitate testamento subueniet. 6 Porro quod Faber tex. nostrum non obtinere putat, qñ testator adhibet in testimonium, quem sciebat seruum esse, utcunque cōi opinione pro libero haberetur, sed ob testatoris scientiam concidere tabulas: g hoc alij reprehendunt, cum & in alia specie, si oēs putabant esse seruum, qui erat tñ liber, ueritati adhæreamus, ualeatque testamentum h Neq; enim est eadem infirmandarum, conseruandarumque ultimarum uoluntatum ratio. i 7 Ex prædictis concludendum est, generaliter testamentum siue scriptum, siue nuncupatiuum, non obstante uel seruitutis, uel alterius cuiuscunque inhabilitatis testium detectione, sustinendum esse. Neq; aduersatur huic dogmati, quod in testamentis duplici tempore idoneus esse testis debeat, et cū testamentum fit, & cum illud aperitur, k seu publicatur: nec sufficit aliqñ fuisse idoneum, si in præsentia aliqua ex causa testimonio repelli possit l Quæ obiectio ualde Accursiū torsit, & Doctores et uarie responderunt. Ego ... prætermissis aliis responsionibus, quarum fere nulla cauillis caret, 8 ex Fabri sua respondeo, quod tametsi in quocunque actu, uel dispositione inhabilitas superueniēs impediat testes produci in iudicium, & examinari: singulari tamen iure introductum esse, ut in testamento ipsorum testimonium admittatur, pp magnum ultimæ uoluntatis fauorem: quia testamentorum cōseruatio, ut suprema hominum iudicia exitum habeant, publicam respicit utilitatem. m Idq; est, quod imperator in texto dicit. [Subuenire se ex sua liberalitate testamento (ita. n. legendum n est) iure speciali contra iuris communis rigorem.] In hoc igitur consistit liberalitas, in hoc singulari iure subuenitur testamento, quod testes, etiam effecti inhabiles, admittantur ad probandum testamentum, cum subtilitate iuris considerata, secus esset. Certe Vlpianus o graniter scribit, [sufficere si testes recte simul signauerint.

d *Omnium.] Vel pene omnium iuxta ea, quæ paulo ante p dicta sunt.*

§. Pater.

1 *Ratio dubitandi in hoc §.*
2 *Filiusfam. quare prohibeatur testis esse in testamento patris.*
3 *Emancipatus filius an testis esse possit in testamento patris.*
4 *Filiusfam. quando testari possit.*
5 *Argumentum a contrario cessat, si absurdus intellectus sequatur.*

Pater, nec non is, a qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, utrique testes in uno testamento fieri possunt, quia nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negocio adhiberi. In testib. autem non debet esse is, qui in potestate testatoris est. b Sed si filiusfam: de castrensi peculio post missionem, faciat testamentū: nec pater eius recte adhibeatur testis, nec is, qui in eiusdē patris potestate est. reprobatū est. n. in ea re domesticum testimoniū.

i *Ratio] dubitandi erat, quod plures eiusdem familię facilius de mendacio conspirare, præmeditatosq; sermones afferre poterūt. a Verum hæc præsumptio in alieno negocio cessat. b At ubi aliquem de domo utilitas manet, ibi regulariter domesticus testis improbatur. c*

a *Qui in potestate.] 2 Filiusfa. ergo prohibetur in patris testamento testis esse, idque ob nexum potestatis patriæ, qua quæ iam unitatis fictio inducitur, ut pater & filius eadem esse psona censeantur: ratio uero nō patitur ut idē quasi p se ipso testimoniū perhibeat. d 3 Quid aūt in emancipato? & a contrario eū esse testem posse uidetur: emancipatus. n. non fingitur eadem persona cum patre, sed quam primum eius exiuit potestatem, pro extraneo habetur. Communis tamen sententia nec emancipatum admittit, pp generalem*

a Hic in suis an not.
b In l. 1. C. de ta.
c Vide Dd. latiss. in l. Barbarius. 3. de offi. præt.
d Contra Ange. hic.
e l. cum quid. in 30. §. quod di de acq. her. l. 3. de Maced. & l. qd maior 19. ad municip.
f Dd. in l. 1. C. eo. per gl. not. in l. cum lege. 26. verbo putant. hoc ipso tit.
g Per l. fi. in fi. q bus ad liber. pro. nō licet.
h Alex. Ias. & Ful. in d. l. 1.
i arg. l. uel negare 5 quemad. test. aperiant.
k not. in d. l. 1.
l l. quoniā liberi. 11. C. de re stib. l. 3. §. cum sæ de Carbo. edic.
m d. l. uel negare. gl. l. Gal. 29. §. quod si is. uel bā... tatem. de lib. & posthu.
n Quod Faber hic aduert. & ita habet tex. Noricus & Paris.
o l. ad testium. § 1. de testam.
p In hoc §. n. 3. & 4.

a arg. l. 3. §. idēque. de testib.
b Hic & l. pater & filius. 17. de testibus.
c Dd. in l. 2. de testib. Canonist. in c. i literis. extra. eo. tit.
d l. nullus. 22. de testib.

legem constitutionem, qua sancitum est, parentes & liberos inuicem aduersus se nec volentes, ad testimonium admittendos esse. Sed hanc Viglius e pluribus impugnat, asserens in alijs testimonijs procedere prædictam constitutionem, non in testamentis.

f Sed si filiusfa.] 4 Filiusfam. ante remissionem in expeditione, & castris, citra solennitatem testari g potest, & tunc non repellitur pater ab h testimonio. Sed veterano filiofa. qui missionem obtinuit, etsi de Castrensi peculio testari possit necesse tamen est, vt iure communi testetur & tunc nec pater eius recte adhibetur testis. Aliter. n. filiusfamilias testamentum condere prohibetur, cum bona non habeat, & testamentum sit ordinatio de bonis nostris post mortem. m

t In ea re.] Videtur ergo in alijs causis testimonium domesticum admitti: quod tamen falsum est. o Vnde consequitur, argumentum a contrario sensu ductum, quando absurdus consequeretur intellectus, non valere. o id quod doctores communiter tradunt. Testimonium autem domesticum hic intelligendum est non tam ex sanguinis coniunctione, quam eiusdem familiæ vnione, quæ patria potestate p constat.

e l. parentes. 6. C. de testib.
f Vide eum hic.
g l. milites. 15. C. de militari testa. l. Lucius. 40. ff. e. §. 1. if. eod.
h d. l. qui test. §. per contrariũ.
i §. j. sup. p quas pers. nob. acq.
k d. §. inf ti. seq.
l Auth. ingressi. C. de sac. sa. ec.
m l. 1. h. tit.
n l. 2. C. de testib.
o Dd. in l. 1. de of. eius, &c. & l. cõuẽtiula. C. de epi. & cle.
p Theoph. & Bal du hic.

§. Sed neque hæres.

1. 2 *Hæres, & qui sunt in eius potestate, non possunt esse testes in testamento.*
3 *Textus aliter declaratus quam hactenus.*

Sed a neq; hæres scriptus, neq; is qui in ptãte eius est, neq; pater eius, qui eum habet in ptãte, neq; fratres qui in eiusdem patris ptãte sunt testes adhiberi possunt: quia hoc totum negocium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, b creditur hodie inter testatorem & hæredẽ agi. Licet aũt totum ius conturbatum fuerat, & veteres quidem c familiæ emptorem, & eos qui per ptãtem ei coniuncti fuerant, a testamẽtarijs testimonijs repellebãt: hæredi aũt, & alijs qui per potestatẽ ei coniuncti fuerãt, concedebant testimonia d in testamentis præstare: licet ipsi qui id permittebant, hoc iure minime abuti eos dẽre suadebant: tamen nos eandem obseruationem corrigẽtes, & quod ab illis suasum est, in legis necessitatem transferẽtes, ad imitationem pristini familiæ emptoris, merito nec hæredi, qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neq; alijs personis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia pstare. Ideoque nec eiusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus.

a Neq; hæres.] 1 Hæres in testamento instituentis, in eodem testamento testis esse non potest: a cum. n. hæc causa b sit propria hæredis, eiusq; emolumentum & damnum ad ipsum suo nomine pertineat, quo in causa propria testis esset? 2 Quod Imp. & ad coniunctas hæredi per potestatem personas recte extẽdit. Neq; enim non potest ad hæredis patrem, filium, aut fratrem pertinere, si quid hæredi vel lucri, vel damni, ex eiusmodi testamento accesserit. e

b Creditur.] Hoc est, notum & perspicuum est. Hodie, sublata f familiæ mancipatione. 1

c Familiæ emp.] Nempe in testamento, quod fiebat olim [per æs & libram:] de quo supra d diximus.

d In testamentis præstare.] Sed dubium est, quod fuerit illud testamentum, in quo hæres & personæ cũ per ptãtem contingentes, admittebantur ad testimonium? Et accurs. de [testamento procinctu, quod Calatis] comitijs dicebatur, intelligit: quem alij sequuntur e. 3 Quod Viglius reprobat, ea maxime ratione, cum illa testamenta dudum in desuetudinem f inerint: & per hanc expositionem nulla adpareret differentiæ ratio. Ipse de testamento in scriptis accipit, quo solum frequentissimũ erat, ac pene solum obtinebat. Et ratio esse poterat, quod plerunq; se institutum ignoraret, cum latere eum poterat, quæ in tabulis scribebantur. Sed tamen cum subinde rescire posset, suadebant, vt abstineret testamento, ne suspicionem de se præberet. Et hunc intellectum videtur etiam Theophilus innuisse. Quod igitur veteres pro consilio respondebant, Imperator speciali constitutione in Legis necessitatem transtulit, vt. s. hæres penitus arceretur a ferendo testimonio in eo testamento, in quo esset institutus.

a Hic & l. qui testa. 20. de test.
b Contiunc. hic.
c d. l. qui test. §. quecunq; & l. in quis. 11. de lib. & posthu.
l. si C. de imp. & alijs subst.
d §. 1. sup. eo.
e Contiunc. hic.
f d. §. 1. sup. eod. nu. 7.

§. Legatarij autem.

1 *Dubitandi ratio in hoc §.*
2. 4. 5 *Decidendi varias tradi rationes.*
3 *Etsi omnes testes legatarij sint, tamen valet testamentum.*
6 *Fideicommissarius vniuersalis, non potest esse testis in testamento.*
7 *Hunc §. etiam in simplici nuncupatione obtinere.*

Legatarijs autem & a fideicommissarijs, quia non iuris successores sunt, & alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus. imo in quadam nostra b constitutione & hoc specialiter eis concessimus. Et multo magis ijs, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus.

Videbatur

1 *Videbatur*] legatarios non posse testes esse in testamento, nec fideicõmissarios, ex quo legata fideicommissaq; sperarent: quia in re sua propria oib. prohibitum est testimoniũ. 2 Et quanquã legatarij uideant principaliter pro hærede testificari, tamen in consequentiam spectat ad eos emolumentum testamenti: nã si testamẽtum non obtineat, legata corruant, b nec debeantur. Nec tollit obicem, quod aliàs dicitur, semper id, c quod principaliter apparet, non quod in consequentiam uenit, intuendum esse: quoniam in contrarium pugnat uulgatum illud d dogma quo dicitur, tametsi multa secundario, & in consequentiam cõcedantur, quæ directo fieri nequeant: in proprium tamen commodum testimonium etiam per consequentiam probibitum e esse. Et hæc efficax est dubitandi causa. 2 Contrarium tamen ab Imperatore in hoc §. deciditur, nempe legatarios & fideicommissarios singulares in testamento testes esse posse, quod & Zenonis f constitutio, Martianique g responsum ostendit: 3 per quod proditum quoque est, etiamsi omnibus septem testibus diuersa essent legata facta, adhuc testamentum ualere. 4 Qua tamen ratione hoc constitutum sit, Interpretes uariant: alij h ob magnum numerum testium, alij i propter solennitatem tantum, non ueritatem, alij k propter rogationem, ad probationem, alij l ob causæ fauorem hoc inductum dicentibus: plerique etiam in consequentiam tantum legatarios testes m esse aiunt. At cum neutra harũ rationum tam sit efficax, ut per se huius quæstionis nodum explicet, nonnulli o tamen putant, tam multas rationes simul coniunctas sufficere, ut singulare ius in testamento (cuius causa fauorabilis semper est) statuatur. Notum n. est carmen: [Et quæ non prosunt singula multa iuuant.] 5 Loriotus o uero nouissime hanc rationem adfert, quod testis testamentarius non nisi uoluntarius esse p possit. At si legari illi non posset, quia de illius ageretur incommodo, inuitus semper q præsumeretur. Ne igitur testamentum deficiat, legatarij (cum non sint successores r iuris, sicque principaliter de illorum commodo non s agatur) testamento autoritatem præstare t possunt, & per consequens hæreditatis legatum consequi. u Aliud est in cæteris testibus, q nec p consequentiam testes admittuntur, x quia illis & inuitis negociũ geri potest. y

a *Fideicommissarii.*] Quibus scilicet est fideicommissum singulare relictum. 6 Diuersum n. est in fideicommissario uniuersali, cui debet tota hæreditas restitui, quia is hæredis titulum z sustinet, in eumque transferuntur per restitutionem hæreditatis omnia iura, & actiones hæreditariæ.

b *Nostra constitutio,*] Neque tamen opus erat Iustinianea constitutione aliqua, cum Imperator Zeno a dudum rescripserit, [non prohiberi testatorem testibus ad efficiendam uoluntatem adhibitis, quod uoluerit relinquere.] 7 Cæterum uolunt nonnulli hanc constitutionem non modo in testamento scripto, uel etiam nuncupatiuo, in scripturam per notarium redacto, obtinere: sed & in mera simplicique nuncupatione, nulla scriptura, uel fide publica adiuta eundem locũ habere: quibus accedo, utcunque multis repugnantibus, cum a Zenoniana lege & supradictis omnibus (q̃ & in hanc speciem concurrunt) id probetur.

§ Nihil autem.

1 In qualibet materia testamentum scribi potest
2 Tabulas testamenti omnem figuram materiæ accipimus.
3 Opistographum quid sit apud Vlpianum.
4 Non refert, quibus literis, quaue lingua testamentum scribatur.

Nihil aũt interest, testamẽtũ a in tabulis, b an in chartis, c mẽbranisve, vel in alia materia fiat.

1 *Videbatur*] referre, in quanam materia scriberetur testamentum, cum & notario non liceat instrumentum in deleticia, aut parum munda a charta conscribere. Verum ultimæ uoluntatis tantus est fauor, ut nihil intersit, cuiusnam generis sit materia, in qua scribatur testamentum.

a *In tabulis.*] 2 Sic Vlpianus, b [Tabulas testamenti (inquit) omnem materiæ figuram accipimus, nempe siue tabulæ sint ligneæ, siue cuiusque alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium animalis alicuius, tabulæ recte dicuntur.] Idem si in philyra, aut tilia, aut in ebore scriptum c sit testamentum. Scribebant d etiam olim in tabulis ceratis, siue cera illitis, quæ & Codicilli & pugillares dicuntur, quemadmodum Ant. Augustinus lib. singu. ad Modestin. e annotauit. Hodie pugillaribus lapideis frequenter utimur, in quacunque ergo huiusmodi materia quis scribat, ualebit uoluntas.

b *An in chartis.*] Chartæ appellatio (inquit f Vlpian.) & ad nouam chartam refertur, & ad deleticiam. Proinde etsi in opistographo quis testatus sit, hic peti potest bonorum possessio.] 3 Opistographũ autem intelligit chartam utroque latere scriptam, id est, intus & a tergo: quæ plerunque non speciem libelli erat, sed uoluminibus instar torquebatur, quo more ueteres scripta edidisse ferũtur. ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν, quod post & retro significat, καὶ γραφή scriptura.

c *Membranisue.*] Quæ inter chartam, papyrum, membranam, & corium sit differẽtia, alibi diximus. Cæterum quam uaria fuerit olim scribendi materia, ui de Alex. Neapoli lib. Genial 2. cap. 30. & Plinii lib. 13 c. 12. 4 Illud addendum, sicut non refert, in qua materia testamentum scribatur, ita etiam quibuscunque literis, & notis g consuetis, quibuscunque uerbis defuncti mentem declarantibus, h quacunque etiam lingua, i scribi posse receptum est.

a l. nullus. 10. ff. de testib. l. omnib. 10. C. eod.
b l. eam quã 14. C. de fideicõ.
c l. si q̃s nec tam 4. si cer. pet. l. 1 ubi not. de autho. tut.
d De quo Dy. in ca. personas. de testib.
e hic. hi. §. 1 pp. q̃n appellã. hic.
f l. dictan. ib. 22. C. eod.
g l. si quis ita. 14 de reb. dubiis.
h Bar. d. l. ordi. arg. l. si q̃s ex arg. 6. §. cogẽtur de edend.
i Gl. in l. q testamẽ o. de test.
k arg sup. de satisd. tut. i pri.
l Fab. hic. Panor. ca. insuper. de testib.
m arg. d. l. 1. de auto. tuto.
n Virgil. hic. & Decius in c. insuper. de testibus Ias. in d. l. dictã tib. i fin.
o In apicib. iuris tit. d test. ord. ... 15
p d. l. q test. fi.
q l. inuito. 5. de seruit. urb. præd.
r per tex. not. hic.
s §. ante hæredis inst. legatis.
t d. l. si quis ita.
v d. l. 1. in prin.
x l. fi. de testib.
y l. cor ani. 209. l si de verb. sig.
z l. 1. §. si hæres. & l. restituta. 37. ad Treb. l. si necẽ. 4. §. si extraneus de bonis libert.
a d. l. dictantib.
a Nonell. de tabell. §. illud. & §. seq. Fab. hic Bal. l. contract. 17. C. de fi. inst.
b In l. 1. de bon. poss. sedm tab.
c l. librorum. 52. de leg. 3
d Virgilius hic.
e In l. si duas. 6. §. si verò ff de excusat. tut.
f l chartæ 3. de bo. pos. secundum tab. g Bar. l. quoties. §. 1. de hær. instit. eod. h l. qui indignum. 15. C. hoc tit. i l. hac consultissima. 21. §. illud et, hoc tit.

§. Sed

§. Sed & vnum.

1 *Vnum testamentum pluribus exemplis scribi potest.*
2.3 *Codices hic sumi pro testamentaria scriptura: & de varia huius verbi acceptione.*
4 *Vt exempla testamenti probent, quæ sint nessaria.*
5 *Exemplis, si seruata sint in eis solennia, plena fides habetur.*

Sed & vnum testamentum *a* plurib. *b* codicib. *c* conficere quis potest, *d* secundum obtinentem tamen obseruationem omnib. fact s. φ interdum ēt necessarium est: veluti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias *e* innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent.

a Plurib. codicib.] Id est, scripturis testamentarijs, vel exemplis. a 1 *sicq; plurib. exemplis pōt alicuius testm̄ scribi, & ipsum tn̄ est idem, atq; vnum. Nam si diuersa est voluntas, posteriore prima rūpitur.* b *Eodem modo de ijsdem legatis & fideicommissis plures codicilli fieri possunt: licet hoc amplius sit in ipsis, quod etiam plures esse possunt diuersam habentes voluntatem, quod in testamentis* c *non est.*

b Codicib.] 2 Obserua, Codices hic pro testamentaria scriptura sumi: in qua significatione [Codex] ēt apud Iuuenalē accipitur, in hoc carmine: [Nam codice sæuo Hæredes vetat esse suos, &c.] Alias varia est huius verbi acceptio: nā et publicæ tabulæ Codices d *dicuntur: & scriptura testamētaria.* e *[Codices] item appellat Leo imp.* f *tabulas continentes notitiam dignitatum & administrationū ciuilium vel militarium & mandatorum principalium, & promotionū, & consuetudinum, φ & Marianus docet. 3. Erāt & [Codices] argentariorū scripturæ, quib. rōnes eorum* g *continerentur, itemq; Numulariorum. Sed & constitutionum Imperatoriarum volumina [Codices] appellati sunt: quorum ante Iustinianum tres erāt, Gregorianus, Hermogenianus & Theodosianus, vt alibi* h *Iustinianus commemorat.*

c Conficere quis potest.] Nempe vt vno amisso, ex alio voluntas conseruetur.

d Secundum obtin.] Id est, iuxta debitam & a iure ciuili requisitam solennitatem, 4 vt. s. in his oīa solenniter scripta fuer. ut & obsignata, & non minus solennia sint exempla, q̄ est ipsum archetypum: alioqui si nuda erunt exempla, nihil probabunt. i *5 Et tali casu, quando plurib. codicib. scripta est alicuius suprema voluntas,* l *putandum non est, quib. magis credendendum: quia cum quodq; exemplum prototypon sit, seu originale, sequitur quoduis absque alia authenticatione plene probare.* K

e Innumerabiles cās.] Potest. n. si vnum tantum testamenti exemplum sit, facile ab hæredib. legitimis supprimi, aut occultari. l *Potest item incendio, incursu hostium, & alijs casib. intercidere: & chartis ēt mures insidiantur.*

a l. vnum. ff. eod.
b §. sed etsi quis. inf. quib. mod. testa. infir.
c §. fi. inf. de codicil.
d l. 3. §. j. de tab. exib. l. lib. orā 52 de leg 3.
e Vt hic.
f l. 3. C de agen. in reb. lib. 12.
g l. quædam 9 §. pe. ff. de eden.
h l. 1. C. de no. C. fac. & l j C. de Iusti. C. c fir.
i Gl. hic, verb. imminent.
K Fab. hic glo. in d. l. vnum.
l arg. l. antepen. § vlt. quemad. testa ape.
m Gl j. §. vlt. de bon. pos. secundum tab.

§ Sed hæc quidem.

1 *Testamentum nuncupatiuum hodie in vsu esse.*
2 *Testamentum nuncupatiuum esse iuris ciuilis.*
3.4 *Et vnde sit dictum: quidq; sit nuncupare.*
5 *Nuncupatiuum in quo differat a testamento scripto.*
6 *Quomodo hodie nuncupatiuo vtantur.*

Sed hæc quidem de testamentis, quę scriptis conficiuntur, sufficiunt. *a* Siquis aūt sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum, septem testib. *b* adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili, firmumque constitutum.

a Siquis aūt sine script.] 1 Hoc §. Imperator de testamento sine scriptis, siue de non scripto agit, quo hodie vulgo vtimur. licet non oīno ex veteri forma. 2 Et hoc testamentum prorsus ciuile esse, nec quicq̄ de iure Prætorio participare, Viglius admonet: quomodo. n. Prætor id nosset, qui signa testium semper requirit a? 3 [Nuncupatiuum] aūt [testamentum] sic dicitur, quia in eo nulla scriptura opus est, sed per nuncupationem istic oīa, & viua testatoris uoce ordinari possunt. b *Est aūt [nuncupare] voluntatem suam declarare, hæredemq; palam coram testib. exprimere, ac nominare. Nec sufficit, si per aliū nominatur heres, ac deinde a testatore simpliciter* c *adprobetur, cū forma ad amussim obseruari* d *debeat. 4 Alciatus* e *in Parergis [Nuncupatiuum testamentum] inde dici putat, φ nuncupare sit noīa capere: [unde quia proprijs] (inquit) nominib. testes accipiebatur, videtur dictum id testamentum, non. n. alia solennitate opus erat.] 5 Porro in eo potissimum differt hoc nuncupatorium a testamento scripto: quod in hoc testator cælare potest suam voluntatem: in illo reuelare* f *cogitur. Hodie tamen & in scripto, sine solenni testamento cælari nomen hæredis potest, ut * supra quoq; annotauimus. Alia aūt requisita omnia, quæ in solenni testamento desiderantur, & in hoc Nuncupatiuo interuenire dēnt, excepta sola subscriptione & obsignatione testium. 6 Proinde olim mos erat, coram septem idoneis testib. rogato adhibitis, nuncupare voluntatem: deinde ijdem ab hærede (mortuo testatore) apud iudicem sistebantur, vbi defuncti supremum iudicium exponebant. Hodie vero nuncupatio in scripturam, ēt redigi fere semper a Notarijs solet: quo facto*

a Theoph. hic.
b l. hac consultissima, §. per nūcupatio. C. eo. tit. de testa.
c Bar. d. in l. Liberius. 29. C. h. titu.
d l. qui per salutem. 33. de here. inst.
e lib. 2. Parergi c. 32.
f l. hæredes palā. ff hoc ti.
* § sed cum paulatim. nu. 12. supra eud.

etiam si

etiamsi deinde vel decedant, testes, uel alias reddãtur inhabiles, nihil officit. Nuncupatam.n. voluntatẽ iudici declarare non debebunt, cum tabellionis publicum instrumentum satis eam [g] probet. Neq; ideo tamen desinit hoc testamẽtum nuncupatiuum esse: quoniam non ad substantiam, sed ad maiorem actus comprobationem, ac perpetuam rei memoriam, scriptura [h] pertinet.

b Adhibitis.] Et rogatis; nam & nuncupatiuo testamento rogati esse [i] debent testes: vt jam dixi.

g l.in donationibus.31.C.de donatio. Bart. & Dd.in l.2.quẽ ad test. aper.& & il.fi. C.de fideicommiss.

h arg.l.contrahitur.4.de pign.

i l.heredes. §. in testamento. ff. hoc tit.

DE MILITARI TESTAMENTO. TIT. XI.

In Rubricam.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Militandi uocabulum late patere, uariaque militia esse genera.*
3 *De armatæ tantum militiæ militibus hunc titulum loqui.*
4 *An priuilegia militum cessent hodie?*
5.7 *Veterem ritum circa milites, non multum esse immutatum hodie.*
6 *Varios olim numeros fuisse militum.*
8.9 *Huius tituli utilitas.*
10 *Testamentum militare secundum ius gentium censetur.*

Superiori titulo 1 de communi testamentorum ordinatione tractatum est, quo pagani. i. non militãtes utuntur: unde & [testamentum Paganicum] dicitur. Sed quia in militib. propria fere & singularia iura seruantur, hunc singularem obseruationem hoc loci Imperator subycere uoluit: atq; ideo de Militari testamento] hunc titulum inscripsit. 2 Quanquam aũt [militandi] uerbum latissime patet, [a] quia & aduocati & Doctores, militare dicuntur, quę est militia literaria: est item quædam & in Ecclesiastica dignitate militia, quam cælestem uocant. Meminit & Imperator militiæ scriniarum, [b] & militiæ scholasticę, [c] idq; παταφραστῶς. 3 Attamẽ de his solum militib. præsenti tractatu agitur, qui proprie sunt milites, nempe qui in expeditione degunt, & aduersus publicum hostem certamen sustinent, quos [milites armatæ militia] dicimus. Quæ aũt olim fuerint solennia, ut quis militis nomen meruerit, Accursius [d] & Speculator [e] satis declarant. 4 Cæterum putant nonnulli, [f] ob ueterem militis legendi recipiendiq; ritum prope nostris morib. [g] abolitum, nullum hodie usum esse huius tituli, & priuilegia Romanis olim militib. cõcessa, in nostris temporis militib. cessare, cum non ueteri ritu militiæ aggregentur. Alii [h] uero communiori sniã et nostros milites priuilegia militaria habere censent, nouamq; obseruationem sufficere, si modo militiam exerceant: idq; recepta dudum Germaniæ nostræ consuetudo probat. 5 Addit Viglius, nec ueterem solennitatem multum immutatam esse. Duo.n. olim præcipue obseruabantur, uidelicet, ut in numeros [i] referrentur (quod posteriores dixerunt inscribere matriculæ) & ut sacramentum [k] præstarent, cuius formula apud Vegetium [l] extat. Vtrunq; usus retinet. Scribuntur.n. in matriculis militum nomina, siue (ut tunc loquuntur) in mortalis. 6 Numeri aũt erant ulim uarii. Diuidebantur namq; milites per contubernia, centurias, cohortes, manipulos, turmas, alas, legiones. [m] 7 Nunc eadem fere res manet, licet mutata sint uocabula. Et iusiurandum nostri milites præstant, si non sigillatim, saltem simul: eodemq; modo, & olim quandoq; simul coniurabant. quandoq; singuli sacramento obstringebantur, secundum diuersa militiæ genera, quæ Budæus [n] etiam ex Seruio annotauit. Cætera, quæ requirit Accursius, s. ut milites ense accingantur, stigmatis & punctis notentur: item ut examinẽtur, nec incumbant negotiationi, non penitus de sunt necessariæ, nec de forma, [o] nempe ut alicuius omissio uitiet actum 8 Habent ergo & nostri milites militariter testandi priuilegium, dum in castris uersantur, sicq; non est inutilis huius tituli cognitio. 9 Viglius etiam alias eius utilitates refert. Primo, quid in militia specialiter constituitur, in Paganorum, iu est, non militantium testamẽto contra esse ex eo ipso singulari iure intelligimus. [p] Deinde quæ militib. conceduntur, eadem fere obtinent, ubi causæ pietas uoluntati suffragatur. Denique apud eas gentes, quæ iuris ciuilis obseruatione non tenentur, si nulla propria lex extat, ius illud militaris testamenti obtinere uolunt: [q] 10 cum secundum Ius gentium constitutum sit, quod ubiq; preualere debet, si nulla ciuilis & propria lex repugnat. Vnde consequitur, [militare testamentum] aliquando [speciale] esse, nempe respectu priuilegii, & paganorum: aliquando [generale,] quando scilicet Ius gentium consideramus, secundum quod ipsum censetur.

a l.aduo. 2. C.de aduoc. diuer. iudi.

b l.in sacris scriniis. 2.in fi.C. de proxi.sacr. scrin. lib. 12.

c l.hac lege.C.de priuile. schol. lib. 12.

d l. pe. ex quib. cau.maio.

e ti.de proc.§ j. ver.itemquod est miles.

f gl.in Nouel.de mand prin.§. fi.Alex.l.cent. 15.num.20.de vulg'ar.

g gl. hic & in d. l.penul.

h Modẽ.hic.Bal. in l.j. C.q bo. ced.pos.per e. translato . de consti. Old.de iure sing.ti.de priuil.milit.

i l.ex eo.42.hoc titu.

k l.ex militari.ti eod. tit.

l lib. 2.de re mil. c. 5.

m l.2.de his qui no.infamia.

n In l.j§.j. deposit.

o Idem Viglius hic.

p l.ius singulare 17. de ll. facit argumentum a speciali.

q Bart.in l.neq; enim 13.hoc tit. & l. 2. de cond. inde.

Princip.tit.

1.4 *Imperitia militum an sit causa militaris testamenti.*
2 *Quæ sit finalis causa huius priuilegii.*
3 *Inter armorum strepitum silent leges.*
5 *Cur mulieribus postulandi ius olim interdictum fuerit, causa finalis.*

Qui

6 Qui principes militare testamentum induxerint.
7 Traiani Imperatoris constitutio de testamento militari.
8 A Traiani constitutione omnia militaris testamenti priuilegia pendere.
9 Quæ solemnitates remittantur militibus in testamento.

Supradicta diligens obseruatio in ordinandis testamentis, militib. *a* propter nimiam imperitiã eorum, *b* cõstitutionib. principalib. remissa est. Nam quamuis ij neq; legitimum numerum testiũ adhibuerint, neq; aliam testamentorũ solennitatem obseruauerint: rectè nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionib. occupati sunt, quod meritò *c* nostra constitutio introduxit. Quo quo enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

a *Propter nimiam imperitiam*] 1 *Videtur Iustinianus hic velle, quod cã militaris priuilegij circa testamenta sit ipsorum militum imperitia: quia hi potius arma. & militarem disciplinam, quàm leges scire teneantur.* a *Sed hæc non fuit finalis causa huius priuilegij. Sequeretur.n. quod si peritus iuris militaret (vt sub Cæsare Trebatius, sub Traiano Iulius Frontinus) hoc militari beneficio vti non posset, quod absurdum est. Sed & idem in rusticis,* b *mulierib.* c *& minorib.* d *extra castra locum haberet: quia cum alijs quoq; iura humanius agere solent circa legatum ignorantiam. Præterea & tum subueniendum esset militib. cũ in hybernis agerent, aut non amplius essent in expeditione: quod tamen falsum est.* 2 *Quare Detius* e *ob publicam vtilitatem, quia se morti exponunt, tributum id militib. prodidit, quod & præsens textus satis euincit his verbis: [Cum in expeditionib. occupati sunt.] Finalis ergò huius priuilegij cã ex iusta armorum occupatione procedit, vt etiamsi alioqui sciat quis solennia iuris, tamẽ occupatio militiæ excuset.* 3 *Hocq; est, quod vulgo dicitur, [Inter armorum strepitum silere leges.]* f 4 *Quod aũt hoc illis ob imperitiam indultum esse leges quandoq; dicunt,* g *hoc de causa impulsiua accipiendum est, quæ adiumentum saltem attulit, mouitq; aliquo modo Imp. vt hoc singulare ius inducerent.* 5 *Sic Calphurniam edicto causam dedisse, Vlpianus* h *ait, nè deinceps mulieribus postulandi ius esset: cum tamen alia sit eius edicti finalis causa, videlicet ne contra pudicitiam sexui conuenientem, mulieres alienis & virilibus fungantur* i *officijs.*

b *Constitutionib. principalib.*] 6 *Meminit harum Vlpianus: [Militibus (inquiens) liberam testamenti factionem primum quidem D. Iulius Cæsar concessit: sed ea concessio temporalis erat: postea verò primus D. Titus dedit: post hos Domitianus: & postea D. Nerua plenissimam indulgentiam in milites contulit: eamq; & Traianus secutus est, & exinde mandatis inseri cœpit caput tale.* 7 *Cum in notitiam meam perlatum sit, subinde testamenta a commilitonibus relicta proferri, quæ possint in controuersiam deduci, si ad diligentiam legum & obseruantiam reuocentur; secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosq; commilitones, simplicitati illorum consulendum esse existimaui, vt quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamentum quoquo modo velint, faciant quo modo poterunt, sufficiatq; ad bonorum suorum diuisionem faciendam nuda voluntas testatoris.]* 8 *Hanc Traiani Imperatoris constitutionem adscribere volui, quoniam ea ob id semper tenenda est, quod illi omnia militum circa testamenta priuilegia innitantur, quorum plurimas species Bartolus* k *& alij* l *diligenter in vnum congerunt, eas paucis referre placat.* 9 *Militibus ergo circa vltimam voluntatem multæ solennitates remittuntur. Primò, in forma testandi non ligantur numero septenario testium. Secundò etiam non rogati testes admittuntur. Tertio, si miles filium sciens prætereat, valet nihilominus testamentum.* m *Quarto, quomodocunq; scribant, in charta, aut inclypeo, vel in vagina, adeoq; in puluere, valebunt testationes* n *mentis suæ. Quinto agnatione sui hæredis non rumpitur* o *testamentum. Sexto, in codicillis quoq; potest hæredem instituere.* p *Septimo, testamenta militum facilius, quàm aliorum, & irritantur & confirmantur, inspecta volũtate eorum* q *Octauò, militi permittitur filio facere testamentũ, quamuis sibi non fecerit, aut si factum nemo adiuerit.* r *Nono, potest miles plura testamenta facere, & siue simul fecerit, siue separatim, vtiq; valebunt.* s *Decimò, capite damnatus ex militari delicto rectè testm̃ facit, super bonis duntaxat castrensib.* t *Vndecimò si miles incertus, an sui iuris sit, testatus fuerit, in ea cõditione est testm̃ eius, vt valeat.* u *Duodecimo, surdus & mutus miles testari potest.* x *Decimotertio, deportati, & ferè omnes, qui iure ciuili testamẽti factionem non habent, a milites institui possunt.* y *Decimoquarto, tametsi iure communi liceat actionis gratia donare,* z *milites tamen possunt aliquid relinquere mulieri, in quam turpis suspicio cadere* a *potest. Decimoquinto, miles potest mori partim testatus, partim* b *intestatus. Decimosextò, possunt milites etiam his, qui extranei hæredes eis extiterint, substituere, in his duntaxat, quæ sunt ex eorum testamento* c *consecuti. Decimoseptimò, miles exhæredato quoq; & emancipato filio substituere, potest, in his scilicet quæ ab ipso ad eum, cui substituerit, peruenerunt.* d *Decimooctauò, uerba obiter propter aliud prolata, possunt in militis testamento disponendi vim habere: vt sunt ista: [Fortunato liberto meo, do lego.* e *Decimonono & ultimò, miles potest hæredem grauare legatis ultra dodrantem, ut nihil detrahat per legem Falcidiam.* f

Nostra

a l.fin.C.de iur. deli.
b l.2.§.j.si quis I ius vocatus nõ ierit.l.fi. C.de test.
c l.error.8.de iuris & fac.igno.
d Tit.de rest.mino. ff & Cod.
e In l. quanq. 3. C. de mil. test.
f Facit hoc quod de Caio Mario Vale.Max.lib. 5. c. 2. recitat
g Vt hic & l.1.ff. e.& l.fi. C. eo.
h l.j.§ 2.loco.de postul.
i l.2.ibi. Dec.de reg.iur.
k In l.neq; enim 15.in prin. de mil test.
l Bal.in l.milites 15.C.e.Ias.hic ad Porc. Ang. & Platea in §. sed etsi q.in.s. e. Old.de iure sing.ti.de pri. mil.milit.
m l.qui iure 7.§. militer codicillis.36.§ miles h supremis hoc ti.l. sicut certi. 9.& l.seq.C.e.
n l.milites in expeditione 15. C.eod.tit.
o l.idemque erit 9.eod.tit.ff.
p d.l.militesrodicillis.in prin.
q l.in fraudẽ 15.§ s.h.tit.& d.l.milites codicillis. §. veteranis.
r l.miles ita here dem 41.in fi.ti.
s l. q.ebatur 19. in princ.e.tit.
t l.ex militari. 11 in princ.eo.tit.
u d.l.ex militari. in prin.eo.tit.
x l.inter mil.æ.co.
y l. neq; enim 13 §.1.eo. ti.
z l.affectionis 5. de donat.
a l.miles ita 41.§ mulier.h.e.&l. mulierẽ 14.de his quæ vt ind.
b d.l.miles ita.in prin. & l. certi iuris 8.C.eod. c. l.miles ẽt 5. hoc ti.l. centurio.de vulg.& pupil.

d l.miles ita 41.§. exhær. e l ex his omnib.C.h.t. f l.si certarum 17.§.vlt.& l.seq.d.t. & l.in test.7.C.ad .Fal.

e *Nostra constitutio] Quæ lib. 6. Cog. g tit. 21. extat, huc q; referri potest. Extat & alia* h *einsdem Imp. Constitutio in eandem sententiam, cuiuis obuia.*

§. Illis autem temporibus.

1 *Cessante occupatione bellica, cessat priuilegium testamenti militaris.*
2 *Milites stationarij & limitanei non possunt militariter testari: & qui sunt illi.*
3 *Regula, cessante causa cessare effectum, explicatur.*
4.5 *Finalis causa quæ sit, & quæ impulsiua.*
6 *Causa in dubio impulsiua præsumitur.*
7 *Filiusfam. potest in castris iure militari testari.*
8 *Pagani qui dicantur & pagus quid sit.*

Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem, in alijs locis, uel suis *a* ædibus degunt, minimè ad uendicandum tale priuilegium *b* adiuuantur *c* Sed testari quidem, etsi filijfamiliarum sint, propter militiam conceduntur: *d* iure tamen communi, eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis *e* paganorum proximè exposuimus.

Quum olim ex principum a *indulgentia milites, quocunque in loco agerent, militari iure testari possunt: id postea restrinxit Iustinianus,* b *eam ad expeditionum ac occupationis bellicæ tempora coarctās: hocq; temperamento accipiendum est, quòd paulo ante* c *dixit sua constitutione militaris testamenti beneficium esse introductum.*

a *Aedibus] alij legunt [in suis sedibus,] quod & Theophi. sequi uidetur. Latini statiua uocant, & hyberna, in quibus milites hyeme degere, feriarique solent.*

b *Adiuuantur]* 1 *Cum enim istius priuilegij ratio supra* d *tradita (nempe occupatio bellica) tum cesset, & ipsum priuilegium cessare consentaneum* e *est.* 2 *Ergo nec [militis Stationarij,]* f *qui ad prouinciæ quietē alunt, nec [limitanei,]* g *q in locis hostiū finitimis ad repētinos ipsorum incursus intenti sunt, nec* h *equites, q stipēdio publico, et in pace, apud hos alunt, hoc interea priuilegio fruentur, cū & tū belli cesset necessitas.* 3 *Vnde regulā collegit Accursius,* i *[Cessante causa, cessare effectū: quod de causa, quā vulgò finalēm dicunt, acceptum, uerum est.* k 4 *Eā Accursius intelligit, sine qua res esse nō potest. Illud aūt limitationem recipit. Nam si duæ causæ finales fuerint, quarum vtralibet effectui pariundo sufficit, una tñ sublata, quæ remanet, effectum conseruabit.* l *Quod si neutra sit eius potentiæ, ut uel sola seorsimque producere possit effectū, mox quàm sustuleris vnam, etiamsi maneat altera, extinguetur* m *effectus.* 5 *Alia verò causa, quæ præcursionem quandam adhibet ad efficiendum, & quo'dam adfert per se adiumentum, etsi non necessarium, [impulsiua] dicitur: ex cuius remotione non remoueri effectū, cōiter traditum est. Exemplum est in Calphurnia, quæ edicto causam dedisse scribitur:* n *item in Macedone* o *improbo feneratore, qui causa fuit senatusconsulti Macedoniani, a quo etiam nomē accepit.* 6 *Hincq; est, quod asserens, ex cessatione causæ dispositionē euerti, causam hanc vel illam fuisse finalem, probare* p *debeat: cum in dubio impulsiua esse præsumatur, quæ non tantum vim habet, vt dispositionem* q *tollat.*

c *Sed testari quidem] De castrensi peculio, aut quasi castrensi: de alijs enim bonis filiofamilias testari non licet, quod infra* r *suo loco exponet Imperator latius.*

d *Iure tamen communi] Scilicet, cum extra castra degunt, & expeditionibus desinunt occupari.* 7 *Nam in castris etiam filiusfa. iure militari testamentum facere potest, id est, citra solennitatem iuris communis, utcunque Porcius contrarium senserit.*

e *Paganorum] Id est, non militantium.* 8 *[Pagani]* s *enim propriè opponuntur militibus, ut togati sagis cinctisque. Venit autem appellatio a rusticis domi relictis ad turin culturam, & reliqua munera ciuilia: a pagis* t *denominati, ut sic dicerentur omnes, qui non militarent,* u *non modo rustici & agrestes, sed etiam ciues & urbani.* x *Pagus autem uilla est, uel vicus, dictus à Græco nomine πηγή, id est fons: quod illi qui in uno pago habitant, plerunque uno vtantur fonte.*

§. Planè.

1 *Emendata huius §. lectio.*
2 *Vt testamentum militare obtineat, prius de militis uoluntate constare debet.*
3 *Duo ad minus testes in testamento militari requiruntur.*

Planè de testamentis militū *a* diuus Traianus *b* Catilio Seuero ita rescripsit: Id priuilegium, quod militātibus datū est, ut quoq; modo facta ab his testamenta, rata sint, sic intelligi debet, ut utiq; prius *c* constare debeat, testamentum factū esse: quod & sine scriptura, & à nō militantibus

quoque

g l. pe. C. de test. milit.
h in l. vlt. C. de restit. mil. & l. vltim. C. qbus non obij. lon. temp. præscr.
a l. 1. ff. hoc tit.
b in l. pen. C. de test. milit.
c in §. pe. vers. quod merito. l. vlt. C. eod.
d in pric. huius t. nu. 2 l. fi. C. de test. mil.
e c. cum cessante de appell.
f l. Liminarchę. 4. ibi. Budæ. de seru. fugit.
g l. 2. §. p limitaneis. C. de off pf. pt. Afr.
h Vigli. hic.
i gl. verb. adiuuantur, hic.
k vt in nostro proposito hic.
l Exemplum est in §. affinitatis & ibi Ang. sup. de nupt.
m Exemplū sumere licet ex c. quoniā freq. §. porro. ad §. seq. relat. ut li te nō cōtesta. prout declar. Abbas in d. c. cum cessāte.
n in l. 1. §. 2. loco de postulādo.
o l. 1. ad S.C. Maced.
p Ang. hic. gl. l. 2. §. ult. & ibi Bar. de donat.
q gl. c. post trāslationē. de renūc. tex. c. ex parte. 2. de cō uersi. coniu.
r 1. quibus non est permissū facere testam. in princ.
s Vigil. hic.
t Zas. tract. subst. cap.
u l. 33. si filiusfa. §. secūdum 2. vers. sed si qui dē. l. 43. filiusf. ff. h. tit.
x De lib. & post. Alc. de uerb. sign. lib. 4.

quoq; fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, *d* conuocatis ad hoc hominib. vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet, quem vellet sibi hæredem esse, & cui, libertatem tribueret: pōt videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas eius rata habēda est. Cęterum si (vt plerunq; sermonib. fieri solet) dixit alicui: Ego te hæredem facio, aut bona mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec vllorum magis interest, quam ipsorum, quib. id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti: alioqui nō difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona cui visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterentur.

a Diuus Traianus] Hoc Traiani rescriptum ad verbum Florentinus a *recenset: φ vel ob id mente tenendum est, quia aliam eiusdem Traiani constitutionem* b *suprà a nobis relatam (à qua velut a fonte omnia testamenti militaris priuilegio descendere dixi) declarat*

b Catilio Seuero] 1 Vulgati codices habent [Statilio:] sed male. [Catilio]. n. legit textus Noricus, atq; ita legendū esse, Viglius c *ēt commonet, ad quem extat quoq; Plinij Iunioris, qui sub Traiano vixit, epistola non inelegans, laudes Titi Aristonis iureconsulti continens: Refert Bal.* d *hunc Catillium Seuerū fuisse Marci Imp. proauum maternum, quem vrbica præfectura spoliauit Adrianus, quod Pij adoptionem ægro animo tulisset, videreturque ipse affectare imperium.*

c Constare debeat, testamentum factum esse] 2 Hinc ergò discis priuilegia militantib. concessa, φ quoquo modo valent, quo modò possint, testari ipsis liceat, tū demum obtinere, qn̄ de ipsorū voluntate constat nempe φ verè testari voluerint. Et hoc Doctores e *generaliter in omni actu procedere tradunt φ semper is qui aliquid asserit, antea probare debeat hoc, cui illud innitur, & sine quo consistere nequit: quandoquidem rei qualitas frustra quæritur, nisi & ipsa res subsidere doceatur. Exempla ad hanc doctrinam multa congerunt interpretes* f *nec controuersiam aliquam patitur.*

d Conuocatis ad hoc hom.] Id est, testib, duob. ad minus. 3 nam & in militari testamento duos vel tres testes adhiberi debent, cum Ius gentium id exigant, secundum quod militum testamenta censeri vulgatum est, g

e Testes exist.] Hinc Sueto. in Domitiano, cap. 12. Confiscabantur, inquit, alienißimæ hæreditates, vel existente uno, qui diceret, audisse se ex defuncto, cum uiueret, hæredem sibi Cæsarem esse.

a In l. 24. diuus. ff. hoc ti.
b §. j. n. 6. hoc ti.
c atque ita restituenda est etiā d. l. diuus.
d Hic.
e Ioan. de Platea & alij hic. Bar. d. l. diuus.
f Arg. hic & d. l. diuus. & l. 4. §. condēnatū. de re iu. iuncta l. nō ign qui accus. non poss. cum simil.
g Bar. d. l. neque enim. de mil. test. dixi sup: ad Rub. hic.

§. Quinimo.

1 *Accursii intellectus ad hunc §.*
2 *Idemque reprobatus.*
3 *Iasonis intellectus ad hunc § uerus est.*
4 *Mutus & surdus ex accidenti, testamenti factionem impetrare potest.*

Quinimò *a* & mutus & surdus miles testamentum facere possunt.

a Mutus & surdus] 1 Accursius a *putat hūc §. loqui de muto & surdo simul a natura, quasi militari priuilegio ipsi testari concedatur, licet Iure communi testm̄ facere non possit.* b *Vnde sequeretur, Imperatorem non tm̄ circa solemnia testamenti, sed ēt circa testantis personam hoc militantib. beneficium indulsisse. 2 Sed hoc falsum esse, Faber &* c *Iason rectè censent: tum talis, cui nec audire nec loqui a natura concessum est, militiæ nomen dare non possit. Si. n. miles, cui hæc calamitas accidit, ob hanc causam dimitti* d *solet: quanto minus talis recipi à principio debet, cui a natura hæc uitia* e *adsunt? 3 Quare Iason Imperatorem hoc loci de illo tantum sentire existimat, qui sit mutus & surdus simul ex accidenti, neq; scribere sciat. Cum. n. milites per notas possint testamentum* f *facere, uidetur quod hoc casu uel nutu ēt, uel signis idem illi facere liceat. Atq; hic intellectus eo argumento adiuuatur, 4 quod casu muti & surdi effecti, & a Principe testamenti factionem impetrare possunt: ut id uideatur militantib. generaliter sine libello concedi, quod ipsis permittere supplicantib. Princeps* g *solebat. Et hanc ex Fulgosio opinionem* h *Angelus etiam refert atque approbat.*

Facere potest] idq; ēt iure militari, quod propriè est huius i *loci: & quidem indistinctè, non quibusdam casibus tantum, ut paganus: de quo* k *infra titulo proximo.*

a gl. 1. hic.
b l. 10. discretis. q testa. fac. poss.
c Hic ad Porc. Idem Vigl. & Cantiunc. tradunt.
d arg. l. 4. iure militi. hoc titu.
e arg. l. patre furioso. de his q sunt sui vel alieni iuris.
f l. 40. Lucius. eodem titu.
g l. si mutus. de test.
h in §. item surdus. inf. titu. prox. sequen.
i l. 4. ff. hoc titu.
k §. item surd.

§. Sed hactenus.

1 *Hunc §. de omnibus militibus loqui.*
2 *Priuilegium militariter testandi finitur post missionem ex militia.*
3 *Testamentum militare ualet intra annum a missione: fallit, ut nu. 5. & 6.*
4 *Quod de causaria missione accipiendum est.*
7 *In testamento militari, conditionis euentus retrotrahitur ad ips declaratæ uoluntatis.*

Sed hactenus *a* hoc illis a Principalib. constitutionib. conceditur, quatenus militãt, & in castris degunt, Post *b* missionem verò veterani. vel extra castra alij, si faciunt adhuc militantes testamentum cõi *c* omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et q in castris fecerint testamentum, *d* non communi iure, sed *e* quo modo voluerint: *f* post missionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum tantum quis decesserit, conditio autem hæredi adscripta, post annum extiterit: an quasi militis testamentum valeat? Et placet *g* valere quasi militis.

a *Hoc illis*] 1 *Quibuscunq; milib. est. n. hic. §. ad omnes milites generaliter referendus a q. s. tum demum militari iure testari possunt, quando in expeditione bellica sunt.*

b *Missionem*] *nempe honestam, non ignominię causa factam.*

c *Omnium*] *Id est, obseruatis solennitatibus a iure ciuili ad ordinanda testamenta præscriptis, 2 & sic nota, post missionem & absolutionem à militia istud priuillegium militariter testandi finiri. quæ additio excusat Imperatorem a superfluitate, quæ alias ipsi impingi b posset.*

d *Non communi iure*] *nam ita factum semper valet, quamdiu non mutatur.*

e *Quo modo voluerint*] *Id est, citra solennitatem iuris communis.*

f *Post missionem*] *Hinc annotandum, testamentum in castris iure militari factum, non tñ valere, qñ in expeditione decedit miles, sed etsi intra annum a missione moriatur extra c militiam; post annum verò elapsum desinit valere. 4 Loquitur aũt textus, vt iam dixi, de honesta & causaria missione, non ignominiosa: vt similes ob promeritæ ętatis d finium, aut, propter infirmam valetudinem, vel aliam consimilem causam dimissus e sit. 5 Porrò illud beneficium, quod militare testamentũ intra annum post missionem valeat, illis tm̃ indultum esse Aphricanus f ait, qui mitti solent a militia, non etiam his, qui desinunt militare sine missione, i. acceptis successorib. vt sunt perfecti & tribuni militum. 6 Sed nec ad illos hoc priuilegium pertinet, qui non sunt milites, in procinctu tamen versantur; Licet. n. hi ob imminens mortis periculum testari militari iure possint, & suprema ipsorum iudicia rata haberi g debeant: ab huius tamen anni priuilegio excluduntur.*

g *Valere quasi militis*] *Et ratio est quoniam in testamentis euentus conditionis adpositę retrotrahitur ad tempus declaratæ voluntatis: & ideo hæres conditionaliter institutus perinde habetur, ac si purè institutus statim post militis mortem h adijsset.*

a contra Accurs. hic per l. 21. q constitutum. & l. 38. q dicitur vnde hic §. est desumpt. hoc titu.
b Propter. §. illis autem. sup. eo.
c d. l. q dicitur.
d l. 2. C. de his qui non imp. stip. lib. 10.
e l. 1. § ignominiæ, de his qui not. inf.
f d. l. q constitutum. hoc gl. facit l. 20. tribunus. eod.
g l. 1. de bo. poss. ex test. milit.
h Vide sùra hic in gl. verbi valere.

§. Sed & si quis.

1 *Testamentum à pagano ritè factum, per sequentem militiam confirmatur.*
2 *Si tamen noue voluntatis extent argumenta.*
3 *Discussus §. testamentum. in l. in fraudem. de mil. testam.*
4 *Per additionem uel detractionem adprobare dicimur.*
5 *Capitis diminutio non infirmat militare testamentum.*

Sed & si quis ante militiam *a* non iure *b* fecit testamentum, *c* & miles factus, & in expeditione degens resignauit illud, & quædã adiecit, siue detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est, valere hoc testamentum, quasi ex noua militis voluntate. Deniq; *d* etsi in arrogationẽ datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est: *e* testamentum eius quasi ex noua militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione *f* irritum fieri.

a *Ante militiam*] *Cum. s. adhuc esset paganus & nondum militiæ nomen dedisset, nec in numeros esset relatus.*

b *Non iure*] *Quia deficiebant forte aliqua solennitates, in paganico testamento necessariæ.*

c *Valere*] *Scilicet iure militari, non vt in paganicum. 1 Et sic obserua testamentum a pagano non ritè & citra solennium obseruationem factũ, per sequentem militiam confirmari, non quidem ipso iure, i. sine alio hominis adminiculo: 2 sed ita demum, si noua voluntatis extent argumenta: vtputa q tabulas inciderit, & legerit testm̃, ac rursus suo signo signauerit. a Item si quid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emendauerit, aut simile quid fecerit, vnde colligi noua ipsius voluntas possit, b nam omninò noua aliqua declaratione huius nouæ voluntatis opus est. 3 Sed nonne obstat D. Pij c rescriptum, in quo testm̃ ante militiam factum valere ostendit ob id tm̃, quia contraria non apparet voluntas? Doctores communiter respondent, hoc speciale esse in milite non militante, & ante militiam testante: q tñ reprehendit Viglius, cum, qui non est in numeris, miles vtiq; non sit, & vbi incipit quis esse miles, ibi & militia intelligatur. Quare ipse ad uerba interposita d aduertendum monet. Nam ex istis uerbis textus (Si militis subiuncta voluntas contraria non sit) satis adparet, aliquam subiunctam fuisse voluntatem: vt idem sit, q in § nostro. Etenim si alius esset sensus, verti verba debuissent sic: (Si contraria voluntas non sit subsecuta.) Hoc et mihi probatur. 4 Ex prædictis disce, q sicut per sigilli adpositionem inducitur adprobatio e actus ita per additionem vel detractionem censemur aliqui confirmare. Hinc dixit Baldus, f eum, qui consilio ab altero composito aliquid adijcit seu detrahit, intelli in reliquis adprobare.*

a d. l. tribunus. §. cum aliquis hoc tit.
b d. §. cũ aliquis & l. idemq; l. Titius. l. quod dicitur in fin. hoc tit.
c l. 15. in fraudẽ. §. test. hoc tit.
d In d. § testam.
e Porc. hic.
f In d. l. tribunus §. 1.

d Etsi

d *Et si in arrogationem] Hic locus ex Martiano* g *& Tertylliano descriptus videtur. Sic.n. Martianus ait: [Miles filiusfa. si capite minutus fuerit, vel emancipatus, vel in adoptionem datus a patre suo, testamentum eius valet, quasi ex noua voluntate.] Subiungit Tertyllianus: [Idem est, etsi paterfa. miles de castensibus rebus duntaxat testatus, arrogandum se dederit. Si vero missus iam hoc fecerit, non valet testamentum.*

e *Testamentum eius] Scilicet ante factum.*

f *Irritum fieri]* 5 *Et rectè: Capitis.n.deminutio, iuris ciuilis commentum, tabulas militis non potest infirmare, cum militare testamentum, quod iuris ciuilis obseruationi non subest, sed secundum ius gentium,* h *censetur, confecerit. Vnde colligis, quod nec arrogatio militis, nec emancipatio filijfa. rescindere testamenta, iure militari prius confecta, valeat.* i

g In l. miles filiusfa. & l. seq. hoc tit.
h Bart. l. neq. n. hoc tit.
i fac. l. j. sed si filiusf. hoc tit.

§. Sceindum.

1 *Filiusfa. de castrensi & quasi castrensi peculio testari potest.*
2 *Olim non omnibus filijsf. de peculio castrensi vel quasi, testari permittebatur.*
3 *Filiusfa. duplex priuilegium habet, in castrensi & quasi castrensi peculio.*
4 *Olim poterat filiusfa. præterire patrem: hodie secus.*
5 *Contra testamentum filijfa. militari iure factum, non dari querelam inofficiosi.*

Siendum tamen est, q̃ cum *a* ad exemplum castrensis peculij, tam *b* anteriores leges, quam *c* principales constitutiones, quibusdã quasi castrensia dederant peculia, *d* & eorum quibusdã permissum fuerat ẽt in ptãte de gentib. testari: *e* nostra id constitutio latius extendens, permiserit omnib. in huiusmodi peculijs testari quidem, sed iure communi Cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

a *Ad exemplum castrensis peculij] Filiumfa. duplex habere peculium, castrense, & quasi castrense alibi* a *diximus: in vtroq; & proprietas & vsusfructus penes ipsum est, nec quicquã ad patrem pertinet.* 1 *De castrensib. bonis filiumfa. testari posse* b *audiuimus: in castris quidem priuilegio militari: extra militiam verò obseruata iuris communis solennitate. Hoc idem Imperator præsenti loco ad bona quasi castrẽsia producit, ut & de illis filiosa. testari licitum sit, saltem secundum iuris communis dispositionem, adhibitis omnibus solennibus.*

b *Anteriores leges] Pandectas haud dubio intelligit. Extant aũt duo tantum Vlpiani responsa in Pandectis,* c *quæ quasi castrensis peculij mentionem faciant, hic ad marginem adscripta.*

c *Principales const.] Extant adhuc duæ in codice ea de re constitutiones, nempe Honorij,* d *& Theodosii Impp. ad Eustachium præfect. prætorio, lib. 1. Cod. tit. 52. & lib. 2. tit. 7.*

d *Et horum quibusdam]* 2 *Et sic eo iure non omnib. filijsfa. sed quibusdam tantum testari permissum erat, veluti* e *proconsulib. & præfectis legionum, præsidib. prouinciarum, & omnib. publica dignitate præditis: at non patronis causarum, nec magistris studiorum, nec medicis, nec alij omnino salaria publica percipientibus.*

e *Nostra id constitutio]* 3 *Extat hæc Iustiniani* f *constitutio lib. 3. Cod. ti. 28. & duplex priuilegiũ continet, q̃ filiof. in castrensi & quasi castrensi peculio conceditur. Primum, q̃ de eo testamentũ facere possit: alterum quod* g *eius testamentum non subiaceat querelæ inofficiosi etiamsi patrem prætereat.* 4 *Sed hoc posterius hodie per Nouellam* h *constitutionem correctũ est, qua expresse disponitur, [liberos in his reb. in quib. testandi habenti potestatem, non posse sine legitima cã parentes præterire, vel exhæredes scribere,] q̃ necessario de filijsf. itemq; de castrensib. vel quasi castrensib. bonis accipi debet,* i *cum aliter filijsf. testamentum per [inofficiosi] querelam expugnari poterit, qua institutio tota rescinditur, saluis hodie legatis.* k *Alij tamen [condictionem ex lege] ipsis competere malunt, qua à scriptis hæredib. sola legitima auferetur. Et prædicta vera sunt, quando filiusf. extra militiam iure communi testamẽtum fecit.* 5 *Quid aũt, si in castris iure militari testatus est, parentesq; preterijt, an tum quo testamentum eius impugnari poterit? Et* l *pleriq; aiunt. Alij* m *contra, non rescindi testamentum per querelam putant, quib. accedo: quia cum Nouella constitutio nihil de hoc expressè dicat, ratio interpretationis sanè suadet, vt & de veteri iure & militum priuilegijs quàm minimum detrahamus.*

a Sup. per quas pso. nobis acq. in prin.
b §. illis autem. sup. eod.
c l. j §. hoc aũt ad Treb. & l. 1. §. nec castrense de collatio.
d l. velut. C. de assess.
e Bald. hic.
f l fi. C. de inoff. test.
g d. l. fi. §. in his.
h in Non. vt cũ de app. cog. §. & hæc. quidẽ.
i Alex. in Auth. ex causa. C. de lib. prete.
k d. Aut. ex causa ibi. Alex.
l Ang. in §. illis autem sup. eo.
m Bar. d. l. fi. Ias. in l. sicut. C. hoc tit. Ioa. de P.atea in d. §. illis autem. & ibi Vigl. post Rau. hoc late prosequitur.

QVIB. NON ETS PERMIS. FAC. TEST. TIT. XII.

1 *Defensa huius tituli collatio.*

Cognita] testamentorum ordinatione, consequenter de personis, quæ factionem eorum habent, videndum est. 1 *Et quanquam nonnulli præposterum hunc esse ordinem dicant, cum ratio exigat, vt semper a personis* a *incipiamus, est tamen hoc leniusculum, nec quicquam ferè consistet, si ad tam exactam me-*

a 4. si queramus. de testamen.

thodum omnia expendere velimus. Sanè videtur Imperator ad iustum docendi ordinem respexisse, quasi iuuentus longè facilius hanc vltimarum voluntatum materiam cognitura esset, si primo, quid esse testamentum, eiusque ordinandi vim perciperet: deinde quibus permissum sit illud facere.

Princip. tit.

1 *Regulariter omnibus testamentum facere licet.*
2 *Filiusfusfa. testari non potest, neque codicillari: donare tamen mortis causa patre consentiente potest.*
3.4 *Et quæ sit diuersi iuris ratio, variate Dd.*
5 *De bonis castrensibus, & quasi, filiusf. testari iure potest.*
6 *Quid de bonis aduentitijs?*
7 *Restitutus §. 1 in Nouell. vt liceat mat. & auiæ.*
8 *Explicatio §. filijs autem. in l. vlt. C. de bon. quæ lib.*
9 *Filiusfa de aduentitijs & profectitijs ad pias causas testari non vetatur.*
10 *Filiofa. in bonis castrensibus & quasi, intestato morienti, quomodo succedatur.*
11 *Multiplex castrensis peculij priuilegium.*
12 *Filijfa. testamentum per emancipationem non confirmatur.*

Non tamen oīb. licet facere testamentū. statim. n. ij, qui *a* alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius *b* non habent: adeò quidem, vt quamuis parentes eis permiserint, nihilo magis iure *c* testari possint: *d* exceptis ijs quos antea enumerauimus, & præcipue militib. qui in ptāte parentum sunt, quib. de eo, ꝙ in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionib. Principum testamentum facere. Quod quidem ius ab initio tantum militantib. datum est, tam ex autoritate diui Augusti quàm Neruæ, nec non optimi imperatoris Traiani: postea vero subscriptione D. Hadriani, etiam dimissis a militia, i. veteranis concessum est. Itaq; si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem relinquerunt. *e* Si uerò intestati decesserint, nullis liberis vel fratrib. superstitib. ad parentes eorum iure communi pertinebit. *f* Ex hoc intelligere possumus, ꝙ in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neq; ipsum patrem adimere posse, neq; patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neq; patre mortuo cum fratrib. commune esse: sed. s. proprium eius esse, qui id in castris adquisierit: quāquam iure ciuili omnium qui in potestate parētum sunt, peculia, perinde in bonis parentum computentur, ac seruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet ijs, quæ ex sacris constitutionib. & præcipuè nostris, propter diuersas causas non acquiruntur. Præter hos igitur, qui castrense peculium vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfa. testamentum fecerit, inutile est, licet suæ potestatis *g* factus decesserit.

1 *Regulariter] vnicuiq; permissum est facere testamentum, nisi expersè reperiatur prohibitus: ꝙ præsens locus satis ostendit. Significat* [a] *.n. esse aliquas personas, quib. hoc non permittitur. Quib. ergo pmissum est, infiniti sunt: quib. non est, certi & definiti. Hoc aūt titulo, septem enumerantur personarum gradus: atq; aliquot etiam adiecit* [b] *Accurs. Bertachinus* [c] *verò plenius, quotquot nota digni nisi sunt collegit: ad quem recurrere licebit.*

a *Alieno iuri] Idest potestati siue dominicæ, siue patriæ:* [d] *loquitur autem potissimum de filijsfa.*

b *Non habent] Primo ergo a suprà dicta regula, qua oīb. testari permittitur, filiusfa. excipitur, ob uinculū potestatis patriæ, cuius contemplatione eius persona iure ciuili non est integra. Sicut aūt testari non potest filiusfa. ita nec codicillos* [e] *scribere, legata fideicommissaue relinquere potest: donare tñ mortis cā permittente patre, non prohibetur.* [f] *Sed valde obstat, ꝙ alibi Vlpianus* [g] *ait, [sicut pupillus testari nō potest, ita nec cā mortis donare.] Is. n. qui testari vetatur, & mortis cā donare non* [h] *potest, & contra, ei tm̃ permittitur cā mortis donare, qui testari* [i] *potest. Et ex hac Vlpiani rōne Fulgosius* [k] *putauit, filiusfa. nec ex patris consensu causa mortis donare posse: quod tamen aperto iure*[l] *reprobatur. Donare. n. filiusfa. potest tam inter viuos,* [l] *quam etiam causa mortis.* [m] 3 *De ratione aūt diuersitatis, cur filius patre consentiente donare possit, non aūt testari, vel fideicommittere, perpetuò rixantur Doctores. Nam alij dicunt ob id esse, quod testamentum publici iuris* [n] *sit: alij ob id, quod vltima voluntas ex alieno pendere arbitrio* [o] *non possit: alij ob maiorem solennitatem, quæ in testamento desideratur:* [p] *alij ob bonorum obuentionem, non obligationem, quam testamentum continet:* [q] *alij deniq; priores duas rationes simul coniunctas, satis vrgere aiunt,* [r] *quare diuersum sit in testamentis, quā in donationibus.* 4 *Loriotus* [s] *vero [Filium] (inquit) [ex patris consensu donare posse, ob id responsum est: vt pater donationi stare teneatur: quia ipse tunc donare intelligitur.* [t] *Filiusfamil. autem nec patre consentiente testatur, quia rerum suarum dispositionem non habet.* [u] *Peculium enim, quod illius patrimonium* [x] *dicitur, statim postquam mortuus est, ad patrem redire solet.* [y] *Et ideo prius desinit, & peculium, & patrimo-*

a Vigl. hic.
b §. fi. inf. eo.
c In suo Repert.
d l. 6. qui in pot. de test.
e l. 2. de le. j. l. diui 6. §. pen. de iure codicillo.
f l. tā is 25. §. j. de do. cau. mortis l. qui in pōt, 6. ff. qui test. fac.
g l. j. §. j. de tut. & ratio. distra.
h l. 19. discret. in prin. C. q test. facere possunt
i l. 15. Marcel. in prin. de dona. causa mortis.
k in d. l. qui in pot.
l l. filiusf. de do.
m d. l. tam. is. §. j.
n l. 3. de test.
o l. 11 captatorias C. de test. mil. l. 32. illa aūt in sti. de her. ist.
p Franc. de Are. in d. l. qui in potestate.
q Alc. in l. licet. C. de pactis.
r Io. de Pla. Vigl. & Cant. hic.
s l Apic. iuris ci. De tut. Axio. 69. & 70.
t fac. l. in ædib. 9. §. vlt. ff. de do.
u Theoph. hic.
x §. actiones aūt Inst. de act.
y l. 18. filiusf. ad l. Fal.

trimonium esse, q ad hæredem peruenire possit. z Hacq; rõne filiusfa. nullum hæredem habere potest, nisi paterfamilias decesserit. a] Et hæc Lorioti ratio mihi præ cæteris placet.

c Testari possint.] siue naturales, siue adoptiui sint: quia prohibitio facta est, ob filij conditionem & statum, qui sui iuris non est: ad quem respexit legislator.

d Exceptis ijs] Filiusfa. s. in peculio castrensi, & quasi castrensi. In eo. n. quia pro patribusfa. habetur, b testari possunt, patre etiam c inuito. 6 Quod plæriq;, & ad peculium aduentitium producunt, in quo patri non quæritur vsusfructus (quod in decem casib. alibi ab Accursio d relatis contingit.) Sed cum Iustiniani e constitutio aperte repugnet, nec illis casib. Filiumfa. testari posse crebrius f placuit. 7 Neq; impedit q in Nouella g dicitur, [Filiosfamilias de eo, cuius patri non quæritur vsusfructus, licet disponere, quomodo velit.] Quanquam. n. verbum (disponere) videatur et ad testamenti ius pertinere: Græca tñ interpretatio hoc satis dissoluit. Neq;. n. usus est Imperator verbo διαθέσθαι sed διοικεῖν quod magis administrationem significat, quam testationem. h Quamobrem ipse filius, non pater eiusmodi peculij administrator erit, si modo perfectæ ætatis fuerit. 8 Non etiam aduersatur alia Iustinianea constitutio, i ubi dicitur, [Filiusfa. in his duntaxat casib. in quib. patri quæritur usufructus, testari non permittitur:] unde argumento dictionis, [duntaxat,] eaq; etiam sublata, a contrario tamen adhuc sensu, uidetur in alijs casib. in quib. patri nõ quæritur usufructus, hoc ipsis licere. Nam huic obiectioni Alexander k respondet, q Imperator ibi usus sit, dictione (duntaxat) ob castrensia & quasi castrensia bona, additq; Viglius, l hanc interpretationem propè necessariam esse, cum & eius constitutionis tempore unicus tantum fuerit casus extra castrense & quasi castrense peculium, quo patri non adquireretur usufructus, & in quo considerabilis esset testamenti factio: uide licet cum sine consensu patris hæreditatem filius adijsset. ibi uerò expressum m est, non permitti testari. Cæterum alios casus uel postea accessisse, uel non congruere huic quæstioni, idem subdit. 9 Quoties tamen pietas suadet, filiumfa. de qualicunq; aduentitio, uel etiam profectitio peculio patre consentiente testaturi posse, communiter n responsum est, utcunq; nonnulli contrarium senserint.

e Si uero intestati] 10 Si Filiusfa. habens castrensia uel quasi castrensia bona, moriatur intestatus, relictis liberis, hæreditas ad eos pertinet. Post liberos deinde soli fratres succedebant, patrem etiam excludentes. o Subinde neq; liberis, neq; fratribus extantibus, pater non ut hæres, sed ut pater, patriæ potestatis uel peculij iure bona ad se recipiebat. Et hoc iure Codicis obtinebat, quod quia tempore compilatarum Institutionum nouissimum erat, hic insertum est. ante Codicem uerò editum iure ueteri pater excludebat & liberos & fratres. Sed hæc omnia per Nouellam p sunt immutata, constitutumque, ut parentes hodie una cum fratribus admittantur. Item hodie pater bona filij non iure peculij, sed titulo hæreditatis accipit. q

f Ex hoc intelligere] 11 Obserua multiplex peculij castrensis priuilegium. Primum. n. illud filiofa. plene iure r acquiritur, quoad usumfructũ & proprietatem. Deinde illud nec fisco applicatur, si fortè quippiam patrasset, ob quod bona sua essent publicanda. s Tertio, nec patris creditores illa uendere t iure possunt. Denique nec u illa filius patre mortuo fratribus in medium conferre tenetur.

g Factus decesserit) 12 Scilicet post factum testamentum: tamen non conualescit testamentum, etiamsi noua uoluntas x superueneri t: quod enim ab initio non ualuit, tractu temporis non potest conualescere. Fideicommissa tam in codicillis relicta eo modo conualidari possunt. Diuersitatis y ea est ratio, quia in fideicommissis sola spectatur uoluntas, z ideo sequente uoluntate confirmantur: testamenta uerò magna solennitate constant. Unde testamentum ad pias causas similiter conualidari a aiunt.

§. Præterea.

1 *Impubes testari non potest: & quæ sit ratio.*
3 *An id illis priuilegio uel statuto permittit possit?*
3 *Furiosi non habent testamenti factionem.*
4 *Nisi dilucida interualla habeant.*
5 *Mente captus pariter nequit testari.*
6 *Habetes & substupidi testandi ius habent.*
7 *Allegans testatorem furiosum fuisse, id probare debet & quando id sit uerum.*
8 *Furor quomodo probetur.*

Præterea testamentum facere non possunt a impuberes: quia nullum eorum animi iudicium est. *b* Item furiosi, quia mente carent. nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit. Furiosi autem, si per id tempus fecerint testamẽtum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur, certè eo quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum rectè factum, neque vllum aliud negocium rectè gestum, postea furor interueniens perimit.

z l. si seruus cõis. Marin. in princ. de stip. seruor.
a l. sed Iulianus al. item si 7. §. quanquam ff. ad S.C. Maced.
b l. 6. si quis filio. §. vl. de iniust. rupt. test. & l. 2. ad Maced.
c l. vlt. h. t.
d Auth. idem est C. de bonis q̃ libe. & §. j. verbo. vsumf. sup per quas pers. nobis acq.
e in d. l. pe. C. e.
f gl. & Dd. l. j. §. i filij. ad Trebe.
g §. j. Nou. vt liceat matri & auiæ.
h Vigil. hic.
i in l. si § filijsam. tem. C. de bo. quæ lib.
k d. l. pen.
l Vigl. hic.
m d. l. pen.
n Dd. in l. senis. 3. qui test. fac. pos. vel non. Bar. & alij d. l. qui in potest. per c. licear. de sep. lib. 6.
o l. vlt. C. cõis de succe. ff. Bar. & Dd. i l. post dotem. sol. matr.
p Aut. defuncto. ad S.C. Terty.
q § si igit defuncti. Nouel. de hę. ab intes. ve.
r §. j. sup p quas per. nob. acq.
s l. 3. § sed vtrũ. uer. pinde ctũ fine, vbi Bart. de minor. Bar. & alij in l. 15. si finita. §. si de vect. 26. de dã. no infect.
t Per tex. hic.
u Hic & l. j §. neque castrense. de collatio.
x l. si filiusfa. de test.
y vt. Vigl. hic.
z l. pen. de leg. j.
a c. cum esses. & quæ ibi nõ. de test.

a Impuberes] 1 Secundò à supradicta regula, quæ omnibus testari permittitur, Impuberes excipiuntur. Nam vt quis testandi ius habeat, inter cætera mentis integritas atq; intellectus profectio a requiritur. Pupillus autem propter ætatis imbecillitatem iudicio carere censetur. Vnde etiamsi quandoque aliquod iudicium eos habere b contingat, tamen huic exceptioni c statur. Bart. d etiam amplius addit, pupillum pubertati iam proximum, ne tum quidem testamenti factionem habere, ubi causæ pietas uoluntati suffragantur. Definiuit enim ætatem legislator, qua communiter pueri sapere incipiunt. 2 Et hæc quidē testandi prohibito ipsa natura iureq; gentium introducta e est, ut neq; priuilegio, neq; lege municipali aliter statui possit. Si tamen expressum esset de doli capace, atque iam intelligēte, recipi legem posse crebrius f placuit. Qua uerò ætate reputemus puberes, vt testari queant, cognosci ex his potest, quæ supra g de tutela finienda diximus.

b Item furiosi] Tertiò non testantur furiosi, propter mentis defectum, & quia in illis h nulla est voluntas. Semper.n. in eo, qui testatur, eius temporis, quo testamentum facit, integritas animi, non corporis sanitas i exigenda est. Atque inde emersit vulgata istm. Notariorum clausula k in testamentis, [Sanus mente & intellectu, licet languens corpore] 4 Si tamen furiosus dilucida habeat furoris interualla, eum in suis inducijs testamentum facere posse, æquum est. l præcedens.n. furor testamentum non facit irritum: nec contra obesse illi solet, si scripto absolutoque iam testamento furor testatorē cœperit, quia absque suo delicto redditur ad testandum inhabilis. Nam si quis ob patratum delictum testandi ius amitteret, uitiaretur etiam testamentum prius factum. Quod si in ipso actu testandi furore concitaretur, superueniens furor, quod cœptum est, nullum reddit. n 5 Accurs. hunc §. & ad mentem captum producit: quia & huic, cum mentis sanitate careat testamenti factio non o datur. Quomodo autem mente captus a furioso differat, alibi diximus. p 6 Quanquam autem furiosis & mente captis adempta est testandi facultas, eos tamen, quibus non omnino mens, licet hebetioris sint ingenij, et naturæ simplicis, testari posse Faber & Ang. hic aiunt, & a cæteris probatur. q 7 Cæterum qui testamentum alicuius propter furorem impugnare uolet, testatorem tum furore precitum fuisse, cum testamentum faceret, docere debet: cum unusquisque præsumatur sanæ mentis esse nisi contrarium constet, aut probetur. r Si tamen iam antea probatum fuerit, testatorem esse furiosum, tunc quia intentio contra eum fundata est, asserenti ipsum tempore facti testamenti, sanum fuisse, probandi incumbet s onus. Nam vt etiam egerit aliquid sapienter, tamen furorem mansisse, casuque id accidisse præsumitur: t nisi constet ipsum dilucida habere interualla remissi morbi. u Tum enim si res sic gesta est, ut alius sanæ mentis non potuerit sanius aut maturius, præsumemus interualli tempore factum x testamentum. 8 Sed quomodo probatur furor? respondeo, y ex non sanis sermonibus, aut factis, quibus testator ille tum vsus ostendetur: vel etiam si medici, qui eius interfuerunt curæ, asserant, ipsum tempore conditi testamenti non sanæ mentis z fuisse. Cui autem incumbat furoris probatio, Doctores uariè tractant: sed uera sententia est, illi qui fundat intentionem suam a furore vel sana mente, incumbere probationem alterutrius harum qualitatum: quæ in Camera quoque imperiali b obtinuit.

c Fecerint] hoc est, præfecerint, antequam furor interueniat. neq; enim satis est, sana mente cœpisse testamentum.

§. Item prodigus.

1 Prodigus testari prohibetur.
2 Ante interdictionem prodigus omnia facere potest.
3 Prodigus quis dicatur.

Item prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere a non potest: sed id quod ante fecerit, quàm interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.

a Non potest] 1 Quarto prohibetur testamentum facere prodigus, cui bonorum suorum administratio, cum causæ cognitione per iudicem adempta a est. 2 Testamentum enim ab eo factum, prius quàm interdicta illi esset administratio, non infirmatur, etiamsi aperte fuerit prodigus. Nam communi sententia obtinuit, ubiq; necessarium esse iudicis decretum, atq; ante, omnia facere prodigum posse, tam in contractibus quàm ultimis uoluntatibus. b 3 Quis autem dicatur prodigus, c alibi diximus, ut hic superuacanea repetitione non sit opus.

§. Item surdus.

1 Surdus & mutus simul à natura, testari nequit.
2 Surdus & mutus ex accidenti an testari possit?

a l. 2. de test. d. l. senium C. h. t. Ang. hic.
b Arg. eorū quæ scribit gl. l. sequatur. de vsuc.
c Castrens. in l. si frater. C. h. ti.
d In repet. l. 1. in 2. q. 1. partis princ. C. de sacros. eccl.
e Arg. l. 12. cum prætor. §. non autē 2. de iud.
f Bar. l. si quamus de test. Dd. l. fi. C. de milita. test. Ca. c. 2 de test. Roma. cons. 90.
g §. 1. su. quibus mod. tu. finiat.
h l. 41. fur. d reg. iur.
i d. l. 2. & d. l. senium.
k Bart. d. l. 2.
l l. 9. furiosū. C. eo. fac. l. 39. cū furios. de iud. & l. 20. q. test. §. nec furiosus 4. d test. & l. diuus de off. præ.
m l. 8. eius qui. §. 1. de test. Bart. d. l. 2.
n d. l. furiosum. & l. si is qui. 25. de test.
o Fac. tex. §. furiosis vers. sed & mēte captis sup. de curat. & notat. Bal. l. 2. C. d cur fur.
p d. §. furiosi. & vide Alc. li. 2. Parer. c. 16.
q Castr. d. l. si frater. Dd. d. l. furiosū. Decius consil. 122.
r l. 5. nec codicil. ibi gl. & Bart. C. de codicill.
s c. indicas. 3. q. 9. gl. c. fi. ibi Pan. de succ. ab it.
t Moderni d. l. furiosum. post Bal. i d. §. fur. Vigl. hic.
u Dec. d. l. fur. & l. 5. in nego. de reg. iur.
x Bar. in l. is qui. §. diuus. de tut. & cur. glo. & Dd. l. si cū dot. §. si marit. solut. mat.
y Ang. hic Alex. consil. 141. lib. 1. z Ioan. de Pl. hic per l. sem. C. de re mil. li. 12. a In d. l. furiosum, C. qui test. fac. poss. & c. cum dilect. de suc. ab int. b Vide Obs. 77. Cent. 3. a gl. hic. Dixi. in §. furiosi. sup. de curat. l. 18. is cui lege. vnde hic §. est sumptus, hoc tit. b l. 6. is cui bonis, ibi Dd. de uer. ob. Dixi in d. §. furiosi. c §. testes autem. nu. 12. sup. de test. ord.

3 Surdus tantum testandi ius habet.
4 Idem in muto tantum.

Item surdus & mutus non semper testamentum facere possunt. Vtiq; autem de eo surdo loquimur,qui omnino non exaudit:non qui tarde exaudit. Nam & mutus is intelligitur:qui eloqui nihil pōt,non qui tardè loquitur. Sæpe.n.etiam literati & eruditi homines variis casib. & audiẽdi & loquendi facultatem amittunt. Vnde nostra constitutio etiam his subuenit,vt certis casib. & modis secundum normam eius possint testari,aliaq; facere,quæ eis permissa sunt. Sed si quis post testamentum factum,aduersa valetudine,aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit:ratum nihilominus manet eius testamentum.

Audiuimus]*quosdam non posset testari,quia sint alieno iuri subiecti:quosdã quia iudicio aĩ careãt: nunc de his subucit,qui propter vitium alicuius necessarij sensus,testari probibent,nisi præscripta obseruatione naturæ damnum sarciãt,vt sunt surdi,muti,& cæci.Hoc §.de surdis & mutis agitur,circa quos ex Iustiniani constõne,a cuius hic fit mẽtio,quatuor distinguendi casus sunt. 1 Primus,qui coniunctim mutus & surdus a natura est, nec testamẽtum,nec quamlibet aliam supremam voluntatem facere pōt, adeo vt ad pias causas testari probibeatur.neq; id a principe impetrare queat.b 2 Secundus,qui est surdus & mutus simul ex aliquo casu siue ex accidenti,is siquidẽ literas scit,testamentum sua,nõaliena manu scribere pōt,nisi diuersum a Principe impetrarit,quod si scribere nescit,nec testari potest,nec fidcicõmissa nutu relinquere,nec codicillari. Nam quod nutu legimus relinqui c fideicommissum non in muto et surdo simul intelligitur,sed in eo,qui loqui alias pōt. 3 Tertius,qui surdus tantum est,articulataq; uoce loqui potest,is testamenti factionem hẽt,etiamsi literarum sit imperitus. 4 Quartus,si cui aures apertæ sunt,lingua verò impedita,siue boc vitij ex accidenti,siue nouercãte natura cõtraxerit,is nõ aliter testãdi ius babet,quam si peritus literarum & scribat,& alia iuris communis solennia in testando obseruet.*
4 *Non semper.*] *quia testari probibentur,nisi a principe d impetrauerint:aut scribere e sciant.*

a l.10.discretis. C.h.ti.
b Moder.in d.l. discretis.Vigil hic.
c In l. nutu ibi gl.& Bar.de legat.3.
d l.7.ff.h.tit.
e d.l.discretis.

§.Cæcus autem.

1 Cæcus,testari volens,quæ solennia seruare teneatur.
2 Cæcus hodie in testando non tenetur præfari.
3.4. An in cæci testamento hæredis institutio legata necessario præcedere debeat? & deciditur negatiuè.
5 In Cæci testamento hæredum nomina,prænominia,& officia speciatim exprimenda.
6 De adhibitione notarij,vel octaui testis.
7 De subscriptione testium & notarij.
8 Cæcus testans inter liberos,an prædictis solennitatibus obligetur.
9 In Testamento ad pias causas duo testes sufficiunt.

Cæcus autem non potest facere testamentum,nisi per obseruationen,quam lex diui Iustini patris nostri introduxit.

Nunc de]*cæcis annectit,qui orbati sunt vtroq; lumine. 1 Hi.n.non aliter testari possunt nisi obseruata forma a Iustino Imperatore D.Iustiniani nostri patre adoptiuo(cuius constitutio a adhuc extat)præscripta:In qua multæ referuntur solennitates,quæ in eorum testamẽtis interuenire dẽnt,ob metũ iustissimum falsitatis,q̃ alias oculorum præcauet intentio.Primum est,quod cæcus nõ in scriptis,sed per nuncupationem testatur. Deinde necesse est,ipsum præfari coram septem testib.literas callentib.ob quã cãm eos conuocarit,nempe quia nuncupatiuum condere testamentum velit. 2 Quanquam hoc pleriq; b ex Iustiniani c constõne immutatum putent,vt proloqui hodie testatorem non sit opus: alij d tametsi eã correctionem ad hunc spẽalem casum non producant,e testamentum tamen ob omissam solennitatem hãc tã leuem non concidere f censent. 3 Tertio requiritur,quod omnib.testamenti capitulis hæredis institutio præponatur.Idq; adbuc obtinere Ang.putat.4 Quod mihi perdurum videtur, cum hoc non pro forma, sed ad ueterem tñ testantium morem Imperator introduxisse videatur in quorum tabulis olim necessarium hoc erat,alias id expressius haud dubiè elocutus fuisset.g Sicut ergo hodie testamenta per hoc, q legata hæredis institutionem præcedunt,non infirmantur,h ita idem in cæcis esse dicemus,præsertim cũ sustinendi testamenti fauor hoc i exposcat,neq; vlla ex huius solennitatis omissione,sequatur falsitatis suspicio,quæ vna fuit causa,ob quam D.Iustinus singulare ius in cæcorum testamentis introduxit. Sanẽ Speculator k huius testamenti formam præscribens, postposita institutione,a legatis & fideicommissis inchoauit. 5 Quartò oportet cæcum speciatim nomina heredum,prænomina,dignitates & officia ita exprimere,vt nulla relinquatur dubitatio,si tamen solius nominis expressio careret dubitatione omni ea, sola sufficeret. l 6 Quinto cæcus testari volens notarium adhibere debet,qui suam nuncupationem in scripturam redigat,ad faciliorem m eius probationem. Quod si notarius haberi nõ possit,octauum substitue*

re

a In l.21.hac cõsult.C.h.ti.
b Sal.d.l.hac cõs.
c l.26. in test. C. de testamẽtis.
d Alex. & Iaf.d. l.hac consult.
e Per gl.l.sciendum,in princ. qui.sa tis.cog.
f Per ea quæ Bar. & Dd. no.in l. fi.C.de iure d lib. & l.1. §.fi. de ventre isp.
g Vigil.hic.
h §.l.ante heredis inst.de le.l. 24.ambiguitates.C. de test.
i l. 10.si pars, de inoff.test.
k Tit.de inf.edi. §.vt ante. ver. illud quoq;nõ est ignorãdũ.
l d.l.hac consultissima.ver. indicia.
m Ang.l.cõtrabitur.de probat.

re testem necesse habet, qui vices notarii in scribenda testatoris suprema voluntate referat. 7 Sexto & ultimo exigitur, quod notarius, & reliqui omnes testes propria manu se subscribant, & tabulas consignent annullis. 8 Si tamen cæcus inter liberos, vel ad pias causas testaretur, prædictam testandi formulam nõ esse necessariam, Doctores volunt. In liberis. n. cessat falsitatis suspicio, cum ipsi alioqui parenti suo, natura duce successuri sunt ab intestato. n 9 In testamento verò ad pias causas solum Ius gentium consideratur, quo iure duos testes ad actum aliquem adhibere sat est.

n d. l. hac cons. §. ex imperfecto C. de testa. l. 7. scripto. in fin. vnde lib.

§. Eius qui.

1 Testamentum capti ab hostibus non valet, ibi factum.
2 Sed quod fecit, priusquam caperetur, omni casu valet.
3 Obsides testamenti factionem non habent.
4 Anacephalæosis eorum qui testari prohibentur.

Eius qui apud hostes est, testamentum quod ibi fecit, *a* non valet, quãuis redierit. *b* sed quod, dum in ciuitate fuerat, fecit: siue redierit, valet iure postliminij, siue illic decesserit, valet ex lege Cornelia.

a Non valet] 1 Captus ab hostib. testamentum facere non potest, a ob id certè, quoniam seruus hostiũ est: & seruum testandi ius non habere constat. Neq; etiam huiusmodi testamentum apud hostes confectum, cum nullum initium habuerit, postliminio confirmari b potest. *b* Sed quod] 2 Testamentum ante captiuitatem factum semper valet, siue captus redeat, siue non redeat: Nam si redit, iure postliminij sustinetur, quod fingit eum semp fuisse in ciuitate: c & hoc ex æquitate. Summo. n. iure testamentum infirmatur p captiuitatem, cum captiuus seruus d hostiũ fiat. Sin vero decedit apud hostes, valet ex lege Cornelia, q̃ fingit ipsum in hostium ptãtem nunquam venisse, sed pãmbula captiuitatis hora e occubuisse: idq; pariter ex æquo & bono. Subtili. n. iure testamentum in ciuitate factum rumpitur, cum seruus apud hostes decesserit. 3 Porrò quod tex. ait. (Eius qui apud hostes est, testamentum non valere) hoc etiam ad obsides, qui ad fidem seruandam dantur, porrigitur. Hi. n. tametsi veri serui non sunt his, tamen, qui apud hostes capti retinentur, non sunt absimiles: ideoq; nec testari pñt, nisi eis expresso g beneficio Principis id permittatur. Legati verò quamuis apud hostes agãt, quia tamen inuiolabiles habentur, & iure gentium oĩa ipsis salua manent, testandi ius non amittunt. h Et hactenus quidem Imperator recensuit plures casus, qui à regula, quæ omnib. testari permißum est, excipiũtur: Accurs. etiam nonnullos addit, eos omnes Bartolus i in quinq; capita siue regulas collegit: quas iuris tyronem contemnere non oportet. 4 Primum n. prohibeatur aliqui testari, qui alieno iuri subiecti sũt puta filijfa. serui, captiui, obsides, Alij, quia iudicio animi careant: veluti impuberes, furiosi, prodigi, mente capti. Alij propter vitium alicuius necessarij sensus: quales sunt, surdi, muti, cæci. Alij ratione pœnæ: vt damnati ad mortem, deportati, serui pœnæ, hæretici, & qui alias ob crimen intestabiles sunt. Alij denique ratione incerti & dubij status. Nam incertus de statu non testatur.

a d. l. eius qui. de test.
b Ti. se. in prin. & l. diuus Verus. de cap. l. j. C. h. ti. Fa. hic.
c l. retro. De capt. l. diu. §. si ab host. sup. quib. mo. pa. pot. so.
d §. serui. sup. de iure person.
e l. lege Corn. de test. l. 6. si quis. §. quatenus. :: de iiusto rup. test.
f l. obsides. h. tit.
g l 3. e. tit.
h l. qui a latron. §. 1. h. ti.
i In d. l. si quæramus. vbi vide omnino. de testam. cui adde Bertach. in Rép. & Philip. Fran. i c. si pater. d test. li. 6.

DE EXHAEREDATIONE LIBERORVM. TIT. XIII.

1 Continuatio huius tituli.
2 Exhæredatio quid sit: quidque abdicatio.
3.4 Quæ exin hæredatione necessaria.
5 Inter quas personas hoc locum habeat.
6 Liberorum appellatione qui veniant.

Testamenta] 1 principaliter triplici ex capite non valet: primo si in testamento solennia a iure pscripta a desint. Deinde, si factum sit ab eo, qui ius testandi non hẽt. b Vtrunq; præcedentib. titulis est explicatum. Deniq; si quis personas a legib. præscriptas neq; hæredes instituerit, neq; nominatim exhæredauerit. Vnde Caius, c [Inter cætera] inquit [quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale ius est, de liberis hæredib. instituendis vel exhæredandis.] De hoc igitur, quia longam & satis difficilem tractationem habet, Imperator hoc speciali titulo agere voluit: qui ea ratione iusto ordine præcedentibus cohæret. 2 Est autem [exhæredatio] propriè, liberorum ad hæreditate, & succedendi iure exclusio: d [exhæredare]. n. est aliquem hæreditate priuare. Huic affinis est abdicatio, quæ tam e hæreditatis q̃ alterius rei priuatio f dicitur, & hæreditate pater etiam viuus filium olim purè vel sub g conditione h abdicabat. Hodie propter patriæ ptãtis diminutionem & sanguinis immutabilitatem iure Romano abdicatio hæc reprobata, est, vt Impp. Diocletianus & Maximianus i testantur. Exhæredatio autẽ omnis in testamento fit, vimq; suam duntaxat post mortem testatoris habet, nec sub conditione, sed tãtum purè fieri potest. 3 Quinimò vt exhæredatio iure subsistat, quinque sunt k ne[cessaria], primum, vt ex

a De quo in tit. de test. or. sup. dictum est.
b De quo sup. ti. prox. præced.
c l. 30. inter cætera. de l. & post.
d Bar. l. quidã si filiũ. d ver. ob.
e l. 21. homo lib. de statu. hominum.
f l. pe. de of. præsid.
g Quint. li. 7. c. 5.
h Alc li. 2. Disp. c. 1.
i l. 6. abdicatio. C. de pat. pót.
k gl. ver. b. ante l. 3. de li. & post.

causa

causa aliqua legib. probata fiat,[l] *quarum hodie quatuordecim enumerantur.*[m] *Deinde nominatim faciẽda* [n] *est, siue filij iam nati sint, siue postumi:*[o] *licet de postumo hodie dubitetur, num exhęres scribi possit de quo tamen suo loco* [p] *dicemus. Tertio, pure eam fieri oportet, non sub* [q] *condõne: exceptis duob. casib. Primus est in postumo, qui sub conditione exhæredari* [r] *põt, dummodo antequam nascatur, vel cũ nascitur, extet* [s] *conditio, quib. temporib. sufficit, quod se exhæredatum inueniat, nec tempus (cum de ipsius fauore non* [t] *agatur) ante natiuitatem* [u] *consideratur. Quod si post natiuitatẽ extaret exhęredationis condõ, testamentum* [x] *rumpitur. Alter casus est, quando pater in defectum condõnis casualis aut mixtæ institutum exhæredat,*[y] *quo casu recipitur, quæ sub tali condõne fit institutio.* 4 *Quarto requiritur, vt exhæredatio a tota hæreditate fiat, pro parte. n. fieri non* [z] *põt. Quinto & vltimò necesse est, vt a toto gradu, non a certa psona* [a] *fiat.* 5 *Hẽt autem exhæredatio præcipuè locum inter parentes & liberas. Patri. n. licet exhæredare liberos, ob XIIII. causas in Nouella Iustiniani* [b] *constitutione comprensas; & uicissim filio permittitur exhæredes scribere parentes ex octo* [c] *causis. Inter fratres uero exhæredatione nihil opus est, qm̃ etiam sibi prætereantur in testamento, tñ valet testamentum, nec possunt de inofficioso agere, nisi turpes personæ pro ipsis instituta fuerint.*[d] *Et tum propter tres tantum causas põt frater exhæredare fratrem, turpemq; personã* [e] *instituere.* 6 *Cæterum hæc dictio, [liberorũ] quandoq; proprie & strictè, quandoq; l argiore significatione capitur. Scribit. n. Paulus* [f] *[liberos vsq; ad trinepotẽ, apud Romanos proprio vocabulo nominari ulteriores: qui non hẽnt speciale nomen, posteriores.] Quando autem late hac voce utimur, tum comprehenduntur & sui, & emancipati, & nati, & nascituri, item tam naturales quam adoptiui, & tam filij, quam nepotes, i. omnes descendentes. de quibus omnibus singulatim hic tractatur, & vnicuique ferè generi suus datus est paragraphus.*

l l. fi. in princ. de bo. dam.
m Auth. nõ licet C. de lib. pręt.
n l. j. de li. & post.
o l. 3. §. nominatim. de iniust. rup.
p §. post. inf. et
q l. 3. pure. ff. de lib. & post.
r l. j. §. sed etsi sub condi. de ven. in poss. mittendo.
s d. l. 1. §. etsi ita.
t l. 26. qui in vtro. de statu ho.
u l. 1. & 2. C. de post. hær. inst.
x l. 24. posthuma de lib. & post.
y l. 4. C. de instit. & sub. Loriot. de exher. & p terit. Axio. 17 & aliquot se.
z l. 19. cũ quidam de li. & post.
a l. 3. filius, & §. seq. cum gl. de lib. & post.
b §. aliud quoq; c. Nou. vt cum de ap. cog.
c §. sancimus itaque. d. Nou.
d §. soror. inf. de inof. test.
e §. ingratitudinẽ. Nou. de Nup.
f l. iuriscõs. §. parẽt. de gradib.

Princip. tit.

1. 3 *Filiusfa. vel instituendus vel exhæredandus: & quę sit ratio.*
2 *Filius quando dicatur præteritus.*
4 *Mortuo patre continuatur dominium rerum paternarum in filium.*
5 *Duo vnius rei non possunt esse domini in solidum.*
6 *An ob filij præteritionem testamentum ipso iure sit nullum.*
7 *Iuri testamentum dicendi nullum 30. annis præscribitur.*
8 *Declaratus §. sancimus, in l. maximum vitium. C. de liber. præteritis.*
9. 10. *An testamentum ob filii præteritionem etiam nullum sit iure prætorio, variare Dd.*
11. 12. *Declarata l. quod vulgo. & l. non putauit. §. a primo. de bon. poss. contra tab.*
13 *Quæ sit practica intentandi ius dicendi testamentum nullum.*
14 *Testamentum ob præteritionem filii nullum, an conualescat, si uiuo patre filius moriatur.*
15 *Doctorum in ea quæstione singularis distinctio.*
16 *Testamentum, in quo postumus est præteritus, valet, donec nascatur, & quæ ratio.*
17 *Si filius proprio consensu a patre sit præteritus testamentum valet.*
18 *Memorabile huius rei exemplum refertur.*
19 *Quale fuerit ius accrescendi, cuius hic §. meminit.*

Non tamen, vt omnino valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam supra exposuimus. sed qui filium in potestate habet, *a* curare debet, vt eum hæredem instituat, vel exhæredem nominatim faciat. alioqui si silentio eum præterierit, *b* inutiliter testabitur: *c* adeo quidem, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo hęres ex eo testamento *d* existere possit, quia. s. ab initio non constiterit testamentum. Sed non ita de filiabus, & aliis *e* per virilem sexum descendentib. liberis vtriusque sexus, *f* antiquitati fuerat obseruatum; sed si non fuerant scripti hęredes, scriptęue, vel exhæredati exhæredatæue, testamentum quidem non infirmabatur, *g* ius tamen accrescendi eis ad certam portionem præstabatur, sed nec nominatim eas personas exhæredare parentibus necesse erat, sed licebat *h* inter cæteros hoc facere.

a *Curare dẽt.] Si modo testamentum non velit esse nullum.* 1 *Et sic* [a] *nota, filiumfa. vel hæredem instituendum esse, vel nominatim exhæredandũ, nam si pater eum silentio prętereat testamentũ iure non subsistit.* 2 *Præteritus aũt tum dicitur filius, cum de eo nulla mentio facta est in testamento, vel instituẽdo,*[b] *vel exhæredando. Quamuis. n. filius, aliquid legati titulo habeat, tamen censet pręteritus, cum hodie ipsi legitima non alio quam institutionis titulo sit relinquenda, vt suo loco* [c] *dicemus.* 3 *Ratio autem q̃ legem mouit, vt hanc parentib; necessitatem instituẽdi vel exhæredandi imponeret, eiusmodi est.* 4 *Nã cum filiusfa. uiuẽte adhuc patre iure ciuili quasi dominus esse bonorũ paternorum fingatur, patre defũcto dominium in ipsum de nouo non transfertur, sed continuatur, & quidem in solidũ,*[d] *ideo voluit lex,* vt

a l. 28. filiusfa. de lib. & post.
b Tex. opt. §. ea. inf. de haered. ab intest.
c §. fi. inf. de inof. test.
d l. 11. in suis. de li. & post. §. sui aũt. if. de haere. qua. & dif.

vt pater hanc dominij continuationem interrumperet, & nominatim per exhæredationẽ dominium a filio auferre, alijsq; deinde per institutionem tribueret: 5 propterea, quod duo vnius rei non possunt esse d domini uel possessores e in solidum: quod aliàs hic contingeret. Nam & filius esset rerum paternarum dominus autoritate f legis, & item extraneus a patre institutus.

b Inutiliter test. bitur] 6 Sed an ipso iure huiusmodi testamentum sit nullum, vel ita demum, si præteritus filius ipsum subuertat, ꝑpetuo rixantur g Doctores & magnis argumẽtis in vtranque partẽ disputant. Curtius h has tam pugnantes sñias sic conciliat, quod licet testamentum, in quo filiusfa. est præteritus, ipso iure sit a principio nullum: in effectu tñ inutile non existat, nisi dicatur nullum, cũm non obstãte tali nullitate, subest spes adprobationis, vel expræsse uel tacitæ per lapsum temporis. 7 Nam iuri dicendi nullum, cõi sñia, triginta annis i pscribitur. itaq; ad hanc adprobationis spem tollendam necesse est, ut dicatur nullum. 7 Hanc Curtij interpretationẽ Iustinianus et in sua ad Ioan. præfect. præto. k cõstitutione sensisse videtur, his uerbis: [Vel ipso iure testamentum euertat, &c.] Illa. n. verba uidintur pugnare inuicem. Nam uerbum (ipso iure) declarat non esse necessarium factum hominis: uerbũ uerò (euertat) factum hominis exigit. Ergo sensus est, quod vt testamẽtum, in quo filiusfa. est ꝑteritus, ipso iure nullum efficiatur, necesse sit, operam hominis interuenire. Neq; id nouum est in iure: idem. n. in compensatione seruatur. hæc. n. quamuis ipso iure l fiat, necesse tñ est eam opponi ab homine. m 9 Dubitum quoq; est, an eiusmodi testamentum, in quo pater filium præterijt, iure tñ ciuili, an ẽt prætorio nullum sit? & plerique n putant iure prætorio illud ualere: aliàs Prætor frustra o daret huic præterito suc[bonorum poss. contra tabulas p ad eas rescindẽdas, cum quod nullum est & inutile, rescissione q minimè indigeat. 1 Alij r tñ frequentius nec prætorio iure subsistere testamentum aiunt: neque. n. ulla subest æquitas (in qua tñ fundantur sanctiones s prætoriæ) q̃ eiusmodi testamentum conseruet: imò æquum est, pœnam præteritionis eum pati, qui filios suos præterit. t Nec obloquitur præcedens argumentum, quia licet emancipati per bon. poss. contra tab. verè rescindant, sui tamen præteriti hoc remedio utentes, tñ id agere videntur, quo nullum esse testamentum u declaretur. 11. Non ẽt impedit, quod Triphonius, x ex testamẽto nullo contra tabu. bonorum possessionem non competere respondit, & tamen ea poterat ibi quoque dari ad declarandum testamenti nullitatem. Etenim de testamento loquitur, quod alia ratione, quam ex defectu præteritionis inane erat. Bonorum autem possessionem ad tollendum præteritionis uitium inuentam esse, indubitatum est. Ideo subdit ibidem Triphonius, [quando testamentum alia de causa non subsistit, etiã circumscripto præteritionis uitio, inane esse dari contra tabula, quæ sine effectu foret. 12. Quod si obijcias, hanc solutionem infringi per Vlpiani y responsum, ubi quando testamentum post mortem testatoris ob aliud quàm præteritionis defectum non ualet, puta quia hæredes scripti decedant, necdum adita hæreditate, uel deficiat conditio institutionis, datur tamen contra tabulas bonorum possessio: Respondeo, hanc difficultatem Vlpianum in eodem responso sensisse, his uerbis: [contra tabulas bonorum possessionem semel natam filio cõpetere:] quasi differentia sit, an hæredes moriantur uiuo testatore, z quia tunc bonorum possessio contra tab. nunquam nata est, secus autem, quando hæc mortis testatoris tempore nata a erat sufficit enim mortis tempore potuisse adiri hæreditatem, uel peti bonorum possessionem. b 13 Cæterum quæ sit praxis in tentandis ius dicendi testamentum nullum, Bart. c alibi satiss explicat.

c Adeo quidem] 14 Hinc discis testamentum, in quo filiusfam. est præteritus, adeo non ualere, ut etsi alij hæredes sint instituti, & filium ante patrem mori contingat, testamentũ tamen non conualescat, idq; propter regulam, quæ dicitur, ea quæ ab initio non ualent, tractu temporis non d conualescere. Aduersatur tamen Vlpiani e responsum, ubi si filius præteritus, uiuo testatore decedat, is institutus sit, qui rẽ ab intestato auferre possit, testamentum ualidatur. 15 Interpretes cõiter in hac specie, qñ præteritus uiuo testatore moritur, sic distinguunt. Aut. n. præteritus fuit postumus, aut filius iam natus. Priori casu tametsi summo iure ruptum uideatur testamentum, attamen conualescit ex iuris prætorij æquitate, quocunque instituto hærede, etiam extraneo, ideoq; legatarij & fideicommissarij habebunt ea, quæ sibi relicta sunt, securi. Altera specie, siquidem testator eos qui fuerant ab intestato successori instituerit, ualidatur testamentum duplici fauore, f & testamenti sustinendi conseruandiq;, & quia instituti rem alias ab intestato ablaturi erant, Cæterum si instituti sint extranei, testamentum siue noua uoluntate nec iure prætorio potest conualescere. Discriminis autem ea est ratio, 16 quia testamentum in quo postumus est præteritus, ab initio ualet, & ciuili & honorario iure, donec postumus g nascatur. Quanquam. n. is, qui in vtero est, pro iam nato habeatur, ubi de eius commodo h agitur, quia tñ multi casus euenire possunt, vt non nascatur, i ideo lex (q nunquam frustra operari K solet) uoluit hoc testamentum in principio infirmare, quasi satis esset, quod eius natiuitate rumperetur. Vnde pp fundamentum, quod ab initio habuit, facilius recipit firmitatẽ: sed quando testator præterijt filium in sua potestate constitutum, cum ab initio testamentum non constiterit, non mirum, quod nec morte filij uires consequi ualeat. Et hæc sñia crebrius obtinuit. Alciatus tamen lib. 3. Paradox. cap. 8. aliter intelligit, quemadmodum ibi uidere licet.

d Exi-

e l. si ut certo §. si duob. uehicu lũ cõmodat.
f d. l. in suis. & d. §. sui autẽ.
g Alex. & Iason. Iitis. in l. 2. C. de bon. possess. cont. tab.
h Ibidem.
i Bart. l. filio pręterito. de iniust. rupt. test.
K l. maximum uitium. §. sancimus. Co. de lib. præteritis.
l l. si cõstat. ibi. gl. & Dd. C. de compensat.
m Dicam inf. de act. § in bonæ fidei.
n glo. l 47. si ita scriptũ. §. ult. ff de hær. istit. & l. 19. qd vulgo. & l. nõ putauit. & §. si qs emancipatus. de bo. pos. cõtr. tab. gl. §. sũt alit if. de bon. poss.
o Rph. in l. 7. si filius qui in potestate. de lib. & post.
o §. eadem inf. de hær. q ab int.
p d. l. 2 cõt. tab.
p l. ut liberis. C. de collatio l. 1. de leg. pst.
q l. 5. nã etsi sub cõditione. de iniust. rup.
r Dd. commun. d. l. 2
s l. 4 qd si Ephes. de eo qd certo loco.
t Per tex. a contrario sensu l. ultim. Cod. de post. hær. inst.
u Castren. d. l. si filius qui i potestate. quem Dd. i d. l. 2. cõmuniter seq.
x d. l. quod vulgo. de bo. pos. secũdum tab.
y Text. fortissim d. l. non putauit. §. à primo de contra tab.
z d. l. qđ vulgò.
a d. §. a primo.
b ut dicit text. in d. l. quod vulgo.

c Bart. l q sub conditione. §. ult. de cond. inst. d l. 3 o quod ab initio. de regul. iur e l. posthumus § idem & circa. ut ibi declarat Bart. de iniusto, rup. test. f Bald. d. l. post. g l. 1. C. de post. hered. inst. l. 3. §. sed si stante. de iniust rupt. test. h l. qui in vtero. de stat. ho. i arg. l. 2. & 3. C. de post. hær. inst. K l. qui bis idem. de uer. ob.

d *Existere possit*] 17 Hoc tamen cessat, si filius proprio consensu a patre præteritus, l sit, puta ob magnum aliquod commodum: vel etiam, si initio quidem restiterit, postea tamen facto testamento voluntati iam mortui patris, assenserit: valebit. n. testamentum: idq; & Papinianus m voluisse videtur. Cum. n. scribat, [Sic demum inutile esse testamẽtum omnino, vbi is, qui præteritus est, non vult id tueri:] indicat vtique, eo approbante, testamẽtum fore validum. 18 Et extat memorabile huius rei exemplum apud Valerium Maximum, n vbi agitur de testamento cuiusdam Ebutiæ, in quo Pletonia altera ex filiabus præterita erat, sed quia maluit testamentum matris patientia honorare, quam iudicio conuellere mansit illud ratum.

e *Per uirilem sexum*] Idest, nepotib. & neptibus ex filio procreatis: sicq; hoc iure non erat necesse, filiamfa. iam natam, vel nepotes ex filio, hæredes instituere, aut nominatim exhæredare, sed omnino præteriri poterant, nec vitiabatur ex eo testamentum.

f *Antiquitati*] Mediam iuris prudentiã intelligit, non XII. tab. sicut infra? in §. sed hæc. h. ti.) sequit. Et a l huius loci explicationem vide, quæ scribit Caius libro posteriori suarum Institutionum, tit. 3. vbi hunc locum interpretatur: & Vlpianus in fragmen. ti. 22. Item Paulus sen. li. 3. c. de test.

g *Ius tamen accrescendi*] Hẽbant ergo hi ius accrescendi ad certam portionem. i. ad dimidium eius, qđ ab intestato habituri fuissent, vt Accurs. recte exponit. 19 Est autem hoc ius accrescendi longè diuersũ ab eo, cuius sæpe fit mentio in o iure, quo non petentium partes petentib. accrescunt. Ibi. n. res accrescũt, & emolumentum confertur: hic personæ non sine dispendio scriptorum hæredum, quib. magna portio p decedit. Et de hoc iure veteri quo personæ accrescunt, nõ satis clare leges nostræ loquuntur. 20 Theophilus q tamen paucis explicat, in hunc quidem modum. [Si extranei] (inquit) sint hæredes scripti, ius accrescendi ad dimidium vsq; competit præteritis. Sin verò sui, pro rata. Exempli gratia. Tres aliquis instituit hæredes, filiã verò aut nepotẽ silentio præterijt: si hæredes scripti extranei sunt, filia vel nepos vnũ semissem accipient, & alterum semissem hæredes scripti. Sin vero sui, pro rata accipiunt, idest, quadrantem, siue tres vncias, quantum accepturi, si pater intestatus decessset: hoc est, quartam partem hæreditatis eius.] Hodie tamen aliter obseruari infra r audiemus.

h *Inter cæteros*[Idest, generaliter siue indefinitè, & (vt ait Theophilus) ἀορίστως: vt si dicat testator, [Filium meum hæredem instituo, cæteri exhæredes sunt.]

§. Nominatim.

1 *Omnis sermo dilucidè personam explicans, nominatim exhæredationem perficit.*

2 *Quando quis nominatim exhæredatus dicatur?*

3.4 *Nominatim fieri, dicitur, quod per se, vel aliud certum est: idque exemplis declaratur.*

5 *Exhæredatio hodie cum causa fieri debet.*

Nominatim autem quis exhæredari uidetur, siue ita exhæredatur, Titius filius meus Exhæres esto: siue ita, Filius meus exhæres esto: non adiecto proprio nomine. s. *a* si alius filius *b* non extet.

Quoniam suprà dictum est filiumfa. vel instituẽdum esse, vel exhæredandum nominatim, ideo quomodo nominatim exhæredatio fiat, duob. exemplis ex Vlpiano desumptis a *ostendit.* 1 *In vniuersum autẽ sciendum est, ꝙ sermo omnis & locutio dilucidè explicans personam, de qua quis loquitur, exhæredationem nominatim pficiat.* 2 *Vnde* [*nominatim exhæredatus rectè dicitur, cuius* b *nomen, prænomen, cognomẽ,* c *agnomen, aut aliud* d *artificij nomen exprimitur, non. n. refert quomodo demonstretur exhæredatus* e *siue vera sit demõstratio, siue falsa, modo de corpore constet.* f *Et ideo valet exhæredatio de omnib. filiis facta, si vnus tantum testatori filius sit:* g *cum pluralis numerus in singularem resolui possit.* h *E cõtrario tñ non ritè filiũ exhæredat hoc modo, qui plures habet:* i *qm̃ singularis numerus, nisi ex benigna* K *interpretatione, pluralem continere non potest.* l 3 *Nominatim item factum dicitur, qđ per se, vel aliud certum* m *est, & ideo si ex Seia natũ exhæredauero, valebit exhæredatio,* n *modò Seia extranea nõ sit, sed* o *vxor & ex ea vnicus tantum natus sit.* p 4 *Eadem ratione probatur sic concepta exhæredatio,* [*Filius gladiator exhæres* q *esto:*] *item illa,* [*Titium ex adulterio natum, exhæredato,*] *modò testator sciens, filium suum esse, contumeliæ causa id protulerit: alioqui nulla* s *censeretur quasi de extraneo* t *facta, etiamsi verè testatoris filius probaretur, sed testator suum non putabat.* u *Possent plura hic cumulari, sed hæc sufficiant, e ferè inutilis sit hodie omnis hæc disputatio.* 5 *Neq; enim hodie quærimus, an exhæredatio nominatim facta sit, nec ne: sed an cum certa & legitima causa. Nam nisi parentes hodie filios vel filii parentes cum iusta causa exhæredent, testamentum est nullum sine vlla differentia* x *sexus. Iustinianus siquidem totum hoc discrimen sustulit.*

a *Si alius*] Vlpianus habet, y Si modo vnicus sit.

b *Non extet*] Nam si plures sunt filij, z nullus censetur exhæredatus.

§. Postumi.

l Salomonis in l. Gallus. de li. & post.
m l. filio præterito. de iiust. rupt. test.
n li. 7. c. 8.
o Toto ti. C. quãdo nõ pet. partes. &c.
p l. maximum vitiũ. circa med. C. de liberis pteritis.
q Vide & Caiũ ĩ suis inst. sub h. ti. Iuliũ Pau. ti. de test. lib. 3. Senten.
r §. sed hæc quidem inf. h. ti.

a In l. 1. de lib. & post. & l. 2. e. ti.
b §. si quis in nomine. if. de le.
c d. l. 1.
d l. 24. nominati. de manu. test.
e l. 90. nominati. de leg. 3.
f l. nominatim. 34. de cond. & demonst.
g l. Titius ĩ prin. de lib. & post.
h l. 48. nõ est sine liberis, de ver. sig.
i d. l. 2. h. tit.
K l. placet. eo. ti.
l l. vlt. §. quia ei. ad Trebel.
m l. nominati. 1. de manu. test.
n l. 3. h. tit.
o l. 132. quidam cum filiũ. de ver. ob.
p d. l. 2.
q d. l. 3. in princ.
r ibidem.
s l. 1. §. idẽ ait. de curato.
t d. l. quidam cũ fil.
u l. 14. si postũ. §. fi. de l. & po.
x §. aliud. §. causas. Nou. vt cũ de ap. cog.
y d. l. 2. h. ti.
z d. l. 2.

§. Postumi.

1 *Liberorum nomine etiam postumi continetur.*
2 *De quibus postumis in hoc §. agatur.*
3 *Postumi debent vel institui, vel exhæredari.*
4.5 *Quatuor differentiæ inter postumos & iam natos. Item nu. 6 & 7.*
8 *Postumi agnatione hodie non rumpitur totum testamentum: sed duntaxat quo ad institutiones.*
9.10 *Postumus exhæredari hodie non potest: & quæ sit ratio.*
11 *Alciatus putat etiam ante Iustinianum non potuisse fieri exhæredationẽ sine causa.*
12 *Lorioti responsio contra Alciatum.*

Postumi quoq; liberi, vel hære des institui dẽnt, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio est: ꝙ & filio postumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini, præterito, valet quidẽ testamẽtũ; sed postea agnatione postumi siue, postumæ rũpitur, & ea ratione *a* totum infirmatur. Ideoq; si mulier, ex qua postumus vel postuma sperabatur, abortum fecerit: nihil impedimento est scriptis hæredib. ad hæreditatem adeundam: *b* sed fœminini quidem sexus personę vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari solebant, dum tamen *c* si inter cæteros exhæredarẽtur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse *d* per obliuionẽ. Masculos verò postumos, id est filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, *e* nisi nominatim exhæredarẽtur, hoc *f* modo: Quicunque mihi filius Genitus Fuerit, exhæres esto.

De liberis] *iã natis dixit: nunc de nondum natis, sed verisimiliter nascituris. i. postumis subiicit,* 1 *cũ & illi nomine liberorum comprendantur. Quia autem multiplex postumorum differẽtia* a *est,* 2 *de his hic agi scias, qui si nati essent, Sui hæredes futuri dicerentur; quos si nemo propinquiore gradu præcedit, seu illi testatore mortuo seu etiam num viuo, post factum tamen testamentum, nascatur.* 3 *Et ex textu annotandum est, in eo postumos & liberos iam natos pari passu ambulare, quod vtriq; aut instituti aut exhæredari debeant.* 4 *In multis tñ differunt: sicut quatuor ex præsenti loco differentiæ colligi pñt, quas breuiter referemus. Prima, est cum olim inter masculos & fœminas distingueretur circa prætoritionem:* b *in postumis par fuit condĩo, vt hic tex.* c *ait. Præterita itaq; filia iam nata ius accrescendi hẽbat, postuma verò rumpebat testamentum. Diuersitatis hanc rationem Iaf. refert. Nam cum filiarum præteritio vim exhæredationis habeat, non idem postumis recipi potest, uidetur. n. eas, quæ testamenti tempore in ventre portabantur, per errorem omisisse, non autem exhæredare* d *voluisse. Atq; ideo etiam, cum inter cæteros exhæredabantur, necesse erat ipsis aliquid legari, ne per obliuionem viderentur* e *præteritæ.* 5 *Secunda est, ꝙ testamentum, in quo filij iam nati sunt præteriti, ab initio nullius est momenti,* f *postumi verò secuta demum natiuitate rumpunt testamentum. Iniquum. n. esset, mox ab initio ruptionem inducere, cum multa contingere possint, ꝙ postumus non nascatur.* g 6 *Tertia est, ꝙ postumæ non aliter inter cæteros exhæredari, possunt, q̃ si legatum eis* h *sit aliquid, filiæ vero iam natæ etiam sine legato possunt.* 7 *Quarta deniq; est, ꝙ nepotes nati & præteriti non rumpunt testamentũ, possuntque, inter cæteros exhæredari, postumi vero nepotes, nisi nominatim fuerint exhæredati, infirmant testamentum.*

a *Totum infirmatur*] 8 *Hodie tamen ex Iustiniani Nouella constitutione* 115: *secus est, quia postumi agnatione totum testamentum non rumpitur, sed duntaxat quantum ad institutiones. Legata vero & fideicommissa firma manent,* i *si tamen testator sciens præterijt postumum, nam si per errorum, putant Doctores,* K *nec legata quidem præstanda esse.*

b *Sed fœminini quidem sexus personæ*] *Nempe postumæ, de his enim personis hic agitur.*

c *Si inter cæteros*] *Generali. s. appellatione filiarum, quæ quidem & ad postumas pertinere potest.*

d *Per obliuionem*] *Nam si pater filio institutio reliquos exhæredasset, postuma quæ post in hanc lucẽ prodijsset dicere posset, testatorem de se non cogitasse, nec generali exhæredationis clausula sese debere excludi, quæ exceptio cessat, si legatum accepit etiam leuidense, id enim omnem obliuionis suspicionem tollet.*

e *Nisi nominatim*] *Idest, claris verbis, quia demõstratio certa nominis vice fungitur, idq; est, qđ mox sequitur,* [*Quicunq; mihi filius,*] *&c. quomodo. n. aliter nomen eius possemus dicere, qui necdum natus est? Hodie tñ ex commmuni Doctorum* l *sententia exhæredatio postumi in vniuersum est sublata.* 10 *Siquidem iure Nouellarum prosidentur parentes non nisi* 14. *ex* m *causis, liberos exhæredes facere, ex quib. nulla est, quæ postumo in locum sibi vendire possit.* 11 *Alciatus* n *contra, nam oĩ iure & Digestorũ & Institutionum, & Codicis, exhæredatio fieri potest, nunquam tamen sine* o *causa, præterquam in postumo, de quo lex* p *noua generalis non est intelligenda.* 12 *Sed respondet Loriotus,* q *olim sine causa exhæredationem fieri non potuisse. Hodie* r *vero, vt ingratitudinis causa sit, requiritur. Vnde cum postumus non possit esse ingratus,* s *recte nec exhæres scribi poterit. Et hæc est veritas.*

a vt p gl. in Rub. C. de pos. hær. inst. Salomon. & Dd. i l. Gallus. 29. in pri. de lib. & post.
b ver. sed nõ ita. sup. in prin. huius tit.
c versic. & in eo &c.
d ar. § pe inf. e. & l. 1 filius fã. de mil. test.
e vt hic. ver. sed fœminini.
f l. j de li. & po. & §. 1. sup. hoc tit.
g Dixi sup. e. in prin. nu. 12.
h Vt hic ver. sed fœminini.
i Auth. ex causa C. de li. pter.
K In d. Auth. ex cau.
l Bar. l. si postumus. de lib. & postum. Dd. l. si quis in suo. C. de inof. test. Iaf. l. 2. C. contra tab.
m §. aliud. & §. causas. vt cum de app. cog.
n li. 4. Paradox. c. 10.
o l. fin. de bonis damnato.
p d. §. aliud.
q De exhære. & pt Axio. 8.
r d §. aliud.
s l. si qs. §. legis C. de inof. test.

§. Po-

§. Postumorum.

1 De quibus postumis tractet hic §.
2.3.4 Olim non licebat postumum alienum instituere: & quæ fuerit ratio, variare Dd. & num. 5
6 Prætorem hoc ius antiquum immutasse: & qua ratione ad hoc motus fuerit.
7 De Gallo Aquillio, eiusdemque lege, vt postumi nepotes etiam iure ciuili institui possent.
8 Prædictam Galli prouisionem vni tantum casui conuenisse.
9 Iulij Velleij de eadem re prouisio generalior: & de primo legis Velleiæ capite.
10 De secundo eiusdem legis capite.
11.12 Viglij Zuichemi intellectus ad 2. legis Velleię caput.
13 Alciati intellectus ad secundum caput legis Velleiæ reprehenditur.
14 Hodie postumi, sui & alieni hæredes vtiliter instituuntur.
15.16 Suus hęres quis dicatur, & quid sit Suitas.

Postumorum autem loco sunt & hi, qui in sui hæredis locum succedendo, quasi adnascēdo fiūt parentib. sui hæredes. Vt ecce, si quis filium, & ex eo nepotem neptemue in ptāte habeat: quia filius gradu præcedit, is solus *a* iura sui hęredis habet, quamuis nepos quoq; & neptis ex eo *b* in eadem potestate sint. Sed si filius *c* eius *d* viuo eo moriatur, aut quolibet alia ratione exeat de ptāte eius, incipit nepos neptisue in eius locum *e* succedere. & eo modo iura suorum hæredum *f* quasi agnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamētum: sicut ipsum filium vel hæredem instituere, vel nominatim exhęredare dēt testator, *g* ne non iure faciat testamentū: ita & nepotem neptemue ex filio necesse est ei vel hæredem instituere, vel exhæredare: *h* ne fortè eo viuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisue, quasi agnatione rumpat testamētū. Idq; lege Iulia Velleia prouisum est, in *i* qua similis exhæredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.

Hic.] §. *ad uerbā ex Caio* a *sumptus est, vt alia aliunde.* 1 *& de eo postumorū genere differit, qui ante testamētum nati sint, sed sublato post testamētum de medio parēte, incipiunt esse sui: qui nisi hæredes, vel exhæredes facti sint, ad instar postumorū rumpunt: obq; id ab Accurs.* b *[quasi postumi dicunt, & loco postumorum esse hic dicuntur.* c *Hēt autem non nihil difficultatis præsens locus, cum secundum caput Legis* d *Velleiæ contineat. Itaq; vt eo apertior ac facilior sit eius cognitio, rē a fonte & primis principijs, quā pōt fieri breuitate, exordiri operæ precium fuerit.* 2 *Et supra* e *quidem dictum est, postumi preteriti agnatione testamentum rumpi. Iure tn̄ antiquo 12 Tab. postumum alienum hæredem instituere impermissum erat.* f *Ideo testator habens filium, & nurum ex eo prægnantem, filiū quidem instituere poterat quia suus erat: nepotem vero in vtero cōstitutum non item, cum tempore institutionis esset alienus. Hinc aliquando eueniebat,* g *quod licet testamenti tempore filiū in gradu nemo precessit: si tn̄ viuente testatore filius ante postumi natiuitatem decedebat, is postumus deinde a nuru progenitus, in locum sui patris succederet, ac p consequens efficeretur suus. Et quia se reperiebat preteritum, rumpebat testamētum, qđ valdè iniquum erat, cum testator nulla id ratione præcauere potuerit. Etsi. n. institutus fuisset hic nepos, adhuc infirmatum esset agnatione testamentum, cum inutilis institutio loco præteritionis hēatur.* 3 *Antiqui iuris rationem Bar.* h *illam refert: quia 12. Tabul. lege ad successionem præter suos nemo admittebatur. Is autem postumus, animaduerso testamenti tempore, Suus non erat, sed alienus. Hanc tamen rationem Alciatus* i *improbat.* 4 *Alij quod institutio certa esse debebat: at hic, qui nondum natus est, nullus adhuc* K *est, & præterea incertum est, nasciturus sit, an non. Verum hac ratione nec suus potuisset institui postumus, cum non magis in rerum natura sit, atque alienus.* 5 *Quare dicendum, illud inductum esse partim quia triste omen erat, a filij morte, vel alia capitis diminutione euentum Suitatis in postumo alieno expectare, quod Marius* l *Salomonius censuit: patim quia tales postumi, qui inter suos futuros hæredes non reperiebantur, cum incertis personis (quibus olim neque legata, neque hæreditates relinquendi ius fuit) reputabantur: quod post Rapha. Cumanum* m *Alciato quoque placuit. Tametsi diuersum etiam esset in suis postumis omnino futuris hæredibus, qui licet incerti quodammodo videri possent: hos tamen fauor Suitatis conseruabat, cum nihil eis hac institutione obuenire posset, quod non eis iam vel uiuente testatore quasi debitum* n *fuisset.* 6 *Porrò quoniam valdæ absurdum videbatur, neque institui neque præteriri postumos posse, ac inanem fieri testatorum prouidentiam, Prætor id postea correxit. Quamuis. n. testamentum, in quo postumus erat institutus, summo iure non valebat: ipse tamen concessit bonorum possessionem, de ventre in possessionē mittendo, & secundum tabulas.* 7 *Sed & postea vt eiusmodi institutio iure etiam ciuili subsisteret, & sine Prætoris auxilio testamentum valeret, Gallus Aquilius, vir maximæ ac probatissimæ scientiæ, summæque autoritatis* o *apud populum Romanum* p *legem tulit, vel (quod alij* q *malunt) duodecim Tabulas interpretando induxit, vt postumi nepotes possint*

a In l. 13. posthumū. de iniust. rup. post.
b In l. 26. Gallus in prin. de lib. & posth.
c Facit §. posthumi. inf. de hæ. qua. & dif.
d d. l. Gallus. §. et
e § præced.
f d. l. Gallus. §. il le casus. §. porro. & inf. de bono. pos. i prin.
g Ias. in d. l. Gal. in prin. & ibi. Mar. Salom.
h Ibidem.
i Li. Para. 3. c. 3.
K Argu. §. postu cum præce. & seq. inf. de leg.
l d. l Gal. i prin.
m loco predlleg.
n l. i suis. ib. Dd. de lib. & post.
o l. 2. §. post hos auté fuerunt ibi Zaz. de ori. iur. Cic. i Or. pro A. Cecin.
p Vigl. hic.
q Mar. Sal. in d. l. Gallus. i prin.

sint et iure ciuili institui.[r] Verba autem formulæ Aquilij, concepta in persona testantis, aui, taliæ [s] sũt [Si filius meus moriatur, tunc si quis mihi nepos, siue quæ neptis natus nataue erit, in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, hæredes sunto.] Rectè igitur nunc instituitur nepos posthumus alienus, si in casum confratur institutio, quo suus testatori nasci poterit: & sic non vt alienus, sed vt suus hæres scribitur, neq; ante vult intelligi institutum, quàm suus fuerit, adeò quod si nunquam suus fieret, nunquam crederetur, neq; esset institutus.[t] Hæc tñ Galli Aquilij prouisio vni tantum casui quadrabat, nempe de instituendo nepote, post mortem aui ex filio præmortuo nasciturο. Quod si vero viuente auo nascebatur, iam cessabat hoc impedimentum, & imputari illi poterat, cur testamentum non mutasset. 9 Quapropter Iulius [u] Velleius postea constituit, vt idem esset, si viuo auo nasceretur patre vel testamẽti, vel quo alio post tempore ante posthumi natiuitatem & aui mortem defuncto, aut alio quopiam modo è medio sublato: nam multifariam iura ciuitatis amittuntur.[x] Et quanquam his poterat ipse auus ante mortem suam, natum instituere vtiliter: tñ Velleius prouidit, vt quouis tempore rectè testari liceret, alioqui .n. erat expectanda nepotis natiuitas, vt vtiliter institueretur. Et hoc est primum caput legis Velleiæ. 10 Nunc ad secundum veniamus, quod huius loci [y] proprium est. Multum aũt variant Doctores, quomodo hoc secundum caput accipiendum sit, aut quid de nouo Velleius induxerit. Ego pertermissis aliorum traditionib. breuiter Viglio Zuichemo consultissimo viro, atq; olim Patauij in Italia (vbi ius ciuile ex professo docuit) præceptori nostro inter maiores ol[im] suscitãdo, in hunc fere sensum secũdũ legis Velleiæ caput interpretanti, subscribo. 11 In primis animaduertendum esse, inquit, nepotes natos præteritos non potuisse rũpere iure antiquo testamentum: vt in principio huius [z] tituli dictum est. Constat aũt Velleium in secundo capite loqui de nepotib. ante testamentum natis, & hic dicitur, hosce in patris locum succedentes rumpere testamentum: quod superiorib. aduersatur. Quamobrẽ verisimile est, Velleium primum ius antiquũ correxisse in eo, quod hi nepotes olim præteriti pro exhæredatis habebantur. Constituit.n. lex Velleia, vt nepotes in parentis locum succederent, successioq; hæc agnationis vim haberet, at ipsi quasi posthumi censerentur.[a] Mouit forte Velleium, quod iniquũ is præterito pro exhæredatione habebatur, cum pater eos tempore testamenti præcedente nõ videatur auus nepotes voluisse exhæredare, sed per errorem præteriisse [b] 12 Hi ergo nepotes, cum iure veteri præteriti haberentur pro exhæredatis, lege Velleia succedendo in sui hæredis locum, quasi agnoscendo fiunt sui hæredes, & testamentum infirmare possunt. Hanc aũt successionẽ à Velleio inductam, [c] illa verba attestãtur. [Si quis ex suis hæredib. suus hæres esse desierit, liberi eius & cæteri in locum suorum sui hæredes succedunt. 13] Alciatus [d] tamen generaliter id in omnib. nepotib. tam natis, quàm nascituris a Velleio constitutum putat: sed ei superiorum textuum distinctio manifeste refragatur. Nati.n. nepotes præteriti non rumpebant: posthumi rumpebant.[f] In natis ergo correxit id Vellius, cum pater præcedebat tempore testamenti: quod tex noster aperte indicat. Sic accipiendum, quod sæpe legitur, [Lege, Velleia, [g] ob nepotis succedentis præteritionem rumpi testamentum.] Cæterum quod vice versa dicitur. [Velleium posteriore capite prouidisse, ne testamẽtũ rumperetur,] alium intellectum habet: quod Viglius [h] & Alciatus [i] satis demonstrant, & omnia hic referre longum foret. 14 Illud pro coronide non omittendum, hodie Iustinianı [k] cõstitutione generaliter cõcessum esse, omnes posthumos, suos vel alienos, filios vel nepotes vtiliter institui. Ideoq; videndum est, vt ea[n]te quis testamentum faciat, ac ipsos et instituat, ne agnatione testamentum rumpatur.

a Iura sui hæred.] 15 Nam vt quis sit suus hæres duo coniunctim requiruntur: alterum, vt fuerit in potestate testatoris tempore mortis eius: alterum, vt nullus eum in gradu præcedat: quod alibi [l] apertius declarabitur. 16 Hunc autem sui hæredis qualitatem, Interpretes vulgò [Suitatem] vocant, quod nihil aliud est, quam hæredum qualitas, quæ primum in patria potestate locum obtinet, continuationem dominij, necessitatemq; successionis inducẽs,[m] Sane Alciatus [n] refert, à Sosino rogatum Politianum, quis [Suus hæres] diceretur, obmutuisse. De cuius vocis vsu multa quoque eleganter Budæus indicauit in Græcæ linguæ Commentariis.

b In eadem potestate] Sed filius gradu eos præcedit, ideoque sui hæredes dici non [o] possunt.

c Eius] Testatoris.

d Viuo eo] Testatore.s.

e Succedere] Subintrare.

f Quasi agnatione] Quia succedendo in sui hæredis (nempe patris eorum, qui nunc quoquomodo nexum potestatis patriæ exit) locum, quasi agnascendo sui hæredes fiunt, ac persequens, cum se præteritos reperiant, ista quasi agnatione etiam testamentum rumpunt.

g Ne non hoc iure] Idest, iniustum.

h Ne fortè eo viuo] Testatore adhuc viuente.i.ne si filius institutus mortuus sit, dum adhuc superstes esset pater, nepotes ex eo in ipsius locum subintrando, quasi agnatione testamentum rumpat.

i In qua similis] Bald. legit, [In qua simul:] asserens, sic in vetustis quibusdam codicib. reperiri: quod & ipse probo. Est autem sensus, legem Velleiam non modo statuisse, quemadmodum nepotes agnoscendo non rumperent testamentum, sed etiam, vt in iis obseruetur idem modus exhæredationis, qui de posthumo traditus est.

r De quo vide omnino Vigl. hic. & in §. seruus 3 inf. de hæ. inst.
s d.l. Gallus. in prin.
t Salom. ibid.
u d. l. Gallus. §. nunc de lege. Velleia.
x sup. de ca. dem.
y Et de e. tractatur in d.l. Gallus. § etiam & §. seq.
z Ver. sed nõ ita de filiab.
a Pondera verba huius §.
b l.33. si filiusfa. de mil. test.
c In d.l. Gallus. §. videndũ est.
d li.3. Para. c. 19.
e d. uer. sed non ita de filiab.
f §. posthumi. sup. h. ti.
g l. si quis filium. C. de inof. tes.
h Hic.
i lib.3. Par. c. 20.
k inst. de bo. pos.
l §. sui autẽ. inst. de hær. qualita. & dif. & §. ita demũ. inst. de hær. quæ ab intest. def.
m Dictis intib.
n li.4. de ver. sig.
o d. §. sui autem.

§. Emane

§. Emancipatos.

1 *Emancipati iure ciuili pręteriri possunt, ut extranei, & quę sit ratio.*
2 *Sed iure pretorio habent bono possess. contra tabulas.*
3 *Bonorum possessiones durant tantum anno, successio autem ciuilis 30. annis.*
4 *Emancipatus præteritus hodie testamentum dicit nullum, ad instar sui.*
5 *Emancipato cum causa pręterito, ualet etiam hodie testamentum.*

Emancipatos liberos iure ciuili neq; hæredes instituere, neq; exhæredare *a* necesse est: quia nō sunt sui heredes. *b* Sed prætor omnes tā fęminini sexus quàm masculini, si hęredes non instituantur, exhæredari iubet: virilis sexus nominatim, fęminini verò inter cæteros: quia si neque hęredes instituti fuerunt, neque ita, ut diximus, exhæredati: *c* permittit eis Prætor contra tabulas testamenti *d* bonorum possessionem.

a *Necesse est.*] 1 *Præteriri ergo poterant emancipati iure ciuili, sicut extranei. Quod ideo erat, quoniam ius ciuile in successionibus respiciebat agnationem.* a *Agnatio autem omnibus capitis diminutionibus tollitur:* b *& emancipatio minima capitis diminutio est.* c *Cum ergo in successionib. prima ratio erat agnatorum, & agnatio emancipatione tollebatur, sequitur emancipatos iure ciuili a successione esse exclusos.*
b *Sed prætor.*] 2 *Succurritur ergo emancipatis pręteritis beneficio Pretoris, ut per bonorum possessionem [contra tabulas] succedant, idque ea ratione, quia Pretor considerat cognationem naturalem potius, quàm agnationis ius, quod merum ciuile commentum est, quum cognatio sit iuris naturæ, propter sanguinis necessitudinem, quam in natiuitate consequimur, nec emancipatione tolli possit.* d *Quare filius emancipatus vtcunque inter agnatos haberi desinat per capitis diminutionem, ex cognationis tamen, sanguinisq; necessitudine non eximitur.* e 3 *Multum autem interest, quo iure liberi succedant, ciuili an Pretorio. Nam bonorum possessiones etiam longissimę, id est, quę filijs dantur, uno tantum anno* f *durant: facultas autem succedendi per ius ciuile, longo tempore, & (ut omnes interpretantur) triginta annis* g *competit, sicq; multo plenius est iuris ciuilis, quàm pretorij remedium.* 4 *Sed tamen an hodie hoc iure utamur, disputatum est. Bar.* h *existimat (cui cęteri communiter subscribunt) posse hodie filium emancipatum simpliciter, & sine causę expressione præteritum, testamentum iure ciuili, ad instar Sui,* i *nullum dicere, nec ei amplius necessariam esse bonorum possessionem. Sicque huius §. nostri distinctio nouissimo iure propè sublata est. Quod si præteritioni adiecta sit causa ingratitudinis, censet Bartolus adhuc veterem durare differentiā, inter filium in potestate, & emancipatum. Siquidem filiofam. præterito etiam cum causę insertione, testamentum hodie ipso iure nullum est.* 5 *Sed si emancipatus sit pręteritus ex iusta aliqua causa, ualebit testamentum.* k *necessariaque etiam hodie erit contra tabul. bonorum possessio.*
c *Permittit eis.*] *Plerique codices habent, Promittit: Paulus verbo, polliceri, vtitur. Promittit aut non solum ipsis, simul & alijs liberis alioqui nō præteritis, sed etiā ritè institutis, quia unius pręteritio satis* l *est.*
d *Bonorum possessionem.*] *Quæ totum testamentum subuertet, ut nullus ex eo hæres esse possit, nec quicquam ex hæreditate retinere* m *licebit.*

a inf. de legit. ag. succes. in prin.
b §. sed agnationis. sup. de legit. ag. tutela.
c § minima. sup. de cap. demin.
d §. fi. sup. d. tit. & legit ag. tut.
e d § fi. & §. minus. inf. de hæred. quæ ab intestato defe.
f l. 1. §. longius. de successorio edict.
g l. 10. licet. C. de iur. delib.
h Auth. ex caus. C. de lib. præt.
i § aliud quoq;. & §. seq. Noue. vt cū de appel. cog.
k Bar d. Auth. ex caus gl § ex hæredatos. Noue. de hęr. & Falc.
l l. 3 § si quis ex li. & l 10 si post mortē. §. vl. de bo. po. cōtra ta.
m l. 13. cum emācipatus. d. tit. de bo. pos. con. ta.

§. Adoptiui.

1 *Pater adoptiuus filium adoptatum uel instituere, uel exhæredare debet.*
2 *Naturalis filius dicitur, qui ex iusto matrimonio natus est.*
3 *Adoptiuus à patre adoptiuo emancipatus, pro extraneo habetur.*
4 *Et quid obtineant in patre naturali filij adoptiui.*

Adoptiui liberi, quamdiu sunt in potestate patris adoptiui, *a* eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptijs quæsiti. itaque hæredes instituendi, uel exhæredandi sunt, secundum ea quę *b* de naturalibus exposuimus. *c* Emancipati uerò à patre adoptiuo, neque iure ciuili, neque eo iure quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerātur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem sunt in adoptiua familia, *d* extraneorum numero habeantur: vt eos neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse sit. Cum uerò *e* emancipati fuerint ab adoptiuo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent.

a *Eiusdem iuris.*] 1 *Cum in filijs adoptiuis & potestas patria, & emancipationis effectus locum* a *habeant, consequitur patrem adoptiuum iure ciuili non aliter rectè testari, quàm si filium a se adoptatum uel instituat, vel exhęredet, quādiu eum in sua potestate retinet. Alias si se præteritum reperiat, ad instar iusti filij, ipso iurę testamentum eius rumpet, cum in hoc filio ex iustis nuptijs procreato comparetur.*

a sup. de adoptionib. in prin. & §. cum autem impubes.

b De naturalibus] 1 Idest, ex iusto matrimonio procreatis. Hi enim naturales ex comparatione adoptiuorum uocantur.

c Emancipati verò.] Adoptiui scilicet 3 Nam si filius adoptiuus sit emancipatus à patre adoptiuo, cessat præcedens doctrina, quia neque institutione, neque exhæredatione opus est, cum plane pro extraneo iam habeatur Et hoc est, quod in textu dicatur, [neque iure ciuili, neque prætorio eos amplius inter liberos connumerari.] Ciuilis enim ratio emancipationis, vinculum illud ciuile adoptionis sustulit, ac ita, quantum ad illum patrem adoptiuum, in liberorum numero amplius non est. Sed nec ulla hoc casu subest directa cognationis necessitudo, cuius respectu danda sit illi, instar naturalis filij emancipati, contra tabulas bonorum possessio.

d Extraneorum numero] 4 Quo ad patrem naturalem. Et ideo pater naturalis, etsi testamentum facit, ipsum tamen neque instituere, neque exhæredare obligatur: quia tempore testamenti propter adoptionem seu extraneus, & alienæ familiæ reputatur. b

b l. pe. C. de ado.

e Emancipati fuerint.] 5 Viuente adhuc patre naturali; quo casu ad patrem naturalem, tanquam ab illo manumissi, pertinere incipiunt: proindeque si in eius testamento sint præteriti, ad instar ueri emancipati habebunt contra tab bonorum possessionem Et hoc intelligit Imper. præsenti uersiculo, Alioqui si patre naturali defuncto emancipati fuerint, tum hoc iure ab vtriusque patris & naturalis & adoptiui successione cadebant: c naturalis quidem, propter vinculum adoptionis, quod mortis suę tempore adhuc durabat: adoptiui vero, ob adoptionem iam solutam.

c d. l. pen. & § sed ea omnia tot d hæred. quæ ab intest. defe.

§. Sed hæc quidem.

1 *Differentia inter masculos & feminas in succedendo hodie sublata.*
2 *Accursii expositio ad hunc §.*
3 *Viglij interpretatio ad eundem.*
4. 5 *Differentiam inter patriam potestatem & emancipationem iure nouissimo sublatam esse, quo ad succedendi effectum, & in quibus adhuc differant.*

Sed hæc quidẽ uetustas introducebat. nostra vero cõstitutio inter masculos & feminas *a* in hoc iure nihil interesse existimans: quia vtraq; persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur: *b* & lege antiqua duodecim tabularum oẽs similiter ad successionem ab intestato uocabantur: *c* quod & Prætores postea sequuti esse uidentur: ideo simplex ac simile ius, & in filijs, & in filiabus & in cæteris descendentibus per virilẽ sexum personis, non solum iam natis, sed & posthumis, introduxit: vt oẽs, siue sui, siue emancipati sint, vel hæredes instituantur, vel nominatim exhęredentur: *d* & eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hæreditatem auferendam quem filij sui vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in utero constituti, postea nati sint. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quæ in nostra constitutione, quam super adoptiuis tulimus, continetur.

Innouatio] seu emendatio antiqui iuris hoc §. continetur 1 Nã cũ olim magna esset differentia in succedendo, inter masculos & fœminas: vt hactenus retulit Imp noster: hanc sua * *constitutione sustulit, sanciens, masculos & feminas eodem iure censeri in successione testamentaria, non secus atque in legitima ab intestato hereditate.*

* In l. maximum vitium C de liberis præte.

a l. in multis. ff. de sta homi.

b l lege 12 tabu. C. de leg. hær.

a In hoc iure] In alijs enim partibus iuris a differunt; ut alibi dicitur.

b Et lege antiqua 12. tab] Eam plenius lib. 6. Cod. b tit. 57. Iustinianus refert.

c Quod & prætores.] Concedebant enim Prætores filiæ præteritæ reditum ad patris successionem intra annum, per contra tab bonor. poss.

d Et eundem habeant effectum.] 2 Accursius c exponit, [quo ad commodum, diuerso tamen iure.] Vult ergo effectum quidem infirmandi testamentum esse eundem, nempe quod hodie non sit differentia inter suos & emancipatos, sed emancipati ad suorum similitudinem succedant, ut scilicet eundem fructum succedendo consequantur, Attamen diuersis vijs, eos etiam hodie ad successionem deuenire: quia emancipatus si sit pręteritus, tantum contra tabulas bonorum poss petere potest: Suus etiam ipso iure testamentum subuertit sicq; in emancipatis hic nihil corrigeretur, quod Iasoni d non satisfacit. 3 Viglius hęc uerba textus nostri ita exaudit, quasi velit hic Imp. filias & nepotes, ac omnes cuiuscunque gradus & sexus, suos & emancipatos eodem iure vti, quod habent filij sui vel emancipati. Non ergo id agit Iustinianus, vt suos emancipatis, sed vt filias, nepotes, neptesq; filijs ęquaret. Nã cum supra e traditũ sit, rite exhęredari filias inter cæteros, & itẽ nepotes per virilem sexum descendentes: nunc noua cõstitutione non aliter ualebit exhęredatio quàm si nominatim facta fuerit, ad instar filiorũ. Inter cęteros ergo exheredatæ, quasi nõ ritè, hoc Institutionum iure bonorum possessionẽ contra tab habebunt. Ex prædictis apparet, hoc §. nõ esse sublatum inter patriam potestatẽ & emancipationẽ uetus discrimẽ, nisi quo ad succedẽdi effectũ. 4 Sed an nouissimo saltem iure

c Hic in verbo eisdem.

d Hic in addit. ad Pore.

e In princ huius tit. ver. sed nec nominatim.

iure id discrimen cesset, videamus. Et in hoc communiter itum est, in successione legitima nullam hodie differentiam inter suos & emancipatos esse, sed æqualiter iure ciuili omnes admitti, sic tamen, ut emancipatus aditione opus habeat, cum in ipso non continuetur dominium, ut in suo. f Id eum habet effectum g quod ad triginta quidem annos adeundi ius illi saluum manet: non aditam tamen hęreditatem transmittere ad hęredes nequit, licet Suus transmittat ad quoscunque; Neque enim emancipatus ius ac priuilegiũ Suitatis habet, licet succedat ad sui hęredis h similitudinem. 5 Facto autem testamẽto adhuc sublata censetur inter patriam potestatem & emancipationem differentia, nisi quod emancipatus cum causæ expressione præteritus, solum contra tabulas bono. possess. habet. i Simpliciter uero preteritus, & sine causa insertione ad instar sui, K vel testamentum nullum dicet, uel per contratab. bon. possessionem impugnabit.

a *Nostra constitutione.] Quę lib. 8. tit. 48. in Cod. l extat, quam alibi m declarauimus, ut hic repetitione non sit opus.*

§. Sed in expeditione.

1 *Pręteritio militis pro exhæredatione habetur.*
2 *Si tamen scienter preteritio sit facta.*
3.4 *An militis testamento ob ignorantiam irrito, legata debeantur?*
5 *An hic §. sit hodie correctus.*

Sed si in expeditione occupatus miles, testamentũ faciat, & liberos suos, iã natos uel posthumos nominatim non exhæredauerit, sed silentio præterierit, non ignorans, an habeat liberos; silentiũ eius pro exhæredatione nominatim facta ualere, *a* constitutionib. Principum cautum est.

Hactenus] Imperator iuris communis dispositionem retulit, secundum quam testamenta parentum ratione institutionis, exhęredationis, aut pręteritionis, uel consistere, vel corruere, uel infringi possint: nunc quid in militibus obtineat, edisserit 1 Sicut ergo miles in testando iuris communis obseruationi non adstringitur, sed militari priuilego uti potest: a ita & hoc priuilegij habet, quod eius pręteritio habeatur pro exhęredatione, tantumque ualeat, quantum alioqui pagani, hoc est, non militantis exhęredatio. 2 Si tamen miles in castris, & expeditione militari occupatus b sit, sciueritque se habere liberos. Nam si ignoraret, se filios habere superstites, uel uxorem pręgnantem, non uidetur eos exhęredare uoluisse, & quia uoluntatem ipsius hoc casu deficere lex præsumit, testamentum pro nullo habebitur: c idque benignius est. Sciuisse autem, qd filios habuerit, vel ex eo præsumi solet, si miles filios in testamento nominatim expresserit, aut eis aliquid quouis alio tit. reliquerit. d 3 Sed an testamento militis ob ignorantiam infirmato, legata debeantur? Et nõ deberi iure antiquo, e idque etiam hodie obtinere, nec quicquam hac in specie innouatum esse Bartol. f uoluit. 4 Viglius vero distinguendum putat, an legata magni sint momenti, nec ne: quia priore casu uerisimile est, si cogitasset miles filios se hæredes habiturum, non fuisse ipsum tam multa illis ablaturum g Altero casu neutiquam reuocanda erunt, cum & illa fuerat relicturus, sciens se filium habere, quem h pręterijt. Sanè solam militis in testando uoluntatem semper spectandam esse, ubique leges clamant. 5 Illud & iam dubitatum est, an huius §. dispositio, quod s. simplex militis præteritio tacitam exhæredationem inducat, Nouellarum iure, i quo in exhæredando expressio causæ iustæ requiritur, sit correcta? Et communiter obtinuit, K eam correctam esse, cum Nouella l constitutio generaliter præcipiat, ut omnes parentes liberos instituant vel cum causa exhæredent, prætereantve. Pontanus tamen, Iason, & Vigl. contra sentiunt, cum speciale militum ius non debeat generali de alijs parentibus correctioni m subiacere: in quo ego subsisto, ob fauorem liberorum.

a *Constitutionibus Principum.] Extat Gordiani n Imp. ea de re constitutio lib. 6. Cod. Itemque o Philippi Imp. alia, quæ huc referri possunt.*

§. Mater.

1 *Præteritio matris iure Instit. pro exhæredatione habebatur.*
2 *Liberis à matre præteritis datur querela inofficiosi.*
3 *Hodie hunc §. esse correctum iure Nouellarum.*
4 *Legem Velleiam & Aquiliam etiam in materna hæreditate obtinere hodierno iure.*
5 *Exhæredatio hodie sine causæ expressione non fit.*
6 *Aetiologia huius constitutionis nouellæ.*
7 *Ob causam exhæredationis non probatam testamentum duntaxat quo ad institutionem infirmatur: cętera in eo firma manent.*

Mater uel auus maternus, *a* necesse nõ habet liberos suos aut heredes istituere, aut exhæredare sed possunt eos silentio omittere. *b* Nam silentiũ matris, aut aui materni, & cæterorũ per matrẽ

O 2 ascen-

f l. in suis. de liberis & post.
g Ias. in l emancipata. C. qui admit. Vigl. hic.
h L. 15 meminim. C de legi. hær. l. vlt. § sancim.
i C. de lib. præt. & §. emancipatos sup. hoc ti. Faber hic.
k Ita Bar. & alij, l. Gal. §. & quid si. de liber. & post & Aut. ex cã. C. de li. pte. Rui. tamen in d. § & quid si tantum. & Alc. l. 3. Para. c. 10. aliter sentiunt.
l l. cũ in adoptionib. C de adop.
m § sed hodie. supra de ado.
a sup. toto tit. de milit. test. ff. & C eod.
b §. illis autem. vbi dixi. sup. de mili test.
c l si filiusfa §. 1. de mil. tes. Dd. l sient cer. & l. seq. C. eod.
d Cantiune. hic. arg. l mil. codicillis. §. miles. 2. de test. milit.
e In l filio præterito de iniusto rup. tes. Et no. in Auth. ex cã. C de lib præt.
g arg. l. pen. C. de iure codicill.
h Vide limitatio Dd. in d. Auth. ex causa.
i §. aliud. & § seq. vt cũ d ap. cog.
k Alex & alij, in d. l. si cut cerd. Ang hic.
l d § aliud. & § seq.
m Per gl. l. sciendum, qui satisda. cogan.
n d. l. sicut.
o in l. si cum. C. hoc tit.

ascendentium, tantùm facit, quantum exhæredatio patris. Neque enim matri filium filiamue, neq auo materno nepotem nepremue ex filia, si eum eamue hæredem non instituat, exhæredare necesse est: siue c de iure ciuili quæramus, siue de edicto Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem promittit. sed d aliud eis adminiculum seruatur, quod paulo post uobis manifestum fiet.

a *Necesse non habet.] 1 Hinc discendum, præteritionem matris, aliorumque per lineam maternam ascendentium, hoc Institutionum iure tacitam inducere exhæredationem. Ideoque ipsorum testamenta, in quibus liberi sunt præteriti, iure ciuili ualent, nec Prætoris beneficio rescinduntur. Filij enim non sunt sui hæredes matri, aut auo materno, cum non habeant eos in potestate. a Prætor uero emancipatis tãtum hac in parte per contra tabulas bonorum possessionẽ subuenit: b mater autem & auus maternus, sicut non habent suos hæredes, ita quoque non emancipant. 2 Vt tamen aliqua ratione liberis hoc casu succurratur, iure ciuili permittitur eis de inofficioso testamento agere. Neque enim consentiendum fuit parentibus, qui iniuriã aduersus liberos suos testamento inducunt. c Et hæc quidem hoc iure d obtinebãt. Hodie uero hic §. iure Nouellarum e correctus est. Nam si filij a matre, uel cæteri liberi à parentibus maternis fuerint simpliciter, & sine causæ adiectione præteriti, testamentum ipso iure est nullum. Sin uero causa præteritionis adscripta est, ualere testamentum aiunt, locumque esse contra tabul bonor. possessioni. 4 Sed nec hoc omittendum, legem Aquiliam & Velleiam f hodie & in materna hæreditate, siue linea locum habere. g Atq; ideo necesse est, ut auia filium instituendo cogitet, ne illo forte præmortuo nepos succedens testamentum rumpat 5 Sane iure quo nunc vtimur, omnis forma exhæredationis in expressione iustæ causæ ingratitudinis h consistit, quæ vbi negata est, per scriptum hæredem probari debet. Si ea non sit expressa, uel expressa quidem, sed non idonea, nullius erit momenti testamentum. Sin autem idonea sit inserta, nec tamen probetur, [Querela inofficiosi] locum habet. 6 Quod ideo sic constitutum est, ne uel liberi falsis accusationibus subiacere, vel aliquã paternorum bonorum interuersionem i immerito pati cogãtur. 7 Quamuis autem omissa uel non probata causa exhæredationis aut præteritionis testamentum infirmetur: hoc tamen ad hæredis institutionẽ tantum restringitur. Cætera enim testamenti capitula, puta legata, fideicommissa, libertates, tutorum dationes, et similia firma k manent, implerique, & quibus relicta modis, dari debent, non secus, quàm si testamentum in re factum non esset infirmatum l rescissumve.*

b *Nam silentium.] Etiamsi nescierit m se habere filios.*

c *De iure ciuili.] Ius enim ciuile suis duntaxat hæredibus præteritis subuenit. Prætor autem ijs tantum, qui sui esse desierunt per emancipationem, sed neutrum pertinere posset ad matrem.*

d *Aliud eis adminiculum.] Scilicet, Querela inofficiosi testamenti. Ea enim sicut matri datur præterita contra n testamentum filijs: ita & filio conceditur o aduersus præteritionem matris.*

a §. fi. sup. de pat. pot. §. fœminæ. de adopt.
b §. emancipatis. sup. h. ti. l. 4. il lud. §. ad testamenta, contra tab. Bar. l. pẽ fi. lium. de inoff. testam.
c l. filium. C. de inoff. testa.
d inf. de inof. testa. in prin. & l. non est enim. ff. eod.
e §. aliud. & cum de appel cog.
f De quib. sup. in §. postu. h. ti.
g Viglius in d. §. post. in fi.
h Quæ habentur in d. §. aliud quoque.
i §. siue igitur. vt cum de appel. cognos.
k Auth. ex caus. ibi Dec. C. de lib. preter.
l Rõnem vide apud D. l. vbi supra. & l. filio p̃terito. de iñiust. rup. Loriot. de exhær. Axio. 51 vsq; ad finem, qui cæteris melius loquitur.
m l. si instituta. §. vlt. de inof. tes.
n l. cum filiũ. C. de inof. testa.
o l. filium. C. e. t.

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS. TIT. XIIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *In hoc titulo de hæredis instituendi necessitate non tractari.*
3 *Hæredem instituere quid?*
4 *De verbo instituere.*
5 *Hæredes qui dicantur.*

Post] 1 traditam de institutione & exhæredatione liberum doctrinam, quos scilicet omno necesse est uel instituere, uel exhæredare: nunc de cæteris ordine congruo subiungit, quos non tam cogimur, quam possumus hæredes instituere: 2 sicque de nulla hæredis instituendi necessitate, sed tãtũ qui possint, & qualiter possint, hæredes fieri, hic tractatur, ut recte Accursius annotauit. Neque obstat participium illud futuri temporis (instituendis) in Rubrica positum, quod aliquam inducere necessitatis significationem uidetur: a quoniam non aliter important necessitatem hæc participia, quàm si id suadeat subiecta materia, secundum quam uerba intelligenda b esse, manifestum est. 3 Porro [hæredem instituere] nihil aliud est, quam post mortem aliquem in bonis suis dominum facere, non quidem actu, c sed tantum aptitudine & potentia, ut si hæreditatẽ in futurum adire uelit, d dominus efficiatur. [4 Instituere] enim uerbũ, cum a statuto e descendat, uim cuiusdam legis f continet, & per consequens in futurum aliquid faciendum disponit. 5 Vocantur autem hæredes, iuris ac vniuersorum bonorum successores. g Subintrat enim hæres in defuncti locum, atque eius personam repræsentat, succeditque in iura defuncti uniuersa. h Atque hinc continuatio quædam fungitur dominij & possessionis a defuncto in hæredes dominij quidem, cum adita est hæreditas: possessionis uero, cum apprehensa est corpore. i

a sup. de test. ord. in princ.
b l. 10. si vno. locati. l. insulam. §. de pręsc. ver.
c Porc. hic.
d l. 32. cum hær. in prin. de acq. pos.
e Viglius inf. in Rub. de vulga.
f l. 4. de ferijs.
g l. 170. hæredis de verb. sign.
h §. 1. Nouel. de iureiu. a mor. præstito.
i d. l. cũ hæredes.

Princip. tit.

1 *Regulariter omnes possunt hæredes instituti fallit, ut num. 3.*

Liberi

3 *Liberi homines quib. legari non potest, iidem & hæredes nequeunt institui.*
4 *Antinomia inter hunc §. & §. itemque supra qui. ma. non li.*
5 *Seruus proprius quis dicatur.*
6 *Seruo proprietarij hærede instituto, fructuarius eius operis non defraudatur.*

a Hęredes instituere permissum est, tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios, quā alienos *b* Proprios autem olim quidem secundum plurium sententiam non aliter, quàm cum libertate, recte instituere licebat: hodie verò etiam sine libertate, ex *c* nostra constitutione hæredes eos instituere permissum est. *d* Quod non per innonationem induximus sed quoniam æquius erat, & Attiliciano placuisse Paulus suis libris, *e* quos tam ad Masurium Sabinū, quàm ad Plautium scripsit, refert. *f* Proprius autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio vsumfructum habente.

a *Has diuisio] omnes omnino homines, idest, tam liberos quàm seruos complectitur.* a 1 *Itaq; regula est. Omnes posse hæredes institui, qui non expresse prohibentur, etiam quos testator nunquam uidit.* b *Et de seruis quidem satis hic exactè differit Imperator: de liberis vero nihil tradidit, in quibus tamen non semp supra dicta regula procedit. Multi enim sunt liberi homines, qui institui nequeūt: quos Accursius* c *alibi recenset.* 2 *vt sunt deportati,* d *in metallum damnati,* e *hæretici,* f *Anabaptistæ,* g *illicitum collegiū,* h *spurij,* i *incestuosi, mulier intra tempus luctus* k *nubens, licet* l *Canones eam non prohibeant, & quæcunq; incerta persona: exceptis inopibus, atque Ecclesiæ pauperibus quos hæredes scribi iura* m *permittunt Addunt nō nulli monachos, qui D. Francisci regulam profitentur: nam & hi non sunt capaces hæreditatis.* n 3 *Deniq; quibus legari non potest, eisdem & inutiliter hereditas relinquitur* o

b *Proprios autem.] Quomodo seruus proprius etiam sine libertatis expressione hæres vtiliter instituatur, alibi* p *à nobis declaratum est, ut hic repetitione nihil sit opus.*

c *Nostra constit.] Quæ libro VI. Cod extat.*

d *Quod non per innoua]* 4 *Supra* q *tamen dixit Imp sese id Introduxisse noua humanitatis ratione: hic autem fatetur, se id non induxisse de nouo: an non hæc pugnant? Respondeo, vetus fuit super hoc altercatio inter Iurisconsultos: sed hæc sententia, quæ hic refertur, minori numero consultum fulta erat, hanc Iustinianus nouo approbauit argumento.* r

e *Quos tam ad Masurium.] Viglius recte admonet hunc locum intelligendum esse de Annotationibus a Paulo scriptis in libros Sabini & Plautij, non etiam de aliqua nuncupatione siue dedicatione operis. Vixit enim Paulus diu post Sabinum & Plautium sub Alexandro Imp. Sabinus uero sub Tiberio. de Plautio nihil certi extat.*

e *Proprius autem]. Proprius seruus non solum is dicitur, in quo quis plenum atque omnimodo ius habet, sed & is, in quo solum quis proprietatem habet, vsufructu ad alium spectante.* s 6 *Quamuis autem seruus talis & liber fiat, & hæres necessarius:* t *per hoc tamen fructuarius nō debet defraudari, sed apud hūc manebit quasi seruus nouus iste libertus, illiusque operis utetur fruetur is, qui usumfructum habet, donec is legitimo modo extinguatur. Sin vero quid vsufructu durante non ex re fructuarij acquirat iste libertus, sibi acquisiuisse dicetur.* u

a sup. de iure p. son in princ.
b § fi. inf. eo.
c l. § legari. inf. de leg.
d l. 1. C. de hære. inst.
e l. si metallum. 3. de iis quæ p non scrip. hab.
f d l. 1.
g l. bi qui. l. Menicheos. C. de apostatis.
h l. collegiū. C. e.
i Nouel. gh. monat. eff lui § fi.
k l. 1. C. de secun. nup.
l c. pen. & vlt. de sec. nup.
m l. quoties. h. ti.
n Cle. exiui. de verbo sig.
o gl d § legari.
p § idē sup gl. manu nō licet.
q d § idemq.
r l. pen. C. de ne. ser. hęr. inst.
s fac l. 22. seruū fructuariū. cū gl. 1. ibi & l. 28 si ex re domi. de stip. seruorū
t § 1. inf de hær. qua. & diff.
u l. 1 §. fin autem proprietarius. C. com. de mā.

§. Est tamen.

1 *Seruus de adulterio cum sua domina commisso accusatus hæres institui non potest.*
2 *Martianus, I.C. quando vixerit.*
3 *Domina quæ se seruo suo miscuit, quomodo punienda ex Constantini Imp. constitutione.*
4 *Domina seruo suo cum quo coijt iure Canonico impune nubit.*
5 *Si cum alieno seruo domina se misceat, proprium seruum intra 60. dies non recte manumittit.*
6 *Maior pudicitia in fœmina, quàm in uiro requiritur.*
7 *Vxor non potest maritum accusare adulterij.*

a Est tamen casus, in quo nec cum libertate utiliter seruus à domina hæres instituitur, ut constitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hęc sunt: Seruum adulterio maculatum, *b* non iure testamento manumissum *c* ante sententiam *d* ab ea muliere uideri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata hæredis institutio, nullius momenti habeatur.

a *Est tamen.] Exceptio est a supra dicta regula, qua seruum proprium hæredem institui posse dictum est.* 1 *Seruus enim de adulterio cum domina sua commisso accusatus, ante sententiam, idest, finem iudicij, manumitti non potest, ac per consequens nec hæres institui: cum in seruo sine libertate hæreditas non subsistat.* a *Quòd si vero tali casu facultas manumittendi seruum dominæ adempta non esset, seruus ex sua malignitate premium consequeretur.* b *Refert autem hunc casum* c *Martianus etiam, ex cuius responso hic*

a l. quod ettinet. 32. de reg. iur.
b Contra l. itaq; fullo. e de fur. & l nō fraudantur. 134 § nemo. de reg iur.
c l in his uerbis. 48 §. interdū. hoc tit.

§ fere ad verbum descriptus est: 2 qui sub Alexandro Seuero 22. Cæsare, anno salutis humanæ 223. uixit, & Papiniani discipulus fuit.

b Non iure.] Idest, lege probibente, ac illicitè. 3 Tantum certè abest, ut hoc casu domina manumittendi ius habeat, ut etiam ex alia d Constantini Imperatoris constitutione capitalem ipsa sententiam sustineat, quam mortem e Doctores interpretantur; seruus uero primo uerberatur, ignibus tradi debeat. 4 Nisi tamē nubere domina tali suo uoluerit seruo, quia tunc pœnam effugiet: cum hoc Pontificia f lex hodie permittat. Sed quid si cum alieno seruo domina se commiscuit, an proprium manumittere tum possit? Quod uidetur: quia in seruo proprio adulterij turpitudo cessat, quæ eum manumitti probibebat. 5 Sed responsum est, tali casu seruum proprium manumitti posse, vsque ad sexaginta dies, ex dissoluti matrimonij, uel litis incboatæ tempore numerandos. idque iusta ratione: ne scilicet quæstioni seruus per manumissionem subducatur. g Liber enim factus torqueri non posset ad ueritatis eruendæ necessitatem, ut sciatur, an mulier adulterium cōmiserit, & nemo mancipijs certius aperire potest, quæ intra domesticos parietes h fiunt.

c Ante senten.] Hoc est, ante finiam cognitionem.

d Ab ea muliere.] Sed an idem sit in ancilla, quæ cum domino suo rem habuit? Et non idem esse constat, i nam nec dominus ulli pœnæ sit obnoxius, & ipsa ancilla hoc nomine mortuo domino libertatem assequitur. 6 Vsq; addo magis hoc iure indultum est libidini k virorum; tum quia turpior multo ac detestabilior est in muliere, quàm in uiro libido, tum quia hic partus seruus nascitur, at libera mulier tali coitu ingenuitatem inficit. l 7 Vnde etiam fit, ut maritus hoc iure non posit ab uxore sua adulterij accusari, cum contra, id marito concedi, m indubitatum sit; tametsi de iure Canonico sit n secus, nec uiro liceat, quod mulieri non licet.

a l. 1. C. de mul. q se ser. p. iun.
e Ang. hic.
f Extra. de cōiu. ser. per totum
g l 3. l. crimen cū Auth. seq. C de adult. l. prospexit. ff. qui & a quib. &c.
h l. cōsensu, §. fin aūt alter. C. de nup.
i Vide & Quintilianum. li. 5. c. 11. vbi hoc discrimen sensisse uidetur.
k l. palam. 43. §. qui in adulterio & ibi Do. d ritu nup l 2. C. de his qui ve. ætat imp.
l l. partus. 7. C. de rei uend.
m l. 1. C. de adult.
n c. nemo sibi blādiatur. 32. q. 4.

§. Alienus seruus.

1 *Seruus alienus quis sit.*
2 *Seruus alienus ex institutione non fit liber.*
3 *Non honoratus commodo, non potest grauari fideicommisso.*
4 *Vsusfructus an sit pars dominij.*

Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet.

1 Seruus] alienus non modo is est, in quo plane nihil iuris quis habet, sed etiam is, in quo usumfructum habemus. Libertas autem alieno seruo inutiliter a datur, 2 Ideoque etsi fructuarius talem seruum hæredē instituat, ex huiusmodi tamen institutione libertas ei non b contingit. Atque ita hic Imperatorem argumentari uoluisse crediderim. Hoc tamen uerum est, si directo quis libertatem hoc modo dare uellet, secus si per fideicommissum, modo rogatus manumittere, aliquod emolumentum a testatore habeat. 3 Trita enim regula c est, [non honoratum commodo aliquo, non posse grauari fideicommisso.] In codicillis tamen plerique d volunt posse etiam directo dari libertatem seruo alieno: qua in re ego subsisto. 4 Illud etiam a Doctoribus controuerti hoc loco solet, an usus fructus pars dominij sit? qua in re leges e non satis conuenire uidentur: sed respondeo quod ad totum & plenum dominium constituendum attinet, pars sit usus fructus, f nō aliter ac paries domus portio est. Si uero de vsufructu a proprietate separato loquamur (qui [formalis] vulgo dicitur) tunc uerum est, vsumfructum dominij partem non esse. g Viglius tamen, quem videre licet, hoc aliter declarat.

a l. si alienum. 49 hoc ti.
b l. etsi nō adscripta. 9. C. de fid. lib l. generaliter § si qs alie. & §. si cui lega tum. h. ti.
c l. ab eo 9. C. de fideic.
d Georg. Brandi. hic.
e l. 4 de vsufru. l. recte dicimus. 25 de ver. sig.
f sic loquit d. l. 4.
g S eque pcedit d. l. recte dicimus.

§. Seruus autem.

1 *Tres casus huius §.*
2 *Libertas seruo instituto non recte adimitur.*
3 *Seruo alieno licet directo libertas non possit dari, institutio tamen ualet, quo ad hæreditatis adquisitionem.*
4 *An per alienationem serui in testamento manumissi, legatum illi factum reuocetur?*

a Seruus aūt à domino suo hæres institutus, siquidem b in eadem causa manserit, fit ex testamento liber, hæresque ei c necessarius. Si verò à viuo testatore d manumissus fuerit, suo arbitrio adire hæreditatem potest: quia non fit e hæres necessarius, f cum vtrunque ex domini testamento g non consequatur. h Quod si alienatus fuerit, iussu i noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratione k per eum l dominus fit hæres. m Nam ipse alienatus, n neque liber neque hæres esse potest, etiamsi cum libertate hęres institutus fuerit. destitisse enim a libertatis datione videtur dominus, o qui eum alienauit.

Seruus.]

a Seruus.] Quia supra dictū est, proprium seruum utiliter à domino heredem institui, consequenter traditur, quis sit illius institutionis effectus. 1. Et tres casus hic Imperator prosequitur. quandoque enim seruus permanet in domini & testatoris potestate, quandoque manumittitur, quandoque alienatur. Priores duo sunt plani: postremus maiorem dubitationem habet. 2 Regula a enim est, libertatem seruo hæredi instituto, non rectè adimi: quemadmodum nec hæreditas, seruo solo cum libertate instituto. Nam cum vnum tantum ademerit, sine quo alterum non potest habere exitum: satius est, ademptionē nullam haberi, quam actum concidere. Quod tamen Doctores ad expressam ademptionem restringunt, & ad eum casum, quo in eadem causa seruus parmanet. Nam si alienatus fuerit, necesse est fateri, inutilem esse libertatis dationem. a l. si ita scriptum 13 §. regula. de li. & post. Vigl. hic. b In d. § regula.

b In eadem causa] Id est, si manserit seruus vsque ad mortem domini sui Et hic est primus casus. c l. in suis. 12. de libe. & posthu.

c Necessarius.] In necessitatis autem causa est dominica potestas. Cur enim non liceat domino hæredem eum instituere, quem & occidere olim c poterat?

d Manumissus.] Intellige post institutionem. atque hic est secundus casus. d l. cum propenas. 3. C. h. ti. & § prox. seq.

e Hæres necessarius.] Sed tantum voluntarius: & ideo liberum ei erit, vel adire, uel non adire: cum priori casu velit nolit, adire cogatur. d e §. 1. inf. de her. qual. & diffe.

f Cum vtrunque.]

g Non consequatur.] Quod tamen necessarium est. Neque enim aliter dici seruus necessarius hæres debet, quàm si vtrunque, & libertatem, & hæreditatem, ex domini testamento nanciscatur: e nec satis est, alterum ex testamento, alterum aliunde eum consequi. f f arg. l. 1. §. præterea de tute. & rationib. dist. §. pen. inf. eod.

h Quòd si alienatus] Hic est tertius casus: alienatum autem intellige, à domino suo adhuc viuente.

i Noui Domini.] In quem seruus alienatus est.

K Per eum.] Seruum alienatum.

l Dominus.] Scilicet, nouus.

m Nam ipse.] Seruus.

n Neque liber, neque hæres] Scilicet per se, & ex sua persona, quia seruus manet propter alienationē. Seruus autem quo ad suam personam, hæreditatis, tanquam rei iuris ciuilis, est planè incapax.

o Qui eum alienauit.] Propterea, quia eum alienauit. quasi diceret: Dominus per talem alienationem videtur reuocasse libertatis dationem: hæreditas autem non censetur reuocata esse, sed nouo domino per seruum acquiritur, si modo is capax aliàs est hæreditatis. g 3. Quamuis enim directa libertas non habeat locum in seruo alieno: ipsius tamen institutio sortiri effectum potest, saltem quo ab hæreditatis acquisitionē. h 4 Sed an per alienationem serui in testamento manumissi sicut libertas, ita & legatum illi factum reuocatum censeatur? quod Accur. i ait. Alij frequentius contra sentiunt, propter serui alienationem legatum non concidere, sed ad nouum dominum peruenire. k nisi expressim adempta libertas fuerit, quo casu etiam legatum reuocari volunt. l Sed in hoc ego subsisto, nisi ratio diuersitatis inter expressam reuocationem libertatis, & tacitam detur, cum taciti & expressi regulariter par sit uirtus. m g l. si mihi & tibi 12. de leg. 1. h l. seruum med. so. h. ti. i Hic in ver. neq; lib. arg. l. si ser. no. 26. de adimend. legat. k l. si in diem §. fi. l. Iulian'. 45. ibi Bar. de con di. & demonst. l Atq; ita intelligunt d. l. si seruo. m l. eum quid, si certum peta.

§. Alienus quoque.

1 *Seruus alienus institutus, ei acquirit, in cuius potestate est tēpore aditionis hereditatis.*
2 *Tam in legato, quam hæreditate, cessionis dies spectatur, diuersimode tamen dies cedit.*
3 *An seruus alienus cum libertate hæres scribi possit.*

a Alienus quoque seruus b hæres institutus, si in eadē causa durauerit, iussu eius domini adire hereditatem debet. Si uero alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequā adeat, debet iussu noui domini adire. At si manumissus est viuo testatore, vel mortuo, antequam adeat: suo arbitrio adire potest hæreditatem.

a Alienus.] Prosequitur Imperator circa alieni serui institutionem ferè eosdem casus, quos in præcedenti §. circa seruum proprium explicauit. 1 Illud in uniuersum sciendum est, alienum seruum tantum institutum domino acquirere, in cuius potestate tempore hæreditatis est, etiamsi in millesimam manum a ambulauerit. Ad cognoscendum enim, cui seruus hæres scriptus hæreditatem acquirat, tempus aditionis hæreditatis respicitur. adeo, quod etiam sibi ipsi quærat, si eo tempore sui iuris reperiatur. b Subdit Accursius, c [secus est in legato, vbi dies cessionis spectatur:] sed hoc Faber & Angelus reprehendunt, 2 quoniam tam in legato, quam in hæreditate cessionis dies spectari solet: diuersimode tamen diem cedere dubium non est. In legatis enim cedit dies à tempore mortis, d etiamsi non uenit, id est, peti non potest, nisi adita hæreditate. Ipsa uero hæreditas in extraneis cedit tantum, e cum aditur. e Hic & l. a §. vl. & l. seruus duo rū 64. & l. Antiti'. 62 §. pe. de acq. hær. b gl. hic verbo no ui domini. c l. si post §. §. si cum. quando dies leg. ced. d gl. l. 2. quando dies leg. ced. §. nostra. infr. de lega.

b Hæres institutus] Scilicet tantum. 3 nam cum libertate seruus alienus hæres institui non potest, nisi forte sic, [Cum liber erit:] & tunc expectanda est conditio. f Quod si testator liberum esse iusserit seruum alienum simpliciter, eundemque heredem scripserit, neutrum g valebit. e Gl. 1. hic. f Glo. 1 hic. g l. si alienum 49 hoc ti.

§. Seruus etiam.

1 *Duplex huius §. intellectus.*
2 *Dubitandi causa in hoc §.*
3 *Seruus alienus etiam mortuo domino heres scribi potest.*
4 *Hereditas iacens defuncti personam refert.*
5 *Eius qui in utero est, seruus recte hæres instituitur.*

Seruus etiam alienus *a* post domini mortẽ rectè hęres instituitur: quia & cum hæreditarijs seruis est testamenti factio. Nondum enim adita hæreditas, personæ vicem sustinet, non hæredis futuri, sed defuncti: *b* cum etiam eius, qui in vtero est, seruus rectè hæres instituatur.

a Post domini mortem.] 1 *Vt quia testator sic aliquem instituat:* [*Post mortem Caij dominij sui Stichus seruus mihi hæres esto:*] *valet enim hæc institutio.* a *Atque ita nonnulli* b *hunc textum exaudiunt. Alij contra, textum de seruo alieno herede instituto, quando iam serui dominus erat mortuus loqui intelligunt: qui sensus meo iudicio literæ amicior est.* 2 *Sanè quod ad actus ciuiles attinet, seruus pro mortuo* c *habetur, nisi designationem habeat à suo,* d *domino. Hæreditas autem est iuris ciuilis Videbatur ergo seruum, cuius dominus iam erat mortuus, inutiliter hæredem institui, cum hereditatem non posset acquirere, ut qui domino careat, ex cuius persona habeat designationem* 3 *Valet tamen eiusmodi institutio, potestque seruus alienus mortuo iam domino heres scribi:* 4 *propter fictionem iuris, qua hereditas iacens, & nondum adita, defuncti personam sustinet:* e *vnde si cum defuncto domino iam fuit testamenti factio, si is hæres institui potuisset, ex eius ficta persona censebitur & iste seruus vtiliter hæres institutus: ita tamen ut futuri domini iussum expectet, qui eum adire* f *iubeat, ad quem etiam, quicquid per seruum hereditariam ita fuerit acquisitum id omnino* g *pertinebit.*

b Cum etiam eius.] *Superiorem decisionem confirmat argumento à simili.* 5 *Nam & is seruus, qui nec dum habet dominum in rerum natura, sed adhuc constitutum in utero, qui tamen speratur esse, idest, posthumum, rectè instituitur, vt Iabolenus* h *respondit. Quod & in alieni posthumi seruo verum est, cum tamen posthumum alienum heredem instituere impermissum olim* i *fuerit. quod ideo est, quoniam in seruis capacitatem & conditionem postremi domini consideramus, non autem futuri,* k *licet ei acquirant.*

a l. qui fillo. 38. de hęr. instit.
b Bald. hic
c l. quod attinet. 32. de reg. iur.
d l. non minus. 31 h. ti. & uide inf de stipulat. seruo. in prin.
e l. hæreditas 34. de acq rer. do.
f l. si seruus communis 7 h. ti.
g l si Titio & mi h. 55 § si co heред de leg 2.
h l eius seruum 64. hoc tit
i dixi §. posthumorum. sup de exhæred. liber.
k l. seruus hæreditari°. 52. h. ti.

§. Seruus autem.

1 *Seruus communis heres institutus, cui acquirat.*
2 *Seruo communi instituto si unus dominorum nolit iubere vt adeat, eius portio cæteris accrescit.*
3 *Secus esse in legato relicto seruo plurium.*

Seruus autem plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione domınij adquirit hæreditatem.

Quandoque] *seruum unum plures habere dominos contingit itaque quid iuris obtineat, si talis communis seruus heres instituatur ab extraneo, hic Imperator annectit.* 1 *aitq; talem seruum vnicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione dominij hereditatem acquirere. Non tamen necesse est, quod omnes iubeant:* a *neque etiam oportet, quod plures adeant hæreditatem, sed una iussio sufficit omnium consensu,* a *unaq; aditio. Vnusquisque ergo dominus potest seruo iubere, ut adeat. & is adeundo acquiret iubenti, saltem pro parte dominij, id est, pro ea parte, quam is dominus in hoc seruo habere comperitur: alteri autem non acquiret: separata enim hic sunt singulorum iura.* 2 *Quod si aliquis dominorum nolit iubere nec acceptare portionem hæreditatis, tunc illa tacito iure accrescit alijs adire iubentibus: idq; ea ratione inductum est, ne quis pro parte* b *intestatus, & pro parte testatus uideatur decessisse: cuiusmodi periculum ubi non metuemus, nihil accresceret:* 3 *sicut in legatis contingit, vbi fere, quod seruo communi legatum est, si alter dominorum omiserit, eius portio non accrescit alteri, sed penes heredem* c *manet.*

a l. seruus duorũ. 24. de acq. hær.
b l ius nostrum. 7. de reg. iur l. seruus communis ab extraneo 67 de acq. hęr.
c l. & Proculo 20. de leg. 2 l. si seruus plurium 50. de leg. 1.

§. Vnum hominem.

1 *Plures heredes scribere quomodo liceat, & nu. 2.*
3 *Vniuersitas heres institui potest.*
4 *Quid iuris, si quis omnes homines instituat heredes.*

Et vnum hominem, & plures, vsque *a* in infinitum, quot quis hæredes velit facere, licet. In in-

a In infinitum] Potest ergo quis scribere: quotcunq; hæredes velit, adeo vt Accursius existimet, etsi omnes homines instituti sint, institutionem valere: licet propter difficultatem adeundi non sit habitura effectũ. Sufficiet tamen (inquit Angelus) aliquos ex tot adire posse, quibus partes non adeuntium a accrescent: nã aditione vnius confirmatur testamentum. b Porcius vero eiusmodi institutionem potius derisoriam uideri, & parum sani hominis censet, præsertim cum hæres nominatim a testatore exprimi, c certisve demonstrari signis d debeat, neque in incertas possit personas conferri e institutio. 2 Poterunt ergo tot scribi hæredes, quot quis voluerit, modo tamen non vagetur vltima voluntas sub incerta dinumeratione. 3 Sed etsi quis certam Remp. ciuitatem, vel populum instituat, valebit institutio, f sicut & legatum: nulla enim hic subest incertitudo. Sic enim populo Romano olim opulentissimas hæreditates, & in primis Asiam per testamentum accessisse, g literis proditum est 4 Sed nec absurdum fuerit, h si quis omnes homines in testamento suo hæredes scripserit, fiscum aut Rempub. admittere, quę vniuersos ciues repræsentat, vel etiam pauperibus talem hæreditatem distribuere: si modo aliquod fuerit talis voluntatis indicium.

a l. liber homo. 59 §. Tit h. tit.
b l. si nemo de testa. T l. apud Iulianum. 11. §. idem Iulianus. ad Trebell.
c l. Iulianus. C. de testa.
d l. quoties 9 § si quis nomen. & § hæres. h. ti.
e §. incertis. inf. de lega.
f l. recusare 6. §. item si munici pes. & l omnibus. ad Treb. l. si quid relictũ 217. l. ciuitatib. 122 de leg. 1.
g Aul. Gell. lib. 6. ca. 7. L. Flo. re. ab Vrbe cõ. lib 2. in fi. Eutro. li. 4. in bel. Numant.
h Viglius hic.

§. Hæreditas.

1 *Assem ab ære dictum esse.*
2 *As pro integra quacunque re accipitur.*
3 *Assem pro hæreditate accipi.*
4 *Assis duodecim esse partes: & quæ sint earum nomina, eademque declarata.*
5 *Accursij error, in explicatione assis.*
6 *Sescunciæ inepte mentionem in textu fieri: & sescuncia quid sit.*
7 *Testator potest hæreditatem diuidere, in quot partes uelit:*
8 *Non potest quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, & nu. 15.*
9.10 *Hæreditate in pautiores, quàm 12. partes distributa locum habet ius accrescendi: idque exemplis declaratur.*
11 *Exemplum vbi in plures quàm 12. partes diuisa est hæreditas.*
12 *Testator potest ad dupondium transire, & dupondium quid sit.*
13 *Ius accrescendi qua ratione inductum.*
14 *Fallit in milite, & alijs quibusdam casibus.*
15 *Qualitas adiuncta uerbo refertur ad tempus, quod eo uerbo significatur.*

a Hæreditas plerunq; diuiditur in duodecim vncias, *b* quæ assis appellatione cõtinentur. Habẽt aũt & hæ partes propria nomina, ab vncia vsque ad assem, vt puta hæc: sextãs quadrãs, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. *c* Non aũt utique semper duodecim vncias esse oportet. Nã tot vnciæ assem afficiunt, quot testator uoluerit: & si vnum tantum, quis ex semisse (verbi gratia) hæredem scripserit, totus as in semisse erit. *d* Neq; enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere potest: *e* nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. Et econtrariò potest quis in quantascunque voluerit plurimas vncias, suam hæreditatem diuidere.

*a Hæreditas.] Desumptus est totus hic locus, ex * Vlpiani responso. Et quia instituti hæredes vel ex asse, uel ex quotis partibus consequuntur hæreditatem: Ideo de hisce partibus non incongrue Imperator subijcit: & quomodo quælibet hæreditas in institutione diuidi possit, pertractat.*

b Quę assis.] 1 Assem ab ære dictũ esse, M. Varro tradit. As enim & libra, & pondo, idem significant. 2 Sumitur tamen etiam pro integra quacunque re. Veteres enim uolentes totum aliquod diuidere in partes æquales (ut hæreditatem, & quidnis simile) totum quidem, [assem,] partes vero [uncias,] hoc est unitates dicebant. Nam [vnciam] ab uno deriuari, idem Varro autor est. 3 Hinc tota Hæreditas apud Iureconsul. non raro [Assis] appellatione continetur, 3 & legali diuisione in duodecim uncias. seu partes duodecimas distribuitur: quę hisce nominibus dicuntur, b quę in textu recensentur: quas succinctim explicamus. [Vncia,] est duodecima assis pars: [Sextans,] quasi sexta assis pars, habet uncias duas: [Quadrans,] quarta assis portio, qđ & [triuncium] dicitur, quia vncias habet tres: nam quarta pars a duodecim sunt tres: [Triẽs,] tertia pars assis, & sunt quatuor uncię: [Quincunx,] quinq; uncias hẽs. [Semis,] siue [semissis,] q̃ & [selibrã] uocant, dimidium illius habet, quod asse continetur, idest, sex uncias, siue duodecimas. [Septunx] septẽ uncias seu duodecimas complectitur [Bes] habet octo duodecimas, forte eo, quod bis trientẽ facit: unde Seruius duos trientes Bessem appellat [Dodrans,] aliàs nonuncius, nouem unicas consequitur, quasi dẽpto asse quadrãte. [Dextans] decem signat uncias. i. decem partes duodecimas, sic dictus quasi dextans ei desit. [Deunx] vncias undecim significat, quasi dempta ex asse uncia: remanent. n. undecim duodecimæ. Hinc Iuuenalis:

Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem.

Iam si deunci unciam addideris, assem plenum constitues. c 5 Itaq; inepte Accursius aliud hic nomẽ desiderat, quod duodecimam assis partem significet: quia sicut ab uncia dinumerationem assis incipere constat, ita & in assem desinit, ut Budæus annotauit: cuius de asse & partibus eius pulcherrimum opus extat. 6 Por-

* In L. seruum med. 50. §. vlt. hoc tit.
a lib. 1. de lingua Lat.
b Alex. Neap. li. 1. genial. dia cap. 1.
c Vide Volus. Materia. in distri. asse.

ro in quibusdam Codicib. perperam [*sescuncię*] (quę erat dimidia quadrantis, id est, vncia una, & uncia dimidium) fit mentio, neque emendatiores Codices d hoc nomen insertum habent, & recte, cum in dinumeratione Assis partibus non reperiatur. Eius tamen non est infrequens alias in iure nostro e mentio. De etymologijs autem prędictorum vocabulorum (quorum quędam sumpta sunt ab vnciarum numero, quędam ab Assis dinumeratione) si quis plura legere cupiat, M. Varronem de lingua Latina lib. 4. Alex. Neapol li. 1. Genia. dierum, & Budęum in pręfato suo opere uideat. qui exactissime omnium hanc rem prosequitur. Extat etiam Volusij Meriani libellus non inelegans, [de assis distributione, notis & uocabulis.]

c *Non autem.*] 7 Licet in diuidenda hęreditate legalis Assis distributio in duodecim unsijs fiat: potest tamen testator in plures, uel etiam pauciores, eã diuidere, & potestate iuris redibit res semper eodem, neque plus, aut minus adeseret in successionis substantia: f 8 Quod ideo fit, quia cum testamentum sit actus indiuiduus, & pro parte ualere g nequeat: ideo ius ciuile non patitur, eundem in paganis & testato & intestato h decessisse. 9 Vnde si testator hęreditatem in pauciores quàm duodecim partes distribuerit, quod reliquũ est, accedet scriptis hęredibus iure accrescendi Exemplum est his in textu: i ut si testator unum tantum hęredem in semisse, id est, sex duodecimus scripserit: totus as in semisse erit. Neque .n. disimus fore, ut hęres scriptus semissem accipiat, & qui ab intestato uenirent, alterum semissem: ob supra dictam regulam k id uetante m. 10 Aliud exemplum: duo hęredes ex quadrante, id est, tribus unsijs, scripti sunt, certe nisi diceremus, nouem reliquas unsias eisdem accedere pro ea parte testator censeretur intestatus decessisse: quod fieri non debet. Reducitur ergo, ob testamentum conseruandum, residua hęreditas ad assem, ut quilibet ex semisse uideatur scriptus. Sed etiam, si Titius ex quadrante, Caius ex semisse scriptus sit hęres, superflue tres duodecimę ipsis accrescent pro partibus l hęreditarijs. 11 Pone nunc exẽplũ, quando testator in diuisione excessit duodecim vnsias: ut me ex duodecim unsijs hęredem, te ex sex scripsit ęque pro rata desresset usque; ad duodecim vnciarum numerum, & ego hęreditatis habebo bessem, id est, octo duodecimas, tu trientem, m id est, quatuor. 12 Potest etiam testator duplicare assem, ut in uigintiquatuor partes eum deducat: idque [*dispondium*] seu [*dupondium*,] a duobus ponderibus, Latini autores appellant nam duos asses siue liberales nummos pendebat.

d *Neque enim.*] 13 Et propter hanc regulam [ius accrescendi] introductum est: ne scilicet quis pro parte testatus & pro parte intestatus decederet. quę adeo uera est, vt dispositio testatoris in contrarium non n valeat. Nam si testator in bonorum parte hęrede instituto adscribat, se in reliquis bonis intestatũ decedere uelle: aut hęredem in vno atque altero tantum fundo scripsit, tunc tanta o testati (quod dici solet) trahit ad se causam intestati: si modo uoluntas testatoris manifestissime non repugnet. Sed quid si eius uoluntas euidenter refragetur: vt quia prohibeat hęredem plus capere. nec super tota hęreditate testatur sit? & Bar. p nullius momenti institutionem esse putat. Alij q vero malunt, ut & inuito uetanteque testatore cętera pars hęredi instituto, accrescat.

e *Nisi sit miles.*] 14 In milite enim cessat supradicta regula, potestque speciali priuilegio etiam pro parte r testari: quod tamen locũ habet, quando de ipsius militis uolũtate apparet: alias in dubio pręsumimus, eũ in testando iure communi uti uoluisse. f Sũt & alię huius regulę exceptiones. Ea. n. uera est a principio t neque enim potest aliquis paganus dum moritur, partim testatus, partim intestatus decedere, & sic uerba referuntur ad tempus mortis. 15 Qualitas enim adiũcta uerbo, refertur ad tẽpus, quod eo uerbo significatur. u Ceterum postquam iam aliquis decessit ex interuallo fieri põt, ut una solũ pars testamenti firma maneat, & altera corruat: ueluti propter inofficiosi qrelã, x uel quia institutus totius hęreditatis capax y nõ est, aut si lege municipali aliud statutum sit. z Sed & nouissimo iure pleraque, s. ceteris consentientibus, sustinentur. a

§. Si plures.

1 *Pluribus hęredibus sine parte institutis, omnes equaliter succedunt.*
2 *Quid si aliqui in parte, alij sine partis expressione hęredes scripti sint: & nu. 3.*
4 *Quid item, si in priores hęredes completus sit as & adhuc alij scribantur?*
5 *Hęredes sine parte scripti semper ad eam partem uocati censentur quę assi deest.*

Si plures instituãtur hæredes, ita demũ in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus hęredes esse. Satis enim cõstat, nullis partibus nominatis, ex æqs partibus eos hæredes esse. a Partibus aũt in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit, si quidẽ aliqua pars assi deerit, ex ea parte hæres fit. Et si plures sine parte scripti sũt, oẽs in eandem partem concurrunt. b Si uero totus as cõpletus sit: ij qui nominatim expressas partes habent in dimidiam partẽ vocantur: & iste, vel illi oẽs in alteram dimidiam. c Nec interest, primus, an medius, an nouissimus, sine parte hæres scriptus sit. ea. n. pars data intelligitur, q̃ vacat. His

d Tam hic, quã in d. l. seruum meum. §. ult. h. t. et quo tamẽ hic §. ut dixi, est sumptus.
e l. Papinianus §. §. proinde de inof. test. l. filiũ §. de leg. pst. l. ult. de coniug. cum emanci. l. ult. §. cum etiã. C. de leg. p. t. l. max. uitium. 7. C. de lib. prӕt.
f l. ex uncijs 87. hoc tit.
g gl. & Do. in l. furiosum 9. C. q. test. fac. pos.
h l. ius nostrũ 7. de reg. iur.
i vers. et si unum.
k d. l. ius nostrũ. & fac. l. t §. si ex fundo. h. ti.
l l. interdũ 13 §. pa. ersa. hoc ti.
m d §. patet. f. h. ti. cũ aliquot ll. seq. & l. ex unciis. ubi sũt plura exempla. h. nostro tit.
n No. per gl. l. si seruus cõis ab extraneo 67. d acq. hęr. Bar. l. §. his ita. uer. tertio hẽt. C. de cad. tol. & l. re coniũcti 89. de leg. 3.
o l. quoties 9. §. si duo. vbi Bar. & l. seq l. si 91. hæredes ita 14. l. si ita quis hæredes 66. h. n.
p d. §. si duo p il. lo tex. & alias rationes.
q Faber & Aug. hic. Im. plenis. in d. §. si duo.
r §. oon aũt, sup. de mil. test. l. si miles 6. l. si duo bus 34. r de te sta. mil.
s l. 1. l. quãquam. l. 1 test. ibi Do. C. de mili. test.
t Dec. d l. ius oo strum. nu. 9.
u l. Titius 2 §. ibi Bar. de mil. test. l. in delictis 4. §. si extraneus. de noxal.
x l. circa 24. de inof. test.
y l. 1. C. de fecun. nup.
z Dec. d. l. ius nostrum. circa fi.
a Auth. ex causa, C. de lib. pręt.

ꝥ18] tres casus cõplectitur, qui cõtingere possunt pluribus a testatore scriptis heredibus. Primus omni caret scrupulo. 1 Nam si nulla est inter heredes partium diuisio a testatore facta, equali iure omnes a veniunt. Et hoc nedum in hæreditate, sed in legato pluribus relicto non adiectis partibus b locum habet.

a Partibus autem.] 2 Hic est secundus casus, quando pluribus institutis hæredibus, in quorundam personis designatæ sunt partes, alij uero sine parte instituti: tũc si infra assẽ partes relictæ consistent, id est, si partes expressæ assem non conficiunt, in reliquis sine parte scripti hæredes erunt. Verbi gratia: Titiũ institui ex quincunce, Caium ex quadrante, & Seium ex Sextante, & addidi, [Sempronius mihi hæres esto,] vel [Sempronius & Flaccus hæredes sunto:] hic vnus ille, aut hi duo, qui nulla facta partis mentione instituti sunt, occupabunt vacantem portionem, hoc est, ex reliquis duabus vncijs, siue ex sextante hæredes erunt, Quod idem in dupondio obtinere infra audiemus, c 3 Prædicta autem uera sunt, si testator aliquam partem assi deesse sciuit. d Nam ab eius opinione & uoluntate pendet tota res. Unde si imprudens testator uni dodrantem, & alteri (sed iam mortuo) quadrantem reliquerit, tertium sine parte scripserit: hic quanquam reuera desit pars assi, (quia mortuos pars relicta pro non scripta habetur) quia tamen testator assem totum sese explenisse credidit, hic tertius sine parte scriptus non fiet heres ex illo quadrante uacante, sed omnino habebit alterũ assem ex dupondio, hoc est totius hæreditatis semissem: e quia creditur testator id uoluisse. Nam qui nullam putauit assi parte deesse, non potest intelligi, ex ea instituisse hunc tertium.

a l. quoties 9. § hæredes. h. tit.
b l. legata 19. § in legato. de leg. 1. § si eadem res inf. de leg.
c § etsi plures ff. eod.
d Bald. hic.
e l. quo loco 20. 1. hoc tit.

b Si uero totus as.] 4 Tertius casus: quando completus est totus as, & in priores ex certis portionibus institutos distributus, tũc sine parte, & simpliciter instituti ad alium assem uenient. Videtur enim testator ad dupondium descendisse, & ex 24. uncijs hæredes instituisse. uerbi gratia: Instituo te hæredem ex semisse, Sẽpronium ex triente, Mæuium ex sextante: iam totus as completus est. Deinde Seium quoque sine parte hæredem facio Me mortuo, quia hæredes ex certis partibus instituti, nempe, tu Sempronius & Mæuius, totũ assem occupatis, nihil amplius superest, in quod uenire possit Seius: ideo ille alium habebit assem, id est, hæreditatis totius semissem, quasi uidear ego vos ex 24. vncij instituisse. f Aliud est, si expleto asse, ita scripsit testator, [Titius ex reliqua parte hæres esto,] quia cum hic reliquum nihil sit, ludicra & inanis institutio cẽsebitur, & ex nulla parte Titius hæres existet. g Cęterum si expleto asse neminem quidẽ instituerit testator, sed lex ipsa aliquem pręterea pro instituto habeat, hac specie prædicta doctrina non habet locum. Neque enim talis a lege pro instituto habitus ad alterum assem ueniet, sed in uirilem tantum partem, cum reliquis heredibus uocabitur. Atque ita Impp. Seuerus & Antoninus h rescripserunt.

f Vide l. item qđ Sabinus 17. in princ. & §. Etsi asse. h. tit.
g d. l. item quod Sabinus. § sed si expleto.
h l. 3. C. de ioff. testa.

c Nec interest.] Nihil refert, quo loco scribantur hæredes sine parte, primo, medio uel ultimo. 5 semper enim ad eam partem uocati censentur, quę assi i deest. Itaque recte Asse completo datur ei, qui sine parte institutus est, pars dimidia: dupondio completo, tertia: tripondio expleto, quarta, & ita k dei necps. Nam ab Asse ad Dupondiũ transimus, a Dupondio ad Tripondium, a Tripondio ad quadripondium.

i l. qui non militabat. 78 § filius. & l. quo loco hoc ti.
k § etsi plures. infra eod.

§. Videamus.

1 Vacans assis pars, scriptis hæredibus tacite accrescit.
2 Quæ excedunt aſsem, pro rata decrescunt, siue excessus sit in diuisione ęqualium, siue inęqualium portionum:
3 Excussa l. cum quæstio. C. de legat.

Videamus, si *a* pars aliqua *b* uacet, nec tamen quisquã sine parte sit hæres institutus, quid iuris sit. veluti si tres *c* ex quartis partib. hæredes scripti sunt. Et constat *d* vacantẽ partem singulis *e* tacite pro hæreditaria parte accedere: & perinde haberi, ac si *f* ex tertijs partib. hæredes scripti essent: *g* & ex diuerso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacite singulis decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes scripti sint, perinde habentur, ac si vnusquisque ex quarta parte hæres scriptus fuisset.

a Pars aliqua.] In asse uidelicet.
b Vacet] Id est, non sit expresse inter scriptos hæredes distributa.
c Ex quartis partibus] Quilibet scilicet ex quadrãte, seu tribus uncijs: sicque reliquus sit unus quadrãs.
d Vacantem.] Nempe tres duodecimas.
e Tacite.] Vi & potestate legis, quæ hoc casu Ius accrescendi introduxit, ne pro illa hæreditatis portione non distributa, dicatur testator ex parte intestatus decessisse a contra supradictam regulam.
f Ex tertijs partib] Id est, quilibet ex triente, seu quatuor duodecimis: 1 Sicque ex prędictis regulam habes, quod pars hæreditatis vacans, neque expresim in hæredes diuisa, iure accrescendi scriptis hęredib. accedat pro partib hæreditarijs.

a l. ius nostrum 7. de reg. iur. di xi sup. eo. §. hęre. ver. nõ antẽ.

g Et ex diuerso.] Inuertit priorem casum. 2 Quemadmodum enim uacantes partes ex tacita defuncti uoluntate accrescunt: ita quæ excedunt assem, ęque pro rata decrescunt, iure decrescendi: quod procedit, siue excessus in diuisione ęqualiũ siue inęqualium portionum sit. Aequaliũ, ut in exẽplo textus nostri: Quatuor ex quaternis uncijs hæredes scripsi, lex singulis singulas detrahit uncias, & in effectu singuli singulas habebũt qua-

quadrantes.b Inaequalium, vt si Titius ex 12 vncijs instituì, Maeuium autem ex alijs vncijs sex (nā ob voculam, [alijs,] constat me assem transcendere uoluisse) Titius haereditatis bessem, id est, octo vncias habebit. Maeuius trientem, seu vncias quatuor. d Hic enim testator uidetur assem in octodecim vncias distribuere uoluisse, quod potuit: e & sex vncias valet triens in tali asse. Duo ergo triētes bessē efficiunt, qui datur f Titio. 3 Sed repugnat, quod Iustinianus alibi g in tali specie, vtrique dimidiam haereditatis portionem competere definiuit. Sic enim scribit: [Si quis vel agrum, uel haereditatem reliquerit, Primo quidem in totum, Secundo autem in partem dimidiam, vtrunque in sex vncias esse, uel dominum rei legatae, vel haeredem.] Respondit Aretinus, h eo, casu Imperatorem ibi loqui, quando .s. non apparet, testatorem excedere assem voluisse, vt quia non dixerit, in alijs sex uncijs, sed simpliciter Titium ex asse & Maeuium in sex vncijs haeredes scripserit: tum enim cum videtur illud, quod Maeuio relictum est, Titio ademisse, & ex asse detraxisse sex uncias, vterque semissem i habebit. Nos autem hic loquimur, quando constat testatorem legalē haereditatis diuisionem transcendere uoluisse, quia Titium in duodecim, Maeuium in alijs sex vncijs instituerit. Dictio enim [in alijs] vt & supra aiebam, euidenter eius uoluntatem designat, quod excedere uoluerit communem assem, suamque haereditatem diuiserit in vncias octodecim k.

l. interdum 13. §. paterfa. & §. sed si aliter. h. tit.
c Ang. hic.
d eod. §. sed etsi alt.
e d. § haered. ver. non autem.
f Sic loquitur d. §. sed etsi alter ver. sed si excesserit.
g In l. cū qō. 23. C. de leg.
h §. praeced. in fi.
i ita loquitur d. l. cum quaest.
k Atq; ita loquitur. d. vers. sed si excesserit.

§. Et si plures.

1 Casus huius §.
2 Testatorem ad dupondium & tripondium descendere posse.
3 Dupondius quid?
4 Tripondius quid?
5 Etsi excedatur as, semper iuris potestate ad uerum assem fit reductio.

a Et si plures vnciae quàm duodecim distributae sunt: is qui sine parte institutus est, quod b dupondio deest, habebit, idemque erit c si dupondius expletus. d quae omnes partes ad assem postea e reuocantur, quamuis sint plurium unciarum.

a Et si plures.] Aliam facti speciem Imp. attexit, quando scilicet testator in priores haeredes non modo consumpsit assem, sed & ipsum excessit, subiunxitque postea & alium haeredem sine partis expressione, velu ti in hoc exemplo. 1 Sic scripsit testator: a [Primus mihi ex quincunce haeres esto, Secūdus ex semisse, tertius ex besse, porro & quartus mihi haeres esto:] sicque excessit septem uncijs assem, nouendecim enim vnciae his qui certas partes habent, relictae sunt. Habebit ergo reliquas quinque vncias ad complendum dupondiū, id est, duplicatum assem, ad quem transiuisse testator b colligitur. 2 Idem quoq; est, si vtroque asse, id est, dupondio, in tres priores consumpto, alium postea sine parte testator adiungat: nam & hic assem vnum habiturus est, vt ita tripondium, hoc est, 36 fiant unciae. Et hoc est, quod supra Imperator dixit: [Potest quis c in quantascunque uoluerit, plurimas vncias suam haereditatem diuidere.

b Dupondio deest.] Ad eum complendum. 3 Continet autem dupondius 24. vncias, id est, asses duos. Vnde [dupondij] iuuenes dicebantur, studijs tantum initiati, quasi duobus assibus aestimarentur.

c Si dupondius expl.] Subaudi, & vnus, siue plures sine partibus instituti fuerint. 4 Tunc ad tripondiū, id est, tres asses d itur, qui a Volusio e Maetiano [Tressis] dicitur.

d Quae omnes.] Dupondij partes.

e Reuocantur.] 5 Sensus est, has 24 aut 36. excrescentes vncias ad uerum assem reuocari reducique oportere. Tantum enim decem vnciae in dupondio, aut uiginti in tripondio, faciunt, quantum quinque unciae in asse, quia in quotcunque partes haereditatem diuidas, non augetur inde, nec minuitur in substantia haereditas f.

a Theoph. hic.
b l. ex vncijs. h. t.
c §. haereditas 63 in fine.
d l. quaesitum 18 hoc tit.
e In lib. De ass. distrib. no. & vo.
f d. l. ex vncijs. vbi bo. gl.

§. Haeres, & pure.

1.6 Haeres uel pure, uel sub conditione institui potest.
2 Ex certo autem tempore uel ad certum tempus non potest.
3 Et quae sit ratio diuersitatis.
4 Argumentum de re ad tempus ductum, in Iure valet.
5 In testamento, vtile per inutile non uitiatur.
7 Conditio purificata retrotrahitur ad tempus mortis testatoris
8 Incertus dies institutioni adiectus eam non uitiat.
9 Miles potest & ad certum tempus, & ex certo tempore haeredem scribere.

a Haeres & pure, & sub conditione institui potest: ex certo tempore, aut ad certum tēpus b non potest: ueluti, post quinquennium quàm moriar. vel, ex calendis illis. uel, vsq; ad calendas illas haeres esto. Denique c diem adiectum haberi pro superuacuo placet: & perinde esse, ac si pure haeres institutus esset.

Haeres.]

a *Hæres*] *Hactenus dictum est, quę personę heredes institui possint, quomodo item hereditates in institutionibus diuidendę sint: hic tractare Iustinianus incipit, quō fieri institutio debeat.* 1 *Potest autem fieri, uel pure, ut cum simpliciter testator dicit,* [*Ille mihi heres esto:*] *uel sub conditione possibili, hoc modo:* [*Titius mihi heres esto, si nauis ex Asia venerit;*] *quę vbi extitit, retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, ut uideatur ab initio fuisse pura a institutio: quod ideo fit, ne aliquo tempore intestatus fuisse quis uideatur.*

a *Ex certo.*] 2 *Ex certo igitur tempore, uel ad certum tempus institui utiliter* b *nemo potest, sed reiecto temporis vitio manet institutio, ac si pure facta esset.* 3 *quod sic introductum est, ob repugnātes iuris ciuilis regulas. Prima est,* c *quod* [*ius non paritur, ut quis tempore certo testatus, & alterius temporis respectu maneat intestatus.*] 4 *argumēto de re ad tempus ducto, quod in iure validum esse Bar.* d *ostendit. Altera* e *est,* [*eum qui semel heres factus est, non posse amplius desinere heredem esse.*] 5 *Vides ergo hic casum esse, ubi utile non uitiatur per inutile, sed inutile reijcitur, & pro non adiecto habetur: quod fauore ultimarum uoluntatum receptum est, quę semper ita interpretandæ sunt, vt potius ualeant* f *quàm pereant. idque adeo uerum est, vt aduersus Bart. inualuerit sententia,* g *ne expressa quidem testatoris uoluntate, qua se dixerit nolle Titium esse hæredem, nisi ad certum tempus, impediri posse, quo minus tēps illud adiectum, p nō adiecto habeatur.* 6 *Sed cur hereditas ex die uel ad diem non recte datur, sub conditione autem possibili dari potest? Respondeo, hoc ideo esse, quoniam tametsi conditio differat hereditatis aditionem, non potest tamē defunctus ante eius euentum intestatus uideri, & ea impleta tandem ceu testatus apparere:* 7 *cum (vt supra quoque dixi) adiecta conditio iam purificata sic retrotrahatur, ut heres a morte testatoris successisse ipsi* h *uideatur.* 8 *Hinc receptum quoque est, incertum diem adpositum institutioni, ipsam non uitiare:* i *quia dies incertus conditioni ęquipollet in testamento, & pro conditione habetur.* K *Itaque ex incerto tempore possum ita aliquem heredem scribere,* [*Titius mihi heres esto, cum Caius morietur.*] *mortis enim dies maxime incertus* l *est. Sed etsi ita dicam,* [*Titium spurium filium instituo, cum capax erit,*] *idest, legitimi filij iura ex codicillis Imperialib.* m *obtinuerit, ualebit institutio. Et tali casu, si incertus ille dies uenerit, qui scriptus est, hereditatem adibit, fingiturque a tempore mortis defuncto successisse.*

c *Non potest.*] *Videlicet a pagano testatore,* 9 *secus est in milite, cui licet & ad certum tempus & ex certo tempore* n *heredem scribere.*

d *Diem adiectum.*] *Siue quo die desinat esse heres, siue ex quo primum heres esse incipiat. Vtrumque enim repugnat uulgatæ Iuris regulæ, qua quis uetatur, aliquo tempore testatus, aliquo intestatus esse.*

§. Impossibilis.

1 *Conditio alia possibilis, alia impossibilis.*
2.3 *Impossibilem conditionem uarijs modis dici.*
4 *Conditio impossibilis natura uel iure, pro non scripta habetur in ultimis uoluntatibus: secus in contractibus.*
5 *Cur in contractibus sit diuersum.*
6.9 *Conditio impossibilis, idest difficilis, quando noceat.*
7 *Exemplum Accursij de aureo monte.*
8 *Aurei montes dicuntur qui uenas auri habent.*
10 *Conditio perplexa uel impossibilis ob perplexitatem non attenditur.*
11 *Declaratus § fi. infra de legatis.*

Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus, pro non scripta habetur.

1 *Conditionum*] *duo sunt genera: alia enim possibilis est, alia impossibilis.* [*Impossibilē*] *autē* [*conditionē eam*] *proprie dicimus* a *cui natura impedimento est, quo minus existat. possibilem contrà, eam quæ per rerum naturam euenire potest. De priore hic §. loquitur, de altera §. subsequens.* 2 *Et quia uarijs modis impossibilem dici, Accur.* b *& reliqui iuris interpretes tradunt; de singulis breuiter, & quantum ad præsentia satis est, uidebimus, ut sic appareat in quibus § nostri dispositio locum habeat.* 3 *Cum primis ergo ea conditio, quę natura euenire nequit, proprie impossibilis conditio dicitur, ueluti* [*si digito cęlum attigeris: mare ebieris,*] *& his similia. Quoniam autem id posse dicimus, quod de iure & honeste possumus,* c *quę uero contra leges & bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum* d *est: inserta conditio, cui ius, honestas, seu boni mores repugnant: latiore significatione impossibilis etiam dicitur, licet de facto euenire possit: ueluti,* [*si patrem ab hostibus non redemeris, si parentibus alimenta non pręstiteris, si hominem occideris, adulterium commiseris,*] f *& cętera id genus. Hęc melius* [*turpis*] *nominabitur quàm impossibilis.* 4 *Et in istis duabus impossibilis conditionis speciebus, conditionem pro non scripta haberi in ultimarum uoluntatum elogijs, indubitatum* g *est, licet in contractibus diuersum sit, uitienturque hi propter impossibilem conditionē adiectam, adeo ut ne naturalis quidem oriatur obligatio.* i *Neque enim obligare se uelle uidetur, qui sub impossibi-*

a l. necessario 8. § 1 de peric. & com. rei vend. l. potior 11. qui potiores i pig.
b l hæreditas 65. h. t. vnde hic §. videt sumptus
c l. ius nostrum 7. de reg. iur.
d In l. miles ita 41. de mil. test.
e l. etsi sine 7. §. sed quod Papi. de minorib.
f l. si qn 35. C. de inoff. testam.
g Vt est in apost. ad Bar. in l. hereditas. & no. Viglius hic.
h l qd dicitur 38. de milit. test. l. hæres quandoque 54 de acqui. hær.
i l. in tempus 26. hoc tit.
k l. dies incertus. 73. de cond. & demonst.
l l. f. de condit. & demon.
m De quo p Dd. Auth. ex complex. C. de incest. nupt.
n l. In fraudē §. miles. & l. miles ita ff. de milit. testa.

a § si impossibili. infra de inutilib. stipulat.
b glo. hic & cōiter Dd. Bar. & alij in l. 1. de cōdi. insti. & l. obtinuit 3 de condi. & dem. & l. impossibilis 7. de verb. obl. iūcta. l. nemo potest. de reg. iu.
c l. Nepos Proculo. 124. de ver. sig.
d l. si filius. ulti. de cond. inst.
e l. facta 63. §. si sub condit. ad Trebel.
f l. conditiones. 1. & 2. & l. quidā 27. de condi. instit. l. reprehenden. C. de insti.
g per tex. hic. quā de impossibilitate naturæ & iuris loqui intelligendus est.
h d § si impossibilis. l. nō solū. 31. de actionib. & oblig.

i L. impossibilium. 185. de regu. iur.

possibili conditione promittit. 5 Sed quæ est diuersitatis ratio, quod aliud in testamentis, aliud in contractibus obseruatur? Respondeo, in contractibus, omnium contrahentium voluntas spectari debet, quibus imputandum est, quod clarius & apertius legem non dixerunt. K Nec verisimile est quicquam eos agere, qui conditionem apponunt, quam sciunt l impossibilem: In vltimis vero voluntatibus latiorem facimus interpretationem, pleniusque mentem testantium interpretamur, m propter publicam utilitatem, cui expedit, suprema hominum indicia exitum n habere. Vnde tametsi conditionem impossibilem testator adiecerit: perinde tamen erit, ac si pure disposuisset. o Neque enim credendum est, aliquem quicquam testamento suo adijcere voluisse ad impugnandum suum iudicium. p Quod tamen ita uerum est, si non testator eam conditionem possibilem putauerit. q 6 Tertio impossibilem conditionem Doctores uocant, quæ de facto, idest, ob euentus difficultatem pene impossibilis est, idque κατὰ ὑπερβολήν· veluti, si seruus (quem nihil habere certum est) liber esse iussus sit, si mille aureos hæredi dederit, aut post annos octoginta, aut cum morietur. r 7 Cæterum exemplum Accursianum de aureo monte (in quo Faber & Porcius conflictantur) plane ineptum est. Est enim mons naturæ opus: & admodum absurdum uidetur somniare, auri tantum uim in unum conferri, ut mons coaceruetur. s Quare Angelus inter naturalem & artificialem auri montem distinguit. 8 Melius Viglius aureos montes intelligit, qui uenas auri habent: 9 Et tunc dicendum foret, nec hanc conditionem (si aureum montem dederit) nocere, quasi impossibilem ex qualitate t personæ: sicut nec illa legatum uitiat, quæ ex præscripto fieri nequit, propter angustias præfiniti temporis. u Aliud tamen est, cum quis ualde difficilem conditionem institutioni legato, libertati, uel aliæ cuicunque ultimæ uoluntatis dispositioni adijciat, ex qua apparcat iudicium aliquod animi ipsius testatoris, qui institutum aliter hæredem esse, uel aliter legatum ualere, aut seruum liberum esse nolebat. x Ex quo enim testator sciebat talem conditionem, utcunque difficilem impleri tamen posse: uoluit hæredem ad eam astringere. Si ergo non expediatur difficultas illa, uitiabitur legatum & libertas. 10 Quarto denique impossibilis conditio dicitur, quæ in se quidem possibilis est, sed perplexio facit impossibilem, quia ita in se se recurrit & reuoluitur, ut iuris regulis repugnantibus existere non possit: y ueluti, [Si Titius hæres erit, Seius hæres esto: si Seius hæres erit, Titius hæres esto:] hic neuter uidetur posse esse hæres, quia alter alteri obstat, sesequc inuicem collidunt. Talis igitur perplexa conditio inutilem reddit institutionem, cum conditio existere non possit. 11 Cæterum quod Accursius ait, §. nostro aduersari, quod infra scribitur. z [legata impossibilia non ualere,] id alium habet sensum, ut Viglius annotauit. Aliud enim est, simpliciter legare centum, [si digito cælum attingeres,] a aliud, legare centum in pœnam hæredis, prout illic Imperator loquitur, si ipse cælum non tetigerit. Cum enim impossibilis natura hæredi conditio ea sit, pœnam certe non meretur. Legatum b ergo illic fit inutile, non propter impossibilem conditionem, sed quia punire testator noluit eum, qui non facit id, quod facere non potuit.

k l. veterib. 39 de pact.
l d. l. non solum.
m l. in testa. 12. de reg. iur. c. cum dilecto de do.
n l. 5. vel negatiu. quæd. testam. aper.
o hic. & d. l. 1. de cond instit.
p l. 3. de militari testa.
q l. si seruu manumisso. 58. de cō di. indeb.
r l. cum hæres. 4. §. 1. de statu liberis l. cōtinu° 137. §. illud. & §. seq. de verb. oblig.
s Ang. hic in fi.
t arg. l. si quis ita de cond. furt.
u l. si mihi & tibi 12 §. 1. de leg. 1
x Et sic accipi a bet d. l. cum hæres, § 1. ne inde feramus, vltimæ volunt. us fauore restrin gi.
y l. si Titius. 16. de cond instit l. vbi pugnātia. 188. de reg. iu.
z §. fi. inf. de leg.
a Vt hic.
b d. §. fi.

§. Si plures conditiones.

1 *Conditio possibilis tres habet species.*
2 *Conditio potestatiua casualis, mixta declarantur.*
3 *Accursius reprehensus.*
4 *Ad ueritatem copulatiuæ requiritur, vtranque partem esse veram.*
5 *Ad ueritatem disiunctiuæ sufficit, alteram veram esse.*
6 *Dictiones coniunctæ, disiunctæ quæ sint.*
7 *Verbum cuilibet pro utrique hic accipi.*

Si plures *a* conditiones in institutionibus adscriptæ sunt: *b* si quidem coniunctim. vtputa, si illud & illud factum fuerit; omnibus parendum est. Sic *c* separatim, ueluti, si illud aut illud factū erit; *d* cuilibet conditioni obtemperare satis est.

a Conditiones] *Loquitur Imper. de ijs conditionibus, quę possibiles sunt, id est, euenire possunt. 1 Eas Accursius a trifariam diuidit. Sunt enim quędam in potestate & uoluntate nostra penitus constitutę, 2 quas ea ratione [potestatiuas] appellant. Viglius magis Latine [arbitrarias] nominat: veluti, [si Capitoliū ascenderis, si Brisacū ieris.] Sunt quędā in euentum collata, & fortuitū casum, uocanturq; a Doctoribus [casuales,] Latinius [fortuitas] dixeris: veluti, [si rex Gallorū hoc anno morietur: si Cęsar ad Cal. Ianuarij Augustam uenerit] Sunt & aliæ in arbitrio quidē nostro positæ, quas tamen nonnunquam adimplere impedimur, quę cum utriusque conditionis sint participes, [mixtæ] dicuntur. Et b quanquam aliàs non est leuis harum differentia: hic tamen in ultimis uoluntatib. nullum discrimen ponendum est. 3 Nam quod Accursius c existimat, in pluribus casualibus conditionibus coniunctim positis sufficere, ut prima existat, communiter reprobatum est, idque Angel. Fab. Porcius, & alij satis ostendunt. 4 Porro ad rē quod attinet, ex hoc § duæ regulę eliciuntur circa conditiones: ut in disiunctiuo modo conceptis conditionibus sufficiat alteram esse impletam: at si copula plures coniunxerit, omnes euenire debeant, quia unius loco d habentur. Idque est, quod vulgo dicimus, [ad ueritatem copulatiuę requiri, vtranque partem esse ueram. 5 sed ad ueritatem disiunctiuę sat esse, si altera uera sit.] 6 Sunt aūt coniunctiuæ dictiones, [&, atque, ac:] disiunctę, seu disiunctiuę [aut,*

a Hic per l. 1. §. finantē al. gd. C. de cad. toll. fac. l. satis quoque §. puto recte hoc tit.
b d. §. fin autem aliquid.
c gl. hic in fin.
d l. si hæredi. plures. 5. de condi. instit. vnde noster. §. est sumptus.

aut,vel,ue,si,siue.] Vtrique tamen regulę suæ sunt exceptiones,quas apud Doctores e passim reperire est: eas hic referre nimis longum foret.

b Si quidem coniunct.] Sic nempe,vt uni institutioni adijciantur plures simul conditiones. Nam si pluribus scriptis hæredibus adijciatur omnibus una conditio,is statim hęres erit,in cuius persona euenerit, etiā si in alio deficiat.

c Separatim.] Idest,disiunctim,qua uoce Paulus f in suo responso vsus est, cui etiam exemplum tex. nostri alternatiue conceptum respondet. Nam si omnino separatim,& in diuersis partibus testamenti quis sæpius instituatur ex eadem re,& utraque constitutio suam habuerit conditionem,tunc illa,quæ prior extite rito,occupabit institutionem,ut Florentinus g respondit.

d Cuilibet.] 7 Idest,alterutri:opponitur.n.superiori verbo,[omnibus,] & proprie significat unam e multis.hoc autem uerum intellige,quod ad institutionem attinet:in legatis enim forte aliud dicendū h fuerit.

e Ang.hic.Bar.& Dd.l.si quis ita stipulatus.129. de verb obl.l.si is qui.13. §.cū ita.de reb. dub. Alc.l. sæpe. 53. de verb.sig. Ias. l.1. de iustit. & iure.
f In d.l.si hæredi plures.
g l.si plures.17.de cond.instit.
h l.sub diuersis. 51.& l.qd tradi tum.87. de con di. & demonst. Ang.hic.

§. Ij quos.

1 Etiam ignoti hæredes institui possunt.
2 Explicatur L.extraneum 11.C.de hære.insti.
3 Peregrini non possunt institui.
4 Peregrinus interdum pro extraneo accipitur.

a Ii quos nunquā testator uidit,hæredes institui possunt:veluti,si b fratris filios c peregrinātes, ignorans qui essent, hęredes instituerit. Ignorantia enim testantis inutilem institutionē non facit.

a Ii quos.] Si modo cum ipsis aliàs testamenti factio est. 1 Et hinc disce, etiam ignotos posse hęredes institui.i.quos alioqui testator nunquam uidit,nec de facie nouit, vllamve cum ipsis habuit consuetudinem, de eo tamen aliquid quandoque audiuit. 2 atque ita accipiendum est,quod alibi Imp. a Theodosius & Valenti.rescripserunt, [extraneum etiam penitus ignotum posse hæredem scribi] Neque enim de prorsus igno tis,quas nec uidimus,& de quib. nihil quicquam audiuimus,loquuntur ipsi,sed qui nobis fama aut aliqua forte uirtute sunt cogniti Est enim latens & tacitus interdum etiam erga ignotos instinctus,non modo propter sanguinis necessitudinem,sed etiam propter eruditionis,aut uirtutis celebritatem.

b Fratris filios.] Vel extraneos quoslibet nulla nobis sanguinis copula adstrictos,ut paulo ante diximus

c Peregrinantes.] Id est,indissitis procul regionibus agentes. 3 Cęterū [peregrinos,] hoc est eos qui ius Romanæ ciuitatis non habent,non posse b institui, Viglius hic docet. 4 Quanquam interdum etiam peregrinū pro extraneo c accipi, Albericus d notauit,exempla quædam allegans.

a L.extraneum.11 C.h.t.de hære. insti.
b fac.l.1.§.nec a pud. C.hoc tit.
c §1. in Nouell. de non cli. fe. nub.
d In suo Dictio.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE. TIT. XV.

1 Verbum instituendi,& substituendi.
2 Et quomodo utrunque in ultimis uoluntatibus accipiatur.
3.4 Substitutionis definitio.
5 Substitutionis species duę:directa,& fideicommissaria siue obliqua.
6 Directæ substitutionis subdiuisio.
7 Ea quæ a Dd.communiter traditur,reprehensa.

Post] hęredum institutionem iusto ordine [de substitutionibus,] sequitur,ut quæ sine institutione esse nō a possunt. 1 Quemadmodum autem institui dicuntur, quę principaliter ordinata sunt,& statuta,sic substituē di uerbum ea continet,quæ subordinantur,patetque late utriusque uocis b significatio. 2 In materia autem ultimarum uoluntatum, hæc uerba ex communiter accidentibus uniuersalem successionem respiciunt. Qui enim hæres generaliter ordinatur,institui,& is qui sequenti loco subordinatur,substitui dicitur. Et quamuis nomen substitutionis in singulari successione ad legata quoque,& donationes causa mortis accōmodatur, c nunquā tamen inuenitur,quod institutionis uoce testatores in legatis & donationibus usi sint, licet ex uer bi significatione legatarios & donatarios institutos dici etiam Politus tradit. 3 est autem,ut prōptus ad rem accedamus, [substitutio] nihil aliud, [quam sequenti loco facta institutio siue subordinatio,] vt Politus & Zasius d definiuerint. Fumæus e hāc descriptionem non definitionem putat esse substitutionis,ceu Bar. f & Iason existimant. 4 Quare ipse sic eam definit. [Substitutio est in locum cuiusque instituti hæredis deficictis suppositio] Et recte quidem: cum fiat etiam substitutio in legatis & donationibus causa mortis,g hic autem de ea,quæ in hęreditate fit,tractaturi simus. Deinde utitur in definitione uerbo generali (deficientis) quod comprehendit omnes substitutionum species,siue deficiat hares institutione, quia noluerit adire,uel nō potuerit propter ætatis uel sensus defectum, aut alio quouis modo deficiat. 5 Porro autem omnis substitutio aut directa est,aut fideicommissaria siue obliqua. Directa est,per quam substitutus directo,& sine ministerio alterius,hæreditatem testatoris capit:ut cum dicitur, [Hæres esto.] Fideicommissaria est,per quā substitu tus

a gl.l.1.ad princ. ff hoc tit.
b Zas.trac. subst. in prin.
c l. vt hęredib.§. 1.de leg 2.l. Titia. 85. § Seio. §.libertis.e.tit. l.si cui. de don. causa mort.
d Vterq; in Tra. subst.
e In trac. substit.
f In d.l.1.
g d.l.vt hæredib.

tutua hęreditatem ex manu alterius,& sic uia obliqua capit:ut cum dicitur,[Hęres restituat hęreditatem Titio.] De hac in præsentia nihil agemus, quoniam proprium tractatum habet. h 6 Directa uero peculiaris huius loci est: quæ subdiuiditur principaliter in uulgarem & pupillarem. 7 Qui tamen exactius eam rem prosequuntur, quinquie species i faciunt, uulgarem, pupillarem, exemplarem, reciprocam siue breuiloquam, & compendiosam. Verum posteriores tres species reducuntur ad priores duas aut similitudine aut resolutione, & ab eis quasi uitam hauriunt. In Pandectis certe atque hoc Institutionum libro uulgaris & pupillaris tantum in titulorum inscriptione exprimuntur uelut k principaliores.

h instr. de fideicō. hær. & toto ti. ff & C. ad S.C. Trebel.

i Dd. communiter in rub. ff. & C. h. t. gl. c. Raynut. de test. gl. c. si pater. de testa. in 6.

k Vide Alexā & Iasi. in Rubr. ff. eod.

Princip. tit.

1 Vulgaris substitutio quę? & unde dicta.
2 In vulgari substitutione duo extrema consideranda esse.
3 Vulgaris substitutionis diuisio.
4 Vulgaris expressa tripliciter fit.
5.6 Vulgaris tacita dicitur dupliciter.
7 Vulgaris partim expressa, partim tacita, per se non est species: contra Bartol.
8 Directa substitutio in codicillis facta ualet in uim fideicommissi.
9 Si institutus fiat hęres, euanescit substitutio.
10 Qui semel hæres extitit, numquam desinit esse hęres.
11 Nec referi an ciuili uel prętorio iure succedat.
12 Quamdiu ex testamento hęreditatis aditio speratur, cessat intestati causa.
13 Seruum proprium licet hæredem instituere, uel substituere alteri.
14 An si seruo hæredi substituatur, fiat hęres voluntarius.
15 Per vulgarem substitutionem non solui iura suitatis.

a Potest autem quis b in testamento c suo plures gradus hæredem facere: vt puta, d si ille hæres non erit, ille e hæres esto: & deinceps, in quantum velit testator, substituere potest: f ut nouissimo loco in subsidium, uel seruum necessarium hæredem instituere possit.

a [Hoc principium] ad uerbum ex Martiano a discriptum est, & uulgaris substitutionis formulam continet, quam hoc titulo Imp. enarrat. Cum primis autem uidendum, quid & quotuplex sit hęc substitutio 1 Est ergo [uulgaris substitutio,] quæ a quolibet testamenti factionem habente, cuilibet capaci, uerbis apertis & uulgaribus directe fieri, & in quemcunque casum concipi b potest: sic appellata, quod sit maxime cōis, & vulgo fieri soleat. 2 Habet autem hæc substitutio semper duo c extrema unū, quod ad hęredem pertinet, cui fit substitutio: alterum quod ad substitutum refertur; quorum extremorū prius negatiue: posterius affirmatiue atque positiue sp enunciatur. Porro primum extremum duas clausulas tacite uel expresse complectitur, nempe has: si hęres esse noluerit, & si non potuerit: d quarum alterum euenisse sat e est 3 Diuiditur autem uulgaris substitutio in [expressam & tacitam. Expressa uulgaris] est, quæ verbis quibuscunque singulari. b. specialibus, uel generalib proprie significatur. Nam si in uulgari substitutione prędictę duę clausulæ ad indiuiduum exprimuntur, singularibus uerbis fieri dicitur, ut si Titium hęredem instituam, & si nolit esse hæres uel non possit, substituam Seium, K bi uero altera intelligitur magis quàm exprimitur, tum uerbis specialibus fieri censetur: ueluti si dicam, [Titius hęres esto; si Titius hęres non erit, Seius hæres esto. At ubi neutra harum exprimitur, utraque tamen comprehensa in genere intelligitur, tunc uerbis generalibus fieri indicatur: ut cum testator dicit, [Instituo Titium & Mæuium, eosque inuicem substituo. quæ uulgaris in reciproca seu breuiloqua f vsurpatur. 4 Ex prædictis ergo apparet, vulgarem expressā trib. modis fieri: ea tamen sola, quæ uerbis singularibus existit, uerè, modisque omnibus expressa est. Namque uerbis generalib. fit, partim expressa & partim tacita esse uidetur si uerba consideremus. In hac enim secundum extremum expressum est: sed si casus particulares attendantur, tacita uerius dicenda fuerit Cæterum ea quæ uerbis specialibus fit, duntaxat, quo ad alteram clausulam, tacita dici potest. g Nunc ad alterā speciem uulgaris substitutionis, [tacitam] scilicet, 5 hęc dupliciter existit Interdum enim ex uerbis testatoris colligitur, non tamen ex propria significatione, sed ex mente sensuq; tacito, ut si dicam, [Titius & Seius, uter eorum uiuet, hęres mihi esto.] Iā si ambo uixerint, ambo hęredes erūt, sin uero unus decesserit, alter solus hęres erit ex h asse, quia subest tacita uulgaris substitutio. 6 Alio mō uulgaris tacita dicitur, q̄ nec ex uerborum significatione uenit, nec ex sensu colligitur, sed ex potestate legis, etiam contra uim uerborum pręsumitur, cuiusmodi est ea, quę sub expressa pupillari tantum continetur, vt si testator filium suum impuberem hæredem instituas, & ei, si intra pubertatem decedat, tantum substituat Sempronium, nihilominus si ille filius nō adeat hæreditatem, Sempronius erit hęres ex substitutione uulgari, quę per interpretationē legis, uel potius extensionem, in illa pupillari i continetur. Pręsumit n. lex, cum in pupillari pater non expresserit casum, quo filius non esset hæres, uoluisse patrem, etiam hoc casu substitutum uocari. Quapropter id genus, substitutio

[vulgaris

a l. potest 36. de vul. & pup.

b Bar. & alij Dd. in l. 1. hoc tit.

c Bar. d. l. 1. n. 17.

d l. Gallus. 29 §. & quid si tantū de lib. & post. l. 3. C. de hær. inst.

e d. l. 3.

f l. Lucius Titi⁹. 45. h. tit. Bar. d. l. 1.

g Ita pulcre Cantiuncula hic declarat.

h l. Titius. 2. & l. seq. hær. insti.

i l. iam hoc iure. 4. de vulg. l. q̄uis. 4. C. de impub. & al. subs.

vulgaris presumpta] verius, quàm [tacita] appellanda videtur, ut Politus & Zasius k censuere, vtque contra verborum significationem sola presumptione legis recepta sit. 7 Bartolus etiam tertiam uulgaris substitutionis speciem ponit, nempe partim expressam & partim tacitam, quæ ob id [mixta] nuncupatur. verũ hanc non esse separatam speciem. l Zasius rectè docuit. Cæterum qui plenius de hac vulgari substitutione instrui cupit, eiusque effectus, & quomodo desinat extinguatur ve, cognoscere desiderat, a Bart. m & reliquis Doctoribus ista petat. Satis enim est, tyronibus iuris ad difficiliora perdiscenda ianuam aperuisse, in materia tam intricata.

b In testamento] 8 Secus tamen est in codicillis. In his enim sicut instituì aliquis non potest, ita nec cuiquã substitui n Si tamen in codicillis facta sit directa substitutio, sustinetur in uim fideic. directaq; verba obliquantur: o modò certum sit, testatorem uoluisse codicillos, non testamentum facere: p quod ex institutione vel exheredatione presumitur, vt Faber q hic docet, Quanquam autem directa in codicillis facta, flectatur in fideicommissariam: non tamen diutius durat, quàm durasset directa.

c Plures.] Atque adeo, quotquot tandem uoluerit r testator: vtcunque Iulij Pauli s interpres vsq; ad tertium gradum solum hoc licere scribat.

d Si ille heres.] Exemplum est uulgaris expresse, que specialibus verbis existit. Et hic obserua præscriptam nominatim conditionem deficientis institutionis, a qua pendet substitutio. 9 Hæreditate enim per institutum semel adita statim extinguitur vulgaris substitutio: t adeo ut si plures institutionum gradus facti sint, omnes per primi heredis aditionem expirent. u 10 Quoniam qui semel heres extiterit, nunquam heres esse desinit. x Si tamen institutus impetrata forte in integrum restitutione, sese abstinuerit, uel repudiarit hereditatem semel aditam, reuiuiscit rursus substitutio, & substitutus admittitur: y adeo etiam ut, ex sententia contra institutum ante restitutionem lata conueniri z possit.

e Hæres.] 11 Intellige ex testamento, quo si nitatur, parum refert, iure ciuili, an prætorio secundum tabulas ad successionem perueniat, ut deficiat hæc cõditio substitutionis a vulgaris secus esset, si ab intestato qs uellet succedere tanquam legitimus hæres, quia fieret substituto locus. b 12 Quandiu autem ex testamento adiri hæreditas potest cessabit intestati c causa.

f Vt nouissimo] 13 Permissum itaque testatori est, vt aliquem ex suis seruis, vel heredem instituat, uel substituat alteri: & tunc is seruus heres erit necessarius, vt non possit nolle. 14 Si tamen seruus heres institutus accipiat substitutum, exherede necessario fit voluntarius: ad instar filij f. in quo pariter necessitatẽ substitutione solui constat: d licet aliud uideatur, si cohæres seruo detur extraneus, quia per dationẽ cohæredis extranei, necessitas in seruo neutiquam tollitur. e 15 Quanquam autem suus per vulgarem substitutionẽ fiat ex necessario uolũtarius: iura tamẽ Suitatis propterea nõ amittit. qđ aduersus Bar. Zasius f satis defendit.

k In d. substitu. tract.
l In d. subst. vul. tract.
m d. l. 1. ibi oẽs. Ferra. in sua Prac. in for. li. quo agitur ex sub.
n § pe. inf. de codicil. l hær. C. de codi.
o l. Scæuo. 76. ad S C Trebe.
p l. fi. C. de codi.
q Per l. non codi cillum. 13. C. de testa.
r l pot. 36. h. t.
s lib. 3. Sent. c. 6.
t l. post aditam. 5. C. de impu. & al. substi.
u l. fi mater 33. §. si de vulg.
x l. ei qui soluen do. 88. in fi. de hær. instit.
y l. sed etsi fine. 8. §. sed quod Papin. de min.
z l. ex contract. de re iud. Loriot de substi. Axiona. 39. & seq.
a l. in conditionib. 19. §. si patronus. de con di. & demon.
b l. 3. C. de impub. & al. subs.
c l. quamdiu. 68. de acq. hær.
d Bar. & alij. l. si filius hæres. 10 de li. & pos.
e l. ex parte. 58. de acq. hær.
f Tract. subst. ca. 1. Vide late Alex. d. l. si filius hæres. & Soc. d. l. 1.

§. Et plures.

1.2.3.4 Variẹ formulẹ uulgariter substituendi.
5 Substitutio reciproca unde dicta.
6 Eam inepte breuiloquam dici.
7.10 Reciproca alias omnes substitutiones continere potest.
8 Reciprocam substitutionem non esse propriam speciem.
9 Personẹ ẹquales & inæquales quæ dicantur.
11 Reciproca facta personis inæqualibus quot substitutiones contineat.
12 Substitutiones in reciproca contentæ, dicuntur expressa.

Et plures *a* in vnius locum possunt substitui, *b* vel vnus in plurium, *c* vel singuli in singulorum, *d* vel inuicem ipsi, qui hæredes instituti sunt.

Supra] communiorem uulgariter substituendi formam expressit Imp. quæ scilicet specialibus uerbis solet fieri: quia uerò & aliẹ sunt uulgaris substitutionis formulæ, a eas quoque adtexit.

a In vnius locum.] Veluti, [Caium heredem instituo, & si Caius heres non erit, Titius & Mẹuius hæredes sunto.

b Vel vnus in plurium] 2 Vt si dicat testator, [Titium & Mẹuium heres instituo, qui si heredes esse no luerint, Caius heres esto.

c Vel singuli in sing.] 3 Hoc fere modo, [Mæuium & Lucium heredes instituo, & si Mẹuius heres non erit, Seius heres esto: si vero Lucius non fuerit heres, Caius hæres esto.] Recepta est & hẹc formula, vt idem in uno etiã gradu, sed cum causẹ mutatione, sibi ipsi substituatur, puta. [Titius heres esto si nauis ex Asia venerit, & si heres non erit, idem Titius heres esto. b

d Vel inuicem.] 4 sub hac fere forma: [Titius & Mẹuius, uter earum uiuet, heres esto:] vel ita, [Caius & Flaccus heredes sunto, hosque inuicẽ substitutio.] c aut ita, [Publius, Caius, & Flaccus, inuicem substituti heredes d mihi sunto.] Hẹc autem substituendi formula quia a cẹteris separata est, (licet quo ad materiam siue effectum non distinguatur) proprium nomẹn sibi consentaneum adepta est. 5. Etenim quia de

a Exẽpla extant apud Theop. hic.
b l. sed si plures. 10 §. nemo. & l si § 1 h. tit.
c l. Titius 24. cũ l. seq. de hære. insti. l. iam hoc iure 4 h. t.
d l. cum in testã. 37 §. is verbo. de hær. instit.
e Alex. l. Lucius. 45. h. t. Iaf. d. l. iam hoc iure.

vno in alterum reflectitur ac repetitur, semperque eo, unde uenit, iterum se recipit, [reciproca substitutio] nominatur. 6 Vulgo hanc [breuiloquam] vocant, vt quę breui uerborum compendio fiat. Sed hoc f Viglius recte damnat, cum non breuitas uerborum, sed uicissitudo hanc substitutionem faciat. Potest enim testator quibuscunque uerbis in hac substitutione vti, modo reciprocationem quandam, & succedendi uicissitudinem significent. Sane Gracus g interpres hanc prolixiore oratione, nec sub eadem uerborum cōceptione explicat. 7 Porto hac reciproca substitutio, quia communiter verbis generalibus concipitur, reliquas substitutionum species omnes, ex personarum tamen, quibus substituitur, qualitate, comprendere potest, non directas tantum, sed etiam fideicommissarias. 8 Atque ideo uoluit Bartolus, hanc non esse proprium substitutionis speciem, sed tantum qualitatem quandam, & caterarum substitutionum adiectionem, quod uerum est, quo ad effectum & materiam, circa quam uersatur, licet modus inducendi in ea sit alius, & separatus a cæteris substutionibus. h 9 Refert autem multum, an hac personis æqualib fiat an uero inæqualib. i [Aequales personas] hic dicimus, in quib. vtrisque possunt uerificari substitutiones, idest, quādo utræq; persona capaces sūt substitutionum, quæ continentur in reciproca: sicut quando ambo sunt impuberes, uel alias in pari conditione. [Personæ inæquales] dicuntur, quando est dispar eorum qualitas, ut quia aliqui sunt puberes, alij impuberes, &c. 10 Si ergo fiat hęc substitutio personis æqualibus, interdum duas substitutiones cōplectitur, ut si duo puberes, nullo morbo aut vitio correpti, instituantur, & inuicem substituantur, duæ continentur vulgares: uel si duo impuberes emancipati mutuo substituti sint, rursus duę uulgares, aut si filijs impuberib. exheredatis ita substituatur, duæ pupillares includentur, Cæterū si reciproca substitutio fiat mēte captis, aut furiosis, quatuor substitutiones continet, ut quia dicam [Instituo filios meos furiosos, & si in dementia decesserint, eos inuicem substituo:] hoc casu quatuor substitutiones includi k necesse est, duas uulgares, & duas exemplares, id cuiuslibet persona unam. Sin autem quis ita dixerit, [Duos filios meos instituo, & si intra pubertatem, vel quandocunque moriantur, eos inuicem substituo:] sex comprehenduntur, duæ uulgares, si hæreditas adita non fuerit, totidem pupillares, si post aditam hęreditatem impuberes decesserint, necnon duæ fideicommissaria, si post pubertatem moriantur. Porro si testator dixerit: [Duos filios meos impuberes furiosus instituo, eosque si intra pupillares annos, uel postea in furore, vel quandocunque decesserint, inuitem substituo:] tunc octo substitutionum formulæ reperiri ualent, duę uulgares in qualibet persona, si hæreditas non fuerit adita; totidem pupillares, si hęreditatem adierint, & intra pupillaria post pubertatem moriantur: item duæ exemplares, si post pubertatem in furore decesserint: denique duæ fideicommissariæ, si isti filij cessent esse in furore, & moriantur. Prędicta autem obtinent quando duobus tantū substituitur reciprocè: quod si plures substituantur inuicem, tum ex augmento hęredum, & substitutionum numerus augebitur secundum capita substituorum. l Et hæc quidem locum habent, si ęqualibus personis substitutio fiat. Nam in personis inęqualibus sequens regula seruanda m est. 11 Si personis inęqualib. institutis, quę non sunt capaces omnium institutionum, substituatur, tunc hæ tantum substōnes includentur, q̄ in omnib. personis ęqualiter uerificari possunt. Quare si alter pubes, alter impubes inuicem fuerint substituti, in uulgarem tantum casum factam uideri substitutionem, Verus & Antoninus rescripserint. n Pupillaris. n. substitutio hoc loco non veniet, quia non posset uerificari in pubere: proinde nec in impubere uerificabitur. 12 Sunt autem omnes substitutiones, quæ in reciproca continentur, expressę (vt Bar. o docet, quem reliqui vulgo sequuntur) saltem in genere, & ideo matrem excludere solent. Cętera ad hanc substitutionis speciem pertinentia, p commentaria interpretum suppeditabunt.

f hic.
g Theop. hic.
h Alex. & Ias. in d. l. Lucius.
i Vide omnino Zas. I trac. substit. ca. 4.
k Vide Ias. in d. l. Luci.
l Zas. ubi supra Ang. hic, Bart. & alij. d. l. Luc.
m Zas. d. c. 4.
n d. l. iā hoc iure
o Bar. l. 1. nu. 8. de vulg.
p d. l. Luc. in fi.

§. Etsi ex disparibus.

1 *Hypothesis huius §.*
2.3 *Partes appositę in institutione, censentur repetitæ in substitutione, fallit, ut num. 4.7.*
5 *Nomina propria, appellatiua.*
6 *In dubio, substitutio appellatiuo nomine facta præsumitur.*

Et si ex disparibus partibus hęredes scriptos *a* inuicem substituerit, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit: eas videtur in substitutione partes dedisse, *b* quas in institutione expressit. & ita *c* diuus Pius rescripsit.

Hypothesis] huius §. ex Vlpiani a responso sic poni potest. 1 Instituti sunt tres hæredes ex disparib. partibus: Primus ex semisse, Secundus ex triente, Tertius ex sextante, deinde hi tres inuicem substituuntur simpliciter, & sine partium expressione. Primus non adit hæreditatem, atque ita eius semissis ad substitutos deuoluitur, nempe Secundum & Tertium. Cum ergo nulla partium mentio facta sit in substitutione, uidebatur primo aspectu dicendum, Primi hęredis deficientis semissem ęqualiter in substitutos diuidendum. Sed contrarium decidiitur ex D. Pij constitutione, quę lib. 6. C. b extat, nempe vt quatuor vnciæ, siue partes Secundo, duę Tertio dentur. 2 Aetiologia est, quia partes adpositæ in institutione, uidentur repetitę in substitutione saltem tacitè: hoc est, testator uoluit in institutione Secundum duplo plus habere, quam Tertium.

a In l. si plures 24. hoc ti.
b l. 1. C. de imp. & al. substit.

Eadem

Eadem ergo testatoris voluntas conseruanda quoque est in substitutione.3 Vnde pro regula traditur,c [portiones in institutione adiectas,tacite repetitas videri in substitutione.] Quatenus enim testator dilexit instituendo,eatenus censetur dilexisse substituendo,nec verisimile est,aliam substituentis affectionem fuisse.d sicut & econtra,si grauati heredes sint,pro portionibus hæreditarijs grauati uidentur.e 4 Hæc autem regula tum demum vera est,quando substitutio appellatiuo & communi nomine heredis facta est: ut quia testator pluribus institutis hæredibus dixerit,Heredes meos inuicem substituo.Si uero proprijs eorū nominib. expressis substituat,tunc quia non ad partes datas in institutione,sed ad personas habita fuit relatio, fæquale erit ex substitutione,omnium commodum.5 [Propria] autem [noīa] hic intelligo,quę rem non communem omnibus,sed vni indiuiduo propriam significant: cuius quatuor traduntur g genera,nomen, prænomen,cognomen,& agnomen.[Appellatiua] uerò sunt,quę rem multis communem significant , ut hæredes, fratres,nepotes,homo,equus. Vnde consectarium est, quod si quidam sub appellatione hæredum , alij sub proprijorum nominum expressione fuerint instituti , illi hæreditarias & viriles , hi æquas partes h accipiant.6 In dubio tamen,si non appareat, quo nomine facta sit substitutio , eam nomine appellatiuo factam præsumi,i vulgò obtinuit.7 Sed et si sub appellatiua uoce,[hæredis,] facta sit substitutio,tamen si in substitutione æqualiter omnibus onus iniunctum fuerit , ratione oneris æqualiter impositi præsumentur pro virili portione substituti,non respectis institutionum k portionib.

a Inuicem substit.] Vel directo,vel per fideicommissum. Interest tamen an proprijs eos nominibus testator substituat,uel appellatiuo,& communi nomine hæredis; sicut iam diximus.

b Quas in instit] Non quidem eius,cui substitutionis iure succeditur,sed eorum ipsorum,qui ex institutione ad hæreditatem uenerunt,& iam ad deficientem partem,ut substituti,venire contendunt: id quod euidenter in supradicto Vlpiani l responso probatur. Quemadmodum enim testator alium alteri prætulit in institutione: ita & in substitutionis commodo prętulisse censetur.

c Et ita Diuus Pius] Quod quidem rescriptum adhuc m in Iustiniani Codice extat.

c Dd. in d.l.1. d arg l.licet Imperator 74. de leg.1.l.Publi°. 36 § Titia. in fi.de condit. & demon. e l. si heredes nominatim. 134. in fi.l. si quis i fundi voca. 4. § 1. de leg.1. f d. l. si hæredes nominatim. & l. quoties. 23. ad Trebel. g Vide gl.in §.si quis in nomine.inf.de delega. Vig.§.1.sup.& exhær. libero. h Ang. hic. i Bart.d.l.si plures Dd.d.l.1. K l.vtrum. 7.§. si.de reb. dub. l. quoties . ad Trebell. l In d.l. si plures h.tit. m l.1.C de impu. & al.substit.

§. Sed si instituto.

1. *Facti species in hoc §.*
2. *Explicatur discrimen inter hunc.§.& l.qui habebat,ff.eod tit.*
3. *Dubitandi ratio in eadem.*
4. *Substitutus in casu huius §.an ad vtranque partem admittatur, substitutionis vel accrescendi iure.*
5. *Substitutus ultimo loco,omnibus alijs substitutus censetur.*

a Sed si instituto hæredi , cohærede substituto dato, alius ei *b* substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus *c* sine distinctione rescripserunt,ad vtranque partem substitutum admitti.

a Sed si.] 1 Facti species talis est,quæ hoc §.deciditur. Duos hæredes institui,Titium & Caium, utrunq; ex semisse: deinde Titium Caio cohæredi suo substitui,postremò & Titio,si hæres non esset, Sempronium substitui.Titius & Caius repudiant hæreditatem,uel alias non possunt adire, quam partem auferet Sempronius? & hic determinatur,eum sine distinctione,ad utranque partem & Titij & Caij admitti.

b Substitutus] Vulgariter scilicet: de hac enim hic Imp.loquitur.a 2 Cæterum in pupillari substitutione aliud obseruatur,ut ex Scæuola b responso aperte colligitur. Diuersi iuris rationem assignat Bald... Quod in pupillari non succeditur testatori sed pupillo,ideoque nullum subest periculum,ne quis partim testatus,partim intestatus decedat. Sed in uulgari substitutione longe aliud est,ex qua succeditur ipsi testatori,qui sic censeretur partim testatus & partim intestatus decessisse,nisi etiam instituti portio deferatur ultimo substituto qui nunc solus superest,qui possit ex testamento hæres esse testatori.

c Sine distinctione.] Sed quę hic poterat distinctio considerari ? Accursius & Doctores multum uariant. ego puto id ex Papiniani c responso optimè colligi d 3 Videbatur enim distinguendum,an substitutus fuisset Titio Sempronius, antequam Titius Caio substitueretur, an uero postea. Sane facilius ad utrāq; partem Sempronius admittendus putabatur,si Titio Caius,Caio Sempronius substitutus fuisset,uidelicet ut ordine quodam ad Sempronium utraque pars ueniret. Item etiam referre uidebatur,an prior Titius post Caium,an ante decessisset,ut Caij pars Titio delata sic deinceps ad Sempronium deuolueretur. Imp.tamen rescripserunt,[Sempronium sine distinctione & nulla facta differentia , ad utranque partem admitti,] hoc est, siue ante substitutionem,siue postea substitutus fuerit,& siue prior substitutus post institutum, siue ante discesserit.4 Illud tamen in controuersia est,an Sēpronius utranque partem iure substitutionis, uel accrescendi consequatur? De Titij primi substituti parte non est dubium,quin eam ex substitutione habeat , de Caij autem portione uariant Doctores: crebrius tamen obtinuit,utranq; partem iure substitōnis Sempronij asse, qui.quod & uerum est. Ait.n.expressè Iulianus,e [in utranq; partem Sempronium substitutum esse,] & alias nulla foret dubitandi rō,si intelligeremus Caij partem iure accrescēdi deferri Sēpronio: cū nemo ignoret partem uacantē alteri accedere.5 Hinc in uniuersum Castrensis f colligit,plurib.gradib substitōnum fa-

a arg. sumpto à Rubrica. b In l. qui habebat.47. hoc ip so tit. c l.cohæred. 41. h.tit. d Idem Vig. hic. e l.si Titius. 27. de vulg. vbi vi de Dd.& in d. l.cohæredi. f In d.l. si Tiu°.

g Facit l. quidam testam. h. tit.

stis successiuè, illū qui postremo loco substitutus est, censeri & primo (alijs deficientibus) substitutum, antequā uacet primi portio, ita vt si postea vacua sit, admittatur ad eā, ac si ipsi nominatim fuißet g substitutus.

§. Si seruum.

1 Casus huius §.

2.3 Rationes dubitandi in hoc §.

4 Decisio in §. nostri themate.

5 Instituens aliquem, tanquam sanguine iunctam, per errorem, substitutio non valet.

6.8 Duplex huius §. lectio.

7 Restituta l. si paterfa. de hæred. instit.

a Si seruum b alienū quis c patremfa. arbitratus, hæredem scripserit: & si hæres non esset, d Mæuium ei substituerit: isque seruus iussu domini adierit hæreditatem: Mæuius substitutus e in partē admittitur. Illa enim uerba, si hęres non erit: in eo quidē quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur: si neq; ipse hæres erit, f neque alium hæredem effecerit. in eo uero, quē patrem familias esse arbitratur, illud significant: si hæreditatē sibi, vel ei g cuius iuri postea subiectus esse cœperit, non adquisierit. Idque h Tiberius Cæsar in persona Parthenii serui sui constituit.

a facit l. cum proponas 3. C. de hæred.

Pulcra hic facti species explicatur, a Ex Iuliani responso desumpta, quęstionē scripti & voluntatis cōtinens: ea talis est. 1 Testator aliquis seruū alienum, existimans eū liberum esse, & sui iuris, hæredem instituit, & si hęres non esset, Mæuiū ei substituit. eo defuncto seruus ille iussu domini sui, adit hæreditatem: contra Mæuius substitutus eam ad se pertinere prætendit. quęritur an locus sit substitutioni, vel potius seruus ex persona sui domini admitti debeat? 2 Et primo videtur, Męuium substitutū ad hæreditatem solum uocari, quasi extiterit conditio ipsius substitutionis. Nā cum testator de eo quem putabat liberalis conditionis esse, sic scripserit [si hæres non erit] hoc utique uoluisse censetur, si hæreditatem sibi non acquisierit, vel saltem ei, cuius iuri post institutionem subiectus fuerit. Atqui in casu nostro, qui hæres scriptus est, neq; sibi acquirit hereditatem, cum sit seruus, neque ei in cuius postea seruitutem deductus est: prius enim & iā tum, cum institueretur, reuera seruus erat. Vnde quasi uere conditio extiterit, ad Mæuium substitutum tota hæreditas pertinebit. 3 Contra videtur substitutum omnino submouendū eße ab hæreditate: quoniam aliquo modo conditio in futurum destinata, satis euenisse indicatur, quæ a principio extiterit. Quemadmodum ergo ad excludendum substitutum satis fuisset, alteri hereditatem acquirere, in cuius deinde potestatē transijt: ita quoq; sufficere debet, institutum a principio fuisse in potestate alterius, cui hæreditatē acquirat. Nā & Paulus b scribit, [si ea quæ conditionis loco ponuntur, iam facta sint, ea que facta testator nesciuit, præsenti die debentur.] Vides in vtramque partem vrgentes esserationes, quod Mæuius substit itus omnino excludatur: & cōtra quod totum hæreditatis assem solus auferat. In quam igitur partem inclinabimus? 4 Imperator mediam uiam elegit, & vtrumque in partē hæreditatis dimidiam admittit, vt vnam dominus serui instituti, alteram Mæuius substitus habeat.

b l. si iam facta 11 de cond. & demonstra.

a Si seruum alien. quis.] maxime Paganus: alioqui hac in re, vt in alijs, militis testatoris opinionem & voluntatem magis sequeremur, sicut totus as ad substitutum c pertineret.

b Alienum] Secus in seruo proprio, quē testator liberum putabat: d imo ne miles quidē ita lapsus vtiliter testari posset. e 5 Sed et si alterius conditionis error testatorem fefellisset, vt quia aliquē tanquam sanguine sibi coniunctum (cum non sit) instituerit, vitiabitur institutio: maior enim est affectionis æstimatio, quam vt ei valeat in succedendi iure falsa opinio comparari.

d §. 1. sup. de hær. inst.

e l. neq; enim 13 §. si seruum. de milit testa.

c Patremfam.] hoc est, Liberum & sui iuris, cum esset reuera seruus, secus si econtra hominem liberum credidisset esse seruum, quia liber homo sibi uolens quereret excluso seruo. g

f l. nemo. § q frater. de hær. insti. l si pater. 4 l. neque apud. C. hoc tit.

d Mæuium ei substituerit.] 6 Si ita textus legatur [Mæuium ei substituerit] tunc tota hæreditas inter substitutum, & dominū serui instituti æquis portionib diuidenda est, vt quilibet semissem habeat: quam interpretationē Theophilus habet, & Politus h etiam probauit. Neque aduersatur huic ęquali diuisioni Iuliani i responsum, qui alterum tantum hereditatis semissem diuidit inter dominum serui & substitutum. 7 Quia Iulianus proponit ipsum substitutum fuisse cohæredem serui, ut ex uetustis exemplaribus cum locum Alciatus k restituit: ideoq; ipsi unus semis ex principali institutione separatim acquisitus fuit, ac deinde, alter semis inter dominum serui instituti, & substitutum æqualiter diuisus, in nostro autem casu substitutus non fuit cohæres scriptus, ideoque totus as æquis portionibus inter eos erat diuidendus. 8 Alij tamē malūt l in textu nostro addere hunc accusatiuū [cohæredem] vt sic legamus: [Męuium cohæredem ei substituerit, &c.] pręsertim cū hic §. ex prędicto Iuliani respōso descriptus esse uideatur: quā lectione retenta, ea procedet diuisio, vt duo semisses fiant, vnum Męuius cohęres auferat, alter uero inter dominum serui instituti, & substitutum æqualiter distribuatur, atque ita cessabunt Doctorum hac in re fatigationes.

g l. liber homo. 54. de acq. rerū domi.

h In tract. subst. vulg.

i l. si paterfam. 40 de hæred. insti.

k lib. 1. Dispunct. c 2 & ita etiam habet ex. Pari.

l Cantiunc. hic. Alc. vbi supra.

[In

e In partem.] *Dimidiam, si Mauius non fuit cohares: sin cohares fuit, tunc dominus instituti haredis quadrantem tantum aufert.*

f Neque alium haeredem.] *Puta dominum suum, in cuius potestate est.*

g Cuius iuri postea.] *Adiuuanda est hac ratio per ea, qua paulo m ante diximus circa facti speciem: nã per se sola non probat hanc decisionem.* m hoc §. nom. 3.

h Tiberius Casar.] *Pro [Tiberio, Titus] reponi debet, vt Alciatus n autor est: atq; ita textus Parisiẽsis habet, fuitq; Titus Vespasianus, qui hunc Parthenium seruum habuit: cuius etiam Martialis & Suetonius meminere. Teophilus vero legit, Diuus Pius Casar.* n d. lib. 2. dispũ. c. 2.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE. TIT. XVI.

1. 3 *Substitutio pupillaris cur sic dicta.*
2 *Quis proprie dicatur pupillus.*
4 5 *Eiusdem definitio legalis: & cur inuenta.*
6 *Pupillaris substitutio quando introducta fuerit.*

EXPLICATA priori directa substitutionis specie, vulgari, s. ad alteram nunc principalem descendit: quae 1 [pupillaris] ob id dicitur, q non nisi pupillo fiat, inspectat tñ magis aetate, in quam confertur, q praesenti a statu. 2 cum [pupillum] proprie vocemus, qui in patris potestate esse desiit. b at cum fit substitutio, necesse est, vt sit in potestate patris, sed tñ morte eius desinit. 3 Vel potius inde [pupillaris] teno minata est q pupillus puerum c significat, secundum antiquam huius verbi originem, qua à pupo deriuata est, vnde ex etymo, qui in patris potestate est pupillus dici d poterit. 4 Describitur aũt [substitutio pupillaris,] e quod sit ordinatio haredis, a patre in testamento filiof. impuberi facta, sub ea conditione, si impubes decesserit: 5 inuentaq; est a veterib. iustissima de causa. Quid. n. aequius, q patrem suppeditare filio, quod propter aetatem non est? naturam altera natura adiuuat: nondum. n. multa rationis capaces sunt impuberes, & potius dissipant, quam sua dispensant. 6 Primum autem f moribus Romanorum introducta fuit hac substitutionis species: & D Marci postea constitutione g approbata. quare iuris ciuilis recte h dicitur, & ideo aeque probari i debet.

a Vigl. hic.
b l. pupillus 239. de verb. sig.
c Alc. d. l. pupil.
d l. fi. de ver. ob.
e Fungus tract. subst.
f ar. l. more 8. in prin. de acq. haered.
g l. 4 in prin. de vulg.
h l. 2 §. has autẽ. C. de vet. iur. enucl.
i Bar. l. ornamentorum 37. i fi. de auro. & arg. leg.

Princip. tit.

1 *Quae sint necessaria in substitutione pupillari.*
2 *Quibus liberis possit pupillaris fieri.*
3 *Impuberibus tantum pupillariter substituitur.*
4 *Pupillaris patriam requirit potestatem.*
5 *Mater non potest pullariter substituere.*
6 *Naturalibus tantum an pupillariter substitui possit.*
7 *In pupillari necesse est, quod pupillus morte testatoris sui iuris efficiatur.*
8 *Pupillus debet esse in potestate pàtria, tempore mortis testatoris.*
9 *Substitutio pupillaris non valet, nisi pater sibijpsi faciat testamentum.*
10 *Item nisi impubes vel instituatur vel exharedetur.*
11 *Item in ea requiritur, quod ex testamento adeatur haereditas.*
12 *Pupillaris substitutio alia expressa, alia tacita.*
13 *Tacita pupillaris sub expressa vulgari continetur.*
14 *An contra vulgaris tacita sub expressa pupillari comprehendatur?*
15.16 *Quibus verbis pupillaris substitutio fiat.*
17 *Quandocunq; in substituendo mẽtio pupillaris ętatis fit, pupillaris substitutio d'citur.*
18 *Effectus pupillaris substitutionis pracipuus, quod pupillo intra pubertatem mortuo substitutus in omnib. ipsius bonis succedat vndecunq; peruenerint, cessat in his effectus, vt num. 19.*
20 *Arrogatus partim testatus, & partim intestatus decederet potest.*
21 *De alijs pupillaris substitutionis effectibus.*

a Liberis suis impuberib. quos in potestate qs habet, non solum ita, ut supra diximus, substituere potest: id est, *b* vt si haeredes ei nõ extiterint alius sit ei haeres: sed eo amplius, *c* vt si haeredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliqs haeres, uel uti si qs dicat hoc mõ d Titi⁹ filius me⁹ haeres mihi esto. Et si filius meus haeres mihi non erit: siue haeres erit, & prius moriatur q in suam tutelã venerit: id est, anteq pubes factus sit, tũc Seius haeres esto. quo casu si q dẽ nõ extiterit haeres filius, tũc substitutus patri fit haeres. si vero extiterit haeres filius, & ante

pubertatem decesserit: e ipsi filio sit hæres substitutus. Nam moribus institutum est, ut cum eius ętatis filii sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

a [Liberis.] Hæc textus nostri verba si diligenter expendantur, præcipua requisita, quæ ad hanc pupillarem substitutionem sunt necessaria, in se comprehendunt, quæ Accursius hic collegit: tametsi nonnulli & alia adiecerint. 1 verum vt rem hac in re filiam ostendamus, sciendum est, ad hanc pupillarem substõnē octo esse necessaria 2 Primo necesse est eos, quib. ita substituitur, testatoris, esse liberos legitimos a & naturales, non solum primi gradus, verum & nepotes, pronepotes, & deinceps, reliquos: quib. & eos, qui in vero sunt, i. posthumus: b item & eos, qui per leges in ptãtem alterius c transierunt, quales sunt arrogati, & ab ascendentib. d adoptatiuiq; ex principis beneficio, vel alterius eadem ptãte præditi diplomate natal b. restituti sunt (quos vulgo [legitimatos] e dicimus) annumerare oportet. 3 Secundo requiritur vt liberi illi quib. substituitur, sint f impuberes, ineduin XIIII. annorum, si sint masculi, vel XII. si sint fœminæ. Eam. n. ætatem impuberem g esse legib. definitum est. Nec sufficit, XIIII. annum inceptum esse, sed completum h oportet. 4 Tertio necesse est, liberos in testatoris ptãte existere: i nec impedit, q sublata sit hodie patriæ ptãtis & emancipationis differentia: quia hoc verum est, quo ad successionem ab intestato, K sed in proposito successionis ex testamento meminimus, in qua leges antiquæ incorrectæ illibataq; l seruantur. Vnde consequens est matrem, cum non habeat in m ptãte filios, nec pupillariter eis substituere posse. Nec aduersatur Africani n responsum, qui tabulas pupillares vocat, quib. mater filio impuberi o substituit: qm ibi mater substituit tm̃ vulgariter, & non pupillari substõne: p & ex eo apparet, cum textus dicat, [si heres non erit,] quę verba vulgarem p inferũt. 6 Vnde ẽt est, quod naturalib. quoq; liberis (cum in patris eorum ptãte q non sint) pupillariter substitui non r possit. Volunt tñ quidam, illis simpliciter substitui posse, modo pater naturales illos non appellet s filios: in quo tñ ego subsisto, cũ verba enunciatiua t ne in institutione quidem aliquid importent u, nisi simpliciter testator instrumentũ confecisset, quo tales filios suos esse x affirmauit. Sed nec y emancipatis, neq; hæreticis, z neq; filijs reprobã religionem sequentib. pupillaris substitutio fieri põt, cum in ptãte patria non a sint. 7 Quarto exigitur, ut pupillus morte testatoris efficiatur sui iuris, neq; in alterius recidat ptãtem: b quod tamen in milite non obtinet. Is. n. substituere pupillo nepoti põt, etiam in ptãtem alterius c recasuro. 8 Quinto opus est, q filius mortis tempore in ptãte patris fuerit, alias substitutio pupillaris non valet. d Quare si pater filio pupillariter substituerit, eumq; emanciparit, postea euanescet substitutio, propter dissolutam ptãtem patriam. e Si tamen pupillus exiret ptãtem patris per dignitatem aliquam, ut quia Patricius, aut Consul fieret, secus foret: cum huic Imperator omnia iura cognationis conseruet illibata. f 9 Sexto requiritur, ut pater sibi prius testamentum g faciat. Prius autem interpretamur non ex scripturæ, sed ex successionis h ordine, ut qui prius succedit, quamuis ultimo scriptus sit, i primus dicitur. 10 Septimo oportet ut ille, cui fit substitutio, uel instituatur, uel k exhæredetur: Nam si prætereatur, patris testamentum ipso iure nullum est, & per consequens pupillaris substitutio, m quæ pars est, & sequela paterni testamenti, n pariter corruit. 11 Octauo & ultimo ad ualiditatem pupillaris substitutionis exigitur, ut ex testamento adeatur o hæreditas. Nisi enim patris hæreditas adita sit, pupillare testamentum p euanescit. Si tamen pupillus cui pupillariter substitutio facta est, beneficio Prætoris abstineat ac nolit hæres esse, adhuc faitatis existentia cõfirmabit pupillares tabulas: idq; communiter q obtinuit. 12 Porro [pupillaris substõ] etiam diuiditur in [expressam & tacitam. Expressa] fit verbis expressis, siue in genere, siue in specie. r In genere, vt cum filijs impuberib. institutis dicit testator, [Vos inuicem substituo:] in specie, vt cum testator vtitur formula in textu hic expressa, de qua mox dicemus. 13 Tacita vero [pupillaris] est, quæ in expressa vulgari continetur, non quidem ex verbis, sed ex potestate legis, præsumentis talem esse voluntatem testatoris. Placuit enim substitutionem filiofam. impuberi factam ita [si hæres non erit] (quæ est expressa uulgaris) porrigi etiam ad eũ casum, quo postquam hæres extitit, impubes s decessit. Nam si testator filio prospexit, in casum, quo hæres non erit, etiam casum, si hæres erit, & intra pupillarem ætatẽ moriatur (si de eo cogitasset) exprimere uoluisse præsumitur. Hæc dicitur [tacita pupillaris,] ex tacita & coniectura tamente testatoris, per legis ptãtem est introducta. 14 Cæterum an sicut uulgaris expressa pupillarem tacitam comprehendit, ita contra pupillaris expressa vulgarem tacitam contineat, controuersum est, vo tñ cõiter itum, t quod contineat; licet Politus u dissentiat, cuius opinionem x Viglius hic confirmat, cum non sit in vtroque casu eadem extendendæ uoluntatis ratio. Nam testatori potest imputari, si non expresserit vulgarem, cum de eius successione agitur, at temerè omissa substitutio pupillaris non debet fraudi esse pupillo, cui nihil imputari potest, & cuius singularis fauor videtur, interpretationem uoluntatis & scripti adiuuare, vt in vulgari substitutione contineatur quoque tacita pupillaris.

Vt

a l. 2. in prin. h. t.
b d. l. 2. & l. qui in vtero. 7. de statu hom.
c l. si plures. 10. § in arrogato. h. titu.
d §. cum autē impubes. sup. de adoptiu.
e De quib. in §. fi. sup. de nupt. dixi.
f d. l. 2. in prin.
g l. qua ętate. 5. de testa. & sup. quib. modis tu. fi. i prin. l. si infanti 18. §. fin. autem. C. de iure delib.
h d. l. qua ętate.
i d. l. 2
k §. nullum. Nouel. de hęre. ab intest.
l gl in Authē. ex causa C. de lib. præt. vide sup. in §. sed hæc quidem. De exhæred. libero.
m § fœminę. sup. de adop.
n l. si mater. 33. h. t.
o gl. d. l. si mater.
p Z. f. trac. subst. c. 2. in 5. memb.
q Inst. de pat. po testa. in prin.
r l. Lucius 45. de vulg.
s arg. Auth. si qs liberos C. de nat. lib.
t Authē. si quis. C. de eden.
v l. ex facto 35 ff. de hær. instit.
x d. Auth. si quis liberis.
y d. l. 2. vers. cęterum.
z c. 2. de hæreticis, in 6.
a ca. Iudæorum. 28. q. 1.
b d. l. 2. ver. nepotib. & vide sup. quib. mod. ius pat. pot. solu. in prin.
c l. cum filiusfa. 28. de mil. tes.
d l. cohęredi. 41. § filię. h. tit.

e Bar. d. l. 2. f §. illud quoque. Nouel. const. de dig. g d. l. 2 §. prius. h l. si quis. 3. de hęr. instit. i l. 2. §. si qs. ita scripserit. secundum tab. K d. l. 2. vers. ita demum. l l. in ęquall. de lib. & posthu. m d. l. 2. vers. seu. nam si principale. n d. l. 2. §. adeo.
o § liberis inf. eod. p l. 2 in fi. hoc tit. q Dd. l. si filius qui patri. 12. hoc tit. l. si pater 28. in prin. de prinil. credi. vide de hoc Loriot. de substit. Axio. 35. & aliquos seq. r Zas. tract. substitut. c. 2. s l. iam hoc iure. 4. hoc ti. l. quamuis. 4. C. de impub. & alijs substitut.
t gl. l. pen. de uentre inspiciendo, & d. l. l. iam hoc iure. u Tract. subst. in materia pupillari. x Vigl. hic nu. 19.

b *Vt si hæredes ei non extiterint.*] *Quæ est formula vulgaris substitutionis.*
c *Vt si hæredes ei extiterint.*] *His verbis proprie pupillaris effertur.*
d *Titius filius meus.*] 15 *In hoc exemplo non est enunciata simplex pupillaris substitutio, sed mixta vulgaris cum pupillari, vt Accursius annotauit, sentitque idem Theophilus, qui ob id Græca compositione* βουλγάρο πουπιλλαρίαν *vocat: sicut Modestinus* y [*duplicem substitutionem.*] *Cæterum si demas illa ex hac præscripta formula (si hæres non erit) habebis simplicem pupillarem; veluti,* [*filium meum impuberem instituo: & si hæres erit, & intra pupillares annos moriatur, Caius hæres esto.*] 16 *Possunt tamen in hac substitutionis specie ista verba (si hæres erit) reticeri, ut* z *Bar. voluit: tum quia pupillo etiam repudiante admittitur pupillariter* a *substitutus: tum quia olim exhæredato impuberi poterat substitutio pupillaris* b *fieri. Alia autem posteriora verba (si pupillus decesserit) semper exprimi debent, uel in genere, vel in specie.* 17 *Hoc non est* c *ignorandum, vbicunque in substitutionibus fit mentio pupillaris ætatis, eam substitutionem esse pupillarem, qualibuscunque tandem verbis id fiat. Nisi forte pupilli mentio non dispositiue, sed demonstratiue fieret: quod tamen iu dubio non præsumetur*
e *Ipsi filio fit hæres.*] *Itaque perinde habetur, ac si ipse filius hunc instituisset.* 18 *Vnde magnum substitutionis pupillaris effectum colligis, quod scilicet substitutus pupillo ante pubertatem mortuo succedit in omnibus bonis suis, siue ea à patre, à matre, à cognatis, vel quocunq; alio euentu habeat. Sic.n. scribit Vlpianus;* e [*Ad substitutos pupillares pertinent, & si q̃ postea pupillis obuenerint.*] *Quod adeo verum est, vt bona pupilli non ad eum tantum, qui primo gradu pupillariter substitutus est, sed ad secundi quoque gradus substitutum* f *pertineant, si modo substitutus cõpendiosè fuit huic substituto primo: vt quia testator pupillariter substituat filio suo impuberi Titium, & subiungat,* [*quandocunque Titius morietur, Caium illi substituo.*] *In verbis illis tacita vulgaris cõtinetur, scilicet,* [*si Titius hæres nõ erit:*] *quæ substitutio si verificetur, vt quia Titium contingat mori ante pupillũ, & deinde pupillus intra pupillares annos etiam decedat, tunc ad bona pupillaria Caius admittetur, iure tacitæ substitutionis vulgaris, inclusæ in illa compendiosa, cuius nunc euenit conditio, cum Titius pupilli hæres* g *non fuerit, Cæterũ vbi vtraq; substitutio esset pupillaris, ad secundi gradus substitutum non peruenirent pupilli bona.* h 19 *Cessat autem supradictus pupillaris substitutionis effectus duobus casibus: primò in milite, qui hac mente substituit, vt ea solum bona vellet ad substitutum pertinere, quæ à se ad institutum* i *peruenerũt. Potest.n. miles beneficio militari hanc substitutionem restringere ad certa bona vel sua tm̃, vel pupilli tm̃. Deinde cessat in filio arrogato, cui substituitur per arrogationem pullariter: quia filio intra pupillaria mortuo, substitutus his bonis, quæ filius ab arrogatore eiusue cõtemplatione habuit, succedet: in alijs bonis pupillaribus non succedet, sed ea ad legitimos hæredes, vel ad substitutũ a naturali patre reuertũtur.* K 20 *Vnde consequens est, filiũ arrogatũ pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere, contra cõem iuris* l *regulam: vel cum duobus testamentis, quod æquè probibitum est. Verũ hoc ideo receptũ m aiunt, quia cum lex concedat vnũ, qđ est contra naturam, nempe vt quis duos patres habere possit: illud ẽt admittit, quod ille idem partim testatus, partim intestatus decedere* n *Valeat. Veteres tamen interpretes* o *malebant, vt legitimi uel substituti hæredes, qui non interposita arrogatione impuberi successiissent, bona arrogati nõ iure successionis, sed ex cautione acciperẽt, q̃ arrogator pстare* p *debet. Quod & legibus & rationi magis congruum* q *est.* 21 *Sunt aũt præter hunc, de quo iam diximus, & alij pupillaris substitutionis effectus: nempe quod pupillaris expressa contineat in se vulgarem* r *tacitam: quod pater potest facere filio impuberi substitutum hæredem* s *necessarium, vt quia instituat filium impuberem, & fratrem filij impuberis, deinde fratrem filio impuberi substituat, iam is frater erit hæres necessarius fratri, ac si suus esset; quod secundæ tabulæ & patris & filij testm̃ dicuntur: quod euerso patris testamento, nihilominus firma manet pupillaris substitutio: & tãdem, quod per pupillarem expressam mater pupilli excluditur. De quibus effectib. singulatim disputare hic non est locus. Potest enim is, qui plenè instrui cupit, à suis fontibus, id est, ex* t *Pandectis, vel ex singularibus* u *aliorum tractatibus illa repetere.*

y In l. 1. de vulg.
z d. l. 2. hoc tit.
a l. si pupillus, alias l. Iulian. 42. de acq. hær.
b §. non solum inf. eod.
c Zas. d. tract. de substit. c. 2.
d arg. l. qui liberis 8. §. hæc verba hoc tit.
e l. sed si plur. 10 § ad substitut. de vulg.
f Zas. d. tra. subst. c. 2. in 6. mẽb.
g Ita Bar. & Castren. l. quãuis 2. ad fi. de acq. hær.
h l. qui habebat 48. de vulga. Zas. ubi sup.
i d. § ad substit.
K d. l. sed etsi plures. §. ad arrogatos. in l si arrogator 22. ad fi. de adopt. q̃ leges se inuicẽ declarãt, ne pugnare videant
l l. ius nostrũ 7. de reg. iur.
m Georg. Brãdi. hic.
n facit l. ratas. 7. C. de resci. vẽ.
o in d. l si arrogator. quos Vigl. hic. seq.
p Dixi in §. cum autem impub. supra đ adop. Vigl. hic.
q
r De quo dixi supra nu. 13.
s d. l sed etsi plures. § quos possum. & l si pupillus. §. sed & in fratres. đ acquir. hær.
t In l. morib. 2. ubi latiss. oẽs. de vulg
u Poli. Zas. Fume. in suis tractatib. đ subst.

§. Qua ratione.

1 *Exemplaris substitutio cur sic dicta.*
2 *Affinitas substitutionis pupillaris & exemplaris.*
3 *Quomodo olim, quomodo etiam hodie exemplariter substituatur.*
4 *Iustinianum hic mente captum à furioso non distinxisse.*
5 *Quibus fieri possit exemplaris substitutio.*
6 *An naturali tantum filio exemplariter substitui possit.*
7 *Qui possint exemplariter substituere.*
8 *Mater ad secunda uota transiens non potest hanc substitutionem facere.*
9 *An etiam impuberi exemplaris fieri possit substitutio.*
10 *Quæ personæ exemplariter substitui possint.*
11 *Differentiæ inter exemplarem & pupillarem substitutionem.*
12 *Pupillaris substitutio quomodo finiatur: quomodo item exemplaris.*

a Qua ratione excitati, etiam b constitutionem posuimus in nostro Codice: qua prospectum est, ut si qui c mente captos habeant filios, uel nepotes, uel pronepotes, cuiuscũq; sexus uel gradus: liceat eis d etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, e certas personas substituere. Sin autem resipuerint, f eandem substitutionem infirmari sancimus: & hoc ad exemplum pupillaris substitutionis: quæ postquam pupillus adoleuerit, infirmatur.

a *Qua ratione. Hæc uerba aperte indicant, exemplarem substitutionem (cuius in hoc §. fit a mentio) ad pupillaris substitutionis exemplum introductam esse.* 1 *Ideoque [exemplaris] dicitur, quia sit exemplar, similitudo, & imitatio pupillaris.* 2 *Quemadmodum enim hæc fit impuberi, non ualenti testari, quamdiu impubes est: ita illa liberis ob furorem uel aliàs ob aliquem morbum ingrauescentem testari non ualentibus fieri solet, vt eis, donec resipuerint, aut morbus desierit, possit substitui. Ex vtraque ergo substitutione suppletur defectus personæ, nihil ex lege ualentis agere.* 3 *Fuit autem [exemplaris substitutio] & ante Iustinianũ in usu, sed tñ iure b Pandectarum fieri non poterat, nisi impetraretur a Principe. Hodie uero sanxit Iustinianus, c ut priuilegio deinceps ad eam rem impetrandam opus non esset: generali quippe lege posse parentes mente captis substituere, permisit. Quæ ergo olim erat priuilegiata, ea nunc iure publico est d cõcessa. Quamobrẽ immerito tertia hæc habẽt species, separata a vulgari et pupillari.*

b Constitutionem.] *Quæ lib. 7. Cod. tit. e 26. etiamnum extat.*

c Mente captos.] *Mente captus a furioso quo differat, alibi f diximus.* 4 *Quanquam autem g Iustiniani constitutio tm in mente capto concepta sit, idem tamen de furioso intellexit, neque ullam inter hos distinctionem fecit: quod uel inde apparet, quod expresse mentionem facit h alibi huiusce substitutionis quæ furioso fit, ut Viglius et annotauit. Vt aũt breuiter iuris tirones intelligant, quibus exemplariter substitui possit, sciendum est hanc substitutionem non tm liberis fieri posse furiosis, & mente captis, sed etiam mutis et surdis, eo videlicet casu, quo testari non k non possunt: item prodigis, quibus nunquam testari l permissum est, quoniam furiosi m æquiparantur. Idem existimarunt Politus & n Zasius in fatuo, eũ eodẽ morbo laborei, quo mente captus. quibus accedo, vtcunque Fabro & Angelo o repugnantibus, modò ueri simplices sint seu si crasse tm rationis, quos vulgo [simplices] dicũt, quid. n. fatuus diceret, nisi fatua? Nec refert, liberi tali morbo seu uitio correpti, naturales & legitimi sint, uel tantum legitimi, id est, adoptiui aut legitimati.* 6 *Cæterum de naturali tm non est expeditum. Bartolus noluit indistincte huic substitui posse, quod uerum putant Doctores, si mater substitueret, cui naturalis succedere q potest. Aliud in patre censent, quia pater his tm exẽplariter substituit, quibus legitimam relinquere r põt, q̃ naturalibus relinquere non posse s certum est. Põt tñ Bartolus defendi; qm legitima non requiritur, ut hæc substitutio ualeat: sed ne testm impugnetur. t Vnde videmus, exhæredato pupillariter substitui u posse, & per consequens exemplariter. x Substitutio. n. non propter legitimam, sed quia morbo detentus testari non poterat, introducta y est.* 7 *Porro sciendum est, non solum patrem, sed & matrem exemplariter substituere posse. z Nam hic non habetur patriæ potestatis ratio, sed sola uenit consideranda naturæ & generationis potestas, quæ in vtroque a parente est. Sed si pater substituere nolet, matri præferendus b est: vterque. n. substituere non potest, ne cum duobus testamentis c infirmus decedat.* 8 *Quòd si mater defuncto marito, ad secundas nuptias cãuolauerit, adeo exẽplariter substituere non põt, ut etsi prius substituisset, tñ euanescat substitutio. d Lex. n. de huiusmodi fœminis immoderatis male confidit, q̃ plerunq; nouis maritis non solum res filiorum, sed ẽt uitã addicunt: e cuius rei exempla allegare recentia possem, si nõ pareret odium.*

d Etsi puberes.] 9 *Implicatiua uidentur hæc uerba, ut etiam impuberes includant; certe Accursius f hanc substitutionem non solum puberibus, sed etiam impuberibus fieri posse censuit. Quæ Accursii opinio procedere potest, si uel mater substitueret, vel emancipato substitueretur g; quoniam tunc iure directo substitutio ut pupillaris, ualere non potest, h Alioqui si suo impuberi & furioso fieret, pupillaris ante pubertatem indicaretur; i sed post, Lariotus k putat, illam exemplarem esse.*

e Certas personas.] 1 *Quæ sunt autem hæ personæ quæ possunt ita substitui? Et si quidem is, cui exemplaris substitutio fieri debet, liberos habebat, hi primo substituendi sunt; modo sanæ mentis existant, neque eodem morbo laborat. Si autem nulli supersint liberi, sed fratres adsint, aut sorores, illi substituentur. l Quibus pariter deficientibus, possunt substituere parentes quem uolunt* 11 *Et hæc vna differentia est, qua exemplaris a pupillari discrepat. Sunt & aliæ inter hanc & illam non obscuræ differentiæ, quas in vnum quasi fasciculum eleganter hic Aretinus collegit m Proinde quæ necessaria sunt ad hanc exemplarem substitutionem, & a me hic omissa, ea omnia prædicta Iustinianea n constitutio pulchre complectitur. Quæ vero supersunt, omnia similitudine rationis ex pupillari, trahuntur, vt quæ constituta sint in pupillari, eadem (si nihil aliud impediat) censeantur in hac substitutione.*

f Eandem substitutionem infirmari sancimus.] 12 *Sicut expirat pupillaris substitutio cessante causa, scilicet defectu o ætatis: ita & exemplaris furioso resipiscente, & cum bona mente p conualescente, hoc est, extincto prorsus modo furoris; secus si ad tẽpus tm resipiscat, dilucidaq; habeat interualla, quia non statim euanescet eo nomine substitutio. q Si tñ quis uere semel resipuisset, procul dubio extingueret substitutio, nec uires iterum recipiet, etsi is postea forte aliquo casu in pristinum morbum r recideret. Neq; enim*

a Et in l. ex facto 43. h. t. l. humanitatis. 9. C. d impub. & aliis subst. vtrobique Dd. latiss.
b d. l. ex facto.
c hic, & d. l. humanitatis.
d Vigl. hic.
e d. l. humanitatis.
f §. furiosi. sup. d curat.
g d. l. humanitatis.
h l. vlt. §. vlt. C. de cur. fur.
i d. l. ex facto. in prin.
k d. l. discretis c. q test. fac. poss.
l l. is cui. 18 d test.
m l. 1. C. d cur. fur.
n in mate. exẽpl
o per l. 4. in fi. C. q test. fa. poss.
p argu. l. fi. C. de confir. tut.
q §. sed vulgo, infra. ad Tertul.
r d. l. humani. C. de imp. & aliis subst.
s l. huma. 8. C. de naturalib. libe.
t d. l. huma. C. de impub. vers. vt occasiones.
u l. 1. vers. pẽ, de vulg.
x ut hic.
y d. l. ex facto. vers. nã etsi furiosi. Lorio. d sub sti. Axio. 72.
z d. l. hum. verb. parent.
a l. maximũ uitiũ 4. C. de lib. præ.
b arg. l. 4 de cur. furiof.
c § posteriore. inf. qb. mod. testam. infir.
d Bar. d. l. ex facto. col. 4. vers. quid si mater. Zas. & Polit. in exem.
e l. lex q tutores 22 §. serui. C. de admin. tu.
f gl. magna hic.
g Lorio. de sub. Axio. 71. Zas. de subst. exẽp.
h arg. l Sceuola. 76. ad Trebel.
i arg. l. 3. de tut.
K d. Axio. 71.
l d. l. human. ver. pen. & fi.
m & Cãtiũc. hic in sua Paraphr.
n d. l. humanit.
o §. masculo. inf. eod.
p hic, & d. l. humanitatis. in fi.
q Polit. de exempl. Vigl. hic.
r Bald. hic.

enim considerabimus inopiam ac nouam hominis calamitatem. Ideoque tum nouo auxilio, nouaq; substitutione opus esset.

s l.iter stipulanté.82.§. sacrā de verb. obli.

§. Igitur.

1.2.3 *Testamentum patris, & pupillaris substitutio quandoque pro uno testamento habentur, quandoque pro duplici.*

4 *Institutus in re certa solus pro vniuersali hærede habetur.*

a Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo sunt testamenta: alterum patris, alterum filij, tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset: aut certe unum testamentum est duarum causarum, id est, b duarum hæreditatum.

a *Imperator*] 1 *hic ad pupillarem substitutionem reuertitur, tradens, testamentum patris & filij diuersis respectib. pro uno, uel duobus haberi; quod & Vlpianus a prodidit. De vtroque ergo uideamus. 2 Duplex autem censetur uarijs modis: primo, quia pater cum sibi testatus est, potest ex interuallo facere pupillares b tabulas: & tum ad tabulas etiam pupillares requiruntur septem testes, eorundemque subsignatio. Deinde, quia pater potest suum testamentum facere in scriptis clausum, pupillarem autem substitutionem per nuncupationem & c scriptis. Tertio, quia institutio quandoque uitiatur, & remanet tamen pupillaris substitutio. d Denique, quia duæ sunt hæreditates; nam primo patri, deinde filio morienti succeditur. e 3 Contra, testamentum patris & filij dicuntur etiam unum testamentum, idque trifariā. Primo, quo ad causam efficientem, id est personam testantis, nempe patrem, qui vtrunque testamentum f facit. Deinde, quo ad solennia: quia sufficit testamentum patris esse clausum & signatum testibus, etiāsi pupillares tabulæ sint apertæ, nec testibus suffultæ: si tamen vtrunque testamentum uno contextu fiat. g 4 Postremo, quo ad partialem institutionem: quia sicut testator instituendo aliquem in re certa, si nullum alium hæredem relinquat, eum censetur vniuersalem hæredem fecisse; h ita idem in pupillari substitutione seruatur: quia pater instituendo filium impuberem in fundo aliquo, in re aliqua certa, si eidem filio in ea re substituat, ad omnia bona & patris & filij i trahetur substitutio.*

b *Duarum hæreditatem.*] *Adeo quidem, vt si alium pater sibi, alium filio scripsit hæredem, ex prætoris in danda bonorum possessione sit sententia, vt separatim patris, separatim filij hæredes æstimari k debebant. Sin autem & filio & patri idem hæres scriptus est, aut si quis filios impuberi hæredi ex asse instituto, substitutus est, & patri extitit filius hæres, non poterit substitutus separare hæreditatem, ut filij habeat, & patris non habeat, sed aut utriusque habere debet, aut neutrius, quia factum est unum patrimonium utrorumque bonorum, & iuncta cœpit esse l hæreditas.*

a l.patris & filij. 20.ubi Dd.de vulg.
b l.si quis eū.16 hoc tit.
c d.l.patris & filij.
d l.etsi cōtra.35 hoc tit.
e d.l.pris & filij.
f l.2.§.iterdum. hoc tit.
g d.l.pris & filij.
h l.1.§.si ex fundo.de.her.ist.
i l.cohæredi. 41 §.fi.ibi Bar. h. tit.
k l.si ita scriptū. 8.§ fi. de bon. pos.secū. tab.
l l.sed etsi.10.fi. llo.h.ti. de pupill. i effectu.

§. Sin autem.

1 *Pupillarem substitutionem posse secreto fieri.*

2 *Et an tum noua solennia requirantur.*

3 *Vulgaris substitutio quando pupillarem tacitam contineat.*

4 *Aetiologia huius prouisionis, cuius in hoc §. fit mentio.*

5 *De muliere Milesia, partū suū in utero necante; accepta ab ipsius substitutio pecunia.*

a Sin autem quis ita formidolosus sit, ut timeat, ne filius suus pupillus adhuc ex eo, quod palā substitutum acceperit, post obitum eius periculo insidiarum subiaceat: vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet. b Illam autem substitutionē, per quam si hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem decesserit, substitutus uocatur, separatim c in inferioribus partibus, scribere debet: eamque partem proprio lino, propriaque cera consignare, & in priore parte testamenti cauere, ne inferiores tabulæ uiuo filio & adhuc impubere aperiantur. Illud palam est, non ideo minus ualere substitutionem impuberis filii, quod in iisdem tabulis scripta, sit quibus sibi quisque hæredem instituisset: quamuis pullo hoc periculosum sit.

a *Sin aūt.*] 1 *Consulit Imperator hic, qui substitutorum machinationes atq; insidias timent vt secreto pupillarem substitutionem faciant, eaq; ne inspiciatur aut resignetur ante pupilli mortem, oīno uetēt.*

b *Illam autem.*] *Id est, pupillarem substitutionem. Vtitur enim periphrasi Imperator.*

c *In inferiori.*] *Scilicet principalis testamenti. 2 & tunc non est opus, vt iterum septem testiū signacula adhibeantur. Potest tamen ēt pater omnino pupillares tabulas separare, si voluerit: quo casu nouis solennib. opus est. a Sed cum substitutio vulgaris tacitam pupillarē contineat, b quid prodest hac prouisio? Certe ab eo, qui vulgariter substitutus erit, nō minus periculo timendū est, q̄ ab expresse pupillariter substituto. 4 Respondeo, c non semper fieri vulgarem: & ut ēt vulgaris fiat, tamen tū demum comprehendet pupillarem tacitam, quando expresse prouisum non est a testatore. Nam si expresse prouidisse se testator significat, pupillaris tacita (ne lex frustra prospexisse videatur) cessabit. d Porro non frustra Imp. tam solli-*

a l. si qs eū.§.si duo.de vulga.
b l.iam hoc iure. hoc ti.
c Ex sētētia Porcii, & Vigl. hic.
d l.si filio.h.tit. Dd. l. quāuis C. de impub. & aliis subst.

sollicitate pupilli intendit succurrere, ne in pupillaritate lædantur. Plerunque.n.contingere potest ut a substitutis insidiæ struantur pupillis: id quod Persius etiam conqueritur Saty.2.aiens: [Pupillumque utinam, quem proximus hæres, impello, expungam:] 6 Et nota est illa mulier Milesia, quæ accepta a substitutio pecunia partum suum medicamentis abegit, & necauit: & sceleratus tutor cruci olim affixus fuit ab Imp. Sergio Galba, quod pupillum, cui substitutus fuerat, ueneno c sustulisset.

c L.39.Cic.ff. de pœnis.

§.Non solum.

1 *Etiam exhæredato pupillariter substitui potest.*
2 *An idem hodie locum habeat: præsertim in impubere doli capace.*
3 *Omnia bona pupilli exhæredati ad eius substitutum pertinent.*
4 *Emendatum Triphonij responsum.*
5 *Hodie postumus exheredari non potest: quia ingratitudinis causam nequit cõmittere.*

a Non solum autem hæredibus institutis impuberibus liberis, ita substituere parentes possũt, ut si hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis hæres is, quem ipsi uoluerint; sed etiam exhæredatis. Itaque eo casu si quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus, legatisue, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquisitum fuerit, *b* id omne ad substitutum pertinebit. Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel hæredum substitutorum, vel exhæredatorum, eadem etiam *c* de posthumis intelligimus.

a *Non solum.] Supra dictum est, impuberi qui sit institutus hæres, pupillariter posse substitui: 1 Hic amplius dicitur, hanc substitutionem exhæredato quoq; filio fieri posse.a Et olim quidem istud obtinebat, etiamsi pupillus mala mente exhæres scriptus esset: adhuc enim poterat pater illi pupillariter substituere.b 2 Hodie vero hæc res rarius in quæstionem uenit, e propterea quòd impubes haud ita facile causam ingratitudinis committere potest, sine qua iure Nouellarum d exhæredatio non ualet. Si tamen proximus pubertati fuerit, & doli capax, nihil impedit, quo minus ob impium facinus exhæredari possit: cum & alias tales impuberes puniri, leges e permittant.*

b *Id omne ad substitutum.] 3 Omnia ergo pupilli exhæredati bona, undecunque obuenientia, si eum intra pupillares annos mori contingat, ad substitutum pertinebunt, quod & cum filio hæredi instituto substituitur, obtinere supra f diximus. q̃m utroq; casu non suis bonis testator substituit, sed impuberis. Videtur tñ aduersari Triphonij g responsum, qui filio exhæredato a milite substitutũ ea tñ accipere tradidit, quæ a testatore peruenerunt. 4 Sed non obstat, si emendate legatur, ut illud Viglius h restituit, ad hunc modum: [Si miles exhæredauerit filium, uel sciens eum suum filium esse, silentio præterierit, an legatum a substituto ei dari possit quæsitum est. Dixi non posse, licet ampla legata reliquerit exhæredato. Miles & emancipato filio substituere potest. Verum hoc ius in his exercebitur, quæ ab ipso ad eum cui substituit, peruenerint: non etiam in his, quæ habuerit, uel postea acquisierit. Nam etsi filio suo uino adhuc auo substituit, post acquisitam ei aui hæreditatem, nemo diceret, ad substitutũ pertinere.] Hæc Triphonius, qui non negat, quod hic docet Iustinianus, substitum filiofamilias pupillariter consequi etiam ea bona, quæ filio postea obuenerant: sed illud solum negat, a filio exhæredato non ualere legatorum i dationem. Et multum interest inter onus legati, & ipsam substitutionem, quam pupilli interest ualere, ne moriatur intestatus.K Altera pars Tripheniani responsi huc non pertinet ratione eorum bonorum, quæ a se se proficiscuntur. Scio Doctores aliter hunc nodum dissoluere; sed hæc Vigliana emendatio omnes hac in re altercationes facile sopit.*

c *De postumis.] Et hoc quidem iure ueteri. 5 Nouellarum enim lege postumo instituto tantum non etiam exhæredato substitui pupillariter potest; cum is nequeat ingratitudinis causam committere, sine qua hodie exhæredatio nulla l est.*

a l.1.§.substituere.hoc tit.
b l.fi.C.de cura. furios.l.8. isti qdé.ibi gl.qd metus causa.
c gl.fi.hic.
d §.aliud quoq; vt cũ de app. cognosc.
e l.excipiuntur. ad Sylle.
f In princ.huius tit.ver.ipsi filio fit hæres.
g l.miles ita.§. exhæredato. de mil.testa.
h Viglius hic.
i Ratione diuersitatis vid. hic apud Vigl.2. & seq.
K Bald.hic.
l Dixi in §.posthumi.supr.de exher.liber.

§.Liberis.

1 *Pupillaris substitutio vt valeat, necesse est, patrem sibi etiam testamentum facere.*
2 *Principali non subsistente, nec accessorium valet.*
3 *Substitutio precedens patris testamentum, an concidat.*
4 *In coniunctionibus non curatus ordo, quid prius, aut posterius dictum sit.*
5.6 *Patris testamento non valente, pupillaris substitutio tamen valet: secus tamen est iure Pretorio.*
7 *Quæ sit diuersi iuris ratio.*
8 *Huius §.correctio ex iure nouissimo.*

Liberis autẽ suis testamentum nemo facere põt, *a* nisi & sibi faciat. Nã pupillare testamẽtũ, *b* pars & sequela est paterni testamẽti: adeo, ut si patris testm̃ nõ valeat, *c* nec filii quidẽ ualebit.

Nisi

a *Nisi & sibi.*] 1 *Et hoc est, supra* [a] *sexto loco necessarium diximus, ad validitatem pupillaris substitutionis, nempe, vt pater sibi prius testetur, & quidem priore loco, vt* [b] *Vlpianus respondit.*

b *Pars & sequela.*] *Pars. n. testamenti, in qua pater sibi hæredem instituit, principalis dicitur: ea vero, in qua filio impuberi substituit, accessoria est, pendet. n. ex principali, & ab illa om̄em vim suã accipit.* [c] *Vnde nisi pater sibi ipsi hæredem scripserit, hoc est, nisi partem principalem condiderit, pupillaris nõ hēt, vnde sibi robur assumat: idq; ex generali & vulgata iuris regula.* 2 [*Si principalis cã non subsistit, nec sequela vel accessio subsistere pōt.*] [d] *Dēt ergo patris testm̄ præcedere pupillarē substitutionem, & priori loco poni:* 3 *adeo, vt nonnulli putarint, si pater prius filio testm̄ fecerit, deinde sibi, per hanc ordinis cõfusionem irritari pupillarem substitutionem, maxime si ea institutionem filio exhæredato præcedat.* [e] *nam si filius institutus fuerit, secus putant, cũ tunc ordine intellectus præcessisse uidetur institutio: quod tñ alij reprobant. Cur. n. non idem intellectus accipit, & ut extranei institutio præcedere fingatur? Quare recte Iason* [f] *Vltramontanorum sententiam probat, vt conuersa scriptura non noceat, si modo substitutioni omnino coniunctim adhæreat institutio.* 4 *In his. n. quæ simul & coniunctim fiunt, non attenditur quid prius, quidue posterius sit* [g] *positum.*

c *Nec filij quidem ualebit.*] 5 *Hinc discis, patris testõ, uelut principali, non ualente, nec pupillares tabulas consistere. Quod Accursius procedere ait, si ab initio paternum testm̄ non ualeat, aut etiam iure ciuili postea per querelam* [h] *in totum subuertatur:* [i] *secus esse, si iure prætorio p contra tabulas bonorum possessionem patris testm̄ expugnetur, quia tunc salua manet pupillaris substitutio.* 6 *Diuersitatis* [k] *ea est ratio, qm̄ Querela iure ciuili testm̄ infirmet, Bonorum uero possessio iure Prætorio, quod non satis ualidum est ad tollenda ea, quæ iure ciuili constituta sunt: tum quod Prætor neq; hæredem facere, nec ex hæredum albo quenquam* [l] *detrahere potest. tum quia cum per tabulas pupillares consulatur impuberibus, illæ etiam impugnato per ius Prætorium testõ conseruantur: quippe quod Prætoris mens numquam fuit, ut quæ ad prouisionem pupillorum pertinerent, ea per contra tabulas bonorum possessionem euerterentur.* [m] 7 *Hodie uero, siue testm̄ patris sit nullum ex causa præteritionis: siue per querelam inofficiosi euersum, durabunt nihilominus pupillares tabulæ, ex Nouella Iustiniani,* [n] *sicut & cætera testamenti capitula, præter institutionem.*

a In prin. huius tit. nu. 8.
b l. 2. §. prius. & l. qui plures. §. fin. h. tit.
c Theoph. hic.
d l. quod per manus. de iure codici. l. cũ pri.
e Gl. & Bar. ĩ d. l. 2. §. 1. prius.
f In fi. d. §. prius. Et probãt idē Vig. & Ba hic.
g arg. l. quidam ĩ test. de pec. le.
h Secus si p parte tantum. l. in substi. de vul.
i l. Papinia. § sed nec impubē. de inof. testa.
k gl. fi. hic ĩ med.
l arg. §. quos aũt inf. de bon. gl.
m Bar. l. ex duob. §. fi. h. t. & Dantiunc. hic.
n Auth. ex causa de lib. præter.

§. Vel singulis.

1 *Quando singulis impuberibus substituitur, quilibet testamentarium hæredem ex substitutionem habet.*
2 *Substituens uero ultimo morienti, legitimam successionem seruare uidetur.*
3 *Resolutio ad §. Seia libertis. l. Titia. de leg. 2.*

a Vel singulis liberis, *b* vel ei qui eorum nouissimus impubes morietur, substitui potest: singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: nouissimo, *c* si ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos custodiri uelit.

Totus hic locus ad verbum descriptus est [a] *ex Florentini responso*

a *Vel singulis.*] 1 *Et eo casu, quando singulis liberis substituitur, quilibet eorum intra pupillaria decedens, testamentarium hæredem habere ex substitutione censetur.*

b *Vel ei.*] *Ideo additum est uel ei, qui eorum nouissimus, &c. quia non est necesse reliquis substituere propterea quod is, qui nouissimus impubes moritur, alias ex lege. XII. tab. successit.* [b]

c *Si ius legitima.*] *Si successionem ab intestato saluam inter eos custodiri velit: quasi diceret: cũ substituitur ei, qui ultimo morietur, si unus præmorit, eius portio defertur ad alios* [c] *fratres, & fit iure legitimo. i. p legem XII. tabularum.* 2 *Vnde colligitur, quod substituens ultimo morienti non uideatur filios inuicem substituere, sed legitimam successionem cõseruare. Sed diuersum alibi in non dissimili spē. Paulus* [d] *respondit: nam cum quidam plurib. fundum legauerat, & interdicta alienatione nouissimo morientem rogarat, ut Titio eum restitueret: hic uoluit ille inuicem substitutos hæredes censeri. Et sane Doctores multum se torquent in tollendo hoc obice.* 3 *Tutius autem fuerit, in re tam perplexa Bartoli* [e] *sententiam amplecti, quæ et frequentius recepta est.* [f] *Is differentiam constituit, nouissimo facta substitutio sit in om̄ibusne bonis, uel (ut alij quoq; ex eiusdem sententia adijciunt) indefinite: an uero simpliciter, veluti in præsenti §. ubi ultimo morienti impuberi substituit testator. Hoc. n. casu omnes filii citra substitutionem, meroq; iure legitimo successisse uidebuntur, illi uero inuicem substituti, ac per fideicommissum rogati intelligentur, ut ipsi substituto tota hæreditas, detracta Trebellianica, ac plerunque simul portione legitima ex fideicommisso restituatur.* [g] *Quæ res impediet etiam alienationem ultra eam portionem, quæ fideicommisso deduci conceditur.* [h]

a l. vel singulis: vnde hic §. est sump. & l. si pater impub. h. ti.
b l. 1. inf. de leg. agna. successi.
c d. §. 1.
d l. Titia. §. Seia. de leg. 2. & d. l. uel singulis.
e In d. §. Seia. & d. l. vel singulis
f Ial. l. potest. h. t. & Vigliius hic.
g glo. & Dd. in l. quanquam. C. ad l. Falcid.
h Hæc omnia pbantur in d. §. Seia ubi Bald. & alii Bar. d. l. vel singulis. Porc. & Cãtiūc. hic.

§. substituitur.

1 *Substitutio pupillaris nominatim & generaliter fieri potest.*

2.4 *Si fiat generaliter, quos effectus habeat? & nu. 5.*

3 *Regul. hæres hæredis est quoque testatoris hæres: quando locum habeat.*

a Substituitur autem impuberi aut nominatim: ueluti, Titius hæres esto: aut generaliter: vt quisquis mihi hæres erit. quib. uerbis uocantur ex substitutione impubere mortuo filio, illi *b* & scripti *c* sunt hæredes, & extiterunt, *d* & pro qua parte *e* hæredes facti sunt.

a Substituitur.] 1 Duplicem pupillariter substituendi formam proponit hic Imperator. Aut. n. nominatim fit, & verbis singularib. hæc substitutio, expresso. s. substituti nomine: aut verbis generalib. veluti si plurib. institutis hæredib. subiungat testator, [Quisquis mihi hæres erit, is & filio meo ante pubertatē mortuo hæres esto.] 2 Huius autem generalis substitutionis triplex hic effectus refertur. Primus est, quod ad hæreditatem impuberis hi soli ueniunt, qui sunt scripti in testō: a nam de his tantum testator substituendo sensit. Vnde si extraneus aliquis filiusfa. vel seruus institueretur, cum alijs hæredibus (quo casu patri uel domino, acquireretur hæreditas) hi, pater. s. uel dominus, non admitterentur ad bona pupilli, si intra pupillaria decederet, quia non sunt scripti hæredes. b Ptāte. n. iuris, non iudicio testatoris seu defuncti hæreditas eis c obuenit. Eodem modo, si hæres mortuus fuerit, non admittetur ipsius hæres ad pupilli bona, ut qui non sit scriptus in testō, & de quo testator non senserit: d licet alioqui communis sit regula, 3 [Hæredis hæredem & testatoris hæredem esse.] Sed ea tum procedit, ubi non singularis erga primū hæredem affectio spectatur, qualis in nostro casu est. e Si quando tn̄ eueniat, ut hæredis hæres et testatoris iudicio nitatur, puto eum admitti oportere. 4 Secundus effectus est. quod nisi hic substitutus patri hæres extiterit, filio succedere non possit. Vnde si quisquam patris hæreditatē repudiauerit, ad pupillarem non admittetur. g 5 Tertius deniq; effectus est, quod easdem partes substituti accipiunt ex bonis pupillarib. quas acceperant in substitutione in bonis testatoris. Nam hic quoq; locum habet regula, h [quod partes in institutione adiectæ, uideantur repetita in substitutione.] Quare si aliquis institutus sit in quadrātem, & deinde impuberi substitutus generaliter, is etiam quadrantem accipiet in pupilli bonis. i Hi tamen effectus in substitutione nominatim facta non obtinent. magna ergo est differentia, nominatim quis generaliter substituatur.

b Illi.] Vel etiam ille, neque enim superior generalis substitutionis formula omnino pluralem numerū desiderat.

c Et scripti sunt.] Et sic ad substitutionem non admittetur hæres legitimus, qui scriptus non fuit.

d Et extiterunt.] Conditionem siquidem ascriptam euenire oportet: sufficit tamen eam semel euenisse.

e Pro quaparte.] Non etiam pro qua parte hæredes scripti sunt. Fieri. n. hic potest, vt maiorem consequantur ex hæreditate testatoris partem, quām ex qua scripti fuere, vt si cui cohæredis repudiantis portio ijs, accreuerit: vt Baldui. declarat.

a l. 3. l. qui liberis §. hęc verba. hoc tit.
b l. cum filio. ibi Dd. hoc. ti.
c d. §. hęc verba.
d e. §. hęc verba.
e l. fi. C. de hęr. insti. l. si q̄s filiumf. §. fi. de acq. hę. ti. hęredis appellatio de verb. sig.
f Ita Dd. communiter respōdet d. §. hęc verba.
g d. l. qui liberis.
h Dd. l. 1. C. de impu. & al. substit. dii sup. ti. prox. §. etsi ex disparib.
i d. §. hęc verba.

§. Masculo.

1 *Pupillaris substitutio finitur pubertate.*

2 *Item si hæreditas paterna non sit adita.*

3 *Item agnationem postumi.*

4 *Vel si testamentum patris corruit.*

5 *Ad ponuntur & alij modi, quibus hæc substitutio finitur.*

Masculo igitur vsq; ad quatuordecim annos substitui potest, fœminæ usque ad duodecem annos & si hoc tempus excesserit, substitutio euanescit.

Vnum tantum modum subiungit Imperator, quo pupillaris substitutio finitur: 1 nempe, cū is cui facta est, pubertatem attigit. Est autem pubertas in masculo, annus XIIII. in fœmina XII. sed etsi minus ips expressum est in substitutione, eo adueniente expirat. a Si vero maius tempus XIIII. annis comprehendat, nihilominus euanescit. XIIII. b anno. 2 Sunt tn̄ & alij modi quib. hæc substitutio extinguitur, vt si hæreditas paterna non sit adita, cum ex hoc tabulæ sint destitutæ, vt pote nullum facientes hæredem. c 3 Item p agnationem postumi, cuius in tabulis non est facta mentio: cum ipsi non secus, quam ei qui natus est, substitui pupillariter possit. d 4 Vel si patris testm̄ infirmet penitus, quia tabulæ pupillares simul cōcident, nisi vel suitate, vel recentiore iure sustineantur. e 5 Idem quoq; est, si vel pupillus, vel substitutus intestabiles fiant, verumq; ex tabulis minus f capaces, puta per capitis deminutionem; vel si pupillus ante patrem decedat, aut emancipatur, g aut condō extrinseca fuerit adposita, ea q; deficiat: h aut pater aliud sibi testamentum faciat. sicq; prius rumpatur. i & si qui sint alij casus, quos post Accursium & Bartolus in vnum collegit: ego principaliores tantum annotare volui.

a l. si ita quis de vulgari.
b l. in pupillari. hoc ti. l. præcibus. C. de ipu. & alijs substi.
c l. si plures h. t.
d l. si pater. l. 2. §. posthu. de vul.
e Dixi sup. §. liberis n. 4. & 5.
f l. nec ei. de ad. l. 2. §. si is qui, hoc ti. l. si quæramus. de test.
g l. quod si filius de captiuis: l. coher. h. tit.
h l. qui liberis. ibi gl. hoc tit.
i l. si quis eum. §. fi. hoc tit.
k d. l. i pupillari.

§. Extraneo.

1 *Extraneo vel puberi miles directo substituere potest; paganus non: & quæ sit diuersitatis ratio.*

Com-

2 Compendiosa substitutio explicatur.
3 Compendiosa substitutio in quodcunque tempus conferri potest.
4 Compendiosa a milite facta quos effectus habeat.
5 Limitatio eorundem effectuum.
6 Discussa l. precibus. C. de impub. & alijs substitut.
7 De compendiosa a pagano facta.
8. 9. 11. Differentia inter uerba directa, obliqua & communia.
10 Fideicommissum quid?
12 Compendiosa a pagano facta uerbis directis quem effectum habeat.
13 Quid si fiat uerbis obliquis.
14 Quid item, si communibus concepta sit.

a Extraneo uero, uel filio b puberi hærede instituto, ita substituere c nemo potest, vt si heres extiterit, & d intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum permissum, e vt eum f per fideicommissum testator obliget alii hæreditatem eius, uel totam, vel pro parte restituere. quod ius, quale sit, suo loco trademus.

a *Extraneo.*] [*Extraneum*] *intelligit, qui non sit in ipsius substituentis potestate, siue ille prorsus extraneus sit, seu duntaxat emancipatus, aut aliàs liberatus nexu potestatis patriæ.*

b *Puberi.*] *Siue sit potestati substituentis subiectus, siue eius potestatem exierit.* a

c *Nemo*] 1 *Qui sit paganus: secus est in milite. Is enim & extraneo, & heredi filio emancipatoque directo substituere potest.* b *Diuersitatis ea est rō: quia scilicet in paganis, qui semel est hæres alicuius iure ciuili, non potest heredis nomen amplius* c *exuere: neque potest vnus ad tempus heres institui, atque ex tempore deinde alius.* d *Militum uero testamenta iure gentium censentur:* e *vbi de uoluntate ipsorum constat, ibi & hæredis institutio ad tempus & ex tempore* f *toleratur.*

d *Intra aliquod tempus.*] *Puta si intra XXV. annum ætatis suæ decesserit.*

e *Eum*] *Filium puberem.*

f *Per fideicommiss.*] *Potest ergo puberi tam extraneo, quàm suo, per fideicommissum substitui: nempe ut is per fideicōmissum obligetur heredit atem uel totam, vel pro parte alteri restituere, quarta tamen Trebellianica, uel etiam legitima per se, aut heredem suum detracta.* g *Porro quia Doct. in hunc locum compendiosę substitutionis tractatum, qui longissime patet, congessere, operępretium fuerit, & hanc substitutionis speciem breuiter ennarrare.* 2 *Dicitur autem* [*cōpendiosa substitutio, quę uerborum compendio ultra pubertatem porrigitur,* h *siue usque ad XXV. annum substituerimus,* i *siue usq; ad aliud certum tempus,* k *siue etiam sine certo tempore quandocunque heres decesserit, fiat substitutio.*] 3 *Potest enim conferri in quodcū que tempus, siue in incertum, siue certum & limitatum, prout testatori placuerit, modo anni pubertatis excedantur. Intra enim illud tempus pupillaris semper dicitur.* m *Plurimum aūt refert, an a milite, an a pagano compendiose substituatur. Et primo uideamus, quid iuris obtineat, quando miles ita substituit: tum enim propria est species, & separata a reliquis substitutionum speciebus.* n *Militi ergo concessum est singulari iure, ut hæredi suo, siue extraneo, possit directo substituere, etiā post pupillares annos. Nam si miles ita scripserit in testamento:* [*Caium instituo, & quandocunque* o *decesserit, vel, si intra XXV. annum moriatur, Titius hæres esto:*] *substitutio semper erit directa, capietque* p *substitutus directe per se non solum testatoris bona, sed etiam filij propria, iure communi, si intra pupillaria mortuus fuerit:* q *post eam ętatem ex priuilegio militari patris tantum bona, cum fructibus inuentis in hereditate, auferet.* r *Alia autem pupilli bona* q *pubes factus decessit, ad legitimos hæredes pertinebant uel etiam testamentarios, si pubes testamentum fecerit.* 5 *Prædicta tamen locum non habent, si is cui miles* s *cōpendiose substituit, matrem reliquerit superstitē. Tum enim filio post pubertatem mortuo, militis uerba etiam directa fauore matris, in fideicommissum trahuntur,* t *seu (ut nostrorum uerbo utar) obliquantur, rogataque mater censetur, ut salua Trebellianica bona paterna substituto cum fructibus inuentis restituat. Bartolus tamen id tum demum uerum censuit, si miles substitutum per uerba communia, quæ tam directę, quam fideicommissariæ substitutioni conueniunt, uocasset:* u *secus esse, quando miles uerbis directis usus fuisset, quia substitutus etiam matrem excludet.* x *& quā quam in hac Bartoli sententiā frequentius est itum:* 6 *ea tamen tam Papiniani* y *responso, quàm Maximiani & Diocletiani Imp.* z *constitutione, aperte infringitur, cum hi in utriusque locis, uerbis mere directis sint vsi. Magis ergo est, prędicto casu matris fauore, & militis priuilegio uerba directa ad obliquum sensum flecti, ut Politus & Zasius* a *uoluerunt; estq; hoc insigne priuilegium militis, quod uerba uere directa fauore matris obliquentur. Et hæc quidem in milite compendiose substituēte obtinent.* 7 *Nunc de compendiosa substitutione a pagno facta uideamus.* 8 *Et circa hanc Doctores* b *inter uerba directa, obliqua, & communia, differentiam constituunt.* [*Directa uerba,*] *quæ alias* [*ciuilia*] *dicuntur, sunt:* [*Heres esto, dominus* c *esto, hredem instituo, substituo, heredem facio, scribo, hereditatem accipiat,*] d *& similia: idque propter qualitatem hereditariam adpositam.* 9. [*Obliqua uerba*] *sunt, quę &* [*precaria*] *uocantur, per quę substitutus non per se, sed per alterius manum ad bona defuncti peruenit; ut sunt hæc;* [*Rogo, uolo, mando, restituantur, dentur, distribuantur.*] f *Et ideo* [*verba fideicommissorum*] *appellantur.* g [10. *fidei-*

com-

a Cantiunc. hic.
b l. in lites etiā. l. miles ita. §. exhrdato. de mil. test. l. in testa. 1. C. eod.
c l. ei qui. de her. inst.
d §. hæres. sup. de hær. instit.
e Bar. l. neq; de milit. testa.
f l. miles ita. de mil. testa.
g l. quanquam. C. ad l. Falc.
h l. precib. §. si vero. C. de impu. & alijs subst.
i l. cēturio. de vulgari.
k l. cum anus. de cond. & demō.
l d. l. miles ita.
m l. in pupillari. hoc ut.
n Ias. post Alex. in Rub. de vul.
o d. l. miles ita.
p d. l. centurio.
q Vt sup. in pri. hujus tit. vers. ipsi filio sit hæres.
r d. l. milites etiā. & d. l. miles ita & d. l. centurio gl. verbo, ad exemplū. in fin.
s § qua ratione. sup. eod.
t l. precib. C. de impub. & alijs substitu.
v Atq; ita intelligit. d. l. pcib. in fi.
x Ita accipit. d. l. centurio. quæ alias obstare videtur.
y d. l. centurio.
z d. l. precibus.
a Vterq; in tract. substit. compē.
b § directa. infra. de sing. reb. per fideicom. re lic.
c l. his verbis. in prin. de her. ist.
d l. quoniam indig. C. de testa.
e Zal. in d tract. post Polit. & alios.
f d. l. quoniam. & l. 2. C. communia. de leg.
g Bar. d. l. centurio. pen. col.

commissum] nempe id dicitur, quod fidei alterius est commissum, vt illud alteri restituat. h 11 [*Verba*] *vero* [*communia*,] siue (vt Faber uocat) [*equiuoca*] sunt vtrique sensui conuenientia: hoc est, quæ non tantum directæ substitutioni conueniunt, sed & ad fideicommissum accõmodari possunt: cuiusmodi sunt, [*substituo*, i perueniat, succedat, pertineat, redeat, habeat, remaneat, deferatur, deuoluatur, K reuertatur:] si tamen qualitas hæreditaria non adijcitur. Nunc ad propositum: 13 Si compendiosa substitutio a pagano uerbis directis facta sit, ante pubertatem iure directo l ualet. nã si pupillus patris hæres nõ fuerit, substitutus ex uulgari uocabitur: sin hæres extiterit, & intra pupillaria moriatur, substitutus ex pupillari admittetur, etiam exclusa matre. Post eam uero ætatem m alij substitutionem nullam effici uolunt, n alij uim fideicommissi habere putant, o alij denique separanda censent bona testatoris a filij bonis aliunde acquisitis, ut in his substitutus nihil iuris habeat. sed protinus adueniente pubertate substitutio uerbis directis facta, quãtum ad hæc bona, euanescat: in illis autem substitutus ius habeat, non quidem directo, sed per fideicommissum. Capiet enim substitutus huiusmodi bona testatoris ex manu hæredis, qui filio ab intestato succedet, salua Trebellianica. 12 Nunc de secunda uerborum qualitate uideamus, quando compendiosa uerbis mere obliquis seu precarijs concepta est, & tum res non habet difficultatem. Siue enim filius intra ætatem impuberem, siue postea moriatur, substitutio fideicommissaria erit, p & hæredes ab intestato succedentes substituto bona restituere tenebuntur, retenta tamen Trebellianica. 14 Sin uero compendiosa substitutio uerbis communib. quæ directe & oblique intelligi possunt, concepta sit, nonnullis q placet, & ante & post pubertatem substitutionem fideicommissariam esse: r alij receptius tradunt, illam ante pubertatem directam esse, post uero fideicommissariam. s Quod Bartolus t uerum esse dicebat, nisi cum pupilli mater superesset, cuius fauore, omni tẽpore fideicommissariam existimauit. Et hæc quidem de substitutionum materia paucis dixisse sufficiat; satis enim est, in re tam difficili, tamque intricata, uel quandam uiam strauisse tyronibus iuris, ad alteriora deinde inuestiganda.

g §. si. Institu. de sing. reb. per fideic. relictis. i Instit. de fidei comm. hær. in pr. ver. quib. k l. iam hoc iure. h t. gl. d. l. cẽturio. licet Vigl. in §. qua ratione. hoc verbũ substituo, directum putet. l Bar. d. l. centurio. & ibi D. & in d. l. § ip. Can. in c. si pater. ibi Fran. de testib. lib. 6. m l. in pupilla. de vulg. substitu. n l. verb. ciuilib. vers. frustra. e. tit. Ioan. And. d. c. si pr. Cyn. & Sal. d. l. precib. o Pano. & alij d. c. Rainut. de testa. Cor. latissime in l. precib. n. 32 cum seq. C de imp. & alijs subst. p Zas. de cõpen. in 3 membro. & Cant. hic. q l. cohæredi. §. 1. uer. ne aliud. de uul. subst. r Glo. d. l. centurio. versi. si autem dixit. s gl. mag. § qua ratione. in fin. supr. eo. t In d. l. precib.

QVIBVS MODIS TESAMENTA INFIRMENTVR. TIT. XVII.

1 Testamentum quod ab initio non ualet, nullum, seu iniustum, aut non iure factum dicitur.
2 Testamentum quando dicatur rumpi.
3 Quando item irritum fieri.
4 Rumpi & irritum fieri testamentum quomodo differunt.

Testamentum] 1 quandoque ab initio non valet, & tum nullum, seu iniustum, aut non iure factum dicitur: quod multifariam contingit. vel quia desint solennia a iuris: uel quia hi, quos oportuit, non sint instituti, uel exhæredati: b vel deniq; quia testator ipse, aut qui institutus est, testamẽti factionũ non habuerit c. De quibus omnibus satis superque superioribus titulis est dictum. Quandoque iustum quidem est, ac legitimum ab initio testamentum, postea tamen uel rumpitur, uel fit irritum 2 Rumpi testamentum intelligitur, cum illud, manente in statu suo testatore, seu posteriore testamento, seu sui hæredis agnatione uitiatur. d 3 Irritum autem proprie fit, cum vel capite minuitur e testator, uel ipso mortuo, eius nõ aditur f hæreditas. 4 Ergo [*rumpi & irritum fieri*] sic differunt, quod [*irritum*] status testatoris immutatus facit; [*rumpit*] autẽ casus extrinsecus contingens, vt adoptionis, agnationis, testamenti noui. Ac de hisce duobus infirmandi testamenti modis hoc titulo agitur: qui compendio complectitur, quicquid fere in Pandectis [*de iniusto, rupto, & irrito facto testamento*] relatum est.

a supra de testa. ordinand. b sup. de exhær. lib. c sup. quib. non est permis. fac. testa. Et infra de here. quali. & diffe §. test. d l. 1. de iniusto, rupto & irrito facto testa. e §. alio autem. inf. h. tit. f d. l. 1.

Princip. tit.

1 Testamentum & naturali & ciuili agnatione rumpitur.
2 Adoptione quomodo testamentum rumpatur.
3 Cur exhæredati filij emancipati, eiusdem arrogatione non tollatur testamentum.
4 Testamentum an per ingressum monasterij rumpatur.

a Testamentum iure factum vsq; eò valet, donec rumpatur, irritumue fiat. Rumpitur aũt testamentum, cum b in eodẽ statu manente testatore, ipsius testamenti ius vitiatur. c Si quis enim post factum testamentum d adoptauerit sibi filium per Imperatorẽ eum, qui est sui iuris: e aut per Prætorem secundum nostram constitutionem, eum, qui in potestate parentis fuerit: testamentum eius rumpitur, f quasi agnatione sui hæredis.

a *Iure factum.*] Nam vt testamentum dicatur rumpi, irritumue fieri, plane necesse est, quod illud antea firmum, iustum, ac omnibus numeris fuerit absolutum: quia quod non est, id utique rumpi non potest; cum non entis nullæ sint qualitates, priuatioque habitum supponat.

b *In eodem statu.*] Secus est, si testator non maneat in eodem statu, sed illum mutet, quia tum non dici-

a l. 5. nã etsi sub conditione. de iniusto, rupt. & irri. testa. b l. 116. decem. de verb. oblig.

tur

tur rumpi proprie testamentum,sed irritum fieri:sicut ad Rubri.diximus.

e *Si quis enim.] 1 Testamentum quod ab initio constabat,non solum agnatione hęredis naturali(quem casum Imperator hic omisit,tanquam per se satis cognitum) rumpitur: vt quia testatori post eius mortem, vel testamentum perfectum postumus per uirilem sexum naturaliter & legitime descendens,qui sit praeteritus,agnascatur:c uerumetiam si agnatione ciuili naturalem d imitante, noua ei proles in familiam accedat:id quod bifariam contingit,vel arrogatione,uel adoptione specifica.* e

d *Adoptauerit sibi filium per Imperatorem.] Id est arrogauerit:quoniam ea adoptionis species,quae [arrogatio] dicitur,Imperatoris autoritate seu rescripto fieri.* f

e *Aut per Praetorem.] Adoptionem eam intelligit,quę generis sui nomen retinet,g & specifica ob id dicitur.2 Adoptione tamen specifica non aliter testamentum rumpitur,nisi adoptatus transeat in adoptantis familiam & potestatem: vt quando auus maternus,uel etiam paternus,nepotem,quem non habet in potestate,h adoptat. Sed etsi testator arrogandum uel adoptandum prius instituisset hęredem,per adoptionem vel arrogationem sequentem non rumperetur testamentum prius iure i factũ,secus si eum exhaeredasset:k quoniam exhaeredatio in eo adhuc extraneo penitus nulla ac inepta fuit.l 3 Si tamen filius emancipatus,idemque exhaeredatus,deinde arrogatur,testamentum prius factum tali arrogatione non rumpetur. m Placuit enim legum latoribus,reconciliatione patris promeritam semel exhaeredationis notam non deleri,n cũ testamenti semel cõstituti ius haud facile tolli soleat.o Nec obloquitur, quod legata per inimicitiã interuenientem reuocentur,p quod testatoris indignatio posteriore gratia mitigetur in seruorum q supplicijs: quoniam ea quae ad caput testamenti,id est,institutionem atque exhaeredationem pertinent,non nisi solenni uoluntate reuocari possunt. 14 Ceterum an eius testamentum,qui religionem ingreditur,per ingressum infirmetur.dubitatum est:& plerique affirmant,s quia filij locum monasterium subit.t quos & Bar.u secutus est,quando testator testamenti tempore de monasterio non cogitasset. Sed Viglius x ex Nouella Leonis nunquam rumpi censet:alioqui superflua esset legis dispositio,permittentis ante ingreßum testari y posse.*

f *Quasi agnatione sui hęret.] Qui scilicet non inuenitur haeres z institutus, vel quia praeteritus est: uel etiam exheredatus.*

§. Posteriore.

1.7 *Primum testamentum posteriore rumpi: secus esse in contractibus.*
2 *Modò posterius iure factum sit.*
3 *Quando id non procedat.*
4 *Si non appareat, quod testamentum posterius sit, aut prius: melior est conditio possidentis.*
5 *Vtilitas clausulae reuocatoriae prioris testamenti.*
6 *Multum referre, qualis conditio posita sit in secundo testamento, vt per id primum rumpatur.*

a Posteriore quoq; testamento,*b* quod iure perfectum est,superius *c* rumpitur:nec interest,extiterit aliquis hęres *d* ex eo,an nõ.hoc enim solum spectatur,an aliquo casu *e* existere potuerit.Ideoque si quis aut noluerit hęres esse,aut viuo testatore,aut post mortem eius ante,quàm hæreditaté adiret,decesserit:aut *f* conditione,sub qua hæres institutus est,defectus sit:In his casibus paterfamilias intestatus moritur.Nam & prius testamentum non ualet,ruptum a posteriore:& posterius æque nullas habet uires,cum ex eo nemo hæres extiterit.

a *Posteriore] Audiuimus testamentum iure ualidum rumpi agnatione sui hęredis & naturali, & ciuili: t hic tertius modus additur,nempe per posterius testamentum. Nam cum in omni negocio posteriora derogent a prioribus,mirum non est,si & per secundum testamentum prius rumpatur:cum testatori liceat ad extremum uitae exitum vsque voluntatem mutare, b & nemo paganus cum duobus testamentis decedere valeat.* c

b *Quod iure perfectum.] 2 Illud enim pręcipue in posteriore testamento requiritur, vt iure factum sit, Nam imperfectum & per se inualidum non potest solennem uoluntatem destruere, & trita est regula, d [Nõ pręstat impedimentum,quod de iure non sortitur effectum.] 3 Quod tamen non procedit, vbi in priori testamento scribuntur hęredes extranei,& qui ab intestato defuncto non essent successuri, in posteriore aũt illi instituuntur,qui alioqui ab intestato,vt proximiores succederent,eo siquidem casu posterior tabularum dispositio licet minus solennis,non vigore alicuius testamenti,sed vti voluntas defuncti suprema, pręsertim quinque legitimorum testium adminiculo roborata,testamento antefertur, illudque ruptum e pessundat.4 Pręducta tamen omnia uera sunt,si appareat,testamenta diuersis temporib.conscripta esse. Sin autẽ non constet,vtrum ex testamentis tempore sit prius,vel posterius,tum conditio relictam testatoris hęreditatem possidentis est potior,idque commodo f possessionis.*

c *Rumpitur.] Et quidem ipso iure,etiam si nihil dixerit testator in posterioribus tabulis.g 5 Nec tamen ob id inutilius est clausula,qua vulgo in testamentis vtuntur Notarij, [quod scilicet testator omnia priora*

testa-

c l 3 h.tit.§. postu.& §.seq.supra. de exhær. liberorum.
d §.maiorem.supra, de adopt.
e l.certum h.tit.
f dict. §. 1. sup. de adopt.
g Dixi in §. sed hodie sup. de adopt.
h l. cum in adoptiuis. C.de adop. & d §.sed hodie.
i l. 23.filio.§. fi. de lib. & post.
k l.8. non putauit.§ si qs emancipatũ. de bo. pos. contra tab.
l l. 132. quidam cum filium. de verb obl.
m gl.& Dd. in d. §.si quis emancipatum.
n Vigl.hic.
o l. uel negare. quemadmod. test. aperian.
p l. ex parte. de ademp. legat.
q l.in ipsius. C. fam. hercisc.
r §.ea eo.inf.h t. Vigl.hic.
s gl. verbi competere. Auth. si qua mulier. C. de sac.sa.ec.
t c. in præsentia. de probat. ibi Decius.
u Bar d. Auth. si qua mulier.
x Hic num.3.
y §. illud quoq; Aut. de mona.
z d.l. filio. §. fi.
a d.l. non putauit. si qs emancipatum.de bo. poss.cont. tab.
a l.12. pacta nouissima. C. de pactis.
b l 4.de adimen. leg.
c l. 7. ius nostrũ. de regu. iur. & no. in l. sanci. C.de testam.
d c.non pręst. de reg iur.in 6.
e l.hac consultissima.§ si quis. C. de test. 2.du iniust. & rupt. &c.
f Dd.l. cum proponas,C.de co. l.1. C. de edic. D.Adr. tol.l.j,

§.1.de secundum tab. g l.si iure.18.de leg.3.l.3.§.item si ipse.si cui plus quam per l.Fal.lic.&c.

testamenta reuocet:] quoniam si testator in primis tabulis derogauit secuturis testamentis: per hanc clausulam huiusmodi derogatio rescinditur ac reuocatur, cum ea omissa, prior voluntas rata maneat. Deinde prodest etiam, quia plurimum utimur codicillis; at ij non reuocantur ipso iure per posteriores, nisi quatenus contrarij h sint.

h d. l. cū proponas C. de codicillis.

d Ex eo.] Posteriori testamento.

e Existere potuerit.] Iure ciuili; nam & si quis iure Pratorio hæreditatem consequeretur ex posterioribus tabulis, prius tamen testamentum non rumperetur. i

i l. 7. si filius de lib. & posthu. Bal. hic.

f Conditione.] 6 Multum tamen refert, qualis conditio posita k fuerit, nam si in præteritum, aut in præsens concepta sit, statim rumpitur prius testamentum, si uera sit cōditio: si uera nō est, illud firmum manet: in futurum autem collata conditio possibilis rumpit primum testamentum. Satis est enim ex secundo posse hæredem existere: si natura vel iure impossibilis est, æque rumpitur prius testamentum, quasi cōditio adscripta testamento non sit, quæ est impossibilis. 7 Interim hinc quoque discendum, quod primum testamentum puram continens institutionem, per secundum, in quo sub conditione hæres scriptus est, rumpatur; cū tamen in contractibus diuersum ius seruetur. Nam si id, quod pure emi, . ursus sub conditione emam, nihil agitur posteriore l emptione. Accursius ideo esse tradit, quoniam testamentum, etiam si conditionale institutionē contineat, perfectum nihilominus per omnia habetur.

k l. 6. cum in secundo de iniusto. rupt. testa. Et ibi Bart. ita declarat.

l l. 7. si id quod pure. de rescr. vend.

§. Sed etsi quis.

1 *Primum testamentum secundo rumpitur, etsi in eo hæres ex re certa scriptus sit.*
2 *Quid si miles secundum testamentum faciat.*
3 *Quid si quis in secundo testamento instituat hæredem in re certa, & velit etiam primum testamentum valere.*

a Sed etsi quis priore testamento iure perfecto, posterius æque iuste fecerit: etiāsi ex certis rebus in eo hæredem instituerit, superius tamen b testamentū sublatum esse, diui Seuerus & Antoninus Augusti rescripserunt. Cuius cōstitutionis verba & hic inseri iussimus, quum aliud quoq; præterea in ea cōstitutione expressum sit. Imperatores Seuerus & Antoninus Augusti Cocceio Cāpano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum hæres scriptus, sit perinde iure valere, ac si rerum mentio facta non esset: sed & teneri hæredem scriptum, vt contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hæreditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi verba, quib. vt valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur.

a Sed etsi] 1 Hic §. ad verbum ex Martiani a responso desumptus est, & ampliationem superioris continet, prius scilicet testamentum per posterius tolli, etiamsi ex certa re hæres in posteriori scriptus esset. Ad totam enim hæreditatem certa illa res trahitur, b cum nemo paganus possit pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere. c 2 Aliud tamen in militis testamento d obtinet, nisi scripti in secundo testamento ex certare hæredis fidei cōmissum esset, vt prius ualeret, tunc nō ipso iure, sed per fideicommissum valebit. e Secūdum vero pagani testamentum etsi tale fideicommissum contineret, nihilominus primum rumpit: f sed ob fideicommissum secundus hæres certa illa re, ex qua scriptus est, contentus esse g debet.

a l. 29. §. qs prio. ad Trebel.
b l. 1. § si ex fundo. de her. isti.
c §. hēditas. sup. de hær. instit.
d l. si mil. 2. de mil. test.
e l. quærebatur eod. tit.

b Testamentum] Hæc sunt verba constitutionis, quæ talem speciem explicant 3 Quidā testamento condito, pluribusque simpliciter institutis hæredibus, in secundo testamento alium quendam ex certis rebus hæredem scripsit, hoc addito, se nihilominus velle & prius testamentum ualere. Mortuo testatore delata res est ad Impp. Seuerum & Antonin qui rescripserunt, primum testamentum ruptum esse per posterius, nō obstante prædicta clausula: ob id certe, quoniā paganus cū duobus testamentis decedere nō h potest. Veruntamen ut voluntati testatoris aliqua ex parte satisfieret, voluerunt Imp. vt uniuersa, quæ in priori testamento scripta reperirentur, in causa fideicommissi essent. Itaq; in secundo testamento institutus, retracta rei certæ mentione hæres quidem uniuersalis erit, sed tamen tenebitur hæredib. in priore testamento scriptis ad restitutionem hæreditatis, retenta Trebellianicà, quasi sic ei a testatore iniunctum fuisset. Sic ergo hæredes primi testamenti maiorem partem, id est, dodrantem hæreditatis consequentur; non quidem ex primo testamento, quod iam ruptum est, sed ex secundo, nomine i fideicommissi. Et tale fideicommissum non tantum institutionem in priore testamento factā conseruabit, sed etiam legata, fideicommissa, libertates, & reliqua omnia, quæ in eo scripta sunt, in causa fideicommissi erunt: nisi tamen aliter testatorē scripsisse k probetur.

f l. postu. § fi. de iniusto. rupt.
g d. l. si quis priore.
h l. sancimus. ibi. Dd. C. de test.
i Bar. post gl. in d. l. § qs priore.
k d. l. quærebat. in fi. & d. l. posthumus. §. si paganus.

§. Alio autem.

1 *Testamentum quando dicatur fieri irritum.*
2. 3 *Deportati testamentum, & damnati ad pœnam capitalem, fit irritum.*

In

4 *In integrum restitutus omnia recuperare solet: secus si quis simpliciter restituatur.*
5 *Minima testatoris capitis deminutione testamentum irritatur.*
6 *Fallit in milite filio.*
7 *Utile est, singulas causas proprijs verbis distingui.*

a Alio autem modo testamenta iure facta *b* infirmantur: ueluti cum is qui fecit testamẽtum, capite deminutus sit: quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: *c* cum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ statim ab initio non iure fiunt, irrita sint, sed & ea quæ iure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè commodius erat, singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, uel irrita fieri.

a *Alio.* ❡ *Hactenus, quomodo rumpantur testamẽta, dixit: videndũ modo, quo pacto fiant irrita.* 1 *Tũ autem propriè dicitur* ❡ *irritum* ❡ *fieri* ❡ *testamentum,* ❡ *si testator aliquam capitis deminutionẽ patiatur. Si quidem maxima uel media testatoris capitis deminutione testamentum fit irritũ: veluti eius, qui ab hostibus captus* [a] *est. Cũ enim ciuitatẽ amittat, ea quoq; perdit, quæ sunt iuris ciuilis: qualis est testamenti factio. Quod tamẽ vel capto reuerso, iure postliminij vires recipit, vel ipso apud hostes mortuo, lege Cornelia confirmatur.* [b] 2 *Sic deportati quoque testamentum fit irritum, sed non prius, quàm Princeps de eo supplicium sumendum rescripserit.* [c] 3 *Sed etsi quis ad pœnam, quæ vitam adimat, fuerit damnatus, sententiæ tempore eius testamentum fiet irritum.* [d] *Si tamen damnati in integrum restituantur, eorum testamenta conualescunt,* [e] *etiam illa quæ postea fecerunt,* [f] *si in eadem voluntate mori se in codicillis vel epistola declarauerint.* [g] 4 *Quia qui in integrum restitutus est, omnia bona recuperare* [h] *solet: in pristinũ quidẽ statũ restituitur.* [i] *Secus autem si non in integrum, sed simpliciter restituere, tunc enim sola pœna remissa dicitur.* [k] 5 *Sed quid de minima testatoris capitis deminutione, an ex ea testamentum irritum fiat? Et fieri certum est, si post factum testamentum det se in arrogationem, quia cum capite omnia bona, & fortunas quoque suas in familiam & domum alienam transfert:* [l] *ideo de his non potest valere dispositio ante facta, quia uideretur de rebus disposuisse alienis, quod iure est prohibitum.* [m] 6 *Hoc tamen in filio milite veterano, qui post testamentum factum capitis minueretur, locum nõ habet, neq; eius testamentum fit irritum.* [n] *Nam quantum ad testandum de castrensi peculio, pro patrefa. habetur.* [o] *Qua ratione etiamsi se arrogandum præberet, eius testamentum non fieret irritũ. Hoc etiam non est omittendum, quemcunq; testatorem, qui se in arrogationem dedisset, si postea emancipetur, eius testamentum non fieri irritum, si se in ea voluntate perseuerare* [p] *declarauerit.*

b *Infirmantur.* ❡ *Saltem iure ciuili, quod attinet ad subiectum exemplum capitis diminutionis minimæ per arrogationem.*

c *Cum alioqui.* ❡ *Occupatio est: uidebatur enim nullam in effectu differentiam esse, an testamentum rũpi, vel irritum* [q] *fieri diceretur. Respondet Imperator, in effectu quidem idem esse rumpi, siue irritum fieri testamentum, item sæpè rumpi, pro irritũ fieri in legibus* [r] *accipi.* 7 *Attamen quia cõmodius est, proprijs verbis distingui ac demonstrari singulos casus &* [s] *causas, ideo non temerarium est differentiã facere inter ruptum, & irritum testamentum.*

a l. si quis filio § irritum. h. t.
b d. l. si quis. § quatenus.
c d. l. si quis. § eius q deportatur.
d d. l si quis. § & si quis.
e d. § quatenus in fin.
f l. 1. §. si qs plane. de leg. 3.
g l. qui ex liberis §. planè. de secundũ tab.
h l. fi. §. fin. C. de sentent. pass.
i §. si quis ab sup. qb. mod. ius pat. potest. sol.
k l. 2. C. de sent. pass.
l l. pen. § test. de secũdum tab.
m l. cõficiuntur § si quis post factũ de cod.
n l. 1. §. sed si filius. de secundum tab.
o d. l. si quis. §. fin.
p § pen. vers. denique. sup. de milit. test.
q d. l. qui ex liberis. § planè.
r Exempla sunt in gl. verb. diminutus.
s l. 1. de iniusto rup. & infr. de her. ab intest. in prin.

§. Non tamen.

1. 3. 6 *Testamentum capitis deminutione irritatum reconualescit, si impedimentum quod superuenit, tollatur.*
2 *Prætor semper æquitatem præ oculis habet.*
4 *Multum interesse an quis inuitus uel nolens suum statum mutet.*
5 *Excussus §. ex eo autem. inf. eod. tit. & conciliatus cum hoc §.*
7 *Nouæ voluntatis probatio quomodo fieri debeat.*

a Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt, nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus hæres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, *b* si modò defunctus, & ciuis Romanus, & suæ potestatis, mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factũ sit testamentum, quia ciuitatem, vel etiam libertatem testator amisit. aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit: non potest scriptus hæres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

a *Non tamen.* ❡ *Limitatio subijcitur ad præcedentem. §.* 1 *Nam quod dictum est, testamentum iure factum per capitis deminutionem irritum fieri, non procedit, si testator tempore mortis pristinum suum statũ recuperauerit, & vetus illud suum testamentũ aliqua volũtate sua (puta in codicillis) ad probauerit & agnouerit. Tũc enim illud iure Prætorio recõualescit, et hæres in eo scriptus, quãuis iure ciuili hæreditatẽ*

- a l. 11. qui ex liberis §. test. 2 de bon. poss. secundũ tab.
- b l. 4. quod si Ephe. §. fi. de eo quod certo loco.
- c l. si quis ex hære. §. penul. & ibi Bar. ff inof fic. test.
- d l. si quis filio. §. pen. h. tit.
- e l. 11 fideic. § si rẽ. de leg. 3.
- f §. ex eo autẽ infr. eod.

adire nequeat, bonorum tamen possessionem secundum tabulas testamenti beneficio Prætoris petet. [a] *Sic ergo tametsi institutus iure ciuili non possit esse hæres, cum eo extinctum fuerit testamentum, & irritum factum:* 2 *succedet tamen beneficio Prætoris, æquitate ita suadente, quam Prætor semper præ oculis habet.* [b] 3 *Quod autem dixi, testamentum irritum non aliter conualidari, nisi testator aliquo iudicio nouã uoluntatem retineat: tum obtinet, quando fit mutatio status testatoris uoluntaria, vt quia se in arrogationem dederit. Si autem fuit mutatio necessaria, vt quia testator post factum testamentum passus sit maximã uel mediam capitis deminutionem, tum si mortis tempore a Principe restitutum reperiat, ipso iure reconualescit testamentum prius factum absque noua declaratione.* [c] 4 *Diuersitatis rationem ex Barto.* [d] *hanc adfert Angelus, quia quando inuitus quis mutat statum, non præsumitur mutare voluntatem: secus si volens.* [e] *Vnde si quis in arrogationem se dedit, uoluntatem mutasse censetur, & sic testamẽtum: aliud est, quando deportatur uel capitur ab hostibus, quia tunc nolens volẽs cogitur statum commutare.* 5 *Nec obstat, quod sequenti* [f] *§. subijcit Imperator. ❡ Ex simplici uoluntatis mutatione etiam uerbis declarata non reuocari testamentum; ❡ quoniam id, eo casu procedit, quando quis vellet se fundare in simplici mentis mutatione, circa id lege non aliter disponente. Sed in nostro casu est lex ipsa quæ disponit propter coniecturatam mentem hominis. Ideo non mirum, si resultet mutatio voluntatis, cum circa hoc lex suam introduxerit præsumptionem.*

- g In l. 1. §. 1. ff leg. 3.

b *Si modo defunctus. ❡ Nam vt Theophilus ait, Prætor duo tempora inquirit, nempe facti testamenti, & mortis testatoris; & si quidem vtroq; tempore inuenerit testamenti factionem habuisse, testamentum tuetur, nihil curiosius de medio tempore laborans, siue libertatem testator, siue ciuitatem amisit.* 6 *Ex quibus adparet etiam, prædicta omnia procedere, si testamentum a principio iustum ac perfectum fuit: secus, quando ab initio non valuit ob defectum testantis, tunc etiam impedimento cessante, & ex noua uoluntate non conualidantur, vt Bart.* [g] *tradidit:* 7 *subdens etiam, hanc nouæ uoluntatis probationem, per quinq; testes constare debere. quod Ang. Porcius, & alij communiter sequuntur.*

§. Ex eo autem.

1 *Dubitandi causa in hoc §.*
2 *Ratio decidendi.*
3 *Testamenta non temere rescindenda.*
4 *Nec septem testium assertioni, contra testamentum credendum, fallit, vt nu. 5.*
6. 7 *Quando vtiliter testamentum mutatur, siue scriptum, siue nuncupatum.*
8 *Mortalitas pro morte accipitur.*
9 *Testamentum perfectum non tollitur per imperfectum: fallit, vt nu. 10.*

- a l. etsi trãsfer. de adim. leg. l. fideicommissum. C. de fideicommiss.
- b Arg §. planè. sup. ff mil. test.
- c Angel. hic.
- d l. san. C. ff test.
- e l. 1. §. si hæres. si tab. test. nullæ exta.
- f Vt not. Alex. in l. si ita scriptum. §. si regula. de liberis & postu.
- g §. fi. su. de testa. ordinãdis.
- h Vide pulchrè Bar. in l. si iur. de leg. 3.
- i Suet. in uita Claudij & l. pe. de ui. & ui arm.

Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quod postea testator id *a* noluerit ualere: vsque adeo, vt etsi quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut *b* mortalitate præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis *c* oratione cautum sit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant, *d* nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint. nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

a *Noluerit ualere. ❡* 1 *Si testator, qui fecit iustum testamentũ, postea tractu temporis simpliciter dixerit, se nolle id ualere: uidebatur per hoc testamentũ infirmari, ad instar legatorum quæ etiam nuda uoluntate per expressã ademptionẽ reuocantur.* [a] 2 *Hic tamen Imperator contrarium decidit, nẽpe semel iustum & ritè confectum testamentum, propter nuda & simplicia testatoris uerba non subuerti. Rationem subdit Theoph. ❡ quia quæ iure confecta sunt, iure etiam tolli perimiq; debent. ❡ Et hic de institutionis totius testamenti infirmatione loquimur, quæ nudis verbis existere nequit.* 3 *Neq; enim temere testamenta rescindi debent: alioqui facile legitimi hæredes, id est, ab intestato succedentes subornarent aliquos, qui assererent, testamentũ a testatore reuocatum esse.* [b] 4 *Quinimo receptum est, ne septem quidem testium cõtra testamentũ assertioni credẽdum* [c] *esse:* 5 *nisi postea a tempore conditi testamenti decennium fuerit elapsum:* [d] *uel nisi addidisse testatorem liqueat, ideo se priorem uoluntatem mutasse, quò intestato decederet.* [e] *tũ enim per aditionem eorũ, qui ab intestato successuri sunt, confirmatur prioris uoluntatis mutatio. quod tamen ipsum nõ passim caret* [f] *pugna licet id quod dixi, frequentius receptũ sit.* 6 *Cæterum si aliquo facto prioris consilij mutationem demonstrante appareat, testatorem uoluisse prius testamẽtum impugnare, puta quia illud deleat, incidit, cancellet, uel sigilla reuellat, quin per hoc reddatur inutile, sine controuersia est. Maiorem enim facta, quàm verba uim habent.* 7 *Hoc tamen non conuenit testamentis nuncupatiuis, quæ ex verbis & uoce substantiam capiunt,* [g] *permanentq; nihilominus discerptis scripturis. Et illic rursus distingui solet, consultone sit tabula cancellata, an inconsulto à testatore, vel ab alio.* [h] *quod quia vbertim Faber & Aretinus explicant, hic prætereundum duxi.*

b *Mortalitate. Idest morte,* 8 *in qua significatione, hac uoce etiam* [i] *alij autores vtuntur.*

c Ora-

c *Oratione.* § *Quę processit Senatusconsultum. cuius verba quędam extant apud Capitol. in Pertinace Imper.*

d *Nisi sequentes.* § *Idq; propter iuris regulam:* [k] § *Non prestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.* § 9 *Atque inde discis testamentum primum perfectum, non tolli per secundum imperfectum. Aetiologia est, quoniam nihil actum videtur, dum aliquid ex his, quæ ad actus substantiam pertinent, superest agendum.* [l] *Et prædicta procedunt, etiamsi speciali clausula priori testamento derogatum videatur, aut clausula codicillaris adiecta sit.* [m] 10 *Nisi forte vel iure militari factum sit testamentũ, vel in eo scriptus hæres, qui ab intestato* [n] *succederet, vel denique nisi ipsius testatoris iudicio unusquispiam ex scriptis hæredibus voluntatis suæ declaretur indignus.* [o]

k c. nõ præstat. de reg. iuris. in 6.
l l. pen in fi. C. de his quibus ut indig. c. 2. in fi. cum gl. in med. de re nunc.
m Bar. d.l. si iure, in fine.
n l. 2. de iniusto rupto test.
o l. hæreditas. C. de his quibus ut ind. & ibi gl. in verb. petipor.

§. Eadem oratio.

1 *Pertinax Imp. boni & æqui obseruantiss.*
2 *Orationes in iure nostro quæ dicantur.*
3 *De oratione Pertinacis Imperatoris.*
4.5 *Princeps non potest ratione litis hæres institui, secus est in priuato:*
6 *Princeps quomodo sit solutus legibus.*

a Eadem b oratione expressit, non admissurum se hereditatem eius, c qui litis causa Principem d reliquerit heredem: e neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipse f ob eam causam hæres institutus erat, probaturum: neque ex nuda uoce hæredis nomen admissurum: neque ex ulla scriptura cui iuris autoritas desit, aliquid ad empturum. Secundũ hoc diui Seuerus & Antoninus sępissime rescripserunt. g Licet enim (inquiunt) legibus soluti simus, attamen legibus viuimus.

a *Eadem oratio.* § 1 *Diui Pertinacis, qui boni & æqui obseruantissimus fuit, plurimasque honestissimas leges (cum trimestri vix tempore imperaßet) promulgauit.* 2 *Porrò* § *orationes* § *in iure nostro dicuntur, quæ ab ipsis Principibus in senatu habentur, cum ipsi scilicet explicatis totius rei circumstantiis, quid iustum, utile, ac honestum Reipub. sit, ostendunt: Senatumq; rogant, an sic constituere placeat. Sic ergo & diuus Pertinax ea, quæ hic referuntur, ad Senatum retulit sua oratione. Talis extat oratio, uel pars potius orationis Imperatoris Seueri.* [a] *Citantur & diui Marci orationes* § *de alimentis,* [b] *de fugitiuorum requisitione,* [c] *de bonis* [d] *maternis* § *Item Imperatoris Antonini,* [e] *necnon Imperatoris Adriani,* [f] *de petitione hereditatis, & si quæ sunt aliæ.*

b *Oratione.* § 3 *Huius D. Pertinacis orationis meminit etiam Capitolinus in eius uita, cuiuslibet verba adscribere.* § *Legem (inquit) tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta* [g] *essent, neue ob hoc Fiscus aliquando succederet. Ipseq; professus est, nullius se aditurum hæreditatem, quę aut adulatione alicuius delata eßet, aut lite perplexa,* [h] *vt legitim. heredes & neceßarii priuarentur, addiditque Senatusconsulto hęc verba: Sanctius est, P. C. inopem Rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per discriminum atque decorum uestigia peruenire.* § *Hęc Capitolinus.*

a l. 1. de reb. eorum qui sub tut. sunt non alie.
b l. cũ hi. ff. de transactionib.
c l. diuus. de seruis fugitiuis.
d l. pen. ad Tertyllia.
e l. cum hic status. de don. inter uirum & uxo.

c *Qui litis causa.* § 4 *Hinc regulam colligunt prohibitoriam,* § *quod nemo debeat Principem, ratione litis, quam habet cum alio, hæredem instituere.* § *Etenim plane inuidiosum & per iniquum foret, calumniæ facultatem ex Principali maiestate* [i] *capere.* 5 *Priuatim tamen ex re controuersa heredem instituere licet: nec eo nomine locum habebit edictum* § *de alienatione mutandi iudicii* [k] *causa facta.* §

d *Reliquerit heredem.* § *In solenni ac legitimo testamento.*

e *Neque tabulas.* § *Amplificatio est priorum, quòd etiam Princeps sicus quilibet alius priuatus, ex testamento minus solenni & imperfecto heres institutus, nunquam possit hereditatem adire, non obstante, quod Princeps dicatur legibus solutus* [l] *eße.*

f *Ob eam causam.* § *Id est litis causa: vel ut testamentum non solenniter factum ualeat.*

g *Licet enim.* § 6 *Sic & alibi* [m] *legimus:* § *Digna uox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri.* § *Et Paulus:* [n] § *Ex imperfecto,* § *inquit* § *testamento legata & fideicommissa Imperatorem capere uerecundum est, decet enim tantæ maiestatis eas seruare leges, quibus ipse solutus esse uidetur.* § *Diuus Alexander:* [o] § *Ex imperfecto testamento nec Imperatorem uendicare posse sępe constitutum est.* § *Vtroque vero elegantius Papinianus.* § *Nam quę facta (inquit) lędunt pietatem, æstimationem, uerecundiam nostram, nec facere nos poße credendum est.* § *Rursus idem Alexander:* [p] § *Nihil tã proprium imperii est, quàm legibus viuere.* § *Hęc & consimilia iura verè diuina, Principibus nostris inculcanda essent potius, quàm illa adulatorum uox:* § *Quod principi placuit, legis habet uigorem.* §

f l. si & rem. §. illud de pet. her.
g Hęc orationis pars ad pręcedentem. §. pertinet.
h Vt in hoc §.
i l. pen de hær. instit.
k l. ex hoc edicto §. 1. de alienatione iu dicii mut. cau sa facta
l princ. de leg.
m l. dig vox. C. de leg.
n l. ex imperf. de leg. 3.
o l. ex imperfecto C. de test.
p d. l. ex imperfecto. C. de test.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO. TIT. XVIII.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Testamentum inofficiosum quod dicatur.*

3 *Natura liberis defertur successio paterna.*
4 *An parentibus vicissim liberorum debeatur hæreditas.*
5 *Querela inofficiosi testamenti quid?*
6 *Officij significatio.*
7 *Inofficiosus parens, inofficiosi liberi.*
8 *Querelam inofficiosi, & petitionem hæreditatis simul institui posse, vel etiā separatim.*

Superiorē § 1 titulo dictum est, quomodo testamentum iure factum infirmetur ipso iure, sine facto hominis. Sed quia sæpe fit, quòd testator firmum & solenne post se relinquat testamentum, tamen in eo sine causa aut exhæredet aliquem, quem tenebatur instituere, aut tacitè & nulla ipsius facta mentione prætereat, ideo congruo loco sequitur § de inofficiosi testamenti querela, § qua tales exhæredati vel præteriti petunt, officio iudicis implorato, eiusmodi testamentum tanquam iniustum declarari & rescindi. 2 Est autem § inofficiosum testamētum, quod contra pietatis officium factum est: 3 cum ratio naturalis, veluti lex quædā tacita, liberis parentum suorum hæreditatem adiciat, ad debitam eos successionē uocando. [a] *4 Quemadmodum & pari pietatis obsequio, parentibus hæreditas liberorum debetur, si cōtingat ipsos sine hæredibus & descendentibus & proximioribus decedere. Parētes. n. & liberi sibi ipsis mutuum debent officiū* [b] *ac pietatem: quare etiam in testamentis se mutuò obligantur instituere, quæ institutio si fuerit omissa, competit præterito uel iniustè exhæredato querela inofficiosi testamenti, Quanquam autem hoc modo, quod § inofficiosum § dicatur testamentum, in quo testator contra officium suum, quod alteri debebat, fecit, multa inofficiosa testamenta futura sint, veluti quibus amicis & bene merentibus nihil relinquitur, quod olim in inhonestum putabatur, ut ex Philippicis & Suetonio constat) tamen per excellentiam ea demum § inofficiosa § dicta sunt, quibus officium in liberos & parentes neglectum est. Nā qui erga eos inofficiosus est, in semetipsum quodammodo inofficiosus & inhumanus videtur. 5 Est igitur § querela inofficiosi testamenti § subsidiarium* [c] *remedium, quo petit quis, ut iudex testamentum rescindat ex officio suo, quasi contra pietatis officium conscriptum.* [d] *& quasi non sanæ mentis testator fuerit, quia vel in suos liberos iniurius, uel in suos parentes impius* [e] *fuerit. 6 Sic enim § officium § inter alia significat pietatem illam, quā sanguine nobis & necessitudine coniunctis natura debemus. 7 Et ideo § inofficiosus § dicitur parens, qui sanguinis ex sese procreati, & pietatis obliuiscitur, quod uicissim de liberis est intelligendum, eos § inofficiosos § dici, si parentum suorum testando non meminerint. Porrò § querela inofficiosi testamenti § interdū actio, interdum etiam accusatio* [f] *nominatur. 8 Potest etiam simul institui § querela inofficiosi, & petitio hæreditatis: §* [g] *vt scilicet testamento inofficioso per sententiam iudicis rescisso, hæreditas restituatur, ab instituto hærede ipsi filio. Quæ copulatio actionum compendiosa est, quanquam & seorsum accusari testamentum potest, & deinde peti, vel repudiari* [h] *hæreditas.*

a Iccum ratio, ff. de bonis damnat. l. scrip. unde lib.
b l. 1. de obseq. a lib. & libert.
c § tam aut. inf. eod. l. nihil interest. h. tit.
d l. 2. de inof. test.
e l. 1. & passim. de inoff. test.
f l. 3. l. 8. l. 11. l. 21. & l. 27. C. de inof. test. & l. 6. l. 22. & l. 27. ff. eo. tit.
g Notat. in l. q. de inoffi. dict. tit. & l. 1. C. e.
h l. nam & his; dict. tit.

Princip. tit.

1 *Querela inofficiosi quare introducta.*
2 *Omnibus liberis querela inofficiosi competit.*
3 *Liberorum uoce etiam nasciturі continentur.*
4 *Querela adita demum hæreditate datur.*
5.6 *Et ad eam proponendam quinquennium præstituitur, hodieque etiam non præparata transmittitur.*
7.8 *An & quando hodie querela inofficiosi agatur.*
9.10 *Color dementiæ an hodie prætendi possit, vt olim.*
11 *Legum correctio euitanda.*
12 *Parentibus querela inofficiosi conceditur contra liberos.*
13 *Et quando hodie locum habeat.*
14 *Pater querelam & contra tabulas simul habet.*
15.16 *Fratres & sorores an querelam habeant, & de differentia inter fratres germanos, consanguineos, & vterinos.*
17 *Turpes personæ quæ sint.*
18 *Tres causæ, ob quas turpis persona fratri præfertur.*
19 *Iure nouiss. fratres cum parentibus succedunt ab intestato.*

a Quia plerumque parentes sine causa liberos suos exhęredant, uel omittunt: inductum est, b ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur, aut inique se exhęredatos, aut inique pręteritos: c hoc colore, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quasi uerè furiosus sit, sed d rectè quidem fecerit testamentum, non tamen e ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit, f nullum testamen-

stamentum est. Non autem liberis tantum permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam g liberorum parentibus. h Soror autē & frater, turpibus personis scriptis heredibus, i ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes hæredes agere possunt. Vltra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, k aut agentes uincere.

Quia. § 1 *Exponit mox à principio huius tituli Imperator, quæ fuerit § querelæ inofficiosi testamēti § introducendæ occasio, nempe iniuria parentum erga liberos: qui plerunque sine causa eos vel exheredant, vel prætereunt nouercalibus delinimentis, instigationibusue* [a] *corrupti. Deinde subuectit, quibus testamentum uelut inofficiosum dicere atque impugnare permissum sit.* 2 *Et primum competit omnibus liberis vtriusque sexus naturalibus & legitimis, item legitimis tantum, siue de paterno siue materno testamento, in quo dicant se inofficiose exhæredatos, uel præteritos, agāt.* [b] *Sed & posthumis agere contra parentum testamēta licet.* 3 *Quia § liberorum § appellatio omnibus descendētibus cōuenit,* [c] *etiam nascituris.* 4 *Non tamen agunt liberi, nisi adita prius hereditate: antea enim non est, contra quem agant, quiue iudicium defuncti defendant.* 5 *Ad querelam autem proponendam quinquennium præstitutum est cōtinuum, a tempore aditæ hæreditatis computandum, quod etiam ignoranti currit.* [d] *Quòd si scriptus heres nimis differat aditionem, § officium iudicis § inuocari potest, vt constituatur certum tempus, intra quod adeat hæreditatem: quo elapso cogetur ad adeundum, aut prorsus repelletur.* [e] *quanquam autem iure ueteri, si nō erat præparata per filium, cessabat filio* [f] *mortuo:* 6 *hodie tamen ad suos transmittitur, etiam non præparata.* [g] *Diciturq; § præparari § per comminationem, denunciationem, libelli dationem, & si bonorum possessio gratia litis agnoscenda postulata fuerit.* [h]

b *Vt de inofficioso testamento agere.* § 7 *Sed an etiam hodie querela inofficiosi testamenti sit necessaria, dubitatum est: cum iure Nouellarum tam curiosè prospectum sit liberis instituendis, nec sine legitima causa exhæredandis. Nam aut iustè exheredantur liberi: & frustra tentabunt accusationem testamenti, aut iniquè exhæredati sunt, vel præteriti: et testamentum ipso iure corruit,* [i] *nec rescissione opus est. Qua ratione Martinus, § Querelam inofficiosi testamenti § inter ascendentes & descendentes penitus hodie cessare dixit.* 8 *Alij* [k] *vero communiori sententia distinguunt. Aliàs enim parentes in testamento suo exhæredant liberos, nulla adiecta legitima causa, aut prætereunt eos, nulla planè facta eorum mentione, & hoc casu testamentum non subsistit.* [l] *Alias exheredantur liberi inserta legitima & uera causa, quam hæres institutus probare potest, & tum quid profuerit frustra accusare testamentum, quod tandem non sint expugnaturi? Aliàs denique exhæredatio fit legitima causa inserta, quam tamen liberi bona conscientia negare possunt, quoniam uera non est, nec potest ab instituto hærede probari. In hac specie necesse erit filio exhæredato, § Querelam inofficiosi instituere, heresq; scriptus tenebitur probare causam insertam: quod si non fecerit, testamentum rescindetur. Quemadmodum & tum opus § est Querela, § cum frater testamentum fratris, in quo turpis heres sit institutus, expugnare voluerit.*

c *Hoc colore.* § *Hoc prætextu, siue titulo, ut Marcellus* [m] *appellare uidetur. Est aūt hic locus ex Martiano* [n] *descriptus.* 9 *Ex quo discere oportet, querelæ inofficiosi eum colorem fuisse, quasi nō sanæ mentis testator fuerit, cū testamentum ordinares. Hodie tamen Bartulus eū colorem non amplius prætendi posse putat, cum (ut paulò ante dictum est) non aliter querela competat, quam si legitima causa sit inserta: quod quidem cum sit obseruatum; demens videri non potest testator, sed probè sapiens: quippe qui secundum legis præscriptum uoluntatem suam* [o] *ordinarit.* 10 *Contra Fulgosius* [p] *adhuc priscum illū colorem dementiæ prætexi censet aduersus parentem, qui filio falsam causam exhæredationis in testamento obijcit: cui accedo, ea potissimū* [q] *ratione: quia si non probatur causa testamento inserta, falsa sane præsumitur: si falsa est, contra officium pietatis fecisse patrem constat, qui ex falsa causa filium hæredem scripserit.* [r] *Porro non discernere, quid sit officiū paterni, propè furiosi esse uidetur. Hūc accedit, quòd illam dementia fictionem sublatam esse a Iustiniano nuspiā legitur, quare eā permanere dicemus:* 11 *præsertim cum legum correctio vbique sit euitanda* [s] *Hunc tamen furoris colorem ex noua lege:* [t] *ad institutionem restrictum esse non negarim, quasi cetera testamenti capitula lex a sano facta iudicet.*

d *Rectè* § *Quo ad sollemnitates Iuris ciuilis.*

e *Ex officio pietatis.* § *Qui sanguinis ex se procreati, & pietatis obliuiscitur, & liberis sine causa inuidet bona à Deo sibi donata, contra naturam, iuxta illud Apostoli.* § *Si filius, ergo hæres.* § *Immò uiuo quoque patre filius quodammodo rerum paternarum dominus existimatur.* [u]

f *Nullum testament.* § *Sicque rescissione nihil opus habet: quia quod est inualidum & nullum, non dicitur rescindi.* [x]

g *Liberorū parentibus.* § 12 *Secūdo cōceditur parentibus vtriusque sexus, si a liberis exhæredes fiant, aut tacitè prætereantur, de inofficioso disputare.* [y] *Quamuis enim parentibus hæreditas liberorū nō debetur, propter votū parentum, & naturalem erga filios charitatem: attamen si turbatus mortalitatis ordo fuerit, sit quod liberi ante parentes sine heredibus descendentibus & proximioribus decedāt, nō minus parentibus, quā liberis piè relinqui debet: vt Papinianus* [z] *inquit:* 13 *Sed hic rursus tū locus erit Querela hodie, si causa exhæredationi annexa sit, & in eius probatione deficiat scriptus hæres. Nā si parētes*

a l. 3. & 4. de inoffic. test.
b l. nam & his. h. t. § si aūt. inf. eod.
c l. 220. liberorū de verb. sign. Bar. hi quin item de leg.
d l. si quis filiū i. § vbi Iust. & l. scimus. § illud. & § pen. C. eod.
e d. l. scimus. § vltim. C. eod.
f l. post. § fi. cū l. seq. eo. tit.
g d. l. scimus.
h d. l. postu. in fi. & l. Papin. § hoc tit.
i l. 1. & fi. de iniusto rupto, &c.
k Dd. l. nā etsi his. & fi. h. t. & Aut. ex causa C. de liberis præteritis. & c. in l. de test.
l l. vlt. C. de lib. præt.
m in l. Sulp. de don. inter virum & vxo.
n l. hoc colore. de inoff. test.
o Bald. laud. de inof. test. & l. ad tur. codic.
p In d. Auth. ex causa.
q Vigl. hic late.
r l. 3. & l. 5. h. t.
s l. fancimus. C. de test.
t l. præcipimus. C. de appell.
v § fin aūt. infr. tit. prox. seq.
x l. nā etsi. de iniust. rupt. test.
y Hic. & in l. 1. eo.
z d. l. nā etsi. h. ipso tit.

vel prætereantur à liberis, vel sine causa exhæredentur, testamentum ipso iure nõ ualet; [a] vt & supra diximus. Excipiuntur tamen bona castrensia, uel quasi castrensia, quæ huic Querelæ nõ [b] subiacet. 14 Porrò quòd nonnulli dubitant, an patri preterito querela inofficiosi detur, cum ordinariam habeat remedium bonorum possessionis contra filij [c] testamentum & hoc omnino vanũ [d] esse Viglius demostrat. [e] Et si. n. pater habeat ex emancipatione bonorum possessionem contra tabulas: id tamen non debet tollere vsum melioris iuris, videlicet querele inoficiosi: quæ non modo certam partem, vt illa bonorum possessio, sed & totã hæreditatem euincit [e] patriq; etiam competit alio nomine, nempe quia pater [f] est, quàm illa bonorum possessio, quæ propter emancipationem datur.

h Soror autem. § 15 Tertiò datur querela inofficiosi fratribus & sororibus: si tamen germani, id est, ex vtroque parente prognati sint, vel certè eundem patrem habuerint, qui § consanguinei § dicuntur. § Vterini § enim fratres, qui eandem matrem, & diuersos patres habuerunt, item & fratrum filij, licet fratribus ipsis in successione ab intestato hodie æquentur, [g] & vna cum patruis admittantur, querelæ beneficium non habent, meliusq; fecerint, si se sumptibus inanibus non vexent. [h] 16 Neque tamen aliter fratres et sorores de inofficioso testamento disputare possunt, quàm cum in testamento fraterno turpis persona fuerit instituta. 17 Turpes autem personas censere oportet ex Pandectarum titulo: § De his qui notantur infamia. § Omnes. n. iuris aut facti infamia laborantes, [i] turpes sunt. Quibus nonnulli usurarios etiam addunt. Quòd si & frater turpis sit, non dabitur illi querela cõtra testamentum fratris turpem personam instituentis: [k] quia nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego. Cũ ergo fratres de inofficioso agere non possint, nisi turpibus personis institutis, consequitur inter ipsos non opus esse exhæredatione. vt quorum præteritio non infirmet testamentum.

i Ex sacris constitutionib. § Nempe Constantini [l] Imp. quod procedit, etiamsi quid eis in fratris testamento relictum [m] sit. 18 Sunt tres tamen causæ, ob quas fratror aut sorore exhæredari, etiam turpi persona instituta [n] potest: puta si per insidias fratri mortem intentarit, aut criminalem illi accusationem dictauerit, aut uniuersa cum substantia exuere studuerit. Hæ tamen causæ ab intestato nihil nocent fratri successuro. [o] Sanè Iustinianus tantum hic de successione ex testamento agit. Cæterum in successione legitima non minus tribuitur fratri, quàm parentibus: nam iure 19 Nouellarum ab intestato fratres cum parentibus [p] succedunt, atq; etiam fratrum filij cum patruis. [q] Vnde consequens est, cum parentes fratresq; proposita inofficiosi querela resciderint testamentum, & rem reduxerint ad causam intestati, id prodesse fratribus, fratrumque filij, vt simul tanquam ab intestato succedant. [r] omnino enim tum intestatus videtur [s] defunctus.

K Aut agentes uincere. § Obstat enim ipsis exceptio, istius iuris exercitiũ ad eos nihil attinere. [t] quæ tamen exceptio, si non fuerit opposita, viceritq; cognatus, & sibi & alijs ab intestato venturis prodesse valebit: licet extraneo nihil prosit [u] sua victoria.

§. Tam autem.

1 Legitimi tantum inofficiosi querelam habent.
2 Naturales tantum contra matris testamentum querelam habent, non contra patris: & quæ sit diuersitatis ratio.
3 Querela inofficiosi est remedium subsidiarium: & non datur, nisi in subsidium.
4 An & postumis querela inofficiosi detur.
5 Hodie postumus omnino nequit exhæredari.

a Tam autem naturales liberi, quàm secundum nostræ constitutionis diuisionem adoptati, ita demum de inofficioso agere possunt *b* si nullo alio iure, ad defuncti bona uenire possunt. Nam qui ad hæreditatem totam, vel partem eius alio iure ueniunt, de inofficioso agere non possunt. *c* Postumi quoque qui nullo alio iure uenire possunt, de inofficioso agere possunt.

a Tam autem naturales. § Amplificatio est ad principium huius tituli, annexum habens temperamentum. 1 Neque enim solum naturales & legitimi filij, ex iustis scilicet nuptijs progeniti, sed etiam legitimi tantum de inofficioso patris testamento agere possunt, quod de his accipiendum est, qui ab auo paterno maternoue adoptati [a] sunt. Accursius adoptatos etiam pro arrogatis hic exponit, quasi & hi Querelam inofficiosi habeant: cum tamen alio ipsis remedio consulatur. Habent enim quartam ex constitutione [b] diui Pij Imperatoris. 2 Naturales uerò tantum contra patris testamentum querelæ beneficio carent, contra matris uero non carent. Ait enim [c] Vlpianus, § De inofficioso testamento matris spurii quoq; filij dicere possunt. § Diuersi iuris ea est ratio, quia cum talis filius demonstrare patrem nequeat, noluit lex eum contra patris voluntatem succedere: ad querelam ergo inofficiosi eum non admisit. Sed cum mater semper sit certa, [d] aliter in ea lex [e] disposuit. Si tamen ex tali coitu, qui accusari posset, prognati sint, denegabitur illis etiam contra matris testamentum. [f] Querela.

a satis §. sancimus itaque Nou. vt cum de ap. cog.
b l. vlt. C. h. tit. d ixi. §. illis aũ. su. d mil. test.
c ff. si q s a parẽte ma. fuerit l. 1. vide Dd. ĩ l. pater filiũ h. t.
d hic nu. 5. & 6.
e d. l. pater filiũ
f d. l. 1. §. liberos siq s a pa. mã.
g Aut. cessante C. de leg. hær.
h l. fratres. C. de inof. te. l. ff. e.
i Fab. hic glo. s. l. nullam. C. ex qb. caus. infa. irrogetur.
k l. si arenã, & ibi Dd. C. h. t. facit l. qm C. de hæret.
l In d. l. fratres.
m l. 3. Paconius ait. si a parente quis ma.
n §. ingratitudinẽ. Nouel. d nupt.
o l. cognatis. vn de cog. glo. 2. & Dd. in d. l. fratres.
p Aut. defũcto. C. ad Tertyl.
q d. Aut. cessãte
r Fab. & ang. hic licet Vigl. dubitet.
s l. postu. §. si q s ex hic hoc tit.
t l. fratris uel sororis. C. eo. ti.
u d. §. si quis ex his. & ibi Dd.
a l. cũ in adoptiuis. C. de adoptio. §. sed hodie sup. eod.
b l. si arrogator. su. d adoptionib. l. Pap. § si quis impubes de inoff. test. & §. cum autem impubes vbi dixi sup. de adop.
c l. si susp. §. 1. h. tit.
d l. quia certa. de in ius uocando.
e Ita videtur sensisse glo. uerbi admitt. in §. nouissi. inf. ad O. phicia.
f De quo in §. si aduersus. sup. de nup.

b Si

b *Si nullo alio iure.* § *Limitatio est præmissi dicti:* 3 *Eatenus enim filij aditum ad Querelam habent, quatenus alias nullo alio iure ad defuncti bona venire possunt: nam si alio iuris remedio iuuentus, querelæ locus non erit, propter veterem Iuris regulam, quæ dicit, ei qui communi auxilio & ordinario iure vti potest, non debere tribui subsidiarium & extraordinarium auxiliũ, præsertim si sit odiosum,* [g] *vt est,* [h] *Querela.*

c *Postumi.* § 4 *Alia ampliatio: nedum enim nati iam liberi, sed etiam nascituri, id est, postumi de inofficioso testamento disputare possunt: quod iure veteri obtinebat, quando expresse exhæredabantur. secus sic simpliciter in testamento fuerant præteriti: tum enim postumi agnatione testamentum ipso iure* [i] *rumpebatur.* 5 *Hodie Nouellarum iure omnino non potest exhæredari postumus, cum in eum nulla cadat ingratitudinis causa, vt alibi* [k] *annotauimus.*

g l. in causæ. 2. de minor.
h l. maximũ uitium. de liberis præteritis.
i l. si quis 1 suo C. h. t. Dixi in §. postu. sun. de exhær. lib.
k in d. l. postu.

§. Sed hec ita.

1 *Olim quando locus fuerit Querelæ inofficiosi.*
2 *Legitima liberorum qualis olim fuerit.*
3 *Legitima hodie est triens, vel semis secundum numerum liberorum.*
4.8. *Hodie si quid relinquitur in testamento, agitur ad supplementum.*
5.6. *De actione ad supplementum: & ea quamdiu duret, num. 7*

a Sed hec ita accipienda sunt, b si nihil eis penitus a testatoribus testamento relictũ est. quod c nostra constitutio d ad uerecundiam naturæ introduxit. Sin uerò quantacunque pars hæreditatis uel res eis fuerit relicta, de inofficioso querela quiescente, e id quod eis deest, usque ad quartam legitimæ partis f repleatur, licet g non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.

a *Sed hæc.* § *Quæ scilicet dicta sunt hactenus de liberis & parentibus. Querela inofficiosi agentibus. de his enim tantum agit Iustiniani constitutio, cuius text. hic meminit.*

b *Si nihil eis.* § 1 *Iure tamen Pandectarum competebat liberis Querela inofficiosi non modo exhæredatis, vel planè præteritis, sed etiam, cum aliquid eis in testamento parentum, minus tamen legitima relinqueretur.* 2 *Legitima autem erat quarta pars eius, quam quisque ab intestato erat habiturus.* [a] *nempe quadrans eius partis hæreditariæ, quæ si paterfam. intestato decessisset, ad eos peruentura erat: qui quadrans liberis uel inofficiose exhæredatis, vel minorem in partem institutis, quàm quantus ille esset, eo iure attribuebatur: ueluti si duo erant filij, quia legitima cuiusque pars ab intestato erat semis, idcirco sescuncia illis attribuebatur,* [b] *quæ semissis pars quarta est. Quarta autem hæc legitima vulgo appellatur, opinor, quia ad Falcidiæ legis instar inducta est, vt Iulianus* [c] *aperte ostendit.* 3 *Postea verò Iustinianus legitimæ istius rationem immutauit, ut esset triens vel semis secundum numerum liberorum. Nam si quatuor sunt liberi, vel pauciores, ex bonis defuncti tertia pars: si uerò quinq; sint, aut numero plures, tunc bonorum dimidium in legitimam debetur, ex æquo inter eos, qui capaces sunt, facta diuisione.* [d]

c *Nostra constitutio.* § *Quæ lib. 6. C.* [e] *extat.*

d *Ad verecundiam naturæ introdux.* § *Etsi enim parente impiè filios prætereunt, filij tamen non possunt non impudenter videri parentum conuellere* [f] *iudicia. Sanè laudatur a Valerio Maximo* [g] *Aphronia probissima Ebutiæ filia, quòd præterita, testamentum matris patientia honorare, quam iudicio conuellere sanctius putauit.* 4 *Induxit ergo Iustinianus, vt hodie inofficiosi querela cesset, si vel modicum aliquid liberis relinquatur, etsi legitimam non efficiat: cum olim (vt dixi) si minus legitima relinquebatur, Querela competeret.*

e *Id quod eis deest.* § 5 *Vel quia ab initio minus fuerit relictum: vel quod relictum erat, ab initio quidem sufficiebat ad legitimam, sed postea per euictionem, aut per Falcidiam, seu alio quocunque modo deminutum* [h] *fuerit. Semper enim hodie, cessante Querela, & expugnatione testamenti, agendum est ad supplementum pro testamentis conseruandis.* 6 *Et hanc vulgo uocant* § *actionem* § *vel* § *supplementum legitimæ.* § *Nec refert hoc iure, vtrum acceperint liberi id, quod eis relictum fuerit, an uoluerint agnoscere, donec suppleatur.* [i] *Imò si hæreditati parentum renunciauerint, non tamen a petenda legitima portione excluduntur, nisi in specie huic legitimæ renunciatum ab eis fuerit, uel iusiurandum accesserit, quod vim nominatim renunciationis* [k] *habet.* 7 *Porrò hæc* § *ad supplementum* § *actio non quinquennio (vt Querela* [l] *) finitur, tametsi id uoluit Bart.* [m] *sed triginta annis durat:* [n] *quod tempus omnibus personalib. actionibus tributum* [o] *est: atque ad hæredem non præparata etiam transmittitur.*

f *Repleatur.* § *Ex defuncti scilicet parentis hæreditate, idque damno solius hæredis scripti: modo salua sit ei sua illa portio, supra quam non potest grauari: alioqui ad supplendam legitimam aliquid detrahetur etiam legatis.*

g *Non fuerit adiectum.* § 8 *Imò etsi adiectum sit, ne quid peteretur supplementi nomine, quoniam hãc*

a l. Papin. §. quoniam. h. tit.
b l. Papian. §. si quis. & l. si nõ mortis. ff. h. ti.
c Nouell. 58.
d Nouell. de triente & semisse. §. hæc nos. & Auth. nouiss. C. h. t.
e l. omnimodo. C. de inof. test.
f Viglius hic.
g lib. 7. c. 8.
h d. l. omnimodo in princ.
i l. si quando. l. & gener. C. e.
K Nota. in d. l. & generaliter, probatur, §. hæc autem vt cum de appel. cognos.
l l. scimus. §. illud præterea. C. eod.
m In l si quis filium. C. de inoffi. test.
n Ias. d. l. si quis filium. Dec. consil. 303.
o l. sicut. l. cum notiss. C. de præscrip. 30. an.

repletionem prohibere testator non [p] potest. Et quanquam aliquis, quod sibi relictum est, agnouerit, non ideo tamen ab hoc supplementi beneficio [q] excluditur.

p l. si quando §. fin. hoc tit.
q d. l. si quado. § generaliter.

§. Si tutor.

1 *Primus casus huius §.*
2 *Dubitandi ratio, decidendique, ad hunc §.*
3 *Tutela est munus necessarium.*
4 *Adprobatione testamenti uoluntaria Querela amittitur: necessaria non item.*
5 *Secundus casus in hoc §.*

Si tutor *a* nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamẽto patris *b* sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere. *c* Sed si è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

Duo casus ꝫ hoc §. explicantur, eandem ferè dubitandi decidendiq; rationem cõtinentes. Videamus priorem. 1 Habebam ego in potestate filium Flaccum, qui pupilli cuiusdam tutor erat. Moriens ego aliũ haeredem scripsi, & filium meum exhaeredaui: porrò pupillo, cuius is tutor erat, legatum dedi: me defuncto, filius meus legatum, quod pupillo relictum erat, pupilli nomine exegerat, quo soluto uolebat postea de inofficioso agere proprio nomine: cum se nihil ex paterna haereditate habuisse diceret, quaerebatur, an illi Querela competeret? 2 Dubitãdi causa fuit, ꝙ qui semel testamentum adprobauerit, non possit deinde idem [a] impugnare. Adprobauerat autem tutor testamentum paternum per acceptionem legati, nomine pupilli sui, itaque a querela praescriptione submouendus uidetur. [b] Verum contrarium hic decisum est, nihilominus tutorẽ posse deinde suo nomine de inofficioso agere. Neq; huic decisioni obstat praedicta ratio, quia procedit, quando quis legatũ acciperet sibi ipsi, uel filio suo, aut ẽt alteri relictum, tanquam aduocatus seu procurator ipsius, & sic nomine uoluntario, tum. n. censeretur comprobasse testamentum. Secus est, quando quis nomine exegit necessario, ut tutorio uel curatorio, quia tum non uidetur testamentum confirmasse, sed necessitas ipsum excusat. 3 Est. n. tutela munus, quo quis necessitate [c] astringitur, & officium tutoris est, nihil praetermittere, unde pupillo commodum [d] acquiratur. Vnde dicendum, diuersum ius esse inter aduocatũ, seu procuratorem, & tutorem, quod vbertim Interpretes [e] suo loco explicant. 4 Item discendum, adprobatione testamenti uoluntaria Querelam inofficiosi amitti, necessaria non item. Neque excusaret in proposito aduocatum, quòd non ex su[a], sed clientis persona adprobet: cum tacitus eius consensus ex uoluntario officio colligatur, licet Accursius [f] aduersari uideatur. Aitq; Baldus, [g] quòd praestans patrocinium, ut testamentum vel donatio insinuetur, non possit deinde cassationem petere etiam suo nomine. Si tamen quis iussu magistratus praestiterit, puto ob parendi necessitudinem vel contestationem eum excusari. [h]

a l. parentib & ibi. Dd. C. h. tit.
b l. nihil interest, & ibi Bar. & l. si pooas. § 1 h. t. & d. l. parentibus.
c §. 1. sop. de excus. tut.
d ff. per tot. de tut. & rat. d.
e l si. h t. & l. ad uersus. §. 1. eo dem tit.
f gl. hic in fine
g In d. l. fin.
h Porcius hic, facit l. prouidẽdum. C. de post. cum similibus.

a *Nomine pupilli.* ꝫ *Et sic nomine tutorio.*
b *Sui.* ꝫ *Ipsius tutoris.*
c *Sed si e contrario.* ꝫ 5 *Priorem casum Imperatoriam inuertit. Impuberem ego filium habebam, quem alio quodam haerede instituto, exhaeredem scripsi legaui item Titio cuidam centum solidos, quem impuberi testamentarium tutorem dederam, aut. Praetor dederat, aut lege ad tutelam uocabatur. Titius tutor, nomine pupilli, me mortuo, de inofficiose egit, & succubuit, fortè enim iustè exhaeredatus fuerat pupillus. Postea hic idem Titius legatum sibi relictum à scripto haerede petit, uidebatur repellendus, ut qui semel testamentum impugnasset per Querelam. Verum quia hoc tutorio, & sic necessario nomine fecit, nihil est, quod ei fraudi esse debeat.* [i] *Est enim eadem decisionis causa, quam supra diximus in priori casu.*

i text. l. aduersos. §. 1. & ibi Doc. h. tit.

§. Igitur.

1 *Querela inofficiosi quando olim competierit, & quando hodie locum habeat:*
2. 3 *Legitima liberis relinquenda hodie titulo institutionis, & quae sit ratio.*
4 *Ius accrescendi inter haeredes tantum locum habet.*
5 *Titulus institutionis requiritur etiam in parentibus.*
6 *Quibus casibus non requiratur titulus institutionis.*
7 *Legitima parentum an etiam aucta sit iure nouiss.*
8 *Ad aestimandam legitimam tempus mortis respiciendum est.*
9 *Quae sint in legitimam computanda.*

Igitur quartã debet quis habere ut de inofficioso agere nõ possit; *a* siue iure haereditario siue iure legati, uel fideicõmissi, vel si mortis cã ei quarta donata fuerit. uel inter uiuos: *b* in ijs tantũ modo casibus, quorum mentionem facit nostra cõstitutio, *c* uel alijs modis,

qui

qui in nostris constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus ita intelligẽdum est; vt siue unus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamẽto permittitur: vna quarta eis dari posſit, vt ea pro rata eis distribuatur.

1 *Loquitur* § *Imperator hoc loci secundum iuris antiqui dispositionem: quo iure ad excludendam Querelam inofficiosi, necesse erat, Quartam relinqui ex iudicio testatoris integre:* [a] *hodie dũmodo aliquid sit relictum, cessante querela & expugnatione testamenti, agendum potius est ad supplementum. Neque enim nunc aliter competit querela, quàm cum nihil omnino relictum fuit. Quartam igitur quis habere debet uel ex defuncti iudicio, vel legis repletione, vt de inofficioso agere non* [b] *possit: sicq; nihil pugnat hic §. cum suprà dicta Iustiniani constitutione.* [c]

2 *Siue iure hæred.* § 2 *Hoc enim iure (sicut et* [d] *veteri) nihil ferebat, quoniã titulo haberẽt liberi legitimam, siue iure institutionis, uel legati, aut quoquo alio modo: tametsi Iulianus etiam olim institutionẽ* [e] *exegerit. Hodie verò iure nouellarũ* [f] *constitutum est, ut nisi parentes relinquant liberis legitimam titulo institutionis, testamentum non ualeat, nec sit opus expugnare per querelam.* 3 *tum quia hic titulus sit honorabilior* [g] *filio: tũ quia propter ius accrescendi sit vtilior. Filio nãq; instituto si cohæres sit datus, qui repudiet hæreditatem, eius portio iure accrescendi filio adijcietur. Quòd si filio legati titulo quippiam relinqueretur, nihil ei accresceret:* 4 *cum inter hæredes tantũ, non etiam legatarios ius accrescendi locũ habeat.* [h] 5 *Sic & contra liberos oportet parentibus legitimã suã relinquere titulo institutionis: in quã sententiam crebrius* [i] *itũ est, ut una atque eadem ratio sit inter patrem & filium, auum & nepotem, ac cæteros liberos ac parentes.* 6 *Sũt tamen casus aliqui in quibus hic titulus omitti potest: veluti si paterf. inter solos liberos testetur, aut adscripta sit testamẽto clausula codicillaris, uel ea, quæ significet uoluiße testatorem suas tabulas quo meliori cunq; modo ratas* [k] *haberi. Cæterũ quartam seu legitimam liberorum hodie trientem uel semissem esse, secundum numerũ liberorum, suprà* [l] *admonuimus.* 7 *Eodẽ modo aucta est hodie ascendentium seu parentum legitima, ex communi Doctorum* [m] *sententia.* 8 *Ad æstimãdũ autem cuiusq; defuncti patrimonium, ut inde legitima colli possit, respiciendum est tempus mortis. Nam si ante uel post mortẽ bona crescant aut decrescant, id non* [n] *cõsideratur: idq; frequentius obtinuit.* 9 *Hinc et tractari poßet, quæ sint in legitimam imputanda, vel in supplementum legitimæ: verum ista ex plenioribus interpretum* [o] *commentarijs. ne nimium diffundamur, petenda relinquimus.*

b *In ijs tantum modo casibus.* § *Sunt enim quidam casus, vbi quæ donantur inter uiuos, non computantur in legitimam: vt si sint eiusmodi, quæ ad hæredes filij donatarij non transmitterentur.*

c *Vel alijs modis.* § *Vt si fuerit donatum dotis causa, aut propter nuptias. nam & id imputari in legitimam* [p] *constat.*

a Dixi in l. sed hæc ita su. eo.
b Vigl. hic.
c In d § sed hęc ita.
d l Papinianus. §. si qui mortis. h. tit.
e l. ita tamen. §. qui rogatur. ad Trebell.
f §. aliud quoque & ibi gl. Nou. vt cum de appell. cognos.
g l. filiũ quis. §. sed etsi portio de leg. præst.
h Dd. plenè i l. 1. C. quando non pet. part. Bar l. quoties C. d' inof. tes. & Aut. nouiss. C. d' inof. tes.
i Sal. in d. Auth. nouiss. fac. l. nam etsi parẽtib. in prin. h. tit. in § atque hæc quidem Nouel. vt cũ de app. cog.
k l. hac consult. §. ex imp. sec. C. de test. Ias. d. Aut. nouiss. Bar. l. 1. de iure cod.
l. d. §. sed hæc ita nu. 2.
m per l. nã etsi C. h tit.
n l. cum quæritur ibi mortis tpe. C. hoc nostro tit. fac l. etia § vlt. de de bo. libert.
o Mod. repetite in l. in tam. ad l. Falcid.
p l. quoniã Nouel. C. h. tit.

DE HAEREDVM QVAL. ET DIFF. TIT. XIX.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Qualitas pro cuiusque rei natura accipitur.*
3 *Hæredis nomen generale esse.*
4 *Hæredis nomen proprie accipi in hoc tit. & quas species habeat.*

Hactenus § 1 *multa de hæredibus uel instituendis uel exhæredandis dixit Imperator. Quia uerò hæredes natura qualitateq; differunt: id quomodo contingeret, subijciendum erat.* 2 *Sanè qualitatem etiam Quintilianus* [a] *cuiusq; rei naturã appellat.* 3 *Porò* § *hæredis* § *nomẽ latiore significatione ad quoscumque gradus* [b] *pertinet, omnesq; succeßores continet,* [c] *siue iure ciuili seu Prætorio, siue directè, siue per fideicommissum succedant: sed & qui particulariter succedit, non in certa re, hęredis appellatione significatur. Hinc consequenter quosdam* § *testamentarios,* § *quosdam* § *legitimos* § *quosdam etiam* § *honorarios dicimus.* 4 *In hoc autẽ titulo hæredis nomen diuiditur, prout propriè accipitur, & hæredum differentia, quæ hic explicatur, ad testamentũ maximè pertinet. Nam eorum qui instituuntur, alij sunt* § *necessarij,* § *uel* § *sui & neceßarij,* § *alij deniq;* § *extranei: de quibus singulatim præsenti loco tractandum est.*

a lib. 7. cap. 1.
b l. hęr. de verb. signif.
c l. hęr. appel. 1. de verb. sign.

Princip. tit.

1 *Tres eße partes huiu §.*
2.3 *Seruus proprius hæres institutus, fit necessarius: & quæ sit causa necessitatis.*
4 *In quibus seruis id non procedat.*
5 *Quod beneficium detur seruo, qui cogitur eße hæres.*
6 *Cautela, ne seruus eo benefic.o destituatur.*

a Hæredes autẽ aut necessarij dicunt̃, aut sui & necessarij, aut extranei. Necessarius hæres, est seruus hæres institutus. ideoque sic appellatur, quia siue velit, siue nolit, omnino post mor-

mortem testatoris *b* protinus liber & necessarius heres fit. Vnde qui facultates suas suspectas habent, solent seruum suum primo, aut secundo, vel etiam vlteriore gradu hæredem instituere: vt si creditoribus satis non fiat, *c* potius eius hæredis bona, quàm ipsius testatoris a creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos diuidantur. *d* Pro hoc tamen incommodo aliud ei commodum præstatur: vt ea, quæ post mortem patroni sui sibi acquisierit, ipsi reseruentur. Et quamuis bona defuncti non sufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non veneunt.

a *Hæredes autem.* { 1 *Tria facit Imperator in hoc principio: primò proponit, quis dicatur hæres necessarius: deinde cur sic dicitur: demũ quis sit huius hæredis vsus. Cum autem hæc prima hæredis species, ob sublatam inter Christianos seruitutem hodie propè sit sublata, nihil opus est de ea multa verba profundere. 2 Illud in summa sciendum, seruum proprium hæredem institutum necessarium dici hæredem ideo, quia uelit nolit, statim mortuo testatore et libertatem secundum eius voluntatẽ accepit.* [a] *& fit hæres.* { *Necessitatis autem causam præstat* [b] *& potestas dominica, quæ olim etiam ius uitæ necisq; in seruos tribuebat* [c] *qua de rè alibi* [d] *satis multa diximus, quæ huc referri possunt. 4 Huiusmodi tamen necessitas in quibusdam seruis non procedit, nam seruus fideicommissariam libertatem adeptus: item & is, quem testator hac lege emerat, ut manum itteretur: uel, qui propria data pecunia redemptus est, necessarius hæres non* [e] *fit, quod suis locis expenditur.*

b *Protinus.* { *Id est, statim a tempore mortis.*

c *Potius eius hæredis.* { *Vt sic defunctus omnem ignominiam effugiat, quæ ipsi ob bonorum suorum publicationem inuri posset, ut alibi* [f] *annotauimus.*

d *Pro hoc tamen.* { 5 *Habet ergo seruus hæres a domino institutus, pro hoc incommodo, qd etiã inuitus cogitur esse hæres, hoc beneficiũ, ut & liber fiat, & sibi aliquid acquirere possit, acquisitaq; sibi conseruet, nec ea possint creditores in venditionis necessitatẽ pertrahere, etiamsi defuncti bona ipsis non sufficiant.* [g] *Si tamen priusquam defuncti bona cum suis cõfusa ac permixtá sint, bonorum separationem impetrarit. Hanc enim confusione facta obtinere nequibit, nisi minoris ætatis beneficio* [h] *restituatur.*

a l. sed & si sub conditio. §. si. hæ. & l. ex parte de acq. hær. b l. in suis de lib. & posth. c §. 1. su. de his qui sunt sui vel alie. iuris. d §. licet. su. qb. ex caus. manu. non licet. e l. si seruo. & hæred. inst. l. u. q de manu. & l. si ea leg. C. si mã. ita fuer. alie. f In d. § licet. g l. 1. §. n. de separatio. h l. an prætor. §. nõ solum sutem. de min.

§. Sui autem.

1. 2 *Sui & necessarij hæredes qui sint.*
3 *Filius viuente patre est quasi dominus rerum paternarum: quo mortuo, continuatur in eum dominium.*
4. 5 *De suititis uocabulo: & suitas quid sit.*
6 *Filijfa. coguntur hæredes esse iure ciuili, etiam inuiti.*
7 *Filijfa. iure prætorio abstinendi beneficium habent.*
8 *Ius abstinendi an præiudicet iuribus suitatis.*
9 *Multiplex suitatis effectus, remissiuè.*

a Sui autem & necessarij hęredes sunt, uelut filius, filia, nepos, neptisue ex filio, et deinceps cæteri liberi, qui in potestate moriẽtis modò fuerint. Sed vt nepos neptisue sui hæredes sint non sufficit eum eamue in potestate aui morientis tempore fuisse: sed opus est, vt pater eius viuo patre suo desierit suus hęres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus a patris potestate: tunc enim nepos neptisue in locum patris sui succedit. Sed sui quidem hæredes ideo appellantur, quia domestici hęredes sunt, & viuo quoque patre quodam modo domini existimantur. Vnde etiam si quis intestatus moriatur, prima causa est in successione liberorum. *b* Necessarij vero ideo dicuntur, quia omnino, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento ex lege duodecim tabularum hęredes fiunt. *c* Sed his Prętor permittit volentibus abstinere hęreditate, vt potius parentis, quàm ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.

a *Sui autem necessarij.* { *Secunda hæredum species explicatur, nempe qui dicantur & sui & necessarij hæredes.* 1 { *Sui* { *autẽ* { *necessarij hæredes* { *sunt, qui in potestate testatoris tempore mortis existũt, ita ut nulla eos persona in gradu præcedat: ut Imp. hic satis declarat. Ait* [a] *aũt* { *Suos* { *ideo dici, quia domestici hæredes sunt: hoc tamẽ Græcè, Viglio cõmonente significantis est. οἰκεῖον enim illi & a domo deriuant significat aũt proprium.* 2 *Est ergo* { *suus hæres* { *quasi proprius, et dominatus, nõ aliunde accitus, quasiq; sui ipsius hæres.* 3 *Fingitur enim iure ciuili filius uiuente adhuc patre quasi dominus esse paternorũ bonorum, sicq; fictum habet dominiũ; siue* [b] *improperiũ, uel potius κατὰ ἐλπίδα, & in spe, vt Alciatus* [c] *appellat: ideoq; ipsi post obitũ patris nõ de nouo acquiritur, sed in illum continuatur* [d] *dominium, & ex fictitio fit uerum ac effectuale.* { *Suus* { *ergo hic ad dominiũ refertur,* [e] *ut & pro mortuo, suo possidere dicimus* [f] 4 *Et hãc sui hæredis qualitatẽ Græci, τὸ οἰκεῖον, nostri uulgò* { *Suitatẽ* { *nominant, nouo quidem & inusitato veteribus uocabulo, sed ad docendum tamen apto atque idoneo: in qua definienda valdè nonnulli laborarũt,* [g] *cũ ex coniugato vocabulo, hoc est,* { *sui satis eius significatio liqueat.* 5. *Alciatus rectè sic definit* 1 { *Suitas* { *est hæredum qualitas, qui primum in hæreditate paternæ locum obtinent, continuatio-*

a hic vers. sed sui quidem. b Portius. hic. c ls. 2. Patter. c. 15. d l. in suis. de lib. & posth. e Vigl. hic. f l. 1. pro suo. g In l. qui se pa tris. C. vnde liberi.

nem

nem dominij necessitatemque successionis inducens.

b *Necessarij verò.* § 6 *Quare etiam* § *necessarij* § *dicantur, attexit: ideo scilicet, quia seruorum instar etiam inuiti ex necessitate imposita à lege hæredes efficiuntur. Vnde illud,* § *Si filius, ergo hæres.* [h] *quod ob ius patriæ potestatis* [i] *in fauorem parentum introductum est, ne sine hærede moriatur.* [k] *Nam quē liceat occidere,* [l] *cur non & hæredem sibi facere liceat?*

c *Sed his Prætor,* § 7 *Hoc rigorosum necessitatis ius, impositum liberis a iure ciuili, Prætores æquitate sua mitigarunt. Nam cum viderent sæpe hac necessitate compulsos filios ob debita patrum ignominiosè a creditoribus tractari, satius esse statuerunt, patrem quàm filium, mortuum quàm viuum, non sentientem quam sentientem iniuria affici, vt Græcus* [m] *interpres ait. Ergo liberis abstinendi beneficium concessere, vt hæreditate paterna, si suspectam illam haberent, abstinere possint.* [n] *Et hoc est, quod in textu dicitur,* § *Prætorem permittere volentibus se abstinere hæreditate, &c.* § *Resoluit ergo Prætor* [o] *Suitatem, & ex necessario hærede facit voluntarium, si modo se se abstineat.* 8 *In his tamen, quæ ad sui hæredis utilitatem pertinent, ius abstinendi iuribus suitatis minimè præiudicat:* [p] *quia bono hæredis introductū est hoc beneficium, ideoque in eius dispendium retorqueri non debet.* [q] *Excipiuntur tamen ea commoda, quæ ab ipsa hæreditate proueniunt, & adiunctionem quandam ad damni oblationem* [r] *adferunt, qualia sunt, nomina in hæreditate reperta, quæ si hæres prosequi velit, etiam æri alieno dissoluendo obligabitur, ex consequentia necessaria.* 9 *Cæterum de multiplici Suitatis effectu hic quoque disputatur: ego illum articulum suis locis* [s] *benè discussum relinquo.*

h l. necessariis. de acq. hær.
i Vigl. hic.
k Porc. hic.
l Arg. l. fi. C. de pat. pot. & d. l. in suis. in fi.
m Ita Theoph. hic. & post eū Vigl.
n d. l. necessarijs & ibi Bart.
o Porc. hic & gl.
p Bal. de Pl. hic
q l. quod fauore. C. de leg.
r Cantiūc. hic.
s Dd. l. si filius qui patri. de vulg. dol. l. qui se patris, & l. filius, qui se paterna, de acq. hær. & l. ita de his qui ante apertas tab.

§. Cæteri.

1.5 *Hæredes extranei qui sint.*
2 *Extraneos dici ad differentiam suorum.*
3 *Extraneos tripliciter dici.*
4 *Egressus potestatem patriam per dignitatem, iura suitatis retinet.*

a Cæteri qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei hæredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, b qui in potestate nostra non sunt, hæredes a nobis instituti, extranei hæredes nobis videntur. Quia de causa, & qui hæredes a matre instituuntur, eodē numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos c non habent. d Seruus quoque hæres a domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus e eodem numero habetur.

a *Cæteri qui.* § 1 *Tertia hæredum species est, quòd quidam sint* § *extranei,* § *nempe hi omnes qui nō sunt sub potestate testatoris quemadmodum hic triplici exemplo Iustinianus ostendit, puta in filio emancipato, in liberis quo ad matrem, in seruo a testatore viuente manumissio, quia illi non sunt in potestate testantis.* 2 *Extranei ergo dicuntur ad suorum differentiam, quia non domestici sunt, sed ex alia familia ad familiā, idest hæreditatem* [a] *accersuntur. Quamuis Caius posteriore Institutionum* [b] *libro eos dicat extraneos, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur. Verum ipse ad cognationem respexit: Sed dum Suis opponuntur, hi omnes significantur, quibus sui heredis definitio* [c] *non competit. Quamobrem si quis vel defuncti voluntate, vel lege municipali prohibitus fuerit, aliquid in extraneum alienare, ex verisimili coniectura mentis de eo intelligendum putant Faber & Aretinus,* [d] *qui non est in eadem familia: etsi alioqui sit cognatione iunctus.* 3 *Ait quoque Baldus,* [e] *tripliciter extraneum dici, interdum respectu eius, in cuius potestate est, interdum filij, interdum vel agnati uel propinqui: hoc est (ut ipsius verbis vtar)* § *extraneus dicitur a suitate, a filiatione, & a cognatione.* §

b *Qui in potestate.* § *Idest, emancipati, vt Theophilus exponit: & rectè. Nam qui ex alia causa potestatis patriæ nexu liberati sunt, non habentur statim quoque pro extraneis.* 4 *Qui enim per dignitatem egressus est potestatem patris, nihilominus iura suitatis retinet.* [f] *Et posthumus quamuis est in potestate, suus tamen hæres patri agnoscitur.* [g]

c *Non habent.* § *Ac per consequens nec suos hæredes habent. Qua ratione* [h] *Paulus ad testamenta fæminarum, edictum* § *contra tabulas bonorum possessionis,* § *non pertinere dixit.*

d *Seruus quoque.* § *Hunc locum expressius supra* [i] *etiam Iustinianus explicuit.* § *Seruus* § *(inquiens)* *a domino suo hæres institutus, siquidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber: hæresque ei necessarius. Si vero a viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hæreditatem potest: quia non fit hæres necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequatur.* §

e *Eodem numero.* § *Nempe inter extraneos hæredes.* 5 *Quicunque ergo nullam testatoris morientis potestatem uel dominicam uel patriam agnoscunt, hi omnes extranei hæredes appellantur.*

a l. 30 § pronuncia § 1 de verb. sig. l. nā quod § fi. ad Treb.
b tit. 3. in fin.
c Viglius hic.
d Vide que hic.
e l. nemine pa tri. col. 11. 3. opp.
C. de col. fac. tex l. 1. § extraneorum, & ibi gl. C. de rei vxo. actio.
f Balduin. hic.
g § postumus sup. de exhær. lib.
h l. illud. § ad testam. de bon. poss. cōt. tab.
i § seruus autē. sup. de hær. instit.

§. In extraneis.

1 *Hæres extraneus tribus temporibus hæreditatis capax esse debet.*

2 *An hic §. de suis etiam & necessarijs hæredibus accipiendus sit.*
3 *Regula ex hoc §. desumpta.*
4 *Mutatio iuris quod hæredi non nocet, quomodo intelligendum.*

a In extraneis hæredibus illud obseruatur, ut sit cum eis testamenti factio, siue hæredes ipsi instituantur, siue hi qui in potestate eorum sunt. & id *b* duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem facti tempore, ut *c* constiterit institutio, mortis uerò testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, & cum adit hæreditatem, esse debet cum eo testamenti factio, siue pure, siue sub conditione heres institutus sit, nam ius hæredis eo maximè tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem. *d* Medio autem tempore inter factum testamentum & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio iuris *e* non nocet hæredi: quia (ut diximus) tria tempora inspici debent.

a in l. 49. si alienum. §. 1. de hæred. inst.

a *In extraneis.* } *Hoc responsum ex Florentino* [a] *sumptum est, & generale quoddam dogma ad extraneos hæredes instituendos continet.* 1 *Quilibet enim extraneus, cum quo testamenti factio est, qui hæres institui, seu hæreditatem ex testamento acquirere potest, rectè hæres in testamento scribitur, si tamen trib. temporibus hæreditatis capax esse demonstretur: videlicet conditi testamenti, mortis testatoris, & aditæ hæreditatis tempore.* 2 *Sed an illud in suis etiam & necessarijs hæredibus desideretur? Dubium facit, quia separatim ista de extraneis dicuntur. Verum Aretinus* [b] *suos quoque, item & necessarios, si quo tempore incapaces fuerint, frustra institui censet. Quod Viglius* [c] *non probat, aliud Florentinum in prædicto suo responso sensisse autumans. Differentia quippe inter suos, necessariosq; hæredes, & extraneos ea est, quòd non potest non esse cum suis, & necessarijs, quatenus ipsis suitas necessitasque cohæret, testamenti factio, cum extraneis autem est aliquando testamenti factio, aliquando non est, quapropter in ipsis necesse fuit tempora diuersa inspicere. Quòd si cum suis vel necessarijs aliquo tempore non fuit testamenti factio, sanè neque suos, neque necessarios eos tunc æstimare oportet.*

b Hic in glos. verb. mutatio & vide Dd. in d. §. 1.
c hic num. 2.

b *Duobus temporibus.* } *Additur postea & tertium, nempe aditionis, sed quod a testatore prouideri nullo modo potest, & ad eius solicitudinem non pertinet.*

c *Constiterit institutio.* } *Quæ valere utique non potest, si quis cum instituitur hæres, capax non sit hæreditatis, nec ad rem pertinet, si postea capax fiat.*

d *Medio autem tempore.* } 3 *Pro regula igitur seruandum, censeri aliquem hæreditatis capacem trium temporum ratione, nempe facti testamenti, mortis testatoris, & aditæ hæreditatis tempore, media autem tempora intericcta, in quibus quis fuerat incapax, non uitiant. Etsi enim intra tempus institutionis, & mortem testatoris, vel inter mortem & aditam hæreditatem hæres institutus mutauerit suum statum, effectusque; fuerit incapax hæreditatis, vt quia seruus pœnæ extiterit, aut deportatus fuerit, nihil tamen hoc ipsi præiudicat, si ante mortem vel aditam hæreditatem in pristinum statum fuerit* [d] *restitutus.* 4 *Atque hoc est quod in textu dicitur:* { *mutationem iuris non nocere hæredi:* } *mutationem enim iuris intelligere oportet, quando hæres fit incapax, ita quod ex testamento non possit acquirere.*

d ... text. in l. 6. sed si cōditioni. §. solemus de hær. inst.
e d. §. solemus, & d. §. 1.

e *Non nocet hæredi.* } *Si modo tribus illis temporibus supra designatis adeundæ suo nomine hæreditati sit* [e] *idoneus.*

§. Testamenti.

1 *Testamenti factio vel actiua est, uel passiua.*
2 *Factionem testamenti dici, alijsque verbis non apte coniungi.*
3 *Factio pro conspiratione, & factiosi.*

a Testamenti autem factionem non solum is habere uidetur, qui testamentum facere potest, sed etiam qui ex alieno testamento uel ipse capere potest, vel alij acquirere, licet non pòssit facere testamentum. *b* Et ideo furiosus, & mutus, & postumus, & infans, & filiusfamilias, & seruus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento uel sibi, uel alij acquirere possunt.

a l. 3. qui test. fac. poss.
b l. filius. de test.
c d. l. filiusfa.

a *Testamenti autem factionem.* } 1 *Ostendit hoc loci Imperator testamenti factionem duplici significatione accipi. Aut enim actiua est, & significat facultatē testamenti* [a] *faciendi: aut passiua, ut capere quid ex alterius testamento quis possit, tametsi ipse testamentum ordinare* [b] *nequeat.* 2 *In hac tamen significatione hanc voculam (factio) nisi cum testamenti adiectione apud bonos autores non temere reperiri, Viglius admonet.* 3 *Sane* { *factio,* } *olim honestum vocabulum erat, nunc malorum consensus, & cōspiratio dicitur. Vnde fere videntur* { *Factiosi* } *nobis esse, qui Ciceroni* { *Falcarij.* *Factiones (inquit Liuius) fuere, eruntque pluribus maiori exitio, quàm bella, quam fames, quàm morbi.* }

b *Et ideo furiosus.* } *Hic locus ex responso Pōponij, & Marcelli annotatione trāscriptus* [c] *est. Et quod de furioso dicitur, id Theophilus vberius declarat.* { *In furioso (inquiens) ita spēm seu casum fingere opor-*

tet

het, vt a patre hæres esse institutus intelligatur. Nam ab alio institutus, donec resipiscat, neque sibi, neque alij hæreditatem accipere potest.

§. Extraneis.

1.3 *Deliberandi ius quare olim introductum.*
2 *Veteri iure tenebantur hæredes vltra vires hæreditatis.*
4 *Quid sit deliberare.*
5 *Deliberandi beneficium & suis & extraneis hæredibus datur.*
6 *Et eius nomine possunt copiæ instrumentorum hæreditariorũ, & rationum peti, vbicumque tandem sunt.*
7 *Quantum temporis detur iuri deliberandi.*
8 *Hæreditas semel quæsita amplius dimitti nequit: fallit tamen, vt num. 11.*
9 *Sui & extranei hæredes in quibus differant.*
10 *Sui dicuntur se immiscere: extranei vero adire hæreditatem.*

a Extraneis autem hæredibus b deliberandi potestas est de adeunda hæreditate, uel non adeunda. c Sed siue is d cui abstinendi potestas est, e immiscuerit se bonis hæreditatis: siue extraneus cui de adeunda hæreditate deliberare licet, adierit; postea relinquendæ hæreditatis facultatem f non habet, g nisi minor sit uigintiquinque annis. Nam huius ętatis hominibus, sicut in cæteris omnibus causis, deceptis; ita & si temerè damnosam hęreditatem susceperint, Prętor succurit. Sciendum tamen, diuum Hadrianum etiam maiori uigintiquinque annis ueniam dedisse, cum post aditam hęreditatem grande æs alienum, quod aditæ hęreditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem diuus Hadrianus cuidã speciali beneficio pręstitit. Diuus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit.

a *Extraneis autẽ.* § *De beneficio deliberandi hoc §. disseritur, quod quia Iustinianus* [a] *immutauit, inducto inuentarij cõpendio, pauca de eo dicemus. Ad inuentarij uerò ordinationẽ, quę obseruari cõueniat, sequenti §. docebimus.* 1 *Quoniam igitur sæpè delata ex testamento hæreditas damnosa esse solet, propter grande æs alienum, ideo Prætores olim deliberandi ius induxerunt, ne scilicet quispiã adeundo hæreditatẽ damnosam, suarum rerum iacturam faceret.* 2 *Veteres enim vsq; ad Iustiniani tempora eo iure vsi sunt, vt hæredes creditoribus solidum persoluerent, tametsi defunctus plura debuerit, quàm in bonis & facultatibus reliquisset.* [b] 3 *Deliberabant itaq; instituti hæredes, hoc est, diligenter secũ cogitabant, in menteq; sua reuoluebant, vel cum amicis consultabant, expediret ne ipsis hæreditatem admittere vel repudiare: inspectis videlicet instrumentis, & expensis defuncti* [c] *facultatibus.* 4 *Est enim* § *deliberare,* § *consilium alicuius rei faciende capere, quo capto mens a cogitatione liberetur. Notus est titulus Cod. & Pand.* § *de iure deliberandi.* 5 *Quanquam autem textus solùm de extraneis hęredibus meminit: Angelus tamen & Porcius eximant, hoc deliberandi consilium etiam suis competere, quos Cantiuncula sequitur.*
b *Deliberandi potestas.* § 6 *Scilicet iure prætorio, & huius deliberationis nomine possunt hæredes copiam hæreditariorum instrumentorum inspiciendorum petere, et vt ipsis liceat defuncti rationes perscrutari, vbicunq; tandẽ* [d] *ea sint. Possent etiam petere a iudice, vt programmate admoneantur creditores, vt sua nomina deferant, nequicquam id laturi, si prestitutum a iudice diem prætereat* [e] *sinant.* 7 *Præficiebat autem pretor tempus ad deliberandum pro suo arbitratu,* [f] *quod tamen postea a Iustiniano est limitatum, vt (si quis etiamnum veteri iuri vti* [g] *maluerit) ab Imperiali quidem culmine annus integer, ab alijs vero iudicibus nouem menses dentur ad deliberandum. Et ab eo maxime die computandum est, quo se quis scriptum hæredem esse, rescire* [h] *cœpit.*
c *Sed siue is.* § 8 *Hinc discendum, in eo æqualem esse suorum & extraneorum hæredum conditionem, quòd acquisita semel hæreditas siue extraneo hæredi, siue suo, dimitti non possit: quia qui semel factus est hæres, non potest amplius hæredis nomen exuere.* [i] 9 *Aliàs verò inter suos & extraneos non pauca existunt differentiæ. Illi enim necessarij dicuntur, hi uoluntarij: illi se immiscent, hi adeunt: illi abstinent, hi repudiant. Rursus qui abstinet (nempe Suus hæres) cum a morte patris protinus hæres factus sit, nomen hæredis, & characterem suitatis semel impressum nihilominus* [k] *retinet: is verò qui repudiat (extraneus scilicet) perinde habetur, ac si nunquam ei hæreditas delata fuisset.*
d *Cui abstinendi.* § *Id est, suus hęres: illi enim abstinendi beneficio iure prætorio concessum est, vt supra* [l] *audiuimus.*
e *Immiscuerit.* § 10 *Immiscere enim sese hęreditati, propriè loquẽdo, suorũ & necessariorum hęredũ est: adire uerò extraneorum, in necessarijs hæredibus dicitur immistio, in extraneis aditio.*
f *Non habet.* § *Sic* 9; & *suos & extraneos eadem constringit necessitas retinendæ hęreditatis.*
g *Nisi minor.* § 11 *Exceptio est ad superiora: quãdoq; enim hæreditas semel agnita dimitti rursus potest,*

a In l. fi. C de iure de lib.
b d. l. fi. § si uero postquam. Io. And. ad Spec. § vlt. de instr. edi. Fac l. quæ dotis. 33 solu. matrim.
c l. Arist. ff. de iure delib.
d l. Arist. 28. & l. Arist. vlt. de acq. hær.
e Bar. d. l. Arist. 28. de iure de lib.
f l. 1. §. 1. h. it.
g § prox. seq.
h d. l. fi. § sed quidem.
i l. 88. et qui sol uendo in fi. ff hær. inst.
k Theoph. hic
l §. sui autẽ numero 1.

m l. 1. & l. 7. ait prætor. §. nõ solum. ad finẽ de minor.
n gl. hic in verbo, omnibus.

test, puta vel fauore minoris ætatis, cui lapsę regulariter subueniri [m] *solet, vel ob grãde ęs alienum, quod postea emersit, vel etiam militię priuilegio: nisi tamen & hoc restitutionis auxilium sacramento abiuratũ fuerit, vt Accurs.* [n] *annotat, de cuius vi & potestate Porcius hic multa intempestiue inculcat.*

§. Sed nostra.

1 *Inuentarij beneficium loco iuris deliberandi a Iustiniano introductum.*
2 *Multiplex species inuentariorum in legibus: sed hic de inuentario hęredis tantum tractari.*
3 *Solennitates ad inuentarium necessaria, & nu. 4. 5. 7. 8. 9. 10.*
6 *Inuentarium in persona hæredis incipere debet.*
11 *Inuentarium an in præsentia iudicis fieri necesse sit.*
12 *Inuentarium iuxta consuetudinem locorum fieri sufficit.*
13 *Vtilitates inuentarij plures esse, & nu. 14. 16. 17. 18. 19.*
15 *Hæres pendente inuentarij confectione non conuenitur, & quando id fallat.*
20 *Intra quod tempus inuentarium confici debeat.*
21 *Constitutio Caroli V. Imperatoris de inuentario: anno Christi 1541. edita.*
22 *Non conficiens inuentarium, quę incommoda habeat.*
23 *Legitima an perdatur ob omissum inuentarium.*
24 *Trebellianica an item ob id amittatur.*
25 *Plures hęredes vnum inuentarium conficere vtilius est.*

a In l. 22. scimus C. d iure del.
b De quo hic. & in d. l. scimus.
c l. 7. tutor q re pertorum. de admin. tut. & l. tutores. 24. C. eod.
d l. fi. circa med. de bon. aut. iud. possid.
e l. orphanotro phos 32. C. de episc. & cler. §. fi. Nou. de eccl. titulis.

a Sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro hoc beneficium prestitit, & constitutionem tam æquissimam, quam nobilissimam scripsit cuius tenorem si obseruauerint homines, licet eis adire hæreditatem & *b* in tantum teneri, quantum ualere bona hæreditatis contingit, ut ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessarium *c* nisi omissa obseruatione *d* nostræ constitutionis, & deliberandum: & sese *e* ueteri grauamini aditionis supponere maluerint.

f l. 9. si quis post hac. l. si quis I tra. 7. C. d bo nis proscrip. & l. fin. C. de bon. vacant. lib. 16.
g c. de Syracusa na. d. 27. & c. manifesta. 12. quæst. 1.
h In d. l. scimus. §. cum igitur. & ibi Bart. Panor. cons. 74. in 3. col. li. 2.
i Bal. §. fin aut.
K Bart. & Cast. d. §. fin aut. Spec. de inst. ed. §. fi. per l. 1. circa finem de vẽt. inspic.
l l. de creationi bus. C. d epis. & cler.
m in d. l. scimus.
n In d. l. scimus. in princ.

a *Sed nostra.* 1 *Iustinianus toto deliberandi iure, atque ijs, quæ huic occasionẽ præbuere immutatis, Inuẽtarij beneficium introduxit, quo nihil hodie neque consultius, neq; vsitatius est, sicut ex infra dicẽdis apparebit, & de hoc inuentarij beneficio, præsenti loco meminit Imperat. eiusq; materiam interpretes ad Iustinian constitutionẽ* [a] *hac de re editam, amplè pertractant. Extant etiam Guidonis Papæ Delphinatis, & Francisci Porcellini de Inuentario singulares, nec contemnendi tractatus, in quibus omnia ad hanc rem pertinentia ad saturitatem digesta comperiuntur.* 2 *Memineris autẽ, cum multiplex sit species inuentariorũ in legibus (aliud. n. est* [b] *hæredis, aliud tutorũ vel curatorũ,* [c] *aliud creditorũ,* [d] *orphanotrophi,* [e] *aliud fisci,* [f] *aliud deniq; prælatorum* [g] *) nos hic tantũ de inuentario hæredis loqui, qđ nihil aliud est, quàm descriptio omnium bonorum defuncti, citatis quorum interest, ex forma Iustinianeæ constitutionis facta.* 3 *Plures autem solennitates in confectione inuentarij requiri, Doctores volunt.* [h] *Primum. n. debet inuentarium super his rebus, quas defunctus post se reliquit, intra triginta dies, postquã tabulæ sunt apertæ, vel delatam sibi hæreditatem quis cognouit, exordium capere.* 4 *Deinde opus est, illud intra alios 60. dies, idest, trium mensium intercapedine modis omnibus impleri ac perfici: si tamen bona sint præsentia, aliàs tota hæreditate, vel illius parte maxima in alia prouincia existente, vnius anni spaciũ ad inuentarij conscriptionem per instructos procuratores absoluendum datur.* 5 *Tertio necesse est, illud confici manu Notarij publici, nec priuata scriptura sufficit: imò etsi hæres annotationem defuncti ipsius manu de bonis suis scriptam ostendere posset, ab hoc tamen beneficio excluderetur.* [i] 6 *Debet. n. inuentarium originem accipere in persona hæredis, non defuncti.* 7 *Quarto vocari debent creditores, legatarij, cæteriq; ad quos ea res pertinere potest, si modò præsentes sint: aliàs loco absentium tres testes adesse sat est.* 8 *Quinto requiritur, vt hæres se subscribat, vel eo scribere nesciente, alium adhibeat, qui suo noĩe subscriptionem faciat, nihil in eo negocio esse, vel iri factum, dolo malo.* 9 *Sextò tres testes adesse oportet in ordinatione inuentarij, qui cognoscant hæredem, licet ad inuentarium probandum duo sufficiant.* 10 *Septimo ad inuentarij initium venerabile signum crucis præponi opus est: tametsi illius omissionem non nocere, crebrius receptum sit.* 11 *Addunt denique exigi, vt inuentarium coram iudice* [l] *conscribatur, ad eximendam omnem suspicionem fraudis: sed nec hoc caret pugna. Iustiniani certè constitutio de præsentia iudicis ne verbulo quidem meminit: durum itaque fuerit, talem solenitatem a lege non expressam inducere,* 12 *Quinimo videmus ex hisce solennibus, quæ Iustinianus* [m] *etiam nominatim expressit, consuetudine locorum multa vel remitti vel intendi. Equidem apud nos nec creditores vocari solent, nec signum crucis apponi. Suffecerit ergo hodie, inuentarium hæredis secundum consuetudinem locorum, & Notariorum fieri, vt Bald. Castrensis &* [n] *Iason rectè censuerunt.*

b *In tantum teneri.* § 13 *Magna certe hæc est vtilitas, quod conscripto inuentario, siue quis ex testamento, siue ab intestato defuncto succedat, hæreditatem sine vllo periculo possit acquirere, nec vltra vires hæreditatis teneatur.* [o] *Sunt autē plura alia commoda, quæ ex huiusmodi ordinatione inuentarij hæredibus enascuntur: ea sub compendio in gratiam tyronum referre iubet.* 14 *Vtilitates ergo confectionis inuentarij plures sunt. Prima, vt hæres non teneatur creditoribus uel legatarijs vltra facultates in hæreditate* [p] *repertas: tametsi iure ueteri* [q] *in solidum teneretur. Secunda, legis Falcidiæ beneficium, vt quadrantē penes se* [r] *retineat, aduersus legatarios licēt hæres conscribens inuentariū, neq; in plus tenetur creditoribus, quàm bona hæreditatis præstare queunt.* 15 *Tertia, hæres pendente inuentarij confectione nō potest a creditoribus* [s] *conueniri. quod verum est, si conueniatur vt hæres, secus, si vt simplex possessor, puta reali iudicio, quod aduersus quemlibet possessorem intendi potest, etiam non hæredem.* [t] *Idem si vexetur pro legatis ad pias causas factis, quæ non patiuntur dilationem: vt legata alimentorum pauperibus relicta, qui interim morerentur fame.* [u] *Vel ea petantur, quæ pro funere faciendo relicta sunt: qui ante confectionem inuentarij debent extrahi de hæreditate.* [x] 16 *Quarta, hæres per confectionem inuētarij potest satisfacere vnicuique creditori aut legatario primò venienti, donec aliquid superest de bonis defuncti, nec alij creditores etiam priores tempore possunt de hoc hæredem ipsum* [y] *molestare, & quamuis non receperit satisdationem a legatarijs, ei nihil imputatur, si ignorabat alios esse* [z] *creditores licet aliàs ipsi imputaretur.* [a] 17 *Quinta, creditores compelli possunt recipere in solutum res hæreditarias, si in hæreditate non sit* [b] *pecunia: nec hæres tenetur uendere, & se pro* [c] *euictione obligare.* 18 *Sexta, si hæres vendat rem hæreditariam, ut primis venientibus satisfaceret, non potest ab alijs antiquioribus conueniri, illam rem uenditam specialiter hypothecatam habentibus, sed agant contra emptorem hypothecaria, si velint: quia aliàs hæres pateretur incommodum* [d] *& vexationem.* 19 *Septima hæres deducit impensas funeris, & eas quas in conficiendo inuentario & in alijs rebus* [e] *necessarias fecit: item & illud, qd sibi erat* [f] *antea debitum. Addunt nonnulli & alias vtilitates: quas tamen, quia controuersiam patiuntur, consultò præterimus.*

c *Nisi omissa.* § *Conscriptione scilicet inuentarij, quę tanta secum commoda affert.* 20 *Ceterū intra quæ tempora inuentarium conscribi debeat, Iustinianus* [g] *Imp. alibi clarè definiuit, nempe quod inchoari debeat intra mensem post apertas tabulas, vel delatam hæreditatem ab intestato, & perfici intra alios menses duos proximos, uel ad summum intra annum, si res hæreditarias longius abesse contigerit. Quo neglecto, vel omisso hæres beneficio inuentarij se iuuare amplius non potest, sed postquam adiuit hæreditatem, tenetur creditoribus & legatariis in solidum etiam vltra vires hæreditarias, nec Falcidiam* [h] *detrahit. Sciendum tamen, istud tempus scienti tantum,* [i] *non etiam ignoranti currere, quod nota.*

d *Nostræ constitutionis.* § *Cuius tenorem libro 6.* [k] *Cod. iuris ciuilis compilatores retulere, vt omnibus hodie sit obuia.* 21 *Extat & alia quędam noua constitutio Caroli V. edita anno Christiano 1541. qua præcipit, vt impetrato beneficio inuentarij, hæres intra quadraginta dies conficiat inuentarium omniū bonorum hæreditariorum, eaq; æstimari curet, deinde possessionem liberam consequatur, data cautione reddendarum rationum.*

e *Veteri grauamini.* § 22 *Nempe quod ad solutionem omnium nominum hæreditariorū obligetur, & preter hoc, quòd Falcidiam legatis nequat detrahere, permissum sit legatarij integra ab eo legata exigere, etsi vires hæreditarias excedant.* [l] *Lex en m præsumit, eum qui inuētarium conscribere prætermisit, bona subtraxisse.* [m] *Quod tamen in foro, quod conscientiæ vocant, non obtinere communiter traditum* [n] *est, cum in eo foro non consideretur subtilitas iuris ciuilis, surrogantis hæredem in omnibus & per omnia, loco* [o] *defuncti, sed æquitas solum iuris naturalis siue diuini, quæ neminem vltra accepta grauari permittit.* [p] *Sunt etiam alij casus, in quibus hæres inuentarium conscribere omittens, nō tenetur vltra vires hæreditarias, quos Iason* [q] *ad prædictam Iustiniani cōstitutionem annotauit.* 23 *Sed an filio ob neglectū inuentarium denegari legitima possit? Et responsum vulgò est, non* [r] *posse, cum eam filius ante legatorū solutionem tanquā æs alienum deducat:* [s] *de quo tamen probabiliter dubitari posse, Viglius hic ostendit.* 24 *Nunquid autem hæres conficiendo inuentarium, vt Falcidię, sic & Trebellianicæ commodo priuari possit, adeò disceptant Interpretes, ut nōnulli* [t] *discernere nequiuerint, quæ nā esset communior sentētia. Ego in re tam perplexa autoritatem Bart.* [u] *sequor, qui non admitti Trebellianicam censuit. Neq; n. in ea iura antiqua reperiūtur immutata, ergo inuiolata perdurāt:* [x] *nec temere nobis licet, quod in Falcidia statutum est, ad Trebellianicam extendere, cum differentiæ euidēs sit ratio, quemadmodum Iason* [y] *vberrimè demonstrat.* 25 *Illud pro coronide addendum, etsi sint plures hæredes, omnes ad confectionem inuentarij teneri, nisi omnes vni commisissent. Sanè ad uitandum expensas, vni committere commodius est, vel omnes simul facere: idque recipit praxis.*

o d. l. fi. l. §. fin. vero postquā & §. sācimus. Nou. de hær. & Fal.
p d. l. scimus.
q l. si te bonis. 10 C. de iu. d. li. cū ibi not.
r infr. ad l. Falc. cum ibi not ī princ. & d. l. scimus. §. si qs autem
s d. l. scimus. §. donec.
t l. 41. Nesennius. §. fundū. de re iud.
u Cy. Bal. & alij in d. §. donec.
x Cy. & Bal. d. §. donec.
y Alias contra l. 41. dolo. ad l. Falc.
z d. l. scimus. §. etsi præfatam. C. de iure delib.
a Vt in Rubr. si cui plus quā per l. Falc.
b l. 14. non dubium. §. fin. de leg. 2. Dd. d. §. etsi præfatam.
c Spec. de instr. edit. §. 6. & ibi Ioan. And. in addit. inc. de Treb.
d Contra d. l. scimus. & §. sat inuent. Nou. de hæred. & Falc.
e d. l. scimus. §. in cōputatione.
f Ibidem.
g In l. fin. §. fin autem dubius.
h d. §. si vero. Aug. in d. §. hæc ṡ. pulatio
i §. si vel plus quam per legem Falc. d. §. fin autem dubius.
k In d. l. scimus C. de iure delib.
l d. §. fin verò postquam.

§. Item

m §. sancimus. Nouell. de hær. & Falc. n Alex. & alij in Rub. de acq. hæred. o §. 1. Nouell. de iur. 3. mort. præst. p Bar. in l. 1. nu. 3. & 4. q. princ. C. de sacros. eccl. Ang. & Bal. d. l. sancimus. q d. l. scimus. §. etsi præfatam. Chassa. in consuet. Burgund. Rub 7. §. 2. verbo Par benefice de inuentaire nu. 5. r Bart. Auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. s gl. Aut. hoc amplius. C. de fideicom. t Iason in l. Marcellus. nu. 57. ad Trebell. u In d. l. Marcellus. q. 3. quam sententiam Viglius hic quoque multis argumentis comprobat. x l. præcipimus. C. de appel. in fi. y In d. l. Marcell. addit. Bar. & Dd. in d. Auth sed cum testator.

§. Item extraneus.

1 *Hæreditas aditur verbo & facto.*
2 *Bonorum possessio olim agnosci debebat solenniter: hodie sufficit qualitercunque agnouisse.*
3 *An solo animo adeatur hæreditas.*
4 *Pro hærede gerere quis dicatur.*
5 *Gestio pro hærede, ab aditione quid differat.*
6 *Verbum pro hærede, dupliciter accipi.*
7 *Quæ sint necessaria, vt gerens pro hærede dicatur adiuisse.*
8. 10 *Hæres vnde dictus.*
9 *Hæredem instituere quid sit.*
11 *Extraneus hæres semel repudians non potest pænitere: secus est in suo hærede.*

a Item extraneus hæres testamento institutus, aut ab intestato *b* ad legitimam hæreditatem uocatus, potest aut pro hærede gerendo, aut etiam *c* nuda uoluntate suspiciendæ hæreditatis hæres fieri. *d* Pro hærede autem gerere quis uidetur si rebus hæreditarijs tanquam hæres utatur, uel uendendo res hæreditarias, uel prædia colendo locandoue, & quoquo modo uoluntatem suam declarat, vel re, vel uerbo, de adeunda hæreditate, *e* dummodo sciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, testatum, intestatumue obijsse, & se ei hæredem esse. Pro hærede enim gerere, est pro domino gerere. Veteres enim *f* hæredes pro dominis appellabãt. *g* Sicut autem nuda uoluntate extraneus hæres fit, ita contraria destinatione statim ab hæreditate *h* repellitur. Eum *i* qui surdus uel mutus natus, uel factus est, nihil prohibet pro hærede gerere, & adquirere sibi hæreditatem, *k* si tamen intelligit quod agit.

a *Item extraneus.* § *Quoniam Imperator in superioribus adeundæ hæreditatis sæpe mentionem fecit, edicere etiam voluit, quando hæreditas censeatur adita.* 1 § *Aditur* § *autem hæreditas dupliciter: primo verbis, idest, nuda uoluntate expressa, vt quia hæres ex deliberatione se adire velle profitetur. secundo facto, quando scilicet quis sese gerit pro hærede, hoc est, actum aliquem exercet, qui non nisi ab hærede fieri queat, quemadmodum hoc loco ex Vlpiano* [a] *Iustinianus explicat.*

b *Ad legitimam.* § *De qua hic tantum agitur.* 2 *Nam prætoria hæreditas, quæ propriè* § *bonorum possessio* § *dicitur, olim non nuda voluntate, vel facto acquirebatur, sed solenniter agnosci debebat, hodie tamẽ sublatis solennitatibus sufficit, einsmodi edictales bonorum possessiones* [b] *qualitercunque agnouisse.*

c *Nuda voluntate.* § 3 *Hoc est, solo animo, quem tamen animum aliquo modo declarandum esse extrinsecus existimant Doctores:* [c] *neque enim sola nudaque cogitatio hæredem facere potest, & alias dici consueuit,* § *propositum in mente retentum nihil* [d] *operari.* § *Faber tamen & Angelus solam hæreditatis adeũda uoluntatem nullo indicio expressam, sed animo tantum conceptam, obligare putant. Porcius verò distinguit inter obligationem ciuilem & naturalem, & hanc quidem censet ex tali uoluntate tacita nasci, quæ ad conscientiæ obligationem sufficiat, illam minimè. Verum prima sententia frequentius obtinuit, in quam et ipse inclino, cum velle non uideamur, quod non aliquo modo declarauerimus.* [e] *Cæterum quibus signis aut præsumptionibus colligatur, aliquẽ hærede esse, uel non esse, vbertim* [f] *Bar. &* [g] *Aretinus declarãt & Imperator hic etiam docet.*

d *Pro hærede.* § 4 *Declarat porrò Iustinianus, quonam pacto quis se pro hærede gerere dicatur, nempe si actum aliquem gerat, qui non nisi ab hærede fieri possit, ut in exemplis textus nostri.* 5 *Ab aditione autẽ in hoc potissimum differt gestio, quòd illa totius hæreditatis sit,* [h] *hæc verò dicitur, si aliquid quasi hæredes faciamus, etiamsi vnicum tantum gereremus* [i] *negocium. Accursius* [k] *tamen cum reliquis gestionem in administratione facti, aditionem in verbis constituebat. Pro quibus facere videtur Labeo,* [l] *inquiens,* § *gestum, rem significare sine uerbis factam.* § *Sed* [m] *Vlpianus ait,* § *gestum qualitercunque accipi, siue contractus sit, siue quid aliud.* § *Vnde Iustinianus quoque hic refert,* § *eum pro hærede gerere, qui quocunque modo, re, uel uerbis se uelle adire declarauerit.* § *Et ideo qui agnoscit possessionẽ (quoniam* [n] *agnoscendo non adit) se pro hærede gerere dicitur,* [o] *& is, qui, si iuraret, institutus est, solo iureiurando pro hærede se gerit.* [p] *Porrò quomodo is, qui se pro hærede gerit, ab eo qui pro hærede vel pro possessore possidet, differat, elegantissime Loriotus* [q] *in suis apicibus iuris declarauit.* 6 *Sanè verbum illud* § *pro hærede* § *aliter atque aliter in legibus accipi, Old.* [r] *etiam docuit. Primum enim, quoties tractatur materia hæreditatis petendæ ab eo, qui falsa opinione, putans se hæredem, possidet, toties oportet ea verba (pro hærede) nõ accipi pro vero titulo, sed pro quadam erronea opinione. Deinde ubi non tractatur controuersia uniuersi hæreditarij iuris inter duos, sed disceptatur de re aliqua, cuius dominium prætendit possessor, quia dicat se per hæreditariam successionem acquisiuisse, ibi ista verba (pro hærede) intelligenda sunt pro uero & iusto titulo, propter quem non minus competit usucapio, quàm ob alios contractuum titulos.* [s] *Ex hac distinctione clarè constat, an & quando* § *possessio pro hærede* § *sit titulus, vel non sit, quæ in re Doctores* [t] *multum se torquent, & perpetuo confligantur.*

a In l.10. pro hærede. de acqu. hær.
b Vigl. & Bald. hic.
c gl. fi. & ibi Bar. in l. gerit. 88. de acq. hær. & communiter Dd.
d l. si repetendi 7. C. de cõd. ob causam.
e l. potuit. 5. C. de iure delib.
f in d. l. pro hærede.
g hic.
h l. pen. in fi. de acq. hær.
i l. 86. Pætonius §. fi. d. tit.
k gl. verbi gerere. l. 21. si quis mihi, §. sed quod si mādaint. eo.
l l. 19. Labeo. in fi. de verb. sig.
m l. 7. ait Prætor. in princ. de minor.
n §. quos autẽ in fin. inst. de bon. poss.
o l. impuberẽ. Cod. de iure del.
p l. 62. Antistius in princip. de acq. hær. & ui Loriotus de adit. hær.
q ibi. Axio. 25. in antiod. class. acti.
r Ita probari ui detur in l. cogi. de pet. hær. C. & l. 1. C. si qui ignorãs minor. esse in print. & hic i
s Oros. & alij in §. sed ista. inst. de action.

e Dum-

e *Dummodo sciat.* ʒ 7 *Vt is qui se pro hærede gerit, per hoc censeatur hæreditatem adiuisse, alia quoq; interuenire oportet. Primum, vt sciat eum, in cuius defuncti bonis se pro hærede gerit, testatum vel intestatum decessisse.* [u] *Deinde vt sciat, se illi hæredum esse, idque pure non sub conditione: nam ante conditionis euentum hæreditas adire nequit. Tertio, vt hic gerens & liber sit, & sui iuris, alias iniussu eius, in cuius est potestate, frustra gerit. Quarto, vt sit menis compos & pubes. Quinto & vltimo, ut testatoris conditionem, eiusque mortem non* [x] *ignoret.*

f *Hæredes pro domi.* ʒ 8 *Idem Festus attestatur, vnde & ʒ herum ʒ adhuc dominum dicimus. Sic* [y] *Triphonius. ʒ Si pater vt hæres viuo filio vindictam seruo castrensi imposuit: vt hæres, ʒ id est, vt dominus. Et Plaut. Menæch. ʒ Abstuli hanc, cuius hæres nunquam erit post hunc diem. ʒ vbi hæres pro domino similiter accipitur.* 9 *ʒ Et hæredem instituere, ʒ nihil aliud est, quàm designare aliquem bonorum suorū post mortem futurum dominum.* 10 *Sed tamen vix est, vt hoc ab eodem fonte deriuetur, cum illic prima corripiatur, hic diphthongus sit. Quare Viglius ab hærendo dictum hæredem putat, quia proximus defuncto in dominio bonorum hæreat: vel ab hære,* [z] *nam & lex duodecim tabularum hæreditatem interdum pecunia vocet. Hotomanus ab ʒ Era, ʒ quod terram significat: hinc ʒ hæredium ʒ apud Varronem lib. 1. de re rust. Non absurdum etiam fuerit, ab ʒ ercisco ʒ deducere, quod est diuido. nam & sæpissime in Pand. Florent. Eres & Ereditas scribitur. Verum in hoc cuique liberum sit iudicium.*

g *Sicut autem.* ʒ *Hinc discis, eodem animo repudiari hæreditatem, quo acquiritur, hoc est, sola nuda voluntate: si tamen de ea extrinsecus* [a] *constet.*

h *Repellitur.* ʒ 11 *Adeo, vt si semel extraneus hæres hæreditatem repudiauerit, non possit amplius acquirere eandem, nisi ob minorem ætatem restitueretur.* [b] *tametsi in suo hærede aliud obtineat. Etsi. n. se se paterna vel auita hæreditate obstinuerit, potest tamen vel per restitutionem, vel rebus hæreditarijs necdum alienatis, intra tempus legitimum* [c] *pœnitere, & hæreditati se immiscere.*

i *Qui surdus.* ʒ *Quid idem est, quoniam voluntas gerentis pro hærede sine verbis facto ipso, indicijsq; declarari atque cognosci potest.*

k *Si tamen intellig.* ʒ *alioqui non aliter, quàm vel tutoris vel curatoris consilio adire posse iudicantur.* [d]

u l. 22. si is ad quem de acq. hær.
x Vide de his requisitis omnibus allegata in gl. hic, verbi hæredem.
y In l. 19. de hæreditate. §. pater. 3. de cast. pecu.
z Isido. lib. 9. Etymol. c. 5.
a Vide tamē de hoc per Dd. in l. q se patris C. vnde liber.
b l. 4. sicut maior C. de repud. vel abst. hered.
c De quo in l. fi. C. de rep hær.
d l. 3. mutum. & ibi Bartol. de acq. hęred. & Ang. hic.

DE LEGATIS. TIT. XX.

1. 3 *Continuatio huius tituli.*
2 *Legandi verbum olim latam habuit significationem: & quid sit legare.*
4 *Legata olim non nisi in testamento relinquebantur: hodie secus esse.*
5 *Legata in testamento relicta sunt testamenti accessoria.*
6 *Continuatio non semper fit ad proxima.*
7 *Defensa huius tit. continuatio.*

1 Post hæc videamus de legatis, quæ pars iuris extra propositam quidem materiam videtur: nam loquimur de ijs iuris figuris. quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur, sed cum omnino de testamentis & hæredib. qui in testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco potest hæc iuris materia tractari.

Iustinianus Imp. eas acquirendi formas tractandas suscepit, quæ titulo vniuersali [a] *constant, quarum adhuc magna pars superest tractanda. Poterat ergo videri a via deflexisse, quod hoc loco de legatis, hoc est, reb. singularib. dißereret, cū sequentes tituli præcedentib. semper iusto nexu cohærere* [b] *debeant* 2 *Quāquam. n. ʒ legandi ʒ verbum olim latiorem habebat significationem,* [c] *vt non legata tantum, sed & hæredis institutionem, libertatum dationem, tutelarum constitutionem comprehenderet, (legare siquidem nihil aliud est, quam statuere, decernere, & vt vulgus loquitur, disponere) in hoc tamen titulo simpliciter de his, quæ particulatim verbis directis in testamento relinquuntur,* [d] *intelligitur.* 3 *Quocirca statim a principio sese excusat, rationem allegando cur potissimum legatorum tractatui hunc locum dederit; sicq; ordinem ipsum immutarit. Quamuis. n. post titulum. ʒ De donationib. ʒ melius forte cecidisset tractatio legatorum & fideicommissorum singularium rerum, per quæ sigillatim res iure ciuili acquiruntur:* 4 *tamen quia ea olim non nisi in testamentis relinquebantur (licet hodie etiam ab intestato & in codicillis* [e] *relinqui possint) Imp. non sine consilio, peruerso ordine post testamenta hæredumq; institutiones, ʒ De legatis ʒ subiungit:* 5 *maxime cum ea ipsa in testamento relicta, testamenti pars & velut accessoria* [f] *dicantur. tum. n. nisi firmum ac perfectum eßet testamentum, legata corruerent, neque vllum haberent effectum.* [g] *Et hęc quidem pro defenso ordine huius tituli.* 6 *Ex quibus generale dogma colligendum est, quod etsi regulariter materiæ secundum congruum ordinem continuari, subsequentesque tituli proxime præcedentibus connecti debeant:* [h] *tamen ex causa possit fieri intermissio, & ad remotiora continuatio applicari, præsertim si materiæ intermediæ non sint difformes, vt in nostro proposito.* 7 *Siquidem hunc tractatum coniungit Imperator ad titulum. ʒ De testam. ordinandis, ʒ cum tamen nouem tituli sint intermedij: hi tamen quia eandem respiciunt materiam, non vitiant continuationem velut a remotis factam. Idem*

a §. fi. sup. per quas personas nob. acq.
b l. 1. de sta. hom. cum vulgatis.
c l. 120. verbis legis. de verb. sig. & l. in generali 80. eo. tit.
d Vide quæ dicam in §. sed non vsq. infr. eo. t.
e §. preterea. in ft. de fideicō. hær. & ibi gl.
f Ias. in Rubr. de legat. 1.
g l. 14. cum quā. C. de fideic.
h d. l. 2. de stat. ho. Ioan. de Imo. in Rub. de appel.

Vlpianum [l] *in Pandectis fecisse comperio, continuantem titulum, § Si tabulæ testamenti nullæ extabũt, § ad titulum § De bonorum possess. § cum tamen inter vtrumq; non pauci tituli sint collocati. Hocq; est, quòd Hermogenianus* [k] *expreßè sensit: § Et his proximos, § inquiens, § atque coniunctos applicantes titulos, prout res patitur. § Quandoque enim res nõ patitur, vt Accursius* [l] *supplet, quin aliqua extranea* [m] *intermisceantur.*

i l. 1. si tab. test. nullæ extabũt.
k d. l. 2. in fi.
l gl. ibid. fin.
m facit l. 21. hæredes palã. §. fi. de test. l. 137. continuus. de vet. obl. & l. 6. duos reos. §. fi. de duobus reis.

§. Legatum.

1 *Definitio legati, & vnde deducatur. num. 3.*
2 *Delibari dicuntur, quæ minuuntur.*
4 *Legatum, quare dicatur donatio quædam.*
5. 7. 8 *Legatum in quo differat ab alijs donationibus.*
6 *Legatum ab hærede præstandum post aditam hæreditatem.*
9 *Legatum etiam codicillis relinqui potest.*
10 *Defenduntur verba tex. ab hærede præstanda.*
11 *Legati dominium ipso iure transit in legatarium, sed non possessio.*

a Legatum itaq; est donatio quædam, b a defuncto relicta, c ab hærede præstanda.

a *Legatum itaq; est.* § 1 *Quia de legatis agendum est, ideo Imp. methodica plane ratione legati definitionem præmittit, quæ ex Modestino* [a] *desumpta videtur, & proprius longe ad legati naturam accedit, quã illa Florentini* [b] *explicatio: § Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum vult. § Malo. n. hic legere delibatio,* [c] *quàm vt vulgati habent Codices, deliberatio.* 2 *Nam § deliberari § veteribus dicuntur, quæ minuuntur.* 3 *Vlpianus tamen Insti. c. 28. § legatum § ex eo deducere videtur, quod legis modo. i. imperatiue relinquatur. § Legatum est (inquit) quod legis modo, § .i. imperatiue, § testamento relinquitur. § nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, § Fideicommißa vocantur. Explicemus singula prioris definitionis verba crasse.* 4 *Legatum dicitur donatio largo modo, & in genere. Nam cum a liberalitate & munificentia nullo præcisæ necessitatis impulsu permota* [d] *proueniat, dubium non est, quin generali donationis verbo* [e] *contineatur. Additur, § quædam: § quia plures esse donationum species, supra* [f] *suo loco audiuimus: & hic non nisi vnam speciem attingit, quæ s. a reliquis differat.* 5 *Neque. n. in legato contrahitur obligatio aliqua inter donantem & legatarium,* [g] *nisi a traditione incipiat: cum in alijs donationibus* [h] *contrarium obseruetur. est igitur § legatũ donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda. §* 6 *quamquam. n. legatum quandoque (perrarò tamen) ab ipso testatore præstari* [i] *soleat: si tamen eius possessionem non tradiderit testator, ab hærede omnino præstanda est, adita post mortem defuncti hæreditate.* [k] 7 *Et in hoc differt a mortis causa donatione, quæ vt plurimum a defuncto traditur. Sunt & aliæ inter hanc & legata differentiæ non obscuræ, quas quia Accursius* [l] *supra eleganter congessit, prætereundas hic duxi.* 8 *Ab ea vero donatione, quæ inter viuos fit, legatum pariter discrepat: cum illa non temere valeat* [m] *reuocari: legatum autem vel nuda voluntate reuocetur,* [n] *idque ad supremum vsque vitæ exitum.*

b *A defuncto. § Modestinus in sua deffinitione habet, § testamento relicta: § verum § à defuncto § aptius legitur, quia generalius est.* 9 *Neque. n. solum testamento, sed etiam codicillis legatum relinqui potest.*

c *Ab hære. præst. § Hæc verba nec* [o] *Modestinus, nec Theophilus, nec* [p] *Hermenopulus agnoscunt, vt videatur additamentum esse, ab aliquo temere assutum; vt plerique censent. Neque enim semper ab hærede præstatur legatum, sed interdum a* [q] *testatore ipso.* 10 *Verum potest hoc auctarium etiam defendi per ea, quæ paulo ante dixi: nempe vt legati relicti possessionem significet, si eam non tradiderit defunctus: quia ab hærede omnino præstanda est.* 11 *Quamuis. n. legati dominium ipso iure transferatur in legatarium,* [r] *saltem ab aditæ hæreditatis tempore, possessionem tamen non consequitur, sed ea ab ipso hærede ei præstanda est,* [s] *mox post aditam hæreditatem. quod nisi faciat, tenebitur legatario* [t] *ad interesse: si modo lagati præstandi potestatem habuit.*

a l. 36. legatum. de le. 2. In hãc defin. vi. Iac. Cuiac. in para. ff. de legat.
b l. 116. legatũ. de l. 1.
c Ita Cantiune. hic ex A. Gel. refert.
d l. 18. rẽ legatã de adim. le.
e l. 1. de don. l. 67. alienatũ. § donationis. ff ver. signi.
f Tit. de donat.
g l. 22. Luc. de le. 2. l. 1. C. de iure delib. & Bar. in d. l. legatum.
h sup. de donat. in prin. §. aliẽ. & l. ut hæredibus. de leg. 2.
i l. 22. Lucius Titius in testamento suo. ff lega. 2. l. filia. C. de lega.
k l. 86 si tibi homo. §. cũ seruus ubi Ias. & alij. de leg. 1.
l § 1. sup. de dõ. Azo in Sũma. C. de donat.
m §. sciendum. sup. de donationib.
n l. 3 in fi col. 4 de adim. leg.
o in d. l. legatũ.
p in sua iuris epit.
q l. Luc Titius test. suo dele. 2. & l. filia. C. de legat.
r l. 32. omnia q̃ testamentis. ff leg. 2. & l. 9. si nemo de test. tut.
s l. 77. cum res. de lega. 1.
t d. l. omnia. de legat. 2.

§. Sed olim.

1 *Legandi modus ex lege 12. tabul. descendit.*
2 *Quadrifariam olim legabatur.*
3 *Legatum per vendicationem.*
4 *Verbum, damno, damnas esto: Item Copes pro copiosus.*
5 *Legatum per damnationem.*
6 *Legatum sinendi modo.*
7 *Legatum per præceptionem: & quid sit præcipere.*
8 *Hodie legata valent quibuscunque verbis relicta.*

a Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: b per uendicationem, c per damnationem, d sinendi modo, e per præceptionem & certa quædam uerba cuique generi legatorum aſsignata, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus Diuorum Principum solennitas huiusmodi uerborum penitus f sublata est.

a *Sed olim.* 1 *Antiquissimo legis* [a] *12. tab. iure legandi modus inuentus & adprobatus fuit:* 2 *& quadrifariam legata relinqui solebant, ut hoc loci obiter Imperator* [b] *meminit. Quæ tamen uerborum solennitate hæc legatorum genera fieri consueuerint, nominatim non explicat. Nos & hanc antiquitatis obseruationem ad textum adiiciemus, ut quod inde uel sublatum, uel reformatum est, non sit incognitum.*

b *Per uendicationem.* 3 *Legatum per uendicationem dicebatur, quod legatarius post mortem testatoris, non etiam spectato herede, statim sibi aut præsumebat, aut defunctus ad hæredem eius transmittebat, & hisce fiebat uerbis: Stichum seruum tibi do, lego, uel, illam rem tibi præsume, habe, uendica. Nec in eo traditio hæredis expectanda erat, sed ipse legatarius possessionem accipiebat: quam in remmissionem (ut ait* [c] *Alciatus) uidetur Iustinianus* [d] *appellasse. Hoc autem legati genere res testatoris propria, non etiam aliena, aut quæ in rerum natura non esset, legari poterat, ut* [e] *Caius prodidit. Et legatario uendicatio, uel in rem missio competebat.*

c *Per damnationem. Quandoq; legabatur per damnationem, idest, obligationem, seu condemnationem ad pœnam.* 4 *Damno enim præter notam significationem, etiam est, obligo,* [f] *hinc damnatus, pro obligatus legitur. Siue etiam damnas per syncopen, quæ uox peculiaris est Iurisconsultorum:* [g] *sicut copes apud ueteres pro copiosus. Plautus in Trinummo: Harpago, mendax, copes, auarus, elegans. Meminit & eius uocis Agroecius Grammaticus, Iurisconsultorum uerbum illud esse asserens.* [h] 5 *Fiebat autem legatum damnationis huiusmodi uerbis: Hæres meus illi dato: aut, illi ab hærede dari iubeo, aut, hæres damnas esto dare,* [i] *Nascebatur autem hinc legatario aduersus hæredem actio in personam, quæ dicitur ex testamento.* [k] *Porro quid legatum hoc damnationis a uendicatione differat, Caius* [l] *in Institutionibus eleganter ostendit.*

d *Sinendi modo.* 6 *Per sinendi modum sic legabatur: Hæres meus rem illam Titio permitte sumere, & sibi eam habere. Et licet tamen heres rem legatam non cogebatur legatario præstare: uendicationem tamen prohibere non poterat, hocque modo res tam corporales, quàm quæ in iure consistunt, legari poterant, aptisque hic erat legandi modus, si res legata apud illum esset, cui legabatur. Et hinc itidem ex testamento actio competebat.*

e *Per præceptionem.* 7 *Legabatur & quarto per præceptionem, idest, antecaptionem: ut quando aliquid hæredi ex hæreditate præcipuum relinquebatur. Est enim præcipere, inter alias acceptiones, ante alios* [m] *capere, & id præcipuũ sibi habere præter hereditariam portionem, & ut Græce dicitur, ἐξαιρετον λαβεῖν. Exemplum huius legati: ueluti si testator ita scripsit. Titi fili, è medio præcipito domum illã, prædium illud, aureos centum.* [n] *Vel in hunc modum: Pamphile liberte mi, præcipito tibique habeto fundum meum* [o] *Titianum. Porro legatum præceptionis non nisi uni ex hæredibus dari poterat, ut aliquid ex hæreditate præcipuum* [p] *haberet: quod si coniunctim multis, aut disiunctim singulis relinquebatur, omnibus una tantum res, quæ nominata erat, sicut & in legato uendicationis* [q] *debetur, non uni res, & alii æstimatio, ut in legato damnationis. Exigebatur autem, quod per præceptionem relictum erat, actione Familiæ ercifcundæ.*

f *Sublata est.* 8 *Viresque obtinent hodie legata, quibuscunque tandem uerbis relicta sint, quod sequẽs §. pulcre docebit. Cæterum constitutiones, quarum hic facit mentionem, intelligit Constãtini, Constantii, & Constantis: quæ in* [r] *Codice extant.*

§. Nostra autem.

1 *Legata quibuscunque verbis relicta valent.*
2 *Actio personalis ex testamento legatario competit.*
3 *Legatario rei uendicatio competit, ad rem legatam consequendam.*
4 *Legatarius fit dominus rei legatæ sine traditione.*
5 *Quare tam rei uendicatio, quam actio personalis legatario detur, cum hæc non domino, illa tantum domino competat.*
6 *Actionem hypothecariam legatarius habet.*
7 *In quibus hypothecam legatarius habeat.*
8 *Legatarius ex tribus actionibus unam eligere debet, qua experiatur.*
9 *Ante aditam hæreditatem legatarius non agit.*
10 *Neque ante fructus rei legatæ debentur.*
11 *An pro legato consequendo etiam uia executiua agi possit.*

a Nostra autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum uoluntates ualidiores esse cupientes, & non uerbis, sed uoluntatibus eorum fauentes, disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, & quibuscunque uerbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, nõ solum b per actiones personales, sed etiam c per in rem d &

a l. 120. verbis legis. de verb. sig. Inst. l. 1. a prin. de le. 1.
b Vide in l. 1. C. communia de lega.
c Alc. lib. 3. Parerg. cap. 1.
d In d. l. 1. in pri.
e li. 2. Inst. tit. 5.
f l. si filius de diuor. l. cum filio. de leg. 1.
g l. 15. damnas esto de vsufr. leg.
h Alc. lib. 3. Parerg. c. 1.
i l. 33. si pluribus §. 1. de legat. 1.
k Theoph. hic.
l lib. 2. Inst. t. 5.
m l. si filia. nup. §. 1. ff. fam. ercis.
n l. si de pec. le.
o l. prædia. §. si liberto. de fund. instru. leg. ff. l. prædiis 91. de le. 3. l. si Forti dianum. C. de lega.
p Alc. loco sup. citato.
q d. l. si pluribus de leg. 1.
r l. 21. in legatis C. hoc tit.

per hypothecariam. Cuius constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est.

2 *Nostra autem.* § 1 *Extat hac adhuc in Codice* [a] *Iustiniani, qua prudenter sancitum est, ut quibuscunque verbis, per qua testatoris adpareat voluntas, legata relinqui valeant: adeo quod legatarijs pro his consequendis tres actiones competant, quarum Imperator hic meminit, & nos easdem succinctim ad textum explicabimus.*

b *Per actiones personales.* § 2 *Prima actio, qua legata peti possunt, personalis est, scilicet § ex testamento: § quia legatarius hæredem habet obligatum ex quasi contractu. Heres enim adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere, sicut cum alijs creditoribus debitoribusque, ita & cum legatarijs:* [b] *& ex hoc quasi contractu actio personalis ex § testamento § nascitur contra hæredem, que toties conceditur, quoties legatum tenet, ac legatarij utilitatem* [c] *respicit.*

c *Per in rem.* § 3 *Hec est altera actio pro legato relicto consequendo prodita, § Realis § scilicet, sive § rei vendicatio, § qua petit legatarius, rem suam sibi tradi.* 4 *Et recte hac illi actio datur, quoniam iure ciuili fit dominus rei legatæ, etiam sine traditione: ficte quidem, post mortem testatoris: vere autem, postquam adita est hæreditas, quod speciale est in legato, cum alias pro regula sit traditum:* [d] *§ Traditione cui iusta subest causa, non etiam nudis conuentionibus sive pactis, rerum transferri dominia.* § 5 *Sed nonne impossibile est actionem personalem & rei vendicationem ad idē competere, cum sint contraria, & quasi ex diametro pugnantes actiones? Nam, rei uendicatio præsupponit dominium in agente,* [e] *actio autem personalis ad dādum, idest, trāsferendū* [f] *dominiū competit (dare enim est accipientis* [g] *facere) sicque præsupponit, agentē non dominū. Quomodo igitur simul possunt cōcurrere? Angelus &* [h] *Faber, aliique legum commētatores* [i] *uarias referunt causas, quas non recenseo, cum parui hęc res momenti sit, & dumtaxat ad iuris pertineat subtilitatē: sane illud constat, propter possessionem consequendam agere etiā dominū in personam.* [k] *Et supra diximus, in legatarium ipso quidem iure legati dominium transferri, sed non possessionem.*

d *Et per hypothecariam.* § 6 *Tertia actio legatario competēs pariter realis est, scilicet § hypothecaria. § Quia in bona hæreditaria sunt ipsi legatario, interim dum caret re legata, loco hypothecæ:* [l] *ideo hac actione quasi petit rem sibi pignoratam sive hypothecatam.* 7 *Hoc tamen sane intelligendum est, legatariū habere hypothecam, non quidem in re sibi legato relicta, cuius dominium ipso iure habet, nec cuiquam res sua pignorari* [m] *potest: nec in bonis hæredis (in quibus tamen si post sex menses non soluat hæres, missio fieri potest, & pignus* [n] *prætorium constitui) sed in alijs rebus a defuncto* [o] *relictis. Quanquā nonnulli* [p] *malint, & in eā ipsam rem, quæ legata est, legatariū hypothecariā habere. Qua opinione retenta, nihil obstabit, quod nemini res sua pignoris esse loco ualeat: id enim obtinet, cum quis rei dominium, communi iure gentium, parta per traditionem nactus est, secus ubi speciali iure ciuili (ut hoc nostro casu) dominium translatum sit: tunc enim sicut personali § ex testamento § ad rem consequendam agere licet, ita & huic personali actioni § utilis Seruiana § subseruire potest.* [q] *Porro duæ priores actiones, personalis scilicet § ex testamento § & § rei uendicatio, § etiam iure Digestorum legatarijs competebant: hanc autem § hypothecariam § Iustinianum de nouo induxisse sua constitutione exploratum est, ut Iason* [r] *probat.* 8 *Hoc quoque addendum, has tres actiones legatarium nō posse simul mouere, sed ex eis unam eligere debet, qua experiri* [s] *velit.* 9 *Et adita in primis hæreditate hæc competere incipiunt, ante uerò nullo* [t] *modo. Nec obloquitur, quòd statim testatore mortuo rei legatæ dominium in legatarium* [u] *transeat: ficte enim (ut & supra dixi) tantum trāsit, & ut Bal.* [x] *ait, inceptiuè, non autem uere, vel completiuè.* 10 *Quæ etiam causa est, quòd ante aditā hæreditatem sicut rei uendicatio non nascitur, ita nec fructus rei legatæ* [y] *debeantur.* 11 *Porro dubitatū quoque est, an ultra supradictas tres actiones pro legato consequendo etiam uia executiua agi possit? Et licet in hoc interpretes non consentiant, plerisque* [z] *arbitrantibus, ordinario iudicio experiundum esse, alijs* [a] *contra uia executiua agi optime posse censentibus: tamen in Camera Imperiali, cum hęc quæstio incidisset, posterior sententia obtinuit, cum eo tamen moderamine, de quo in obseruat. meis Cameralibus mētionem feci,* [b] *quo me breuitatis gratia refero.*

6. Sed non vsque.

1.2.3 *In quibus fideicommissa legatis olim præualuerint.*
4 *Legata singularibus tantum fideicommissis æquata.*
5.7 *Hec exæquatio non soli Iustiniano tribuenda.*
6 *Excussio l. 1. de legatis 1.*
8 *Legata a fideicommissis in quibus solum etiam hodie differre.*
9 *Amplius in legatis, quàm fideicommissis olim fuisse, quomodo accipiendum.*

Sed nō vsq; ad eā cōstitutionē stādū esse existimauimus. Cū n. antiquitatem inuenimus, legata quidē stricte concludentem: fideicōmissis aut, quæ ex uoluntate magis descendebāt defun-

a l. 1. C. cōmunia de legat.
b l. Iulianus 17. §. si. ex quib. cau. maio. & §. heres quoque. infra de oblig. quæ ex quasi cōtract. nasc.
c d. l. 1. & l. 2. ibi déq;. Dd. C. cōia de legat. Bartol. l. 1. de leg. 1.
d l. traditionib. C. de pac. §. p traditionem. sup. de rerum diu.
e l. in rem, & l. officium. de rei uend.
f §. sic itaq; inf. de action.
g ibidem.
h Vterque hic.
i In d. l. 1. C. cōmunia de leg. vbi Bar. & Iaf. late Ino. in l. 1. de leg. 1. vbi etiam Cantiun. hic in sua Para.
k l. 1. de cond. tritica.
l d. l. 1. in fine.
m l. 46. neque pignus. de reg. iur.
n Ang. hic per l. 6 certa. C. vt in poss. leg.
o Gl. hic in ver. hypothecariā in princ.
o Barto. & Iaf. (Sub dubio) in d. l. 1. de leg. 1. Dec. d. l. neque pignus.
q Dd. hic. & vbi sup. Cantiuo. hic.
r In d. l. 1. in pr. post gl. in l. si cui. §. postquā vt i poss. leg.
s l. 76. cū filius. §. varijs de legat. 2.
t Auth. hoc amplius & ibi Dd. C. de fid.
u l. 64 a Titio. de fur.
x d. l. 1. in prin.
y Not. in l. fi. & ibi Bal. C. de vs. & fruct. le.

z Ale. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. nu. 60. ff sol. matr & Menoch. in tractat. de adipis. poss. re. 4. num. 694. a Ang. Sallud. pa. 18 nouell. de hær. & fal. Iaf. l. fi. in 5. no. qu. 6. C. de edi. diu. Adr. toll. b Obser. 61. Cent. 2. vbi vide.

defunctorum, *a* pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse diximus, omnia legata fideicommissis *b* exæquare, vt nulla sit inter eas differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum; *c* & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: operæpreciumesse duximus, interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare, vt natura vtriusque iuris cognita, facile possint permistionem eorum eruditi subtiliorib. aurib. accipere.

a *Pinguiorem naturam.* } *Sicque olim prævalebant legata fideicommissis.* 1 *In quibus autem? Primũ legata non relinquebantur, nisi in testamentis, vel codicillis testamento confirmatis. Fideicommissa vero etiam non facto testamento, & ab intestato fieri* [a] *poterant.* 2 *Deinde post hæredis aut legatarij mortẽ inutiliter legabatur,* [b] *cum aliud in fideicommissis obseruaretur.* 3 *Denique & a legatario cum legari nequiret, fideicommitti tamen* [c] *poterat.*

b *Fideicommissis exæquare.* } 4 *intellige, singularib. non &t vniuersalib. Vniuersalia. n. fideicommissa longe lateq; distare a legatis, suo loco dicemus.* [d] 5 *Quod autem hęc legatorum fideicommissorumq; singularium exæquatio soli Iustiniano attribuenda sit, Viglius* [e] *& Cantiuncula* [f] *pluribus argumentis euincere conantur. Verba equidem sunt hic, & in Iustiniani* [g] *Constitutione clarissima.* 6 *Nec impedit secũdum eos, quod eiusdem sententiæ Vlpianus* [h] *multo antiquior citatur autor, qui & ipse scribit, } Per omnia legata fideicommissis exequata esse. } quoniam illa verba falso Vlpiano ascribantur: quinimo nec vllam habeat inscriptionem textus Norius, vt a compillatorib. adiecta fuisse verisimile sit: idq; etiam Angelus Raphaeli dudum placuisse ostendit.* 7 *Aduersatur tamen prædictis, quod Anto.* [i] *Augustinus testatur, illud in Pandectis Florentinis omnino tribui Vlpiano: & addit, hoc ab eo scriptum fuisse libro 67. ad Edictum. sese tamen arbitrari eius sententiæ exceptiones, quas fortassis Vlpian. adscripserat, Tribonianum describere noluiße, ne quid faceret contra Iustiniani Constitutiones.* 8 *Hic tamen omittendum non est, vtcunq; hęc facta sit siue ab Vlp. siue a Iustiniano exæquatio, tamen nonnullas adhuc hodie differentias eße inter legatum & fideicommißum. Nam præter hoc, quod hoc ad vniuersale fideicommissum se non protendit, nec hodie recto sermone hæreditas libertasue dicitur legataria, sed fideicommißaria. Et quod relictum est verbis precarijs, non legatum, sed fideicommißum recte dicitur: quemadmodum si quid relinquatur verbis directis & imperatiuis, non fideicommißum, sed legatum dicetur. Item non potest legatarius hæredem cogere, vt hæreditatem adeat, legatumq; sibi prestet: fideicommißarius contra, cui hæreditas, eiusue pars ex Trebell. restituenda est, recte compellit hæredem, ut adeat, sibiq; fideicõmiß. hęreditatem* [k] *restituat.*

c *Et si quid amplius.* } 9 *Amplius autem in legatis fuit, quam fideicommissis: quia legatarius, qui erat rei legatę dominus, plures actiones habebat ad legatum assequendum: quod in fideicommißario non erat, quo factum est, vt & in hoc fideicommißa legatis ęquata* [l] *sint.*

a §. præterea. infra de fideicõ. hæred.
b §. post mortẽ. inf. hoc tit.
c inf. de singulis reb. per fideic. re. in prin.
d inf. de fideic. hær. p discur. sum.
e §. legatar. sup. de testa.
f Hic.
g l. 2. C. cõmunia de leg.
h l. 1. de leg. 1.
i Lib. emend. 3. cap. 9.
K §. sed et inf de fideic. hær.
l d. l. 1. & 2. C. cõmunia de lega. Ias. late post alios in d. l. 1. de leg. 1.

§. Non solum.

1 *Res propria uel cum alio communis legari potest.*
2 *Res hęredis propria recte legatur.*
3 *Quando res aliena vtiliter legetur.*
4 *Qui probare tenetur testatorem ignoraße, rem esse alienam.*
5. 6. 7 *Redimere, uerbum quid significet: & Redemptor, redemptores causarum.*
8 *Res quę non sunt in commercio, legari nequeunt: & quę distinctio in hac parte sit obseruanda.*
9 *De campo Martio.*
10 *Basilica quid.*

a Non solùm autem *b* testatoris vel *c* hæredis res, sed etiam *d* aliena legari potest, ita vt hæres cogatur *e* redimere eam, & præstare: vel si eam *f* non potest redimere, *g* æstimationem eius dare. Sed si talis sit res, cuius *h* commercium non est, vel adipisci non potest; nec æstimatio eius debetur. veluti si quis *i* campum Martium, *k* vel Basilicas, vel templa, vel quę *l* publico vsui destinata sunt, legauerit. nam nullius momenti tale legatũ est. Quod autem diximus alienam rem posse legari: ita intelligendum est, *m* si defunctus sciebat alienam rem esse; non si ignorabat. Forsitan. n. si sciuisset alienam rem esse, non legasset. & ita *n* diuus Pius rescripsit. *o* Et verius est, ipsum qui agit, i. legatarium, probare oportere, sciuisse alienam rem legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

a *Non solum autem.* } *Quia Imperator de legatis seorsim tractare constituit, ideo nunc explicare incipit, quę res legari possint, multas diuersasque species ad istius materię declarationem subnectens, quemadmodum ex subiectis adparebit.*

b *Testatoris.* § 1 *Hinc discendũ, testatorẽ posse rem legare propriam, & in solidum suam: quod & ad rem testatoris cũ alio cõmunem producitur: quam tamen si suam nominauerit, portio tãtum debebitur, sin totam, integra, quatenus præstare poterit, danda est, alioqui* [a] *ipsius æstimatio.*

c *Hæredis.* § 2 *Res solius hæredis legari potest: nec refert, an sciuerit, hoc defunctus, uel ignorauerit.* [b]

d *Aliena.* § 3 *Ergo & res aliena utiliter legatur, quod & Paulus* [c] *iuriscõsultus uoluit, rescriptoq; Imperatoris Alexandri* [d] *traditum est. ita tamen demum rei alienæ legatum valet, (vt Imperator infra subijcit) si testator non errauit. Nam si putauerit esse suam, cum esset aliena, legatum corruet: nisi coniunctæ personæ sit relictum.* [e] *vel tali, cui defunctus uerisimiliter legasset, etsi sciuisset esse alienam. Porro Angelus arbitrio iudicis relinquendum putat, quæ coniuncta persona dicatur, & quando eius affectionis habenda sit ratio. Sed an testator rem, quam legauit alienam esse sciuerit, uel ignorauerit, iudex non arbitrabitur, tum legatarius contra se iuris præsumptionem habeat.* [f] *itaque si de hoc referatur quæstio, legatario probatio incumbet, testatorem sciuiße rem alienã, cum ob prædictam causam, tum quia de lucro captando contendit, sicut hæres contra de damno uitando satagit: tum etiam quia regulariter, is qui asserit, nõ negat, probare & fidem iudici facere debet.* [g]

e *Redimere.* § *Et redemptã ipsi legatario præstare.* 5 *Est aũt* § *redimere,* § *aliquid emere, licitari. Cicero:* § *Qui merces,* § *inquit,* § *redimunt, vt statim uẽdãnt.* § *Sic dicimus,* § *captiuos ab hostibus redimi.* § *Vnde* § *redẽptor,* § *vectigaliũ emptor nominatur.* [h] *Itẽ* § *redẽptores causarũ,* § *qui alienas lites mercantur pecunia,* § *Quadruplatores* § *aliàs dixi.* 6 *Quandoque tamen* § *redimere* § *dicitur, qui precio accepto aliquid faciendum suscipit, vt totum perficiat suo sumptu: quod & conducere dicimus. In qua significatione Vlpianus* [i] *est vsus.* § *Quare etsi lanã,* § *inquit,* § *cõduxerit vsuarius expediendã, poterit etiã per vsuarias ancillas opus perficere: itidemq; si uestimenta texenda redemerit, vel insulã vel nauẽ fabricandã, poterit ad hoc operis vti vsuarius.* § *Et* [k] *alibi Iurisconsul.* § *uestimenta texenda redemerit.* § 7 *est denique* § *Redimere,* § *quasi reemere, cum res vendita eodem precio recipitur, ita cotidie vtimur in contractibus annuum redituum, quibus pactum redimendi solet adijci.* § *In vuiderkeuffischen contracten.*

f *Non potest redimere.* § *Quia forte dominus eam vendere nolit, vel sane immodico* [l] *precio vendat: quod perinde est, ac si omnino uendere nolit.*

g *Aestimationem.* § *Iustam scilicet, quam si præstet legatario,* [m] *liberabitur: sicque semper erit vtile rei alienæ legatum. Si tamen hæres insto precio rem emere potuißet, nec emit, non statim oblata rei æstimatione liberabitur, quando tam facilem rei comparandæ occasionem repudiauerit: sed omnino præstare debebit, quanti interest, quia negligentia eius nocere legatarijs non debet.* [n]

h *Commercium non est.* § 8 *Res ergo, cuius nõ est cõmerciũ, id est, quæ non est subiecta hominum pactionibus & contractibus, legari nequit, nec si legetur, vlla æstimatio debebitur. Quod distinctionem recipit. Nam siquidem res legato relicta in hominum cõmerciò non sit (vt in exemplis textus nostri) uerum est, adeo inutile esse huiusmodi legatũ, vt nec æstimationem præstare oporteat.* [o] *quod etiam obtinet, si perdifficilis sit & inusitata rei legatæ cõparatio. Sin uerò res quidem in aliorum hominum & ipsius etiam legatarij sit commercio, sed non in hæredis, aut eius, qui legatũ præstare iussus est: tunc nõ aliter liberabitur quàm si uel rem ipsam, vel æstimationem præstet.* [p] *Econtra uero si rei legatæ commercium hæres habeat, legatarius non idque ob aliquod crimen, a legatario patratum euenit, eo casu nec æstimatio debetur.* [q] *Quod si nullo eius crimine, sed uel casu, vel natura, aut infirmitate contigit, vt rei legatæ commercium legatarius non habeat, tunc solum æstimatio debebitur.* [r]

i *Campum Martium.* § 9 *Qui priusquam Marti consecraretur,* § *Tyberinus* § *(autore Gellio) dicebatur; sicut Tyberis Martius, vt testis est Papinius lib. 2 Syl. Porro ager Tarquiniorum, si Liuio credimus, qui inter Vrbem & Tyberim fuit, consecratus Marti,* § *Martius* § *deinde* § *campus* § *dicebatur.*

k *Vel Basilicas.* § 10 § *Basilica* § *priscis locus amplior erat, publicus sub tecto, vbi consilia priuata & iudicia & arbitraria conficiebantur. Deinde pro domo Principis, id est, regia dici cœpit. Tandem & ad diuina templa significanda recepta est. De hac uoce uide Alciatum* [s] *& Rhodiginum* [t] *plura congerentes: aliqua etiam Bald. hoc loco annotauit.*

l *Publico vsui.* § *Vt* [u] *theatrum, balneum, forum.*

m *Si defunctus sciebat.* § *Quæ hic a Iustiniano referuntur, supra satis sunt declarata.*

n *Diuus Pius.* § *Hoc tamen diui Pij rescriptum non extat, sed aliud quoddam nõ dissimile Alexandri* [x] *Imperatoris, quo etiam continentur nonnulla, quæ hoc loco temere sunt prætermißa, Itaque eius lectio huc referri debet, in Codice Iust. cuiuis obuia.*

o *Et uerius est.* § *Totus hic locus ex Martiani Institutionibus desumptus est, cuius adhuc verba extant in Pandectis:* [y] *ea nos paulo ante satis explicauimus.*

§. Sed etsi rem.

1.4 *Res alteri obligata recte legatur, & luenda est ab hærede: fallit, vt num. 8.*

2.3 *Verbum luere significat soluere: Item redimere & recipere accipitur.*

5 *Argumentum a legato rei alienæ ad legatum rei obligatæ ualet.*

Casus

a l. 3. serui elec. §. fi. & §. labeo vbi late Ias. ff de leg. 1. l. cum filius. §. dñs. ff leg. 2. l. Iohanus. de leg. 3.
b gl. hic, verbo hæredis.
c l. 40. apud Iulianum. §. vlt. de leg. 1.
d l. 10. cum alienã. C. de leg.
e glo. hic, verbo ignorabat.
f l. 67 vnum ex famil. § si nõ etiã. de le. 2.
g l. 2. l. verius. de prob. l. 4. qui accusare. C. de edendo.
h l. 15. Cæsar. in prin. ff publi.
i l. 22. itẽ si precio §. 2. l. 51. ea l. §. 1. l. 29. à l. locat. locati. l. redẽptores. ff rei ven.
k l. 12. §. vlt. de vsu & habit.
l l. 14. nõ dubiũ §. vlt de leg 3
m d. l. nõ dubiũ §. sed si cui. & l. qui cõcubinã. §. fi. ff le. 3
n l. eu cũ pater. §. fi. cũ l. seq. ad l. fal. l. 1. ff io litẽ iurãdo
o l. 41. idẽ Iul. §. cõstat. de le. 1
p l. 49. mortuo boue. §. 2. Labeo. ff le. 2. l. multum interest. 34. ff ver. obl. cuius legis sẽsus hic ẽ multũ iterest verũ stipuler rem cuius cõmercium nõ habeo, an promittã, priori casu inutilis ẽ stipulat. altero vtilis est. vi. Cuiac. Inst. e.
q Dd. i ll. iã alle.
r l. sed si res. iũcta gl. ff le. 1.
s li. 1. Prætermi.
t li. 12. cap. 11.
u §. idẽ iuris. infra. de inut. stip. §. vniuersitatis sup. de re. diui. & l. 6. ff eo.
x d. l. cum alienã C. de legat.
y l. verius. de prob.

6. 7. 8. *Casus, in quibus rem obligatam a testatore legatam hæres indistincte tenetur luere, siue testator sciuerit obligatam, siue non.*
9. *Limitatio ad prædictum axioma.*
10. *Voluntas testatoris semper attendenda.*

a Sed etsi b rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet hæres eam c luere. d Et in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem e obligatam esse: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. f Si tamen defunctus uoluerit legatarium luere, & hoc expresserit; non debet hæres eam luere.

a Sed etsi. 1 *Amplificatio ad id, quod præcedenti §. dictum est, rem testatoris propriã legari posse:* a *quia hoc procedit, etiamsi talis res oppignorata sit alteri, eoque casu hæres tenetur eam luere, atque ab hypotheca liberam reddere. Nec obstat (quæ poterat dubitandi causa esse) si dicas, rem talem præstandam esse, qualis est, eo quia testator in dubio præsumatur legasse ius, quod habet:* b *quoniam hoc procedit, nisi ex tali qualitate insurgeret rei ipsius euictio,* c *vt Bartol. alibi declarat.*

b Rem. *Ipsius testatoris propriam.*

c Luere. *Id est, æs hoc alienum, cuius nomine res legata in causam pignoris tradita est, soluere, & legatario rem liberam* d *dare.* 2 *Est enim luere nihil aliud, quàm soluere, a Græco verbo λύω: Virgilius lib. 1 Æneid. Post mihi nõ simili pœna commissa luetis. Sic ergo cum hæres ius pignoris soluit eius rei, quæ alicui legata est, luere recte dicitur.* 3 *Quandoque tamen luere, pro captiuos redimere, aut res captas recipere precio dato, accipitur: atque ita Vlpianus* e *hac voce vtitur: Sed ne hi, inquit, qui ab hostibus redempti sunt, militare debent prius quàm se luant. Idem: Si patre redempto & ante luitionem defuncto, filius post redemptionis quantitatem offerat. Item luere interdum pro purgare, sumitur & abluere, vt apud Cicer. Verrin. 3. Veres ne tibi tanta fuit, vt eius libidinem hominum innocentum sanguine lui uelles? Hinc Lua dea est apud veteres, quæ præerat lustrationibus & lustris. Vide Liuium lib. 8.*

d Et in hoc quoque. 4 *Sicut ergo in alienæ rei legato distinguitur,* f *ita & hoc casu, vt siquidẽ sciuerit testator rem obligatam, hæres eam luere teneatur,* g *si nescierit, legatarius luat.* h 5 *Ex quo efficitur, argumentum de legato rei alienæ, ad rei obligatæ legatum recte colligi. Neq; tamen hæc distinctio perpetua est.* 6 *Sunt enim nonnulli casus, in quibus res obligata indistincte luenda est, siue id sciuerit testator, siue ignorauerit. Primus est (quem & in legato rei alienæ supra probauimus) si testator conscius obligationis uerisimiliter nihilominus rem legasset: quia forte legatarius erat sanguine coniunctus,* i *aut arctissima amicitia deuinctus testatori,* k *vel magnum præcesserat legatarij meritum.* l *Quod tamen omne iudicantis arbitrio relinquendum est.* 7 *Secundus casus est, quando legatarius nõ esset habiturus aliquid residui, si rẽ suo impendio luere cogeretur. Neque enim uerisimile est, testatorem noluisse inani legato eum ludificarier.* m *itaque tali casu hæres luere tenebitur, etiamsi defunctus ignorasset rem obligatam. Non ignoro Fulgosium, & plerosq; recentiores hanc interpretationem nõ recipere, sed alio sensu uerba Vlpiani* n *exaudire. uerum ego a superiori intellectu (qui etiam receptior est) non puto recedendum.* 8 *Prædictis duobus casibus adde idem iuris esse, quando prædia, quæ testator legauit, non modo obligata ab eo fuere, sed etiam a creditore distracta sunt: nam & ea specie precium hæres exoluere legatario cogitur, nisi ipse contrariam defuncti uoluntatem doceat.* o *Quemadmodũ & vbi testator post factum testamentum prædia, quæ legauit, pignori uel hypothecæ dedit, ea pariter ab hærede mutatam defuncti uoluntatem non probante, liberari oportet:* p *quam speciem infra suo loco expendemus.* q

e Obligatam esse. 9 *Nisi forte alicui perpetuæ seruituti esset obligata, vel annuæ pensitationis onere grauata: quia talem rem non cogeretur hæres luere, sed deberet legatarius pro suo tempore agnoscere onus seruitutis* r *vel pensionis.*

f Si tamen. *Exceptio est ad id, quod supra dixit, rẽ legatã a testatore sciente obligatam, ab hærede luendam esse. Hoc enim verum est, nisi aliter de animo testatoris appareat. Quid enim si dixerit, vt legatarius luat? certe ei uoluntati adhærendum erit.* 10 *In hoc enim omnis regula fallit in vltimis voluntatibus, propterea quod uolunta[s] testatoris velut regina attendi debet, quæ regit & gubernat vltimas voluntates.*

a Vt hic & l. si res obliga. de leg. 1. l. prædia. 6. C. de fideicom. vid. l. 21. de proba.
b l. si domus. 71 § 1. ff. de le. 1 & l. 20. si vxor patrui. C. de leg.
c d. l. si domus. § de euictiõe. vbi Bar. declarat. & l. Meuius §. si de le. 2.
d d. l. si res obligata.
e In l. qui statur. ff. de re milit.
f §. praeced. n. 3.
g Vt hic in text.
h Vt d. l. si res obligata.
i d. l. prædia. C. de fideicom.
k Ias. d. l. si res obligatã per l. 232. late col. pe. §. amicos. ibi nõ leui amicitia. de ver. sig. & ibi gl. not. fac. l. cũ allegat. C. de caf. pec. in fi. 12.
l Bal. in d. l. prædia.
m l. plaue. 14. §. qui si rẽ. 7. de leg. 1.
n in d. l. si res obligata.
o d. l. prædia C. de fideic.
p per l. 3. vb. Ias. post alios. C. de legatis.
q §. si rem suã. infra. h. tit.
r l. si pẽdentes. § si quid. de vsufr. l. legatũ est §. vult. de leg. 1.

§. Si res aliena.

1 *Thema huius §.*
2 *Si legatarius ex titulo oneroso rem alienam habeat, quomodo sit distinguendum.*
3 *Causa lucratiua & non lucratiua, siue onerosa, item mixta.*
4 *Duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem & personam non concurrunt, fallit, numero. 5*
6 *Hunc §. in certa specie legata procedere, non si quantitas legato relicta sit.*
7 *Eadem re ex duorum testamentis eidem legata, si rem ipsam nactus sit legatarius,*

ex alio precium eius non potest consequi: secus si æstimationem rei ex primo habeat.

8 *Et quæ sit diuersitatis ratio.*

9 *Res legata & æstimatio rei differunt.*

10 *Si in eodem testamento bis eadem res legetur, an plus, quàm semel exigi possit.*

a Si *b* res aliena legata fuerit, & eius rei *c* viuo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidem *d* ex causa emptionis; ex testamento actione *e* preciũ cõsequi potest: Si vero *f* ex causa lucratiua veluti ex donatione, vel ex alia simili causa agere nõ potest. *g* Nã traditum est, duas lucratiuas causas *h* in eundem hominem *i* & eandem rem concurrere non posse. *K* Hac ratione, si ex *l* duobus testamentis eadem res eidem debeatur: interest, vtrum rem, an æstimationem ex testamento consecutus sit: nam si rem habet, agere non potest; quia habet eam ex causa lucratiua. Si æstimationem, agere potest.

a *Si res.* ‖ *Reuertitur. Imperator ad rei alienæ legatum, atque huiusmodi hypothesin explicat.* 1 *Rem ego Titio alienam legaui, & cum post testamentum factum superuixissem, Titius eam rẽ ex alterius cuiusdã testamẽto cõsecutus est. Illud certe extra controuersiã est, Titiũ me mortuo eã rem ab hærede meo petere non posse: quomodo enim peteret rem, quam prius habet in suo dominio? quomodo item bis eadem res præstari posset? An ergo neque æstimatio rei præstari poterit? Et in hac specie distinguendum censuit Iustinianus, an ex causa onerosa Titius factus sit eius rei dominus, an ex lucratiua: vt priori quidem casu æstimationẽ eius per actionẽ ex testamento contra hæredem intentatam nancisci valeat, altero non item.*

b *Si res aliena.* ‖ *Quæ prorsus sit aliena, hoc est, neq; testatoris, neque* [b] *legatarij, neq; hæredis,* [c] *sed alterius cuiuspiam.*

c *Viuo testatore.* ‖ *Vel etiam eo mortuo, priusquam tamen hæres legatario rem legatam ex ea causa præstitisset.*

d *Ex causa emptionis.* ‖ *Et sic titulo non lucratiuo, siue oneroso, vt vulgo uocant.*

e *Precium.* ‖ *Verum ac iustũ. Vnde colligis, quòd si legatarius viuo testatore rem legatam consecutus sit ex causa onerosa, possit actione ex testamento, eiusdem rei precium siue æstimationẽ adipisci: secus si ex lucratiua, quia tunc legatũ expirat penitus.* 2 *Circa priorẽ tamen casum quando ex causa onerosa legatarius rẽ legatã accepit, plenior distinctio adhibẽda* [d] *est. Videndũ enim, ab hæredene acceperit, an ab extraneo. Si ab hærede, rursus refert, res ne pure relicta sit, an sub conditione. Si fuerit relicta pure, eamq; rẽ legatarius scienter & oneroso titulo acquisiuerit, legato renunciasse* [e] *intelligitur. Sin uero sub conditione legata sit, & aliquo tali oneroso titulo rem acquisierit, sciens an ignorans nihil refert, non censebitur legatarius rei taliter legatæ renunciasse:* [f] *potuit n. illam comparare propter dubium conditionis euentũ, quoque interim ipsius rei commoditate frueretur. Quod si ab extraneo rem adeptus sit oneroso titulo, tunc procedit textus noster, & salua erit ei aduersus hæredem actio ex testamento, ad precium, quod ei abest, assequendum. Neque tamen hoc casu ad precium legatarium agere oportet, sed rem ipsam petere, quæ est in obligatione, & nihilominus, æstimationem cõsequetur.* [g] *Licita etiam erit hoc casu alternatiua petitio, vt rem ipsam vel, si ea præstari non possit, æstimationem petat.* [h] *Angelus* [i] *etiam alios petendi modos tradit. sed hi duo sunt præcipui.*

f *Ex causa lucratiua.* ‖ 3 ‖ *Causa lucratiua* ‖ *in iure dicitur, cũ aliquid gratis nobis obuenit: vt si rẽ ex donatione. vel ex legato consequimur, quia donatarius nihil dat, neque etiam legatarius quicquã præstat. Causæ lucratiuæ alibi* [k] *in iure nostro enumerantur.* ‖ *Causa* ‖ *autẽ* ‖ *non lucratiua* ‖ *siue (vt vulgus appellat)* ‖ *onerosa,* ‖ *est, cũ nõ gratis rẽ accipimus, sed aliquid vicissim rependimus: vt est in emptione, & permutatione, vel similibus titulis nõ gratuitis. emptor enim pro merce cogitur preciũ soluere, & sic de alijs. est ergo* ‖ *lucratiua causa,* ‖ *ex qua accipienti nihil abest.* ‖ *Onerosa* ‖ *propter quam quid accipienti abest. Sunt & quædam causæ mixtæ, & pene lucratiuæ:* [l] *vt si donationis causa res minoris fuerit uendita.* [m]

g *Nam traditum est.* ‖ *Et quidem a multis Iurisconsf. quorum etiamnũ responsa extãt: puta a Papiniano,* [n] *Iuliano,* [o] *Paulo,* [p] *Vlpiano,* [q] *& Africano.* [r] 4 *Notãda aũt est hæc nobilis regula, qđ etsi duæ causæ onerosæ, aut onerosa & lucratiua circa eadem personam, eandemque rem locum habere possint: duas tamen lucratiuas rectà & directo non posse cõcurrere. Quod sane in nostro proposito fieret, si legatarius Titius rẽ prius habuisset ex titulo lucratiuo, deinde eandem iterum ex alio titulo lucratiuo habere vellet.*

h *In eundem hominem.* ‖ *Recta scilicet directo.* 5 *Per obliquum enim quandoque possunt in eundem hominem duæ lucratiuæ causæ* [s] *cõcurrere, vt si, quod mihi ex testamento debebas, seruus meus mihi acquisierit, nihilominus salua mihi erit actio ex testamento.*

i *Eandem rem.* ‖ 6 *Id est, speciem, siue corpus. aliud est, si legata sit quantitas, quia in eo legato non habet locum prædicta regula duarum causarum lucratiuarum, quare si bis decem aurei legentur, non intelliguntur ijdem aurei, sed diuersi sicque bis* [t] *peti possunt. Sunt & aliæ quædam huius regulæ exceptiones, quas Iason ad Porcium* [u] *eleganter congessit.*

K *Hac ratione.* ‖ 7 *Imp. ex prædictis subtiliter colligit: Ergo si cui eadem res ex testamẽtis duorũ legata fuerit, si quidẽ rem ex priori testamento consequatur, non poterit eandem ex altero petere, nec eius precium*

a l.108. si seruus §.4. Stichum de leg. 1.
b l. 84. huiusmodi. §. 5. qui seruum de leg. 1.
c l. cætera. § tractari iã dicto titulo.
d Cantiun. hic.
e arg. l. titius quibus mod. pig. vel hyp. sol. & à cõtrario sensu l. fũdo legato ad l. Falc.
f tex. in d. l. fundo leg.
g gl. 1. l. hic facit. l. arbitrio §. tamẽ đ dol.
h Per ea q Spec. tradit. đ obl. & sol § sequitur. vers. & qd si nu. 22. Dd. l. inter stipulãte. § si stipulatus đ verb. obl.
i Ang. hic.
K l. 1 § lucratiu. C. đ impo. lucrat. desc. li 10
l l. apud Celsũ §. autor. đ doli mali & metus exceptio.
m l. si donatio. cau. de cõtrahen. emp.
n l. 66. Mænius. §. 1. duorum. de leg. 2.
o l. 17. oẽs debitores. l. 19. ex promissio. de ac. & oblig.
p l. 21. nutu. §. 1 de leg. 3. l. in ppetuũ. 60. đ solutionib.
q l. 83. inter stipulãtẽ §. si iẽ 6. de uerb. ob.
r l. 108. si seruus legatus. §. Stichũ de le. 1.
s Balduin hic p d. l. si seruus leg. §. si id q de leg. 1.
t l. 87 Titio ã Seio. in pi inc. de leg. 2.
u In hoc §.

bium consequi. Sin vero ex proribus tabulis æstimationem rei nactus fuerit, nihil vetat, quin rem ipsam in alio testamento petat. 8 Sed hic quærenda est diversitatis ratio: & Imp. eam subdit. Nam si priori casu legatarius ageret, tunc eandem rem, quam ex causa lucratiua, nempe ex testamẽto, prius in bonis suis habet, vellet rursus ex alia causa lucratiua consequi, sicque duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem, eundemque hominem directo concurrerent, quod legib. [x] *est prohibitum. Altero vero casu cessat hæc regula: qđ ego sic exaudiendum existimo, quia non est eadem res, quæ petitur, sed diuersa, puta ipsa res & eius æstimatio. 9 Aliud enim est res, aliud æstimatio* [y]. *rei Legatarius fit res legatæ dominus, statim post mortem testatoris facte:* [z] *ab adita uero hæreditate verè, siue* [s] *traditione: æstimationis vero siue precij non fit dominus, nisi postquam illi solutum fuerit. Qui igitur consecutus est æstimationem, manet nihilominus rei legatæ dominus, atque ita iure potest legatum petere, vtcunque antea adeptus fuerit eius æstimationem. Atque ita ego Imperatorem sensisse omnino puto.*

I *Duobus. § Duorum testatorum scilicet. Si enim vnius essent duo testamenta, primum per posterius rũperetur.* [b] *10 Quod si in eodem testamento bis eadem res legaretur, amplius tamen quam semel exigi non posset, satisque esset legatarium vel rem consequi, vel* [c] *precium: nisi forte non corpus, siue certa species; sed quantitas eadem in eodem testamento sæpius legata sit, quia tunc sæpius præstanda summa: si tamẽ euidenter doceri possit, testatorem multiplicare legatum voluisse.*

§. Ea quoque res.

1.5 *Res etsi non extat, si tamen speretur, legari potest.*
2 *Legatum rei futuræ transmittitur ad hæredes legatarij.*
3 *Tacita legis conditio in locum expressæ conditionis a testatore appositę suffecta, non impedit transmissionem.*
4 *Legatum rei quę fuit, amplius tamen non est, vel nec fuit, nec futura speratur, nõ ualet.*
6 *Legatum rei, de qua, an sit in rerum natura, dubitatur, an & quando valeat?*

a Ea quoque res, quæ in rerum natura non est, si modo futura est, *b* recte legatur: ueluti *c* fructus, qui in illo fundo *d* nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

a *Ea quoque. § Subijcitur amplificatio ad superiora. 1 Neque. n. solum res quæ iam extant, verum etiã res non extantes, & quæ non sunt in rerum natura, sed ut sint in futurum, speratur, vtiliter legari possũt.* [a] *Exempla sunt in textu. Est tamen huiusmodi legatum conditionale ex natura ipsius rei: habet. n. conditionem, si talis res nascetur, vel producetur.* [b] *Et sic illa tacita conditio impedit ortum obligationis &* [c] *actionis: 2 tamen non censetur legatum conditionale quo ad impediendam transmissionem,* [d] *sed perindè est, ac si pure fuisset legatum:* [e] *cum illa conditio tacite ex sola rei natura insit. Sic etiam substitutio habetur pro pura, licet adiecta fuerit conditio, quæ de sui* [f] *natura inest. 3 Quinimo generaliter traditum* [g] *est, tacitam legis conditionem suffectam in locum conditionis a testatore expressim adpositę non impedire transmissionem.*

b *Recte legatur. § Quemadmodum & recte* [h] *emitur, & stipulanti* [i] *promittitur, & pignori obligatur.* [k] *Cæterum Imp. hoc loci, vnam tantum speciem explicat. Verum Dd. hac in quæstione, an & quando id, quod in rerum natura non est, legari valeat, tria membra distinguunt, quę succinctim adijcere iubet. 4 Aut. n. de ea re quæritur, quę quandoque fuit, amplius tamen non est: vel nec vnquam fuit, nec vnquam futura speratur, ut si quis Stichum, qui mortuus est, leget, aut hippocentaurum, qui esse nequit, & eiusmodi legatum plane ridiculũ, ac penitus* [l] *inutile est. 5 Aut de ea quę non est quidem, sed ex natura cursu futura speratur, vt in exemplis textus nostri, & tale legatum ualere, Imperator hic docet, satisque supra expeditum est. 6 Aut denique de illa re est quæstio, quę an in rerum natura sit, incertum est, vt si forte dubitetur, an homo legatus viuat. Et tum cautionem præstare hæres debet, eam rem se suis sumptibus & opera persecuturum, & si nactus sit, legatario restituturum.* [m] *Atque hoc quidem in seruo legato, qui aufugerat ante testamentum factum, omnino obtinet. Secus tamen est in eo, qui post testamentum, uiuo tamen testatore fugisse dicitur, is enim impensa & periculo legatarij reddi debet.* [n] *Quod si id post mortem testatoris, refert, an culpa hæredis id factum sit, & æstimationem præstare tenetur:* [o] *an vero citra ipsius culpam, & tum cautio, de qua paulo ante, interponi debet.*

c *Fructus. § Et tali legato satisfactum esse dicebatur, si semel natos fructus* [p] *soluerit. Cęterum si annui fructus legati essent,* [q] *quotannis deberentur.*

d *Nati erũt. § Hoc est nascentur, hic enim præteritum habet vim futuri temporis, cui adiungitur, quod in legibus non est rarum, & a* [*] *Gellio quoque notatur.*

§. Si quidem res.

1 *Coniuncti re & verbis.*
2.5 *Coniuncti re tantum, qui & disiuncti dicuntur.*
3 *Coniuncti verbis tantum.*

In

x d.l. Mæuius. § duorum. & aliis ll. sup. all.
y l. 112. § quis inquilinos, in fi. de leg. 1.
z d.l. 2 Tit. de fur.
a §. nostra autẽ sup. hoc tit.
b § posteriore. sup. quib. mo. test. infir. gl. & Theoph. hic.
c d.l. plane. §. 1. de leg. 1.
a huc & l. 24. qđ i rerũ. de le. 1.
b l. 73. interdũ. de ver. ob. l. 1. i fi. & ibi Bar. 4. q. princ. de cond. & dem.
c l. 6. quod pure quando dies leg. ce.
d l. 99. cõditiones extrinsecus, de cond. & dem.
e l. 21. cũ illud aut illud. § fi. quando dies le. ced.
f l. qui liberis. in princ. de vulg. & pupil.
g tex. & ibi Bar. l. quæ sub cõditione. §. fi. de cond. inst.
h l. nec emptio. de contrah. empt.
i d.l. interdum.
k l. & quæ nondum de pig.
l d.l. inter stipulantem. § sacrã. de verb. ob.
m l. cum seruus, cum seq & l. seruo legato. §. fi. de leg. 1.
n d. l. si seruus legatus 1 p. ic. de leg. 1.
o gl. & Dd d.l. cum seruus.
p Balduin. hic.
q Vid. l. 3. & 4. ff de ann. leg. & ibi Gothofre. eundem etiam vid ad l. ... quoque Cuiac. d. V.O.
* lib. 17. c. 7.

4 *In diuersorum testamentis nulla est coniunctio.*
6.7 *Qui coniuncti per concursum, qui item ab initio partes faciant*
8 *Coniuncti verbis & re, an ab initio vel concursu partes faciant.*
9 *Deficiente vno ex coniunctis, an & quomodo eius pars accedat alijs: & nu. 11. 12. 14. 15. 16.*
10 *Partem facere, partem non facere quis dicatur.*
13 *Legatorum deficientium iure veteri tria genera fuisse.*
17 *Quibus modis portio coniuncti deficiat.*
18 *Quando iuri accrescendi, quando item iuri non decrescendi sit locus.*
19 *Iuris decrescendi raro in ll. fit mentio, cum sub iure accrescendi contineatur.*
20 *Inter coniunctos quis alteri præferatur.*
21 *Coniuncti eadem coniunctione simul admittuntur.*
22 *Re & verbis coniuncti præferuntur alijs.*
23 *Verbis coniuncti præferuntur re coniunctis.*
24 *Declaratus vers. vltimus in l. re coniuncti, de leg. 3.*
25 *Desiuncti sub duplici differentia.*

a Si eadem *b* res duobus *c* legata sit, siue *d* coniunctim, siue *e* disiunctim si ambo *f* perueniant ad legatum, *g* scinditur inter eos legatum: si alter *h* deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore decesserit, *i* aut alio quoquo modo *k* defecerit: totum *l* ad collegatarium pertinet. *m* Coniunctim autem legatur, veluti si quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum, do lego: Disiunctim ita: Titio hominem Stichum do, lego. Seio hominẽ Stichum do, lego. Sed etsi expresserit eundem hominem Stichum, æquè disiunctim legatum intelligitur.

Expositum est superius, ʒ quomodo vni tantum personæ legetur: quia verò plerumque legari duobus aut pluribus solet, nec tamen eodem semper modo, sed interdum coniunctim, interdum disiunctim: de huiusmodi coniunctione vel disiunctione ẽt videndũ erat. Est autẽ hæc coniunctorum disiunctorumque materia valde obscura, difficilis & perplexa, quæ multorum ingenia fatigauit. Nos quanta potest fieri simplicitate (quæ legibus amica est) in tyronum iuris gratiam ea, quę ad textus nostri ennarrationem spectare uidebuntur, sic tractabimus, vt nihil omissum uideatur, cætera relinquentes interpretum commentarijs & tractatib. hac de re editis. Cum primis autem hic uelut in modũ præuiæ cuiusdam inspectionis, pręcognoscẽdũ est, tripliciter coniungi legatarios, sicut & hæredes, (de quibus tamen nihil hic agemus, cũ §. noster sua sarcina satis prægrauatus existat.) Alij enim ʒ re & verbis coniuncti ʒ dicuntur, alij ʒ re tantum; alij denique ʒ verbis tantum. 1 Re & verbis coniuncti ʒ sunt, quos & nominum & rei complexus iungit. vt, ʒ Lucio & Seio fundum Sempronianum do, lego. [a] Hi verbis coniuncti sunt propter copulam, re item, propter rei legatæ unitatẽ. 2 ʒ Re tantũ coniuncti ʒ (quos ẽt ʒ disiunctos ʒ vt plurimum uocant, cũ contra verbis tantũ, uel re & uerbis, semper [b] coniuncti appellentur) sunt hi, quibus separatim & diuersis uerborũ orationibus eadem res ab eodem simpliciter relinquitur: ut, ʒ Titio domum meam do, lego. Seio domum meam do, lego: ʒ isti sunt uerbis disiũcti, quia positi sub duabus orationibus: sed re coniuncti, quia uocati ad eandẽ rẽ, scilicet domum meam. Idem, etsi in secunda separata oratione dixerim, ʒ eandem domum meam lego. ʒ Nã adhuc unum legatum ipsa re coniunctim factũ censebitur, nisi contrarium manifeste [c] probetur. Notãter aũt uocula (simpliciter) vsus sum: quia ut sint re coniuncti, res debet duobus simpliciter relinqui. Nam si relinqueretur, hoc acto, ut quilibet in solidũ rem haberet, non esset coniunctio, [d] quæ partes cuilibet concurrenti distribuere solet, [e] non cuilibet in solidum. [f] Præterea cum duobus in solidum res datur, alter æstimationem consequitur, [g] quæ ab ipsa re est diuersa; [h] ergo re coniuncti non sunt, cum eandem rem non habeant. [i] 3 ʒ Verbis tantum coniuncti ʒ dicuntur, quibus vno sermone, atque vna eademque clausula testator eandem rem factis portionibus reliquit, veluti, ʒ Titio & Seio fundum æquis partibus do, [k] lego: ʒ vel ʒ Titio tertiam, & reliquam partem fundi Seio lego. ʒ Neque potest hæc verbalis coniunctio introduci, nisi vna eademque oratione fiat, adeo vt etiam illæ coniunctiones, ʒ & quæ cum, ʒ & similes, ita demũ uerbalẽ coniunctionem efficient, si unitate sermonis comprehendantur, [l] secus si in diuersis clausulis siue orationibus ponantur, ut si testator dicat, ʒ Titio lego fundum, & Mæuio eundum fundum pro media do, lego. ʒ Hi. n. nõ erũt [m] verbis cõiũcti, ut recte Bar. [n] uoluit: cũ non propter copulã, sed ob sermonis unitatem coniunctio uerbalis introducatur. His sic obiter præmissis, ad textus declarationem properemus.

a *Si eadem res. ʒ Aliud est, si res diuersæ pluribus legentur, quoniam in his nulla potest esse coniũctio, etsi una oratione connectantur, ut Iulianus [o] respondit.*

b *Res. ʒ Idest, species [p] seu corpus.*

c *Legata sit. ʒ Ab eodem testatore. 4 Nam in testamentis diuersorum nulla est coniunctio, [q] nisi vnus testator esset, qui duarum personarum vice fungeretur, ut miles, cum de castrẽsibus & alijs bonis testatur, [r] vel pater, qui sibi & filio impuberi testamentum faceret. [s]*

d *Coniunctim. ʒ Idest, vno atque eodem uerborum complexu, siue vna oratione.*

a l. 142. triplici. de uerb. sign.
b l. 1. §. in his ita que de ca. tol. Rationẽ diuersitatis uide apud Loriot. in l. 89. re coniuncti de le. 3. axio. 2. circa prin.
c glo. l. sicut. de adi. leg.
d Bar. d. l. re cõiuncti. 2. q. de leg. 3.
e l. 80. coniunctim. eod. tit.
f d. l. 1. §. fin aũt disiunctim.
g l. 33. si plurib. de leg. 1.
h l. 20. si res mihi. in fi. de le. 3
i d. l. re coniuncti. in prin.
k Plura sũt exẽpla in d. l. triplici. & l. re coniuncti.
l d. l. 1 §. his ita.
m l. sicut in annos, §. 1. quib. mo. uf. amit.
n in d. l. re coniuncti.
o l. 84. huiusmodi legatum. §. quibus ita. de leg. 1.
p l. 94. plane. de leg. 1.
q l. si sub cond. in fi. quib. mo. vsusf. amittat.
r l. si certarum. §. Iulia. in fi. de mil. test.
s §. igitur. sup. de pup. substitut.

Disiun-

e Disiunctim.§ Hoc est,separatim,diuersisque prorsus orationibus. 5 quod in his contingit,qui re tantum coniuncti sunt,verbis omnino disiuncti & separati,vnde recte disiuncti vocantur.Res.n. proprie non coniungit,nisi rem tantum: [t] cum uerba contra & rem & personas connectant.

f Perueniant.§ Aditæ hæreditatis tempore,(ante enim vt sæpe diximus,legatum peti non potest)sicq; nullus legatariorum desideretur,aut deficiat.

g Scinditur.§ Idest,diuiditur in partes æquales,seu [u] uiriles,ita ut quilibet eorum æqualem portionem, ex re legata accipiat.Porro cum hic dicimus § scindi legatum,§ hoc intelligendum est, in coniunctis quidē verbis,siue etiam re & uerbis mox ab initio:in disiunctis uero,siue re tantum coniunctis,non nisi ipso concursu. 6 Et hic diligenter inuestigandū est,qui coniuncti siue collegatarii per concursum,qui item ab initio partes facere dicantur,quam rem tribus conclusionibus expedire lubet,Prima conclusio§ Coniuncti,re tātum,siue disiuncti per concursum partes faciunt: § idest,eas tum demum accipiunt, cum ad rem legatam ab ipsis concurritur,quippe quibus singulis tota res,quæ legato relicta est,ab initio data intelligitur: [x] 7 Secunda. § Verbis tantum coniuncti,ab initio partes sibi faciunt,nullo concursu expectato,& dispositione expressa testatoris.§ Is enim si duos verbis coniungat,iam expresse apparet,eum æquas portiones dare voluisse.Et hæc duo axiomata nullam controuersiam patiuntur. 8 Tertia conclusio. § Qui verbis & re coniunguntur,in eandē rem concursu partes sibi faciunt. § hæc communis est,& recepta opinio. [y] Sed aduersus hanc Zasius [z] insurgit,eamque validissimis argumentis confutādo,tandē concludit, coniunctos re & uerbis ab initio partes facere,nō quidem ex dispositione testatoris expressa,sed ex potestate legis præsumētis hāc testatoris fuisse uoluntatē,nisi contrarium [a] ostendatur.Et hæc sententia videtur probabilis:tum quia mixta illa coniunctio,quæ.s. re & verbis fit,plus communionis habet cum verbali, quàm cū reali, ideoq; illius potius,quā huius [b] naturā imitatur,tum quia lex [c] ait,§ Si coniunctim Titio & Seio legē, partes ab initio fieri.§Hic aūt non est realis coniunctio,quia ab initio non facit [d] partes,nec verbalis,quoniam partes habet expressas. est ergo mixta coniunctio, [e] cuius præfata lex meminit,quæ ab initio partes facit,sicut uerbalis.Aduersus Zasium tamē Fumæus [f] pro cōi pugnat,eandemque ualidè defendit.Loriotus [g] vero cū Zasio sentire uidetur,addito tamē tēperamento..Aut.n.§ Qui re & verbis coniunguntur, ex præsumpta testatoris uoluntate ab initio partes [h] habent, sed si non concurrant,fictione legis solidum ab initio habent. [i] quoniā lex,sicut in postliminio,quod fuit,nunquam fuisse [k] fingit,ita & hic partes ex præsumpta testatoris mente nunquam fuisse factas fingit.§ Ex prædictis constat,si Titio & Caio legē fundum,illos uel partes ex præsumptione,uel totum ex legis fictione habere,reque & uerbis esse coniunctos,

h Deficiat. § 9 An & quomodo,si alter ex collegatarijs deficiat,eius portio alij concedatur,uarie distinctum [l] est,& pro legatorum differentia non uno modo responsum. Vnde etiam duæ ex diametro pugnātes regulæ sunt enatæ.Prima affirmatiua:§ Qui ad partem non admittitur,partem coniuncto [m] facit. Altera negatiua,§ Qui ad partem non admittitur,partem alteri non facit. [n] 10 Partē§autē§ facere§dicitur [o] is, qui licet penitus a legato sit exclusus,facit tamen,ne collegatarius totum accipiat,sed sua parte contentus sit,non secus,atque si hic deficiens partem suam accepisset.Contra is § nō facere partem § censetur,qui sic exclusus aut deficiens non impedit collegatarium suum,quo minus rem,quæ legata est,totam accipiat.Ad propositum,in hoc perplexo ac difficili articulo pro fundata eius resolutione tria distinguo capita;primum de coniunctis re loquitur,alterum de coniunctis uerbis,tertium de coniunctis mixtim,idest, re et verbis.In primo capite obserua hanc conclusionem. 11 In re coniunctis semper pars deficiens ad collegatariū deuoluitur,idque iure non decrescendi,idest,tanquam sua,ab initio sibi relicta [p] in solidū.At ipsum onus socio deficienti iniunctum,ad alium collegatarium non transit, [q] propterea quod testator disiūctim hoc reliquisse uidetur,ut unusquisque suum onus,non alienum agnoscat. 12 Secundum caput sequenti doctrina resoluo.In uerbali coniunctione portio unius ex collegatarijs deficiens ad alterum transit [r] iure accrescendi, simul cum onere socio deficienti iniuncto.Nec tamen aliter collegatario deficientis pars accrescet, quàm si uolet,& non inuito,licet portio hæreditatis deficiens accedat alijs hæredibus etiam inuitis. [s] Venio ad tertiū caput,quod valde intricatū est,& ob diffidentia legū respōsa spinis plenū. 13 Itaq; pro dilucidiore eius explicatione,cum primis sciēdum est,apud ueteres tria genera legatorum [t] deficientium in usu fuisse. Primum,si legabatur alicui,qui testamenti tempore in rerum natura non erat,sed iam mortuus, legatum pro nullo habebatur.Secundum,si legatarius post testamentum,uiuo tamē testatore moriebatur, aut alias legatum (deficiente forte conditione) corruebat,dicebatur legatum in caduci causam cadere.Tertiū,si defuncto iam testatore,aliquid tale contingebat,tum id quod relictum fuerat,uera & expressa uoce caducum dicebatur.His ergo legatorū generibus retentis,uidebimus modo,an & quomodo iure,quo nunc utimur,in mixta illa coniunctione deficientis pars alteri socio accedat. 14 Et in legatis quidem primi generis, quæ scilicet olim pro non scriptis habebantur,locus erat regulæ negatiuæ,ut qui non admittitur ad partē,nō faciat partem. [u] sicque hic locus est§ Iuri adcrescendi.§Et hoc tam ueteri,quā nouo iure obtinet.Nisi forte legatum ob id a principio in altero collegatariorum non consistat,quod ei res sua legata uideretur, neque enim cuiquam res sua legari potest. [x] 15 In legatis secundi generis,quæ in causam caduci uidebantur cecidisse,aliud hodie obtinet,quā olim.Prisco.n.iure in tali legato affirmatiuæ regulæ locus erat,nec accrescebat

t arg.l.plane.§ fi.de leg.2.ar. l.mulieri & ti tio. de cōd. & demon.
u l.19 legata inutiliter.§.6.ff leg.1.l cū q. § fi.C.eod.
x d.l. cōiunctim de leg.3.l.1.§ sin vero non omnes. C.de cad.tol.
y Dd. in d.l. re coniūcti.& d. l.triplici.ff l. vtrum de reb. dub.
z Zas.in suis itel lecti.li.1.c.18
a gl l.16.si duob. §.si de leg.1.
b l. cum quæritur. de statu ho.
c d.l. plane.§.si coniunctim. de leg.1.
d d. l. cōiūctim.
e §.ex maleficiis inst. de act.
f In tract.de cōiunct.c.3.
g In rep.d.l.re coniun. act.
h Ad §.fi.cū gl. & d §. si cōiū.
i d.l. vtrū. vers. quasi.
k §.si ab hostib. sup.quib mo. ius pa pot sol.
l gl.Bar. & alij ff l. hmôi. §. si Ti. & Mæuio. de leg. 1.
m d.l. si Titio. & d.§.si cōiū.
n d.l.plane.§ si duobus.
o Zas. in Intell. sing c.19.Dd. omnes in prædictis locis.
p l. unica. § sin uero non omnes.C.de cad. toll.
q d.l.unica.§ sin autem ad deficientis.
r d. l. unica. §. his ita.
s ibi §. in his. & l.qui ex duab. §.1.l. si q s hæres.1.& l. 52. cum hær. de acq. hær.
t Vt d.l. vnica. §.& cū tripl.

u l.si eo tempore.de his quæ pro non script. d.l.unica. § in primo itaque. x l. 13.proprias.C.de leg. Sunt & aliæ exceptiones, quas hic apud Cantiunc in sua Paraph.require.

bat collegatario, sed hæredi relinquebatur, [y] *eiusque manebat: hodie vero negatiua regula procedit, sicque legatum huiusmodi omnino ad coniunctum, id habere volentem, non etiam inuitum deuoluitur, cum onere tamen, quod tali portioni testator ab initio imposuit.* [z] 1 *In legatis vero caducis (vt ad tertium genus veniam) hodie etiam aliud ius, quàm olim, obseruatur. Nam iure veteri tale legatum per* § *legem Papiã Poppeam* § *ad fiscum deferrebatur:* [a] *hodie in eo negatiuæ regulæ locus est, & collegatario accrescit, cũ onere scilicet suo, sed non nisi uolenti: licet in cohærede aliud obseruetur.*

i *Aut alio quoquo modo.* § 17 *Quemadmodum sunt varii modi, quibus portio coniuncti deficere* [h] *potest: puta ex persona inhabili: ex actu falso, uel obscuro, vel deducto in casum, a quo incipere non potest: ex conditionis defectu: ex repudiatione: aut denique temporis lapsu.*

k *Defecerit.* § *Vt autem deficientis portio collegatario accrescat, ita eum defecisse oportet, vt nullo prorsus iure amplius uti possit, quodcunque tandem illud sit, uel qualecunque.*

l *Ad collegatarium pertinet.* § 18 *Vel* § *Iure accrescendi,* § *ut in verbis tantum coniuncto: vel* § *Iure non decrescẽdi,* § *vt in coniuncto re tantum, vel re & verbis simul. Cum.n. in coniunctione verbali testator, ab initio partes expressim faciat inter collegatarios, quilibet in sua tantum parte ius habet: itaque deficientis portio recte alteri iure accrescendi acquiri dicitur, cum prius sua non erat, sed aliena. At vero* § *Ius nõ decrescendi:* § *tum locum sibi uendicat, quando ex defectu collegatarij alteri nihil augetur, sed nõ diminuitur: veluti cum duobus est in solidum res legata, vterque ex illis deberet rem totam habere: sed quia cõcurrũt, quemlibet sua portione contentum esse oportet. Hic si alterius socij pars vacet, quia ipse defecerit, alij tota res dabitur, non quidẽ iure accrescendi, quoniam prius debebatur: sed per ius nõ decrescendi, quia hæc pars ipsi collegatario nõ decrescet, vt ad alium deuoluatur.* 19 *Huius tamen* § *Iuris non decrescendi* § *vix reperies mentionem in Pandectis fieri, sed tantum vsi sunt Iurisconsulti uocabulo* § *Iuris accrescendi,* § *quo putauerũt etiã* § *Ius nõ accrescendi* [c] *contineri. Verum in codice Iustinianeo non semel fit mẽtio huius iuris non decrescendi. Et hæc quidẽ ad hunc* §. *satis superque* 20 *Verũ quia Accursius* [d] *ad eundẽ, quis ordo inter coniunctos obseruetur, & quis alteri præferatur, attexit: (quem articulum cæteri interpretes diuersimode explicant) ideo & meam ea in re sententiã tribus tantum axiomatis depromam.* 21 *Primum:* § *Oẽs coniuncti quacunque coniunctione, eadem tamen, simul ad ius accrescendi uel ius non decrescendi, admitti debent:* § *veluti si omnes re tantum coniuncti sint, vel si omnes verbis tantum, uel si omnes mixtim, tunc omnes ad uacantem portionem admittuntur æqualiter, nec vlli prælationi locus est, in hoc Doctores omnes ex* [e] *æquo consentiunt. Secundum axioma.* 22 § *Inter coniũctos si qui reperiuntur diuerse cõiuncti, præferuntur in iure accrescendi, siue potius non decrescendi, qui mixtim, re scilicet & uerbis,* [f] *coniuncti sunt:* § *quoniã magis coadunati sunt, qui re & verbis coniuncti existunt, quam qui re tantum aut uerbis tantum: & duplex vinculum fortius alligat, quam unum. Tertium axioma.* 23 § *Si ex coniunctis quidam re tantum connectuntur, quidam verbis tantum, coniuncti uerbis tantum præferuntur in iure accrescendi.* § *Azo tamen, Bartolus, & quidam alij putarunt, neutrum præferri, sed omnes æquis portionib. admittendos esse, propter aduersantia quædam* [g] *responsa. Verum prior opinio (quæ Hugolini olim fuit) certior, magisq; probata mihi videtur, quæ ex Pauli* [h] *responso fundatur, vbi hanc ipse quæstionẽ decidere voluit.* 24 *Nam cum primo dixisset, coniunctum re & verbis simul cæteris omnino præferri: decidisset item, quod coniunctus re tantum non præferatur coniuncto mixtim: tandem* [i] *& hanc quæstionẽ dissoluere uoluit, an saltem coniunctus re tantum sit æqualis coniuncto verbis tantum, & simul cum ea admittatur. De eo enim non improbabiliter dubitari poterat.* [k] *Ideo subiecit coniunctum uerbis tantum præferri coniuncto re tantum. Ita.n. inquit* [l] *Paulus* § *Si vero verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit? Et magis est, ut ipse præferatur.* § *Hæc verba ita sunt (meo iudicio) exaudienda: quæstionis est,* § *an coniunctus (scilicet uerbis tantum) potior sit (subaudio quàm coniunctus re tã tum.) Nam in dubio præsumitur de coniuncto uerbis tantum dixisse. Respondet:* § *Et magis est, ut ipse* § *(nempe coniunctus uerbis tantum) præferatur (scilicet coniuncto re tantum in iure accrescendi.) Relatiuum enim (ipse) debet ex natura Relatiuorum ad proximum referri: sicque ad uerbis tantum coniunctũ, de quo proxime meminerat. Præterea non est verisimile, de mixtim coniunctis iterum uoluisse repetere Iurisconsultum, cum hoc satis prius declaratum esset. Et hunc sensum Iason* [m] *etiam magis communem esse contendit, & nouissime* [n] *Alciatus pluribus argumentis eundem confirmat, atque ad prædicta duo* [o] *responsa, quæ Bartolum, cæterosque sui sequaces perterruerunt, eleganter respondet.*

m *Coniunctim autem.* § *Exemplum est coniunctionis mixtæ, quæ re & verbis fit.* 25 *Nam qui re tantum uniti sunt, uerbis disiuncti, & separati, idest, qui ad eandem rem, diuerso tamen sermone, uocantur, eos non habet Imperator pro coniunctis, sed disiunctis & separatis, sicque non raro in suis constitutionibus* [p] *nominantur. Sunt tamen & alij disiuncti, qui omnimodo, idest, re & uerbis separantur, ne in communem concurrant: ideoque nullum ad eos uel accrescendi, uel non decrescendi ius* [q] *pertinet.*

§. Si cui fundus.

1 *Casus huius* §.

Legat.

---

y d.l. 1. §. duob. de leg. 1.
z d.l. vnica. §. & in ead. & §. sin autem aliq d. in fi.
a Alc. Disp. lib. 3. c. 3. & 6.
h Loriot. in d.l. re cõiunct. in 5. Axio. & ibi iura.
+ uti
c l. 26. hæc scriptura. §. fi. de cond. & dem.
d In gl. fi. hic.
e Per tex. in l. 41. Mæuio. in pri. de leg. 2.
f tex. in d.l. re cõiuncti. §. præfertur.
g d. l. Mænio. in pr. & l. 66. si ita quis hæredes. de hær. instit.
h d.l. re coniuncti.
i In ver. quod si re.
K Propter d.l. si ita quis hær. & d.l. Mænio.
l d.l. re coniuncti. uers. fin.
m Ibid. nu. 40.
n l. 6. Parad c. 7
o d.l. Mænio. & d.l. si ita quis hæredem.
p d. l. vnica. C. ead. tol. § facit l. hæredes. de hæ. ed. instit.
q l. 1. in princ. de vsuf. accres. d.l. Proculo. de leg. 3.

2 *Legatarius in casu huius §. fundum petit: eum tamen non consequitur.*
3 *Vsusfructus consolidatus proprietati, pars dominij dicitur.*
4 *Secus si sit a proprietate detractus, quia per se censetur.*

a Si cui fundus alienus legatus sit, & *b* emerit proprietatem, *c* deducto vsufructu, & vsusfructus *d* ad eum peruenerit, *e* & postea *f* ex testamento agat: recte eum agere *g* & fundum petere, *h* Iulianus ait: *i* quia vsusfructus in petitione seruitutis locum obtinet. *k* Sed officio iudicis continetur, vt deducto vsufructu iubeat *l* aestimationem praestari.

a *Si cui fundus.* § *Reuertitur Imp. ad causas lucratiuas, quarum tractatio fuerat interrupta, et huius modi hypothesin explicat.* 1 *Pone te dominum esse fundi Tusculani, atq; eum mihi legari a quodam alio: deinde proprietatem illius fundi me emere a te: postea vel morte tua, uel capitis deminutione adquirere me quoque vsumfructum. Si moritur testator, qui mihi fundum alienum legauit, satis constat, me fundi proprietatem petere posse, quandoquidem eam habeo ex causa onerosa. De usufructu dubitatur, qui obuenit mihi ex causa lucratiua, accreuit enim mihi morte, vel capitis deminutione.* 2 *Dicitur hic, utrumq; recte peti, perinde quasi usufructus habeatur loco seruitutis & accessorij, et non pro parte dominij.* [a] *Et hoc quidem subtili siue summo Iure. Aequitas tamen suadet, ut fundo petito, proprietatis tantum aestimatio praestetur, non etiam vsusfructus: ne scilicet duae causae lucratiuae circa eandem rem atque personam uno eodemq; tempore concurrant, quod legibus est prohibitum.* [b] a l. a. de vsufr.

b *Emerit proprietatem.* § *Scilicet fundi illius alieni legato sibi relicti, sicque proprietatem habeat ex causa onerosa.* b §. si rem alienam sup. eo. t. l. 66. & qui § duorum. de le. 2.

c *Deducto.* § *Separato usumfructu, quia penes alium forte existebat.*

d *Ad eum peruenerit.* § *Et causa lucratiua, quia forte vsufructuarius decesserit, vel capite deminutus fuerit, ita quod vsusfructus cum proprietate, tanquam sua causa rursus vltro consolidatus* [c] *fuerit. Caeterum si eum quoque hic legatarius redemisset, suo impendio, eius esse proculdubio causa onerosa, & consequenter heres teneretur ei integri fundi plenam iustamque aestimationem soluere.* c §. finit. sup. de vsuf.

e *Et postea.* § *Mortuo scilicet testatore, qui fundum alienum legauerat.*

f *Ex testa. agat.* § *Intendat actionem ex testamento legatarius ad fundum consequendum.*

g *Et fundum.* § *Integrum ac plenum, id est, tam proprietatem quam vsumfructum: idque rigore Iuris inspecto.*

h *Iulia. ait.* § *Cuius responsi uerba haec* [d] *sunt:* § *Fundus mihi legatus est: proprietatem eius fundi redemi, detracto vsufructu: postea uenditor capite minutus est, & usufructus ad me pertinere coepit: Si ex testamento egero, iudex tanti litem aestimare debebit, quantum mihi ab erit.* § *Addit deinde Marcellus:* § *Idem erit, nisi partem redemero, & pars mihi legata aut donata sit, partem enim duntaxat petere debeo.* § d In l. 82. non quocum mo. §. fundus. de le. 1.

i *Quia usufructus.* § *Videbatur hunc legatarium fundum petere non posse,* 3 *propterea quod usufructus tam sua causa nempe proprietati, lucratiuo modo reditus pars esse fundi uideatur.* [e] *Ergo fundum petendo, usumfructum quoq; tanquam partem censetur petere. Et haec poterat dubitandi causa esse in hoc §. Sed Iulianus recte respondit, legatarium fundum petere posse,* 4 *Ille enim usufructus, qui tempore empti fundi deductus erat, nihil habuit cum fundi dominio siue proprietate* [f] *commune, sed ius quoddam fuerat in ipsa re: atque ob id in tali petitione fundi iste usufructus tanquam iuris separati, & seruitutis instar esse uidetur.* [g] e d. l. a. de vsufr. f l. 25. recte dicimus. de ver. sig.

k *Sed officio iudicis.* § *Haec uerba circa hypotesin huius §. satis supra* [h] *sunt declarata.* g Catiunc. hic.

l *Aestimationem praestari.* § *Scilicet nudae proprietatis. Petet ergo fundum, non tamen habebit fundum, nec totum, nec partem, nec usumfructum (habet enim haec omnia) sed consequetur officio iudicis nudae proprietatis precium, quod ei solum abest, ne scilicet duae lucratiuae causae in eodem homine, eademque re, contra leges concurrant.* h In princ. huius §.

§. Sed si rem.

1 *Dubitandi causa in hoc §.*
2 *Rem legatarij propriam non licet legare.*
3 *Fallit, si ei sub conditione legetur.*
4 *Vel in re legata testator ius aliquod habeat.*
5 *Aut res legatarij sit obligata pignori.*
6 *Quod alicuius proprium est, eius amplius fieri nequit.*
7 *De regula Catoniana.*
8.9 *Duarum legum pugna, earundemque conciliatio.*

a Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum: *b* quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest. *c* Et licet *d* alienauerit eam, non debetur nec ipsa res, nec aestimatio eius.

Sed

a Sed si rem. § 1 Videbatur rē legatarij propriam ei legari posse, ad exemplum rei alienæ, quā a testatore scienter legatā hæres redimere, & ipsi legatario præstare tenetur. [a] cur ergo nō hic quoque dicimus rē legatarij luendam esse ab hærede. vel eius æstimationē soluendam? 2 Verū hic contrarium deciditur, rē, quæ legatarij est, inutiliter legari: quod etiā ante Iustinianū a multis Iuriscōsultis [b] responsum fuit: idemq; Diocletianus & Maximianus Impp. rescripserunt, [c] his verbis: § Proprias res tuas legari, vel § fideicōmitti tibi nō potuisse certū est. § Ex quo rescripto videtur hic locus detractus esse. Neq; tamē hoc est perpetuū: quandoque enim alicui res sua propria legato relinqui potest. 3 Veluti si res alicui propria sub cōditione legetur: [d] vt si testator dixerit, § Lego tibi talē rē, si tua nō erit, cum moriar: § vel etiam, § si eā rē me uiuo alienaueris. § Nam cum eo casu propter spem conditionis adiectæ legatum a principio non sit nullū, si existat conditio, quia res desinat esset legatarij ante mortē testatoris, ualebit. [e] 4 Secūdo potest res legatarij propria legari, si in ea testator ius aliquod habeat, veluti pignoris, aut hypotecę: tū n. legando rē, uidetur legare seu remittere, quod in eā [f] rem habet: modo nō sit tale ius, quod morte finiatur, & per quod res ipsa vendicari possit: vt sunt iura seruitutum, aut vsusfructus: illa certe non intelligitur legasse. [g] 5 Tertio non procedit prædicta decisio, si res legatarij esset alteri obligata pignori: quia eius rei vtile erit legatum, vt scilicet cogatur hæres suo impendio eam luere, & legatario præstare. [h]

b Quia quod proprium. § 6 Decisionis hæc est causa, quod alicuius est propriū, amplius eius fieri non [i] potest. Alibi in iure dicitur: Idem ex pluribus causis vostrum [k] fieri, & rem nostram magis nostram fieri non posse. Quod vt obtineat, rē pleno iure nostram esse oportet. Ceterum quib. casibus huic regulæ locū non sit, Doctores suis locis [l] ample pertractant.

c Et licet alienauerit. § Etiāsi legatarius rem suam sibi legato relictam post testamentū factum alienauerit, & sic res esse desierit, nihilo magis legatū ualebit, quia uires ab initio non [m] habuit. 7 idque propter § Catonianā regulā, § quæ disponit, [n] legatū purum, quod inutile foret, id est, cuius dies inutiliter cederet, si testamenti facti tēpore mortuus fuisset testator, quādocūq; decesserit, ex post facto non conualescere. Ratio autem huius regulæ hæc uidetur esse: quia cū testatoris certam mentem & voluntatem esse oporteat, eum præsentis temporis conditionē spectasse, deque ea statuiße iudicamus: non autem incerto futuri temporis euentui rē commisisse, quippe cum alioqui testamenta non ex testatorum mente, quæ in ijs dominari debet, sed ex fortuna & casu penderent. Loquitur autem hæc regula de puro legato, illudque impedit, conditionale vero non item: quia ad conditionalia legata Catoniana regula non pertinet.

d Alienauerit. § Intellige post factū testamentū, & testatore iā defuncto: secus enim videtur, si viuo eo alienauerit, quia legatū debebitur. 8 Sic enim Celsus [o] scribit: § Si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eū uiuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod non deberetur si testator statim decessisset. § Sed hæc Celsi uerba uidentur cū Pauli responso [p] pugnare, qui indistincte ex Catoniana regula putauit, legatum rei, quæ legatarij fuerit tempore testamenti inutile esse, licet post testamentum factum eam alienauerit. Et hoc Iustinianus simpliciter hoc loco affirmat, quasi nihil referat, viuo testatore alienatio facta sit post testamentum conditum, an eo iam defuncto: An non magna est hæc repugnantia? 9 Pro conciliatione itaque dicendum, Pauli responsum Celsi distinctione, [q] velut exceptione quadam corrigi: uel Celsi verba sic exaudienda [r] esse, vt tradant, non tam testamenti, quàm mortis tempus spectari, ubi quæritur, an res legata mea sit: Et ea demum nō prosit alienatio, quæ post mortem testatoris fit: quasiq; alioqui sustineatur legatum propter candem testatoris uoluntatem, quæ etiam post alienationem durauit.

a §. non solum sup. eodem.
b l. 38. cū quis deced ēs de leg. 3. d. l. Maxuius. §. fundo de leg. 2. l. 39 apud Iulian. §. si Tit. 2. de le.
c d. l. 13. pprias, C. hoc tit.
d l. 41. cætera. § tractari. d. le. 1
e l. 1. i fi. de reg Catoniana.
f l. 24. quod i re sūi. §. 1. ff. de leg. 1.
g d. l. Maxiuus. §. pen. de leg. 2.
h l. 86. fi tibi. in pri. de leg. 1.
i §. sic itaq. Inst. de actionib.
k l. 2. §. ex pluribus de acqir. pos. l. 120. nō vt expluribus de reg. iu.
l Dec. i l. 46. neque pignus. d reg. iur. Ias. & Zas. in d. §. sic itaq; Soc. 1. Fallē. reg. 100 Felin. c. in tet dilectos. de fi de instr.
m d. §. tractari.
n l. 1. de reg. Catoni.
o in d. l. 1.
p in d. l. cætera; §. tractari.
q Egui. baro hic
r Bal. hic.

§. Si quis rem suam.

1. 3 Legans rem suam vt alienam, an legatum ualeat.
2 Regula, circa ea quæ sunt voluntatis, plus esse in opinione, quàm ueritate, explicatur.
4 Dubitandi causæ ad uers. sed etsi. hoc §.
5 Legans rem suam quam putat legatarij, valet legatum.

a Si quis rem suam quasi alienam legauerit, valet legatum. Nam plus valet quod in ueritate est, quam quod in opinione. b Sed etsi legatarij esse putauit, valere constat: quia exitum uoluntas defuncti habere potest.

a Si quis rem. § 1 Fundi cuiusdam dominus eram, hūc tibi legaui, cū alienum esse putarē: videbatur legatū nō valere, 2 propter regulā, [a] qua dicitur. § Circa ea, quæ sunt uolūtatis, plus esse in opinione quā uertate. § Hic tamen dicitur, legatū valere. nec obstat hęc regula, quia procedit in his, quæ i mera ac prorsus libera uoluntate [b] consistunt: eiusmodi est, hæreditatis aditio, uel repudiatio, in hęrede voluntario enim si se necessarium putet, nec credat, in sua uoluntate esse, vt adeat uel repudiet, neutrum nisi tacite costus facit. Nuda autē & libera uoluntate uoluntarius hæres uel adit [c] vel repudiat hæreditatem. Itaque in huiusmodi casibus, errabūda opinio magis inspicitur: quoniā ueritatis requisitæ substantiæ æqparari nequit. [d] Cæterū quando opinio non cum voluntate, sed cum rei veritate certare comperitur, tunc nō opinioni, sed ueritati adhæremus, et plus ualet qđ in ueritate est, quam quod in [e] opinione. 3 Et hac rōne inspecta,

a l. 15. is qui puta. d acq. hęr.
b Bar. & Ias. d. l. is qui putat.
c §. fin sup. de hære. qua. & diff.
d l. 32. hæres in sti. de acq. hæ.
e Ita Cantiunc. hic post Ang. declarat.

Ita, recte hic deciditur, huiusmodi legatum vires habere, quando rem suam quis, credens alienã, legauerit. Sic & vbi dominus seruũ suum manumittit, quem putabat esse alienũ, rata est manumissio, [f] & veritas opinioni præfertur. Pari ratione, si ei, qui putabat se a non domino emisse, res a vero domino emptionis nomine tradatur, is acquirit dominum. [g] Sed & qui putauit se domini voluntate rem attingere, cum dominus non vellet, non esse furem recte [h] dictum est: Quid. n. dolo fecit, qui putauit dominum concessurũ fuisse, siue falso id, siue vere putet? In delictis vero plerumque alia ratio est, quemadmodum Iason hic ad Porcium obiter annotat, & nos suo [i] loco tractabimus.

b Sed et si.} Amplificat, quod supra dixit. 4 Videbatur tamen, si putauit legatarij rem esse, quæ sua erat, legatum non valere. Nam si quis legandi animum non habet, non consistit legatum. Constat autem, rẽ legatarii propriam inutiliter legari, [k] & testator præsumitur hoc scire. Ergo si crediderit rem esse legatarij, eamque ipsi legauit, videtur legandi animus abfuisse. Item, quemadmodum si rem tibi meam trado, credens tuam esse, non transfero in te dominium: [l] sic etiam si rem tibi meam lego tuam putans, non deberet valere legatum. 5 Verum Imperator hic valere scribit: quod solo fauore vltimæ voluntatis conseruandæ receptum videtur, quasi satis sit, vt defuncti voluntas effectum habere [m] possit. Et hic quoque veritas opinioni præualere debet, cum voluntati legantis respondere queat. Voluit quippe testator eam rem legare, si potuit; & vtique potuit, cum reuera non legatarij, sed ipsius testatoris fuerit propria.

f l. si pater §. quoties. de manumis. vind.
g l. pen §. qui ignoraui. de iur. & facti igno.
h l. 46. inter omnes. § recte dictũ. ff. de fur.
i §. placuit. & §. seq. inf. de ob. quæ ex delict.
k §. prox. præce.
l l. 3. dedi. §. subtilius. de cõd. causa data.
m l. vel negare. quemad. testa. aperiantur.

§. Si rem suam.

1 Argumentum huius §.
2 An & quando per alienationem rei legatæ reuocetur legatum, pulchre explicatur.
3 Si testator rem legatam pignori obligauit, tenetur hæres eam luere.
4 Pignorationis natura est, rem redimi.
5 Res tanti pignorata, quanti valet, alienata censetur.
6 Argumentum de toto ad partem affirmatiuè valet.
7 Lex disponens de toto, de omnibus eius partibus disponere intelligitur.

a Si rem suam legauerit testator, posteaque eam alienauerit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idemque diui *b* Seuerus & Antoninus rescripserunt. *c* Iidem rescripserunt, eum qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri: & ideo legatarium cum hærede eius agere posse, vt prædia a creditore *d* luantur. *e* Si vero quis partem rei legatæ alienauerit, pars quæ nõ alienata est omnino debetur: si non adimendi animo alienata sit.

1 Tres} hypotheses hoc §. explicantur, satis elegantes, & quæ in frequenti vsu versantur. Prima loquitur de alienatione rei legatæ: altera, de oppignoratione: tertia, de alienatione partis rei, quæ legata est: & in singulis speciebus inquiritur, an sic legatæ rei fiat reuocatio seu ademptio.

a Si rem suam.} 2 Hæc est prima species: testator rem suam propriam legauit, deinde cum superuiueret, eandem alienauit, an legatum videtur reuocasse, vel nihilominus debeatur? Et deberi Iustinianus ex Celso respondet, si non adimendi animo vendidit. Verum hic plenior distinctio adhibenda est. In tali igitur specie cum primis videndum, an testator pure ac simpliciter rem a se postea alienatam legauerit, vel sub cõditione. Conditionale siquidem legatum, si pendente conditione alienatio facta sit, statim expirat, ex quacunque [a] causa testator alienarit. Sin vero purum legatum est, rursus distingui debet, subsequuta ne fuerit legatæ rei donatio, an alia interuenerit alienatio. Nam si rem legatam alteri donauit testator, indistincte legatum censetur ademptum, siue propter necessitatem rei familiaris, siue [b] mera voluntate donatum fuerit. Quod si alia intercessit alienatio, vt quia rem vendidit: interest, an vrgente rei familiaris necessitate, aut quia res ætatem ferre non potuerit, id factum sit: an vero nuda & simplici voluntate. Priori enim casu legatum debebitur, nisi adimendi animo factam fuisse alienationem hæres probet, [c] quia in dubio mutata testatoris voluntas non præsumitur, posteriori vero censebitur legatum esse reuocatum, [d] adeo vt etiam non redintegretur voluntaria eiusdem rei redemptione. [e] Poterit ergo hæres agentem legatarium doli mali exceptione repellere, [f] nisi euidẽter constet, noluisse testatorem tali alienatione voluntaria legatum adimere: vel nouam legandi voluntatem probauerit [g] legatarius: aut libertatis, piæue causæ fauor legato patrocinetur: [h] quod omnes [i] probant.

b Seuerus & Antoninus.} Quorum tamen rescriptum non reperitur extare, sicut nec Celsi responsum extat, cuius hic Imp. meminit.

c Iidem rescrip.} Secunda species ex alio rescripto eorundem Imperatorum desumpta, quod in Codice adhuc extat. [k] 3 Ergo si testator prædia, quæ legauit, post factum testamentum pignori vel hypothecæ dedit, ea ab hærede mutatam defuncti voluntatem non probante, liberari [l] oportet. idque indistinctè verum est, siue necessitate coactus, siue mera voluntate alienarit. Sed cur diuersum in priori casu dispositum est? Et quidem id ea ratione factum videtur: quia si testator ex necessitate vendidit rem legatam, ideo legatũ reuo-

a l. 6. Stichũ qui meus, de leg. 1. Bal. l. 3. C. h. t.
b l. 18. rem legatam. vbi Bar. & Dd. de adi. le.
c arg. l. ei qui. de probat.
d l. 11. fideicõmissa. §. si rẽm suã, & ibi Dd. de le. 3.
e l. 15. cum seruus, de adim. lega.
f l. 34. scribit. Quintus Mutius. §. itẽ scribit. 1. de auro & arg. leg.
g d. l. cũ seruus.
h l. verum. de ma. testam.
i Cum hic, tum in d. §. si rem suam.
k l. qui post testamentũ. C. de legatis.
l Iaf. hic ad Por.

m Proe. hic. Ias. d. l. qui post testamentum.
n l. ex empto. & action. empt.
o l. debitor. de precario.
p l. qui habebat. & ibi Bar. de le. 3.
q Hic & d. l. Sticho qui meus in fi. & l. si ex toto eo. t. facit d. l. scribit Q. Mutius. §. ite scribit.
r l. quæ de tota. in prin. & ibi glo. & Bar. de rei ven. & vide Euerardū in Top. loco 80.
s De interp. iur. in 1. par.

reuocasse censetur, quia ipsius fuit volūtas & intentio quod res perpetuo [m] *remaneret penes emptorem: hoc. n. natura contractus emptionis* [n] *exposcit. Sed quando res pignori obligata est etiam ex necessitate, adhuc non uidetur legatum ademptum:* 4 *quoniam pignorationis natura est, quod redimatur res solutoq; debito ad pignorantem redeat.* [o] 5 *Si tamen testator rem legatam tanti pignoraßet, quantum valeret, vel etiam pluris, quia verisimile non est, quod redimatur, perinde habebitur, ac si prorsus alienasset:* [p] *sicque per huiusmodi pignorationem, si voluntaria fuerit, legatum censebitur reuocatum.*

d *Luantur.* § *Redimantur, ære scilicet, & impendio ipsius hæredis, quem testator grauasse intelligitur luitionis sumptu.*

e *Si verò quis.* § *Tertius casus, qui à primo dependet, nec habet difficultatem. Quæcunq; .n. de tota relegata, citra necessitatem alienata, dicta sunt: eadem, si pars rei legatæ alienata fuerit,* [q] *obtinet.* 6 *Ex quo colligis argumentum à toto ad partem affirmatiue valere: & quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris esse debet de parte quo ad* [r] *partem.* 7 *vulgo quoq; receptum est, quod lex disponens de toto, intelligatur disponere de omnib. eius partib. quod copiosè Stephanus* [s] *de Phadericis examinat.*

§. si quis debitori.

1 *Liberatio & solutio eiusdem sunt significationis.*
2 *In Pandectis sub Tit. de solutio. liberatio & solutio separantur.*
3 *Thema huius §. eiusdemq; ratio dubitandi & decidendi.*
4 *Debitor quis dicatur.*
5 *Liberationem legari posse: & quib. modis id fiat.*
6 *Si legata sit personalis liberatio, ab hærede debitoris exigi debitum potest.*
7 *Debitor cui liberatio legata est, habet aduersus petentem doli mali exceptionem.*
8 *Habet item actionem ex testamento, vt in totum liberetur acceptilatione.*
9 *Potest etiam iudicis officium implorare.*
10. 12 *Si is cui liberatio legata est, correum habeat, interest an sint socij, vel non sint: quia si socij sint, legatarius per acceptilationem liberatur, aliàs pacto.*
11 *Societas natura.*
13 *Potest etiam dilatio debiti legari.*
14. 16 *An debitor creditori suo legare possit id, quod alias ei debet.*
15 *Legatum quod sine lucro est, non valet.*
17 *Commodum repræsentationis quid?*
18 *Ratio decidendi ac dubitandi ad vers. quod si viuo.*
19 *Generalis conclusio ex hoc §.*
20 *Regula ex hoc §. collecta.*

a Si quis *b* debitori suo *c* liberationem legauerit, legatum vtile est: & neq; ab ipso debitore, neq; *d* ab hærede eius potest hæres *e* petere, neq; ab alio *f* qui hæredis loco sit. Sed & potest à debitore *g* conueniri, *h* vt liberet eum. *i* Potest etiam quis vel *k* ad tempus iubere, ne hæres petat. *l* Ex contrario, si debitor creditori suo, quod dēt, legauerit: *m* inutile est legatum, si nihil plus est in legato quam in debito: quia *n* nihil amplius per legatū habet. Quòd si in diem vel sub conditione debitum, ei purè legauerit, vtile est legatum *o* propter repræsentationem. Quod si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: *p* Papinianus scripsit, vtile esse nihilominus legatum: *q* quia semel constitit. quod & verum est. Non enim placuit sententia *r* existimantium, extinctum esse legatum, quia in eam causam peruenerit, à qua *s* incipere non potest.

a l. 15. liberationis. d. uer. sig.
b §. sed si rē supra eod.
c Porc. hic.
d l. 108. debitor l. 10. creditores de ver. sig.
e Bal. hic per l. si creditor debitori. de lib. leg.

Si quis. § *De liberationis legato hoc §. agitur.* 1 *Habet autem* § *liberationis* § *verbum eandem vim ac significationem, quam* § *solutionis.* [a] *Soluere* § *autem est, eum qui alligatus est liberum facere. Inde qui præstitit quod debet, soluisse dicitur, & se ab obligationis nexu liberasse. Sic in nostro proposito* § *liberationem* § *pro remissione debiti accipimus, vt debitor non cogatur soluere.* 2 *Verum in Pandect. sub tit. de Solut.* § *Liberatio, & solutio* § *separantur. nam solutio naturalem obligationem tollit, & pecuniaria est: Liberatio cæteros omnes modos, quibus obligationis nexu quis dimittitur, continet, vt confusionem & compensationem.* 3 *Est autem thema, quod hic explicatur, tale. Centum mihi aureos debebas, ego tibi liberationem debiti legaui, damnaui hæredem meum, ne à te quicquam peteres: quæritur, an legatum valeat? Et videtur non valere, quia quodammodo rem tuam tibi legasse censeri possum, quod vtique legib.* [b] *fieri vetatur. Attamen legatum vtile esse hic deciditur: ob id certè, quoniam non videtur legata res ipsius debitoris, sed liberatio, quæ est in facultate* [c] *creditoris.*

a *Si quis.* § *Creditor aliquis.*

b *Debitori suo.* § 4 *Is propriè* § *Debitor* § *esse dicitur, à quo inuito exigitur, & qui creditorem agentē nulla potest exceptione* [d] *excludere: nec sanè in alio debitore vtile fuerit liberationis* [e] *legatum. Suo autem intellige, vel sui hæredis, vel etiam cuiuslibet alterius, iuxta Bald. hic.*

e Liberationem legauerit.] 5 Hinc discis, liberationem legari posse. Contingit autem id multis modis: vt si creditor liberationē nominis expressim leget: vel damnet hæredem ne debiti nomine agat, neuè à debitore quicquam petat; vel si chirographum debitori suo f leget, quia sic quoque liberationem legasse intelligitur. Idem est, si testator damnet hæredem, ne centumuirale g iudicium exerceat: rationem à procuratore suo ne h exigat; quæstionem curatoribus suis ne i faciat.

f l. 3 de liber. le.
g l. petitor. h. t. de libe. leg.
h l. pr. ar eo. h.
i l. Aurelio. ibid.

d Ab herede eius.] Debitoris s. 6 Cessat tamen hoc, si forte personale fuerit liberationis legatum, quod soli legatario inhæreat; vt quia testator ita scripserit. [Heres meus à solo Lucio Titio k ne petito] Sanè tale legatum ad hæredē Lucij Titij non transit, itaq; mortuo Lucio Titio, ab eo debitū poterit exigi.

k l. non solum. §. ale legatum. d. tit.

e Petere.] Cum effectu 7 Et si enim peteret, nihil tamen consequeretur, quia exceptione doli mali) quæ hoc casu legatario competit) submoueri l poterit Et hoc est primum remedium concessum ei, cui legata est liberatio.

l l. 2. in fi. l. si quis in testamento. h. tit.

f Qui hæredis loco sit,] Cuiusmodi est bonorpossessor, aut fideicommissarius vniuersalis.

g Conueniri.] Scilicet hæres legantis. 8 hoc est secundum remedium, nempe quod is, cui legato relicta est liberatio, hæredem testatoris conuenire possit, ut eum liberet per [acceptilationem,] hoc est, per solutionē imaginariam, quæ tamen veræ solutionis effectum habet ex consensu creditoris, & iuris m artificio. 9 Addit Bart. n & tertium remedium, quòd legatarius imploret [officium iudicis,] vt pronunciet eum non debere. vel vt silentium actori imponat.

m §. 1. inf. qb. mo obl. tol.
n l. 2. §. nunc de effectu. h. tit.

h Vt liberet eum.] Nempe per [acceptilationem,] vt iam dictum est: idque omnino necessariū videtur, cum per legatum ipso iure liberatio non contingat. Et prædicta quidem locum habent, cum is solus est debitor, cui liberatio relicta o est. 10 Quod si cum alio sit debitor, puta duo rei fuerint promittendi, vi dendum p est tunc an isti rei promittendi fuerint et socij omnium bonorū, vel saltem eius debiti, quo agitur, ita q lucrum & damnum cōe inter eos erat; an verò simpliciter rei promittendi fuerint, & ambo eidem promiserint eandem pecuniam; non autem aliam contraxerint societatem. Nam priori casu, si testator vni tantum liberationē legauit, & alteri correo noluit consultum, legatarium agentem per acceptilationē liberari oportet, vt sic socius & correus suus quoq; liberetur, ne dū testatoris heres à legatarij correo qd petit, & ipse legatarius inquietetur. 11 Societatis enim ea est natura, ut à sociorum altero nihil possit exigi, quod non alterum quoque contingat q 12 Si ergo per acceptilationē liberetur legatarius, id etiam correo legatarij proderit, sicque testatoris voluntas qui vni sociorum liberationem reliquit, consistere non poterit. Altero verò casu, quando rei promittendi non sunt socij & vni tantum legata est liberatio, is non poterit agendo consequi, vt liberetur acceptilatione; quia sic correus ipsius contra testatoris voluntatē, qui vni tantum consultum voluit, pariter liberaretur, cum acceptilatio sit solutio saltem imaginaria, quæ facta ab vno proficit r vtrique Illud tamen consequetur, vt liberetur per pactum de non petendo; quod quidē cum personam non egrediatur s legatarij correo nihil proderit. Et prædictu Julianus t lib. 22 Digestorum hisce verbis complexus est. [Si quidem socij (inquit) non fuimus, pacto me debere liberari, si socij, per acceptilationem.]

o l. Aurelius. §. centū. d. tit.
p d. §. nunc de effectu. & sic intelligenda est gloss. hic in verbo vt liberet.
q Bart. ibid.
r l. 3 §. fin. de duobus reis.
s l. si vnus. §. ante oīa de pac.
t In d. §. nunc de effectu.

i Potest etiam.] 13 Sensus huius vers. est, q testator possit debitori suo laxiorem solutionis terminum legando præstituere, & vtile legatum erit: quoniam heres testatoris intra præstitutum tps debitum à legatario exigere non poterit u Et sic per huiusmodi legatum vsuram medij illius temporis, quo inquietari non potest, lucratur debitor: quod sanè commoditate non caret Et prædicta extenduntur etiam ad hæredem debitoris; nam nec ab eo intra tempus à testatore concessum, exigi potest.

u l. non solum debitorem. §. §. 1. hoc. tit.

K Ad tempus.] Quo effluxo, debitum rursus exigi poterit.

l Ex contrario] 14 Imperator priorē hypothesin nunc inuertit, declarando, an valeat legatum si debitor creditori suo leget, id, quod alias ei debet. 15 Et constat, legatum quod sine lucro est, non valere Esset enim hoc contra naturam legati, cum sit quædam x donatio, 16 Vnde si debitor creditori suo legauit id, quod ei debet, catenus legatum erit vtile, quatenus plus continet, quàm erat in principali debito. Hocque in effectu hic vers. docet.

x §. 3. sup. eo.

m Inutile est legatum.] Quia sine lucro est.

n Nihil amplius] Quam quod sibi prius debebatur, vt quia (verbi gratia) centena testator pure deberet, centena tantum legarit.

o Propter repræsentationem] Idest, ob præsentē solutionem quoniam statim iam soluitur. Id enim lucratur creditor, quia accipiat id, quod post certum tempus, aut post euentum conditionis cum primis præstandum erat, aut etiam interdum, quod nunquam daretur, si forte conditio non extitisset 17 Est enim [commodum repræsentationis, lucrum illud, quod facit creditor, cum pecunia ante diem sit soluta quo carendum sibi fuisset, si in statum diem soluisset debitor Exemplum; fac me tibi in diem centum debere ex stipulatione, puta, vt post triennium soluam Hoc debitum in diem lego tibi creditori purè, idest, vt statim tibi post mortem meam soluatur. Ego post factum testamentum decedo. Iam lucrum, quod intra triennium hoc cum illa pecunia facis, quo tibi carendum erat, si tandem lapso triennio satisfactum tib fuisset, commodum repræsentationis dicitur. Hoc igitur commodum efficit, vt amplius sit in legato, quam in debito, sicque tale legatum valeat. Idem applices ad debitum conditionale.

p *Papinianus.*] *Cuius responsum adhuc* y *in Pandectis extat.*

y In l. verb. leg. §. ad leg. Falc.

q *Quia semel constitit.* 18 *Hoc est, potuit; habere locum repræsentatio; potuit fieri, ut debitor ante diẽ moreretur, aut conditio nunquã existeret. Et tradunt Interpretes, quod etsi res priusquã actus sit perfectus, deueniens ad causam, à qua non potest inchoari, vitietur:* z *hoc tamen non procedere, quando casus superueniens tenderet ad eundem finem; quia tunc actus, vtcunq; non sit consumatus, non vitiatur. Atq; hoc est, quod per manus traditur,* [*quæ semel vtiliter & legitimè constituta sunt, durant, licet superueniat casus à quo initium habere non possunt.*]

z Dd. in l. plurib. § 3. de verbo. obl. Dec. l. in ambiguis, r. §. non est nouũ. de regulis iuris.

r *Existimãtium.*] *Videtur Imp. hic Paulum intelligere, qui contra* a *Papinianũ sentiebat, eiusque sententiam improbat; & mirum, Pauli responsum nihilominus in Pandectas simpliciter relatum esse.*

a In l. debitor. de leg. 2.

s *Incipere nõ potest.*] 19 *Hoc est, si viuo testatore dies venit, aut conditio extitit, nihil amplius in diẽ vel sub conditione debetur, atque ita non potest amplius locum habere commodum repræsentationis; ergo inutile videtur huiusmodi legatum, quum nihil amplius sit in legato, quàm in debito. Et hæc poterat dubitandi causa esse in nostro themate.* 20 *Porro contrahendo totum hunc § in emptionem, ex eo hanc doctrinam collige.* b [*Quotiescunque creditori modo tempore, loco, exceptione, conditione, vtilitas aliqua vltra id quod in debito est; per legatum accedit, à debitore creditori semper vtiliter legatur: sin nihil commoditatis affertur, legatum non valet, vt quod sine lucro sit.*]

b ratt. Iaf. & alij in l. si creditori. & lege seq. de leg. 1.

§. Sed si vxori.

1 *Maritus vtiliter vxori dotem acceptam legat.*
2.4.5 *In quibus legatum dotis sit plenius, quam de dote actio.*
3 *Dotis restitutio aliter olim fiebat quàm hodie.*
6.8 *An maritus dotem legare possit, quam non accepit.*
7 *Legatum dotis incertum à patre relictum valeat.*
9 *Relegare, verbum pro retro tradere, vel restituere; hinc tit. de dote relegata, in Pandectis.*

a Sed si vxori maritus b dotem legauerit, valet legatum; quia c plenius est legatum, quam de dote actio. d Sed si quam non accepit dotem, legauerit: diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem e simpliciter legauerit: inutile esse legatum. Si verò f certa pecunia, uel certum g corpus, aut h instrumenta dotis in i prælegando demonstrata sunt, valere legatum.

a *Sed si vxori.*] *De legato dotis vxori à marito facto subijcitur, quam vel accepit maritus, vel etiam non accepit; sicque duos casus hic §. complectitur.*

b *Dotem.*] *Quam ab ea accepit, vt a sequenti versiculo differat hoc principium.* 1 *Dotem ergo acceptam maritus vxori vtiliter legat, adeo quidem, vt nihil referat, vtrum dotem expressim leget, an* a *id quod vxor dedit; nam vtroque casu legatum subsistit.*

a l. vlt. de dote præleg.

c *Plenius*] 2 *Nempe in commodo repræsentationis, quod tali legato inest.* 3 *Nam veteri iure non statim soluto matrimonio dos et reddedatur, sed annua, bima, trima* b *die in ijs, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt. Lege verò noua, immobilia statim; mobilia post annum debentur. Legatum autẽ mox ab adita hereditate* c *peti potest. Habet ergo vxor in tali dotis legato cõmodũ repræsentationis; quia cum sine legato non posset dotem rei mobilis petere, nisi annua die, i. post annum a morte mariti: poterit iam statim petere eo mortuo. Iam lucrum illud, quod ex dote vxor intra hunc annum habet, quo sibi carendũ fuisset, si tandem post annum dos fuisset reddita, dicitur commodum repræsentationis. Et hoc commodum efficit, ut amplius sit in legato, quã fuisset in actione de dote. Idem de bima, & trima die dicendum.* 4 *Est & aliud in quo legatum dotis plenius est, quàm de dote actio, nempe quod id non aliter minuatur, quam per leg. Falc. quæ in illo repræsentationis commodo locum* d *habet: dotis verò actione etsi conueniatur maritus, non tamen in plus, quàm in id, quod facere potest,* e *condemnetur, habita ratione, ne egeat.* 5 *Tertia vtilitas huius legati esse potest, quod tollat pacta doti adscripta* f *non mulieri omnino commoda; quia ijs stare mulier non tenetur, dotem petens ex legato.* 8 *Sed nec dotis legatæ solutionem hæres differre potest ob aliquas alias impensas ad herede factas, quàm ob necessarias; quæ dotem ipso iure* h *minuunt.*

b l. aliud. de pac. dot.
c l. 1. de dote præleg.
d l. 2. §. idem Iulianus de do. præleg.
e l. maritum. & l. seq sol. mat.
f l. inter eos. in fi. de re iud. l. in cõdemnatione. de reg. iuris.

d *Sed si quam non accepit.*] 6 *Alter casus, quando maritus vxori dotem quam non accepit, legat, hic explicatur. Et si quidem dotem simpliciter, idest, nulla expressa certa quantitate, vel specie legauit, legatum nõ valet; idque propter incertitudinem, quæ tam legata, quàm contractus* i *vitiat.* 7 *Quanquam singulare quodam iure vtile sit dotis legatum à patre relictum incerta quantitate; sicut & sustinetur generalis promissio dotis ab eo* k *facta, ad quem pertinet dotare filiam, & facile certa constituitur quantitas ex dignitate familiæ patris &* l *sponsi* 8 *Quòd si maritus certam quantitatem nomine dotis legauerit, aut corpus aliquod speciatim expresserit, aut quæ instrumento dotali expressa sunt, legato reliquerit, valet legatum.*

g l. 1 de do. ple.
h l. dote. dict. ri.
i l. ita stipulat. in princ. de verb obli.
k l. 1. C. de dot. promiss.
l l. quæro. de ritu nup. Porc. hic.

e *Simpliciter.*] *Idest, nõ adiecta quãtitate certa, vel specie, sicut nullũ intelligatur legatũ dotis, quæ nulla est.*

f *Certa*

f Certa pecunia.] Idest, certa quantitas, vt si dicat [Centum aureos, quos nomine dotis attulit, vxori meæ relego.]
g Corpus.] Hoc est, species: ut quia dixerit, [Fundum Herderanum, quem mihi dedit, ei do lego.]
h Instrumenta dot.] Quæ tamen certam quantitatem uel corpus exprimant. Sic enim tale legatum, quã uis formaliter sit incertum, per huiusmodi tamen relationem [m] certum esse videtur, omninoque præstandum erit, quod in instrumento continetur, etiamsi nullam dotem accepisset maritus. Falsa enim causa adiecta illud non [n] euertit.
i Prælegando.] Idest, repræsentando. Plerique legunt Relegando; 9 Relegari enim Dos dicitur, quasi retrotradi, uel restitui. Et extat tit. [o] in Pandectis, De dote relegata [p] licet correpte legatur, de dote prælegata. Formula relegandæ dotis hęc est; [Quanta pecunia dotis nomine ad me peruenit, tantam hæres meus dato.] [q]

m l. 3. C. de falsa cã ad leg. l. 2. cum quidam. de leg. 2. Angel. & Porc. hic.
n l. si non designata. ibi gl. & Dd. C. de falsa cau. ad leg.
o lib. 33.
p Haloand.
q Cuiac. in para. ad tit. de dot. præleg.

§. Si res legata.

1. 2 Species legata si pereat sine culpa hæredis, legatario periisse censentur: & quid in quantitate.
3 Duæ regulæ ex hoc §. colliguntur.
4 Re perempta sine culpa debitoris, liberatur debitor.
5 Res legata si ob hæredis moram pereat, hæres tenetur.
6 Quando hæres de dolo, lata uel leui culpa teneatur.

a Si res legata b sine facto hæredis c perierit, d legatario decedit. Et si seruus alienus legatus, sine e facto hæredis manumissus fuerit; f non tenetur hæres. Si verò hæredis seruus legatus sit, g & ipse eum manumiserit; h teneri ipsum Iulianus scripsit, nec interest k sciuerit, an ignorauerit à se legatum esse. Sed etsi alij donauerit seruum, & is cui donatus est, eum manumiserit; tenetur hæres, quamuis ignorauerit à se eum legatum esse.

Quoniam sępe contingit, rem legatam, priusquam pręstetur, interire: ideo Imper. Iustinianus hic examinat, an hæres perempta re legata, nihilominus teneatur, vel per interitum rei liberetur.
a Si res.] 1 Idest, certa aliqua species. Loquitur enim hic de re in specie legata: id enim frequentius accidit, quam in quantitate, aliove genere legato. [a] 2 Quanquam idem, quod hic traditur, & in quantitate locũ habeat, si modo ea debeatur ratione certæ [b] speciei; quod si simpliciter esset legata quantitas, nullam liberationem tribuere põt vllus casus fortuitus, etiam ante moram; quoniam genus perire [c] nequeat.
b Sine facto.] Quia videlicet hęres non fuerit in mora vel culpa: alioqui omnino teneretur.
c Perierit.] Fortuito aliquo casu; nam de huiusmodi interitu hic agitur.
d Legatario decedit.] Idest, legatarij periculo: omnino enim liberatur hæres, vt nec æstimationem rei peremptæ soluere tenetur.
e Sine facto hęredis manumissus.] Scilicet a suo domino. Factum autem hæredis latius hoc loci vsurpat Iustinianus, vt negligentiam, quæ in non faciendo consistit, etiam [d] contineat. alibi tamen angustius hoc verbum accipitur, & quod in faciendo est duntaxat [e] complectitur.
f Non tenetur.] Quia legatum statim exinguitur propter manumissionem, quę morti comparatur.
g Et ipse.] Hæres scilicet: sicque omnino ipse fecerit, quominus res legata possit dari. Quod si sine hæredis factò seruus liber factus est, puta, ex aliqua præcedenti causa, uel quia statu liber [f] erat; aut quia publicè ob iustum meritum libertatem consecutus [g] sit sine vllo facto hæredis, nõ magis tenebitur hæres, quam si is fuisset alienus.
h Tenere ipsum.] Ad iustam ęstimationem serui manumissi: libertas enim semel concessa seruo, auferri amplius non potest. Itaque perinde est, ac si seruus naturali morte periisset.
i Iulia.] Extat adhuc eius responsum [h] in Padectis; nec dissimile est quod Paulo [i] adscribitur ibi.
K Sciuerit an ignorauerit.] Neque enim põt se excusare propter ignorantiam, cum censeatur eadem persona cum defuncto. Debuit itaque scire & inuestigare factũ, quod ei incumbebat [k] faciendũ; & hoc ideo, quia ex defuncti persona [l] lucrum sentit. Et hæc quidem ad textus declarationem 3 ex quibus duę sunt potissimum colligendę regulę. Prima, [si species legata, quæ testatoris fuit, sine dolo, culpa, vel mora hæredis perit, legatarij periculum [m] est, vsque adeo, vt nec ęstimationẽ hęres præstare teneatur.] [n] 4 Nã & alias pro regula [o] traditur, [Re perempta sine culpa debitoris, ipsum liberari.] 5 Secunda, [si fuit legata species, eaq; post moram ab hærede factam interijt, perinde tenetur hęres, ac si res non interijsset, nẽpe ad ęstimationẽ rei peremptæ [p] siue non extantis.] Quod procedit ẽtsi res fuerit alioqui apud legatarium eodem ipso momento interitura: veluti si fundus legatus chasmate perierit potuit enim eum acceptum legatarius [q] vendere. 6 Porrò inuestigant in vniuersum hoc loci Doctores, quãdo hæres de dolo, lata culpa, leui, aut negligentia (quæ leuissima ẽt culpa dicitur) tenetur, neq; in hoc articulo satis inter ipsos cõuenit. Illud tamen frequentius receptũ est, si hæres & legatarius, vel fideicommissarius ęqualem ex testamento

a l. in rõne. 2. §. diligenter. ad l. Falc. l. incẽdium. ibi Dd. C. si cer. pet. & l. quod te. ff. eod tit.
b l. quidã test. §. si tibi do leg. 1.
c d. l. incẽdium.
d d. l. 2. de verbo. oblig.
e l. in lege. ad leg. Cor. de sicar. l. si seruũ. de verb. obl.
f l. si seruum. §. itẽ si homo. de verb. obl.
g toto. t. C. qb. ex caus. ser. p Præ. li. ac.
h l. quidam. §. si quis filium. ad S. C. Treb.
i l. si seruũ. §. de illo & ver. ob.
k gl. hic. verbo. nec interest.
l gl. l. 2. §. si ser uum de cõd. indeb. Ioãn. de Plat. hic.
m hic. & l. non amplius §. 1. vbi Dd. de leg. 1.
n l. cum res leg. §. 1. eo. tit.
o de qua in l. si ex legati. de verb. obl.
p l. nemo. 1. §. si post. ibi Dd. de verb. obl.
q d. l. cum res §. fi. ibi Dd. singula diffusius per transeuntes.

[illegible]

percipiant utilitatem, hæredem de dolo, lata & leui culpa [r] *teneri; sed si hæres magnũ, legatarius paruum consequatur commodum, tenetur etiam de leuissima.* [s] *Sin uerò contra hæres modicam utilitatem, legatarius magnam ex testamento habeat, dolum tantum præstat, & latam culpam, quæ dolo comparatur.* [t]

r l. si seruus. §. cũ quid ibi. de leg. 1. si vt certo. §. nunc videndũ. cõm.
s d. l. cum res. §. culpam.
t l. si mulier. §. enim ad Treb.

§. Si quis ancillas.

1 *Si ancilla cum natis legetur, duo sunt legata, & sublato altero, alterum debetur.*
2 *Idem est, si ordinarius cum vicarijs legetur.*
3 *Seruus ordinarius, seruus uicarius, qui sint.*
4 *Duæ res principales coniunctim lagatę si sint, una perempta, altera debetur.*
5 *Si seruus cum peculio legetur, unum est legatum: & sublato seruo, nec peculium debetur.*
6 *Idem est in fundo cum instrumento legato.*
7 *Duabus rebus coniunctim legatis, quorum altera principalis est, altera accessoria: principalis perempta, etiam accessorię legatum extinguitur.*
8 *Consistente seu uitiato principali, uitiatur quoque accessorium*
9.10 *Lego fundum cum instrumento, differt à legatis lego fundum & instrumentum, lego fundum instructum, lego fundum, ut instructus est.*
11 *Instrumentum fundi quid sit.*

a Si quis ancillas *b* cum suis natis legauerit, etiamsi ancillæ *c* mortuæ fuerint, partus *d* legato ceduut. *e* Idem est, & si ordinarij serui cum vicarijs legati fuerint; quia licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. *f* Sed si seruus fuerit cum peculio legatus: *g* mortuo seruo, vel manumisso vel alienato, peculij legatum extinguitur, *h* Idem est, *i* si fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur.

a Si quis ancillas.] Hoc §. explicat Imp. si ex duabus rebus coniunctim legatis altera perierit, an quæ superest, debeatur? Et exemplis rem declarat.

a l. etsi de peculio legato. l. si ancilla. de le. 1.
b Cantiune. hic l. iustissime. de ædil. edict.
c §. in peculiũ. supra. de rer. diuid.
d l. 1. §. ex hoc. & vent. inspic. vide rab. hic.
e d. l. etsi.
f l. etsi quidem. de peculio legato.
g propter l. quæ situm. §. Celsus scribit. de fund. instr.

b Cum suis natis.] 1 Si ancilla legata sit cum suis natis, siue liberis, duo sunt diuersa & separata [a] *legata, non principalis causa & accessio: neque enim patitur humanæ naturę dignitas, hominem locum loco accessionis* [b] *haberi, aut partum iam editum in fructu* [c] *esse: licet priusquam nascatur partus, sit* [d] *aliud. Sublato ergo altero legato (ut quia ancilla sit mortua) alterum tamen debetur, puta nati ancillæ.*

c Mortuæ.] Vel alienatæ, vel manumissæ, vt Paulus [e] *addit, ex cuius respõso hic §. desumptus videtur.*

d Legato cedunt.] Hoc est, ad legatariũ pertinent, quia scilicet æquè principaliter legati intelliguntur.

e Idem est.] 2 Aliud exemplum; quando seruus ordinarius legatus est cum suis vicarijs, et duo sunt separata legata; ideo morto ordinario, aut alienato, aut manumisso, sicque legato in ordinario perempto, vicarij tamen ad legatarium [f] *pertinebunt; nisi fortè aliud testatorẽ voluisse ostendatur.* [g] *3 Dicitur autem [ordinarius seruus,] cui peculium dominus concessit, vt negocietur. [Vicarij] sunt, qui suberant ordinarijs, & eorum vices gerebant, quidamque quasi subinstitores erant; Ex predictis regulã collige. 4 [Quando duæ res coniunctim legantur, & altera alteri non accedit, sed vtraque principalis est, vna perempta, quæ reliqua est, debetur;] Rectè autem hoc loci Bald.. admonet, vt discerni possit accessoria coniunctioni principali, non tam hærendum esse in formulis verborum, quàm intuendam naturam, & conditionem ipsius rei coniunctæ.*

h l. 2. de pecu. leg.
i fac. l. cum principalis. de regulis iu. c. accessorium. eo. tit. lib. 6.
k d l. iustissime.
l l. tunc inutile. de pec. leg. l. ex parte. §. duos filiosfa. ercifcun.

f Sed si seruus.] Nunc exempla subijcit, vbi duæ res coniunctim legantur, quorũ altera alterius accessio est. 5 veluti est, in seruo legato cum peculio; peculium enim loco accessorij habetur, seruus verò principale est: atque ita seruus cum peculio est vnum legatum. Ideo sublato aut mortuo seruo tanquam principali, nec peculium velut accessorium debetur. [h] *[Nam], vt Caius inquit, [quæ accessionum locum obtinent, extinguuntur, cum principales res peremptæ* [i] *fuerint.] Sed nonne & vicarij in peculio esse dicuntur? cur ergo in ipsis diuersum statuitur? Respondeo, vbi de accessione agitur, eos in peculio non contineri: quoniam (vt supra dictum est) contra dignitatem hominis esset, eum temere in accessionem* [k] *venire.*

g Mortuo seruo] Si modo viuente adhuc testatore id acciderit. [l] *Nam si mortis tempore seruus vixerit peculium legato cedet, & legatarium pertinebit.*

h Idem est.] 6 Aliud exemplum ad idem propositi: Si fundus cum instrumento legatus sit, fundo alienato nec instrumentũ debetur; est enim vnum legatũ; fundus principale est, instrumentũ accessionis vicem tenet. Itaque principali sublato, nempe fundo, & accessorium eius, instrumentum, s. non consistit. 7 Hinc ergo rursus alia colligenda est regula; [Duabus rebus coniunctim legatis, si altera alterius accessio est, principalis rei legato perempto, & accessorię legatum extinctum esse dicetur. 8 Quandiu enim ualent principalia, subsistunt & ea, quæ accedunt; illis vero sublatis, & accessoria perimuntur.

m l. si cui. de fundo instru. & l. eo.

i Si fundus instructus.] 9 Iustinianus hic fundum instructum, & fundum cum instrumento, in eadem causa habet, cum tamen Paulus in notis ad Labeonem, ea manifestè separet, velitque aliud esse,

si fun

si fundum cum instrumento quis leget; aliud, si fundum instructum, vel fundum & instrumentum, vel fundum vt instructus est Hanc inter Paulum & Iustinianum pugnam Bald. in hunc modum conciliandam arbitratur, nempe, quod non minus legato fundo instructo, quàm cum instrumento, perimatur cum re principali, quicquid accessionis iure venit; hoc est, instrumentum ipsius saltem fundi Sed si quid ex vi & proprietate verborum intelligatur additum, nihilominus debeatur etiam sine fundo, iuxta ipsius Pauli sententiam. 10 *Sic ergo si [fundus cum instrumento] legatus sit fundo alienato, extinguetur legatum & in instrumento. Sin autem [fundum instructum] quis legauerit, vel [fundum & instrumentum,] aut [fundum vt instructus est:] istis casibus fundo alienato legatum instrumenti ipsius fundi duntaxat extinguetur, patrisfamilias non extinguetur; quod ideo est quoniam non solum fundi instrumentū, sed & proprium testatoris instrumentum legatum esse videtur; hoc est quæcunque testator, vel ad tutelam fundi, vel vsus sui gratia, vel quo instructior* [n] *ibi esset, in eum fundum contulit.* 11 *[Instrumentum] verò [fundi] est, quidquid ad gignendos & colligendos, & transferendos, seu conseruandos fructus* [o] *pertinet; ad gignendos, vt serui operarij, boues aratorij, aratra ligones, pecora stercorandi iā parata, & cetera id genus; ad colligendos, vt falces, & his similia; ad transferendos, vt plaustra, corbes, & cetera ijs affinia; ad conseruandos, vt dolia, testæ lenticulę, & quęcunque talia sunt.*

n Ita intelligūt Dd, d. l. si cui. vide ibi. Bart. & alios.

o Theop. hic, tex. l. instrumenta de fūdo insti. Hermenop. lib. 5. iuris Epit. tit. 10.

§. Si grex.

1 *Gregis appellatione quid veniat, &*
2 *Grege legato, si vna ouis tantum superfit, peti potest.*
3 *Gregis legatum comprehendit omne futurum incrementum.*
4 *De vniuersitate corporum, & vniuersitate iuris.*
5 *Corporum tria genera.*
6 *Per columnas & marmora omnia ędibus iuncta significantur.*

a Si grex legatus fuerit & postea ad vnam ouem peruenerit; quod superfuerit, vendicari potest *b* Grege autem legato, eas etiam oues, quæ post testamentum factum gregi adijciuntur, legato credere, Iulianus ait. Est autem gregis *c* vnum corpus ex *d* distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus est ex cohærētib. lapidibus. Aedibus denique legatis *e* columnas & marmora, quæ post testamentum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere.

a Si grex.] [Gregis] nomen largo modo omne genus animalium cōprehendit, quod gregatim pascitur: [a] *& quorumlibet animalium congregatio dicitur, Cic. in Philip [Fudit apothecas, cęcidit, greges armentorum quod & significantissimè Iurisconsalibi* [b] *expressit, inquiens: [Oues, capras, boues, equos, mulos, asinos, gregatim pasci] Verum strictiori significatione gregem de minutis tantum pecoribus accipimus, vt ouib. porcis, capris. Et decem oues gregem constituere traditum* [c] *est.* 2 *Grege igitur ouium legato, si totus deinde grex ad vnam peruenisset, an illa debeatur? quæritur Et videbatur illā non deberi, cum grex legatus fuerit qui in vna oue consistere* [d] *non pōt Hic tamen deciditur, posse legatariū & ouem, quæ reliqua est, vēdicare, i. actione in rem petere, cum legato grege & sic quodam totali, singulę eius partes legatæ* [e] *censeantur; argumento à toto ad partes ducto, quod in iure valere, notum est.*

b Grege autem legato.] 3 *Si grex à testatore legatus Titio capitum aliquot accessione post testamentum auctus fuit, poterit cum augmento vendicari a legatario. Et sic vniuersale gregis legatum, complectitur omne futurum incrementum, quod post testamentum, vel ēt post moram hęredis* [f] *contingit.* 4 *Facti enim siue corporum vniuersitas (vt est grex) sui natura incrementum recipit & diminutionem, & tamē semper* [g] *est idem; ideoque vniuersaliter tantum, non ēt particulariter vendicari* [h] *potest. Secus est in vniuersitate iuris, in toto illo, quod ēt iure continetur, vt hæreditas, peculium, dos: illa enim in vniuersum vendicari non potest, particulariter* [i] *potest Quamobrem neque peculium, neque dotem vendicamus, sed rem peculiarem, & fundum* [k] *dotalem. Hanc tamen communem distinctionem, quod alia facti seu corporum, alia iuris sit vniuersitas, nonnulli* [l] *improbant. Nam vniuersitas est ens rationis, atque in solo intellectu consistit: quapropter ad corpora accommodari non potest, cum a corporibus & à rebus abstrahatur, & solo intellectu repręsentetur.*

c Vnum corpus.] 5 *Pomponius* [m] *tria corporum genera recenset: vnum, quod continetur vno spiritu, & Græcè ἡνωμένον συμφυὲς vocatur: homo, lignum, lapis, & similia. Alterum quod ex contiuentib hoc est, ex pluribus inter se cohęrentibus constat; quod συνημμένον vocatur, vt ædificium, nauis, armarium Tertium, quod ex distantibus capitibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subiecta; uelut populus, legio, grex. Alciatus* [n] *refert, Pomponium hanc corporum differentiam sumpsisse ex Plutarchi libro, qui inscribitur, [De precep. connubia.] ubi refert Plutarchum scripsisse, corpora quędam, alia ex discretis constare, ut classem & exercitum; alia ex coniunctis, ut domum & nauem; quędam unita esse atque congenita, ut singula* [o] *animalia.*

d Distantibus.] Idest, diuersis & separatis.

a l. legatis. §. pecorib. de leg. 3. l. si grege. de legat. 1.
b In l. 2. ff ad l. Aquil.
c Bar. in l. oues. de abig.
d d. l. oues.
e d. l si grege.
f l. grege legat. ibi glo. & Ias. de legat. 2.
g l. item veniūt § fruct. & ibi gl. de pet. hęr.
h Alc. l. hęditatis appellatione. de verb. sign.
i l vēdicatio. ibi gl. Bar. & Alc. de rei vend. l. pe. C. eo. Bar. Rub sol. mat. ad fin.
k l. si peculium. de pec. leg.
l Zas. in Paratit. tit. de rei ven. ad finem.
m in l. rerū mixtura. de vsuc. l. 23. § iiē de rei ven. Vide ēt Senec. lib. 17. Epist.
n lib. 2. præter-missorum.
o Vide ēt Cantium. in Topic. loco. 3.

p l. 41. cętera. §. vlt. de leg. 1. q d. l. cætera. §. hoc senatusconsul. 8.

e Columnas & marmora.] 6 His verbis omnia veteres in vniuersum significabant, p quæ ædibus iuncta erant. Cæterum quod de ædium legato hic dicitur, hoc & ad balnea, porticus, tabernas, popinas, vel aliud quodlibet ædificium q producatur.

§. Si peculium.

1 Peculium seruorum quid?
2 Peculij augmentum & diminutio viuo testatore contingens, ad legatarium pertinet.
3.4 Si quid peculio legato post mortem testatoris accedat vel decedat, distinguitur.
5 De transmissione & cessione legatorum.

a Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit vel decedit viuo testatore, b legatarij lucro vel damno est. c Quod si post mortem testatoris, ante aditam hæreditatem aliquid seruus acquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hæreditatem adquisitum est, legatario cedere: quia huiusmodi legati dies ab adita hæreditate cedit. Sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium.

a In §. igitur. supra per quas person. nob. acquir. b l. 5 depositi. §. vlt. de pecul. c 21. §. actiones. infra de action. d l. peculium. in prin. de leg. 2. e d. l. peculiũ. & l. 40. peculiũ de peculio. f in l. denique. §. vtrum. de peculio legato.

a Si peculium.] 1 Peculium varie accipitur in iure, sicut alibi a annotauimus: hic verò dicitur ea pecunia vel quæuis alia res, quæ seruis voluntate dominorum relinquitur, vt cum ea negotientur. b & ista pecunia dicitur velut patrimonium serui, cum tamen non sit, sed quia separata est à dominicis c rationibus.
b Legatarij lucro.] 2 Hinc discis, augmentum vel diminutionem peculij legati viuo testatore contingenten, indifferenter ad legatarium spectare, d siue legatum sit ipsi seruo in testamento manumisso, siue alicui extraneo. Idem iuris est, si quid post mortem testatoris, aditamque iam hæreditatem peculio aliquid vel accrescat, vel decrescat: nam id omne ad legatarij damnum vel lucrum pertinet, vt post Accursium Porcius hic probat. Sanè & peculium est quoddam totum vniuersale, siue corpus, ideoque augeri & minui, & crescere & decrescere e potest.
c Quod si post mortem.] 3 Si peculio legato aliquid accesserit post mortem testatoris, hæreditate tamen necdum adita, dubium est, cui accrescat, hæredine, an legatario? Et Imperator ex Iuliani sententia f distinguit. Aut enim peculium legatum est seruo, cui libertas ex testamento competit, & omne ipsi incrementum ante hæreditatis aditionem contingens accedit, siue ex rebus peculiaribus, vtpote partus ancillarum, fœtus pecorum: siue ex operis suis, vel nomine donationis, vel ex alia causa, illud obtigerit. Rationem subdit Imperator, [quia huiusmodi legati dies ab adita hæreditate cedit:] idest, quia peculium legatum non debetur seruo, nisi post aditam hæreditatem, postquam liber iam factus est nam & tum primum cedit legatum libertatis, idque singulari beneficio iuris, cũ alioqui non sibi, sed hęredi, cuius interim est seruus, acquireret. 4 Aut legatum est peculium extraneo, & omne augmentum extraordinarium, idest, quod nõ ex reb. peculiaribus prouenit, hæredi acquiritur, non legatario. Quod ideò est, quia dies legati in extraneo cedit à morte testatoris: hoc est, mox defuncto testatore debetur peculiũ, & legatarius statim fit dominus g peculij. Quare quicquid non ex rebus peculiaribus, sed ex alijs rebus, puta ex operis serui, vel ex donatione peculio h accedit, ad hæredem, non legatarium, pertinet: nisi aliud testatorem sensisse doceatur i consideratur itaque in priori casu quantitas peculij tpe aditæ hæreditatis, in posteriori, tpe mortis testatoris.
5 Doctores hinc sumpta occasione materiam [transmissionis & cessionis legatorũ] etiam k pertractant: quam nos obiter perstringemus Dies ergo legati pure, vel in diem certum relicti, hodie à morte testatoris cedit, i. incipit deberi, ita ut si legatarius post moriatur, ad hæredem trasmittat legatum: licet agere non possit ante aditam hæreditatem, cum nemo sit, aduersus quem experiatur. Excipiuntur tamen casus, l vt luti, in legato libertatis, m vel vsusfructus, cui sua peculiaris natura est. Si sub conditione causali, potestatiua, vel mixta, aut in diem in certum legatum relinquatur, existente conditione demum, vel die veniente, cedit dies legati. n Sunt tamen certæ quædam species, in quibus conditio, vel dies incertus legati cessionem non o differt; quas suis locis Dd. notant.

g l. vnic. §. cum igitur. C. de cad. tollend. h d. l. deniq. §. fi. i ibid. in fi. k De qua Dd. in d. l. vnic. §. in nouissimo. §. cum igit. l notatis in ijsdem §§. m d. l. vnica. §. libert. n eo. §. & l. 1. §. dies. qñ dies. vsufr. leg. ced. o l. 3. de leg. 1. l. si cum. quãd. di. leg. ced. l. hæres. & l. cõditiones. de conditio. & demonst.

§. Peculium.

1.5 Seruus testamento manumissus, peculium amittit: manumissus verò inter viuos, retinet: fallit, ut num 5.
2 Aes alienum minuit legatum peculium.
3.4 Id quod dominus seruo debet, peculium non auget. fallit, vt nu. 4.
6.7 Reliqua, reliquari, reliquator.

Peculium autem, nisi legatum fuerit, a manumisso non debetur; quamuis si viuus manumiserit, sufficit, si non adimatur. & ita diui b Seuerus & Antoninus rescripserunt. c Idem rescripserunt, peculio legato.

legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. *d* Iidem rescripserunt, peculium uideri legatum, cum rationibus redditis liber esse iussus est, & ex eo *e* reliqua inferre.

a *Manumisso non debetur.*] 1 *Seruus ergo in testamento manumissus peculium, quod uiuente testatore habebat non consequitur, sed penes hæredem testatoris remanet, nisi ei specialiter fuerit legatum: secus est in seruo inter uiuos manumisso. Hunc enim tacitè sequitur peculium, si non expressim sit ademptum. Hoc itatam uariè quia cum dominus inter uiuos manumittens plenam, ac omnimodam adimendi peculium potestatem habeat, nec adimit, merito donasse creditur: præsertim cum uiui manumissoris maior etiã esse videatur erga seruum affectio, utpote, cui ultro libertatem præstat, cum eo adhuc vti ualeat. At verò testatoris, qui libertatem in testamento relinquit, non eadem est erga seruum gratia: & in ipso oblinio præsumitur propter imminentem mortem, sæpissimeque contingit, ut post factum testamentum quis nec velle possit, nec nolle rectè ergo hoc casu non potest tacita peculij concessio argui.*

b *Seuer. & Anto*] *Quorum rescriptum deficit: extat tamen aliud non dissimile, quod Diocletiano, & Maximiano adscribitur.*

c *Iidem rescripserunt.*] 2 *Videbatur, quod sicut æs alienum minuit legatum peculium; ita ex diuerso, id quod dominus debet seruo, augeret peculium, quoniam contrariorum ferè in suo genere eadem est disciplina. Hic tamen dicitur, Seuerum, & Antoninum Impp contrarium constituisse, ut Vlpianus in Pandectis refert; nempè seruum, cui legatum est peculium, non posse repetere ab hæredibus domini id, quod impendit in rationes domini, usquunque dominus factus fuerit debitor peculiaris. 4 Quod tamen procedit, nisi de contraria testatoris voluntate, vel ex consuetudine ipsius testatoris constaret; tũ enim compensari debet id, quod impendit cum eo, quod domino debetur. Nam ex consuetudine pristina domini voluntatem in re dubia conijcimus. Sed in legatario, cui relicta est certa res peculiaris, hæc Impp. de eisto locum habet. quia is nihilominus repetit, quod in rationem vertit. Quod ideò est, quoniam legatarius singularis ad debitorum hæreditariorum solutionem non obligatur, sed legatum habet præcipuum idque etiam rectè petit: nisi animo compensandi testator legasset.*

d *Iidem rescripserunt.*] 5 *Imperator ad primam huius § hypothesim reuertens, vnum casum excipit, in quo seruo in testamento manumisso peculium debetur, etsi ei expressim non sit relictum; veluti si testator seruum in testamento sub hac conditione liberum esse iubeat, si rationes suæ dispensationis redderet, & heredibus testatoris reliqua ex peculio inferret. Nam hoc casu creditur noluisse dominus, peculium, quod superest, redditis reliquis, apud manumissum remanere. Quorsum enim attinet rationem reddere, nisi ut intelligatur, quid domini sit, & quid serui, ut deinde ex peculio, quæ ad hæreditatem pertinent, inferat? Quia ergo non posset reliqua ex peculio inferre nisi peculium sibi legatum esset, meritò testator disponendo, quod inferat ex peculio, legasse illud intelligitur.*

e *Reliqua inferre.*] 6 *Hoc est ex peculio persoluere quæ rationalibus redditis apparuerit eum domino debere. Ita enim appellantur [reliqua,] quæ rationibus subductis acceptisque 7 expensis computatis debita remanent & supersunt. Reliqua etiam dicuntur debitæ præteriti temporis pensiones. Hinc reliqua colonorum sunt pẽsiones à colonis debitæ: Sic reliqua conductionis: & reliqua vectigalis: & reliqua pro reliquis censuum debitorem: itemque reliqua collegarum. Hæc & reliquationes vocantur, unde frequens in iure uerbum [reliquari, & reliquator.] Vlpianus [Eos demum] (inquit [debitores Reipub accipere debemus, qui ex administratione Reipublicæ relinquantur, die noch ein rest schuldig bleiben] Hinc reliquator apud Scæuolam, qui ex parte se a creditore eximit, & ex parte debitor manet.*

a Vt hic. & d. l. vnic. c. de pecu. eius, qui lib. meruit.
* l. uni. c. de pecu. eius. q lib. meruit.
b l. si peculium. legetur. S. si-cut. de pecu. leg.
c Vide su. de ijs qui sunt sui, vel al. iur. in princ.
d d. l. si peculiũ, § seruus.
e d. l. dominus Sticho S. ... de peculio lega.
f d. l. dominus Sticho. S. testamento. & d. S. si seruus.
g l. si seruus plu. S. fi. de lega. 1.
h Iu. de Platonic.
i gl. d. S. testã.
k l. denique. S. interdum de peculio. leg.
l l. 32 & l. 80. & 81. de cond. & demon.
m l. 79 quęsitũ. S. peto. & l. 97. l. 101. in fi. de leg. 3 & l. 32. de usufr. leg.
o l. 3. C. ad S. c. Velleia.
o l. 74. ff de iure fisc.
p in rub. c. sine cen. uel reliqui.
q l. 21. ff. ad mun.
r l. 44. S. 1. de admin. tut. & l. 59. de man. testa.
s l. rescripto. de mun. & hon.
t l. creditor. de solu. & liberatio.

§. Tam autem.

1 *Res tam corporales, quàm incorporales legari posse.*
2 *Edictum de legatis prohibitorium esse.*
3 *Asserens rem prohibitam legari, probare debet.*
4 *Nomen debitoris legari posse.*
5 *Directa actio legatario non datur, sed utilis: & num. 6.*
7 *Item ius controuersum, siue litigiosum.*
8 *Exactione reuocatur legatum nominis.*
9 *Verbum exigere; Exactores, & exacta pecunia.*

a Tam autem corporales res legari possunt, quàm incorporales, *b* & ideò quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut actiones suas hæres legatario præstet: *c* nisi exegerit *d* vivus testator pecuniam, nam hoc casu legatum *e* extinguitur.

a *Tam autem.*] 1 *Hinc regula sumitur, res tam corporales, quam incorporales legari posse, mõ in commercio nostro sit, quod comparari possit, Corporales, ut fundus, domus, vinum, triticum, oleum, argentum, aurum, vestimenta. Incorporales verò res sunt, vsusfructus, seruitus, dos, op. io, peculium, libera-*

tio, & similes. 2 *Sicut autem edictum hoc [de legatis,] prohibitorium est certarum personarum, quibus legari nequit, vt infra suo loco* [c] *audiemus: ita debet censeri prohibitorium certarum rerum, quæ nõ possint legato relinqui.* [d] *Regulariter ergo omnes res, quæ non reperiuntur prohibitæ, censentur permissæ legari.* 3 *Ex quo sequitur, quòd asserens rem legari prohibitam, hoc probare debeat, cum regula sit in contrarium. Sufficit enim aliquem regula esse munitum, & ei, qui allegat exceptionem, probandi* [e] *onus incumbit.*

b *Et ideò.] Ex genere ad speciem argumentatur, incorporalis enim res est nomen debitoris, siue obligatio.* 4 *Nota ergo [nomen debitoris,] id est id, quod debetur testatori ab alio, legari posse: & mortuo testatore tenetur hæres cedere actionem ipsi legatario aduersus debitorem. Si tamen non cesserit, ipso iure vtilis legatario* [f] *competit.* 5 *Nam directæ actiones ita inhærent ossibus nostris, ut a nobis diuelli nõ possunt, nec transeant de subiecto* [g] *ad subiectum: imo nec in heredem transirent, si non fictione iuris eadem hæres censeretur persona cum defuncto;* [h] *& ideò dantur utiles. In effectu tamen idem utili actione consequimur, quod* [i] *directa.* 6 *Cæterum, quod diximus, directam actionem legatario non dari, nisi ab herede sibi cedatur: hoc de actionibus directis personalibus accipiendum est. Reales enim etiam directo iure habebit legatarius sine cessione, nullis eiusce actionis reliquijs, apud hæredem remanentibus.* [k] 7 *Sanè, & ius controuersum, & litigiosum rectè legari constat, eoque legato uidetur testator litis euentum relinquere: quod Iustinianus* [l] *peculiari constitutione declarat.*

c *Nisi exegerit.]* 8 *Testator enim per exactionem videtur reuocasse legatum nisi legatarius alio animo factum probauerit.* 6 *Exegisse autem propriè dicitur, qui id recepit, quod instituta actione* [n] *petebat; atque ita hic accipi debet, alioqui si tantum condemnatus sit debitor, nihil actum uidetur, quandiù nõ est secuta exactio.* [o] *Aliàs uerò [Exigere,] est debitum petere, ut exigere pecuniam. Hinc [Exactores] dicuntur, qui exigunt, Cod de Exacto. tribut. Et [exacta pecunia,] intelligitur, quæ persoluta est. Siue enim volens, siue inuitus debitor dederit,* [p] *soluisse dicitur.*

d *Viuus testator.] Notanter hoc dicit, quia etsi hæres exigeret, legatum tamen non reuocaretur: etiamsi pendente legati conditione id fieret, vt Neratius* [q] *respondit.*

e *Extinguitur.] Hic enim ipsa substantia debiti extinguitur,* [r] *nisi probetur,* [s] *non adimendi animo factum esse.*

§. Sed & tale.

1 *Facta legari posse.*
2 *Legatum aliquid faciendi arctiorem parit obligationem, quàm contractus inter viuos.*
3 *An quis præcisè ad factum ex ultima voluntate debitum, cogi possit.*

a Sed & tale legatum ualet: *b* damnas esto hæres meus domum illius reficere, vel: illum *c* ære alieno liberare.

a *Sed & tale.]* 1 *Non solum res, nempè quæ dari ab ipso hærede debent, sed etiam facta legari possunt, vt scilicet hæres ipsi legatario aliquid faciat,* [a] *puta ut domum illi extruat, aut reficiat, aut ære eum alieno liberet.* 2 *Et adeò ualet tale legatum, ut arctiorem videatur parere obligationem, quàm contractus inter uiuos. Quia hic non sufficit offerre id, quod interest, sed omnino facere oportet, quod testator iussit.* 3 *An autem præcisè quis ad factum ex ultima voluntate debitum cogi possit? Et Bar.* [b] *hanc quæstionem eleganter explicat, subdens tandem, quod si sint plures heredes obligati ad factum, quilibet in solidum teneatur, & ad factum expediendum in solidum compelli ualeat: quoniam facta non solent diuisionem admittere;* [c] *Is tamen, qui in solidum conuentus est, reposcet deinde a cohærede sumptus pro parte eius.*

b *Damnas.] Damnatus, siue obligatus, per syncopen: vox Iurisconsultorum est peculiaris, ut alibi* [d] *dixi.*

c *Aere alieno.] Quod scilicet quis alteri, quàm testatori debet; ut intelligas hic non esse legatum liberationis, de quo supra dictum est.*

§. Si generaliter,

1.2 *Genus propriè quid? & aliud generalissimum, aliud subalternum, aliud infimum dici.*
3 *Genus generalissimum, & subalternum inutiliter legantur.*
4 *Genus infinitum idem est, quod species apud Dialecticos; & species, quod indiuiduum.*
5 *Genus infimum sub triplici differentia est.*
6 9 12 *Genere infimo legato, cuius sit electio hæredis, vel legatarij.*
7 *In alienis propriè electio non est.*
8 *Legatum in genere factum ad species generis restringitur, quas testator in patrimonio habet.*
10 *Explicata l. domus. de leg. 1.*
11 *Fundo in genere legato quando legatum sit inutile.*

Si

c §. legari. h. ti.
d fac. l. cætera. de le. 1.
e l. ab ea parte. de probat. l. suus quoque. vers. puto. de hære. instit.
f l. ex legato. C. de leg.
g gl. 33. ff. loc.
h Nouel. de iur. a mor. pst. in prin. gl. l. cum a matre. c. de rei uend.
i . actio. nego. gesto.
k Vide Ias. d. l. ex legato. & Ang. hic. l. sed nec legatarius. de cond. furtiua.
l Auth. nunc si hæres. c. de li tig.
m l. pe. de adi. le. l. fideicom. §. si sem. de leg 3.
n l. non solum autem. §. liberatio. de lib. leg.
o l. nepoti. de fun. inst. ibi Bar.
p Alc. in l. verbum. exactæ. de uer. signi.
q l. si id, quod nuhi. de lib. leg.
r l. si fideicommissum. §. si in rem suam. de le. 3.
s d. §. si rē suā.
a l. mortuo boue. §. si. de le. secundo.
b In l. fideicommissa. §. si. de le. 3. idem in l. stipulationes non diui. in princ. uers. octauo, quæro vtrū reus. de uerb. obli.
c d. l. fideicommissi. §. si in opere.
d eod. §. sed olim.

a Si generaliter seruus, vel res alia legetur, electio legatarij est, b nisi aliud testator dixerit.

a *Si generaliter.] De legato generis hoc loci attingitur breuiter, quod tamen admodum diffusum est, & ample patet, vt mirum sit, Imperatorē rem tam magnam ita concisè perstringere.* 1 *[Genus] autem in iure nostro uarias* [a] *acceptiones habet uere tamen & proprie id dicitur, quod de natura sui plurib. sese speciebus communicat, & quod nomine quidem incertum confusumque est, potest tamen per species contentas fieri certius.* 2 *Et circa hoc genus certi gradus distinguuntur. Quoddam enim est [summum] seu [generalissimum,] ut substantia corpus; alterum [subalternū, ut animal: tertium deniq; [infimum,] ut seruus, equus, bos.* 3 *Priora duo genera, summum uidelicet & subalterum, nihil ad hunc locum faciunt, cum pp nimis uagā sui significationē inutiliter legētur:* [b] *aut si corpus ut aīal quis leget, quid enim in tam effusa generalitate eligas?* 4 *In tertio genere loquitur textus noster, quod a Dialecticis fere [species inferior] dicitur: quemadmodū & [species] Iurisconsultis est, quod [indiuiduum] Dialectici* [c] *appellant: ut Dauus, Bucephalus. Dicitur ēt certum corpus a Iuriconf. Itaq; e quod certū corpus uno loco* [d] *appellatur, id ipsum species* [e] *in altero dicitur; quib. oībus in locis Generis nomine appellantur ea, quę quantitate constāt, idest, numero, pondere & mensura.* 4 *Porro genus hoc infimum, de quo dixi, in triplici differentia* [f] *est; quoddam enim à natura designatos fines habet, ut homo, equus, arbor, lapis; quoddam facto & destinatione hominum limitatur, ut fundus, nauis, domus, lanx: quoddam denique numero, pondere, mensuraue limites accipit, ut est, uinum frumentum, oleum, pecunia.* 6 *Nunc ad propositum; si testator genus infimum legauerit, & quęratur, utri dāda sit electio hęredine, ut quod uelit soluat an legatario, ut qd uelit, accipiat? tum secundum iam dictam differentiam diuersę etiam doctrinę sunt obseruandę. Nam primo genere legato, quod a natura designatos fines habet, electio erit legatarij, ita ut nec pessimum nec optimum* [g] *eligat: nisi huic legato generi duę tantum species subiectę essent, inter has enim non prohibetur legatarius meliorem* [h] *eligere. Ideò autem hoc casu legatario datur optio, quia aliàs uideretur ei adimi competentiū actionum electio, prasertim quod ad rei vendicationem attinet.* i *Quod procedit, si testator legati speciē in suo patrimonio habeat; alias si non sit in eius patrimonio, electio hęredis erit, quam speciem (modo non prorsus inutilis sit) alicunde redimere velit, eamque legatario pręstare.* 7 *In alienis enim propriè electio non* [k] *est. Et hęc distinctio in alijs quoque generibus legatis obseruatur, adeò, vt etiam pro regula nonnulli tradant;* 8 *Legatum in genere factū, restringendum esse ad species illius generis, quas testator in suo patrimonio* [l] *habuit.* 9 *Secundò genere, quod facto hoīs limitatur, legato, si quidē testator in suo patrimonio eas res habuit, legatario cōpetit electio; sin nullā reliquerit speciē, ad hęredē spectabit aliquā comparare, eamq; legatario* [m] *offerre.* 10 *Nec impedit Vlpiani responsū,* [n] *existimātis, [si domus alicui sit legata in genere, atq; plures domos testator reliquerit, nō legatario, sed hęredi optionē dari;] ibi enim testator de domo certa senserat, quāuis non apparuerit, de qua senserit. In genere ergo nihil legauit, ideoq; rectè data est hęredi electio. Quemadmodum & in alia* [o] *lege, ubi pariter testator de fundo, & de lance certa senserat, sed cum non constaret, de qua sensisset, hęres eligere iussus est, quem uel fundum, vel lancem dare uellet. Porrò si (priori species) testator nullam domum possedisset, legatum fuißet prorsus inutile, & derisoriū, quo enim de re certa efficaciter sentire poterat, si nullā hēbat? At si in genere simpliciter legata est domus, quāuis nullā testator hēat, tamē legatū ualet, cum sufficiat testatorē de aliqua sensisse in* [p] *genere.* 11 *Quāquam aūt hec in generali domus legato procedunt; si tamen fundus in genere legatus sit, & nullos testator fundos hēat, legatū est inutile. Diuersi iuris ea est rō, quia domus non tā vatam, & effusam habet significationē, cum nulla sit domus, quę non suis quibusdam partibus circūscripta* [r] *sit. Fundus aūt, ēt qui nullis regionibus, signis, riuis, aut limitib. designatus est, intelligi* [s] *potest. Itaque videtur isto casu corpus esse prorsus ignotū, nec natura, aut facto, destinationeue hoīs* [t] *limitatum.* 12 *Venio ad legatum tertij generis, earū scilicet rerum, quę numero, pōdere, mensuraue limitantur. Et si quidem tale legatum sit, puta aliquod pondus olei, aut olei boni non adiecta qualitate prorsus specificata, hoc est, optimi, tunc hęredis est electio, non* [u] *legatarij. Et ualet eiusmodi legatum, etsi nihil earum rerum testator reliquerit, teneturque hęres alicunde emere, ac legatario offerre. Communicabilis enim qualitas, quę in huiusmodi rebus est, tale legatum conseruat. Nisi fortè testator de rebus proprijs senserit, ut quia dixerit, [vini mei amphoras decem,] vel, [frumenti mei uiginti corbes Titio do lego.] Tum enim non alia, vel uina, uel frumenta* [x] *debentur, quam quę in defuncti patrimonio reperiuntur.*

b *Nisi aliud testator.] Hoc est, nisi electionem hęredi dederit. Potest autem hęredi optionem dare hoc modo: [Hęres, quem uolet seruum Titio dato:] vel, [Lego seruum Titio, quem hęres volet.] Sed etsi hęres damnatus sit seruum dare, relicto* [y] *eius erit,*

a Zas. in sing. intel. mox a pr.
b l. 37. legato generaliter. ibi gloss. & Dd. max. Pau. de Cast. de leg. j.
c l. certum. si cer. pet.
d l. 30. talis. & l. 47. cū res. §. 1. ff. de leg. 1.
e l. in stipulationib. ff. de verbo. oblig.
f Zas. loco supra citato.
g gl. l. 32. si quis a filio. §. si qs plures. ff. de le. j.
h l. si seruus legatis. 108. §. cum homo. 2. de le. 1.
i Bar. d. l. legato. ibique Ias. nu. 19 20.
k l. 2. de opt. le. gl. l. serui electione. de le. 1. Ias. d. l. legat. num. 23.
l l. 3 in pr. & l. 4. de uino, trit. & ol. l. leg. l. Titia. §. Sempronium. de auro & arg. leg. gl. hic.
m Iurib. pdict.
n l. 71. si domus, de leg.
o d. l. legato. §. 1. & §. fi. de le. 1.
p Zas. loco supra citato.
q l. cu post. §. gener. ff iu. dot.
r l. solū. ibi glo. de rei uend. l. eum qui. de vsucap.
s l. locus. ibi Alc. de uer. sig.
t Ita cantiunc. hic ex Zas. refert.
u d. l. 3. & l. 4. de trit. uino, & oleo. leg.
x l. 85 nup. §. si ucio scer. ver. quod sunt, de le. 3
y l. 19. si is de le. 2 & l. 43. si ita. §. fin.

§. Optionis.

1 *Optare quid.*
2. 3 *Legato optionis legatarius olim tantū eligebat; hodie & ipsius heres, fallit, ut nu. 4.*
5 *Tribus legatarijs in optione dissentientibus res sorte dirimenda est.*
6 *Frequens apud ueteres fuisse sortis, & fortunę iudicium, & hanc sortem diuisoriam appellari.*

7 *Sors diuisoria quomodo fiat.*
8 *Verbum sortiri: sorte aliquid consequi.*
9 *Vocula sors; variæ significationes, & nu. 11.*
10 *Consortes qui sint.*

Optionis legatum, id est, ubi testator ex seruis suis, uel alijs rebus a optare legatarium iusserat habebat olim in se b conditionem: & ideò nisi ipse legatarius viuus optasset, ad hæredem legatum non transmittebat c Sed ex constitutione nostra, & hoc in meliorem statum reformatum est: & data est licentia d hæredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, e & hoc in nostra constitutione additum est; siue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: siue unius legatarij plures hæredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra beneuolentiam introducebant) fortunam esse huius optionis iudicem, f & sorte hoc esse dirimendum, ut ad quem sors peruenerit, illius sententia in optione g præcellat.

a l. 3. uers. item si ad exhibendum.

b l. unica. §. fin autem aliqd sub cōditione. C. de cad. tollen.

c l. cōditiones que extrinsecus. de cōd. & dem. l. cũ illud. in fi. qñ di. leg. ced

d l. qui hæredi. de cōd. & dē.

e propter l. vnicam. §. sin autem aliquid. C. de cad. tol.

f in l. ul. c. commun. de lega.

g l. illud. h. t. de optio. lega.

h d. l. ult.

i d. l. ult.

k l. sed cum am bo. de iud. l. generaliter. §. quis ergo statuet. de fid. lib. l. si quæ sint. fam. ercis.

l l. 2. C. quan. & q quar. pars.

m l. nemo. c. de malef. & math. cum similibus.

n lib. 3. Iliad.

a *Optare legatar.*] 1 *Id est, eligere unum ex pluribus, atque ita non modo iurisconsulti, sed alij etiam autores usurpant hanc uocem. Vlpianus:* a *Item si optare uelim seruum, vel quamlibet aliam rem, cuius optio mihi relicta est, ad exhibendum me agere posse constat.* [*Virgilius lib. 5. Aeneid.*] *Muneraque in naues ternos optare iuuencos*] *& alibi:* [*Optauitque locum regno:*] — *Plautus in Casina:* [*Optio hæc tua est, vtram horum uis conditionem accipe.*] *Atque in hac significatione, cum hic, tum in Pandectis, toto titulo.* [*De optione legata*] *accipitur.*

b *Conditionem.*] *Tacitam, & Theophilus addit Erat autem hęc conditio,* [*si legatarius elegisset*] 2 *Vnde ipso non eligente, quasi conditione deficiente, extinguebatur legatum, sicque hæredi ut optaret, non concedebatur. Rationem nonnulli ex vulgata regula adducunt, qua dicitur:* [b *Legatum conditionale, ante euentum conditionis mortuo legatario ad eius hæredem non transmitti*] *Verum hęc regula in legato sub expressa conditione relicto locum habet. Optionis autem legatum, tacitam solum conditionem habebat ex interpretatione legis, quæ non solet impedire transmissionem,* c *Quare dicendum est, hoc ideo fuisse: quia conditio personæ adhęret, cui adscripta est per que alium impleri nequit.* d

c *Sed ex constitutione.*] 3 *Ex Iustiniani ergo constitutione hodie optionis legatum non minus ad legatarij hæredes, quàm alia legata pura transmittitur, idque ob fauorem vltimarum uoluntatũ.* 4 *Si tamen legatum optionis, vel sub expressa conditione, vel die, penitus in incerto euentu futuro constituta, a testatore conceptum esset, etiam nouo iure* e *extingueretur, nec ad hæredem legatarij transiret, si is supstes non elegerit. Porrò, quàm hic constitutionem Imp. intelligat, nescio: certè ea constitutio quàm mox refert, quæ que adhuc in Codice* f *extat, de hac transmissione optionis ad hæredem, ne uerbulo quidem meminit, sed de controuersia inter plures hæredes legatarij sorte dirimẽda tãtum loquitur; nisi dicamus, Iustinianũ per hoc tacitè significare, quod ad hæredes pertinere possit optio. Quanquam & Pandectarũ iure uideatur idẽ in transmissione legati optionis obtinuisse, quod hic Imp sese de nouo introduxisse iactat. Sic enim Paulus* g *respondit:* [*Illud aut illud, utrum elegerit legatarius, nullo à legatario electo, decedente eo post diẽ legati cedentem, ad hæredem transmitti placuit.*] *Vnde manifestũ fit, in Pandectis ius illud relatũ non esse, quod hic de tacita conditione memoratur: id quod ex noua Iustiniani lege* h *constat. Accursius putauit, compositores nonnihil addidisse Paulo ex Iustiniani lege: sed hoc planè diuinatorium est.*

d *Hæredi legatarij.*] *Qui iam mortuus erat: eo enim adhuc uiuente nulli permitti posset optio, etiamsi legatarius consentiret, quia certum est refragari voluntatem ipsius testatoris.*

e *Et hoc in nostra constitutione.*] 5 *Quod hic refertur, de nouo Iustinianum* i *introduxisse, absque cõtrouersia est: nẽpè ut dissentientibus legatarijs, vel hæredibus in optando, sorte electio uni contingat, qui rei electæ æstimationem pro portionibus det cæteris. Quemadmodum & hoc nouiter eadem sua constitutione decidit, quòd si extraneo optio data sit a testatore eo intra annũ eligere cessante, vel quãdocunque mortuo legatarius eligeret, cum de hoc apud ueteres dubitaretur, quid statuendum esset.*

f *Et sorte.*] 6 *Frequẽs admodum fuit hoc sortis & fortunę iudicium apud ueteres Iureconsultos: ut ex uarijs ipsorum respõsis* k *etiamnũ extantibus colligitur. Et soliti sunt certe Veteres maximè uti sortibus in diuidunda* l *hæreditate. Quinimò & ex præcepto Dei a Jehosua sortibus diuisam terram Canaan inter tribus Israeliticas, sacræ literæ testantur. Hanc autem sortem* [*diuisoriam*] *dicimus, ad differentiam* [*diuinatoriæ sortis,*] *quæ legibus nõ secus atq; reliqua maleficio [...] extremo capitis supplicio est prohibita.* m 7 *Fit autem* [*diuisoria sors,*] *aut festucis inæqualibus oppositis, rebusue modo quodã notatis, ex quib. breuissimã, seu notatã adeptus; sortis aspectũ hẽt; aut etiã schedulis, alijue rebus, quas urnæ imponimus, rursũ sub certa signatura extractis. In quẽ modũ Hector, & Vlysses apud Homerũ,* n *ubi Paris cum Menelao singulari certamine essent cõgressuri, sortes in galeam, cui primus ictus cõtingeret, demittunt.* 8 *Hinc* [*Sortiri*] *verbum, est fortuito capere, hoc est per sortẽ obtinere. Sorte enim aliqd cõsequi, est fortuito rei euẽtu, vel casu acqrere.* 9 *Sunt ẽt aliæ huius uerbi (sors) acceptiones: nã patrimoniũ dicitur, & summa*

sine

siue caput illius pecuniæ, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. 10 Hinc [Consortes] accipiendi sunt, qui uel commune habent patrimonium, uel parem quantitatem pecuniæ societati [o] *attulerunt. Item [sors] dicitur qualibet pecunia principalis, cui accedunt usuræ* [p] *uel reditus: quæ acceptio sortis hodie ex communi usu admodum est frequens.*

g *Præcellat.] Ut non solum possit rem, quam uoluerit, eligere, sed & electam totam retinere, oblato cæteris legatarijs iusto ualore partium, quæ ad eos pertinent.*

o l. dudum. C. de cõtrah. empt.
p to. ti ff. de usur. & l. pen. ff. ad leg. Falc. l. 4. 8. S. ante, ff. ad Treb.

§. Legari.

1 *Illis tantum legari potest, cum quibus testamenti factio passiua est: & qui illi.*
2 *Hi soli legare possunt, qui actiuam testamenti factionem habent.*
3 *Legata tam in testamento, quam alijs ultimis uoluntatibus relinqui posse.*
4 *Legatum alimentorum etiam alias incapacibus relinqui utiliter potest.*
5 *Idem in legato habitationis obtinet.*

a Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est.

a *Legari autem illis.] Hactenus quæ res legari possint, dictum est: nunc de personis subijcitur, quibus legata relinqui ualeant. 1 Pro regula autem seruandum: [Illis duntaxat utiliter legari posse, cum quibus testamenti factio est,] passiua nempe ut eas intelligamus, qui sibi ex testamento, uel alij acquirere possunt, licet ipsi (nullo tamen suo facinore facti* [a] *intestabiles) testandi ius non habeant: tales autem sunt filiusfa. seruus alienus, infans, furiosus, & denique hi omnes, qui ex testamento capere non uetantur. Qui autẽ uetẽtur, Accursius hic in unum quasi fasciculum colligit, & nos supra quo annotauimus.* [b] *2 Porrò sicut ijs solum legari potest, cum quibus est passiua testamenti factio: ita hi legare tantum possunt, qui actiuam testamenti factionem habent, hoc est, qui ipso iure, licet de facto prohiberentur,* [c] *testamentum facere queunt. 3 Quanquam legata non in testamento tantum sed & ab intestato,* [d] *& in codicillis,* [e] *uel etiã in epistola* [f] *in fraudem legis non facta,* [g] *relinqui* [h] *possint. 4 Illud quoq; addendum, quòd tametsi alicui nequeat uel hæreditas uel legatum relinqui, hoc tamen cessat in legato alimentorum, nam qui alias ex testamento accipere non potest, legati tamen alimentorum capax esse* [i] *dicitur, quod fauore alimentorũ speciale* [k] *est. 5 Idem in habitationis legato Modestinus respondet, hisce uerbis: [Legatum in annos singulos uel menses relictum, uel, si habitatio legetur, morte quidem legatarij intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perseuerat: uidelicet quia tale legatum in facto potius, quàm in iure consistit.]*

a par. l. filiusfa. de testã.
b S. 1. & fi. sup. de hær. insti.
c l. conficiuntur. in fi. prin. C. de iure codi.
d l. conficiuntur. in princ.
e S. & quia. S. præterea, inst. de fideicom. hær.
f l. fi in pr. & le. 2
g l. in tacitis de leg.
h l. cum pater, S. donationis. de leg. 2.
i l. is cui. de all. & ciba. leg.
k Accur. in l. legatum. de eadem.

§. Incertis.

1 *Legatum incertæ personæ relictum non ualet.*
2 *Legatum pauperibus relictum, etiam ante Iustinianum ualuit.*
3 *Incerta persona quomodo in hoc proposito accipienda.*
4 *Ciuitati uel collegio legari potest.*

a Incertis uero personis, neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat. Nam nemiles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut diuus Hadrianus rescripsit. b Incerta autem persona uidebatur, quam incerta opinione animo suo testator subijciebat, ueluti si quis ita dicat, quicunque filio meo filiã suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent, æquæ incertæ personæ legari uidebatur. Et denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

a *Incertis uero.] 1 Huius antiquitatis Iulius Paulus sentent. li. 5. meminit: [Legatum] (inquiens) [nisi certæ rei sit, & ad certam personam deferatur, nullius est momenti.] Sicut ergo incertitudo rei legatæ uitiat legatum; ita & incertitudo personæ cui legatur, idem efficit. 2 Pauperibus tamen relictum etiam ante Iustiniani legem, ualuit* [a] *legatum, & ab hac iuris prisci regula exemptum fuit.*

b *Incerta autem.] 3 Declarat, quæ persona olim incerta fuerit habita, ea scilicet, quam testator incerta opinione animo suo subijciebat: hoc est, de qua rogatus, nihil certi poterat dicere, idque duob. exemplis Imperator illustrat. Sane text. hic de persona prorsus incerta accipere oportet. Nam siquidem incerta sit persona, cui testator legauit, quæ tamen ex futuro casu aut euentu certa appareat, huiusmodi incertæ personæ* [b] *legatum deberetur. Rursus si constet, testatorem certæ cuidam personæ legare uoluisse, de qua tamen senserit, dubitetur, cum essent plures eiusdẽ nominis amici testatoris, ipso iure ualebit legatum, propter certã testatoris opinionem; sed ob defectum probationis nullus admittetur, nisi unus probet de se sensisse testatorẽ:* [c] *tum enim legatum ei prestãdum erit: Quod si nullus de se quicquam probet, hæres tamen (ut uir bonus) uoluntati testatoris parere uelit, atque alterutri gratificari, tunc æquius est, ut ei, qui heredem defendere nolet, legatũ detur. At si ambo haredẽ defendere parati sint, eligere heres debet, cui soluat, ut ab eo* [d] *defendatur.*

a l. id quod. C. de epis. & cle.
b l. si quis ita senserit, de rebus dub. Vide Bar. l. quidam relegatus, eo. tit. Cy. Bal. & Sal. d. l. id qđ.
c l. falsa. de cõd. & demon.
d l. si quis seruũ S. si ites duos, de leg. 1. l. si qs a filio. S. si qs plures & le. 1.

datur. 4 *Porrò nec eæ personæ, quæ certum aliquod corpus constituunt, (uelut collegium, uel uniuersitas) incertæ videntur. Itaque si ciuitati vel ciuibus legatum fuerit, valet legatū* [e] *subijcit enim testator ani mo suo certum aliquod corpus, nempe ipsius collegij uel uniuersitatis. Neq; impedit, quod ciues mutentur, quia nihilominus est eadem semper, certaque* [f] *vniuersitas. Collegium autem non aliter, quàm si speciali priuilegio subnixum sit, ex testamenti capere posse* [g] *constat. Singulis tamen si legitur, valebit legatum: hi enim non quasi collegium, sed ut certi homines* [h] *ad legatum admittentur.*

e l. ciuitatib. de leg. 1. l. ciuib. de rebus dub.
f l. proponebatur. q iudiciis.
g l. collegiū. C. de hęr. instit.
h l. cum senatus. § fi. de reb. du.

§. Libertas.

1 *Legatum libertatis incertæ personæ factum non ualebat.*
2 *Et quæ fuerit ratio.*

Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari; a quia placebat nominatim seruos liberari

I *Adeo] incertæ personæ inutiliter olim legabatur, ut nec libertatis legatum incertæ personę factum* [a] *constiterit, tametsi pro libertatis fauore aliòqui multa contra subtilitatem iuris introducta sint.* 2 *Sed hoc ideo erat, quoniam nominatim serui in testamento manumittie* [b] *debebant. Itaque si ex pluribus codē nomine seruis unus liber esse iussus sit, nec appareat qui sit, nullus liber* [c] *erit.*

a *Quia placebat.] Ex lege videlicet Fusia Caninia: de qua* [d] *alibi diximus.*

a l. cum ex plurib. de manu.
b gl. hic.
c d. l. cū ex plurib. l. si fuerit. §. fi. l. si qs de reb. du.
d su. de leg. fu. can. toll.

§. Sub certa.

1 *Si incerta persona, cui legatur, sit ex certis alijs personis, legatum ualet.*
2 *Sed etsi incertæ ex incertis legatum sit.*

Sub certa uero demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur; ueluti, ex cognatis meis. Qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

Limitatio] est ad præcedentia. 1 *Quod enim dictum est, legata olim, si incertæ personæ fierent, nullius fuisse momenti: id non obtinuisse ostendit, si talis incerta persona fuisset ex certis alijs personis, ut in exemplo textus. Vel si testator dixisset, [Titio aut Caio, uter eorum prior Capitolium ascenderit:] uel: ita,* [a] *[Ex libertorum, qui superuixerit, talem fundum do lego]* 2 *Idem quoque dicendum, etsi personæ incertæ ex incertis legatum sit, si modo incertitudo postea minuatur a testatore, ueluti si legauerit ijs, si sint subsignatur: quia priusquam sit perfectum, utique certi erunt.*

a l. si seruus. §. huiusmodi. de leg. 1.

§. Incertis.

1 *Legatum incertæ personæ per errorem solutum non repetitur.*
2 *Idem iuris est in legato alimentorum, & ad pias causas.*

Incertis autem personis legata uel fideicommissa relicta, & a per errorem soluta, b repeti non posse, c sacris constitutionibus cautum erat.

a *Per errorem soluta.] Nempe ab hærede testatoris.*

b *Repeti non posse.]* 1 *Sic ergo legatum incertę personę factum, si per errorem ab hærede soluatur, repetere illud non potest, quod ideo uidetur esse, quia tametsi hæres ob incertitudinem personæ legatū retinere potuerit: naturalis tamen obligatio, qua hæres & in legato incertæ personę facto, in sui substantia & ueritate, utcunque nunc latente, plerunque obstringitur, hoc ipso sublata esse* [a] *intelligitur. Sibi ergo hæres imputet, quod soluit, maxime cum ipse naturaliter propter uoluntatem defuncti legatū debebat. Sane & alia multa sunt, quæ peti non possunt: si tamen errore facti soluantur,* [b] *repeti prohibentur.* 2 *Sic si legata alimenta ultro fuerint soluta, ex imperfecto forte testamento, non possunt repeti, quinimo triennio præstita obligant heredem in* [c] *posterum. Sed nec legata ad pias causas, si forte per errorem fuerint soluta, cū essent indebita,* [d] *repeti ualent, idque ob fauorem pietatis.*

c *Sacris constit.] Quæ non extant. Intelligit autem ea, quę religionis, uel pietatis intuitu relicta sunt.*

a Ias. hic ad Porcu. fac. ar. in l. cū is §. si mulier. & in l. frater a fratre, de cond. indeb.
b l. Iulianus, de cond. indeb.
c l. 1. c. de fideic.
d §. ult. inf. de obligat. quæ ex quasi contract.

§. Postumo.

1 *Postumo alieno olim inutiliter legabatur.*
2 *Postumus suus, postumus alienus, quis.*
3 *Verba illa, nasci suum heredem, & nasci suum futurum heredem, inter se differre.*

a Postumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. b Est autem alienus postumus, qui natus inter

cōr suos, heres testatori, futurus non est. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat postumus auo.

a *Postumo quoque] 1 Postumus alienus siue extraneus incertæ personæ comparatur. Sicut ergo incertę prorsus personę inutiliter olim [a] legabatur: ita & legatum postumo alieno factum iure ciuili inaue erat, tanquam ob incertitudinem, licet iure pretorio ei relinqui [b] poterat. Hodie uerò perinde ac alij extranei institui [c] possunt.*

b *Est autem alienus posthumus.] 2 Sicut suũ postumum dicimus, qui si nasceretur, testatori suus [d] heres foret, sic contra alienum postumum puto omnem eum olim fuisse, qui natus nõ erat futurus suus heres, aut in potestate testatoris. Quare non solum nepos ex filio natus, ue[l] ex filia, dicebatur auo postumus alienus sed etiam is, qui testamenti facti tempore ex filio in potestate patria constituto conceptus quidem, nondum tamen natus erat. Is enim si postea uiuente adhuc auo, & patre suo, nascatur, auo futurus suus hæres non est, cum ipsum pater in gradu & succedendi iure precedat: ideoque alienus recte [e] dicitur.*

c *Futurus non est.] 3 Scribit Salomonius, [f] inter verba, [Nasci suum heredem,] & nasci suum futurum heredem,] plurimum interesse. [Suum] enim [nasci] dicimus, qui post mortem nascitur, quoniam sicus uiuentis nemo est heres, ita uemo testatori viuo suus heres nascitur. [Futurum] autem [heredem nasci] censemus, qui viuo testatore, suus heres nascitur, id est, quẽ nemo, dam uascitur, in Suitate precedit & [futurus] dicitur, quòd futurus pio parentum uoto [g] speratur. Hoc uidetur Imp hic aperte probare: ait, enim, alienũ postumum esse, qui qui natus inter suos, Suus hæres testatori futurus non est.] Verbis enim [(natus, futurus])significatur, uiuo testatore nascitur, nam si eo mortuo nasceretur, non futurus heres esset. sed tũc suus nasceretur, & esset, & verbo[(non suus)] indicatur, quem alius precedit, & ideo est alienus. [h] Dicitur ergo nasci non suus futurus, quem alius in [i] gradu precedit.*

a Vt hic.
b inf. de bon. pos. in prio.
c vt §. seq.
d § ita demũ, infra. de hæred. quæ ab intest.
e Vide Alc. libr. Parad. cap. 3.
f In repet. l. Gallus. a prin. de libe. & posth.
g arg l. scripto. uod libe. Probare in d. l. Gallus, §. nũc de lege Velle.
h § postumi. infra de hæred. quæ ab intestato.
i §. sui aũt. su. & hę. qua. & dif. fac. not. in §. posthumorũ. sup. de exhęr. lib.

§. Sed nec huiusmodi.

1 *Hodie & incertę personę, & postumo alieno utiliter legatur.*
2 *Constitutionem, cuius hic fit mentio, non extare.*
3 *Hodie legata ob incertitudinem personę non viciari, si aliqua certitudo uel nunc, uel ex futuro euentu colligi possit.*

a Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, quum in nostro b Codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicõmissis, quod euidenter c ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

a *Sed nec huiusmodi] Attexitur superiorum iuriũ correctio, siue innouatio. 1 Nam hodie & Iustiniani Gręca constitutione legatum postumo alieno, uel etiam incertę personę relictum, valet, modo tamen talis incerta persona uel nunc, uel in futurum certificari possit.*

b *In nostro Codice. 2 Sane hæc constitutio in Codice, quem hodie inter reliquos iuris ciuilis libros habemus, non extat: utrumne detracta fuerit, aut non inserta potius post harum Institutionum editionem, an temporum culpa amissa sit, incertum est. Verius tamen mihi videtur, eam cũ priori [a] Codice intercidisse.*

c *Ex ipsius constitutionis lectione.] 3 Cum hæc Iustiniani constitutio desideretur, uix quicquam certi definiri potest. Hoc constat, iure quo nunc utimur, incertitudinem personæ, cui legatum est, non uitiare legatum, si vlla ratione uel nunc, uel ex futuro euentu, certitudo aliqua colligi [b] possit, quod & supra [c] suis locis abunde significauimus.*

a l. 1. §. sin. dictis itaq;. C. de emẽd. c. Iust.
b Vide Barto. & alios in l. quidã relegatus de rebus dub.
c In §. incertus §. sub certa. h. tit.

§. Tutor.

1. 2 *Tutor incertus dari non potest, etiam hodie, & quæ sit ratio.*

Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere.

1 *Hic locus] indicat, constitutionem Iustiniani emendasse ius de incertis personis, non solum de postumis alienis: sed in tutela, certa ratione motus Imp. nihil emendauit, uoluitque, quod tutor incertus sicut olim dari non potuit, ita nec hodie [a] posset, etiamsi aliquo futuro euentu ueniret certificandus. 2 Certus enim mox ab initio tutor esse debet, ne contingat suspectus, qui incerto iudicio daretur, cum præsertim in fidem & diligentiam eius inquiri [b] oporteat. Et hic de præiudicio pupilli tractatur, ne male gubernetur, quæ ratio in legario [c] cessat.*

a concord. l. tutor incertus. de testa. tut.
b supra de satif. tut. in prio.
c Fab. hic, gl. l. si quis a filio, §. si quis plures de leg. 1 Bar. l. quidam relegatus, de reb. dub.

§. Postumus.

1 *Quomodo olim potuerit postumus alienus institui.*
2 *Quomodo hodie possit.*
3 *Hæreditas etiam relinqui poterat postumo alieno.*

Postu-

Postumus autem alienus, hæres institui *a* & ante poterat, & nunc potest: *b* nisi in utero eius sit, quæ iure nostro uxor esse non potest.

a Et ante poterat.] Quod hic dicitur, [postumum alienum & antea potuisse institui, & nunc posse,] ad effectum, non ad iuris similitudinem referendum est. 1 *Potuit enim antea, potest & nunc; alter tamen antea, aliter nunc. Antea enim Prætoris auxilio per bonorum possessionem [secundum tabulas] hæreditatē acquirebat:* [a] 2 *nunc etiam iure ciuili potest adire, quod de nouo Iustinianus introduxit. Nam ante ipsius tempora nusquam reperias, ullum fuisse postumo alieno tributum, ne a Prætore quidem, quod ad legata pertineret, beneficium: quæ interpretatio Accursii quoque sententia comprobatur. Innuit ergo hic Imp tacite differentiam hæreditatis & legati.* 3 *Hæreditas enim utiliter relinquebatur postumo alieno, etiam ueteri iure, ob beneficium Prætoriæ bonorum possessionis; sed nullum reperitur ueteris iuris auxilium adsustinenda legata iure ciuili infirma. Antea ergo postumo alieno inutiliter legabatur: at utiliter hæreditas* [b] *relinquebatur.*

a infra de bon. pos. in prin.

b Nisi in utero.] Excipe postumum alienum testatoris, qui in utero cognatæ sit, aut alioqui cum qua testator uel eius filius iustas coire nuptias non [c] *potuit. Nam & hic alienus est posthumus cum natus uiuo parente, in potestate eius esse non* [d] *possit, & lege nouissima* [e] *Iustiniani, filij nomine dignus non habetur.*

b Ita Vigl. in §. seruus ēt. sup. de hær. inst.
c sup. de nup.
d sup. de par. potestate.
e Nouell. quib. mo. na. eff. sui.

§. Siquidem in nomine.

1 *Differentia iuxta Accursium inter nomen, prænomen, cognomen & agnomen.*
2 *Prænomina apud Romanos.*
3 *Nomen olim dicebatur proprium familiæ.*
4 *De cognomine, quod inter eiusdem gentis homines discrimen faciebat.*
5 *Germani hodie solum utuntur nomine & cognomine.*
6 *Agnomina imponebantur ab euentu aliquo.*
6 *Confusa tamen sunt postea nomina, agnomina & cognomina.*
8.10 *Error nominis, prænominis, &c. non uitiat uel legatum, uel hæredis institutionem, si de persona constet. Et quæ sit ratio.*
9 *Idem est, si erretur circa nomen proprium rei legatæ,*
11 *Error circa nomen appellatiuum, uitiat legatum fallit, ut nu. 12. 14. 15. 16.*
13 *Qui aliud dicit, quàm vult, neutrum velle videtur.*

a Siquidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij *b* testator errauerit, cum de persona constat, nihilominus ualet legatum. Idemque in hæredibus seruatur, & recte. *c* Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

a Siquidem in.] Vulgati textus habent, [Si quis in nomine,] uerum textus Norcius melius legit, [Siquidem in nomine,] &c. propter dictionem (testator) quę in contextu mox subsequitur. Agitur autem in hoc §. de errore nominis; an & quando is legatum uitiet; videtur quæ ex rescripto [a] *Gordiani Imp. hic locus desumptus esse, quod lib. 6. Cod. extat.* 1 *Porro quæ sit differentia inter hæc uerba, [Nomen, Prænomen, Cognomen, Agnomen,] Accursius* [b] *ita declarat, ut [Nomen] existimet intelligendum, quale sit, Albertus; [Cognomen,] quasi familiæ seu cognationis uocabulum sit; [Prænomen,] quod differentiæ causa ponitur; [Agnomen,] quod ab euentu aliquo impositum est Et in hanc sententiam ab omnib. fere, tā iuris interpretibus, quàm ēt Rhetoribus & Grammaticis itum est. Alciat tamen in suis Dispunct.* [c] *& Vigl. post eum in tit. [De exhæred.* [d] *liberorum,] aliter hæc nomina declarant, ut apud eos uidere est.* 2 *Sane [prænomina] apud Romanos erant singulis propria, quæ non ad familiam totam, sed ad unam tantū personam pertinebant, & nomen familiæ præcedebant, notisque, uel paucis literis scribebātur, ut, M. P. C. Sp. Sex. Ser. Id quod Diomedes ēt. Grammaticus* [e] *uoluit. Assumebantur aūt [prænomina] pro uniuscuiusq; uoluntate, ideoq; non erant certa in una familia etiamsi quibusdā lubentius utebantur, quidā uero penitus repudiabant, scilicet, si quis id antea in ea familia gessisset, qui ignominiosè uixisset.* [f] 3 *Prænomini subiungebatur familiæ seu gentis propriū nomē, quod [nomen] simpliciter sæpe dicitur, atq; oēs gentiles agnati ipsum vsurpabant: quale Porciorum, Iuliorum, Corneliorū.* 4 *Tertio loco addebatur [cognomen:] quod primū inuentū fuit ad ipsorū inter se gentiliū discrimen, ut cū duæ essent familiæ Claudię, una Marcellorū, alia Pulcrorum* [g] *habuit cognomen, quæ quidem ab eadē origine discenderunt. Et ex gēte Cornelia alij Scipionū, alij Scyllarum, alij Asinarum, alij Lentalorum cognomen habuere, ex eadem tamen omnes gēte, si quis ab antiquitate repetat, sed liberorum multiplici progeneratione successioneque disiuncti sunt, & distincti. Fuit ergo cognomen olim prænomini additum ad magis specialem familiæ declarationem, ut recte dictum sit a Virglio.* [h] *cognomen, esse specialiorem quandam familiæ notam. Neque tamen omnes [Romani] prænominibus simul, & cognominibus utebantur, sed alterutro contenti* [i] *fuere permulti: ut Aquilius Gallus, Seruilius Hala, Q. Sertorius, C. Marius.* 5 *Hodie Germani nostri uno consensu proprium nomen uelut Romanum prænomen, & familiæ nomen habent, quod vulgo cognomen* [k] *dicitur, Romanis etiam obsolute nomē. His interdū subijciunt patrium nomen, uel professionis, aut utrunque. Sic mihi. [Ioachimus] prænomen est, sive*

a l. si nomine, c. de testa.
b Hic gl. 1.
c lib. 4. c. 1.
d d. §. nominatim.
e Vt cum Alciat vbi su. refert.
f Aul. Gel. li. 9. cap. 2.
g cic. lit. de Orat. et Asco. Pedia.
h d. §. nominatim.
i l. 2. de orig iu.
k l. 9. cū precedē. c. de liberali causa.

nomen

nomen propriũ[: Mynſingerus,]nomen familiæ quod & cognomen hæreditarium, uel familiæ dictum ueterib. Romanis. 6 Porro[Agnomen,]proprie dicebatur, quod extrinſecus ab euentu aliquo primum fuerat impoſitũ, ſiue(vt Plutarchus ait) a rebus geſtis, aut a fortuna, aut forma, aut virtute, ut Africani, Numãtini, à uictorijs: Labeones, Capitones, Cicerones à quarundam notarum ſignificatione primum dicti ſunt: 7 Sed hæc agnomina, cum à liberis continua ſucceſſione aſſumerentur facta ſunt cognomina. Quemadmodum & ex cognominibus ſæpe facta fuiſse nomina, & rurſus ex nominibus cognomina, Macrobius ſcribit.

b Teſtator errauerit.] 8 Obſeruandum ergo pro regula, quod error nominis, prænominis, cognominis, agnominis legatum non vitiet, ſicut nec hæredis inſtitutionem, modo de perſona ipſa conſtet; [l] alioqui enim corrueret legatum, itemque hæredis inſtitutio. [m] Seneca lib de Benefi. 4. Si [quod à Seneca,]inquit, [accepiſſes, Annæo te diceres, vel Luco, non creditorem mutares ſed nomen; quoniam ſiue prænomen eius, ſiue nomen dixiſses, ſiue cognomen, idem tamen ille eſset.] Quod autem hic de perſonis ſcribitur, idem & ad res legatas producitur. 9. Nam etſi in rei legatæ proprio uocabulo erratum fuerit, de ipſa tamen re, quæ legata eſt, conſtet, legatum [n] debetur.

c Nomina enim.] 10 Aetiologia eſt, quare error nominis non uitiet. Nomina enim cum hominum deſignandorum recognoſcendorumque gratia tantum ſint reperta, ad ſubſtantiam atque eſſe nihil faciunt: quare & mutari, & quolibet alio modo deſignari poſſunt. Nihilque intereſt, quibus nominibus ſingulos homines agnoſcamus. o Sic qui Erotem ſeruum ſuum dat legat, & Stichum tantum habet, vtiliter legat, quia in nomine tantum errauit. 11 Sed an idem iuris obtineat, quando error circa nomẽ appellatiuum contingit? Et reſponſum eſt, ob errorem nominis appellatiui legatum vitiari etiamſi teſtatoris mens & uoluntas appareat, ipſeque rei legatæ nomẽ imponere conſueuerit, ueluti ſi putet ſupellectilis appellatione ueſtem [p] cõtineri. Quod ideo eſt, quoniam appellatiua nomina non accidens & ſimplicem quandam deſignationem perſonæ, ſed ipſam magis rei ſubſtantiam & naturam, ideoque eius eſſe ſignificant, quo immutato, rẽ ipſam quoque mutari neceſſum eſt quapropter immutabilia ſunt, neque errorem in re legata, admittunt: Quare qui vinũ, quod domi habet, dat legat, & oleum tantum habet: inepte legat, cum locum nihil commune habeat cũ vino, ut hinc vini nomine legatum intelligi queat. 12 Aliquoties tamen appellatiui nominis error legatũ extinguit. Quid enim ſi teſtator rem oculis ipſius ſubiectam & demonſtratam, alio nomine legando appellauerit? puta bouem legare uolens, eo demonſtrato, equum dixit. Sane cum de teſtantis mente conſtet, ineptum uocabulum, ceu res extrinſecus adiecta legatum uitiare non debet; quia ſi res per oculorum ſenſum demonſtrata ſit, nihil vlterius ambigendum eſt; atque ita poſt Accurſium [q] Doctores communiter prodidere. Ego uero circa hanc exceptionem ſubſiſto. Nam ad ſenſu[m] patet, quòd ille, qui dicit, hunc bouem, & eſt tamen equus, aut ſit ſtultus, aut irrideat. Quod ſit ſtultus [r] probatur, aiente ſtultum eſſe, qui ueſtẽ putat eſſe aurum, uel ſupellectilem: & ſtultis, ſicut reliquos [c]iuiles, ita & teſtamenti factionem interdictam eſſe, non eſt dubium. Quod ſi ſtultus non eſt, ſed ſana m[ente, t]unc legatum cenſetur eſſe deriſorium, [s] & locus erit illi ueterum propoſitioni. 13 [Qui aliud dicit quam v[u]lt, neque id dicit, quod uox ſignificat, quia non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur, neutrum [t] ergo uelle videtur.] Alio tamen caſu ſu bene hoc poſſet procedere cum digito rem demonſtrarem cum erronea demonſtratione, ut ſi dicerẽ, [Hũc ſeruum meum textorem, uel coquum, uel pictorem tibi do lego.] Is enim tametſi non ſit textor, coquus, aut pictor, ſufficit tamen rem digito [u] oſtendiſſe. 10 Secundò non uitiat error nominis appellatiui, ſi communis loquendi uſus naturale rei uocabulum immutauerit, uel ſi unius rei duæ ſint appellationes, tũ.n. utra teſtator uelit uti, etiam minus propria nihil intereſt. 15 Idem Bartolus locum habere cenſuit, quando vnum nomen appellatiuum magnam haberet affinitatem cum alio, ueluti ſi teſtator libros legare uolens, mẽbranas legauerit. [x] quod tamen Iaſon poſt Betuſium [y] impugnat. 16 Poſtremo nec tum ob errorem nominis appellatiui legatum inane redditur, ubi nomen appellatiuum non natura, ſed poſitione ciuili inditum eſſet, cuiuſmodi ſunt artificum & officiorum nomina, quod Angelus [z] & Iaſon uberius explicant.

l d. l. ſi quis i nomine, & l. ſi Fortidianum, §. error autẽ, c. de leg.
m l. quoties, de hæred. inſtit.
n l. 4. in prin. de leg. 1. & d. l. Fortidianum.
o l. ad recognoſcendum, c de igenuis & manu. l. patronis §. Sempronio de leg. 3.
p d. l. 4. & l. Labeo. ff. ſuppel. lega. & l. ſi gs uinum. de tri. uino & ol. leg.
q gl. cõmendata ab omnib. i l. quæ extrinſecus. de uerb. ob. Dd. i l. certũ. ſi cer. pet.
r l. ſi quis i fundi uocabulo. leg. 1.
s ar. l. ſi domus. i pri. de leg. 1.
t l. in ambiguo. de reb. dub. l. 1. §. eum qui de conſtitu. pec.
u Pro quo bene facit l. ſi nominatim. ff. cod. & demon.
x l. librorum, §. quod tñ. de leg. 3. Por. hic.
y In d. l. 4. num, 44. & 45.
z Ang. Hic. Iaſ. d. l. 4.

§. Huic proxima.

1 *Falſa demonſtratio legatum non uitiat, ſi de re conſtet.*
2 *Demonſtratio in hoc propoſito quid.*
3 *Falſa demonſtratio ad genus illimitatum relata, legatum euertit.*
4.5.6.8 *Falſa demonſtratio adiecta quantitati legatæ, an uitiet, & quando?*
7 *In dubio, teſtator erraſſe non præſumitur.*
9 *Verna, uernula, uernaculus.*

a Huic proxima eſt illa iuris regula, falſa demonſtratione legatum non perimi, veluti ſi quis legauerit: *Stichum ſeruum meum* b *uernam do lego* Licet enim non uerna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſeruo conſtat, utile eſt legatum. Et conueniente ſi ita demonſtrauerit: Stichum ſeruum quem a Seio emi ſitque c ab alio emptus: utile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.

a Huic

a Huic proxima.] De errore nominis Imp. dixit: nunc de errore demonstrationis attexit. 1 Et regulam hinc collige, quam Paulus & Caius etiam ante tradiderunt, quod falsa demonstratio rei legatæ, legatum non conuellat, si de ipsa re [a] constet. 2 Demonstratio] autem hoc loco est, quæ vice nominis fungitur; vel est, id quod adijcitur rei legatæ nomini, vt certa reddatur. Mutua enim uice funguntur [b] nomina propria rerum, & vocabula alia plerunque, uel alia signa, in rebus designandis. Neque tamen prædicta regula generaliter uera est, sed tũ demum obtinet, quando res aliqua specificè, aut quasi specificè legata est: ut in exemplis textus nostri. 3 Secus est, si falsa demonstratio, ad genus illimitatum referatur: tunc enim legatario demonstrationis veritatem non probante, legatum corruet. [c] 4 Sed etsi quantitati adiecta sit falsa demonstratio, refert, in genere quantitas an specie legata fuerit. In genere enim legata quantitas, reddit legatũ inutile, cum ob falsum demonstrationem, tum ob ipsius rei incertitudinem: [d] vt si dicam, Titio, quod ei debeo, do lego.] 5 Quod si certa designetur quãtitas, & huic quantitati adscripta sit falsa demonstratio, in legatarij vel alterius cuiusdã tertij persona, legatum perimitur propter peremptam rei legatæ substantiam, vt si ita testator dixerit. [Lego Titio decem aureos, quos mihi debet] uel, [Lego Titio decẽ, quæ mihi Flaccus debet.] Si vtrobique falsa sit demonstratio, quia nec Titius nec Flaccus testatori quicquam debeat, legatũ extinguitur. Priori enim casu non videtur quantitatem legasse, sed liberationem ob obligatione [e] quantitatis. Verum vbi obligatio non est, nec liberationi locum dari, nemo non intelligit; cum sit impossibile, non obligatum liberare deficit ergo legatum tanquam de eo factum quod est impossibile. Idem est & in posteriori specie, neq; enim quantitatem legasse videtur, sed actionem, [f] quam hæres legatario, si legatum constitisset, teneretur aduersus Flaccũ cedere. Quia uero testatori Flaccus nihil debet, nulla debiti causa subsistente actio ab hærede cedi nequit, quomodo enim cederetur cum legati substantia, nempe debitũ, deficiat? Et in his casibus nihil interesse Castrensis scribit, ignorauerit testator, an sciuerit sibi nihil deberi. [g] 6 Sin autem legato quantitatis falsa demonstratio in persona legantis sit apposita & expressa ipsa quantitas, legatum non conuellitur, ut si dicamus [Decem quæ tibi debeo, do lego] quamuis enim nihil tibi debeam, uideor tamẽ hæredi mandare, ut decem tibi soluat. Nisi forte per errorem, credens me tibi in decem teneri, legassem, quia legatũ concidet, ne quicquam debebitur. 7 In dubio tamen testatorem errasse non præsumitur, sed certa scientia reliquisse; [h] ideoque ad hæredem spectabit, errorem probare, si nolit soluere. 8 Hoc quoque prædictis addendum, si quantitas legetur, ut species, cum ea tota pendeat a demonstratione, quia primum constituitur certum corpus, veluti, [Lego decẽ, quæ in arca habeo] nõ potest ualere legatum, nisi quatenus uera est demonstratio, [i] quia nec aliter certum corpus est, nec deberi potest, quod non extat.

b Vernam] 9 [Vernæ,] Festo Pompeio serui dicuntur, ex ancillis ciuium Romanorum Vere nati, quod anni tempus naturalis maxime fœturæ est. Hinc Iurisconsulti [k] eos seruos, qui neq; empti, neq; aliunde acquisiti, sed ex ancillis nostris, & quasi domestici nobis nati sunt, [vernas] appellant. Hinc [vernula] diminutiuum, & [vernaculus.] denominatiuum apud Vallam nomen: pro eo quod domi nostræ, siue in patria nostra ortum est. Sic Cicero [l] [vernaculum crimen] pro domestico dixit, & C. [m] Cæsar, [vernaculus Pompeij legiones.] Quandoque tamen [vernaculum,] pro verno, aut eo quod uernum est, accipimus; cuiusmodi est apud Plinium, [n] [Vernacula putatio,] vt quæ uerno tempore fieri consueuit.

c Ab alio emptus,] Vel etiam donatus, aut ex hæreditaria causa [o] acquisitus.

a l. demõstratio falsa & l. falsa demõstratio. de cond. & de mon.
b ceatum si cer. pe. l. q extrin secus. de uer. obli.
c l. 3. de fals cau sa leg. ad
d d. l. si sic, §. mihi. de leg. 1.
e §. si quis debitori sup. h. tit.
f §. tam autẽ corporales, su eo. & l. legatũ ita de leg. 1.
g In d. §. si mihi.
h cast. l. 2 e. de fal. cau. leg. ad
i l. si seruus, §. q. quinque. l. sed etsi certos nũ mos. de leg. 1.
k l. seruis urbanis §. si alii uernæ. de le. 3. l. cũ super o. de rei uend.
l In 6 Ver actio.
m lib. 6. Comm.
n li 17 Natur hi stor. c 23 Vid. Et quæ su. no taui in §. Serui autem. 2. de iure pers.
o Bal. hic.

§. Longe magis.

1 Causa quomodo in hoc proposito accipiatur.
2. 3 Falsa causa legato adiecta quando illud vitiet.
4 Quomodo cognoscatur, an causa simpliciter, an conditionaliter legato adscripta sit.
5 Effectus dictionis, Si.
6 Conditio propria est de futuro.
7 Natura coniunctionum Quia, quoniam.
8 Natura coniunctionis, Cum.
9 De legato sub modo.

Longe magis legato [b] falsa causa adiecta non nocet ueluti cum quis ita dixerit: Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego uel ita: Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego. Licet enim neque negotia testatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit: [c] legatum tamen ualet. [d] Sed si conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est, ueluti hoc modo: Titio si negotia mea curauerit, fundum meum do lego.

a De alio] errore, qui circa causæ adiectionem solet contingere, ex Caij [a] responso subijcit, & a maiori ratiocinatur: nempe, quod longe minus uitiare legatum debeat falsa causa, quam falsa demonstratio, quia sit minus necessaria. Nam & siue causa ex mera liberalitate [b] legari potest; at non sine aliqua demonstratione. Quare causæ adiectio solũ dubitationẽ mouet, an citra eam legaturus fuerit testator, quod in dubio præsumitur,

a l. demõstratio § quod aũt & cond. & dem.
b l. cum tale, §. falsam cãm. & cond. & dem.

sumitur. Ideo contrariæ voluntatis probatio ad hæredem pertinet, qui propter falsam causam contendit legatum non deberi. At ubi falsa est demonstratio, ad legatarium pertinet docere, rem ita certam esse, vt [c] *illa nihil obsit.*

c Bald. hic.

b Falsa causa] 1 [*Causam*] *in hoc proposito accipimus pro significatione rationis, quare res quæque legetur. Bart.* [*causam*] *describit esse quid præteritum vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus In eo enim causa differt a conditione, quod huius natura sit, vt futura* [d] *respiciat; cā de præterito intelligatur.* [e]
c Legatum tamen valeat.] 2 *vnde regula colligitur, quòd falsa causa legato simpliciter & causatine adiecta illud non euertat: nisi probetur, testatorem aliàs legaturum* [f] *non fuiße.*
d Sed si conditionaliter] *Idest, per modum conditionis.* 3 *Vnde rursus aliam colligimus regulā; quod falsa cā per modum conditionis adscripta legato, illud nō perimat, quasi ob defectum conditionis.* 4 *Porrò an causam testator simpliciter, an per modum conditionis proferre voluerit, ex ipsis adscriptæ causæ verbis cognoscendum est Nam si testator per expreßam, aut & subintellectam dictionem (Si) legatum concipit, causa non apparente vera legatum extinguitur.* 5 *Hæc enim vocula (Si) licet verbo præsentis aut præteriti temporis adijciatur, legatum tamen sub dubio, & sub quadam ponit* [g] *incertitudine hocq; est, quod Imperator ait,* [*conditionaliter, i sub dubio; sicut conditio sub dubio est causa.* 6 *Propriè enim loquendo, conditio non est de præsenti vel præterito, sed futura tantum respicit Sicut ergo ista causa ponitur dubitatiuè; ita legatum est in hoc dubio: quare causa existente vera. & legatum consistit, sin falsa est, legatum quoque perit.* 7 *Secus est quando coniunctiones (quia, quoniam) legato adijciuntur, de quarum natura est. vt rem pro certo & constanti ponant. Quapropter licet causa reperiatur falsa, quia tamen legatum ab initio statim certum erat, illud conuellit.* 8 *Idem est & in dictione* [h] *(Cum) si præteriti temporis adiungatur verbo; futuro autem adiecta tēpori conditionem importat.* 9 *Porrò causa, quæ futurum respicit,* [*modus*] *etiam appellatur; veluti,* [*Centum lego vt sacellum extruatur.*] *Sub modo autem legatum non potest* [i] *peti, nisi impleto modo, vel data in hoc cautione Et si per legatarium non stat, quo minus impleatur, legatum debetur, & ad heredem transit: veluti.* [*Lego puellę, ut nubat.*]

d l. itaq. si cer. petat.
e l. si ita. in fi. de cond. & dem.
f d. §. falsā cām.
g l. cum ad ipsū. & d. l. itaque. si cer. pet.
h Bar. l. demōst. §. 1 de condi.
i De legato sub mō, vide Bar. in l quib. die-bus. §. vlt. de cōdi. & dem.

§. An seruo.

1. 3 *Seruo hæredis an legari vtiliter possit?*
2 *De regula Catoniana.*
4 *In legato conditionali solus conditionis euentus respicitur.*
4 *Seruo hærede instituto, ipsius domino legari potest.*

[a] An seruo heredis recte legemus, quæritur, & constat pure inutiliter legari, [b] nec quicquam proficere, si viuo testatore de potestate hæredis exierit; quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. [c] Sub conditione vero recte legatur seruo, vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit, [d] Ex diuerso, hærede instituto seruo, quin domino recte etiam sine conditione legetur, non dubitatur. Nam & si statim post factum testamentum decesserit testator: non tamen apud eum qui hæres sit, dies legati cedere intelligitur; cum hæreditas a legato [e] separata sit, & possit per eum seruum alius hæres effici: si prius quam iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit: vel manumissus ipse hæres efficitur: quibus casibus vtile est legatum. Quòd si in eadem causa permanserit, & iussu legatarij adierit, euanescit legatum.

a An seruo] *Reuertitur Imperator ad personas quibus legari potest.* 1 *Et quærit an domino hærede instituto, ipsius seruo possit? Respondet autem* [*pure et inutiliter legari,*] *idque propter confusionem hæreditatis & legati: idest, ne idem existat hæres & legatarius, atque ita dominus obligatus sit sibi legatum soluere: nam legatum ei per seruum acquireretur. Ex diffinitione autem legati constat, eundem non posse & hæredem esse & legatarium: cum ab hærede legata præstari debeant.* [a] *Et regula est. quod nemo simul & hæres & legatarius esse possit.*
b Nec quicquā proficere.] *Occupatio est* 2 *nā etsi obijcias, valere hoc legatum, si quādo ante mortem testatoris, hic seruus manumittatur, uel alienetur: respondet Imperator, adhuc obstare regulam Catonianam, quæ vult legatum purum, quod, si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret; id quandocunque decesserit, non* [b] *valere.*
c Sub conditione.] *Si seruo heredis sub conditione legetur, puta,* [*Si Cæsar Lutheranos vicerit,*] *& seruus fuerit manumissus vel alienatus ante euentum conditionis, valet legatum.* 3 *Ratio est, quia non exigitur hic, velut in legato pure relicto, vt legatarius sit capax legati, tem facti testamenti: sed hic satis est, vbi capax fuerit tempore existentis conditionis, idest,* [*Si Cæsar vicerit Luseranos.*] *Vt enim legatum non debetur antę purificatam conditionem, ita quoque à legatario non exigitur, ut sit legati capax, ante euentum conditionis, sed potius dies conditionis existentis inspicitur. Quare si euenieme conditio e seruus in potestate heredis reperiatur, legatum* [c] *concedit.*

a §. legatū sup. h tit. l legatū. §. 1. de leg 1.
b l. 1. vbi late Bar. hanc regulā de clar. de leg. Cato. & l. cætera. § 1. de leg 1. & vide quæ sup. in § sed si item de leg. annotaui.
c l. si a seruo ad l. falcid.

d Ex diverso.] Prior casus inuertitur. 4 Nam si seruus alicuius instituatur hæres, & legetur ipsius domino, tunc non refert, siue id purè, siue conditionaliter fiat; legatum enim nec valet, nec perimitur, sed tantisper in suspenso manet, donec constiterit de voluntate domini. Nam iubente domino seruum adire hæreditatem, legatum euanescit, ne ipse sibi debere videatur, sicque idem dominus & hæres & legatarius ex eodem testamento existat: quod esse non [a] *potest. 5 Quòd si seruum uoluerit adire hæreditatem suo nomine, vel seruum alienauerit, aut manumiserit, vt ipse adeat: dominus consequetur legatū, seruo manumisso, vel eo in quem alienatus est, obtinente hæreditatem; sicque tali specie vtile est legatum, quoniam diuisa sit persona hęredis, & legatarij.*

d. §. legatum.

e Separata sit.] Hoc est, cum ad alium hæreditatis, ad alium legati commodum pertinere possit, nec ea hic permisceantur, aut confundantur, saltem vno eodemque tempore,

§. Ante hæredis.

1 *Olim hæredis institutio in testamento primum locum habebat.*
2 *Quid prima, quid ima cera.*
3 *Legata hodie etiam ante institutionem relinqui possunt.*
4 *Inuersus ordo scripturæ non vitiat, si de mente scribentis constet.*
5 *Taxantur Notarij, qui tradunt de ordine esse, vt institutio legata præcedat.*

a Ante hæredis institutionem inutiliter antea legabatur: scilicet quia testamenta vim ex institutione hæredis accipiunt: & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti, hæredis institutio. Pari ratione nec libertas ante hæredis institutionem *b* dari poterat. *c* Sed quia inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vitupetandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem: *d* per nostram constitutionem & hoc vitium emendauimus, vt liceat & ante hæredis institutionem, & inter medias hæredum institutiones, legatum relinquere: & multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.

a Ante.] 1 Solebant enim veteres testamentum ab hęredis institutione [a] *ordiri. & ideo legata vel libertates ante hæredis institutionem scriptę non debebantur.* [b] *Caput enim fundamentumque tabularū ipsa est institutio, vt hic Iustinianus ait. 2 Hinc ea pars ab Horatio Saty. lib. 2 [prima cera] dicitur.*

Sic tamen vt limis rapias, quid prima secundo
Cera notet versu, solus, multis ne cohæres.
Veloci percurre oculo.

Sicut ergo [prima cera] est, in qua hæredis nomen describitur; ita ea, in qua secundi hæres, id est, substituti vel legatarij describātur, [ima cera] dicitur: [c] *quia sub priori collocatur. Suetonius in Cęsare. Q. [Pediū,] inquit, [ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera,] hoc est in extrema parte testamenti.*

b Dari poterat.] In testamento scilicet pagani; secus fuit in testamento militis.

c Sed quia inciuile] 3 Iustinianus sua constitutione ad Mennam Præfectum Pretorio scripta sanxit, non referre, siue prius legetur, & secundo hæres scribatur, siue contra: 4 quia inuersus ordo non vitiat, si modo de mente scribentis constet. quod an sit perpetuum, Ang. hic examinat. 5 Quàm stultè igitur tradunt nonnulli in arte, quam notariatus vocant, pro ordine seruandum esse, primum legata dentur, deinde ad extremum hæres scribatur.

d Per nostram constitutionem.] Non extat alia, quam ea quæ scripta [d] *est ad Mennam præfectum Pretorio, qua statuit non obesse voluntati vitia scripturæ, aut tabellionum.*

a Meminit etiā Paul. li. 3. Sent. & Vlpia. in frag. hoc tit.
b l. pen. de his quæ in testa. delētur. & l. fi. C. de cod.
c Vlpia. in d. loco.
d Vide Alc. lib. 4 Parerg. c. 6.
e In l. ambiguitates, C. de test.

§. Post mortem.

1 *Olim post mortem hæredis vel legatarij non potuit legari: hodie secus.*
2 *Actio quę contra nos non cœpit, nec contra hæredes nostros transit.*
3 *Et quę sit ratio.*
4 *Quid hodie obtineat tam in legatis, quam in contractibus.*

a Post mortem quoque hęredis aut legatarij simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat: *b* cum hæres meus mortuus fuerit, lego: item, *c* pridie quam hęres aut legatarius morietur. Sed simili modo *d* & hoc correximus, firmitatem *e* huiusmodi legatis *f* ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu *g* deterior causa legatorum, quàm fidei commissorum inueniatur.

a Post mortem.] Rursus aliam antiquitatis obseruationem refert, eandemque corrigit: de qua vide Vlp. in fragmen. tit. 24.

b Cum hæres meus.] 1 Sanè non videtur vana omnino rōne olim impermissum fuissa post mortem hæ-

redis

redis legata relinquere; neq; enim exigi vllo tempore poterant huiusmodi legata. Nam quàm diu superest erat hęres, nihil debebat; eo autem mortuo, nec ab ipsius hęrede peti poterant; 2 idq; propter regulam, qua a dicitur, [Actionionem quę aduersus nos non cęperit, neque aduersus hæredes nostros transire] Idemque erat, etsi post legatarij mortem legabatur quoniam neque ipsi petere licitum erat, propter verba testatoris, neque hęredi ipsius, obstante supradicta regula.

a l. 1. §. ab hæredib. C. vt actio. ab hær. & contr. hęr.

b Pridie quam hæres.] 3 Et hic inutile erat legatum, propterea quia incertus dies est, qui pridie mortis sit Nam post mortem, ad preteritum recurrentes dicimus diem hesternum pridie mortis fuiße; b & quoniam id non, nisi ex morte cognoscitur, perinde erat, quasi post mortem legatum fuisset.

b Theoph. hic.
c l. 1. C ut actiones ab hær. et contr. hæred.

d Et hoc correximus.] Extat de hoc Iustiniani constitutio in Codice reuocato, ad Io. PP. cuius præfectura editionem Codicis secuta est. 4 Ergo nouo iure, post mortem hæredis vel legatarij, aut pridie quam moriatur, legari c potest: & tum eam testatoris mentem fuiße conijciemus, vt hæredis hæres tale legatum adimplere debeat. d Quod & in contractibus hodie obtinet. Nam si promitto tibi post mortem meam centum, velle videor, quòd me defuncto centum tibi hæres prestet; de quo e suo loco latius.

d Faber. hic & l. veteris. C de contrah. stip.

e Huiusmodi legatis.] Quibuslibet, & quarumcunque tandem rerum.

e § post mortẽ inf. de inutib. stip.

f Ad fideicommissorum similitudinem. In quibus hæc omnia permittebantur; f sicque in hoc pinguioris naturæ erant fideicommissa, quàm legata.

f Gl. & Dd. l. 1. de leg. 1 §. sed non vsq; sup. eod.

g Deterior.] Cum per omnia debeant legata fideicommissis exæquata g esse.

g d. §. sed non vsque.

§. Pœnæ quoque nomine.

1 Argumentum siue epitome huius §.
2 Legatum pœnæ nomine quare olim non valuit.
3 An iure Pandectarum legare pœnę nomine licitum fuerit.
4 Hodie pęnæ nomine legari posse.
5 Tribus modis pęnam adijci.
6 Pœna legato adiecta si sit impossibilis, contra leges, aut probrosa, non attenditur.
7 Contra leges quid dicatur esse, & quod dicitur probrosum.
8 Probrosum præceptum quod dicatur.
9 Secta quid, græce hęresis.
10 Secta philosophorum.

a Pœnę quoque nomine inutiliter antea legabatur, b adimebatur, c vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hæredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti si quis ita scripserit hęres meus, si filiam suam in matrimonium Titio collocaueris: vel ex diuerso: si non collocaueris, dato decem aureos Seio, aut si ita scripserit: hæres meus si seruum Stichum alienaueris, vel ex diuerso: si non alienaueris, Titio decem aureos dato. d Et in tantum hæc regula obseruabatur, ut quamplurimis Principalibus constitutionibus significaretur, nec Principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatum sit, nec ex militis quidem testamento: alia legata valebant quamuis alię militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabantur quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. eo amplius nec hęredem pœnę nomine adijci posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat: Titius hęres esto, si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocaueris, Seius quoque hęres esto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtrum legati datione, an coheredis adiectione. e Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil distare a cæteris legatis constituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: f excepus videlicet ijs, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut alias probrosa. Huiusmodi enim testamentorum dispositiones valere, g secta meorum temporum non patitur.

legibus

a Pœnæ quoque.] Subijcitur alia iuris veteris obseruatio, eiusque correctio siue innouatio. 1 Tria autem in hoc §. facit Imperator. Primum enim pręmittit ius antiquum, quo cautum erat, ne pœnæ nomine legaretur: subijcitque, quid sit pęnæ nomine legare. Deinde, prædictam iuris antiqui obseruationem varijs modis amplificat. Postremò, suam emendationem annectit. & hæc est summa totius §.

b Adimebatur.] Quando legata dicantur adimi, vel transferri, sequenti tit. docebitur.

c Vel transferebatur.] 2 Sed quare non valebat legatum cum adiectione pęnæ, &c. Et Theoph. duas rationes adducit. Prima est, quod lex improbet legatum, quod in hæredis arbitrium ponitur: atque hic in ipso est, ut legatum debeat, vel non debeat. Nam si iussa testatoris fecerit, nihil soluit: sin aduersatus fuerit, obligatur legatario. Altera rō est, quod legata amorę legatarij, & ex beneuolentia, atq; adeo ob recipiẽtis bene merita dari oporteat, a non odio hæredis. 3 Porrò quo iurę veteri illud obtinuerit, qđ pęnæ nomine legare

a l. nec adiecię & socio. Pot. hic.

datur. 4 Porrò nec ex personæ, quæ certum aliquod corpus constituunt, (uelut collegium, uel uniuersitas) incertæ videntur. Itaque si ciuitati vel ciuibus legatum fuerit, valet legatū [e] subijcit enim testator animo suo certum aliquod corpus, nempe ipsius collegij uel uniuersitatis. Neq; impedit, quod ciues mutentur, quia nihilominus est eadem semper, certaque [f] vniuersitas. Collegium autem non aliter, quàm si speciali priuilegio subnixum sit, ex testamenti capere posse [g] constat. Singulis tamen si legitur, valebit legatum; hi enim non quasi collegium, sed ut certi homines [h] ad legatum admittentur.

e l. ciuitatib. de leg. 1. l. ciuib. de rebus dub.
f l. proponebatur. q iudiciis.
g l. collegiū. C. de hęr. instit.
h l. cum senatus. § fi. de reb. du.

§. Libertas.

1 *Legatum libertatis incertæ personæ factum non ualebat.*
2 *Et quæ fuerit ratio.*

Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari; a quia placebat nominatim seruos liberati

1 *Adeo] incertæ personæ inutiliter olim legabatur, ut nec libertatis legatum incertæ personę factum* [a] *constiterit, tametsi pro libertatis fauore alioqui multa contra subtilitatem iuris introducta sint.* 2 *Sed hoc ideo erat, quoniam nominatim serui in testamento manumittit* [b] *debebant. Itaque si ex pluribus eodē nomine seruis unus liber esse iussus sit, nec appareat qui sit, nullus liber* [c] *erit.*

a *Quia placebat.] Ex lege videlicet Fusia Caninia: de qua* [d] *alibi diximus.*

a l. cum ex plurib. de manu.
b gl. hic.
c d. l. cū ex plurib. l. si fuerit. §. fi. l. si qs de reb. du.
d tu. de leg. fu. can. toll.

§. Sub certa.

1 *Si incerta persona, cui legatur, sit ex certis alijs personis, legatum ualet.*
2 *Sed etsi incertæ ex incertis legatum sit.*

Sub certa uero demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur; ueluti, ex cognatis meis. Qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

Limitatio] *est ad præcedentia.* 1 *Quod enim dictum est, [legata olim, si incertæ personæ fierent, nullius fuisse momenti:] id non obtinuisse ostendit, si talis incerta persona fuisset ex certis alijs personis, ut in exemplo textus. Vel si testator dixisset, [Titio aut Caio, uter eorum prior Capitolium ascenderit:] uel: ita,* [a] *[Et libertorum, qui superuixerit, talem fundum do lego]* 2 *Idem quoque dicendum, etsi personæ incertæ ex incertis legatum sit, si modo incertitudo postea minuatur a testatore, ueluti si legauerit ijs, si sint subsignatur: quia priusquam sit perfectum, utique certi erunt.*

a l. si seruus. §. huiusmodi. de leg. 1.

§. Incertis.

1 *Legatum incertæ personæ per errorem solutum non repetitur.*
2 *Idem iuris est in legato alimentorum, & ad pias causas.*

Incertis autem personis legata uel fideicommissa relicta, & a per errorem soluta, b repeti non posse, c sacris constitutionibus cautum erat.

a *Per errorem soluta.] Nempe ab hærede testatoris.*

b *Repeti non posse.]* 1 *Sic ergo legatum incertę personę factum, si per errorem ab hærede soluatur, repetere illud non potest, quod ideo uidetur esse, quia tametsi hæres ob incertitudinem personæ legatū retinere potuerit: naturalis tamen obligatio, qua hæres & in legato incertæ personę facto, in sui substantia & ueritate, utcunque nunc latente, plerunque obstringitur, hoc ipso sublata esse* [a] *intelligitur. Sibi ergo hæres imputet, quod soluit, maxime cum ipse naturaliter propter uoluntatem defuncti legatū debebat. Sane & alias multa sunt, quæ peti non possunt: si tamen errore facti soluantur,* [b] *repeti prohibentur.* 2 *Sic si legata alimenta ultro fuerint soluta, ex imperfecto forte testamento, non possunt repeti, quinimo triennio præstita obligant heredem in* [c] *posterum. Sed nec legata ad pias causas, si forte per errorem fuerint soluta, cū essent indebita,* [d] *repeti ualent, idque ob fauorem pietatis.*

c *Sacris constit.] Quæ non extant. Intelligit autem ea, quę religionis, uel pietatis intuitu relicta sunt.*

a Ias. hic ad Porcu. fac. ar. in l. cū is §. si mulier. & in l. fratera fratre, de cond. indeb.
b l. Iulianus, de cond. indeb.
c l. 1. C. d fideic.
d §. ult. inf. de obligat. quæ ex quasi contract.

§. Postumo.

1 *Postumo alieno olim inutiliter legabatur.*
2 *Postumus suus, postumus alienus, quis.*
3 *Verba illa, nasci suum heredem, & nasci suum futurum heredem, inter se differre.*

a Postumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. b Est autem alienus postumus, qui natus inter

ter suos, heres testatori futurus non est. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat postumus auo.

a Postumo quoque] 1 Postumus alienus siue extraneus incertæ personæ comparatur. Sicut ergo incertę prorsus personę inutiliter olim [a] legabatur : ita & legatum postumo alieno factum iure ciuili inane erat, tanquam ob incertitudinem, licet iure pretorio ei relinqui [b] poterat. Hodie uerò perinde ac alij extranei institui [c] possunt. a Vt hic. b inf. de bon. pos. in prin. c vt S. seq.

b Est autem alienus posthumus.] 2 Sicut suū postumum dicimus, qui si nasceretur, testatori suus [d] heres foret, sic contra alienum postumum puto omnem eum olim fuisse, qui natus nō erat futurus suus heres, aut in potestate testatoris. Quare non solum nepos ex filio natus, uel ex filia, dicebatur auo postumus alienus sed etiam is, qui testamenti facti tempore ex filio in potestate patria constituto conceptus quidem, nondum tamen natus erat. Is enim si postea uiuente adhuc auo, & patre suo, nascatur, auo futurus suus hæres non est, cum ipsum pater in gradu & succedendi iure pręcedat: ideoque alienus recte [e] dicitur. d § ita demū, infra. de hæred. quæ ab intest. e Vide Alc. libr. Parad. cap. 3.

c Futurus non est.] 3 Scribit Salomonius, [f] inter verba, [Nasci suum heredem,] & nasci suum futurum heredem,] plurimum interesse. [Suum] enim [nasci] dicimus, qui post mortem nascitur, quoniam sicut uiuentis nemo est heres, ita nemo testatori viuo suus heres nascitur. [Futurum] autem [heredem nasci] censemus, qui viuo testatore, suus heres nascitur, id est, quē nemo, dum nascitur, in Suitate pręcedit & [futurus] dicitur, quòd futurus pio parentum uoto [g] speratur. Hoc uidetur Imp. hic aperte probare: ait, enim, alienū postumum esse, qui qui natus inter suos, Suus hæres testatori futurus non est.] Verbis enim [(natus, futurus)] significatur, uiuo testatore nascitur, nam si eo mortuo nasceretur, non futurus heres eßet. sed tūc suus nasceretur, & esset, & verbo[(non suus)] indicatur, quem alius precedit, & ideo est alienus. [h] Dicitur ergo nasci non suus futurus, quem alius in [i] gradu pręcedit. f In repet. l. Gallus. a prin. de libe. & posth. g arg. l. scripto. und̄ libe. Probare in d. l. Gallus, S. nūc de lege Velle. h § postumi, infra de hæred. quæ ab intestato. i S. sui aūt. su. & hę. qua. & dif. fac. not. in S. posthumorū. sup. de exhęr. lib.

§. Sed nec huiusmodi.

1 *Hodie & incertę personę, & postumo alieno utiliter legatur.*
2 *Constitutionem, cuius hic fit mentio, non extare.*
3 *Hodie legata ob incertitudinem personę non viciari, si aliqua certitudo uel nunc, uel ex futuro euentu colligi possit.*

a Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, quum in nostro b Codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicōmissis, quod euidenter c ex ipsius constitutionis lectione clarescit

a Sed nec huiusmodi] Attexitur superiorum iuriū correctio, siue innouatio. 1 Nam hodie & Iustiniani Gręca constitutione legatum postumo alieno, uel etiam incertę personę relictum, valet, modo tamen talis incerta persona uel nunc, uel in futurum certificari possit.

b In nostro Codice. 2 Sane hæc constitutio in Codice, quem hodie inter reliquos iuris ciuilis libros habemus, non extat: utrumne detracta fuerit, aut non inserta potius post harum Institutionum editionem, an temporum culpa amissa sit, incertum est. Verius tamen mihi videtur, eam cū priori [a] Codice intercidisse.

c Ex ipsius constitutionis lectione.] 3 Cum hæc Iustiniani constitutio desideretur, uix quicquam certi definiri potest. Hoc constat, iure quo nunc utimur, incertitudinem personæ, cui legatum est, non uitiare legatum, si vlla ratione uel nunc, uel ex futuro euentu, certitudo aliqua colligi [b] possit, quod & supra [c] suis locis abunde significauimus. a l. 1. S. su. dictis itaq; .C. de emēd. c. Iust. b Vide Barto. & alios in l. quidā relegatus de rebus dub. c In §. incertis S. sub certa. h. tit.

§. Tutor.

1. 2 *Tutor incertus dari non poteßt, etiam hodie, & quæ sit ratio.*

Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere.

1. Hic locus] indicat, constitutionem Iustiniani emendaße ius de incertis personis, non solum de postumis alienis: sed in tutela, certa ratione motus Imp. nihil emendauit, uoluitque, quod tutor incertus sicut olim dari non potuit, ita nec hodie [a] posset, etiamsi aliquo futuro euentu ueniret certificandus. 2 Certus enim mox ab initio tutor eße debet, ne contingat suspectus, qui incerto iudicio daretur, cum præsertim in fidem & diligentiam eius inquiri [b] oporteat. Et hic de præiudicio pupilli tractatur, ne male gubernetur, quæ ratio in legatio [c] cessat. a concord. l. tutor incertus. de testa. tut. b supra de satis. tut. in prin. c Fab. hic, gl. l. si quis a filio, S. si quis plures de leg. 1. Bar. l. quidam relegatus, de reb. dub.

§. Postumus.

1 *Quomodo olim potuerit postumus alienus institui.*
2 *Quomodo hodie possit.*
3 *Hæreditas etiam relinqui poterat postumo alieno.*

Postu-

Postumus autem alienus, hæres institui a & ante poterat, & nunc potest: b nisi in utero eius sit, quæ iure nostro uxor esse non potest.

a Et ante poterat.] Quod hic dicitur, [postumum alienum & antea potuisse institui, & nunc posse,] ad effectum, non ad iuris similitudinem referendum est. 1 Potuit enim antea, potest & nunc; alter tamen antea, aliter nunc. Antea enim Prætoris auxilio per bonorum possessionem [secundum tabulas] hæreditatē acquirebat: a 2 nunc etiam iure ciuili potest adire, quod de nouo Iustinianus introduxit. Nam ante ipsius tempora nuspiam reperias, ullum fuisse postumo alieno tributum, ne a Prætore quidem, quod ad legata pertineret, beneficium: quæ interpretatio Accursii quoque sententia comprobatur. Innuit ergo hic Imp. tacite differentiam hæreditatis & legati. 3 Hæreditas enim utiliter relinquebatur postumo alieno, etiam ueteri iure, ob beneficium Prætoriæ bonorum possessionis; sed nullum reperitur ueteris iuris auxilium ad sustinenda legata iure ciuili infirma. Antea ergo postumo alieno inutiliter legabatur: at utiliter hæreditas b relinquebatur.

b Nisi in utero.] Excipe postumum alienum testatoris, qui in utero cognatæ sit, aut alioqui cum qua testator uel eius filius iustas coire nuptias non c potuit. Nam & hic alienus est posthumus cum natus viuo parente, in potestate eius esse non d possit, & lege nouissima e Iustiniani, filij nomine dignus non habeatur.

a infra de bon. pos. in prin.
b Ita Vigl. in §. seruus et. sup. de hær. inst.
c sup. de nup.
d sup. de par. potestate.
e Nouell. quib. mo. na. eff. sui.

§. Siquidem in nomine.

1 *Differentia iuxta Accursium inter nomen, prænomen, cognomen & agnomen.*
2 *Prænomina apud Romanos.*
3 *Nomen olim dicebatur proprium familiæ.*
4 *De cognomine, quod inter eiusdem gentis homines discrimen faciebat.*
5 *Germani hodie solum vtuntur nomine & cognomine.*
6 *Agnomina imponebantur ab euentu aliquo.*
6 *Confusa tamen sunt postea nomina, agnomina & cognomina.*
8.10 *Error nominis, prænominis, &c. non uitiat uel legatum, uel hæredis institutionem, si de persona constet. Et quæ sit ratio.*
9 *Idem est, si erretur circa nomen proprium rei legatæ.*
11 *Error circa nomen appellatiuum, uitiat legatum fallit, ut nu. 12. 14. 15. 16.*
13 *Qui aliud dicit, quàm vult, neutrum velle videtur.*

a Siquidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij b testator errauerit, cum de persona constat, nihilominus ualet legatum. Idemque in hæredibus seruatur, & recte. c Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

a Siquidem in.] Vulgati textus habent, [Si quis in nomine,] uerum textus Norcius melius legit, [Siquidem in nomine,] &c. propter dictionem (testator) quę in contextu mox subsequitur. Agitur autem in hoc §. de errore nominis; an & quando is legatum uitiet; videtur quæ ex rescripto a Gordiani Imp. hic locus desumptus esse, quod lib. 6. Cod. extat. 1 Porro quæ sit differentia inter hæc uerba. [Nomen, Prænomen, Cognomen, Agnomen,] Accursius b ita declarat, ut [Nomen] existimet intelligendum, quale sit, Albertus; [Cognomen,] quasi familiæ seu cognationis uocabulum sit; [Prænomen,] quod differentiæ causa ponitur; [Agnomen,] quod ab euentu aliquo impositum est Et in hanc sententiam ab omnib. fere, tā iuris interpretibus, quàm et Rhetoribus & Grammaticis itum est. Alciat. tamen in suis Dispunct. c & Vigl. post eum in tit. [De exhæred. d liberorum,] aliter hæc nomina declarant, ut apud eos uidere est. 2 Sane [prænomina apud Romanos erant singulis propria, quæ non ad familiam totam, sed ad unam tantū personā pertinebant, & nomen familiæ præcedebant, notisque, uel paucis literis scribebātur, ut, M. P. C. Sp. Sex. Ser. Id quod Diomedes et Grammaticus e uoluit. Assumebantur aūt [prænomina] pro uniuscuiusq; uolūtate, ideoq; non erant certa in una familia etiamsi quibusdā lubentius utebantur, quidā uero penitus repudiabant, scilicet, si quis id antea in ea familia gessisset, qui ignominiosè uixisset. f 3 Prænomini subiūgebatur familiæ seu gentis propriū nomē, quod [nomen] simpliciter sæpe dicitur, atq; oēs gentiles agnati ipsū vsurpabant: quale Porciorum, Iuliorum, Corneliorū. 4 Tertio loco addebatur [cognomen:] quod primū inuētū fuit ad ipsorū inter se gentiliū discrimen, ut cū duæ essent familiæ Claudię, una Marcellorū, alia Pulcrorum g habuit cognomen, quæ quidem ab eadē origine discenderunt. Et ex gēte Cornelia alij Scipionū, alij Scyllarum, alij Asinarum, alij Lentulorum cognomen habuere, ex eadem tamen omnes gēte, si quis ab antiquitate repetat, sed liberorum multiplici progeneratione successioneque disiuncti sunt, & distincti. Fuit ergo cognomen olim prænomini additum ad magis specialem familiæ declarationem, ut recte dictum sit a Viglio. h cognomen, esse specialiorem quandam familiæ notam. Neque tamen omnes [Romani] prænominib. simul, & cognominibus utebantur, sed alterutro contenti i fuere permulti: ut Aquilius Gallus, Seruilius Hala, Q. Sertorius, C. Marius. 5 Hodie Germani nostri uno consensu proprium nomen uelut Romanum, prænomen, & familiæ nomen habent, quod vulgo cognomen k dicitur, Romanis etiam obsolute nomē. His interdū subijciunt partium nomen, uel professionis, aut utrunque. Sic mihi. [Ioachimus] prænomen est, siue

nomen

a l. si nomine, c. de testa.
b Hic gl. 1.
c lib. 4 c. 1.
d d. §. nominatim.
e Vt cum Alciat vbi su. refert.
f Aul. Gel. li. 9. cap. 2.
g cic. lib. de Orat. et Asco. Pedia.
h d. §. nominatim.
i l. 2. de orig. iu.
k l. 9. cū preciū. c. de liberali causa.

nomen proprium[:Mynſ.ugerus,]nomen familiæ quod & cognomen hæreditarium, uel familiæ dictum ueterib.Romanis. 6 Porro[Agnomen,]proprie dicebatur,quod extrinſecus ab euentu aliquo primum fuerat impoſitū. ſiue(vt Plutarchus ait) a rebus geſtis,aut a fortuna,aut forma,aut virtute, ut Africani, Numātini,à uictorijs: Labeones,Capitones,Cicerones à quarundam notarum ſignificatione primum dicti ſunt: 7 Sed hæc agnomina,cum à liberis continua ſucceſſione aſſumerentur facta ſunt cognomina. Quemadmodum & ex cognominibus ſæpe facta fuiſſe nomina,& rurſus ex nominibus cognomina,Macrobius ſcribit.

b Teſtator errauerit.] 8 Obſeruandum ergo pro regula,quod error nominis , prænominis,cognominis, agnominis legatum non vitiet, ſicut nec hæredis inſtitutionem. modo de perſona ipſa conſtet; [l] alioqui enim corrueret legatum,itemque hæredis inſtitutio. [m] Seneca lib de Benefi,4.Si [quod à Seneca,]inquit, [acceperiſſes,Annæo te diceres,vel Luco,non creditorem mutares ſed nomen; quoniam ſiue prænomen eius,ſiue nomen dixiſſes,ſiue cognomen,idem tamen ille eſſet] Quod autem hic de perſonis ſcribitur , idem & ad res legatas producitur.9. Nam etſi in rei legatæ proprio uocabulo erratum fuerit,de ipſa tamen re,quæ legata eſt,conſtet,legatum [n] debetur.

c Nomina enim,] 10 Aetiologia eſt, quare error nominis non uitiet. Nomina enim cum hominum deſignandorum recognoſcendorumque gratia tantum ſint reperta, ad ſubſtantiam atque eſſe nihil faciunt:quare & mutari,& quolibet alio modo deſignari poſſunt. Nihilque intereſt,quibus nominibus ſingulos homines agnoſcamus. [o] Sic qui Erotem ſeruum ſuum dat legat, & Stichum tantum habet,vtiliter legat,quia in nomine tantum errauit.11 Sed an idem iuris obtineat,quando error circa nomē appellatiuum contingit? Et reſponſum eſt, ob errorem nominis appellatiui legatum vitiari etiamſi teſtatoris mens & uoluntas appareat,ipſeque rei legatæ nomē imponere conſueuerit,ueluti ſi putet ſupellectilis appellatione ueſtem [p] cōtineri. Quod ideo eſt,quoniam appellatiua nomina non accidens & ſimplicem quandam deſignationem perſonæ,ſed ipſam magis rei ſubſtantiam & naturam,ideoque eius eſſe ſignificant,quo immutato,rē ipſam quoque mutari neceſſum eſt quapropter immutabilia ſunt,neque errorem in re legata,admittunt: Quare qui vinū,quod domi habet,dat legat,& oleum tantum habet:inepte legat,cum locum nihil commune habeat cū vino,ut hinc vini nomine legatum intelligi queat. 12 Aliquoties tamen appellatiui nominis error legatū extinguit Quid enim ſi teſtator rem oculis ipſius ſubiectam & demonſtratam, alio nomine legando appellauerit? puta bouem legare uolens,eo demonſtrato,equum dixit. Sane cum de teſtantis mente conſtet, ineptum uocabulum,ceu res extrinſecus adiecta legatum uitiare non debet; quia ſi res per oculorum ſenſum demonſtrata ſit,nihil vlterius ambigendum eſt; atque ita poſt Accurſium [q] Doctores communiter prodidere.Ego uero circa hanc exceptionem ſubſiſto.Nam ad ſenſum patet,quòd ille,qui dicit , hunc bouem,& eſt tamen equus,aut ſit ſtultus,aut irrideat.Quod ſit ſtultus,lege [r] probatur,aiente ſtultum eſſe, qui ueſtē putat eſſe aurum,uel ſupellectilem:& ſtultis,ſicut reliquos actus ciuiles, ita & teſtamenti factionem interdictam eſſe,non eſt dubium.Quod ſi ſtultus non eſt,ſed ſanæ mentis,tunc legatum cenſetur eſſe deriſorium, [s] & locus erit illi ueterum propoſitioni. 13 [Qui aliud dicit quam vult,neque id dicit,quod uox ſignificat, quia non vult:neque id quod vult,quia id non loquitur,neutrum [t] ergo uelle videtur.] Alio tamen caſu bene hoc poſſet procedere cum digito rem demonſtrarem cum erronea demonſtratione,ut ſi dicerē,[Hūc ſeruum meum textorem,uel coquum,,uel pictorem tibi do lego.]Is enim tametſi non ſit textor , coquus,aut pictor,ſufficit tamen rem digito [u] oſtendiſſe. 10 Secundò non uitiat error nominis appellatiui,,ſi communis loquendi uſus naturale rei uocabulum immutauerit, uel ſi uniue rei duæ ſint appellationes, tū.n.utra teſtator uelit uti,etiam minus propria nihil intereſt. 15 Idem Bartolus locum habere cenſuit , quando vnum nomen appellatiuum magnam haberet affinitatem cum alio,ueluti ſi teſtator libros legare uolens,mēbranas legauerit. [x] quod tamen Iaſon poſt Betuſium [y] impugnat. 16 Poſtremo nec tum ob errorem nominis appellatiui legatum inane redditur,ubi nomen appellatiuum non natura , ſed poſitione ciuili inditum eſſet , cuiuſmodi ſunt artificum & officiorum nomina , quod Angelus [z] & Iaſon uberius explicant.

l d.l.ſi quis ī nomine, & l. ſi Fortidianum. §. error autē, c. de leg.
m l. quoties, de hæred. inſtit.
n l. 4.in prin.de leg. 1. & d.l. Fortidianum.
o l. ad recognoſcendum. c & Igenuis & manu.l.patronis §.Sempronio de leg. 3.
p d.l.4.& l.Labeo.ff ſuppel. lega.& l. ſi gs uinum.de tri uino & ol.leg.
q gl.cōmendata ab omnib.ī l. quæ extrinſecus. de uerb. ob.Dd.ī l.certū.ſi cer. pet.
r l. ſi quis ī fundi uocabulo. leg.1.
s ar.l. ſi domus. ī pri.de leg.1.
t l. in ambiguo. de reb.dub.l. 1.§. cum qui de conſtitu. pec.
u Pro quo bene facit l.ſi nominatim.ff cōd. & demon.
x l. librorum,§. quod tū . de leg.3.Por.hic.
y In d. l.4.num. 44 & 45.
z Ang.Hic.Iaſ.d. l.4.

§.Huic proxima.

1 *Falſa demonſtratio legatum non uitiat,ſi de re conſtet.*
2 *Demonſtratio in hoc propoſito quid.*
3 *Falſa demonſtratio ad genus illimitatum relata,legatum euertit.*
4.5.6.8 *Falſa demonſtratio adiecta quantitati legatæ,an uitiet,& quando?*
7 *In dubio,teſtator erraſſe non præſumitur.*
9 *Verna,uernula,uernaculus.*

a Huic proxima eſt illa iuris regula,falſa demonſtratione legatum non perimi,veluti ſi quis legauerit: Stichum ſeruum meum b uernam do lego Licet enim non uerna , ſed emptus ſit : ſi tamen de ſeruo conſtat, utile eſt legatum. Et conuenienter ſi ita demonſtrauerit : Stichum ſeruum quem a Seio emi ſitque c ab alio emptus:utile eſt legatum,ſi de ſeruo conſtat.

a Huic

a Huic proxima.] De errore nominis Imp. dixit: nunc de errore demonstrationis attexit. 1 Et regulam hinc collige, quam Paulus & Caius etiam ante tradiderunt, quod falsa demonstratio rei legatæ, legatum non conuellat, si de ipsa re [a] constet. 2 Demonstratio] autem hoc loco est, quæ vice nominis fungitur; vel est, id quod adijcitur rei legatæ nomini, vt certa reddatur. Mutua enim vice funguntur [b] nomina propria rerum, & vocabula alia plerunque, uel alia signa, in rebus designandis. Neque tamen prædicta regula generaliter uera est, sed tū demum obtinet, quando res aliqua specificè, aut quasi specificè legata est: ut in exemplis textus nostri. 3 Secus est, si falsa demonstratio, ad genus illimitatum referatur: tum enim legatario demonstrationis veritatem non probante, legatum corruet. [c] 4 Sed etsi quantitati adiecta sit falsa demōstratio, refert, in genere quantitas an specie legata fuerit. In genere enim legata quantitas, reddit legatū inutile, cum ob falsum demonstrationem, tum ob ipsius rei incertitudinem: [d] vt si dicam, Titio, quod ei debeo, do lego.] 5 Quod si certa designetur quātitas, & huic quantitati adscripta sit falsa demonstratio, in legatarij vel alterius cuiusdā tertij personа, legatum perimitur propter peremptam rei legatę substantiam, vt si ita testator dixerit. [Lego Titio decem aureos, quos mihi debet] uel, [Lego Titio decē, quæ mihi Flaccus debet.] Si vtrobique falsa sit demonstratio, quia nec Titius nec Flaccus testatori quicquam debeat, legatū extinguitur. Priori enim casu non videtur quantitatem legasse, sed liberationem ob obligatione [e] quantitatis. Verum vbi obligatio non est, nec liberationi locum dari, nemo non intelligit; cum sit impossibile, non obligatum liberare desiit: ergo legatum tanquam de eo factum, quod est impossibile. Idem est & in posteriori specie, neq; enim quantitatem legasse videtur, sed actionem, [f] quam hæres legatario, si legatum cōstitisset, teneretur aduersus Flaccū cedere. Quia uero testatori Flaccus nihil debet, nulla debiti causa subsistēte actio ab hærede cedi nequit, quomodo enim cederetur cum legati substantia, nempe debitū, deficiat? Et istis casibus nihil interesse Castrensis scribit, ignorauerit testator, an sciuerit sibi nihil deberi. [g] 6 Sin autem legato quantitatis falsa demonstratio in persona legantis sit apposita & expressa ipsa quantitas, legatum nō conuellitur, ut si dicamus [Decem quæ tibi debeo, do lego] quamuis enim nihil tibi debeam, uideor tamē hæredi mandare, ut decem tibi soluat. Nisi forte per errorem, credens me tibi in decem teneri, legassem, quia legatū concidet, ne quicquam debebitur. 7 In dubio tamen testatorem errasse non præsumitur, sed certa scientia reliquisse; [h] ideoque ad hæredem spectabit, errorem probare, si nolit soluere. 8 Hoc quoque prædictis addendum, si quantitas legetur, ut species, cum ea tota pendeat a demonstratione, quæ primum constituitur certum corpus, veluti, [Lego decē, quæ in arca habeo] nō potest ualere legatum, nisi quatenus uera est demonstratio, [i] quia nec aliter certum corpus est, nec deberi potest, quod non extat.

b Vernam.] 9 [Vernæ,] Festo Pompeio serui dicuntur, ex ancillis ciuium Romanorum Vere nati, quod anni tempus naturalis maxime fœturæ est. Hinc Iurisconsulti [k] eos seruos, qui neq; empti, neq; aliunde acquisiti, sed ex ancillis nostris, & quasi domestici nobis nati sunt, [vernas] appellant. Hinc [vernula] diminutiuum, & [vernaculus] denominatiuum apud Vallam nomen: pro eo quod domi nostræ, siue in patria nostra ortum est. Sic Cicero [l] [vernaculum crimen] pro domestico dixit, & C. [m] Cæsar, [vernaculus Pompeij legiones.] Quandoque tamen [vernaculum,] pro verno, aut eo quod uernum est, accipimus; cuiusmodi est apud Plinium, [n] [Vernacula putatio,] vt quæ uerno tempore fieri consueuit.

c Ab alio emptus.] Vel etiam donatus, aut ex hæreditaria causa [o] acquisitus.

a l. demōstratio falsa. & l. falsa demōstratio. de cond. & demon.
b certum si cer. pe. l. q extrin secus. de uer. obli.
c l. 3. de fals cau sa leg. ad
d d. l. si sic, §. mihi. de leg. 1.
e §. si quis debitori sup. h. tit.
f §. tam au è corporales, su eo. & l. legatū ita de leg. 1.
g In d. §. si mihi.
h cast. l. 2 c. de fal. cau. leg. ad
i l. si seruus. §. q. quinque. l. sed etsi certos nūmos. de leg. 1.
k l. seruis urbanis §. si alii uernæ. de le. 3. l. cū super c. de rei uend.
l In 6 Ver. actio.
m lib. 6. Comm.
n li 17 Natur historiæ c 23. Vid. & quæ su. notaui in §. serui autem. 2. de iure pers.
o Bal. hic.

§. Longe magis.

1 Causa quomodo in hoc proposito accipiatur.
2. 3 Falsa causa legato adiecta quando illud vitiet.
4 Quomodo cognoscatur, an causa simpliciter, an conditionaliter legato adscripta sit.
5 Effectus dictionis, Si.
6 Conditio propria est de futuro.
7 Natura coniunctionum Quia, quoniam.
8 Natura coniunctionis, Cum.
9 De legato sub modo.

Longe magis legato *b* falsa causa adiecta non nocet ueluti cum quis ita dixerit; Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego uel ita: Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego. Licet enim neque negotia testatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit: *c* legatum tamen ualet. *d* Sed si conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est, ueluti hoc modo: Titio si negotia mea curauerit, fundum meum do lego.

a De alio] errore, qui circa causæ adiectionem solet contingere, ex Caij [a] responso subijcit, & a maiori ratiocinatur; nempe, quod longe minus uitiare legatum debeat falsa causa, quam falsa demonstratio, quia sit minus necessaria. Nam et siue causa ex mera liberalitate [b] legari potest; at non sine aliqua demonstratione. Quare causæ adiectio solū dubitationē mouet, an citra eam legaturus fuerit testator, quod in dubio præsumitur,

a l. demōstratio §. quod aūt. de cond. & dem.
b l. cum tale, §. falsam cām. de cond. & dem.

sumitur. Ideo contrariæ voluntatis probatio ad hæredem pertinet, qui propter falsam causam contendit legatum non deberi. At vbi falsa est demonstratio, ad legatarium pertinet docere, rem ita certam esse, vt [c] illa nihil obsit.

c Bald. hic.

b Falsa causa] 1 [Causam] in hoc proposito accipimus pro significatione rationis, quare res quæque legetur. Bart. [causam] describit esse quid præteritum vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus. In eo enim causa differt a conditione, quod huius natura sit, vt futura [d] respiciat; cā de præterito intelligatur. [e]

c Legatum tamen valeat.] 2 vnde regula colligitur, quòd falsa causa legato simpliciter & causatiue adiecta illud non euertat: nisi probetur, testatorem alias legaturum [f] non fuisse.

d Sed si conditionaliter] Id est, per modum conditionis. 3 Vnde rursus aliam colligimus regulā; quod falsa cā per modum conditionis adscripta legato, illud nō perimat, quasi ob defectum conditionis. 4 Porrò an causam testator simpliciter, an per modum conditionis proferre voluerit, ex ipsis adscriptæ causæ verbis cognoscendum est. Nam [g] si testator per expressam, aut etiā subintellectam dictionem (Si) legatum concipit, causa non apparente vera legatum extinguitur. 5 Hæc enim vocula (Si) licet verbo præsentis aut præteriti temporis adijciatur, legatum tamen sub dubio, & sub quadam ponit [g] incertitudine hocq; est, quod Imperator ait, i. conditionaliter, i. sub dubio; sicut conditio sub dubio est causa. 6 Propriè enim loquendo, conditio non est de præsenti vel præterito, sed futura tantum respicit. Sicut ergo ista causa ponitur dubitatiuè; ita legatum est in hoc dubio: quare causa existente vera, & legatum consistit, sin falsa est, legatum quoque perit. 7 Secus est quando coniunctiones (quia, quoniam) legato adijciuntur, de quarum natura est, vt rem pro certo & constanti ponant. Quapropter licet causa ipsa reperiatur falsa, quia tamen legatum ab initio statim certum erat, illud conuellit. 8 Idem est & in dictione [h] (Cum) si præteriti temporis adiungatur verbo; futuro autem adiecta tēpori conditionem importat. 9 Porrò causa, quæ futurum respicit, [modus] etiam appellatur; veluti, [Centum lego vt sacellum extruatur.] Sub modo autem legatum non potest [i] peti, nisi impleto modo, vel data in hoc cautione. Et si per legatarium non stat, quo minus impleatur, legatum debetur, & ad hæredem transit: veluti. [Lego puellæ, ut nubat.]

d l. itaq. si cer. petat.
e l. si ita, in fi. de cond. & dem.
f d. §. falsā cām.
g l. eum ad t̄ps. & d. l. itaque. si cer pet.
h Bar. l. demōs. §. 1 de condi.
i De legato sub mō, vide Bar. in l. quib. diebus. §. vlt. de cōdi. & dem.

§. An seruo.

1. 5 *Seruo hæredis an legari vtiliter possit?*
2. *De regula Catoniana.*
4. *In legato conditionali solus conditionis euentus respicitur.*
4. *Seruo hærede instituto, ipsius domino legari potest.*

[a] An seruo heredis rectè legemus, quæritur, & constat pure inutiliter legari, [b] nec quicquam proficere, si viuo testatore is e potestate hæredis exierit; quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. [c] Sub conditione vero rectè legatur seruo, vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit. [d] Ex diuerso, hærede instituto seruo, quin domino rectè etiam sine conditione legetur, non dubitatur. Nam & si statim post factum testamentum decesserit testator: non tamen apud eum qui hæres sit, dies legati cedere intelligitur; cum hæreditas a legato [e] separata sit, & possit per eum seruum alius hæres effici: si prius quam iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit: vel manumissus ipse hæres efficitur: quibus casibus vtile est legatum. Quod si in eadem causa permanserit, & iussu legatarij adierit, euanescit legatum.

a An seruo] Reuertitur Imperator ad personas quibus legari potest. 1 Et quærit an domino hærede instituto, ipsius seruo possit? Respondet autem [pure ei inutiliter legari,] idque propter confusionem hæreditatis & legati: idest, ne idem existat heres & legatarius, atque ita dominus obligatus sit sibi legatum soluere: nam legatum ei per seruum acquireretur. Ex diffinitione autem legati constat, eundem non posse & hæredem esse & legatarium: cum ab hærede legata præstari debeant. [a] Et regula est quod nemo simul & hæres & legatarius esse possit.

a §. legatū sup. h. tit. l. legatū. §. 1. de leg. 1.

b Nec quicquā proficere.] Occupatio est 2 nā et si obijcias, valere hoc legatum, si quādo ante mortem testatoris, hic seruus manumittatur, uel alienetur: respondet Imperator, adhuc obstare regulam Catonianam, quæ vult legatum purum, quod, si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret, id quandocunque decesserit, non [b] valere.

b l. 1. vbi late Bar. hanc regulā declar. de leg. Cato. & l. cætera. §. 1. de leg. 1. & vide quæ sup. in §. sed si rem de leg. annotaui.

c Sub conditione.] Si seruo heredis sub conditione legetur, puta, [Si Cæsar Lutheranos vicerit,] & seruus fuerit manumissus vel alienatus ante euentum conditionis, valet legatum. 3 Ratio est, quia non exigitur hic, velut in legato pure relicto, vt legatarius sit capax legati, tem facti testamenti: sed hic satis est, vbi capax fuerit tempore existentis conditionis, idest, [Si Cæsar uicerit Luteranos.] Vt enim legatum non debetur ante purificatam conditionem, ita quoque à legatario non exigitur, ut sit legati capax, ante euentum conditionis, sed potius diei conditionis existentis inspicitur. Quare si eueniente conditio e seruus in potestate heredis reperiatur, legatum [c] concedit.

c l. si a seruo ad l. falcid.

d Ex diuerso.] Prior casus inuertitur. 4 Nam si seruus alicuius instituatur hæres, & legetur ipsius domino, tunc non refert, siue id purè, siue conditionaliter fiat; legatum enim nec valet, nec perimitur, sed tantisper in suspenso manet, donec constiterit de voluntate domini. Nam iubente domino seruum adire hæreditatem, legatum euanescit, ne ipse sibi debere videatur, sicque idem dominus & hæres & legatarius ex eodem testamento existat: quod esse non [d] potest. 5 Quòd si seruum noluerit adire hæreditatem suo nomine, vel seruum alienauerit, aut manumiserit, vt ipse adeat: dominus consequetur legatū, seruo manumisso, vel eo in quem alienatus est, obtinente hæreditatem; sicque tali specie vtile est legatum, quoniam diuisa sit persona hæredis, & legatarij.

d. §. legatum.

e Separata sit.] Hoc est, cum ad alium hæreditatis, ad alium legati commodum pertinere possit, nec ea hic permisceantur, aut confundantur, saltem vno eodemque tempore,

§. Ante hæredis.

1 *Olim hæredis institutio in testamento primum locum habebat.*
2 *Quid prima, quid ima cera.*
3 *Legata hodie etiam ante institutionem relinqui possunt.*
4 *Inuersus ordo scripturæ non vitiat, si de mente scribentis constet.*
5 *Taxantur Notarij, qui tradunt de ordine esse, vt institutio legata præcedat.*

a Ante hæredis institutionem inutiliter antea legabatur: scilicet quia testamenta vim ex institutione hæredis accipiunt: & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti, hæredis institutio. Pari ratione nec libertas ante hæredis institutionem *b.* dari poterat. *c* Sed quia inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem: *d* per nostram constitutionem & hoc vitium emendauimus, vt liceat & ante hæredis institutionem, & inter medias hæredum institutiones, legatum relinquere: & multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.

a Ante.] 1 Solebant enim veteres testamentum ab hæredis institutione [a] ordiri. & ideo legata vel libertates ante hæredis institutionem scriptę non debebantur. [b] Caput enim fundamentumque tabularū ipsa est institutio, vt hic Iustinianus ait. 2 Hinc ea pars ab Horatio Saty. lib. 2 [prima cera] dicitur.

Sic tamen vt limis rapias, quid prima secundo
Cera notet versu, solus, multis ne cohæres,
Veloci percurre oculo.

Sicut ergo [prima cera] est, in qua hæredis nomen describitur; ita ea, in qua secundi hæres, idest, substituti vel legatarij describātur, [ima cera] dicitur: [c] quia sub priori collocatur. Suetonius in Cæsare. Q. [Pediū,] inquit, [ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera,] hoc est in extrema parte testamenti.

a Meminit etiā Pau. li. 3. Sent. & Vlpia. in frag. hoc tit.
b l. pen. de his quæ in testa. delētur. & l. fi. C. de cod.
c Vlpia. in d. loco.

b Dari poterat.] In testamento scilicet pagani; secus fuit in testamento militis.

c Sed quia inciuile.] 3 Iustinianus sua constitutione ad Mennam Præfectum Prętorio scripta sanxit, non referre, siue prius legetur, & secundo hæres scribatur, siue contra: 4 quia inuersus ordo non vitiat, si modo de mente scribentis constet. quod an sit perpetuum, Ang. hic examinat. 5 Quàm stultè igitur tradunt nonnulli in arte, quam notariatus vocant, pro ordine seruandum esse, primum legata dentur, deinde ad extremum hæres scribatur.

d Per nostram constitutionem.] Non extat alia, quam ea quæ scripta [d] est ad Mennam præfectum Prętorio, qua statuit non obesse voluntati vitia scripturæ, aut tabellionum.

d Vide Alc. lib. 4. Parerg. c. 6.
e In l. ambiguitates, C. de test.

§. Post mortem.

1 *Olim post mortem hæredis vel legatarij non potuit legari: hodie secus.*
2 *Actio quę contra nos non cœpit, nec contra hæredes nostros transit.*
3 *Et quę sit ratio.*
4 *Quid hodie obtineat tam in legatis, quam in contractibus.*

a Post mortem quoque hęredis aut legatarij simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat: *b* cum hæres meus mortuus fuerit, lego: item, *c* pridie quam hęres aut legatarius morietur. Sed simili modo *d* & hoc correximus, firmitatem *e.* huiusmodi legatis *f* ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu *g* deterior causa legatorum, quàm fidei commissorum inueniatur.

a Post mortem.] Rursus aliam antiquitatis obseruationem refert, eandemque corrigit: de qua vide Vlp. in fragmen. tit. 24.

b Cum hæres meus.] 1 Sanè non videtur vana omnino rōne olim impermissum fuisse post mortem hæredis

redis legata relinquere; neq; enim exigi vllo tempore poterant huiusmodi legata. Nam quàm diu superest erat hęres, nihil debebat; eo autem mortuo, nec ab ipsius hęrede peti poterant; 2 *idq; propter regulam, quæ* [a] *dicitur, [Actionionem quę aduersus nos non cęperit, neque aduersus hæredes nostros transire.] Idemque erat, etsi post legatarij mortem legabatur quoniam neque ipsi petere licitum erat, propter verba testatoris, neque hęredi ipsius, obstante supradictu regula.*

b Pridie quam hæres.] 3 *Et hic inutile erat legatum, propterea quia incertus dies est, qui pridie mortis sit Nam post mortem, ad pręteritum recurrentes dicimus diem hesternum pridie mortis fuisse;* [b] *& quoniam id non, nisi ex morte cognoscitur, perinde erat, quasi post mortem legatum fuisset.*

d Et hoc correximus.] Extat de hoc Iustiniani constitutio in Codice reuocato, ad Io. PP. cuius præfectura editionem Codicis secuta est. 4 *Ergo nouo iure, post mortem hæredis vel legatarij, aut pridie quam moriatur, legari* [c] *potest: & tum eam testatoris mentem fuisse conijciemus, vt hæredis hæres tale legatum adimplere debeat.* [d] *Quod & in contractibus hodie obtinet. Nam si promitto tibi post mortem meum centum, velle videor, quòd me defuncto centum tibi hæres prestet; de quo* [e] *suo loco latius.*

e Huiusmodi legatis.] Quibuslibet, & quarumcunque tandem rerum.

f Ad fideicommissorum similitudinem. In quibus hæc omnia permittebantur; [f] *sicque in hoc pinguioris naturæ erant fideicommissa, quàm legata.*

g Deterior.] Cum per omnia debeant legata fideicommissis exæquata [g] *esse.*

a l. 1. §. ab hæredib. C. vt actio. ab hær. & contr. hęr.
b Theoph. hic.
c l. 1. C ut actiones ab hær. et contr. hæred.
d Faber. hic & l. veteris. C de contrah. stip.
e § post mortē inf. de inutib. stip.
f Gl. & Dd. l. 1. de leg. 1. §. sed non vsq; sup. eod.
g d. §. sed non vsque.

§. Pœnæ quoque nomine.

1 *Argumentum siue epitome huius §.*
2 *Legatum pœnæ nomine quare olim non valuit.*
3 *An iure Pandectarum legare pœnę nomine licitum fuerit.*
4 *Hodie pęnæ nomine legari posse.*
5 *Tribus modis pęnam adijci.*
6 *Pœna legato adiecta si sit impossibilis, contra leges, aut probrosa, non attenditur.*
7 *Contra leges quid dicatur esse, & quod dicitur probrosum.*
8 *Probrosum praeceptum quod dicatur.*
9 *Secta quid? grace hęresis.*
10 *Secta philosophorum.*

a Pœnę quoque nomine inutiliter antea legabatur, b adimebatur, c vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hæredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti si quis ita scripserit hęres meus, si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit: vel ex diuerso: si non collocauerit, dato decem aureos Seio, aut si ita scripserit: hæres meus si seruum Stichum alienauerit, vel ex diuerso: si non alienauerit, Titio decem aureos dato. d Et in tantum hæc regula obseruabatur, ut quamplurimis Principalibus constitutionibus significaretur, nec Principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatum sit, nec ex militis quidem testamento: alia legata valebant quamuis alię militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabantur quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. eo amplius nec hęredem pœnę nomine adijci posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat: Titius hęres esto, si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocauerit, Seius quoque hęres esto. Nihil enim interesat, qua ratione Titius coerceretur, verum legati datione, an coheredis adiectione. e Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil distare a cæteris legatis constituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: f exceptis videlicet ijs, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut, alias probrosa. Huiusmodi enim testamentorum dispositiones valere, g secta meorum temporum non patitur.

a Pœna quoque.] Subijcitur alia iuris veteris obseruatio, eiusque correctio siue innouatio. 1 *Tria autem in hoc §. facit Imperator. Primum enim pręmittit ius antiquum, quo cautum erat, ne pœnæ nomine legaretur: subijcitque, quid sit pęnæ nomine legare. Deinde, prædictam iuris antiqui obseruationem varijs modis amplificat. Postremò, suam emendationem annectit. & hæc est summa totius §.*

b Adimebatur.] Quando legata dicantur adimi, vel transferri, sequenti tit. docebitur.

c Vel transferebatur.] 2 *Sed quare non valebat legatum cum adiectione pęnæ, &c. Et Theoph. duas rationes adducit. Prima est, quod lex improbet legatum, quod in hæredis arbitrium ponitur: atque hic in ipso est, ut legatum debeat, vel non debeat. Nam si iussa testatoris fecerit, nihil soluit: sin aduersatus fuerit, obligatur legatario. Altera vérò est, quod legata amorę legatarij, & ex beneuolentia, atq; adeo ob recipiẽtis bene merita dari oporteat,* [a] *non odio hæredis.* 3 *Porrò quo iurę veteri illud obtinuerit, qđ pęnæ nomine legare*

a l. nec adiecit. p socio. Pot. hic.

b l. 1. de pe. leg. l. si penū. qn di. lc. ce l. 1. §. item si ita, ad leg. falc.
c l. 1. de his quę pęnæ not. ff.
d Ang. hic, & alij post eū.
e Vterque hic.
f l. 2. §. post originem. de ori gi. iur.
g In fine.
h l. vnica. Cod. de his quę pęnæ nomine.
i l. ab eo. C. de fidecom.
k §. disponit. Nouc. de nup. l. seruo. §. vlt. de leg. 1. & l. in condōnib. de condit. & demonstr.
l Sunt verba Iustiniani in d. l. vnica.
m In d. l. vnica.
n Ferrar. hic.
o §. cum ex aliena. sup. & rer. diuis. & l. adeo. §. cum quis de acq. rer. domino.
p l. vlt. in fi. C. de pactis.

non permittebatur, planè dubium est. Nam in Pandectis etiam num extant ueterum iurisconsultorum [b] *responsa in quibus legata cum adiectione pœnę relicta, non modo fieri permittūtur, sed utilia quoque esse iudicantur; exceptis paucis casibus; idque sub eadem distinctione,* [c] *quam proponit Iustinianus. Verisimile ergo est, hic significari priorem quandam ueteris iuris obseruationem, quo huiusmodi legata* [d] *damnabantur. Et quia Iustinianus id, quod de media iuris prudentia obtinebat, secutus est, & quidem apertius, hanc se iuris ueteris scrupulositatem immutasse ait. Verum Iason, & Porcius hoc* [e] *controuertunt, cum Iustinianus sibi ipsi hanc adscribat innouationem; & frustra hoc ipse correxisset, si prius emendatum fuerat, iureque Pandectarum obtinebat. Huc accedit, quod hic Imperator refert, Sabino iurisconsulto non placuisse, adijci posse coheredem nomine pœnę: & tamen Sabinum tempore medię Iurisprudentię fuisse* [f] *constat. Fuit enim Sabinus Antonino Pio contemporaneus, quemadmodum Lampridius in Alex. Seuero* [g] *meminit. Videtur ergo, quod nec recentiori Pandectarum iure pœnę nomine legare permissum fuerit.*

d Et in tantum.] Amplificatio superiorum.

e Sed huiusmodi.] 4 Nunc suam emendationem refert, quæ lib. 5. Codicis in forma [h] *extat, permittitque indistinctè posse pœnę nomine legari: ob id certè, quod non uideatur iniquum, si is, qui à testatore honoratus est, eatenus ac pro modo patrimonij grauari quoque* [i] *valeat, præsertim cum testatoris uoluntas pro lege sit seruanda.* [k] *5 Et hoc procedit, siue sit adiecta pœna per modum solutionis scilicet, quòd hæres tantū soluere teneatur: siue per modū priuationis, ut qd priuetur eius hæreditate; siue per modū translationis, ut quia quod prælegauerat hęredi, leget alteri. Istis. n. trib. modis pęnā adijci, Iustinianus hic docet.*

f Exceptis uidelicet.] 6 Si pœna legato adiecta, vel impossibilitatem contineat, vel sit contra leges, aut alias probrosa, & ignominiosa testatori existat, tunc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris pręcepto, seruabitur emolumentum, nempè [l] *relictum. Impossibilitatem autem continere dicitur, quando natura impedimento est, quo minus aliquid fiat; ut si testator iubeat hæredem, si cælum digito attigerit, Sempronio dare centum. 7 Contra leges id dicitur esse, quod de iure fieri nequit, ut si iubeat hæredem sub pœna aliquid facere, quod sit legibus interdictum, uel contra bonos mores: veluti, Heres meus si patrem occideris, vel si parentibus alimenta non præstiteris, Seio centum dare damnas esto. 8 Probrosum autem pręceptum appellemus, uelut si testator hæredi sub pœna mandet, quod ipsi testatori adferret ignominiam: ut si iuberet ossa sua in mare proijci, vel se sub patibulo sepeliri. Porrò quę hic deficiunt circa hanc materiā ex Baldi cōmentarijs ad prædictā Iustiniani* [m] *Constitutionē, singula penitius inquirentis, petenda sunt.*

g Secta meorum temporum.] 9 Sectam dicimus alicuius opinionis, aut sententiæ diligentem ductum, atque electionem: [n] *Græci αἵρεσιν uocant. 10 Quemadmodum sectę habentur inter Philosophos duę præcipue: quarum ultera Academicorum, altera Peripateticorum est: sic etiam iurisconsultis diuersæ, atque adeò pugnantes opiniones succreuerunt, sectasque pepererunt: de quibus Vlpianum sex libros scripsisse constat. Vnde qui uel Cassium, uel Sabinum sequebantur, [Cassiani,] vel [Sabiniani:] qui uerò Proculum, [Proculiani]* [o] *dicebantur. Sic ergo Iustinianus per sectam suorum temporum, eam iuris sententiam intelligit, quę ut est uerior, & Imperatorio quoque calculo confirmata; ita nihil, quod a iustitię, vel æquitatis tramite deuiet, admittit. Vtitur & alio loco* [p] *Iustinianus hac loquendi formula.*

DE ADEMPTIONE LEGATORVM ET TRANSLATIONE Tit. XXI.

1 *Licet testatori reuocare suam voluntatem, quotiescunque voluerit: etsi sit iurata.*
2 *Ademptionis verbum continet & translationem.*
3 *Translatio quid?*
4 *Translatio nisi præcedente ademptione fieri nequit.*
5 *Quot modis fiat legati translatio.*

a l. quod si iterum. de adi. legat.
b Ferrar. hic.

Quia] 1 in testamentis faciendis cuilibet permittitur, voluntatem suam superiorem reuocare in vita, adeò ꝙ etsi iurauerit testator, se in conscripto semel testamento velle consistere, lege tamen ciuili reuocandi potestatem habeat. Debet enim vltima voluntas esse ambulatoria vsque ad extremum vitæ exitum. [a] *Ea ergo ratione legatorum ademptio introducta est, vt liberum testatori sit legatum alicui relictum, adimere atque auferre, vel in alium pro voluntate transferre. De hac igitur post legatorum dationem iusto ordine subsequitur. 2 Est autem [ademptionis] verbum generale, & translationes quoque continet; nam a quo quid transfertur, huic adimi quoque necesse est. Unde etiam est, quod textus Noricus hunc titulum simpliciter [De ademptione legatorum,] inscriptum habeat. 3 [Translatio] verò legatorum in alterum collatio dicitur in eo 4 ab ademptione tantum distans, ꝙ hęc prior sit translatione; in tantum, quod translatio prorsus fieri nō possit, nisi præcedente ademptione; cum è conuerso ademptione facta non sit opus confestim translationem subsequi, quando testator adampta legata, vel retinere* [b] *potest. 5 Fit aūt tum translatio legati, cum testator id, quod alicui legaret, aut a persona in personam transfert, aut ab eo, qui dare iussus*

iussus est, transfert, vt alius det; aut cum rem pro re dare iubet: aut denique quod purè datum est, sub conditione transfert.

Ad textum.

1.2.3 *Legata quando ipso iure vel ope exceptionis adempta censeantur.*
4 *Ademptionem quibuscunque verbis reuocationem denotantibus fieri posse.*
5 *Nec refert, an subsequantur, vel præcedant legatum.*
6.10 *De translatione legatorum: & quomodo fiant.*
7 *Legatum eisdem conditionibus migrat in alium, quibus priori relictum fuerat.*
8 *Si eadem summa bis legetur eidem, vel diuersis, quid iuris sit.*
9 *Quid si eadem species diuersis legetur separatim?*

Ademptio legatorum *a* (siue eodem testamento adimantur, *b* siue codicillis) *c* firma est, *d* sed & si contrarijs verbis fiat ademptio: veluti si quis ita quid legauerit, illo lego: ita adimatur, non do, non lego; siue non contrarijs, sed alijs quibuscunque verbis. *e* Transferri quoque legatum ab alio ad alium *f* potest: veluti si quis ita dixerit hominem Stichum, quem Titio legaui, Seio do lego: siue in eodem testamēto, siue in codicillis hæc fecerit: quo casu simul & Titio adimi videtur, & Seio dari.

a Siue eodem testamento.] *Vel etiam in alio, quantumuis imperfecto; modo in hoc expresse auferatur, quod in priori erat relictum.*

b Siue codicillis.] *Siue etiam sine vlla scriptura; quia sola voluntas sufficit ad infirmanda* a *legata vel fideicommissa.* b

c Firma est.] 1 *Valet ergo ademptio legatorum siue ea in eodem testamento, siue in alio solenni & perfecto, siue in codicillis postea factis, siue et absq; scriptura adimantur, adeò quidem, vt ipso iure adempta censeantur. Accursius* b *tamen in codicillis dissentit volens in his legatata non ipso iure, sed exceptionis tantum ope adimi. Sed hoc Bar.* c *falsum esse docet, siue codicilli testō sint confirmati, siue non sint, nisi ab intestato facti essent: tunc enim confirmatio per aditionē hæreditatis venientiū ab intestato requiritur.* d *In hoc tamen est differentia, quod ademptione, in eodem testō contingente, adeo tollitur ipso iure legatum, vt iudex herede etiam tacente, legatum non deberi, pronunciare sit obnoxius, cum ipsi testamento insit admptio, nec possit* e *iudici non liquere.* 2 *At verò vbi legatum in alio testamento perfecto, vel codicillis ademptū est, licet ipso iure ademptio existat, non tamen aliter iudex secundum hæredem pronunciare tenetur, nisi heres exceptionem facti & intentionis proposuerit;* f *quia iudici eo casu potest non liquere.* 3 *Quod si ademptio in alio testamento minus solenni ac imperfecto fiat, legata non nisi exceptionis ope adimi, expressi iuris* g *est.*

d Sed etsi.] 4 *Ad legatorum ademptionem quæcunque verba legati reuocationem inferentia sufficere, Iustinianus hic docet.* 5 *Cui addendū, nihil referre, an ea verba legatum præcedāt, an subsequantur; voluntas enim adimere volentis paginam vtramque* h *facit; adeo quidem, vt satis sit, eam voluntatem vel nudis verbis sine scriptura duorum integrorum testium fide comprobare;* i *Potest etiam mutatæ voluntatis coniectura colligi ex varijs circumstantijs; veluti ex capitali simultate testatoris cum legatario, si non redierint in* k *gratiam: vel si legatarius testatore mortuo ante traditionem legati, eius vxorem viduam compresserit; quia legatum censebitur tacitè ademptum esse.* l

e Transferri.] 6 *Translatio legatorum & in testamento eodem vel posteriori, & in codicillis pōt fieri; quod textus satis explicat. Nam si, quod Titio legaui, Seio do lego, tacitè legatum Titio censeor ademisse. Quod procedit, etsi is, in quem transfertur legatum, eiusdem nō sit capax; cum hic defuncti voluntas eo ipso sortiatur effectum, quod se uelle adimere declarat: & hoc adimendum sufficit.* * *Sicq; non obstat quod vulgò dicitur,* [*non prestare impedimentum quod de iure non sortiatur effectum.*] m 7 *Cæterum si is, in quem legatum transfertur, ex testamento capere possit, tum semper legatum eisdem conditionibus migrat in ipsum, quibus priori fuerat relictum, nisi sit conditio, quæ priori personæ cohæserit.* n 8 *Illud quoq; addendum. Si quantitas eadem separatim duob. legetur, vt quia dicat testator,* [*Centum Titio lego, centum Seio lego;*] *geminata summa videtur, nec Titio quicquam adimendum erit. Sin verò eidem legata, puta, dixit testator:* [*Centum Titio lego,*] *& paulò post:* [*Centum Titio lego;*] *hoc casu summa multiplicata nō est, nisi id legatarius sensisse testatorem* o *probet, Ex diuerso hæres probabit non esse multiplicatam, si codicillis iterum legata sit; quod in eisdem tabulis errore bis idem scriptum magis credatur, quam in* p *diuersis.* 9 *Sed etsi species legata sit separatim duobus, si concurrant, partes faciant; deficiente altero pars alteri accrescet nec adempta alteri videbitur,* q *nisi probetur. Aliud enim est separatim duobus eandem rem legare,* [*Titio Sichum lego;*] *& deinde post in eodem testamento, vel in codicillis ad testamentum pertinentibus,* [*quem Titio legaui, Sempronio lego,*] *nouissima enim hic voluntas seruari* r *debet.*

f Potest] 10 *Paulus* s *quatuor modis trāslationē legati fieri scribit.* [*Aut enim à persona in persona transfer-*

a l. 18 si iure testa. de leg. 3.
b hic in glo.
c l. 1. si ita sit ad scriptum. de leg. 1.
d No in l. qui filio §. j. de iure codicill.
e Per ea q̄ not. l. vni. c. ut quæ desi. aduoc.
f Bar. in d. l. si ita sit descriptū.
g Bart. ibid.
h l. si mihi & tibi. §. vlti. de legat. 1.
i d. l. si iure test. de leg. 3. l. fideicōmiss. C. de fal. Ias. hic.
k l. 3. §. vlt. de adim leg. l. ex parte. eo. tit.
l Gl. & Dd. in d. l. fideicom.
* l. plane. §. 1. l. et si trāsferā. & l. legatum. hoc tit.
m c. nō prestat. de reg. iuris, in 6.
n l. legatum sub condōne. h. t. Platea hic.
o l. plane. de legat. 1.
p l. quinquaginta. de pbatio.
q l. si pluribus. de leg. 1. & d. l. plane. §. si eadem.
r l. translatio. in fi. hoc ipso. ti.
s d. l. translatio.

transfer-

trāsfertur:aut ab eo, qui dare iussus est, transfertur, vt alius det; aut cum res pro re datur, vt pro fundo decem aurei; aut quod purè datum est, transfertur sub conditione.]

DE LEGE FALCIDIA. Tit. XXII.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Lex Falcidia quando & a quo lata; & vnde dicta.*
3.4 *Error Dionis & Eusebij circa legem Falcidam.*
5 *Falcidia pro quadrante hæreditatis; & de alijs huius verbi acceptionibus.*

Quoniam] 1 *legis falcidiæ beneficio legata et* [a] *inuito testatore diminui contingit; ideo de ea post ademptionem legatorum iusto ordine subijcitur. Per hanc enim legem coarctata fuit antiqua illa legandi libertas constitutumque ne vltra dodrantem bonorum legaretur, quod tituli nostri principium abunde docebit.* 2 *Fuit autem huius legis, siue potius Plebiscitì, autor C. Falcidius, Tribunus plebis, Gn. Domitio & C. Asinio Coss. Octauij Augusti tempore, scilicet Anno ab vrbe condita 714. vt Cocceus Dion. lib. Rom. hist. 48. & Eusebius in suis Chronicis attestantur. Vnde et ab inuentore Falcidio, [Falcidia] dicta* [b] *est, quemadmodum & multa aliæ leges a suis autoribus denominationem habuere. Grauiter ergo hallucinantur, qui putant [Falcidiam] à falcando* [c] *dictam, quod falcet, hoc est, amputet legata: in quo errore Politiā* [d] *et, alioqui grauem autorem, fuisse constat. Porrò quibus verbis hæc lex lata sit quone sensu, Paulus in Pādectis refert. tametsi de eo inter quosdam humanioris literaturæ autores non satis conueniat.* 3 *Dion* [e] *et historicus scribit, eam sub Augusto latam, vt hæredibus scriptis liceret, si grauiter legatis onerati sint, quartā hæreditatis partem tenere: in hoc benè sensit. Quod autem mox adijcit, licuisse reliquum omittere, si in eo grauati essent, plenè falsum est.* [f] *Neque enim hæredi permittitur partem hæreditis omittere.* [g] *sed totam omnino agnoscere debet. licet deductio sibi de singulis rebus competat.* 4 *Eusebius verò Cæsariensis in Chronicis tradit, Falcidium tulisse legem, ne quis plus testamento legaret, quam vt quarta pars hæredibus superesset, si quatuor aut minus essent; sin autem plus quatuor, medietas. Verū huius medietatis nusquam alibi extat mentio nec quicquam ad rationem legis Falcidiæ pertinuit, quod testamento hæredes scripti essent; nam semissis ad legitimæ* [h] *rationem, quæ liberis iure naturæ debetur, pertinet, nec quicquam affinitatis cum Falcidia habet.* 5 *Hinc ergo Falcidia sæpe pro quadrante hæreditario passim ponitur, qui ab hærede, a quo supra dodrantē legatum fuit, retinetur; estq; hæc propria verbi significatio. Sed & pro ea portione verbum hoc vsurpatur, quam hæreditatem restituere rogatus hæres ex S. C.* [i] *retinet: ideoque & Falcidiæ commodum ea portio* [k] *dicitur Quarta, quę per legem Falcidiam* [l] *retinetur, Quinetiam portio liberis debita* [m] *appellatur.*

a l. pe. C. de pac. l. si totum. ad Treb. l. cum virum. C. de fidecom.
b c. quedam. 2. distin.
c Glo. hic. & in l. 1. eod. tit.
d l. filium quē habebat em. C. fam. ercis.
e dict. lib. 48. Rom. hist.
f Alc. lib. 4. Par. cap. 24.
g l. 1. & seq. de acq. her.
h Auth. nouissima. C. de inoffi. test. & §. si verò vltra. Nouell. de trient. & semiss.
i l. 1. §. inde Nerat 58. §. omnes ff. ad S. C. Treb.
k l. 2. in fi. si qs ali testamen. Prohib.
l l. 55. §. 1. ad S C. Treb.
m l. 1 §. vnde ff. de inoffi. testa. l. 21. C. eod. tit.

Princip. tit.

1 *Lex Falcidia duo habuit capita.*
2 *Contra naturam legatorum est, vt totum patrimonium exhauriant.*
3 *Verbum legassit in 12 tabulis. Portij opinio relata nu. 5.*
4.7.8 *Cessat in militum testamentis Falcidia; & quæ sit ratio.*
6 *Princeps conferens indigno, dispensat.*
9 *De lege Furia.*
10 *De lege Voconia, quæ legandi licentiam arctauit.*
11 *De alia lege Voconia, quæ de coercendis mulierum cohæreditatibus lata est.*
12.13 *Legis Falcidię dispositio: eiusdemque ratio: num. 15.*
14 *An liberi vt legitimam, ita & Falcidiam habeant.*
16 *Lex Falcidia habet etiam locum in fideicommissis singularibus, & mortis causa donationibus &c.*
17 *Quibus casibus non sit locus legi Falcidię.*

Superest, vt de lege Falcidia dispiciamus, *a* qua modus nouissime legatis inpositus est Cum enim olim lege xij. tabularum libera erat legandi potestas vt liceret *b* vel totum patrimonium legatis erogare (quippe cum ea lege ita cautum esset, *c* uti quisque legassit suæ rei, ita ius esto) uisum est, hanc legandi licentiam coarctare: idque ipsorum *d* testatorum gratia prouisum est, ob id, quod plerunque intestati moriebantur, recusantibus scriptis hæredibus, pro nullo *e* aut minimo lucro hæreditates adire. Et cum *f* super hoc tam *g* lex Furia, quàm *h* lex Voconia latæ sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur nouissime *i* lata est lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm *k* dodrantem totorum bonorum, id est, ut siue vnus hæres institutus sit, siue plures, apud eum eosue *l* pars quarta remaneat.

a In l. 1. ad l Fal. *a* *Qua modus.* 1 *Legis Falcidię duo fuisse capita, Paulus* [a] *scribit. eorūdemq; verba refert. Primo capite*

pite liberum legandi facultatem dedit, id est, datam declarauit, quoniam & antea lege 12. tab. data erat. Secundò capite modum legatorum constituit, his verbis: [Quicunque ciuis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantum cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare legare volet, ius que potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus, quàm quartam partem hæreditatis ex eo testamento hæredes capiant, &c.

b Vel totum patrimonium.] 2 Quod planè contra naturam legatorum erat, vt totum patrimonium consumerent, cum legatum non nihil ex hæreditate delibare, hoc est, diminuere, non autem vniuersum, quod hæredis futurum fuit, exhaurire debeat, quod & ex legati definitione constat, b quæ apud Florentinum I.C. extat.

c Vti quisque legassit.] Hoc est, quemadmodum vnusquisque deliberasset, ac decreuisset de re sua post mortem ad alium transferenda, ita pro iure seruandum fuerit. 3 Versus fuit duodecim tabular ū, in quo, legassit, antiquum verbum latissimam significationem habuit, sed interpretatione coangustatum est, vel legum aliarum, vel autoritate iura constituentium, ut Iab lenus c ait.

d Testatorum gratia.] 4 Hic scrupulum mouent interpretes. Nam si in testatorum gratia, ne intestati diem suum obeant, Falcidiæ detractio inducta est: cur in militum testamentis uoluit lex Falcidiam d cessare? Nec tollitur scrupulus, si dicas, Falcidiam contra testatoris uoluntatem e induci: nudam autem & simplicem militis uoluntatem f attendi. Quoniam illud etiam cogitandum est, in fauorem, & gratiā testantium (ut diximus) legem Falcidiam latam esse, ne scilicet intestati morerentur, quare eueniat, ut quod in militum gratiam constituit lex, ut scilicet plena, & integra ipsis legata præstentur, hoc in eorum grauissimum odium respectatur, contra iuris regulam. 5 Porcius retusis quorundam responsionibus tandem existimat, quod ex quo lex præcipit cessare Falcidiam in militum testamentis, iussisseque quoque intelligatur, ut hæres uelit nolit adeat hæreditatem. 6 Quemadmodum dicimus, principem conferendo scienter indigno magistratum, uideri etiam secum de incapacitate dispensare. 8 Nec est, quod timeat hæres ita compulsus adire quoniam non tenebitur ultra uires hæreditarias, sicque erit extra omne periculū. h Et quamuis Iason i Porcij solutionem impugnet; eius tamen argumento Decius k pater satis respondet. 7 Verum adhuc obstare uidetur, quod etsi nō teneatur hæres ultra substantiā hæreditatis, grauetur tamen alias multifariā. Nam præterq̄ quod legis Falcidiæ beneficiū amitteret, cogeretur lites excipere creditoribus respondere, accepta, & soluta rationibus referre aliisq; molestiis hæreditariis inuitus se implicare: quod maximè damnosum esse, nemo non intelligit. Militis autem priuilegium, ut aliud quodcunque ita interpretandum est, ut neminem lædat, alienūq. ius non minuat. l 8 Quare Corasij sententia m mihi non improbatur existimantis, ex quo lex disposuit in militum testamentis Falcidiam cessare: illud quoque noluisse, ut repudiante scripto hærede ob nullum, aut minimum lucrum hæreditatē, à substitutis cohæredibus, aut è uenientib. ab intestato, quibus ad extremū defertur hæreditas, n legata præstarentur: o ne deludatur defuncti militis iudicium, sed effectū habeat, cui rei lex Falcidia prospicere uoluit. Vnde cū non sit in testamento militis, aditio hæredis scripti necessaria, militib. maximè fauorabile est, & proficium, in eorum testamentis Falcidiæ locum non esse, quibus damnosum nullo pacto esse potest.

e Aut minimo lucro] Et sæpius magno dispendio: quia & æris alieni, & præstandi legati onus suscipere hæres, nondum inuento inuentarij beneficio, tenebatur.

f Super hoc] Hoc est, super arctanda legandi licentiā.

g Lex Furia.] 9 Theophilus lege Furia cautum fuisse scribit, nec cui plus, quàm χιλιονομίσματα, seu (vt tunc loquebantur) mille nummi legare possent; alioqui eius, quòd amplius legatum esset, quadruplum restitui. Meminit etiam Cicero in oratione pro L. Cor. Balbo, cuiusdam legis Furiæ de testamentis, eius tamen capita non explicat: & Caium Furium Trib. pleb. eam tulisse refert.

h Lex Voconia] 10 Cum lex Furia quotidie eluderetur, legando multis millenos aureos, Q. Voconius legem tulit, ne plus legatarius, quàm hæres haberet: quæ & ipsa euertebatur legando multis, ut Theophilus exemplis demonstrat. 11 Fuit & alia lex Voconia, Anno vrb. cond. 184. lata, Philippo, & Capione Coss. cuius Cicero in oratione in Verrem 6. & pro L. Cornelio Balbo, itemque in Philipp. meminit, quam utilissimam fuisse Gellius p tradit. [Quid] (inquit) utilius Plebiscito Voconio de coercendis mulierum cohæreditatibus?] Nam cum Q. Voconius, vel ut alij ipsum nominant, Volumnius Saxa Trib. Pleb. immensis largitionibus, quæ eo tempore interpretato quodam amore mulierib. fiebant, obuiam ire cupiens, legem tulisset ad populum, ne quis hæredem mulierem faceret. Caius deinde Voconius Aricinus idem Trib. Pleb. paulo amicior mulieribus ne ultra quadrantem ipsis legaretur duntaxat interdixit: præterquam si quis census esset, h. e. multam pecuniam, centum millia puta nummum, aut æris in possessione habens, quem non modo exteras fœminas, sed ne filiam etiam unicam hæredem facere uetuit. Quam legem ab authore Voconiam dictam uoce magna & bonis lateribus Cato LXV. annos natos apud Ciceronem. De senectute suasisse refert. Et de hac lege Iustinianum hic loqui, Alciatus, q Cantiuncula, r & Baldu. s censent: mihi uerò uidetur eam huc t non pertinere.

i Lata est.] A Falcidio Tribuno Plebis, Augusti temporibus, ut supra annotauimus.

k Dodrantem.] 12 Lex ergo Falcidia totū defuncti patrimoniū, in 12. uncias, siue partes diuisit, ve-

b l. legatū est. de leg. 1.
c l. uerba. de uer. signi.
d l. si post missionem. & l. ult. hoc tit. l. Marcell. §. quod autem. ad Treb. l. in test. a. c. de testa. milit. & l. in testam. c. ad l. Falci.
e l. Tina. h. tit. cap. Rain. de test.
f l. 1. de test. mil. l. quanquam. c. illo titulo.
g l. quidam cōsulebant. de re iud. l. item Vlp. §. fin. de exc. tut.
h d. l. in test. in fi. c. de test. mil.
i In additio. ad Porc.
k d. l. in testa.
l l. cum filius. de test. mil.
o nec. nec a-uus. c. de e-manc. liber.
m In l. filium quem c. fa-mil. hercis. in prælud. num. 29.
n Aut. hoc amplius. c. de fideicom.
o l. miles ita hæred. §. fi. de test. milit.
p li. 20. c. 1. eiusdem meminit et Pomp. Lætus in libello. de legib.
q li. Pareg. 5. cap. 24.
r in sua Paraph.
s Hic.
t Vt & Eguinarius hic ait & coras. in d. l. filium quem, in ante lud enim 14. e. fin. et cetera.

tuitque, ne cui ultra dodrantem, id est, nouem uncias totorum bonorum legare liceret, siue unus sit institutus hæres, siue plures: sed ut quadrans, hoc est, quarta pars bonorum apud hæredem maneret. u

l Pars quarta remaneat.] 13 Quod si testator hæreditatem suam ultra dodrantem legauerit, tunc hæres ex quolibet legato tantum pro rata portione detrahet, ut quadrans apud ipsum remaneat. Dixi [ex quolibet legato:] quia pluribus existẽtibus legatarijs, in una tantum re quadrantẽ retinere non liceret, x *sed ex singulis legatis pro rata deducere oportet. Nisi vel rei legatæ natura diuersum suadeat, ut quia commodam diuisionem non admittat, vel inter partes ita conueniat: vel quartæ nomine quippiam, quod satis sit, à testatore præscriptum fuerit: vel aliquid ab hærede vltrò ac sponte alienatum, in quo tamen ad iudicis recurri arbitrium* y *debet. 14 Cæterũ si hæres ex liberis* z *sit, tum primo legitimæ a natura debitæ rationem habet, quam ex tota hæreditate deducit: deinde ex his bonis, quæ supersunt, quartam Falcidiæ iure institutionis legatis detrahit,* a *idque secundum quantitatem legatorum; reliquum legatarijs cedit. Alij* b *tamen malunt liberos habere suam legitimam portionem pro Falcidia, sicut & Iustinianus eorum legitimam appellat Falcidiam:* c *nec posse eos vtrunque simul consequi in fraudem legatariorum, præsertim iure, quo nunc utimur. 15 Equidem ratio legis Falcidiæ fuit, quod hæredes ob nullum emolumentum, uel exiguum recusarent adire hæreditatem; quod in ijs, quibus querela de inofficioso datur, locum non habet, cum trientem, vel semissem hodie pro quarta necessario* d *habeant. 16 Neque uerò in legatis tantum locus est Falcidiæ, verum etiam in mortis causa donationibus;* e *in mortis causa capionibus,* f *in fideicommissis singularibus, atque ijs donationibus, quæ inter uiuos quidem fiunt,* g *sed morte confirmantur: quales sunt, quæ fiunt inter uirum, & uxorem, & inter patrem, ac filium. 17 Sunt tamen etiam casus, in quibus Falcidiæ locus non est, quos in unum ueluti fascem contrahere lubet. Igitur Falcidiam non retinet heres si inuentarium facere de more neglexerit,* h *quia præsumit lex, bona hæreditaria suffecisse; si testator uetet, hæredem Falcidia uti, quod olim facere non poterat; si portio natura debita* k *fuerit legata; si scienter, vel errore iuris soluamus* l *totum legatum; si miles legauerit;* m *si in pias causas legatum* n *sit: si testator uetet* o *alienari: si instrumenta huis legata* p *fiunt: si libertas* q *relicta sit; si dos vxori prælegata;* r *nam cum recidit hæreditas in fiscum, is Falcidiam* s *retinet.*

u l. 1. in pr. hoc ti. & per tex. hic.
x gl. l. 2. C. hoc tit. quę istud examinatur.
y vat. l. in quartã. h. ti & in l. Marcellus. §. res quę. ad Trebel.
z c. Rata. de test. not. in c. Raintius. e. uar. d. l. Marcel. §. r.
b Baldu. hic.
a Nouel. de immen. donat.
d Aut. de trien. te. & semiss.
e l. si mortis cã. C. hoc titu.
f l pe. hoc titu.
g l. m don. c. dicto ti. Fab. & Ang hic post gloss.
h § sed nostra. su. de hered. qua. & diff.
i Auth. sed cum test. C. eo. tit. l. sancimus. e. de inoffic. test.
l l. 2. c. hoc ti.
m l. in testõ, & l similes. ff. & c. eodem.
n §. si autem hęre. Aut. de Eccl. ti. Aut. similiter, c. eodẽ.
o Aut. sed m ea. c. eodem.
p l. si prædio. t. m. c. eodẽ.
q l. si seruus ti. tu. ff. eo. l. Papinianus. de inoffi. test.
r l. cum dotem. ff. eod.
s Aut. de hęr. & Falcid. col. 1.
a l. 77. in singulis. hoc titu.

§. Et cum quæsitum.

1 *Effectus huius §.*
2 *Hypothesis in hoc §. explicata.*
3. 4 *Dubitandi, decidendique ratio.*
5 *In singulis hæredibus ratio legis Falcidiæ computanda.*
6. 7 *Quod dicitur uni, uel pluribus hæredibus unam quartam sufficere, quomodo accipiendum.*

Et cum a quæsitum esset, duobus hæredibus institutis (ueluti Titio, & Seio) si Titij pars, aut tota exhausta sit legatis, q nominatim ab eo data sunt, aut supra modũ onerata: à Seio uerò, aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem eius dũtaxat in partem dimidiã diminuãt: an quia is quartã partem totius hæreditatis, aut amplius habet. Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut quartam partem suæ partis saluam habeat: placuit, posse retinere, b etenim c in singulis hęredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.

a Quæsitum est.] 1 Quod supra dixit, in deductione legis Falcidiæ non attendi numerum hæredum (siue enim unus, siue plures sint instituti, sufficit Quadrantis illis saluum, & integrũ esse) hoc præsenti loco sic accipiendum esse Imp. docet, quando simpliciter, & ab omnibus hæredib. legata relinquuntur. Nã si plurib. scriptis hæredibus testator unum tantum nominatim legatis supra modum onerauerit, cohæredibus, vel nullo legato, vel non ultra quartam grauatis: tum is solum Falcidia utetur, cuius portio, vel omnino legatis est exinanita, atque exhausta, vel certè ultra dodrantẽ a *onerata. 2 Fac ergo (ut ad §. nostri hypothesim perueniamus) hæreditatem esse CCCC. aureorum, testator instituit Titiũ, & Seiũ utrunque ex semisse, & legauit nominatim a Titio, iubẽs eũ dare Sempronio ducẽtos, vel CLXXX. à Seio verò nihil speciatim legauit, vel certè tantillũ legauit, quod semisses eius duntaxat in partem dimidiã maneret, sic ut adhuc ei fortè integri sint ducẽti, & amplius aurei. Testatore defuncto, Sempronius legatarius cum Titio agebat, integrum petẽs legatũ. At Titius cum exoluto legato nihil, vel vix sescuncem suæ partis esset habiturus reliquum, quartã partẽ ex suo semisse, hoc est, aureos L. volebat beneficio legis Falcidiæ deducere, ita quod Sẽpronius nõ plus, quã CL nomine legati esset habiturus. 3 Ex aduerso dicebat legatarius satis esse factũ a testatore legi Falcidiæ, cũ nõ ultra dodrãtem totius hæreditatis suæ legauerit. Præterea cum hac rõne potissimũ nitatur lex Falcidia,* b *ne testatoris uoluntas pereat, sed vt hærede adeunte hæreditatem, sustineatur: uidetur in nostra specie nõ esse locum Falcidiæ. Sufficit n. Scium adire, ita, quod testamentum pp adiectionẽ alterius cohæredis nõ adeuntis, nõ uideatur intercidere. Coorta e igitur hac quæstione responsum est, suę quęque partis, in qua hæres scriptus esset, quartã ex lege Falcidiæ retinere posse. Neq; iõ ergo, quod Seius integrum semissem habet, impedimento id erit Titio, quo minus*

b ut su. in prin. huius ti.
c propter Aut. sed cum testator. c. hoc titulo.

qua-

quadrantem suæ institutionis retineat. 4 *Nec obstat, quod de Falcidiæ introducendæ ratione hic cessante obiectum est: ob id enim Titio licet quoque deducere, ut seruetur testatoris uoluntas eo modo, quo expressim disposuit. Id autem, quia nominatim Falcidiam non probibuit, satis utique intellexit, leges in suo testamento locum* [d] *habituras.*

b *Etenim in singulis.*] *Idque & ante Iustinianum* [e] *Caius quoque respondit.* 5 *Colligenda ergo hinc regula est, [In singulis hæredibus rationem legis Falcidiæ ponendam esse:] quod* [f] *& in substitutis heredibus locum habet.* 6 *Per quod mitigandum est id, quod Imperator supra dixit, [uni aut pluribus heredibus quadrantem unum totius patrimonij sufficere;] ut procedat, si legata simpliciter, aut ab omnibus relicta sint, aliud certè, si unus duntaxat grauetur nominatim; is enim quartam eius portionis, ex qua institutus est,* 8 *retinere non prohibetur.* 7 *Ceterum quod hic de singulis hæredibus dicitur, non est trahendum ad singulas portiones hæreditarias; quæ si ex substitutione, vel iure accrescendi in eundem concurrant, ita confunduntur, ut simul omnia bona hereditaria spectentur, an legatis paria sint. Itaque si libera aliqua portio, nullisque legatis onerata alteri accedat portioni ultra modum granatæ, prodest legatarijs huiuscemodi* [h] *accessio; neque iniuria, quandoquidem is, cui portio non granata obtigit, lucrum sentit; non mirum ergo, si legatorum contributioni* [i] *subijciatur. Aliud est, si granata portio liberæ, aut non granatæ accederet; quia nihil hoc commodabit legatarijs,* [k] *cum nulla fiat portionum conclusio, sed separatim considerentur singulæ.*

a *In singu. hæred.*] *Diuisim scilicet, & nominatim ultra modum oneratis, alioquin si coniunctim, ac confusè onerentur, non est separata singulorum ratio.*

d arg. l. nemo potest. de le. 1. & l. quidã, de uerb. ob.
e d. l. i singulis.
f l. is, q quadringẽta, de vulg.
g gl. hic verbo retinere. narr. Ang. & Imo. l. in quartam, hoc ti. & Platea hic.
h l. quod si alterutro. h. tit.
i vide Bar. l. qui fundum. S. cohær. hoc ipso titu.
k l. 1. S. si cohæredis. & d. l. q si alterutr, hoc titu.

§ Quantitas.

1 *In ratione legis Falcidiæ, quantitas patrimonij morte testatoris spectanda.*
2 *Et quæ sit ratio.*
3 *In legato conditionali, uel rei alienæ: non inspicitur in Falcidia tempus mortis testatoris.*
4 *Fructus quando in Falcidiam ueniant.*

a Quantitas autem *b* patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, *c* mortis tempore spectatur. Itaque (uerbi gratia) si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit, *d* nihil legatarijs prodest, si ante aditam hereditatem per seruos hereditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hæreditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hereditatis habiturus sit; sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis *e* detrahatur. Ex diuerso, si LXXV. legauerit, & ante aditam hæreditatem in tantum *f* decreuerint bona (incendijs fortè, aut naufragijs, aut morte seruorum) ut non amplius, quam LXXV. aureorum substantia, vel etiam minus relinquatur: solida legata debentur. Nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est *g* non adire hæreditatem, quæ res efficit, ut sit necesse legatarijs, ne *h* destituto testamento nihil consequantur, cum hærede in portione pacisci.

a *Quantitas.*] *Imperator ex* [a] *Caio iurisconsulto hic refert, quodnam tempus in ratione legis Falcidiæ circa quantitatẽ rerum hereditariarum considerari debeat: an mortis testatoris, vel aditæ hereditatis?* 1 *Et respondet eam quantitatem, quæ mortuo testatore extat, spectandam esse: nec referre, si postea inter mortem & aditam hæreditatem quicquam tali quantitati, vel accesserit, uel etiam decesserit, heredi enim non legatarijs decessisse, uel accessisse intelligetur, quod exemplis latius illustrat Iustinianus.* 2 *Hoc autem ista ratione sic responsum esse* [b] *Iason scribit, quod cum regulariter legata cadant à morte* [c] *testatoris, lege autem Falcidia recensentur legata ipso iure, facile colligitur, tempus mortis testatoris in Falcidia spectandum esse. Tum enim, si aliàs casura essent legata, simul et uel consistunt, vel* [d] *ipso iure cadũt, aut resecantur.* 3 *Unde consequitur in legato conditionali,* [e] *vel rei alienæ, quod non cedit a morte testatoris, in ratione legis Falcidiæ non inspici tempus mortis; sed aditæ hæreditatis, atque ita* [f] *Marcelli responsum Iason accipiendum esse censet, aliàs difficile, & intricatum,* 4 *Ex prædictis & illud quoque consectarium est fructus iacente post defunctum testatorem hæreditate perceptos, in falcidiam non computari: nisi aliud disposuerit* [g] *testator, aut fructus mortis tempore fint sati, quia pars rei tunc* [h] *habentur: aut si testatoris iudicio percipiantur ex re, quam* [i] *legauit.*

b *Patrimonij*] *Rerum hereditariarum, quæ ipsius testatoris fuerunt: secus est in nominibus* [k] *hæreditarijs: quia sufficit ea soluendo fuisse mortis tempore, licet postea esse desierint. Quod si mortis tempore non erant, postea autem extiterint, id quoque legatarijs proficet; quoniam & mortis tempore suberat quædam spei melioris* [l] *huius fortunæ.*

c *Mortis tempore.*] *Quo tempore legata quoque cedunt.*

d *Nihil legatarijs prodest.*] *Nec etiam nocet, si quod damnum contingat.*

e *Detrahatur.*] *Quoniam omne commodum, & incommodum hæreditatis ad heredem pertinet, non ad legatarios.*

a l. in quãtitate h. titu. ss. l. in ratione. co. t.
b hic i addita. ad fore.
c l. 1. S. cum igitur. c. de cad. tol. & l. a Titio. de fur.
d dixi su. ad initium huius ti. l. lin tam. ff. hoc titu.
e gl. in l. Papinianus. ff. de feru gl. l. si her. seruus. de leg. 1.
f in l cum quo de peculio. h. tit. ibi Bar. & Ang. hic.
g l. quod autẽ. ff. eod. ti.
h l. in lege Falcidia, hoc. ti. & l. fructus. de rei uendi.
i l. Paulus. S. 1. quod de bo. S fruct. ff. h. t.
k propter d. l. cum quo. ub Bar.
l l. si defunctus. C. arbit. tut.

f Decre-

m §. si res leg. sup de legat. n d.l. in ratione. i. §. diligenter. o l. damnum. de reg.iur.lib. sexto.

f Decreuerint bona.] *Quæ scilicet in genere legata sunt. Nam si species, id est, res aliqua certa legata fuerit, & sine ulla culpa, vel mora heredis perierit, legatario perire censetur, nec hæres ei quicquam debet; quod* [m] *ulibi annotauimus, & diligenter animaduertendum esse in legis Falcidiæ ratione* [n] *Mæcianus commouet; cuius responsi collatio ad hunc §. non parum confert.*

g Non adire hered.] *Neque enim ea res debet alicui uideri damno esse, quam uolens fecerit.* [o]

h Destituto test.] *Nullo scilicet hærede adire uolente.*

§ Cum autem.

1 *In Falcidia retinenda æs alienum non computatur.*
2 *Nec funerales impensæ.*
3 *Funeris appellatione quid ueniat.*
4 *Precia seruorum testamento manumissorum in Falcidia non computantur.*
5 *Quomodo Falcidiæ computatio ineunda.*
6 *Quandoque bina deductio fit in Falcidia.*
7 *An Falcidia, quæ non detrahitur de legato pio, alia legata aggrauet.*

a l. subsignatū. §. bona. de ver. sig. l. 3. §. ult. h. titu. l. in imponenda, C. eodem. b l. qui fundū. §. si quis hæredē. hoc tit. l. irritum. C. eodem. c l. 1 §. si debitori. & l. quod autem hoc titu. & vide cātiune hic latius hoc declarantem. d l. Papinianus. §. quarta autem. de inof. test. e l. pen. de relig. & sump. fun. f in l. 1. uers. op. 4 sol. mat. g l. at si quis. §. 1. de reli. h l. funeris. hoc titu. i l. in impenenda. hoc titu. k l. 1. §. de impensa. l. nec amplius. hoc titu. l. Pap. §. omnium autem quarta. de inof. test. l. etsi quis. §. æquum. de relig. l gl. d. l. j. § fin. m Vide ci. li 2. de leg. ad filium. Plin. li. 35. ca. 2. Budæ. l. quicunque. de insti. to. n gl. hic verbo, seruorum. o Ang. & Ias. hic.

[a] Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur [b] æs alienum, item [c] funeris impensa, & [d] precia seruorum manumissorum: tunc demum [e] in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud hæredem remaneat; tres verò partes [f] inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione, quod cuique eorum legatum fuerit. [g] Itaque si fingamus CCCC. aureos legatos esse, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse: [h] quarta pars legatarijs singulis debet detrahi. Quod si [i] trecentos quinquaginta legatos fingamus: [k] octaua debet detrahi. Quod si quingentos legauerit: [l] initio [m] quinta, [n] deinde quarta detrahi debet. Ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

a Cum autem] *Hoc §. exponit Iustinianus, quæ bona testatoris in Falcidiæ retinendæ ratione computari, uel non debeant, & quomodo ratio legis Falcidiæ, id est, computatio sit ineunda.*

b Aes alienum.] 1 *Primo ergo in ponenda ratione legis Falcidiæ deducitur æs alienum: ob id certè, quia bona cuiusque ea intelliguntur, quæ deducto ære alieno* [a] *supersunt. Quo in numero etiam ponendum est, si quid ei testator debuerit, quem hæredem* [b] *instituit: sicuti si debitor creditori hæres existat, & confusione liberetur, tamen locupletiorem hæreditatem percipere uidetur, adeoque ei quo minus Falcidia fruatur, computandum erit* [c] *quod debuit.*

c Funeris impensa] 2 *Secundò in Falcidiam non computantur funeris impensæ,* [d] *quæ adeò æri alieno comparantur, ut etiam omne creditum præcedere debeant quando hæreditas* [e] *soluendo non est. Addit Bartolus* [f] *eas doti uxoris præferri: multomagis ergo legatis. Sanctius enim est, de suo testatorem funerari, quam aliquos legata* [g] *consequi.* 5 *Funeris autem appellatione uenire debet, quicquid corporis causa, antequam defunctus sepeliatur,* [h] *consumptum est. Marcellus* [i] *in funeris impensum intelligit non omnem funeris pompam, sed illud duntaxat, quod funeris causa, uique udrò pro testatoris dignitate, rebusque insumptum est. nam monumenti impensa saltem necessaria, & modica Falcidiam* [k] *effugit; ea tamen res omnis arbitrio iudicis relinquenda* [l] *est. Equidem nec ueteres Mausolæa illa sepulcrorum, atque immodicos funerum sumptus, è repub esse censuerunt* [m] *quare inter alia lege XII. tabul. cauerunt, [Ne quis alcia monumentum poliret, neue in urbe poneret;] sic fortè rati, ut sumptus illi inanes cenotaphiorum tandem minuerentur, modumque inuenirent.*

d Precia seruorum.] 4 *Precia quoque pro seruis manumittendis relicta Falcidiam effugiunt, siue hi expressa testatoris uoluntate, siue tacita iuris potestate manumittendi* [n] *sint, idque fauore libertatis.*

e In reliquo.] *Scilicet patrimonio defuncti.*

f Inter legatarios distribuantur.] *Non habita ratione, utrum prius, aut posterius legatum* [o] *sit.*

g Itaque si fingamus.] *Tribus exemplis illustrat, quod de computatione Falcidiæ dixit.* 5 *Aut enim testator tantum legauit, quantum in bonis habuit; & tunc quarta pars suæ partis singulis erit duntaxat detrahenda. Aut minus legatum est, quàm in patrimonio reliquit, supra dodrantem tamen; & tum pro rata singulis defalcandum erit, dum quarta hæredi retinenda efficiatur. Aut denique plus legatis erogauit, quam habuit in bonis tempore mortis, ea specie ita ratio legis Falcidiæ initur, ut quantitati legatæ, aut æstimationi rerum legatarum detrahatur primum omnium id, quod excedit patrimonium: deinde singulis legatarijs quarta pars suæ partis institutionis auferatur.*

h Quarta pars.] *Nempè centum aurei pro rata cuiusque.*

i Trecentos quinquaginta.] *Testatore relinquente quadringentos.*

K Octaua] *Nempè quinquaginta: quæ pars octaua ad alteram octauam, quam hæres ex testamento habet, beneficio legis Falcidiæ coniunctu, efficiet, ut hæres suum quadrantem integrum percipiat.*

l Initio quinta.] 6 *Et sic bina deductione opus est, quãdo testator ultra sui patrimonij uires legauit. Fit*

autem

autem prima deductio non quidem per legem Falcidiam, quæ tantum ad legato dodrantem excedentia in- intra tamen facultates prospexit: sed per legem 12. tabul. quæ ea duntaxat legata confirmauit, quæ relinquuntur è re sua, non item ultra substantiam. Dicebat enim lex illa; [Vti quisq; suæ rei legassit, ita ius esto,] hoc est, uti statuerit, siue decreuerit.

m Quinta.] Etiam de legatis Falcidiæ non p obnoxijs, ut sunt legata ad pias causas destinata, & si q quę sunt his similia, sicque hac prima deductione reditur ad patrimonij quantitatem. 7 Illud in controuersiam trahitur, an Falcidia, quę non deducitur de legato pio, alioue consimili Falcidię non subiecto, aggrauet alia legata, ita quod de alijs eo plus detrahendum sit? Et siquidem uni atq; eidē duo legata relicta sint, quorum alterum Falcidię subsit, alterum non item, uerum est, a legato defalcabili fieri deductionem utriusque legati nomine. 5 Sin uerò pluribus legatarijs relicta sint, ipsis huiusmodi legatorum Falcidiam effugentium libertatem non obesse, uerius est.

n Deinde quarta.] Supputatione facta de singulis legatis Falcidiæ subiectis, atque ita hæredi quadrans totius hęreditatis remanebit saluus, & hęc est secunda deductio.

p Bar. l. si post missionē. hoc tit.

q uid. gl. l. test. c. h. tit.

r atq. ita contra Bar communiter obtinuit per gl. Aut. similit. c. h. tit. Ang. hic.

DE FIDEICOM. HAERED. TIT. XXIII.

1 Substitutio directa, & fideicommissaria, quomodo differant.
2 Item hæres fideicommissarias, & fiduciarias.
3 Fideicommissaria substitutio proprie non est substitutio.
4 Verbum substituendi dupliciter accipi.
5 Duplex fideicommissum, uniuersale & singulare.
6 Defensus ordo huius tituli.

Hactenus] de hęreditatibus, directo tam instituendo, quam substituendo relictis, pertractatum est; modò de hæreditatibus quæ per fideicommissum, & sic uia obliqua relinquuntur, subijcitur. 1 Diximus aūt alibi, a summam seu præcipuam substitutionum diuisionem esse, quòd alia sit directa, alia obliqua seu fideicommissaria. Directa quidem est, quando testator vult hæredem substitutum ab ipso testatore capere immediatè, & non ministerio b alterius. Obliqua uerò est, quando testator vult substitutum non capere immediatè ab ipso testatore, sed ex manu alterius: puta quia uno instituto, eum grauat alij restituere, & tunc ille substitutus capit ab hærede, non à testatore, licet dicatur c succedere testatori. 2 Et is quidem, cui ex fideicōmisso restituenda est hæreditas, [fideicommissarius] alter verò, qui fideicommisso grauatus est, [fiduciarius hæres,] d dicitur; sicut & ipsa hæreditas fideicommissaria ab Vlpiano [e fiduciaria] appellatur. Hoc ergo titulo de obliqua seu fideicommissaria substitutione tractatur. Quod cum ita sit, mirum uideri pōt, cur Imp. hunc titulum potius de fideicommissarijs hæreditatibus, quàm de fideicommissaria substitutione inscribere voluerit? 3 Sed est hoc ideo, quoniam hæc propriè & strictè, non est substitutio, id est, secunda institutio, seu quoddam fideicommissum: idq; f Doctores communiori calculo probant, multisq; argumētis aduersus Alexandrū & Socinū Bellonus g nouissimè defendit. 4 Equidem si uerbum illud ([substituo] vel [substitutio]) considerare velimus quo ad sui significatum & deriuationem, (quo casu nihil aliud est, quàm sub aliquo præcedenti quid statuere & ordinare) tunc fideicommissum rectè dicetur substitutio. Est enim quoddā statutū, & ordinatio testatoris facta sub præcedenti institutione, seu præcedenti uolūtate, quā do fit ab intestato. Habent namq; uenientes ab intestato, tacitā uoluntatē defuncti. h Sic iudex quoq; dicitur iudici i substitui. Sin uerò uerba illa restringantur ad hæredum k institutiones (quo casu nihil aliud est substitutio, quam institutio, facta sub alia institutione) tunc fideicommissum propriè non dicetur substitutio non. n fideicommissarius primò, nec secundò institutus est, sed alius manu fideicommissarius debet hæreditatem accipere. 5 Porrò ad rem quod attinet, fideicommissorum alia sunt [vniuersalia,] hoc est, ad hæreditatem spectantia, quibus totum patrimonium, siue partem hæres alij restituere roga Alia [singularia,] cum testator hæredem rogat, uel eius fidei committit, rem aliquam singularem siue particularem in specie, uel quantitate consistentem restituere alteri. 6 Quanquam autem Imp. l spopondit, inter cætera, se post legatorum explicationem de singularibus fideicommissis tractaturum, tamen hoc titulo, de uniuersalibus, tanquam dignioribus præmittere voluit. Sic enim & ante legata, de hæreditatib. directo relictis, supra m quoque disseruit, quod uniuersitatis prior, potiorque sit ratio.

a supr. de uulg. sub. in Rubr.

b l. si ager. de rei uend.

c l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulg.

d l. si postulaote ad si ad Treb.

e l. certu cōdictio si cer. pet.

f in Rub. d' vul. & pup. & c. eod.

g li. 3. Supput. c. 19.

h l. cōficiuntur, d' iure cod. fa. §. sed si gregis su. de re diui. l. uel inutilis cum l. seq. de usuf.

i l. pen. iud. sol.

K ut in l. 1. de vulg.

l sup de legat. in prin.

m §. si. supra per quas gl. nob. acq.

Princip. tit.

1 Quo tempore fideicommissa cœperint.
2 Hodie quibus directo non potest relinqui, nec per fideicommissum licet.
3 Quando dicatur quis in fraudem iuris accommodare fidem.
4 Hæres fideicommisso grauatus, an olim saltem naturaliter obligatus fuerit, distinctione explicatur.

5 Diuus

5 *Diuus Augustus fideicommissa ad necessitatem iuris primus retraxit.*
6 *Fideicommissa an & quomodo olim, quomodo item hodie peti possint, & nu. 7 8.*
9 *Quæ actiones hodie pro fideicommissis uniuersalibus dentur, & nu. 11. 12. & 13.*
10 *Tribus modis restitutionem fideicommissi.*
15 *De prætorijs fideicommissarijs.*

Nunc transeamus ad fideicommissa, sed prius est, ut de hæreditatibus, fideicommissarijs uideamus Sciẽdum itaque est, omnia fideicommissa *a* primis temporibus infirma fuisse, quia nemo inuitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem uel legata *b* relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant hæreditatem. Et ideo fideicommissa appellata sunt, *c* quia nullo uinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabãtur, continebantur. Postea *d* diuus Augustus primus, semel iterumq; gratia personarum motus, uel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem *e* quorundam perfidiam, *f* iussit. Consulibus autoritatem suam interponere. Quod quia iustum uidebatur, & *g* populare erat, paulatim conuersum est *h* in assiduam iurisdictionem, tantusq; eorum fauor factus est, ut paulatim etiam *i* Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant.

a Primis temporib.] 1 *Nempe ante legem 12. tabul. Fideicõmissa enim sub Numa Pompilio viguisse verisimile est, quando tum maximam fuisse* [a] *fidei religionem constat. Quanquam autem magna esset apud veteres fidei vis, adeo ut huic templum Romæ erectum fuerit, tamen reperiebantur & tum peruersi, adeoque perfidi homines, qui fidem fallere ac ultimam testatoris uoluntatem fraudare, spe impunitatis nõ verebantur, & facile contemnebant officium, ad quod se non* [b] *posse ullo iudicis officio, nec actionis formula compelli intellegibant*

b Relinquere] *Puta spurijs, incestuosis, deportatis, uel cæteris incapacibus personis, quibus de iure ultra alimenta uel dotẽ de paternis bonis nihil* [c] *debetur.* 2 *Hodie tamen hoc immutatum est, statutũq;* [d] *ut quibus non potest directò aliquid relinqui nec per fideicommissum liceat. Quod adeo uerum est, ut si hæres fraudem iuris ultra fidem suam accommodari tacito fideicommisso, indignus censeatur hæreditate, in qua fraudem adhibuit, eaq; fisco applicetur.* 3 *Dicitur autem in fraudem iuris fidem accommodasse, qui uel id quod relinquitur uel aliud tacitè promittit restituere se personæ, quæ legibus ex testamento capere uetatur, siue chirographum eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione* [o] *repromiserit.*

c Quia nullo uinculo] *Id est nulla obligatione a iure ciuili approbata nam obligatio* [f] *est uinculum iuris, ubi autem non adest iuris vinculum, & ciuilis obligatio, res non habet* [g] *exactionem.* 4 *Sed an hæres hoc iure naturaliter saltem obligabatur restituere? quod si est, tametsi ab eo exigi non poterat, soluens tamen indebito repetere* [h] *nequibat Hanc dubitationem Belionus sic dissoluit, ut distinguendum censeat inter relicta personis capacibus, & inter relicta ijs, qui legibus ex testamento capere prohibentur. Hoc enim casu, siquidem tales sint incapaces, quibus ne* [i] *relinquatur, lex resistit, tunc non oritur, ne naturalis quidem* [k] *obligatio Siu uerò tales sint, quibus lex neque resistat, neque etiam assistat, ut in* [l] *deportato, tunc nascitur obligatio naturalis. Altera uerò specie cõstat, indistinctè oriri naturalem obligationem; propterea quod etsi lex non reciperet huiusmodi fideicommissa, tamen non etiam resistebat, quo minus relinquerentur. Et hoc uidetur Imp. hic innuere, dum dicit, [quod pudore tenebantur restituere.] &c nullus enim esset pudor, fideicommissa non præstare, nisi saltem adesset naturalis obligatio: quoniam de iure naturæ est, fidem non* [m] *fallere, & pudor qui hic consideratur, erat in fallendo fidem.*

d Diuus Augustus.] 5 *Dixit unde cœperint fideicommissa, nunc quemadmodum D. Octauij Augusti opere ad necessitatem iuris retracta sint, & in assiduam ordinariamq; iurisdictionem conuersa, edisserit. Sane D. Augustum ultrò paruisset fideicommisso L. Lentuli in Africa decedentis, eiusq; uoluntatem implesse, Iustinianus sequenti titulo* [n] *refert.*

e Quorundam] *Rogatorum restituere.*

f Iussit] 6 *Ergo nullo adhuc certo actionis uinculo continebantur fideicommissa D. Augusti temporib. sed pendebant a mero iudicis* [o] *officio, quod deficiẽtis actionis loco inuocari solet ex bono & æquo Hincq; Ulpianus* [p] *ait, Extraordinarias appellari fideicommissorum persecutiones, quæ scilicet non habent iuris ordinarij executionem.* 7 *Sanè primis illis temporibus ante Augustum fideicommissa nec iure actionis, nec officio iudicis peti ualebant, quoniam nullo iuris uinculo continebantur.* 8 *Verũ hodie ex Iustiniani* [q] *constitutione introducta est certa actio tam personalis, quam hypothecaria, pro fideicommissis etiam uniuersalib. consequendis sed & realem quoq, dari aiũt quod Iason* [r] *post alios late examinat.* 9 *Circa hoc tamẽ, ut quid certi habeamus, tria sunt consideranda* [s] *tẽpora, primũ est ante aditam hæreditatẽ, alterum post aditionem hæreditatis, ante tamen factam restitutionem: tertium post factam restitutionem. Quo ad primum sine controuersia est, quod ante aditam hæreditatem nulla fideicommissario competat actio, sed tantum officium iudicis ad cogendum heredem* [t] *adire Quo ad secundum tempus, certũ est concedi personalem actionem, ut cogatur heres a fideicommissario, quando sponte adijt, quando uerò coactus, tunc etiam officium iudicis* [u] *datur. Realis uero actio non conceditur, quia supponit dominium ex persona* [x] *agentis;*

sed

a eantiunc. hic.
b Fab. Plat. Porcu & Ias. hic.
c §. cum haberet de eo qui du. in ma. quam pri pos, per adul. & plene Bart. l. fin de hic qui ut in dig.
d l. oib. l. seq. ad Tre. l. si quid relictum, l. ciuitatib. & leg. 2. l. hær. c. de hær. inst.
e l. in fraudẽ, de his qui. ut in dig. Bald. hic.
f §. 1. inf. de ob.
g d. §. 1. Bello. hic.
h l. hoc iure, §. pen. de do. l. Iulianus, de cond. indeb.
i l. Manichæos. c. de hęre. & Man. l. c. de nat. lib.
k l. si non sortẽ. in prin. de cõdi. indeb. Bar. l. cum lex, de fideiuss.
l l. 1. c. de hære. insti. Bar. d. l. cum lex, nu. 6. & 7.
m l. 1. de pac. l. 1. de const. pec.
n inf. de codici. in prin.
o Ias. hic ad Por.
p l. pecuniæ uerbum §. actionis. de uer. si.
q l. 1. c. com. de leg.
r hic ad Porc. & in Rub. ff. hoc ti. & l. certi cõdito in fin. si cert. pet.
s Bello. hic n. 9.
t no. gl. l. & siue scriptura, c. eod. l. si legatus. ibi glo. & Bar. h. ti.
u Bar. d. l. legat.
x l. in rẽ de rei uen. Bart. l. 1. de leg. 2.

sed fideicommißarius non habet ullum ius in rebus hæreditarijs ante factam y restitutionem. Licet secus sit in singularibus fideicommissis, ubi ante traditionem competit rei uendicatio: sed bocideò est, quia in his statia à morte testatoris fictè, ab hæreditatis aditione uerè transit z dominium. Hypothecariã tamen concedi fideicommissario a crediderim, eamque hoc casu maximè necessariam esse propter tertios possessores, cum realis intendi non possit. Neq; tamen hæc hypothecaria ulterius se extendit, quam personalis, daturque tantum contra bona relicta a testatore, non etiam contra bona b heredis. Venio ad tertium tempus, post factam restitutionem. 10 Et hic sciendum, tribus modis restitutionem fieri, verbo, re, & patientia. Si solo verbo facta sit, licet plerique c vacillent, an sit translatum dominium: Bellonus tamen translatũ d putat per solã uerbalem restitutionẽ. 11 Et hoc casu datur fideicõmißario aduersus heredem personalis actio, cum tantum sit dominus de iure e ciuili, nec adprehenderit abuc possessionem bonorum: aliâs esset effectus dominus iure gentium, ideoque cessaret hæc actio, cum personalis, ei, qui est dominus per modum iuris f gentium non detur. Realem pariter hoc casu fideicommißario permitti constat, si tamen verum est, eum per solam uerbalem restitutionem effectum eße dominum. Item & hypothecariam, cum regulletur secundum actionem g personalem, quam fideicommißario competere supra diximus. 12 Addit Iason, fideicommissariam quoque hæreditatis petitionem ipsi concedi: quod verum est, respectu aliorum possessorum, quàm heredis, sed hoc nihil ad presentem dispositionem: quia nos loquimur de actionibus competentibus fideicommisario contra hæredem, aduersus quem hæ non h dantur 13 Porrò si restitutio facta fuit re, personalis actio exerceri nequit, quia fideicommißarius effectus est omni iure i dominus. Realem uerò ei dari Iason censet: quod Bellonus rectè impugnat, ad quid enim actione in rem opus est facta reali restitutione? contra heredem certe intendi non potest, qui persoluit, quod debebat, id est, qui restituit, quod ex fideicommisso iussus erat. Quod si post restitutionem res aliqua perueniat ad hæredem, tunc aduersus ipsum agi poterit, tanquam aduersus quemcunque non tanquam contra heredem. Nec obstat, quod hæc actio detur, si uerbo facta sit restitutio: quoniam ibi hæres adhuc possidebat res hæreditarias, hic autem fideicommissario facta est realis restitutio. Sed nec hypothecaria hoc casu exerceri potest, nam cum hæres persoluerit, quod debebat, hoc est, restituerit, dissoluitur k pignus. Et fuit hæc hypotheca inducta, ut uoluntati testatoris l satisfieret. cum ergo satisfactum sit, cessat hypotheca. 14 Sin verò restitutio facta est patientia, ut quia hæres passus sit fideicommißarium possidere res aliquas animo restituendi (quod in dubio m præsumitur) tunc ea omnia obtinent, quæ in reali restitutione diximus, quia hoc casu patientia habetur loco n traditionis, & perinde est, atque si verè, & realiter fuißet o facta traditio.

g *Populare erat.] Populo expediens, & utile, ut scilicet quibus directò non poterat relinqui, per fideicommisum p liceret.*

h *In assiduam.] Ut scilicet assiduè de hoc ius redderetur, sicque in ordinariam iurisdictionem hæc res abijt, conuersaque est.*

i *Prætor proprius.] 15 Refert q Pomponius, a D. Claudio Cæsare duos Prætores fuisse creatos, qui de fideicommissis intra vrbem ius dicerent, additque in eius uita Suet. r Tranquillus, eundem Imperatorem hanc postea iurisdictionem, quę quotannis, & tantum intra urbem delegabatur, in perpetuum, atque etiam per prouincias demandaße potestatibus. Postea Titius Imp. ex illis duobus prætoribus fideicommissarijs unum detraxit, sicque unus tantum remansit proprius Prætor fideicommissarius, cuius passim s in iure nostro fit mentio.*

y l. facta hoc ti. z l. a Titio. de fur. l. 1. §. 2. ibi gl. uer. cedere c. de cad. toll. a d. l. 1. c. com. de leg. in fin. b d. l. 1. c. eod. c Ias. hic. d hic nu. 11. qui multa iura al legat. e sicut & legat. & fideic. part. d. l. a Titio. f §. sic itaq; cum ibi not. inst. de actio. g d. l. 1. c. cõ. de leg. in fin. h l. 6. de fideic. hær. petit. i d. §. sic itaque. k l. si cum uendi tor. de euict. l l. 2. c. com. de leg. m Bart. & alii. l. restituta, h. ti. n gl. d. l. restituta & ibi Ale. o §. per traditionem, iũcto, §. interdum, in. de rer. diuis. p sup in prin. tit. q l. 2. §. post deinde. D. Clau. de orig. iur. r cap. 23. s l. 2. c. qui pot. in pig. hab. l. quęsitũ, § pe. ff. de leg. 3. l. 4. in fi ff qui. ad libe. & l. si cuti legatũ. de cond. & dem.

§. In primis.

1 *Fideicommißum in testamento relictum non ualet, si careat heredis institutione, fallit, num. 2.*
3 *Fideicommissum potest etiam in codicillis & ab intestato relinqui.*
4 *Sed etsi inutili testamento ascripta sit clausula codicillaris, fideicommissum ualet.*
5 *Potest etiam in donatione causa mortis fideicommitti.*
6 *Potest non solum tota hæreditas, sed etiam pars fideicommisso relinqui.*
7.8 *Fideicommissum dari potest sub conditione, item ex die, & ad diem.*
9 *Quare heres ex die non possit institui.*

a In primis igitur sciendum est, b opus esse, ut aliquis recto iure testamento hæres instituatur, eiusque fidei committatur, ut eam hæreditatem alii restituat; alioqui inutile est testamentum, in quo nemo hæres instituitur. Cum igitur aliquis scripserit, c Lucius Titius hæres esto: potest adiicere, rogo te Luci Titii, ut cum primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas restituas. Potest autem quisque, & de parte restituenda hæredem rogare. Et liberum est, uel pure, uel e sub conditione relinquere fideicommissum, f uel ex certo die.

a *In primis.] Explicata fideicommissorum origine, ea quomodo relinqui ualeant, subiungit.*

b *Opus esse.] 1 Nempe, quando quis vult testamento relinquere fideicommissariam hæreditatem. Cũ*

enim

enim testamentum, in quo est nemo hæres institutus, sit inutile, quoniam institutio hæredis est caput & fundamentum a *testamenti: nec fideicommissum in eo relictum ualere posse constat.* 2 *Quod tamen uerum est, quando a principio testamentum est sine institutione: secus si facta fuisset institutio, & ex causa præteritionis uel exhæredationis subuersa, quia tunc ad instar legatorum, & fideicommissum* b *substinebitur.* 3 *Possunt autē fideicōmissa non tantū in testamento, sed ēt in codicillis, & ab* c *intestato relinqui.* 4 *Sed etsi testamento minus solenni, uel nulliter facto adiecta sit clausula codicillaris, fideicommissū tanquā ab intestato exigi poterit, quia per illam clausulam uidentur legitimi hęredes rogati restituere* d *hæreditatem. Idē est, etsi in testamento inutili non sit expressim adscripta codicillaris clausula, sed tacitè subintellecta, puta* e *ex uerbis æquipollentib. in testamento appositis, ex iuramento testatoris, ex ardore amoris, quē testator erga fideicommissarium habebat, & ex lege municipali uel consuetudine, nam & hoc casu fideicommissum debetur, petiq; pōt.* 5 *Potest ēt testator fideicommisso grauare illum, cui cā mortis bona sua* f *donauit. Idem & in eo obtinet, cui inter uiuos donatur, si modo talis donatio ab initio non ualet, sed morte donatoris* g *confirmatur: secus si ab initio ualet, nec robur ex morte donatoris accipit, quia fideicommissum in ea relictum, inutile est.*

e *L. Titius.] Obserua modum & formam fideicommittendi. Necesse est autem uerba esse obliqua & præcaria, siue ēt communia, quibus fidei alicuius committitur aliquid quod Imp. sequenti* h *titulo tradidit.*

d *Potest autem.]* 6 *Potest ergo fideicommissum non tantum fieri de tota hæreditate, sed etiam de parte: hoc est, de quota, puta tertia uel quarta parte hæreditatis: secus si hæres rogaretur de re, quæ etiam ascenderet ad tertiam uel quartam hæreditatis portionem, restituenda: uel rogaretur de aliqua parte bonorum, quia tunc non esset uniuersale fideicommissum, de quo nos hic agimus, sed* i *singulare, de singularibus autem fideicommissis in tit. proximè sequenti agetur.*

e *Sub conditione.]* 7 *Sicque fideicommissum & sub conditione utiliter relinquitur, sicut & hæres recto iure conditionaliter institui* k *potest. Nec obstat, quod pendente conditione dicatur testator intestatus, ex postea eueniente* l *testatus decessisse, quia respondeo, quòd si non euenerit conditio, dicetur semper intestatus, si euenerit, & institutus adeat, retrotrahitur aditio usq; ad tempus* m *mortis testatoris, & sic semper dicetur testatus.*

f *Vel ex certo die.]* 8 *Vel etiam ad diem, quia eadem est ratio, & dicitur ex die facta dispositio, quando post illam diem incipit habere effectum, & non Antea. Ad diem, uel in diem, quia ante & usque ad illā diem effectum habet,* n *non post. Diuersum tamen est in hærede directo, qui ex die, uel ad diem, institui non potest.* 9 *Differentia ea est ratio,* o *quia si admitteremus hoc in hærede directo, sequeretur testatorem partim testatum, partim intestatum decessisse, quod ius ciuile non* p *patitur. At cum scriptus hæres restituit hæreditatem alij cessat hæc ratio,* q *quia nihilominus hæres manet, residentibus ēt apud ipsum directis actionibus, & utilibus tantum ad fideicommissarium transeuntibus sicque testator semper dicetur testatus.*

a §. ante hæredis. su de leg.
b aut. & alij Auth. ex cā c. de lib. pręt. Plat. hic.
c §. præterea. infra eod.
d hī plene in 1. 2. de iud eod.
e uide Bened. in rep. cap. Raynucio. testamentum, 3. 1. part. e 1 tra. de test. hoc late declarantem.
f l. cū hi §. idem erit. de transf. l. 1. §. fi. C. de cad. tol.
g l. quoties, e. de don. quæ sub mo. uarro l. si mulier. §. 1. & leg. 3.
h §. fin. & vide Dd. in l. centurio. de vul. & pup.
i ut not. per gl. & bart. l. mulier §. fi. h. tit.
k § hæres. su. de hær. instit.
l contra l ius nostrum, de reg. iur.
m l. hæres quandocunque de acq. hæred.
n l obligationū fere, § 1. de ac. & obl. d. §. hæres.
o Platea hic.
p d. l. ius nostrū.
q l. si fine, § sed qd Papinian. de mino. l. ei qui soluēdo. de hęr inst.

§. Restituta.

1 *Semel hæres non potest desinere esse hæres.*
2 *Directæ actiones sunt adeo infixæ ossibus, ut euelli non possint.*
3 *Fideicommissarius hodie semper loco hæredis habetur.*
4.6 *De S. C. Trebelliano: & declaratus uers. post quod.*
5 *Prætor olim omnia iudicia dabat.*
7 *Iason reprehenditur.*

Restituta autem hæreditate, is quidem qui restituit, nihilominus a hæres permanet, is uero qui recipit hæreditatem, b aliquando hæredis, c aliquando legatarii loco habetur. Et Neronis quidem temporib. Trebellio Maximo & Annæo Seneca consulibus, d senatusconsultum e factum est, quo cautum est, ut si hæreditas ex fideicommissi causa restituta sit, f omnes actiones, quæ iure ciuili hæredi & in hæredem competerent, ei & in eum g darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hæreditas. Post quod senatusconsultum h Prætor utiles actiones ei & in eum, qui recipit hæreditatem, quasi hæredi & in hæredem dare cępit.

Agitur in hoc § qui sit effectus restitutionis hæreditatis.

a *Hæres permanet.]* 1 *Quia qui iure ciuili semel hæres existit, hęredis nomen amplius exuere non potest, neq; desinere esse* a *hęres, quod adeò uerum est in eo, qui ex fideicommisso restituit hęreditatem, ut ēt possit a creditoribus hęreditarijs adhuc conueniri, licet exceptione ipsos* b *submouere ualeat: & si quid ijs fuerit solutum ab hęrede, repetere a* c *fideicommissario.* 3 *Penes hæredem ergo, qui rogatus est, ex fidei commisso restituere, remanent actiones directę, quę adeo sunt affixę ossibus, ut euelli, aut in alium transire* d *non possint. Quod & Papinianus* e *manifestè ostendit, tradens hæredem agere posse & transigere post restitutam hæreditatem, quod non posset, si directæ actiones penes eum non manerent.*

b *Aliquando hæredis.] Quando scilicet fit restitutio ex senatusconsulto Trebelliano.*

r l. 1 ad Treb. & §. seq. inf. eo.
a l. ait Prætor, §. sed qd Papinianus de mino. l. qui soluendo, de hę. inst.
b l. 1 §. quanquā autē. ad Trebel.
c l. 1. c. ad Treb.
d no. in l. si quis ergo casus. & pecul. l. a. pro socio.
e l. fi. de transac.

c *Aliquan-*

c *Aliquando legatarij.*] *Quando ex Pegasiano. 3 hodie autem fideicommissarius semper loco hæredis habetur, cum uirtus Pegasiani sit attributa Trebelliano, quemadmodum infra suo loco* [f] *audiemus.* f §. sed quia. inf. hoc titu.

d *Senatusconsultum.*] 4 *Quod ab ipso autore Trebellio (cuius etiam meminit Corn.* [g] *Tacitus) [Trebellianum] dictum est. Huius autem Senatusconsulti verba extant apud Vlpianum* [h] *in Pandectis. Ex quibus apparet, actiones fideicommissario, & in eum dandas Senatus decreto id est à Prætore admittendum fuisse ad agendum, & cogendum defendere. Non enim hæredes fieri directò Senatus voluit, quod non potuit facere, sed à Prætore dari utiles actiones: quod & Prætor fecit post* [i] *senatusconsultum. Id dixisse, & hic Iustinianus ait, qui eum, qui restituit, hæredem permanere dicit: eum uerò, cui restituitur, hæredis loco habitum, vel legatarij, & quasi hæredi, & in hæredem ei, & in eum actiones dari à Prætore post Senatus decretum. 5 Prætor enim iudicia omnia dabat, siue ex legibus, senatusconsultis, & constitutionibus, siue ex edictis prætorum ipsorũ dandæ essent litigatoribus actiones: & causa cognita interdum postulantibus denegabat, seu eximebat actiones; siue dirigenda erat formula iudicij ad priuatos iudices, siue ipse cognoscebat. Et hic est uerus huius loci intellectus, quem Eguinarius* [k] *Baro nouiter tradidit.* g lib. 14. post medium. h l. 1. ad Treb. i arg. §. constituitur. sup. de usufr. l. si cũ. de pact. k hic.

e *Factum est.*] *Anno scilicet ab Vrbe condita DCCCX. octauo Kalen. Septemb.*

f *Omnes actiones.*] *Omnes in solidum, si tota hæreditas restitueretur: vel pro rata portione, si restitueretur pro parte.*

g *Darentur.*] *Sine ulla stipulatione, aut cessione.*

h *Prætor vtiles actiones.*] 6 *Quomodo hæc uerba sint accipiẽda, paulò ante ex Barone retulimus. Neque enim Prætor hic quicquam de nouo dedit: sed quod prius senatusconsulto Trebelliano decretum erat, nempè vt in fideicommissarium omnes actiones tam actiue, quàm passiue darentur, hoc prætor cum effectu dabat, mandando dictum senatusconsultũ executioni, & id adprobando, &c. 7 Falsa ergo est Iasonis interpretatio, putantis ista uerba de fideicommissaria hæreditatis petitione intelligenda esse, item de actionibus, quas prætor dat in fideicommissarium, hoc est, quæ introductæ sunt à iurisdictione prætoria sicut eam interpretationem Bellonus* [l] *non inscitè dudum confutauit.* l hic in ul. notã num. 6.

§ Sed quia hæredes.

1.8 *De S.C. Pegasiano, & quare fuerit introductum.*
2 *Argumentum de Falcidia ad Trebellianicam ualet; ex quo multæ fiunt illationes, vt nu. 4. 5. 6. 7.*
3 *Quibus casibus cessat Falcidia; & Trebellianicam cessare oportet.*
9 *Pegasiano S.C. quartam ex fideicommissis retinere licebat.*
10 *Differentia inter quartam Trebellianicæ, & quartã Falcidiæ; ea tamẽ hodie cessat.*
11.12 *Trebellianica, an in singularibus etiam fideicommissis locum habeat; & quid hodie obtineat. nu. 13.*
14 *Quatuor capita S.C. Pegasiani.*
15 *De secundo capite.*
16 *Stipulationes partis, & pro parte.*

Sed quia hæredes scripti, cum aut totam hæreditatem, aut penè totam plerunque restituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, uel minimum lucrum *b* recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus, *c* Pegaso, & Pusione consulibus, Senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret *d* quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. *e* Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. *f* Post quod senatusconsultum ipse hæres onera hæreditaria *g* sustinebat, ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id est, eius *h* legatarij, *i* cui pars bonorum legabatur, quæ species legati *k* Partitio uocabatur; quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ solebant stipulationes inter heredem, & partiarium legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recepit hæreditatem, & hæredem, id est, ut lucrum, & damnum hereditarium *l* pro rata parte inter eos commune esset.

a *Sed quia.*] *Supra dictum est, eum qui ex fideicommisso hæreditatem recipit, interdum hæredis, interdum legatarij loco habitum fuisse, hæredis quidem loco per S.C. Trebellianum, quo in ipsũ restituta hæreditate actiones & actiuè, & passiuè transferebantur; & de hoc præcedenti §. audiuimus. Legatarij uerò vicem sustinebat fideicommissarius ex S.C. Pegasiano; de quo præsenti loco agitur.*

b *Recusabant.*] 1 *Eadem ergo ratione introductum fuit senatusconsultum Pegasianum, qua lex Falcidia,* [a] *nempè, ut hæredes inuitarentur ad adeundum, ne testatores sine hæredibus decederent, & supremæ hominum iudicia effectum haberent. 2 Vnde constat, non perperam tradere,* [b] *Doctores, argumentationem optimã esse de Falcidia ad quartã huius senatusconsulti, quæ [Trebellianica] vulgò nũc dicitur quodq; in illa dispositũ legimus, in hac quoq; constitutũ uideri. 3 Cũ enim utriusq; Quartę introducẽdæ* a §. 1. su. de le. Falcid. b In rubr. ad Treb. ff.

idem

idem finis, eademq; ratio fuerit, & ex ratione præsertim expressa in lege, vel coarctemus, vel producamus dispositionem; nemo sani iudicij negauerit, ijs casibus, quibus cessat Falcidia, cum non amplius locum habeat eius ratio, quæ est etiam ratio Trebellianicæ, ipsam quoq; Trebellianicam cessare. 4 Ex quo multa inferri possunt; primum, quòd cum testator hodie Falcidiæ detractionem prohibere [a] possit, Trebellianicam [c] etiam vetare poterit. 5 Deinde, quemadmodum de re prohibita alienari non detrahitur Falcidia; quod detrahendo quartam uideatur fieri contra præceptum testantis qui noluit rem illam nec in uniuersum, nec in partem è manu dominoue legatarij, aut quoquo modo alienari; alienaret autem legatarius in hæredem, hære de Falcidiam [g] retinente; ita nec Trebellianica detrahi poterit de fideicommisso alienari [h] prohibito. 6 Præterea sicut in ijs, quæ ad pias causas relicta sunt, cessat [i] hodie Falcidia; sic & [k] Trebellianica. 7 Denique sicut hæres non conficiens inuentarium, legis Falcidiæ beneficium [l] amittit; ita grauatus fideicommisso Trebellianicam [m] perdit.

c Pegaso.] 8 A quo tanquam autore, Senatusconsultum illud denominationem accepit, ut à Pegaso Pegasianum] diceretur, sicut & à Tabellio rogante consule [Trebellianum] appellatum [n] est.

d Quartam partem.] 9 Pegasiano ergo senatusconsulto quartam ex fideicommissis retinere permissum est, ad exemplum legis Falcidiæ; ut sic hæres spe lucri inuitaretur ad adeundum. Quanquam autem inter hasce quartas magna in iure sit affinitas, & similitudo, adeò ut plerunque vnam pro altera ponant iure consulti. [o] 10 Fuit tamen inter eas hæc differentia; quod in Falcidiam imputandum fuerit, quod iure hæreditario hæres habeat defuncti iudicio, vel in hoc legatum, ut integra legata soluat; cum in quartam Pegasiani senatusconsulti (quam hodie Trebellianicam dicimus) ea omnia, quæ uel institutionis iure, vel conditionis implendæ causa, uel alia quauis ratione ex iudicio defuncti ad hæredem peruenerint, [p] imputentur. Benignius enim fideicommissa, quàm legata præstari antiqui uoluerunt. [q] Sed hodie ex Iustiniani lege, quod amplius fuit in fideicommissis, translatum est, & in [r] legata.

e Ex singulis.] 11 Hinc plerique [f] colligunt, ex singularibus etiam fideicommissis retineri quartam autoritate S.C. Pegasiani: & sic quod Trebellianica habeat quoque locum in singularibus fideicommissis. Hoc enim Imp. expressim hic innuisse uideatur; quia post ea quam dixit, licere in restitutione hæreditatis retinere quartam ex Pegasiano, sicut ex lege Falcidia; mox subdit, eandem retentionem in singulis rebus permissam esse. 12 Porcius tamen hoc S.C. ad singularia fideicommissa non pertinuisse existimat; sed in his retractationem fieri ex lege Falcidia. Neque obstare hunc textum quoniam dictio (eadem) referenda sit ad proxima, nempè ad retentionem, quæ fit ex lege Falcidia: non autem ad remota, scilicet ad retentionem, quæ per Pegasianum fiebat. Ego crediderim, [t] retentionem quartæ in fideicommissis particularibus ex Pegasiano concessam esse, autoritate huius textus, qui cauillari non potest. Neque verum est, dictionē (eadem) referendam esse ad proxima, id est, ad legem Falcidiam: quia cum hic principaliter tractetur de quarta, quæ retinetur ex Pegasiano, incidenter verò, & similitudinariè de lege Falcidia relatio, quæ sequitur est facienda ad dictum principale, & ad id, quod principaliter in ordinatione [u] ponitur. 13 Sed an hodie ex quo uirtus Pegasiani in S.C. Trebellianum transfusa [x] est, Trebellianica detrahitur ex singularibus fideicommissis, dubitari potest. Et magis est, non detrahi, neque aduersatur, quod [y] Imp. ait, se omnem autoritatem Pegasiani in Trebellianum transtulisse; quod iam ibidem de autoritate Pegasiani loquitur, quæ circa restitutionem hæreditatis [z] versabatur, nec ullum uerbum fit de particularibus fideicommissis. Pauca utilitatis est hæc disputatio, quia quacunque autoritate ex fideicommissis rerum singularium fiat deductio, illud fit secundum naturam particularium relictorum, non iure hæreditario.

f Post quod S.C.] 14 Quatuor fuerunt partes, siue capita S.C. Pegasiani; primum, quod hæres retinebat quartam; de quo iam dictum est. Alterum, quòd hæres onera hæreditaria solus ferebat, nisi stipulatio interuenisset, de communicandis oneribus; & de hoc præsenti vers. agitur. Tertium, quod stipulationes emptæ, & venditæ hæreditatis interponebantur, restituta tota hæreditate. Quartum, & ultimum, quod hæres nolens cogebatur adire hæreditatem, omnibus oneribus in fideicommissarium translatis; & de his duobus posterioribus sequenti § videbimur.

g Sustinebat.] Nempè occasione quartæ, quam ex S.C. Pegasiano retinebat; sicque omnibus creditoribus tenebatur.

h Legatarij, cui pars] Quia recipiebat suam partem fideicommisso sibi relictam, absque omni onere, & incommodo, cui certa pars hæreditatis legata [a] erat.

i Cui pars bonorum] Hanc interpretationem Bald. rectè sic accipiendam esse docet, ut tantum significet quandam exceptionem ab oneribus hæreditarijs, quod hoc iure ille non teneretur, cui pars hæreditatis relinqueretur, nisi stipulationibus sese ijs obstrinxisset. 15 Datum ergo est remedium hæredibus rogatis restituere, ex secundo Pegasiani senatusconsulti capite, nempè stipulationum interponendarum, ut antequam hæres restitueret hæreditatem, eiusque partem, a fideicommissario stipularetur, quod pro parte sua susciperet onera hæreditaria; & fideicommissarius contra stipularetur ab hærede, si is consequeretur lucrum, quod eum sineret pro sua portione lucrum accipere. 16 Et hæ [stipulationes] dicebantur [partis, & pro parte,] quarū formā Theophilus hic ponit. Sed quid opus fuit hoc interponēdarū stipulationū remedio, cū Trebelliano S.C. cautū fuerit, ut oēs actiones, q̄ hæredi scripto directè cōpeterēt, in fideicom

l. milites agrū de re mil. l. his solis. C. de reuocat. donat.
d Aut. sed cum testator, C. ad l. Fal.
e Baito. & alij cōcor. l. marcellus. i. pr. ad Trebell. Alc. contra. lib. 5. Parad. ca. 19.
f Auth. sed in ea re. C. ad leg. Falcid.
g §. si vt spons. laig. i Nouel.
h Ang. §. si uero expressim. Nouel. de hęre. & Falcid.
i Aut. similiter. C. ad l. Falci.
k bar. & alij cō muniter. in d. l. Marcellus.
l §. si uerò non fuerit. Nouel. de hęr. & Fal.
m Bal. Sal. Ful. d. Auth. sed cum testator.
n §. c. in prin.
o l coher. §. cū filiæ. de vulg. l. Titia testō. ad l. falci. l. si ut allegat. c. ad leg. falci.
p l. in quartā. ad l. falc. & l. quod ante. cū l. seq. eod.
q §. post mor. tē. sup. de leg.
r l. 2. c. com. de leg. §. sed nō usq; sū. de le
s glo. hic uerbo pmissa. Soc. i Rub. ff. h. tit.
t post aello. hic nu. 9.
u Ita pulchre Bar. l. si §. Titia. de liber. le. Dec. l. diē functo. nu. 12. de off. aff.
x §. sed q. z. inf. eodem.
y d. §. sed quia.
z Et ita se declarat ibi imper. cū dicit, ut ex fideicō. hered.
a l. si qs seruū. §. vlt. de le. 2.

commissariũ vtiliter transferrentur? Respondeo, hoc ex S.C. Pegasiano ob quadrantis retentionem rursus immutatum fuisse: ideoq; nouo auxilio hæredib. subueniendum erat aduersus fideicommissarios, qui lucrũ duntaxat recipiebant, oneribus hæreditarijs penes hæredes remanentibus.

k Partitib.] Vide Vlpianum in Fragman. ti. 14. & 24. Itemq; Cicero. lib. 2. de legib.

l Pro rata parte] Nempe prout quisq; eorũ ex hæreditate accepisset. Vnde si fideicõmissarius dodrantem hæreditatis ex fideicommisso receperit, hærede instituto tm̃ quadrantem retinente, hæredi pro quarta actiones, pro dodrante vero, i. cæteris tribus quartis fideicommissario b competent actiue & passiue. b Paulus li. 4. Sent. tit. 3.

§. Ergo.

1 Summa huius §.
2 Tertium caput S.C. Pegasiani: eiusdemque declaratio.
3 Stipulationes emptæ & venditæ hæreditatis quomodo fiebant.
4 De quarto capite S.C. Pegasiani: & eiusdem explicatio.
5 Hæres recusans adire, an per procuratorem fideicommissarij cogi possit.
6 Hæreditas per procuratorem adiri nequit.
7 Bonorum possessio per procuratorem agnosci potest.

Ergo si quidem non plus quam dodrantẽ hæreditatis scriptus hæres rogatus sit restituere: tũc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hæreditas, & *a* in vtrunq; actiones hæreditariæ pro rata parte dabatur, in hæredẽ quidem *b* iure ciuili, in eum vero qui recipiebat hæreditatẽ *c* ex senatusconsulto Trebelliano, tanquam in hæredem. At si plus quam dodrãtem, vel ẽt totam hæreditatem restituere rogatus esset, locus erat Pegasiano senatusconsulto: & hæres qui semel adierat hæreditatẽ (si modo sua voluntate adierat) siue retinuerat quartam partẽ, siue retinere noluerat: ipse vniuersa onera hæreditaria sustinebat. Sed quarta quidẽ retenta, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur, tanquã inter partiariũ legatarium, & hæredem. *d* Si verò totam hæreditatẽ restitueret, emptę & venditæ hæreditatis stipulationes interponebantur. *e* Sed si recusabat scriptus hæres adire hæreditatem, ob id ꝙ diceret, eam sibi suspectam esse, quasi damnosam: cauebitur Pegasiano senatusconsulto, vt *f* desiderante eo, cui restituere rogatus esset, iussu Prætoris adiret: & restitueret hæreditatem: perindeq; ei & in eum, qui reciperet hęreditatẽ, actiones darentur, ac iuris est, ex Trebelliano senatusconsulto. quo casu nullis stipulationib. est opus: quia simul & huic qui restituit, securitas datur. & actiones hæreditariæ ei, & in eum transferũtur, qui recipit, hæreditatem, vtroque senatusconsulto in hac specie concurrente.

1 In hoc] §. Imp. primum superiora repetit, & paucis recolligit, qñ a Trebelliano, quando item b Pegasiano senatusconsulto locus fuerit. Deinde tertium S.C. Pegasiani caput explicat. Deniq; & quartum eiusdem senatusconsulti caput subijcit, in vers. sed quarta. oc §.

a In vtrunque.] Videlicet ipso iure, etiam sine interpositione stipulationis.

b Iure ciuili.] Et quidem directæ actiones, ex lege XII. tab. nam adita hæreditate omnia iura in hæredem c transeunt ipso iure, & ex lege d XII. tabularum. a Vers. at si plus. b Vers. sed si recusabat.

c Ex senatusconsulto Trebelliano.] Nempe vtiles tantum actiones: quia directę ita sunt infixæ ossib. vt euelli non possint: quemadmodum supra diximus. c l. cum hæredis de acq. poss.

d Si verò totam.] 2 Hoc erant tertium caput S.C. Pegasiani, quo consulebatur hæres totam hæreditatẽ volens ac sponte restituisset, vt stipulationes [emptæ & venditæ hæreditatis] interponerentur. Hæreditate n. ex esse restituta cessabat S.C. Trebellianum: qm̃ hæreditatis quadrans ex voluntate defuncti apud hæredem non erat. cessabat item Pegasiani supradictum remediũ, quia hæres quartam retinere noluerat quidem, atq; ideo nec stipulationes partis & pro parte locum habebant. Quare aliud remediũ eodem S.C. introductũ est, quo stipulationes, quæ vocabantur emptæ & venditæ hæreditatis, interponerentur. 3 Fiebat aũt (vt Theophilus refert) imaginaria quædam venditio, & ita hæres vno numo totam addicebat hæreditatem. Deinde stipulabatur hæres quasi venditor a fideicommissario tanquam emptore si quid conuentus soluerit creditorib. hæreditarijs: & e diuerso fideicõmissarius stipulabatur, vt si quid a debitoribus hæreditarijs exigat, bona e fide reddat. d l. pacto. C. de pact. l. ea quæ. C. fam. ercisc.

e Sed si recusabat.] 4 Hoc erat quartum caput S.C. Pegasiani, nẽpe vt hæres adire recusans sine oĩ stipulationũ interpositione huius S.C. autoritate compellatur adire hæreditatem & restituere, priuetur q; commodo quartæ, oĩb. actionib. hæreditarijs vtiliter in fideicommissarium transeuntib. Atq; hoc casu fit concursus vtriusq; senatusconsulti. Nam Pegasianum scriptum hæredem adire cogit: Trebellianum verò transfert actiones. Ita tamen cogitur adire hæres, & fideicommissarius a iudice petat eum cogi, vetitq; hæredem ipsius fideicommissarij periculo adire f & restituere. Et hæc compulsio etiam hodie obtinet, nisi quod ex Trebelliano S.C. prouenire g dicitur. Sed cur & hic non erant necessariæ stipulationes emptæ & venditæ hæreditatis? Quia compellebatur adire, cũ in superiori specie vltrò, non retenta quarta, subijceret se actionibus. e l. 2. de hær. vẽ. f Ang. hic. & Barto. l. quia poterat. ad Trebel. g §. seq. in fi.

V f Desi-

f Desiderante eo.] *Fideicommissario.s petente, vt cogatur hæres adire.5 Sed an possit cogi per procuratorem, i. desiderante procuratore vt adeat? Quod puto, si certum sit* [h] *de mandato. non aũt si dubitetur, etiãsi procurator sit paratus cauere de rato. Non. n. tenetur institutus se cõmittere fragilitati cautionis. Verum si sponte adierit, poterit per procuratorem compelli restituendum, etsi de mãdato sit* [i] *dubium. Et non refert, quæ persona sit, cui fiat restitutio nomine meo, quia perinde est, ac si mihi ipsi* [k] *fieret. 6 Nec obstat, quod hæreditas per procuratorem adiri* [l] *non possit: aliud enim est in aditione hæreditatis, aliud in restitutione fideicommissi. Nam hæreditas solo animo aditur, & nuda* [m] *voluntate: & ideo cum mando procuratori, vt adeat, statim videor ipsemet adire. Non sic est in restitutione fideicommissi, quia solo animo non acquiro fideicommissum, sed requiritur factum hæredis* [n] *restituentis. 7 Hinc est, quod etiam bonorum possessio, quæ requirit factum alterius, scilicet saltem potentiam iudicis, potest agnosci per* [o] *procuratorem.*

h l. qui ita. §. 1. h. tit.
i d. l. qui ita.
k l. quantuis cum l. seq. hoc tit.
l l. Paulus. alias per procuratorē. de ac. hær.
m § fi. sup. de here. qual. & dif.
n ita est gl. in d. l. per procuratorem. & d. l. qui ita. §. 1.
o l. 3. §. acquirere. de bo. pos.

§. Sed quia.

1 *Argumentum huius §.*
2 *De Papiniano nonnulla scitu digna.*
3. 8. 9. *Tres casus, in quibus hodie Trebelliano locus est.*
4 *Conciliata l. & fiue. C. ad Treb. cum hoc §.*
5 *Quando hæredi restituenti plus debito, detur repetitio.*
6 *Actiones diuiduntur inter hæredem & fideicommissarium, quo ad creditores.*
7 *Fideicommissarius quando teneatur ad debita uel legata, distinctionibus explicatur.*
10 *Hæres qui coactè adit & restituit, exceptionem habet si impetatur.*
11 *Hæres qui coactè adit, Trebellianicam perdit.*

Sed quia *a* stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes, & *b* ipsi antiquitate displicuerunt, & quibusdam casib. *c* captiosas eas homo *d* excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legib. magis simplicitas, quam difficultas placet: ideo omnib. nobis suggestis, tã similitudinib. quã differentiis *e* vtriusq; senatusconsulti: placuit, exploso senatusconsolto Pegasiano, *f* q postea superuenerit, oẽm autoritatem Trebelliano senatusconsulto præstare, *g* vt ex eo fideicommissariæ hæreditates restituantur: *h* siue hẽat hæres ex voluntate testatoris quartã, siue plus, siue minus, uel nihil penitus: vt tunc qñ vel nihil, vel minus quarta apud eũ remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra autoritate retinere, vel *i* repetere solutũ quasi ex Trebelliano senatusconsulto. pro rata portione *k* actionib. tam in hæredem, quam in fideicommissarium cõpetentib. *l* Si verò totam hæreditatem sponte restituerit, oẽs hæreditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competant. *m* Sed ẽt id, quod præcipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat, vt quãdo recusaret hæres scriptus sibi datam hæreditatem adire, necessitas ei imponeretur, totam hæreditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones, & hoc transposuimus ad senatusconsultum Trebellianum, vt ex hoc solo necessitas hæredi imponatur, si ipso nolente adire, *n* fideicommissarius desideret restitui sibi hæreditatem, nullo *o* nec damno *p* nec commodo apud hæredem remanente,

1 *Innouationem*] *& correctionem superiorũ hoc §. subnectit Imp. per q̃ S. C. Pegasianũ partim sustulit, partim in S. C. Trebellianũ transposuit. Sublato. n. secũdo & tertio Pegasiano capite, reliquas partes transfudit in Trebellianũ: sicq; ex duob. senatusconsultis vnum fecit, quod [Trebellianum] dici voluit.*

a Stipulationes.] *Nempe partis pro parte, item & venditæ hæreditatis.*

b Et ipsi antiq.] *Nec sane immerito, ad fugiendos videlicet litium anfractus: de quibus paulo post.*

c Captiosas.] *Captiosæ siquidem fuerant* [a] *stipulationes emptæ & venditæ hęreditatis: q. s. hęres teneretur solus, cui deinde litigandum fuerat in fideicommissarium, vt reciperet, q pro eo soluisset: sicut ex diuerso & fideicommissario in hæredem agendum erat, vt redderet, q exegisset. Quod & in stipulatione partis & pro parte locum habebat, vt plerunq; damnum paterentur vtrique, vel ob calumniam, vel propter inopiam promissorum.*

a Baro. hic.

d Excelsi ingenii Papinianus.] *Magnum certe magni Principis testimoniũ, quo ẽt dignus fuit hic Papinianus, Iurisconsl. longè celeberrimus, qui Imperatori Seuero non ob affinitatem tm̃, sed propter virtutem in primis charus extitit, cui etiam filios vtrosque commendauit moriens. Scripsit* [b] *Responsorũ libros vndeuiginti, duos Definitionum, Aedilium quoq; Curulium librum singularem, & 18. Digestorum, omnes priusquam tricesimumseptimum ætatis suæ annum impleset. Quare & Spartianus in Seuero, iuris eum asylum, & iuris doctrinæ thesaurũ, digna certè præfatione, nominauit, quib. humana prudentia cordi est, deflendam, in Antonino Caracalla (cuius iussu, quia ipsius parricidium excusare voluit, non tam facile, inquiens, parricidium excusari posse quàm fieri, securi percussus occidit) idem Spartianus refert. Huius*

b Ferra. hic.

ius porro urna argentea Romæ cum hac c *inscriptione inuenta est:[Aemylio Paulo Papiniano, præfecto prætorio, Iurisconsulto, qui vixit annos 36. dies 10. menses. 3. Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilij, turbato ordine in senio heu parentes fecerunt, filio optimo.*

Vtriusque S.C.] Tam Pegasiani, quam Trebelliani.

f *Quod postea superue.] Trebellianum.n.factum est sub Augusto: Pegasianum vero sub Vespasiano.*

g *Vt ex eo.]* 3. *Imp. trib. specib. S.C. Trebellianum procedere docet, quę ordine recensentur. Prima est, quam hic explicat, q̄ possit hodie hæres, si sit grauatus totam hæreditatem restituere, retinere quartam: vel si non totam, pōt accipere, q̄ deest quartæ. quo casu pro rata portione onera hæreditaria diuiduntur sine stipulatione, & ipso iure rata transibunt actiones in vtrunq; & hæredem scriptum, & fideicommissarium; in hæredem quidem vsque ad quadrantem, in fideicommissarium vero vsq; ad residuum.*

h *Siue habeat hæres.] Corrigit distinctionem, quam supra* d *tradidit.* 4 *Videntur tñ, quæ hic dicuntur, cum Diocletiani* e *constitutione, quodantenus pugnare, q̄ ille ex ære alieno deducto quartam velit retineri: Iustinianus uero hic quartā cum onere pro rata. Sed hāc antinomiam Angelus sic conciliat, vt si iā soluerit æs alienum, quartam sine onere deducat: si non soluerit, cum onere: & hanc conciliationem cæteri communiter probant.*

i *Repetere solutū.]* 5 *Scilicet condictione indebiti: si tñ plus fuerit solutum iusto aliquo facti* f *errore, quia forte putabat se plus habere in hæreditate, quam erat: eumq; errorem hæres probet. Secus est, si ex ignorantia iuris solutio contigerit, vt quia ignorabat se vti posse retentione quadrātis: uel quia existimabat, ex Trebelliano non nisi sextantem retineri posse: tum.n. cessat repetitio. Cæterum qui sciens se posse retinere, vniuersum restituit condictionem* g *non habet: [cuius.n. per errorē dati repetitio est, eius consulte dati* h *donatio est.] Sane ubi ageretur de repetione eorum, quæ hæres* i *creditorib. hæreditariis bona fide soluerit, dicemus eum posse retinere q̄ soluit, eoq; minus fideicommissario restituere. Sed et si nihil retinuerit, potest id a fideicommissario repetere, quemadmodum Impp. Seuerus & Antoninus* k *rescripserunt.*

k *Actionib. tam in.]* 6 *Respectu.* s. *creditorum. nam illæ pro rata diuiduntur inter hæredem & fideicommissarium: secus est respectu legatariorū, quia legata & fideicommissa a solo fideicōmissario petunt.* l *non ab hærede: nisi is plus habeat sua quarta, uel portio fideicommissaria legatis* l *non sufficiat: atq; ita Accursius* m *hic declarat.* 7 *Sed tñ hic amplius distinguendum est, an loquamur ante factam restitutionem, aut post. Adita.n. hæreditate, sed nondum facta restitutione fideicommissario, pōt hæres tam a creditorib. quam legatariis* n *conueniri, si modo spōte adiuit: nam, si coacte, exceptione ipsos submouere pōt, nisi actiones essent tempore perituræ, quia tunc cogitur suscipere* o *iudicium: quatenus tamen exactus est hæres, tanto minus restituit fideicommissario. Altero uero casu, quando creditores & legatarii iam facta restitutione, id q̄ eis debitum esse prætendunt, persequuntur, refert an hæres ante restitutionē deduxerit æs alienum, i. soluerit creditorib. (quod p̄ ei facere licet) tūc onus legatarorum, quod superest, ad fideicommissarium pertinet. An nihil deduxerit, sed simpliciter restituerit: & tunc aut totum restituit, & oē onus sequitur q fideicommissariū: aut totum non restituit, eo casu, siquidem solam quartam hēt, tūc creditorib. obligatur pro* r *rata, non aūt* s *legatariis; sin plus quarta retinuit, tum pro tota portione creditorib. suis tenetur, legatariis vero in eo solum, q̄ quartam* t *excedit, q̄m illud ex iudicio testatoris hēt. At si quid sub nomine rei singularis hęres accipit, eatenus nec creditorib. nec legatariis obnoxius est: qa hāc non ut hæres, sed ut legatarius percipere* u *intelligitur. Fallit tamen, quando hæreditas non est soluēdo: eo enim casu tenetur hæres creditoribus in totum subsidium, legatariis uero pro eo, quod excedit* x *quartam.*

l *Si uero totam.]* 8 *Hic refertur secunda spēs, in qua Trebelliano locus est. Nam si hæres sponte hæreditatē adeat, totumq; assem non deducta quarta fideicommissario restituat scienter, fortassis ne pro rata teneatur creditorib. tum omnes actiones hęreditariæ tam actiue q̄ passiue fideicommissario, & in eum utiliter ex autoritate huius senatusconsulti* y *dantur, cum iam hæredis loco* z *habeatur. Quibus autem modis fideicommissi restitutio, Accursius hic declarat, & nos supra* a *diximus.*

m *Sed etiam id.]* 9 *Hæc est tertia & ultima species, quādo s. hæres recusat adire hæreditatem: in qua prorsus id, quod S.C. Pegasiano cautum erat, sed non tanquam ex illo, sed ut ex Trebelliano hodie obseruari debet: nempe quod hæres cogatur adire & restituere, priuetur q; commodo quartæ, omnib. onerib. hæreditariis utiliter in fideicommissarium transeuntibus.*

n *Fideicommissarius desideret.] Prætor.n. in cogendo officium suum non impertit, nisi fuerit* b *postulatum. Porro si ex multis fideicommissariis unus desideret, ut adeatur hęreditas, hoc satis est, cum etiam reliquis tacentibus petere debeat, totam sibi hæreditatem* c *restitui.*

o *Nec damno.]* 10 *Habet.n. exceptionem hæres aduersus creditores & legatarios, si qui eum impeterent, ex S.C. Trebelliano per Iustinianum reformato, adeo ut cautio de indemnitate hodie non* d *uideat necessaria hæredi, quam ipse alias fideicommissarius prçstare teneretur.*

p *Nec commodo.]* 11 *Pūta quarta Trebellianicæ, quam amittit hęres, qui non nisi coactus adit. Nam cum alieno periculo adeat, merito omni commodo arcendus est, ut Vlpianus* e *ait.*

c Spigel. in suo Lexi verbo Papinia.
d §. ergo. h. tit.
e l. & siue. C. ad Treb.
f l. si heres ab eo. §. si totam. ad Trebel. & l. error. C. ad leg. Falcid.
g d. l. error.
h l. cuius per errorē. de reg. iu.
i l. ita th. §. qui ex Treb. in fi. h. t.
k l. 1. C. ad Treb.
l l. fi. C. h. t. l. 1. §. is qui ceee. & §. vlt. ff. eo.
m verbo actionibus.
n glo. in fi. ibi cō muniter Dd. h. tit.
o l. postulāte. in prin. l. hoc ti. l. cum hęred. c.
p l. 2. & l. & fine scriptura. C. e.
q hic ver. si vero.
r vt hic. & l. 1. C. eod.
s d. l. 1. §. fin.
t l. 2. ibi glo. & Sal. C. eod.
u ita bene declarat Porc. hic.
x l. 2. & ibi no. & l. 1. C. hoc ti tu. & d. l. 1. §. is qui ceee.
y l. 1. §. quanq̄ l. ita tamen. §. q ex Treb. hoc tit.
z l. si filiusfamil. § sed si filio q̄ cum eo, & c &
a l. si hæres. h. ti. in princ. huius ti. nu. 10.
b l. 4. § hoc autē. de dā. infec.
c l. cogi. §. idem Metianus, illo tit.
d De qua in l. quis poterat. & l. cum hæreditas. h. ti.
e d. l q̄a poterat.

§. Nihil autem.

1 *Idem iuris est de parte ad partem, quod de toto ad totum.*
2 *Argumentum de toto ad partem procedit etiam in exceptionibus.*
3 *Quibus casibus huic argumento non sit locus.*
4 *Fideicommissarius adire cogens, totam hæreditatem accipere tenetur.*

a Nihil aũt interest, vtrum aliquis ex asse hæres institutus, aut totam hæreditatem, b aut pro parte restituere cogatur: an ex parte hæres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere cogatur. Nam & hoc casu, eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis restitutione diximus.

a l. quæ de tota. l. pri. de rei vēd. l. iurisgētium §. adeo. ibi Ias. & alij. de pac. Cano. c. & sup. q̃stione. §. fin. de off. dele. b vt voluit gl. l. 1. §. si ex dodrante. de coll. bon. c Eucrar. in Topic. loco 80. d l. qui solidum. § pr. de leg. 2. l. vir vxori. ad Velleia. l. 2. ibi Bal. & Sali. C. de non nupe. e l. ex mille, in pr. de cui. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inof. test. Sali & alii. l. cũ notissimi. C. de p̃scr. 30. vel 40. Ca no. c. pastoralis. §. item cũ. de offi. del. f c. fi. §. vicem. vbi habes exēplũ. de of. del. li. 6. g l. pro parte. de serui. Barto. l. per fundum. de serui. rust. h l. falsa demonstratio. in pr. de cõd. & dē. i l. serui electione. §. fi. ibi Alex. de leg. 1. Ias. d. l. iurisgētium §. adeo. k l. cogi. §. si qs hæres. h. ti. l vt sup. §. proximo. in fi. m l. 1. §. sed et quoties. illo tim.

a Nihil aũt.] Quæ hactenus dicta sunt in hoc titulo circa restitutionem fideicommissorum, & c. ea locũ habẽt siue totam hæreditatem quis restituere sit rogatus, siue eius partẽ, siue quotam. 1 Nam idem iuris est de parte ad partem, q̃ de a toto ad totum: 2 estq; hæc argumentatio nedum b probabilis, sed fortis, frequens, & vtilis, quando, vt debet, c sumitur, & sese et ad exceptiones d porrigit. Sunt tamen casus, in quib. hoc argumentandi genus de toto ad partem non procedit. 3 Quid n. si totius & partis sit diuersa e ratio? quid si aliud reperiatur dispositum à iure in parte, & aliud in f toto? Sed nec in indiuiduis locus est huic g argumentationi, nec in falsa h demonstratione legato adiecta: quia si in totum sit falsa, nõ vitiat legatum: si in parte, illud solum euertit. Ratio diuersitatis ea est, q̃ priori casu legatum in totum esset inutile, sed posteriori sufficit legatum uires habere in parte, in qua testator non errauit.

b Aut pro parte.] 4 Nec tñ aliter potest cogi hæres i adire suspectam hæreditatem, nisi fideicommissarius totam accipiat omnib. omnino actionib. in eũ k transfusis: quia hæres non debet remanere in aliquo l damno. Idem est, si sint duo pluresue fideicommissarij, unusq; adire cogat, & restituere, alij non: nam & eo casu cogens aliorum partes accipere m compelletur.

§. Si quævna.

1 *Verbum præcipere, & præceptio.*
2 *Quarta Trebellianica immunis est ab omni onere hæreditario.*
3. 8. 9 *S. C. Trebellianum habet etiam locum, quando retinetur res particularis vna, vel plures, vel quantitas certa.*
4 *Refert, an testator relinquat hæreditatem nomine quotæ, an nomine rei singularis.*
5. 6 *Hæres qui rem singularem nomine quartæ habet, loco legatarij habetur: secus si quotam hæreditatis, quia hæredis vice est.*
7 *Hæres si vltra quartam habeat nomine rei particularis, subijcitur onerib. hæreditarijs, in quantum res excedit quartam.*

Si quis vna aliqua re deducta, a siue præcepta, b quæ quartã cõtinet (veluti fundo c vel alia re) rogatus sit restituere hæreditatem: d simili modo ex Trebelliano S. C. restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hæreditatem restituere. e Sed illud interest, quòd altero casu, i. cum deducta, siue præcepta aliqua re restituitur hęreditas, in solidum ex eo senatuscõsulto f actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud hæredem, g sine vllo onere hæreditario apud eum remanet, h quasi ex legato ei acquisita. Altero vero casu, i. quum quarta parte retenta rogatus est hæres restituere hæreditatẽ, & restituit: i scinduntur actiones, & pro dodrãte quidẽ transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud hæredẽ. Quin et licet vna re aliqua deducta aut præcepta, restituere aliquis hæreditatem rogatus sit, in qua maxima pars hæreditatis contineatur, k æquè in solidum l transferuntur actiones. m Et secum deliberare debet is, cui restituitur hæreditas, an expediat sibi restitui. n Eadem. s. interueniunt, & si duab. pluribusue deductis præceptisue reb. restituere hæreditatem rogatus sit. o Sed etsi certa summa deducta præceptaue, quæ quartam vel etiam maximam hæreditatis partem p continet, rogatus sit aliquis hæreditatem restituere: idem iuris est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus est: eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hæres scriptus est.

a l. 20. filia nupta §. si filiusfa. 1. fam. erci. b l. 22. itẽ Labeo. e. ti. fa. er. c l. 2. de fund. instruct.

a Siue præcepta.] Id est, ante accepta, q̃ restitutio ex fideicommisso fieret. 1 [Præcipere] n. i. interea tera significat, et præsumere, siue ante capere. Sic Vlpianus: a [Si filiusfamilias (ait) iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere.] Hinc [præceptio] pro præsumptione, vel potius. vt sic dicam, antecaptione apud Iurisconsultos non rarò ponitur. vt apud eundem Vlpianum: b [Aut si pluribus (inquit) fuerit vnius rei præceptio relicta.] & Papinianum: c [Cum pater (inquit) duobus præceptionem bonorum auitæ dedisset.]

b Quæ

b Quę quartam continet.] Vel etiam amplius: sed in quantum excedit quartam res illa, obligari poterit hæres in subsidium creditoribus hæreditarijs, sicut & legatarijs, quibus non debet fideicommissarius obnoxius esse ultra id, quod accepit. *d* 2 Quarta autem de cuius præceptione Imp. hic nominatim agit, immunis est ab omnibus hæreditariis oneribus: quod alibi quoque *e* annotauimus. Porro si res, quam hæres præcipere iussus est, quadrantem non efficiat, peti poterit, uel retineri *f* supplementum: sed æquum erit, hæredem pro ratione istius supplementi subijci oneribus hæreditarijs, saltem *g* in subsidium.

c Vel alia re.] Scilicet certa ac singulari.

d Simili modo.] 3 Hinc ergo discendum, S.C. Trebellianum non modo locum habere, quando grauatus restituere, quadrantem habet in re hæreditaria, siue quota hæreditatis, sed etiam si rem aliquam singularem, uel corpus aliquod certum, quod quartam hæreditatis efficiat, testator hæredi reliquerit. Et sic nihil refert, an quis, oneretur restituere hæreditatem retento quadrante sub nomine rei singularis, vel rei hæreditarię. Quod uerum est, quod ad compulsionem heredis attinet, ut possit cogi adire & restituere, item quo ad hoc, ut non possit aliam quartam detrahere. 4 Est tamen in hoc differentia: *h* quia si quartã habeat sub nomine rei particularis, non subijcitur oneribus hęreditarijs, cũ habeatur loco *i* legatarij. Sin vero quartam sub nomine quotæ habet, tum pro illa quarta cogitur sustinere onera hęreditaria, cum hęredis vicem referat, quemadmodum Iustinianus in sequentibus hoc abunde deducit.

e Sed illud interest.] Et hoc discrimen ex Martiani *K* responso desumptum est, qui sic ait: [Multum interest, utrum pars quarta iure hęreditario retineatur, an uero in re, uel in pecunia.] Nam superiori casu actiones diuidunt inter heredẽ & fideicõmissariũ: posteriore uero apud fideicommissariũ sũt actiones.

f Actiones transferuntur.] In fideicommissarium scilicet, qui solus conueniri poterit.

g Sine ullo onere.] Quia hic hęres non retinet ius ullum uniuersitatis, sed tantum habet rem singularem, vt legatarius.

h Quasi ex.] 5 Sicque legatarij loco habetur, qui re aliqua singulari retenta iussus est hęreditatem restituere; sicut & is, qui ex certa re institutus est, dato cohærede uniuersali, legatarij uicem sustinere *l* dicitur. Idem quoque in fideicommissario, cui certum corpus, vel quantitas per fideicommissum relinquitur, obtinere, vt pro legatario habeatur, Valens *m* respondit.

i Scinduntur actiones.] 6 Diuiduntur nempe pro rata inter hæredem & fideicommissarium, & hoc ideo, quia isto casu, quando iure hæreditario quartam habet, uice hæredis *n* est.

k Aeque in solidum.] Adhuc enim iussus restituere, loco legatarij habetur, sicque immunis esse debet ab omni onere hæreditario, instar legatarij. 7 Aequitati tamen consentaneum est, ut consumpta fideicommissarij portione, quod ultra quartam hæres habet, oneribus hæreditarijs obnoxium fiat: multo magis creditoribus, qui si alioqui fraudarentur, possent etiam totum legatum reuocare.

l Transferuntur.] In fideicommissarium.

m Et secum deliberare.] Occupatio est: obijci enim poterat, iniquum uideri, quod si hæres plus quadrãte obtineat, nulli tamen oneri sit subijciendus, &c. responderi potest, in potestate fideicommissarij esse, an velit hæreditatem sibi restitui, uel illam ommittere. Si ergo restitutionem petat, & damno ex hoc afficiatur, æquo ferat animo, cum illud sua culpa *o* sentiat.

n Eadem scilicet.] 8 Extendit id, quod supra dixerat in una specie siue re, ut etiam locum habeat in pluribus speciebus retentis: ætiologia est, quia licet plures res videantur constituere quid vniuersale: tamen hoc nõ est uerũ, quia talis, qui retinet plures, loco legatarij est: sicque semper ratio textus *p* militat.

o Sed etsi certa.] 9 Quod supra de una re pluribusue retentis dixerit, hoc etiam ad quantitatem producit, si rogatus restituere, certam quantitatem, quæ quadrantem contineat, deducere iussus sit: nam & tum actiones hæreditariæ in fideicommissarium transfundentur in solidum.

p Continet.] Quod si plus quarta contineat, hæres etiam legatarijs in id tenetur, quod quartam excedit: uidelicet si plus legatarijs debeatur, quàm ad fideicommissarium peruenerit.

d l.1.§. fi. is qui cccc. hoc tit.
e §. sed quia stipulationes. n. 7. sup. eo.
f gl. & Dd. hic.
g gl. d. l. 1. §. fi. h. tit.
h l. 30. si legatus. §. multum interest. h. tit.
i d. l. 1. §. si hęres præcepto.
K d. §. multum interest.
l l. quoties. C. de hære. instit.
m l. si hęres ab eo. illo tit.
n l. 6. quod astr. §. pen. quæ in fraud. cred.
o c. damnum. de reg. iur. in 6.
p l. Bello. hic.

§. Præterea.

1.2.3 S.C. Trebellianum ad intestatos quoque pertinet: & quæ sit ea in re dubitandi ratio, itemque decidendi.
4 Accursii error.
5 Discrimen inter legata & fideicommissa hæreditaria.
6 Hodie in codicillis legata directo relinqui posse.
7 Fideicommissarius grauari potest, vt alij restituat.
8 Quem honoro, eundem & onerare possum.
9 Fideicommissarius grauatus restituere, an quartam detrahat.

Præterea *a* intestatus quoq; moriturus, potest rogare eũ, ad quem bona sua uel *b* legitimo iure vel *c* honorario pertinere intelligit, ut hæreditatẽ suã totã, partemue eius, aut *d* rẽ aliquã (velut

 fundum,

fundum, hominem. pecuniam) e alicui restituat: cum alioqui f legata nisi g ex testamento non ualeant. h Eum quoque cui aliqui e restituitur, potest rogare, ut id rursum alii, aut totum aut partē, vel etiam aliud i restituat.

a *Intestatus quoque.] Fideicommissa ex S.C. Trebelliano in testamento relinqui posse, hæredemque institutum grauari, hactenus dictum a est. 1 Poterat ergo dubitari, an hoc S.C. & in intestatis locum haberet? cum enim legitimi hæredes, qui ab intestato succedunt, nullo commodo à defuncto honorentur (uocantur. n. ad successionem non a defuncto, sed à lege ipsa sic disponente: unde & [legitimi] dicuntur) uidebatur, nec fideicommisso eos onerari posse quia quem non honoro, nec grauare b possum. Verum Imp. hic ex Vlpiano c docet, hoc S.C. ad intestatos quoque pertinere, siue legitimi, siue honorarij sint successores: Ideq; multis Principum rescriptis d traditur. 2 Possunt ergo uenientes ab intestato fideicommissis grauari, ut hæredes in testamento scripti. 3 Aetiologia est, quia tametsi moriturus expresso indicio nihil relinquat, videtur tamen tacitè eum instituere hæredem, quem scit sibi ab intestato successurum, ex quo alium instituendo, potuisset eum excludere. 5 Recte ergo Vlpianus e ait, [eorum fidei committere quem posse, ad quos aliquid peruenturum est morte eius, uel dum eis non adimitur.]*

b *Legitimo iure.] Id est, lege XII. tab. g uel etiam iure ciuili.*

c *Honorario.] Id est, iure Prætorio, quod honorarium h appellatur: quales sunt i emancipati, item k cognati. 4 Falsum autem est (ut id obiter admoneam) quod l Accursius alibi voluit, uenientes iure Prætorio non habere uoluntatem defuncti. nam probat hic textus, quod imò habeant, m saltem tacitam. Ratio enim, quare tales possint fideicommisso grauari, est: quia habent uoluntatem defuncti: si quidem eo ipso, quod paterfam. nominatim tales non excludit à successione, uidetur eos tacite uocare.*

d *Rem aliquam.] Singularem, uel etiam quantitatem: & sic tam de fideicommisso uniuersali quā particulari loquitur.*

e *Alicui restituat.] Quo casu is, qui ita rogatus est, non minus adire, & restituere per officium iudicis (si recuset) compelli potest, quàm est testamento cogi n poterat.*

f *Legata.] Veluti accessoria.*

g *Ex testamento.] Tanquam o principali. 5 Innuit autem hic Imp. discrimen inter legata & fideicommissa singularia, quòd scilicet legata non nisi in testamentis relinqui valeant: fideicommissa uerò etiam ab intestato Et hanc differentiam etiam iure Pandectarum obtinuisse, communiori calculo Doctores p bant. Nec obstat, quod ex Vlpiano refertur, [eo iure legata fideicommissis exæquata p fuisse: quoniam falso id Vlpiano attribuitur, & uidentur ea uerba ab alio quopiam adiecta fuisse, ut alibi q annotauimus. 6 Hodie tamen legata etiam directò in codicillis relinqui posse, Iason aduersus Fabrum & Angelum r defendit; cum per omnia Iustiniani constitutione s æquata sint fideicommissis.*

h *Eum quoque.] Fideicommissarium scilicet. 7 Is. n. grauari potest, ut id, quod sibi ex fideicommisso datur, restituat alij Quanquam idem iuris obtineat, & si ex legato quis, vel donatione causa mortis, aliquid t accipiat. Nec is tantum, cui aliquid relinquitur. sed & eius hæredes potest onerari fideicommisso. u 8 In tantum autem quis onerari potest in quantum est honoratus, & nōn x amplius. Nec impedit, quòd legatum aliquod lucrum adferre debeat: quia hodie satis lucrum adfert, cum legatarius illud præstando y se pie gerat.*

i *Restituat.] Et ubi semel restituit, nihil omnino iuris apud eum manet. Nam penes hæredem, q prius ei restituerat, remanserunt directæ actiones: utiles uero, quæ in primum fideicommissarium transierāt, et ipso iure, facta secunda restitutione in secundum fideicommissarium pariter z transmigrant 9 Sed an legatarius uel fideicōmissarius, iussus alteri restituere, quadrātē deducere possint? Et nō posse uerius est: quū ut deductioni locus sit, oportet eum, qui vult detrahere, grauatū esse, tanquam hæredē a & directū.*

a §. 1. sup. eo.
b l. ab eo C. de fideicom.
c l. 3. §. meminisse. & l. 1. §. hoc autem. illo tit.
d l. & fine. C. eo. l. 3. C. d. tit. l. 2 C. de codic. l. vl quando di. leg. eed.
e l. conficiūt. de iure codicill.
f l. 1. §. sciēdum. de leg. 3
g §. sed stæ. iuncta gl. uerbo, legit. inf. de act.
h l. ius autem. §. ius prætoriū de iusti. & iur. §. prætorum. sup. de iur. na.
i §. emancipati. inf. de hær. q ab inte.
k l. 2. in princ. un de cog.
l gl. l. 1. §. uel maxime. de colla. bono.
m Porc.
n Dd. hic. Soc. in Rubr. ff. h. tit.
o Ias. in rubr. de leg. 1. dixi sup. in rubr. d leg. num 4.
p l. 1. de leg 1.
q §. sed nō usq; n 6. sup. de le.
r hic ad Porc.
s l. 2. C. com. de leg.
t l. ab eo. C de fideicom.
u l. si fuerit. §. 1. de leg. 1.
x l. 1. in fi. C. comm. de leg. l Labeo. C. de fideicomm.
y §. si uero exp̄ssim. in Nouell. d here. & Fal.
z l. 3. §. de illo. h. tit.
a l. mulier. §. fin. hoc ti. ibi gl. & Dd. d. l. 1. C. cō. de leg. & d. §. de illo.

§. Et quia.

1 *Quæ sit huius §. hypothesis.*
2 *Fideicommissum simpliciter fatente hærede, illud præstandum est.*
3 *Si fateatur hæres fideicommissum, excipiat tamen de minus solenni uoluntate, fideicommissario solennem uoluntatem non probante, hæres liberatur.*
4. 5 *Hærede fideicommissum negante, duo remedia fideicommissario contra eum dantur.*
6 *Hæres recusans iurare, nihil relictum esse, pro confesso habetur, condemnarique debet.*
7 *Quando testator simpliciter fidem hæredis elegit, non requiritur ulla solennitas testamentaria.*
8 *Casus ubi actore ne præsumptionem quidem pro se habēte reo iuramentum defertur.*
9 *Casus specialis ubi relatio iuramenti non habet locum.*
10. 11. *Porcii intellectus ad hunc §. refutatus.*
12. *Bartol. sententia ad hunc §. & Ias. & Alciata reprobata.*

Et

Et quia prima fideicommissorum *a* cunabula a fide hęredum pendent,& tam nomen quā substantiam acceperunt:ideo diuus Augustus ad necessitatem iuris ea retraxit. Nuper & nos eundē principem superare contendentes, *b* ex facto q̄ Tribonianus vir excellentissimus, quæstor sacri palatij suggessit, *c* cōstitutionem fecimus: per quam disposuimus, si testator fidei hæredis sui cōmittit, vt uel hæreditatē, uel speciale fideicōmissum restituat, & neq; ex scriptura, neq; quinq; testium numero (qui in fideicōmissis legitimus esse noscitur) possit res *d* manifestari, sed uel *e* pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis *f* interuenerit: tunc siue pater hęredis, siue *g* alius quicūq; sit, q fidē hæredis elegerit, & ab eo restitui aliquid uoluerit, si hæres perfidia tentus adimplere fidem recusat, *h* negādo rem ita esse subsequutam: si fideicōmissarius *i* iusiurandū ei detulerit, cū prius *k* ipse *l* de calumnia iurauerit: *m* necesse eum habere vel *n* iusiurandum subire, q nihil tale a testatore *o* audiuerit; uel *p* recusantem, ad fideicommissi uel uniuersalis uel specialis solutionē coarctari, ne depereat vltima uoluntas testatoris fidei hæredis cōmissa. Eadē obseruari cēsuimus, & si a legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictū sit. Quod si is a quo relictū dicitur, *q* postquam negauerit, *r* confiteatur quidem aliquid a se relictū esse, sed ad legis subtilitatem *s* recurrat, omnino soluere *t* cogendus est.

a cum hic tū in l. vl vnde hic. §. est sumptus, C. de fideicō.

a Cunabul.] *Id est, prima principia, siue prima origo.*

b Ex facto.] *Quæ fuerit aūt facti huius controuersi hypothesis, mirificè variāt Interpretes. nos duos casus coniugemus, de quib. verisimile est Iustinianum a locutum fuisse: quib. præcognitis, omnino plana & aperta erit huius §. sententia. 1 Finge ergo: quidam paterfamilias solenne testm̄ scripsit, & in eo Titium instituit hæredem: deinde, aut etiam nullo facto testamento priuatim, & sine testib. (solam ipsius hæredis fidem & integritatem eligens) eundem rogauit, vt partem hæreditatis, vel rem aliquam Caio restitueret. Vel fac, testatorem quidem fecisse testamentum, sed neglectis solennib. iuris, & in eo hæredis fidei commisisse, vt Caio aliquid restitueret. Mortuo testatore hæres fideicommissum non præstabat. Cum aūt Caius, fideicommisso sibi aliquid relictum esse, aliunde rescivisset, nec tñ certo quicquam probare posset, ab hærede illud sibi restitui postulabat: sed frustra, negante. s. hærede, quicquam eatenus suæ fideicommissum esse: dubitabatur ergo, quid iuris, quaue rōne huic fideicommissario succurri posset? Et rescripsit b Iustinianus, autoritate iudicis (petente fideicommissario) interrogandum esse hæredem, an id, quod ab eo petitur, suæ fidei a testatore ita commissum fuerit: nec ne: 2 & tunc si quidem hæres fideicommissum ab initio fateatur, paratusq; sit (priori casu) testatoris iudicio satisfacere, planum est fideicommissum esse c præstandum. 3 Sed si (in posteriori specie) fateatur quidem fideicommissum, excipiat tamen de minus solenni voluntate, quia. s. non interuenerit iustus testium numerus, puta septem in testamento, aut quinq; in codicillis: hæres procul dubio, fideicommissario solennem fuisse in suo genere voluntatem non probante, liberabitur: d paucis aliquot casib. exceptis, quos Accursius e alibi recenset. 4 Quod si verò hæres fideicommissum vniuersale aut singulare, quod petitur, mox litem contestando improbabè neget (quo casu §. noster hic loquitur) tunc optio datur fideicommissario, vt uel per testes fideicommissum probare, vel hæredi iuramentum deferre possit, nihil tale esse relictum. Et si primam ipse viam eligat id septem testib. facere debet, qui requiruntur in solenni f testamento, vel saltem quinq;, qui in omni alia voluntate extrema desiderantur, vel ēt per publicum instrumentum vltimæ voluntatis: g alias hæres absoluetur. 5 Sin verò secundam viam optauerit fideicommissarius, hæredi deferendo iuramentum, hæresq; iuret, nihil esse fidei suæ commissum, omnino hæres absoluendus est, propter iurisiurandi religionem. 6 Sed si recusat iurare, statim pro confesso & conuicto habetur, & ad fideicommissi petiti præstationem mox condemnari debet: neque amplius exceptione vti potest, sed ob defectum solennitatis testamenti nihil debere, etsi eum facta inficiationis, recusatique iuramenti pæniteat, idque in pænam suæ perfidia ac mendacij.*

b in d. l. vlt.

c l. Theopōpus. de dot. releg.

d l. si veritas. C. de fideicōm.

e gl. in §. eā quā C. hoc tit.

f §. sed tū paulatim. sup. de testam.

g l. vlt. in fi. C. de codicil.

h In d. l. vlt.

c Constitutionem.] *Quæ lib. 6. Codicis* h *extat.*

d Manifestari.] *Euidenter probari: sicque fideicommissarius destituatur probandi adminiculis:*

e Pauciores.] *Sicq; sit defectus in numero testium, ac consequenter vltima voluntas ob omissam hanc solennitatem viribus careat.*

f Interuenerit.] *7 Quia. s. testator noluerit solenniter testari, sed simpliciter fidē hæredis elegerit: quo casu nō requiritur vel testium numerus, vel vlla alia solennitas testamentaria. Quod Bartolus, i Angelus & Salicetus ad pulcram quæstionem trahunt, de testatore, qui iussit præstari omnia, quæ in quadam schedula scripta manu sua propria continerentur, quam deposuisset penes Guardinum fratrum Minorū. dummodo. n. constet vel per comparationem literarū, aut per alias uerisimiles coniecturas, quod sit schedula, quam testator asseruit manu sua scriptam, licet non probetur alijs testibus, eidem standum est, ex quo testator illi schedulæ fidem esse adhibendum* k *uoluit.*

i oēs. in d. l. vlt.

K idē tenuit ēt Bart. melius q̄ alibi. l. si ita scripsero. de cōd. & idem. Cast. l. ubi aūt nō apparet. §. sed q vnū. de verb. obl. & l. hac cōsultissi §. per nuncupationem. C. de test.

g Alius.] *Etiam extraneus.*

h Negando rem.] *Id est, inficiando suæ fidei quicquam esse commissum quod restitueret.*

l F. b. hic in fi.

i Iusiurandum ei detulerit.] *An. s. iurare possit, nihil tale suæ fidei esse commissum, aut se non credere, quicquam taliter esse* l *relictum. 8 Et obseru. s. hic casum esse, quod etsi actor nihil probarit, ne semiplene*

m l.qui accusare. C.de edé. l.fi. de iureiu.cum simil. quidem, neq; ullam habeat etiam præsumptionem pro se, tamen possit reum ad iurandum compellere: cũ alioqui, regulariter actore nihil probante, reus omnino absolui m debeat.

n in d.l.vl.C.de fideicom. k Ipse.] Fideicommissarius. s. qui proposita conditione ex lege n Iustiniani hæredem ad petiti fideicommissi præstationem urgere contendit.

o d.l. vlti.verbo omnino exactioni,&c. l De calumnia iurauerit.] Quod s. illud fideicommissum non petat nec iusiurandum deferat calumniæ animo.

m Necesse eum habere.] Si modo fideicommissi petiti solutionem effugere uelit.

p l.de lata.C. de iureiu.l.manifestæ. ff.eo.tit. n Iusiurandum subire] 9 Adeo quidem, ut ei non liceat iuramentum sibi delatũ fideicommissario o referre: utcũq; id regulariter sit permissum, p cũ possit is ignorare, an reuera sit ei fideicommissum relictũ.

o Audiuerit. Et si ita iurauerit hæres, omnino absolui q debet.

q d.l.vlt. p Recusantem.] Subire huiusmodi iuramentum sibi à fideicommissario delatum.

q Postquàm negauerit.] Per mendacium, asserendo nihil à testatore suæ fideicommissum, esse cum tamen reuera esset commissum.

r Confiteatur.] Factæ negationis, recusatique iurisiurandi pœnitudine ductus.

s Recurrat.] Obijciendo exceptionem non solennis testamenti, nempe se ad solutionem fideicommissi non teneri, relicti in testamento, quod ob omissas solennitates uiribus destituatur: puta ob testium non adhibitorum defectum.

r l. cum pater.§.1.ad leg.Falci. l.quod quis ex culpa. de reg. iur. t Cogendus est.] Non obstante prædicta exceptione. quam propter suam perfidiam, & hanc mendacem inficationem hæres merito perdit: cum ea alioqui ad submouendum fideicommissariũ uti potuisset, si ab initio nõ negassent, sed bona statim fide concessus fuisset relictũ fideicommissum. Et adeo quidem punitur hac specie hæredis mendacium, ut nec ex tali fideicommisso quicquam nomine quartæ retinere r ualeat. Et hæc quidem de huius §. intellectu satis superq;. 10 Quanquam non ignorem Porcium aliter eũ accipere, nempe quod testator prius fecerit testamentũ solenne, in quo hæredem scripserit, deinde in alia ultima uoluntate minus solenni fideicommissa legataue reliquerit aliquib. certè hæres ea præstare obnoxius est. tametsi ista posterior uoluntas sit minus solennis, sustinenda tamen uidetur propter testamentũ solenne præcedens. 11 Verum hic intellectus planè impertinenter diuinat: textumq; uiolat, qui se non fundat super testamento solenni, quod præcesserit, sed aut super inficiatione mẽdaci hæredis, aut quia testator hæredis fidem sit secutus. 12 Bartolus s vero adhuc alio sensu hunc §. & prædictam Iustinianeam t constitutionem sic intellexit, quasi testator non simpliciter fidem hæredis elegerit, sed eũ sibi promittere fecerit, de præstando fideicommissum legatumue. Sed hunc sensum Iason, u & Alciatus x rectè confutarunt: sicut apud ipsos legere cuique obuium est.

s l.nemo pot.1.de leg.1.
t in d.l.vlt.
u in d.l.vlt.
x lib.1.Paradox. cap.4.

DE SINGVLIS REB. PER FIDEICOM. RELICTIS. TIT. XXIIII.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Fdeicommissum singulare est quintus modus acquirendi rerum dominia iure ciuili.*

Hactenus.] 1 Imp. dixit de fideicommisso vniuersali, quæ. s. tota hæreditas, eiusue pars alteri ad hærede restituenda est: sequitur de fideicommisso singulari, iuxta promissum a Iustiniani, videre, qñ testator iubet heredem non quotam hæreditatis, sed rem specialem, siue quantitatem alicui restituere. 2 Est aũt [fideicommissum singulare] quintus modus, quo iure Ciuili sigillatim rerum domiaia consequimur.

a sup.tit.prox.in princ.

Princip. tit.

1 *Qui possint fideicommisso grauari.*
2 *Etiam legatarij hæredi fideicommitti potest.*
3 *Differentia inter legata & fideicommissa.*

Potest tamen ẽt quis singulas res per fideicommissum relinquere: veluti fundum, argentum hominem, vestem, & pecuniam numeratam: *a* & vel ipsum hæredem rogare, vt alicui restituat, vel legatarium, *b* quamuis à legatario legari non possit.

a vt hic.
b l. si fuerit.§.1. de leg.3.
c vt no. in l.1.§. sciẽdũ, de le.3
d d. l.2.C.cõmu. de le.§. sed nõ vsq; sup. de le
e dixi sup.ti pro xi.§.præterea. num.7.

a Et vel ipsum hæredem.] 1 Non solum ergo ab hærede fideicommissa rerum singulariũ relinqui pñt: sed & à fideicommissario, à legatario, 2 & ab ipsius legatarij hærede. 2 nam & ab eo fideicommissum relictum valere, Vlpianus b docet. Quinimò quicunq; tandem ex iudicio testatoris commodum sentit, potest fideicommisso c onerari.

b Quamuis a legatario.] 3 Hoc est, quamuis non possit aliquis iubere ita, Legatarius meus rẽ sibi a me legatam alteri restituat nomine legati. Et huius inter legata & fideicommissa discriminis meminit ẽt Caius lib.2. suarum Instit. cap.7. Hodie vero cum legata & fideicommissa d ex Iustiniani lege sint per omnia exæquata, potest quoque legatarius onerari e legato.

§. Potest

§. potest autem.

1 *Non potest quis in plus onerari, quàm sit bonoratus.*
2.3.4.5 *Recensentur casus, in quibus receditur a supradicta regula.*
6 *Legatarius vel fideicommißarius iussi restituere, an quartam detrahant.*

a Potest autē non solum proprias res per fideicommissum relinquere: sed & hæredis, b aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius. Itaq; & legatarius & fideicommissarius nō solū de ea re rogari pōt, vt eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, siue ipsius, siue aliena sit. Hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, d quā ipse e ex testō ceperit, nam qđ amplius est, inutiliter relinquitur. Cū aūt aliena res per fideicōmissum relinquitur: necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationē eius soluere.

a *Potest autem.] Cū fiedicommißa singularia sint legatis exæquata, consequitur, quod sicut non solum propriam, sed & alienam rem legare permißum est, ita quoq; fideicommittere liceat, idq; Imp. hic docet. Quare hic locus ex his, quæ de legatis rerum testatoris, hæredis vel extranei* [a] *exposita sunt, interpretationem mutuatur.*

b *Aut legatarij.] Sed quo pacto legatarij res legari* [b] *potest? hoc ita accipe, ut legatarij res non ei, sed alii per fideicommissum relinquatur.*

c *Ne plus quisquam.] 1 Propter iuris regulam* [c] *qua dicitur, [nulli plus oneris imponi posse, quā honorifici lucri tributum sit:] sicq; nemo plus restituere cogendus est, q̄ ipse ex testatoris rogantis iudicio perceperit. Quod ēt obtinere constat, vbi quota bonorum portio* [d] *relinquitur. 2 Prædicta tamen regula non est pꝑetua, sed ab ea qn̄q; disceditur. Quid. n. si certa quantitate legata rogetur legatarius aliā quātitatem priore maiorem post tempus aliquod definitum alii restituere? certe æquius fuerit fideicommissi rationem ad superadendi lucri summam* [e] *consistere. 3 Quid si testator alicui centum legarit, eundemq; rogarit, vt fundum suum, qui multo maioris erat precii, Titio restitueret? hoc casu legatarius quantitate legata percepta, ad fundi restitutionem cogendus est: quia acceptando legatum, fundum suum tauti æstimasse,* [f] *indicatur. 4 Idem iuris est, qn̄ testator fundum legauit, iussitq; legatarium alii centum fideicōmissi nomine restituere: tametsi fundus centum non valeat, nihilominus præscriptam quantitatem restituere tenetur, præsumimus. n. testatorem etiam fructus ex legato fundo percipiendos* [g] *considerasse. Nō tamen prius obligatur restituere, q̄ fructus perceperit. 5 Sed & tum non est locus prædictæ regulæ, quādo duæ res alicui disiunctim legantur, & de altera, quæ maioris præcij sit, præcise declarata rogetur legatarius, quamuis eam, quæ minoris precij est, eligat, nihilominus illam, de qua rogatus est, præstare cogetur, & sibi imputet, quod deteriorem rem* [h] *elegerit. Possent & alia id genus themata* [i] *adduci, in quibus potest quis in plus rogari & grauari, quam ex defuncti iudicio consequatur: sed & illa, & quæ recuimus singula, sua æquitate nituntur, Cæterum in tantum aliquem fideicommisso onerari posse, quantum ex testatoris voluntate habet, alibi etiam* [K] *annotauimus: 6 vbi quoq; dictum* [l] *est, legatarium vel fideicommissarium rogatum restituere alteri, quartam non deducere. quod & Vlpianus* [m] *respondit, neq; ratione id caret, cum Falcidiæ vel Trebelliani quadrans pendeat a testatoris voluntate. Si tamen fideicommißarius vniuersa bona acceperit ab hærede, non detracta* [n] *quarta: vel hæres coactus adiuit, atq; hac ratione quadrante indignum se fecit, his casibus deductioni locus* [o] *non erit.*

d *Quam ipse.] Vel is, cuius personam refert: nam & hæredem legatarii rogari poße,* [p] *supra dictū est Vel etiam is, per quem ipse deinde capit & acquirit. Vnde si filiofa. legatum fuerit, potest pater eatenus grauari, cui per filium* [q] *acquiritur.*

e *Ex testamento.] Vel alio quouis defuncti iudicio: nam & ab intestato fideicommißa relinqui posse præcedenti ti. diximus.*

a §. nō solum. & seqq. §§. sup. d lega.
b § sed si rē. sup. de leg.
c l. 1. §. si is qui 400. ad Trebe. l. ab e. C. de fideicom.
d l. Imperator. §. cum quidā, de leg. 2.
e d. l. Imperator. §. si centum. & Bar. ibid. §. si.
f d. §. si centum. ver. enimuero.
g l. filiusfam. §. apud Marcellū de leg. 1.
h l. planè. §. si cui de leg. 1.
i vide gl. & Bar. in d. §. si cētū. in fi. & §. seq.
K d. §. præterea. nu. 7
l ibid. nu. 8.
m l. lex. Falc. 47. §. nūquam. de le. Falc.
n l. 1. §. inde Nerarius. ad Trebel.
o Vide Dd. in d. §. nunquam.
p Hoc tit. in pri.
q l. a patre. 4. de leg. 3.

§. Libertas.

1 *Libertas per fideicommissum dari potest, seruo non tantum proprio, sed etiam alieno*
2 *Fideicommissaria libertas.*
3 *In fideicommisso libertatis non refert, sciuerit, an ignorauerit testator, seruum alienum esse.*
4 *Libertas fideicommisso relicta seruo alieno, stat quandoque in suspenso.*
5 *Quod differtur, non aufertur.*

a Libertas quoq; seruo per fideicōmissum dari potest: vt hæres eū rohetur, manumittere, vel legatarius, uel fideicōmissarius. Nec interest, vtrū de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius hæredis, aut legatarii, uel ēt b extranei sit: Itaq; & alienus seruus redimi & c manumitti debet. Quod si dominus eū d nō uēdat, e si mō nihil ex iudicio eius, qui relinquit libertatem, perce-

rogetur

perceperit: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, f sed differtur, quo ad possit tēpore procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

a l.liberta.16.de fideic. liberta.
b l.31.alieno.d. l.libertates.de fid.libert.
c l.39.Pau.eo.ti.
d §. non solum sup. de le. vers. quod autem.
e l.13.si ei cuius filium, C. ad l. Falc.l.13.si te donati. C. de fidei. liber. l. generaliter.24 §.si quis alienū 21.l.alieno. §. fi.ff.de fid.lib.
f l.non dubium. § fin. de leg.3.
g l.deberi.C.de fidei. liber.
h d.l.Paulus.
i l.placet.de ac. hær.
K glo.fi.hic.
l vt in contrariis in gl. llegatis. de hoc perplexo uide Bar.l. Inter stipulantem,§. sacram: de uerb. obli.

a Libertas.] 1 *Quod hic Imp. refert, libertatem per fideicommissum seruo relinqui posse siue proprio siue alieno, hoc Licinus et Rufinus iam antea responderat, vt ex eius responso hic locus,* a *desumptus esse videri possit. Et extat in Pandectis peculiaris titulus,* [*de fideicommissariis libertatib.*] 2 *Fideicommissariam*] *autem* [*libertatem*] *dicimus, quā testator non directō imperiit, sed per manumissionem alterius, vel hæredis, vel legatarij, vel donatarii mortis causa, cuius fidei hoc commisit & credidit.*

b Extranei sit.] *Si tamen eius sit, cum quo testamenti factio est, vt Paulus* b *ait: etiamsi testator alienū esse ignorauerit, ac suum voluerit manumitti.* 3 *Neq; n. in fideicommisso libertas inquiritur, sciuerit an ignorauerit testator seruum esse alienum: cum non similis sit causa libertatis & c fideicommissi pecuniarii, in quo ea distinctio* d *adhibetur.*

c Manumitti debet.] *Ab eo.s. cuius hoc fidei est commissum: si tamen dominus vendere eum sustineat neq; n. vt vendat,* e *cogi potest, nisi fortassis aliquid ei, vt seruum vendat legatum sit. Nam agnoscendo legatum, dominus vendere obnoxius est.*

d Non vendat.] *Nolit seruum vendere, aut certe immodico precio vendat, quod perinde est, ac si omnino vendere* f *recuset.*

e Si modo nihil.] *Nam si aliquid accepisset a defuncto, ad vendendum cogi posset, vt supra diximus, idemque Theophilus hic tradit.*

f Sed differtur.] 4 *Stat in suspenso illo fideicommissaria libertas seruo alieno relicta: idq; fauore libertatis. Potest. n. fieri, vt dominus aliquando mutet voluntatem, & vendere sit* g *paratus. Neq; hoc casu præstari æstimatio potest huic seruo: tum quia libertas est* h *inæstimabilis, tum quia præstatio huius æstimationis facta seruo nihil ei prodesset: apud ipsum. n. non maneret, sed statim* i *domino quæreretur.* 5 *Vnde colligis Accursius,* K *id quod differtur, non auferri: nec etiā interim dari, nisi differenti mora vel culpa obijci* l *possit.*

§. Qui autem.

1 *Seruus ex fideicommisso manumissus fit libertus manumissoris: & quæ sit eius vtilitas.*
2 *Directa libertas ab intestato dari non potest: secus est in fideicommissaria.*
3 *Libertus Orcinus.*
4 *Alciatus hunc tex. aliter legit: & ob id quid?*
5 *Seruo alieno directò libertas dari nequit: & quæ sit ratio.*
6 *Tria requiri, vt directa libertas seruo relinqui possit.*

Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, nō testatoris fit libertus, et si testatoris seruus sit, a sed eius qui manumittit. At is, qui directò b ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit: qui etiam Orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatē habere potest quā qui d vtroq; tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentū, & quo moreretur. Directo autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio seruum manumitti rogat, sed uelut ex suo testamento libertatem ei competere uult.

a l.planc.2. §. fi. & l.seq. de le. 1.iuncta l.per donem, & l. Cāpanus de oper. liber.
b l.quique.de in ius uoc. l. venia.C. illo tit.
c l.libertates.de man.testa.
d l.directis.C.de test.manu. l. si is de fidei lib.
e li.1.Prætermis.
f l. si seruus legatus §. si seruus alienus. de le. 1. l. quod seruo tuo. C. de testa.manu.

a Sed eius qui manumittit.] 1 *Et sic seruus, qui fideicommisso libertatem accipit, fit libertus manumissoris. Neq; ea res caret commodo. Quamuis. n. hic manumissorio tali liberto non possit operas sperare, etiamsi testator id* a *cauerit: ius tamen patronatus habet, vt nec in ius sine venia* b *vocari possit, & habeat bonorum possessionem contra tabulas.*

b Ex testamento.] *Recte hic ait, ex testamento:* 2 *quia directa libertas dari ab intestato non potest, cū tamen possit ita relinqui fideicommissaria. Ex codicilis tamen testamēto confirmatis etiam directa* c *vtiliter relinquitur.*

c Orcinus.] 3 *Quia. s. ab eo manumissus sit, qui ad Orcum eat: quasi patrono ad Orcum & Plutonem misso,* d *libertus. Theophilus vertit χαρωνιανόν, a Charonte inferorum portitore.* 4 *Alciatus* e *tamē mauult,* [*Orthinus*], *legere, quod directo fiat liber. ὀρθὸς. n. directum significat. Hinc &* [*Orthodoxi,*] *qui recte in diuinis sunt opinionis.*

d Vtroq; tempore] *Idq; ea ratione:* 5 *quia expressi iuris est,* f *seruo alieno non posse directam libertatem relinqui. Nisi ergo esset seruus testatoris tempore, quo facit testm̄, non posset ei recto iure libertas dari, quia sic diceretur seruo alieno eā relinquere. Sed etsi esset seruus testatoris tpe cōditi testamēti hoc nō sufficeret; qm̄ posset aliena, antequam moreretur, sieq; res deueniret ad casum, a quo non posse incipere.* 6 *Recte ergo constitutū est, oportere eum, cui directa libertas relinquitur, duobus temporib. seruū testatoris esse, & cum testamentum scriberet, & cum testator decederet. Iason addit etiam tertium tēpus,*

nempe

nempe adita b hæreditatis, quo cedere dicitur libertas directo data: interim non potest hic libertati destinatus nouo domino h subijci.

§. verba autem.

1 *Quibuscunque verbis fideicommissa relinqui posse, quæ tamen fideicommissum importent.*

2 *Fideicommissa tantum verbis indirectis & obliquis, vel communibus relinqui possunt: directis verò non possunt.*

3 *De quibusdam verbis his non relatis, quæ uim fideicommissi pariter habent.*

Verba autem fideicommissorum hæc maxime in vsu habentur: peto, uolo, mando, fidei tuæ cōmitto. quæ perinde a singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

Hic §. communis est ad hanc & proxime praecedentem titulum, in quo Imp. recolligit, quibus uerbis fideicommissa relinqui communiter soleant. Nam & alijs uerbis, quàm quæ hic referuntur, ea relinqui posse, extra controuersiam est; neq; id negat Iustinianus. 1 Possunt ergo fideicommissa fieri quibuscūq; verbis significantibus legitimum a sensum testatoris, legare uel fideicommittere uolentis, siue proferantur a testatore simpliciter, siue cū iuramēto: siue dirigant ad hæredē grauatū, siue ad fideicommissarium b honoratū, dūmodo talia verba sint dispositiua: q̄ semp fideicommissi petitionem inducunt. Secus si essēt uerba consilij, vel adulatoria, quæ nihil operantur, c cū potius censeantur enunciatiua q̄ dispositiua. d 2 Necesse quoq; est verba fideicommissorum uel obliqua esse, siue indirecta, quæ & Præcaria dicunt, nempe p quæ rem defuncti consequimur ex manu alterius, & per obliquum, nō recta uia: uel saltem esse cōmunia, quæ non solum directam habeant significationem: sed etiam ad obliquam trahi, sicque fideicommissis accommodari possit. Cæterum verbis uere directis fideicommissa non relinquūtur, quoniam ea in obliquū sensum flecti nequeunt. Quæ sint autem uerba directa, obliqua, siue communia, nos alibi e annotauimus.

a Singula.] Nam tantum ualet fideicommissum altero solo uerbo relictum, ac omnia simul coniungerētur: dum tamen ex eo, quod prolatum est, mens testatoris, fideicommissum tali uerbo relinquere uolentis, intelligi possit: alias secus f Porro pro coronide suprad: Ex fideicōmissorum materiæ illud addere lubet: esse quædam uerba, quæ licet minus contineant, quàm ea, quæ hic Iustinianus recensuit: æque tamen intelligentur uim habere fideicommissi: qualia sunt, Scio, credo, nihil ambigo te daturum, g vel restituturum. Sunt etiam alia uerba, quæ quidem prima facie uidentur plura continere: sed tamen deflectuntur ad fideicommissa, cum non possint aliter suā uim explicare. quorum aliquot exempla h Baldu. hic refert,

DE CODICILLIS. TIT. XXV.

1.2 *Codicillorum multiplex acceptio, & quomodo hic accipiantur,*

3 *Codicillorum definitio.*

4 *Codicilli quomodo a testamento differant.*

5 *Codicillos bifariam fieri.*

6 *Codicillorum alij fideicommissarij, alij directi,*

7 *Necessitas & utilitas codicillorum.*

Cognita] testamentorum ordinatione, de codicillis, tanquam minus solenni uoluntate, iusto ordine sequit. 1 Quanquā aūt alias generalis sit [codicillorum] uox, omnemque scripturā significare ualeat, unde diplomata, seu literæ principales appellantur a [codicilli;] item & epistola a priuato ad amicū scriptæ, Sulpitius ad Ciceronē: [Puer Atidini mihi obuiam uenit cum codicillis.] Cicero ad Quintū fratrē; [Epistolā hanc efflagitarunt codicilli tui,] 2 Hoc tamen loci codicillos paruos codices, seu tabulas dicimus, quibus testator iustū ac solenne testamētū facere impeditus, qualicunque de rebus suis uoluntate disponit; nēpe qd eā iuris solennitatem, quæ in testamentis exigitur, non desiderent. Nā & Codicē p testamentaria scriptura Imp: b supra posuit, in eademque significatione Iuuenalis usus est: [Nā codice sæuo Hæredes vetat esse suo.] 3 Sunt ergo [codicilli] imperfectum quoddam testamentum, quibus sine iuris solennitate permissum est, sententiam uoluntatis ultimæ scribere, nullo instituto hærede. Hæc descriptio continet duas differentias, quibus codicilli a testamento secernuntur. 4 Prima est quòd ad testamentum plura solennia c desiderantur, quæ alibi recensuimus; codicilli carent omnis iuris solennitate, nisi quod quinque testes, quanquā nō rogatos, adhibere d oportet, ut cōstet eos a testatore factos esse. Altera est, q in codicillis non potest directo hæres institui, ne scilicet confundatur ius codicillorum e testamentorū 5 Fiunt autem codicilli ad exemplum testamentorum bifariam: in scriptis, adhibitis quinque testibus, f qui se sub scribant, q̄uis sigilla nō requirant. Deinde sine scriptis per nūcupationē, declarata uoluntate defuncti coram quinque testibus: siue ea postea in scripturam redigatur, siue g non. 6 Porro codicillorum alij

sunt

g l. testamento. o manu. test. l. 1. §. libertatib. C. d cad. toll.
h Ias. hic ad Por.

a l. 2. C. cō. de le.
b l. peto. §. 1. de leg. 1.
c l. de generali. § de vsu leg.
d vide Bart. l. ex hac scriptura. de dona. eūdē l. unū ex familia. § fi. & l. cū pater. §. mando. d leg. 2. Cano. c si Papa. d priuil. lib. 6.
e §. fi. sup. de pupil. substi. nu. 5 6. 7
f l. pater. §. pe. de leg. 3. l. Lucius Titius. §. filiā. ad Trebell.
g l. cū hoc modo. l. & eo modo. de leg. 1. l. unū ex familia §. vlti. de leg. 2
h l. ex fact. ad Trebel. l. filiusf. §. ut quis hæredem. de leg. 1. & l. qui filiū. ad Trebel.

a l. administrantes. i pri. de excus. tut. §. filius fa. sup. q b. mo. jus pat. pot. sol. & l. iudices. C. de digni. lib. 12. Sueto. in Clau. cap. 29
b § sed & vnum. sup. de testā.
c § sed cum pauLatim. sup. de testa.
d § fi. sup. de fidei. hær. & l. ult. C. de iur. codicill.
e §. fi inf. h. t.
f d. l. ult. ver. subnotationē. ibi Ias.
g gl. hic. & l rub C. eo. tit.

sunt fideicommissarij, alij direĉti: [Fideicommissarij] sunt, in quib. scriptor uerbis utens precarijs, suam de reb. omnibus, quæ testamenti comprehendi solent, hæredi suo petitionem exposuit: [Directi,] in quib. directis ciuilibusue uerbis scriptoris uoluntas de legatis duntaxat alicui relinquendis exposita est. Atque hoc sensu non solum hic, sed & in Pandect. & Cod. de Codicillis accipiuntur. 7 *Est autem codicillorum usus non tam necessarius, quàm etiam utilis. Necessitas in eo uersatur, ut si quis impediatur de facto iustam sententiam testamēto solenni relinquere; is saltem ab intestato describat obiter, de bonis suis, cui aliquid uoluerit restitui per codicillum unum aut* [h] *plures. Vtilitas uerò codicillorum non est obscura. Nam si quis oblitus fuerit alicuius rei in testamento non descriptæ; vel si uereatur, ne per obliuionē aliquid prætereat, is potest ante uel post testamentum scribere codicillum. Idque est, quod* [i] *Paulus tradit, codicillos confici quatuor modis, quos* [K] *infra declarabimus.*

h §. fi. inf. eo.
i l. conficiuntur. ī prin. de iur. codi.
K non tantum. infra. eod.

Princip. tit.

1 *Augustus & codicillorum seruandorum, & fideicommißorum autor fuit.*
2 *Iure veteri legata codicillis relinqui non poterant.*
3.5 *De C. Trebatio iurisconſ.*
4 *Epistola Ciceronis ad Iulium Cæſ. scripta, Trebatij commendatitia.*
6 *Codicillos qui possint facere.*
7 *De Antistio Labeone.*

a Ante Augusti tempora constat con dicillorum ius in usu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fideicomissa esse cœperunt) codicillos introduxit. Nam cum decederet in Africa, scripsit codicillos *b* testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret *c* aliquid. Et cum diuus Augustus uoluntatem eius implesset, deinceps reliqui eius autoritatem secuti, fideicommissa præstabant: & filia Lentuli *d* legata, quæ iure *e* non debebat, *f* soluit. Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes uiros, interque eos *g* Trebatium quoque, cuius tunc autoritas maxima erat: & quæsiisse, an posset recipi hoc, nec absonans a iuris ratione codicillorum vsus esset: & Trebatium suasisse Augusto, quòd diceret utilissimum & necessarium hoc ciuibus esse propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud ueteres fuissent: ubi si quis testamentum *h* facere non posset, tamen codicillos posset: Post quæ tempora *i* cum & Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

a *Ante Augusti.] In hoc principio origo & initium codicillorum adeò copiosè & luculenter declaratur, ut nihil uel eximi, uel addi amplius debeat. Et hanc totam historiam nos etiam* [a] *supra adduximus, vt superuacaneum sit eandem hic repetere.* 1 *Illud tamen non omittendum, fuiße D. Octauium Augustū non minus autorem seruandorum codicillorum, quàm fideicommissorum, quæ prius ab hæredum uoluntate pendebant. Nam ex historia hic relata constat, Augustum non modo ius codillorum adprobaſſe, verumetiam fideicommissum ultro præstitiße.*

a De fideic. hær.

b *Testamento confirmatos.] L. Lentulus Augustum hæredem scripsit, & filiam suam: quos rogauit per codicillos testamento confirmatos, ut aliquid facerent, puta domos ædificari quibusdam amicis Lentuli* [b] *curarent. Erant autem confirmati codicilli testamento, vel antefacto, hoc* [c] *modo; Si quos scripsero codicillos, hi firmi sunto: vel post, ad hunc modum: Quos ante scripsi, rati sunto.*

b Baro hic.
c l. cōficiuntur. ff. de iur. cōd. l. fiue ī initio. hoc tit.

c *Aliquid.] In codicillis declaratum.*

d *Legata.] In eisdem codicillis relicta.*

e *Non debebat.]* 2 *Nam iure ueteri legata non nisi in testamentis utiliter* [d] *relinquebantur: licet hodie sit secus ex Iustiniani* [e] *lege, quæ legata fideicommissis per omnia exæquauit.*

d §. præterea. sup. de fideic. hęre.
e l. 2. C. commu. de leg.

f *Soluit.] Iure codillorum.*

g *Trebatium.]* 3 *Fuit C. Trebatius Testa Iurisperitus ualde clarus temporibus Ciceronis; ad quē cum scriberet Topica, omnia exempla ex iure ciuili sumpsit, ut haberet rationē eius, ad quē scribebat: Extant quoq; ad eū plurimæ eiusdem Ciceronis* [f] *epistolæ plenę locis, salibus, & scommatis, quibus Iurisconsultū esse ludit. Fuit. n. amicissimus Ciceroni, in cuius fidem se Trebatius (vt ipse Cicerò testatur) ex adolescentia contulit: vnde & a Cicerone Cęsari Gallias tunc cum imperio obtinenti literis studiosiss. commendatus est: quas lubet adscribere.* 4 *[Hunc, mi Cæsar, sic uelim omni tua comitate complectare, ut omnia quę per me posſis adduci, ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas: de quo homine hoc spondeo, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiorem esse neminem. Accedit etiam, quod familiam ducit in Iure ciuili singulari memoriæ summa scientia, &c.] Quanquam autem C. Trebatius contra Cæsarem partes Pompeianas secutus fuerit, fractoque Pompeio cum diutius in bello perseueraſſet, ēt exulare iussus sit: Ciceronis tñ ope Cæsar reditum ei indulsit, & ita indulsit, ut eius & consilio vteretur, et Tribunatū* [g] *militarē offerret. Meminit eiusdem Trebatij tanq̄ uiri boni & integri Suetonius in Cæsare: itemque* [h] *Pomponius noster, referens hunc fuiſſe adiutorē Cornelij Maximi, & iuris quidem peritiorē, quàm eloquentio-*

f Toto ferè li. 7. Epist. famil.
g Zas. l. 2. §. fuit & eod. de orig. iuris.
h d. §. fuit & eod.

quentiorum, compluresque libros scripsisse, sed qui minus frequentarentur. Extat quoque Horatij Satyra sub. Serm. 2. ad Trebatium iurisconsul. in qua eum doctrinæ nomine similiter commendat.

h *Facere nō posset.*] 6 Intellige de facto, impeditus. s. his incommodis, quæ solet trahere peregrinatio: nā qui testamentum facere non potest iure prohibitus, huic neq; codicillum scribere licet. i Loquitur ergo de impedimento facti, non iuris.

i *Cum & Labeo.*] 7 Intelligit Antistium Labeonem Cinnam iurisconsultum, auditorem Ser. Sulpitij, qui ea fertur libertate fuisse, vt ratum pensumque nihil haberet, nisi quod iustum & sanctum in Romanis antiquitatib. ipse k legisset. Huius meminit etiam l Pomponius, eum à Trebatio institutum aiens, nec tantum Iurisprudentia clarum, sed cæterarum quoq; artium non fuisse expertem: quod & Gellius cl. c. 12. tradidit.

i l.diu. §. codicillos is demum. & d.l. conficiuntur. §. codicilli hoc ti.
k Autor Gel. li. 13. cap. 12.
l d.l. 2. §. post hunc maximè & ibi Zas.

§. Non tantum.

1 Codicillos quatuor modis confici.
2.3 Olim codicilli ante vel post testamentum facti non valebant, nisi testamento confirmarentur: hodie nisi expresse reuocentur, ipso iure confirmari intelliguntur.
4 Si ab intestato fiunt codicilli, debentur relicta succedentibus ab intestato.
5 Posthumi natiuitate an codicilli rumpantur.

Non tantum autem *a* testamento facto pōt quis codicillos facere; sed & intestatus qs decedens fideicōmittere codicillis pōt. Sed cum ante testamētum factum codicilli facti erāt: *b* Papinianus ait, non aliter uires habere, quam si speciali postea uolūtate cōfirmētur. Sed *c* diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, ex his codicillis, qui testamētum pcedunt, posse fideicōmissū peti: si apparet eū, q testamētum fecit, à uolūtate, quam in codicillis expresserat, non recessisse.

a *Testamento facto.*] 1 Quatuor modis codicillos confici Imp. hic docet, idemq; a Paulus ante tradidit. Aut. n. in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum testamento facto: aut sine testamento, ab intestat o. s. vnde originem traxerunt. Ideo autem fideicommissa dari posse ab intestato succedentib. idem Paulus refert, quoniam creditur pater familias sponte sua his relinquere, s. legitimam hæreditatem. Possunt ergo codicilli & ante testamentum fieri, & post d testamentum, & vnà cū ipso testamento, & ab e intestato.

b *Papinianus.*] 2 Cuius responsum in Pandectis g extat hisce verbis: [Ante tabulas testamenti codicilli facti non aliter valent, quàm si testamento, quod postea factum est, confirmentur: aut voluntas eorum quocunq; indicio retineatur.] Sed quid si post testamentum facti sint codicilli, an specialis eorum cōfirmatio requiratur? & non requiri, e x h Iuliani responso liquet. ait. n. Testamento facto etiam si codicilli in eo confirmati non essent, vires tamen ex eo capient.

c *D. Seuerus & Antonius.*] Quorum rescriptum non extat. 3 Sed hoc tā iure hodie vtimur, vt semp intelligantur codicilli ipso iure in testamento præcedenti, vel sequenti confirmati, nisi appareat eos reuocatos esse. Præsumitur. n. testator durare in eadem voluntate, si nominatim eam non reuocarit, nec cōtrarium disposuit. In summa sciendum est, codicillos ad testamentum, quocunque tempore factum sit, ita pertinere, vt testamenti vires consequantur, viresq; ex eo capiant, nisi inter testandum reuocatos esse probet. 4 At vero intestato paterfa. mortuo, nihil requiritur in codicillis ab eo factis, si alias testari potuit, sed vicem testamenti exhibent, obligantq; omnem legitimum hæredem, Et post i natum, ad præstanda in ipsis relicta. 5 Neq; n. postumi natiuitate rumpturū codicilli ab intestato facti: licet secus sit, si defunctus testamentum & codicillos fecisset, qui cum testamenti ius sequantur (vt iam dictum est) consequitur, rupto testamento agnatione postumi, codicillos quoque ad testamentum pertinentes k rumpi.

a l. conficiuntur in pri. hoc titu.
b Ibidem.
c Vide quæ dixi in §. prætera. sup. de fideic. hæred.
d De his duob. modis loquitur, l. fine initio. C. de eod.
e De quo in l. fi. §. illud plane. C. eo.
f De hoc in §. sequen.
g l. ante tabulas. de iure. cod.
h l. si quis cum. §. ult. h. tit.
i l. ab intestato. hoc ipso ti.
k Ita loquitur l. 1. C. de codicil.

§. Codicillis.

1.2 In codicillis non potest directo hæres institui, in testamento potest: & quæ sit ratio diuersitatis.
3 Principale non confirmatur per accessorium.
4 Ex hæredatio in codicillis non recte fit.
5 Hæreditas directo in codicillis data, in vim fideicommissi valet.
6 Testator in dubio potius testari, quam codicillari voluisse præsumitur.
7 Casus, vbi hæreditas in codicillis directo relinqui potest.
8 Si quid obscurius scriptum in testamento sit, per codicillos declarari potest.
9 Nec conditio hæredi iam instituto in codicillis potest adijci.
10 Conditio in testamento apposita, in codicillis remoueri nequit.
11 Clausula derogatoria in testamento apposita, in codicillis reuocari potest.

Codi

Codicillis aūt hæreditas a neq; dari neq; adimi potest, ne cōfundatur ius testamentorum & codicillorum: & ideo b nec ex hæredatio scribi c Directo autē hæreditas codicillis d neq; dari neque adimi potest. e Nam per fideicommissum hæreditas codicillis iure reliquitur. f Neq; cōditionem hæredi instituto codicillis adijcere, neque g substituere directo quis potest.

a *Neq; dari.*] 1 *Hæc vna est differentia inter solenne testamentum & codicillos: quod s. in codicillis nec directo hæres* a *institui, nec intestamento datus codicillis submoueri possit, cum in testamento vtrunque sit secus. 2 Quod Imp. ideo esse tradit, nec ius testamentorum & codicillorum misceatur & cōfundatur: id quod fieri non dēre, vel ipsa nominum diuersitas commonere* b *videtur: Papinianus* c *etiam aliā rationem, paulo subtiliorem adducit, his verbis: [Quod per manus traditum est, codicillis hæreditatē dari non posse: rationem illā habet, ne per codicillos, qui ex testamento valent, ipsum testamentum, quod vires per institutionem hæredum accipit, confirmari videretur,] 3 Neque .n. principale confirmari potest per* d *accessorium.*

b *Nec exhæredatio.*] 4 *Nec exhæredatio in codicillis recte fit: ob id certe, quoniam ea alterum est testamenti* e *fundamentum.*

c *Directo.*] 5 *Vt quia testator dixerit, [Titius mihi hæres esto:] [vel,] Titiū hæredem instituo, facio, scribo:] quæ sunt verba* f *directa.*

d *Neq; dari.*] *vt. s. directo, seu recta via dētur. 5 Si tamen euidentur* g *cōstat, testatorem, qui directis verbis hæredem scripsit, voluisse testamentum facere, sed potius codicillos: trahentur huiusmodi verba et sine clausula codicillari, benigna quadam interpretatione ad* h *fideicommissum. vt hæreditatis datio sustineatur tanquam fideicommissaria. 6 In dubio autem potius testari, quam codicillari voluisse intelligetur, si institutionis verbo* i *sit vsus. Et prædicto casu censentur rogati hæredes in testamento scripti, vel ab intestato venientes, vt restituant hæreditatem instituto in codicillis, salua tamen ratione quartæ* k *ex S.C. Trebelliano. Quod & in substitutione directis verbis codicillis, comprehensa* l *est: nā & ea ad obliquū sensum flecti, si testator pcise testādi voluntatē nō habuerit. Alioq. n. nec directa uia, nec p fideicommissum id, quod actū est, substinebitur, siue de institutione, vel substitutione* m *loquamur. 7 Sunt & alij casus, in quib. hæreditas directo relinqui, vel adimi in codicillis potest, quos Iason ad Philippi ne Imp. rescriptum refert: quemadmodum est in* o *milite, item in patre disponente inter liberos, vel inter legitimos* p *hæredes, qui potest recto iure in codicillis substitutionem adimere & dare. Quod & ad codicillos, in quib. directis verbis ad pias causas relictum est,* q *nonnulli producunt ex paritate & similitudine rōnis. Cessat ēt supradictum dogma in directa institutione certæ rei, qua potest fieri in codicillos, qui datus est coheres vniuersalis in testō: quia tunc in re certa scriptus vice legatarij* r *sustinet. Quod* s *Iasō admittit, qn institutio certæ rei facta est extraneo, eiue ade . pta: in filio secus esse aiens, & hoc ea rōne, qm in extraneo institutio rei certæ omnino legati naturam obtinet: sed in filio solum respectu Querelæ inofficiosi testamenti loco institutionis habetur. 8 Sed etsi quid obscurius, etiam quantum ad institutionē hæredis, in testamento scriptū sit per codillos declarari* t *potest: ut quia dixerit. Quem in codicillis meis nominauero, hæres mihi esto.] Pari ratione, si hæreditas testamento ex aliqua causa inutiliter data sit, poterit in codicillis etiam directo* u *confirmari.*

e *Per fideicommissum.*] *Verbis precarijs & obliquis, hoc pacto: Rogo te hæres mi, ut cum primū adieris hæreditatem meā, eam Seio reddas restituas.] Sic ergo relicta hæreditas omnino restituenda* x *est, salua tamen ratione quartæ Trebbellianicæ.*

f *Nec cōdōnem.*] 9 *Aliam hic differentiam habes inter testamentum & codicillos, quod in testamento licet hæredes sub conditione instituere, secus est in codicillis. Nam etsi hæredi in testamento pure scripto condō aliqua in codicillis adijciatur, hæres tamen huic parere nō tenetur, sed ea reiecta hæreditatē pure, ac si nulla condō adscripta fuisset.* y *consequitur. Atque ita Modestinus* z *etiam respondit, additaq; rationem, [quod in defectum conditionis uideatur quis cogitasse de ademptione hæreditatis: sed eam codicillis adimi non posse.] 10 Sicut autem conditionem hæredi pure in testamento instituto in codicillis adijcere non licet, ita & ex diuerso cōdō adposita in testō in codicillis adimi, seu remoueri non potest: sic enim uideretur hæreditas pure dari, quod lege prohibitum est, nisi forsan liberorum fauor aliud* a *suaderet. 11 Clausula tamen derogatoria, inserta testamento, quin reuocari in codicillis ualeat, dubium nō est: tum quia ex hoc non datur, neque adimitur hæreditas: tum etiam quia de contrario legibus non cauetur ideoque permitti uidetur.*

g *Substituere directo.*] *Saltem ut substitutio directo iure ualeat: nam interdum substitutionem directis uerbis factam in codicillis benigniori interpretatione ad fideicommissum traduci, supra* c *annotauimus*

a l. 2. §. fi. h. t. l. hæreditatē. C. e. b l. fi. idem. C. de cod. c l. quod per manus. hoc ti. d Bart. d. l. quod per manus. e sup. de exhere. ll. in prin. f Vide sup. d pu. substit. §. fi. nu. 5. 6. 7. g Bar. l. illud. §. tractari. h. ti. h l. Scæuola. ad Treb. ibi Bart. & alii. & in ff. verb. ciuilib. de uulg. Porc. hic. i l. nō codicillū C. de testam. k Vide Porc. hic qui hanc rem plurib. tract. l d. l. Scæuola. & l. cum quis decedens. §. Seiani. de leg. 3. m d. §. tractari. & l. 1. hoc ti. & d. l. non codicillum. n l. 2. C. de codi. o l. querebatur li. militis. de militi. testa. p Bar. d. l. militis. Iaf. l. hac cōsultis. §. vlt. C. de testa. q Bal. l. 1. C. de sa cr. eccl. Ang. & Imo. l. 2. de in ius uoc. r l. quoties. C. de hær. inst. Bald. d. l. non codicillū, ad fi. s In d. l. quoties. t l. asse toto. vbi Inst. de hæ. in sti. l. his palā. §. si quid post. test. u l. 2. in fi. h. tit. x d. l. 2. §. fi. & l. hæreditatē. C. hoc tit. y l. diuus. h. t. z l. quidā in suo. in fi. de cond. insti. a Ang. hic p no. in l. diuus. §. ti: b arg. l. nec non. §. quod eis. ex qui cau. maio. c hoc §. nu. 4. & d. l. Sceuola, ad Trebell.

§. Codicillos.

1. 2 *Cur codicillos plures relinquere quis possit, cum secus in testamentis.*
3 *Limitatio ad prædicta.*

In

4 In codillis quinque testes sufficiunt, etiam non rogati.
5 Qua ratione relicta in codicillis petantur.

Codicillos autem *a* etiam plures quis facere potest, & *b* nullam solennitatem ordinationis desiderant.

a *Etiam plures.*] 2 *Rursus hic discrimen colligere licet inter testamentum iustum & codicillos: quia poterit quis plures codicillos relinquere, ita ut omnes* a *ualeant, modo inter se contrarii non sint: tum.n. prior a posteriori* b *non censeretur reuocatus. Testamenta autem plura si quis faciat, non omnia simul ualent, sed posterius semper ipso iure priori* c *derogat.* 2 *Diuersitatis ea est ratio,* d *quod testamenta plenam continent dispositionem bonorum & uniuersitatis: in codicillis autem fere non de bonis uniuersis, sed de parte eorum, rebusque singularibus tractatur.* 3 *Si tamen duo contrarii reperiantur codicilli, nec appareat, quis nam prior sit, aut posterior, neuter ualet ratione* e *incertitudinis: nisi dicamus alterum dare quid alterum idipsum adimere: quia ademptio frequētius dationē sequi solet. & tū codicillus, in quo admitur, uires* f *habebit. Sin uero eodē die duo facti sint codicilli, & in uno legetur fundus Titio, in altero idem fundus legetur Seio: quia tales codicilli non sunt contrarii, sed diuersi, ideo unus per alium nō tollitur, sed ambo ualent, & legatarii partes, concursu* g *facient, quia censentur coniuncti, & ad eundē fundum uocati. Si tamen contraria defuncti uoluntas alteri adimere, & in alterum transferre uolentis, probetur, aliud* h *fuerit dicendum.*

b *Nullam solennitatem.*] *Aliud discrimen inter testamentum & codicollos: & quia in testamento solenni multæ solennitates requiruntur, quas suo loco* i *retulimus.* 4 *In codicillis sufficit, si testandæ ueritatis gratia quinque testes adhibeantur, etiam non* K *rogati: inter quos & mulier* l *admittetur, licet in testamentorum solēnib.* m *reiiciatur. Cæterum reliqua solennia, quæ in iusto testamento desiderātur, in codicillis omitti possunt. Et hoc est, quod Martianus* n *ait,* [*codicillos neque ipsius qui eos facit, manu scribi neque signari necesse esse.*] *Addit etiam Martianus,* [*etiam si in cōfirmatione codicillorum pater fa. adiecerit, ut non alii ualeant, quam sua manu signati & subscripti: tamen ualere factos ab eo postea codicillos, licet neque ab eo signati, neque manu eius scripti fuerint.*] 5 *Illud pro coronide addendū, quanam actione relicta in codicillis petantur? Et uerius est* [*condictione ex lege,*] *uel utili actione* [*ex testamento*] *ea* o *peti, si codicilli non fuerint testamento* p *confirmati: Nam si testamento confirmati sūt directa* [*ex testamento*] *etiam agi poterit. tametsi utra agatur, parum referat: cum utraque actio eiusdē uirtutis esse, eundemque effectum* q *habere uideatur.*

a l. diuus. §. codicil. hoc tit.
b l. cū proponatis. C. d. tit.
c § posteriore, sup. qui. mo. test. inf.
d Bart. & Ias. d. l. cum proponatis. Porc. hic.
e glo. & Bar. ibi.
f B. d. l. ibid.
g gl. Bar. & Ias. in ea. l. & l. 7. ff Fort idianū. C. de lega.
h vt sup. de adē. leg. §. transferri.
i § sed cum paulat. sup. de tes.
K l. fi. in fi.
l d. l. fi. ibi glo. q cōmuniter. approbatur.
m l. qui testamento. §. mulier. d testam.
n d. l. diuus. §. 1.
o l. 1. de condic. ex l. no. l. fi. C. de cod. & l. restituta. ad Trebellia.
p Fab. § sed cum ante. sup. eod.
q argu. l. actio. in fi. neg. gest.

INSTITVTIONVM II. LIBRI FINIS.

IOA-

IOACHIMI MYNSINGERI A FRVNDEK, IVRISCONSVLTI.

SCHOLIA IN LIBRVM TERTIVM Institutionum Fl. Iustiniani Cæsaris.

DE HAERE. QVAE AB INTEST. DEFERVN. TIT. I.

1 *Successionum alia Ciuilis, alia Prætoria.*
2 *Hæreditas duplici iure defertur.*
3 *Quæ sit legitima, quæ item iusta hæreditas.*
4 *Continuatio huius tituli.*
5 *Ex veteribus quibusdam exemplaribus constare, initium lib. 3. Instit. fuisse in tit. de obligat.*
6 *Summa successionis intestatæ ex iure Authentico, siue Nouellarum declaratur.*
7 *Prima successio ab intestato est descendentium siue liberorum.*
8 *Secunda ascendentium siue parentium inter quos seruatur ordo graduum.*
9. 10. 11. *Tertia coniunctorum ex transuerso: & hi diuersimode succedunt.*
12 *Quarta, Viri & vxoris si transuersales desint.*
13 *Prædictis omnibus deficientibus, bona fisco cedunt.*



VCCESSIO omnis in iure nostro est vel Ciuilis, vel a *Honoraria, siue Prætoria: illa [hæreditas,] vel [bonorum possessio] dicitur.* 2 *Hæreditas autem duplici iure defertur, vel ex testamento, quæ [Testamentaria:] vel ab intestato, quæ proprie [Legitima] nominatur, quũ eam lex ipsa absq; facto hominis refert.* 3 *Quanquam & quæ ex testamento contingit, legitima quoq; non improprie, latiore tamen sensu dici* b *possit. Ea enim a lege XII. tab. confirmatur, dum in illa constitutum sit, vti quisq; rei suæ legasset, ita ius* c *esse. Dicitur etiã [iusta hæreditas,] quæ ab intestato obuenit: quod iure quodam sanguinis & gentilitatis, omnique iure tam naturali quam ciuili* d *debita videatur. Iustam tamen hæreditatem Varro li. 2. de re rust. latius accepit, pro ea quę iure & quouis modo alicui obuenit.* 4 *Ac de testamentaria quidem, veluti ob solennia ordinationis* e *digniore superiori libro, à titulo qui est, [Per quas personas nobis acqui.] in hunc vsque locum tractatum est. Iusto ergo nunc ordine & de legitima successione, idest, de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, subnectendum erat.* 5 *Cuius quidem ordinis respectu aperte protenderetur liber secundus Institutionum vsque ad titulum, qui [De obligationib.] inscribitur: sicuti etiam ab eo primum titulo aliquando factum esse initium libri tertij, ex vetustis quibusdam exemplaribus constat. & eo præcipue, quod ante annos quadringentos ad mare Balthicum repertum esse Apellus* f *refert, descriptum tempore Imp. Lotharij Saxonis. Cęterum de prætoria successione, quæ ad exemplum legitimæ introducta est, cum alioqui multi neq; testamento, neque lege successissent, quos tamen æquum erat succedere, Imp. infra suo loco* g *quoque aget. Quia vero circa successionem intestatorum maxime in describendis parentum & cognatorum gradibus (nam in deferenda liberis hæreditate facile consenserunt veteres) magna semper fuit varietas, plurimaque mutatio: ideo in tanta iuris ciuili, iactatione, variaque vicissitudine, operæ precium fuerit, ex Nouellis Iustiniani Constitutionib. siue iure Authentico summam quandam huc transcribere, vnde quæ sequunt, quæq; alibi extant de eadem re huic regulæ contrario, lege posteriore antiquata iuris studiosi* h *intelligant.* 6 *Oĩs igit successio aut descẽdẽtiũ est aut ascẽdẽtiũ, aut eorũ q ex latere veniũt.* 7 *Primo aũt loco vocauit Iustinianus ad intestati successionem descentes, idest, liberos omnes, ut hi succedant parentib. exclusis omnibus alijs ascendentibus, & ex transuerso coniunctis,* i *nullo habito sexus aut ætatis discrimine. sed nec gradus in eo ordine quæritur, ita ut cum filio etiam ex altero filij nepotes uocentur, & in stirpes, non in capita* k *succedant: & cum nepote defuncti alterius nepotis filij, & deinceps* 8 *Liberis non extantibus secunda successio est ascendentium, siue parentium, ita ut eorum primum ratio habeatur, qui gradu sunt proximiores, nam & mater auo paterno præfertur. Quod si in eodem gradu plures concurrant, inter eos æquis partibus sit hæreditas diuidenda est, ut dimidiam paterni habeant: in stirpes enim, non in capita succedent. Quanquam autem ascendentes, eos qui ueniunt ex latere, excludant a successione: fratres tamẽ utrinque defuncto* l *coniuncti, cum eis admittuntur æqualiter, & in partes uiriles, atque etiam fratrum defunctorum* m *filii, ut saltem consequantur parentum suorum portionem.* 9 *Porro deficientibus supra scriptis personis, tertio loco ex transuerso coniuncti ad successionem uocantur, puta frater, soror,*

a ſ. l. qui anté. §. 1. de is quæ in fran. cred.
b l. 136. lege obuenire. de ver. sign.
c sup. de leg. Fal. in princi.
d l. ea vere ꝑ socio.
e Dixi in §. sed cum paulatim. sup. de testa.
f in dialo. Isago. in 4. li. Instit.
g inf. de bo. pos.
h l. 26. nõ est nouum & l. seq.
i §. 1. inf. h. tit. nostro.
§. cũ filius infra. h. ti.
Auth. defuncto. C. ad S.C. Tertyll.
m §. cõsequens. Nouell. de hęrec. ab intest.

ror, atque ex his progenati. Et quia transuersalium alij ex vtroque parente iunguntur, alij ex altero tantum: succedendi quoque aliã aliamq; obtinent rationem. 10 Primum ergo fratres ex vtroq; parente [n] coniuncti æqualiter vocantur, & cum ipsis aliorum æquè germanorum fratrum filij pariter admittuntur: sic tamen, vt saltem cum patris suis in stirpes succedant, [o] qui si soli essent, in capita succederent, vti cæteri ex latere venientis. Consanguinei fratres, hoc est, qui ex eodem sunt patre, in his bonis defuncto succedunt, quæ sunt [p] paterna: vterini verò in maternis tantum: in reliquis bonis communiter potius, ex æquo admittuntur. Per mares fœminas intelligimus, si in eodem gradu sint: sublata veteri patrię potestatis, suorum hæredum, & legitimorum, hac in re prærogatiua. nisi quod parentes aduentitiorum vsumfructum sibi vendicent, succedentibus solis liberis defuncti. 11 At verò cum neque fratres defuncti supersunt, neque filij fratrum, tunc omnes deinceps à latere cognati ab hæreditatem admittuntur suo ordine, vsque ad decimum gradum, vt semper proximi remotiores [q] excludant. 12 Post hos, quam Prætor tribuit coniugi superstiti bonorum possessionem, [vnde vir, & vxor,] eam Iustinianus [r] quoque probauit: addidit tamen, vt si quis locupletior vxorem indotatam vltrò duxisset, huic cum filijs succederet vxor, sed habituro solum suæ portionis vsumfructum, vt semper ipsa proprietas maneat liberorum. 13 Prędictis omnibus deficientibus bona censentur vacantia, & fisco [s] cedunt: sed tamen ei pręlatus est superstes imperio, liberalitatis socius, si agatur de eius rei [t] successione. Et hunc quidem ordinem succedendi ab intestato Iustinianus tandem pręscripsit, quem diligenter memorię iuris tyrones commendare oportet, vt eius semper memores sint, quando inter sinuosas ambages antiqui iuris iactantur.

n Auth. cessante. C. de leg. hęr.
o Auth. post fratres. C. de leg. hære. & Auth. itaq; mortuo C. com. de suc.
p l. emancipatis. C. de le. hær. l. l. fi. C. co. & d. Auth. itaque mortuo.
q §. si verò neq; fratres d. Nouel. de hære. ab intest.
r Nouell. const. 117.
s l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10.
t l. voica. C. si Impe. liberali. soc.

Princip. tit.

1.2.3 *Intestatus quis dicitur decedere tribus modis.*
4 *Intestatus etiam is est, cuius ex testamento hęreditas non aditur.*
5 *An qui testari non possunt, intestati propriè dicantur.*

Intestatus *a* decedit, qui aut omnino testamentum non fecit: aut non iure fecit: aut id quod fecerat, ruptum irritumue factum est: aut si ex eo hæres extiterit.

a Intestatus.] Imp. Iustinianus legitimæ successionis [a] antiqua, [b] sequentia, quęque nunc [c] obtinent, iura expositurus, ne cui statim ob initio scrupulus occurreret, eum primis, quot modis quis intestatus decedere intelligatur, explicat: quod & ante ipsum in Pandectis [d] Vlpianum fecisse constat. 1 Primò autem [intestatus] decedere dicitur, qui dum iure testamentum facere potuit, non tamen, [e] fecit, fortè pręuentus morte, vel alio quopiam impedimento inuolutus. 2 Deinde is, qui non iure fecit, quia omissa sit in testamento aliqua iuris solennitas: quam interuenire oportebat: puta testes, sigilla, vel in genus [f] alia, vel filiusfa. sit pręteritus. Patria enim sunt, aliquid omnino non fieri, aut minus rito [g] fieri. 3 Tertio intestatus decedit, qui testamentum quidem iure firmum fecit, sed postea per capitis corruit diminutionem, aut pręteriti postumi natiuitamem, vel secundi testamenti factionem, vel inofficiosi querelam, & alijs similibus modis, quibus testamenta iniusta, irritauè [h] pronunciantur. Idem enim est, testamentum omnino non facere, vel huiusmodi facere, quod nullum [i] pronuncietur. 4 Postremò & is intestatus dicitur, qui testamentum ex se quidem validum fecit, sed ex eo corruit, quòd hęreditas adita [k] non fit: siue quia noluit hęres, siue quia non potuit, vel conditione defectus sit, sub qua fuerat institutus. Et hic sensu quoque non improprius est, vtcunque Bart. [l] repugnet. Ait enim [m] lex, [intestatum eum propriè esse, cuius hęreditas adita non est.] Et Paulus I. C. [n] [Intestatus est,] ait, [non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cuius ex testamento hęreditas adita non est.] Magis namque effectum & consummationem (quæ non nisi post aditam hęreditatem esse potest) respicere debemus, quàm simplicia [o] verba: & maximè in testamento, in quo tria tempore, [p] nedum mortis obseruatur tempus. Atque ita Alciatus quoque tradidit, & ante ipsum [q] Theophilus: qui apertis verbis testatur, cum testamentum rumpitur, vt quis intestatus decessisse dicatur, id tempus non aliud attendi, quo testamentum destruitur. 5 Porrò qui testamenti factionem non habent, puta furiosus, pupillus, prodigus, propriè non sunt [r] intestati, cum nullus testandi pręcesserit [s] habitus: generali tamen significatione & eos intestatorum numero [t] Vlpianus habet.

a §. intestatorum inf. hoc tit.
b §. emancipati.
c § sed ea omnia.
d l. 1. de suis & legi. fa. l. 3 & l. postu. de iniu. rup. test. & l. intestatus. de verb. si.
e d. l. intestatus.
f quę recensent to §. sed cũ paulatim. sup. d testa. fa. l. 1. de iniust. rup. test.
g l. non putauit. §. ooo quęuia. de bo. pos con. tab. & l. quoties qui satisd. cog.
h §. alio. sup. quibus mo. testa. infir. §. posterior. eti. l. 3. de iniust. rup. l. vt liberis. C. de coll.
i vt hic.
k l. circ. de inoff. test.
l l. 1. de suis & le.
m d. l. 1. io prio.
n io l. 64. ff. de verb. sign.
o l. 1. §. hęc autẽ verba. quod quisque iu.
p d. l. si alienum. §. in extraneis. de hær. insti.
q §. verum enimuero. inf. de la. ag. suc.
r d. l. 1. §. plane.
s arg l. 116 decẽ. de verb. oblig.
t d. §. plane.

§. Intestatorum.

1 *Ab intestato succedere, quid sit.*
2 *Verba legis 12 tab. de successione legitimo.*
3 *In successione ab intestato prima causa est suorum hæredum.*
4 *Adoptiui appellatione suorum hęredum veniunt.*
5 *De adoptiuorum successione.*

a Intestatorum autem hęreditates *b* ex lege duodecim tabularum, *c* primũ ad suos hęredes pertinent, *d* Sui aũt hęredes existimantur (vt suprà diximus) qui in potestate morientis fuerint: veluti fi-

lius filiaue, nepos neptisue ex filio, pronepos proneptisue ex filio nato, prognatus prognataue. Nec interest, vtrum *e* naturales sint liberi *f* an adoptiui.

a *Intestatorum.*] *Praecognito, quot modis intestatus quis decedere intelligitur, nou qui ab intestato succedant annectit,* 1 *[Ab intestato] autem [succedere] nihil aliud est, quam* [a] *legitimo iure, id est, potestate legis succedere. Si quis ergo intestatus secundum* [b] *supradictos modos decessit, legitimi heredes vocantur ad successionem defuncti, in quibus cum trium ordinum (vt & supra* [c] *diximus) habeatur ratio, descendentium scilicet, ascendentium, & ex latere coniunctorum: hic de legitima successione descendentium differitur, quorum varia sunt species ab* [d] *Accursio alibi relatae. Verum Imperator hoc loci duntaxat de naturalibus & legitimis, qui ex iusto matrimonio sunt editi, item & de legitimis tantum, id est, adoptiuis agit: de alijs verò in §§. sequentibus.*

a l. 130. lege obuenire. de ver. sig. l. confitentur. de iu. cod.
b in prin. hui⁹ ti.
c ad Rub. huius tit. nu. 5.
d glo. 1. sup. de ado. in prin.

b *Ex lege XII.)]* 2 *Cuius legis verba haec circumferuntur: [Intestatorum hereditates primo suorum haeredum velint noliutue, sunto. His deficientibus, agnatus proximus familiam habeto.*

c *Primum ad suos.]* 3 *In successione igitur intestati prima causa est suorum haeredum vtriusque sexus, siue masculi sint, siue foeminae. Nec id solum in filijs, sed & in nepotibus, neptibus, & infra hoc etiam posterioribus, si eos in gradu nemo antecedat, locum habet: nisi quod filij in capita, & secundum numerum personarum succedunt: nepotes verò* [e] *in stirpes, id est, eam partem accipiunt, quam parens eorum habuisset, siue vnus siue plures fuerint.*

d *Sui autem.]* *Qui dicantur sui haeredes, nos pariter supra* [f] *annotauimus, vt hic molesta repetitione nihil opus sit.*

e §. cũ filius. inf. eod.
f § sui si aũt. sup. de haere. quali. & diff.

e *Naturales.]* *Subaudi, & legitimi simul: de his enim hic loquitur, qui scilicet ex iustis nuptijs procreati sunt. nam de naturalibus tantum sequenti §. tractabit.*

f *An adoptiui.]* 4 *Nam & adoptiuos in suorum haeredum numero computare oportet, cum de legitima successione quaeritur. quod ipsum ad quem modum procedat, à nobis declaratum est* [g] *alibi. idem tamen summatim hic repetere lubet.* 5 *Liberi ergo legitimi tantum, si quidem auo materno, vel proauo in adoptionem sint dati, succedunt non aliter, quàm naturales & legitimi: quia concurrunt duo vincula. Sin autem extraneo fuerint in adoptionem dati à parente, qui eorum potestatem habet: tunc cum alijs succedunt aequaliter, quae est sanior Doctorum sententia. Non extantibus verò alijs liberis naturalibus, succedunt patenti adoptiuo in omnibus* [h] *bonis. Arrogati sine vlla differentia succedunt arroganti, nisi emancipatio soluerit ius* [i] *liberorum.*

g §. sed hodie. & §. seq. sup. de adopt.
h d. §. sed hodie. & l. cũ in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adopt. iũcta l. si te. C. de suis & legi.
i l. 3. l. si arrogator. C. de adop.

§. Quibus.

1 *Naturales tantum filij qui dicantur.*
2 *Naturales tantum bifariam legitimari posse.*
3 *Decuriones qui dicantur.*
4 *Coloniae quid? & de legitimatione per oblationem Curiae:*
5 *Theodosii Imp. constitutio de naturalibus liberis: eademque à Iustiniano approbata. n. 6.*
7 *Legitimati per oblationem Curiae quomodo succedant. 8.*
9 *Naturales legitimati, item non spurij, incestuosi, nefarij, adulterini, an & quomodo succedant.*
10 *Legitimati per subsequens matrimonium quomodo succedant. & nu. 11.*
12 *Dotalium instrumentorum confectio an sit de substantia legitimationis.*

a Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptiis vel matrimoniis nõ sunt progeniti, *b* curiis tamen ciuitatũ dati, secundum *c* Diualium constitutionum, quae super his positae sunt, tenorem, *d* haeredum suorum iura nanciscuntur. *e* Nec non eos, quos nostrae amplexae sunt *f* cõstitutiones, per quas iussimus, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit: postea verò affectione procedẽte, etiam *g* nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit; non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui & iis, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praestiterunt. Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce subtracti fuerint.

a *Quibus connumerari.]* *In numerum suorum heredum referuntur & hi filij, qui ex naturalibus tantum facti sunt legitimi.* 1 *Illos autem [naturales tantum] dicimus, quos Graeci φυσικοὺς vocant, hoc est, qui ex concubina domi retenta, & quam habere licuit, sunt nati: ideo naturales dicti, quia naturali coitione, ac velut conniuentibus Nomothetis nascuntur. Legitimi enim non sunt, cum legum autoritatem et approbationem* [a] *non habeant, vt alibi diximus.*

a l. item legato. §. parui. de leg. 3. l. qui concubinam. cod ti.

b *Curijs tamen.]* 2 *Duos modos Imp. hoc loci attingit, quibus naturales tantum legitimi efficiuntur, vt*

deinde

deinde non ſecus, quam legitimi in parentum bona ſuccedunt. Primus eſt, ſi offerantur Curijs ciuitatum. 3 *Olim enim cum aliquod oppidum incollis eſſet deſtitutum, Triumuiri colonias eo deducebant, & decimum quemque conſilio ſiue Curiæ adſcribebant, qui decuriones* [b] *dicebantur.* 4 *[Coloniæ] autem a colendo, id eſt, habitando, erant quaſi quædam examina populorum, qui ad minores vrbes habitandas ex maioribus vrbibus, velut dominatricibus deducebantur, ſeu mittebantur. Dependebant enim minores vrbes ex maioribus: Et hic vetus legendorum primo Curialium mos fuit. Sed cum deinde multi fugerēt Curialia munera, & paulatim ea occaſione Curiæ deficerent, ac collaberentur,* 5 *Theodoſius* [c] *Imp. ſtatuit, Naturales liberos Curijs ciuitatum datos fieri legitimos: vt hoc præmio plures allicerentur ad gubernandam Rempub. Sic enim propter aliorum penuriam neceſſe fuit ſpurios recipere: quod fieri rectè poſſe Vlpianus grauiter olim reſponderat.* 6 *Hanc deinde Theodoſii conſtitutionem Iuſtinianus* [d] *approbauit, multaque adiidit, quæ eo pertinebant, præſertim quod ad iura ſucceſſionis attinet.* 7 *Nam qui per oblationem Curiæ legitimus fit, legitima iura in paterna ſucceſſione cum alijs filijs nanciſcitur, huicque vice ſſim pater ſuccedit. Cæterum quod attinet ad alios agnatos vel cognatos, legitimus non habetur: idcoq; nec ijs inteſtato mortuis ſuccedit, nec huic cognati ſuccedunt, vt &* [e] *ſupra annotauimus.*

c *Diualium conſtitutionum.] Nempe Impp. Theodoſii & Leonis, quæ lib. 5. Cod. tit. 27.* [f] *etiamnum extant.*

a *Heredum ſuorum iura.] Quiſi manſiſſent illegitimi, cum ſuis aut legitimis non ſucceſſiſſent:* 8 *tametſi alimenta ipſis debeantur a ſuis fratribus natu alibus. Quibus non extantibus, ſuccedunt patri inteſtato, qui nullos reliquit legitimos libros, in duabus vncijs, hoc eſt in ſexta parte totius hæreditatis vna cum matre ſua, vel etiam ſi mortua fuerit: in reliquis vero bonis ſuccedunt* [g] *proximi cognati. Matri autem ſuccedunt naturales vna cum legitimis liberis, niſi ſit illuſtris* [h] *mulier. Quod procedit, vt etiam ſi legitimaretur ſpurius, per hoc tamen non fieret præiudicium in ſucceſſione filijs legitimiæ natis, vt Zaſius* [i] *rectè cenſuit, niſi Imperator hoc exprimeret, & motu proprio ac ex certa ſcientia hoc* [k] *prouideret.* 9 *Cæterum ſpurij, h. e. vulgò concepti, ſiue ex publica meretrice nati, patri non* [l] *ſuccedunt: tunc enim pater incertus eſt: matri vero & auiæ quoniam ſemper ſunt certæ,* [m] *ſuccedunt. At vero inceſtuoſi liberi, qui ex cognatis:* [n] *nefarij, ex deſcendentibus: adulterini, ex adulterio nati, nullam habent ſucceſſionem parentum, alimentis quoq; non cenſentur digni iure* [o] *ciuili: Sed Pōtifices in hoc mitigarunt iuris ciuilis duritiē* [p] *ex humanitate.*

e *Nec non eſt.]* 10 *Imp. in album ſuorum eos quoque collocat, qui ex concubinatu legitimo progeniti, per ſubſequens matrimonium ſui ac legitimi fiunt; Hoc enim æqualiter cum liberis poſtea naſcituris ab inteſtato ſuccedunt: Iniquiſſimum namque* [q] *eſſet, ipſam ſtirpem ſecundæ poſteritatis priorem quaſi iniuſtam excluderet: cum gratias agere fratribus ſuis, poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt iuſti filij, & nomen & ordinem conſecuti. Vel etiam ſi ſoli vocentur ad ſucceſſionem, ſi poſtea ex eo matrimonio filius legitimus non naſcatur: Et de hoc legitimationis modo me* [r] *ſupra quoque nonnulla annotaſſe memini, quę huc referri debent.* 11 *Sane longe pinguior ac plenior eſt hæc legitimandi ratio, quàm prior, quæ ex Decurionatu ſiue per oblationem Curiæ exiſtit: quippe cum per ſubſequens matrimonium legitimatis (id quod priori caſu negatum eſt) non ſolum eorum patri, ſed & huius agnatis & cognatis, etiam quod ad iura ſucceſſionum agnaſcantur* [s] *& ſuccedant.*

f *Conſtitutiones.] Quæ adhuc lib. 5. Cod.* [t] *extant.*

g *Nuptialia inſtrumenta.]* 12 *Ea enim omnino neceſſaria eſſe ad validitatem legitimationis per ſubſequens matrimonium, indubitati* [u] *iuris eſt: tametſi lege Pontificia hęc dotalium inſtrumentorum ſolennitas ſit remiſſa, ſineque ea matrimonium, ſiue legitimatio* [x] *conſiſtat: cui iuri, quo ad matrimonium, ſtare nos oportet. Vnde etiam traditum eſt, vel in mortis articulo hoc ſubſequens matrimonium, legitimandorum filiorum ergo, contrahi poſſe: ſi quidem ad vltimum vſque vitæ articulum fieri nuptiæ* [y] *poſſunt: Sed & matrimonium hoc caſu non dicitur ſolùm de preſenti contrahi, ſed magis retro talis habita affectio* [z] *declarari.*

§. Ita demum.

1 *Suus hæres vt quis dicatur, quæ ſint neceſſaria.*
2.3 *Emancipatus utere cum non ſuccedit ab inteſtato, hodie tamen ſecus eſt.*
4 *Filio emancipato inſtituto nepos ex eo præteritus hodie non dicit teſtamentum nullum.*
5 *Poſtumus quando dicatur ſuus hæres.*

1 Ita demum tamen nepos neptiſue, pronepos proneptiſue ſuorum hęredum numero ſunt *a* ſi precedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe: ſiue morte id acciderit, *b* ſiue alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per id tempus, quo quis moritur, filius in poteſtate eius ſit; nepos ex eo ſuus hæres eſſe non poterit, idque & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum eſſe intelligimus, *c* Poſtumi quoque, qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate eius futuri forent, ſui hæredes ſunt.

X 2 Si

b l. 239. pupil. §. decuriones. de verb. ſig.
c l. ſicut. l. quia. C. de natu. lib. & in Nouell. leg. Theod. Impe. tit. 10.
d in Nouel. qui mo. nat. effi. ſui §. ſi quis igitur
e §. ſi. ſup. d. nup.
f d. l. ſicut. & d. l. quoniam.
g §. ſi quis autē defunctus. & §. ſi quis igitur habēs Nouell. qui mo. na. eff. ſui. & Auth. licet. C. de natu lib.
h §. nouiſſimè. ic. ſ. a de S. C. Or. ph. l. ſi qua illuſtris. C. eod. ti.
i In l. hoc modo. n. 46. de verb. oblig.
k Zaſius ibi. & vide quæ annotaui Cent. 1. Obſer. 35. in obſe. Camer. Vid. et And Gell lib. 2. obſ. 88 n. 20.
l §. ſi aduerſ. ſup. de nup. c. vidua diſt. 34.
m l. ex libera. C. de ſuis & leg. l. quia ſem per. de in ius vo.
n l. quin etiā. de rit nup. §. ergo inf. de nup.
o § vlt. Nouell. qui. mo. na. eff. ſui. c. dū mul tæ. 15. q. vl. &c. dicat aliquis. 32. q. 4.
p c cū haberet. de eo qui dux. in vx. quā pol. per adul.
q l. cum quis. C. de nat. li. & d. §. ſi quis igitur. c. tanta. qui fil. ſint leg.
r §. ſi ſup d nup.
ſ Chaſſa. latiſſ. in conſuet. Burg. tit. 8.
t l. cum quis. & l. nuper. C. de nat. lib.
u hic & l. Iulianus. d. in redo. & d. §. ſi. ſup. de nup.
x c tanta qui fil. ſint leg. & l. licet patri. C. de natu. lib.
y Iaſ. l. ſed eſt quęſitum. de liber. & poſtu. Iulianus. in l. hoc genus legati. de cond. & dem.
z l. cum quis decem. C. de natur. lib.

a *Si præcedens persona*] 1 *Ut quis dicatur* [*suus*] *heres, non sufficit eum in potestate defuncti, tempore mortis extitisse, sed necesse quoque est, quod nulla eam persona in gradu* [a] *precedat. Recte ergo ait hic* [b] *Imp. nepotem, neptem, & reliquos deinceps liberos non aliter suos dici, nisi eos parentes in gradu non præcedant, sed vel plane defuncti sint, vel emancipatione exierint de potestate eius, de cuius successione agitur.*

b *Sine aua ratione.*] *Qualibet, preterquam dignitate, per quā qui patria potestate eximitur, iura suorum heredum retinet. ideoque non ociose adiecit Imp. exemplum emancipationis. [velut emancipatione:] inquiens. 2 Tum enim, si per emancipationem quis ex sacris parentis egressus est, quia iure ciuili agnatus esse desinit, ab hereditate legitima* [c] *excluditur: sicque nepoti in potestate retento non officit, quo minus auo intestato morienti suus heres existat. 3 Hoc tamen iure* [d] *Nouellarum non obtinet, propter sublatam emancipationis & patriæ potestatis hac in re differentiam. Cum ergo ab intestato succeditur, in hoc communiter idem est, ut etiam emancipatus iure ciuili cum alijs suis hæredibus æqualiter succedat sic tamen, ut additione opus habeat: sicut* [e] *alibi a nobis enarratum est. 4 Hinc etiam illud conficitur,* [f] *quod filio emancipato instituto nepos ex eo in potestate, retentus, quamuis se reperiat preteritum, nequeat tamen testamentum dicere nullum, vel ullo modo illud impugnare.*

c *Postumi quoque.*] 5 *Posthumus tum demum suus heres est, si in potestate parentis natus foret, & nemo eum gradu precederet. Nam si alius antecedat, alienus est: quem tamen Gallus heredem institui ex lege XII. tabularum induxit, si quo tempore moreretur auus, is proximus & suus* [g] *foret. quamuis ea lex alienum postumum omnimodo hæredem scribi non sineret.*

a Dixi sup. in §. sui aūt. de hær. qual. & diffe.
b vt sanxit. Iusti. Nouel. consti. 81.
c §. emācipatos. vbi dixi sup. de exhær. lib.
d §. nullam. Nouel. de hære. ab int. veni.
e §. sed hæc quidem. sup. de exhær. lib.
f Ang hic.
g l. Gallus. de li. & postu. l. pen. de leg. 1.

§. Si autem.

1 *Suis heredibus ipso iure, etiam ignorantibus hæreditas accedit.*
2 *Ipso iure, & ipso facto, quomodo differant.*
3 *Extraneus non fit heres ipso iure.*
4 *Furiosi ignorantibus assimilantur.*
5.6 *Possessio non acquiritur sine adprehensione: & hanc sententiam in Camera Imp. adprobatam esse circa feudalia.*

Sui autem hæredes fiunt *a* etiam ignorantes: & licet furiosi sint, hæredes possunt existere: quia *b* quibus ex causis ignorantib. nobis acquiritur, ex ijs causis & furiosis acquiri potest. Et statim a morte parentis *c* quasi contineatur dominium: & ideo nec tutoris autoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis hæredibus hæreditas. Nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

a *Etiam ignorantes.*] *Hinc discendum, quod suis heredibus accedat legitima hæreditas ipso iure, sine vlla aditione, etiam ignorantibus atque inuitis (unde necessarij dicuntur) & tam pupillis, quam furiosis sine autoritate tutoris, vel curatoris: tametsi iure Pretorio abstinendi beneficium habeant. quæ singula suo loco* [a] *locupletius sunt examinata. 2 [Ipso] autem iure dicitur, ita quod statim fit. quodque nouum factum non exigit. Sic filiusfa. statim vt mortuus est pater, fit heres ipso iure: hoc est, legibus hoc tacite iubentibus & statuentibus, ita vt neque aditio, neque voluntas eius requiratur. [Ipso] vero [facto] dicitur, quod nouo facto indiget: 3 vt est in extraneo, qui non fit ipso iure hæres, sed mediante aliquo facto, necesse enim habet adire hæreditatem. quod quibus modis fiat, superius* [b] *expositum est. Recte ergo ab Imperatore traditur, in suo hærede non requiri tutoris vel curatoris autoritatem, neq; hæreditatis aditione opus esse: cum in extraneo ea omnia interuenire oporteat.*

b *Quibus ex causis.*] *Hæc regula in Pandectis Pomponio adscribitur* [c] *duobus locis. 4 Et recte quidem furiosi ignorantibus assimilantur: cum hi nihil scire dicantur, aut velle: & modo absentibus, modo dormientibus similes* [d] *habentur.*

c *Quasi continuatur.*] *De hac dominij rerum paternarum continuatione in filium post mortem patris, supra* [e] *pluscula diximus, vt hic molesta repetitione non sit opus. 5 Possessio tamen in filio non continuatur ipso iure, sed adprehensione opus est. Neque enim ea acquiritur iure ciuili, nisi omnino* [f] *adprehendatur: quæ est communis* [g] *Doctorum assertio, etiam in feudalibus bonis* [h] *recepta, nam & horum possessio a patre in filium sine actuali adprehensione non transit, sed omnino adprehendere ea* [i] *oportet. 6 atque in hanc sententiam paucis abhinc annis in supremo* [k] *Imperali Consistorio in quadam feudali controuersia iudicatum fuisse meminit.*

a d. §. sui autem. sup de hæred. qual. & diffe.
b §. si eo. ti.
c l. si a furioso. si cer. pet. & l. si a fuirioso. de act. & oblig.
d l 2. §. furiosus. de iur. codic. l. vbi non voce. §. furiosus. de regu. iur.
e d. §. sui autem.
f l. 3. de acq poss.
g vide Dd. præsertim Bal. & Alex in l. in suis. ff de lib. & postu. glo. Bar. & alij communiter. l. cum here des. de acq poss.
h prout hoc late probat Zas. cō si. 20. lib 1. nu. 8. 9. & aliquot seq.
i Zas. in preal. cōsil n. 13. vbi satis rñdet cōtrariū tenentib.
k vide in meis obser. Camer. cēt. 3. obser. 38 Idē que Andr. Gail repetijt li. 2. obser. 129. & 152.

§. Interdum,

1 *Reuersus ab hostibus efficitur suus.*
2 *Fictio iuris postliminij.*
3 *Quandoque qui suus est mortis tempore, postea desinit esse suus.*

Crimina

4 *Crimina regulariter morte reorum extinguuntur: secus est in perduellionis crimine.*
5 *De crimine perduellionis.*
6 *Maiestatis crimen differre à crimine perduellionis.*
7 *Aetiologia, cur perduellionis pœna etiam in hæredes transeat.*
8 *Exceptio ad regulam, Qui semel hæres, &c.*

a Interdum autem, licet in potestate parentis, mortis tempore, suus hæres non fuerit, tamen suus hæres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortem patris sui. Ius enim postliminij id facit. *b* Per contrarium autem euenit, vt licet quis *c* in familia defuncti sit, mortis tempore, tamen suus hæres non fiat: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit *d* perduellionis reus, ac per hoc *e* memoria eius damnata fuerit. Suum enim hæredem habere non potest, cum fiscus ei succedebat: sed potest dici ipso quidem iure esse suum hæredem, sed *f* desinere.

a *Interdum.] Amplificationem continet his §. ad superiorem. Audiuimus equidem, regulam illam, quæ dicit, [in successione intestata primam causam esse suorum hæredum:] intelligi tam de his qui tempore mortis defuncti erant* [a] *sui, quàm de his qui futuri erant sui natiuitate, nempe posthumis.* [b] 1 *Hic verò amplius additur, eandem regulam in eo locum habere, qui per reuersionem ab hostibus suus efficitur: beneficio scilicet postliminij.* 2 *Nam fictio postliminij facit, quod reuersus ab hostibus statim recipiat vniuersa iura quæ habebat ante captiuitatem, perinde ac si nunquam captus* [c] *fuisset: & sic fingit filiumfa. nunquam captum, sed semper in potestate patris mansisse. Quare & sui hæredis qualitas, quę aliàs propter interuenientem captiuitatem interrupta fuisset, redeunti filio conseruatur. Et sic vides plerunque contingere, vt qui non est suus tempore mortis, efficiatur tamen suus postea.*

b *Per contrarium.]* 3 *Inuertit priorem casum: quandoq; enim euenit, vt qui mortis tempore suus existit, postea desinat esse suus: quod in eo accidit, cuius pater etiam defunctus perduellionis iudicio postulatur.* 4 *Nam etsi cętera crimina morte reorum* [d] *regulariter extinguuntur: hoc tamen crimen, velut omnium atrocissimum & grauissimum etiam aduersus mortuos* [e] *exercetur. Is ergo, qui perdellionis reus est sicut filium in potestate habere non potuit cum seruus pœnæ fuerit, ita suum quoque hæredem relinquere nequiuit, sed ipsius hæreditas Fisco* [f] *vindicatur.*

c *In familia.] Id est potestate.*

d *Perduellionis.]* 5 *Est autem [perdullionis crimen,] cum quis aduersus Principem, vel Remp.* [g] *machinatur. Antiqui enim hostes [perdulles]* [h] *dixerunt.* 6 *Quanquam [Maiestatis crimen] plerique illud propriè esse velint quod in Principis personam committitur: [Perdullionis] verò, seu [coniurationis,] quod in publicam pacem: cuius sententiæ Cor.* [i] *Tacitum fuisse Budæus* [k] *refert. Hoc ergo perduellionis crimen post defuncti mortem detecto, bona auferuntur hæredibus, & fisco applicantur suiq; hæredes lata sententia, hæredes esse* [l] *desinunt.*

e *Memoria eius.]* 7 *Aequum enim est, & rationi consonum, publicè malè meritum cum suis hæredibus qui personam eius referunt, ad deterrenda maleficia, egestate laborare* [m] *& oprimi. Quinimò ijs duntaxat vita ex misericordia conceditur, vt perpetua egestate sordentibus & mors solatium sit, & vita* [n] *supplicium.*

f *Desinere.]* 8 *Sicq; hac specie regula, quæ dicitur, [hæredem semel factum non posse amplius hæredis nomen* [o] *exuere,] non procedit ex delicto defuncti.*

a §.1.sup.eod.
b §.ita demum.I si.sup. hoc tit.
c l. retro.de cap. & postl. reuer. §. si ab hostib. vbi dixi §.q.b. mod.. ius pat. pot.solu.
d d.l.2. C.si reus vel accu.mor. & l. ex iudicio rum. de accus.
e l.vl.ad leg.Iul. maie.
f d.l. vlt.& hic.
g l.is qui.ad leg. maiest.§.2.inf. de publ.iud.
h Cic. in Offic. Plaut.in Amph. & l. quos nos. de verb.sig.
i lib.14.& 16.
k ad leg. Iul. maie.
l vide §.de publ. iudic.§.publica autem.& Iusti.Nouel.134
m arg.l.bo.fides. de pos.
n l. quisquis. C. ad l.Iul. maie.
o l.sed fine.§.sed quod Papin.de minor.l.ei qui soluendo. de hered. insti.

§. Cum filius.

1 *Nepotes ex filio succedunt auo simul cum patruo in stirpes: & nu.3.*
2 *Idem hodie obtinet in nepotibus ex filia.*
3 *In successione ascendentium gradus non attenditur: secus in collateralibus.*
4 *Nepotes succedunt auo ex persona propria, non patris.*
5 *Repræsentatio non habet locum in successione ascendentium.*
6 *An huius §. dispositio vltra pronepotem extendatur.*
7 *Successio in capita.*
8 *Successio in stirpes.*
9 *Nepotes ex filijs succedunt auo in stirpes, sed fratrum filij patruo in capita.*

a Cum filius filiaue, & *b* ex altero filio nepos neptisue existunt, pariter ad hæreditatē aui vocantur: *c* nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Aequum enim videtur, nepotes neptesq; *d* in patris sui locum succedere. *e* Pari ratione, si nepos neptisue sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisue, *f* simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in parentis sui locum succedere: conueniens esse visum est, *g* non in capita, sed in stirpes hæreditatē diuidi: vt filius partem dimidiā hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam. *h* Item si ex duobus filijs nepotes neptesue existant, ex altero vnus fortè, aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel quatuor altera dimidia.

In hoc §. de diuisione hæreditatis inter suos heredes agitur.

a *Cum filius.*] 1 *Hinc discimus, nepotes ex filio admitti ad legitimam hereditatem aui, loco sui patris præmortui, vnà cum filio viuente, nempe patruo suo, non tamen in capita, sed* [a] *in stirpes, ita vt etsi plures sint, tantam solum partem accipiant, quantam pater eorum, si viueret, accepturus esset. Neque hoc nouum quis esse putet, nepotes cum filio succedentes succedere in stirpes: eadem enim fuit olim lex Atheniensium, cuius verba Demost. in oratione ὑπὲρ ἀγνοῦ κλήρου refert: quem consule.*

b *Ex altero filio.*] *Secus in nepotibus ex filia hoc iure:* 2 *licet hodie ex Iustiniani lege nepotes ex filia nati, simul cum amita auo* [b] *succedant.*

c *Nec qui gradu.*] 3 *Et hoc pro regula traditur,* [c] *quod in successione parentum gradus non quæratur, nec is qui ex liberis est, licet gradu remotior, per proximiorem excludatur. In collateralium tamen successione gradus prærogatiua omnino attenditur,* [d] *sic vt semper gradu priores posterioribus præferantur.*

d *In patris sui locum succedere.*] 4 *Sic videlicet, vt eius gradum subeat, quia sicut filius obtinebat primum gradum: ita nunc nepotes ex eo, filio subducto de medio, eundem gradum tenebunt. Neque tamen succedunt auo ex persona patris sui representando ipsius personam, sed ex persona propria, & tanquam aui hæredes. quod post Bartolum* [e] *cæteri quoque frequentius tradiderunt.* 5 *Neque enim [ius repræsentationis] in successionum parentum, siue linea ascendenti, locum habet: cum [repræsentatio] sit tantum, quando quis ex persona alterius vocatur ad successionem, & non ex sua. Sanè si ex persona patris nepos succederet, non rumperet testamentum aui, in quo ipse reperitur præteritus, & filius itemque pater* [f] *institutus.*

e *Pari ratione.*] *Quod de nepote dixit, quod is subintrãdo gradum patris sui præmortui, auo succedat cum patruo:* [f] *hoc & ad pronepotem producit, vt is subeundo gradum aui sui ad successionem proaui cum ipsis æqualiter admittatur. Nam hic rursus regula supradicta locum habet, quod in successione ascendentium gradus prærogatiua non curetur.* 6 *Sed an hoc etiam vltra pronepotem extendatur? quod plerique* [g] *negant ad pronepotes duntaxat huiusmodi successionem producendo: quod aduersus Iustiniani voluntatem* [h] *videtur esse. At enim in Nouella* [i] *constitutione: [Sic tamen, vt si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios descendentes in proprij parentis locum succedere, siue sub potestate defuncti, siue suæ potestatis inueniantur: tantum de hæreditate morientis accipientes partem quanticunque sint, quantam eorum parens, si viueret, habuisset.] Quę verba apertissimè ostendunt, descendentes etiam remotissimos ad successionem ascendentium admittendos esse: & sic non tantum nepotes & pronepotes, sed etiam vlteriores, ita tamen, vt in stirpes succedant. Ideoque ibidem subdit Iustinianus: [In hoc ordine gradum quæri nolumus, &c.] sicque simpliciter & in vniuersum voluit, ne hic gradus numeremus.*

f *Simul vocantur.*] *Ad successionem defuncti, ita vt hæreditas hoc casu in tres partes sit diuidenda: vnã enim filius, alteram nepos ex filio, pronepos ex alio filio filiaue tertiam auferet.*

g *Non in capita.*] 7 *[Successio in capita] fieri dicitur, quando hæreditas secundum numerum personarum quib. deferri solet,* [k] *diuiditur.* 8 *[In stirpes autem fit, cum non numerantur succedentium personæ, sine capita, sed vnius alicuius stirpis tantum habetur ratio, cuius iure nituntur, qui succedunt, etsi plures sint. Et hæc successio, quæ in [stirpes] est, veteri quidem iure inter descendentes solum obtinebat: hodie verò recentiore Imperatorum iure in transuersales etiam est transfusa, vt* [l] *suo loco audiemus.*

h *Item si ex duobus.*] *Hic locus ex Caij Instit. lib. 2. sumptus est.* 9 *Ex quo discis, si ex duobus filijs vel nepotibus, & in eodem gradu plures personæ sint, hoc quoque casu in stirpes succedi defuncto parenti, non in capita, vt quisque locum sui patris præmortui obtineat: licet à latere filij fratrum, hoc est, patrueles in capita inter se diuidant patrui* [m] *hæreditatem, cum patruis verò vel auunculis succedunt in stirpes ex Nouella* [n] *constitutiones. Hoc enim tantum veteri iuri addidit Iustinianus, vt si cum suis* [Deinos] *filijs fratris vocentur, in stirpes diuidant hæreditatem: vt alioqui ius vetustius obseruandum sit, quo ex latere, qui pari gradu sunt, in capita partientur* [o] *hæreditatem. Satis nanque habuit Iustinianus in hoc derogari iuri antiquiori sua Nouella sanctiones, ex transuerso gradu. In recta linea lex 12. tabul. successionem in stirpes* [p] *introduxit, etiam in pari* [q] *gradu: nec solum in vno gradu (vt ex latere, iure Nouellarum) sed in omnibus liberorum enim successio naturalis maximè est, vt meritò Sui parentis ius ad eos perueniat: ex latere successio magis ciuilis est, vt satis sit, patrui hæreditatem ad patrueles æqualiter* [r] *peruenire.*

a vt hic. & §. si qs igitur descendentium. Nouel. h t. iuncta, l. vlt. §. hoc etiã cognitum. C. de epis. & cler.
b Nouel h. t. §. 1. Faber hic. & §. vlt inf. eo.
c d §. 1. vers. in hoc n. ordine gradum quęri nolumus.
d Auth. post fratres. C. de leg. hær.
e Bar. l. si au°. C. de lib. præt. & ibidẽ Bal. Sali. Ale. Ias. & alij. Idem Ale. cõs. 4. li. 4. & consi. 20. li. 1. Chas. in cõsue. Burg. ti. 7. §. 10 nu. 1. 36. & 37.
f Contra l. Gallus. in pri. & §. nunc de lege. & lib. & postu.
g Bar. l. 1. §. si qs nomen. de suis & legi.
h §. fi. inf. eod. & Egui. Baro hic
i Nouel. h. t. §. is ver. sic tamen.
k l. post consanguinos. §. hæreditas. de suis & legi.
l §. hoc etiam addendum. inf. de legi. agnat. suc.
m d. §. hoc etiam addendum.
n Nouel. de hęr. ab intest. §. si igitur. vers. sin autẽ defuncto. & Nouell. vt fra fil.
o d. §. hoc etiam.
p §. fi. inf. eo.
q vt in hoc vers.
r Ita Egui. Baro hic declarat p l. rescripto. vnde li. l. 1. de bo. q lib. c. ius naturale. cap. ius Quiritũ. dist. 1.

§. Cum autem quæritur.

1 *Hypothesis huius §.*
2 *Dubitandi causa in hoc §.*
3 *An quis sit suus, inspicitur tempus destinati testamenti, non mortis testatoris.*
4 *Nepos viuo auo conceptus, & post ipsius mortem natus, auo suus hæres efficitur.*
5 *Quandiu speratur testamentarius hęres, legitimus non admittitur: fallit tamen, vt nu. 6.*
7 *Nepos post aui mortem conceptus, iure transmissionis ad successionem venit:*
8 *Nepos post aui mortem conceptus, an cognatus dici possit.*

Cum

a Cum autem quæritur, an quis suus hæres existere possit: eo tempore quærendum est, quo *b* certum est aliquem sine testamento decessisse. quod accidit & *c* destituto testamento. Hac ratione si filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres institutus, & *d* filio mortuo postea certum fuerit hæredem institutum ex testamento non fieri hæredem, aut quia noluit esse hęres aut quia *e* non potuit, nepos auo suus hęres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse paterfamilias, solus inuenitur nepos: & hoc certum est. Et licet post mortem aui natus sit: tamen *f* auo viuo conceptus, mortuo patre eius, posteaq; deserto aui testamento, suus hæres efficitur. Planè si & conceptus & natus fuerit post mortem aui, mortuo patre suo, desertoque postea aui testamento, suus hęres auo *g* non existet: quia nullo iure cognationis *h* patrem sui patris attigit. Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem cum non sint sui (quantum ad hęreditatem) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Hæc de suis hæredibus.

a ***Cum autem.*** *] Hypothesis huius §. talis est.* 1 *Quidam habuit filium, & ex eo nepotem: filium iustis ex causis exheredauit, & extraneum hęredem instituit. Deinde testator moritur, decedit quoque filius intra deliberationem extranei, qui hęres institutus fuit: ac postea extraneus hæres non existit. Quæritur, an hic nepos auo Suus efficiatur?* 2 *Et videtur eum non effici Suum, propterea quod tempore mortis aui non fuerit Suus: pręcedebat enim pater ipsum* [a] *in gradu.* 3 *Hoc tamen deciditur, vt sit efficiaturque Suus, quandoquidem tempus posterius, destitutis scilicet testamentis, est satis. Quare is nepos, etsi cum ipsius auus moreretur, non fuerit es Suus hęres: nunc tamen, ex quo ad intestati causam peruentum est, Suus hęres existet.* 4 *Quod eatenus verum est, vt etiam locum habeat, si hic nepos nondum viuat, cum auus moritur, sed eo iam mortuo in primis nascatur, modo eo viuo conceptus sit: alioqui enim nulla erit inter ipsum & auum cognatio, cum eo viuo & moriente nondum conceptus fuerit: quia hæreditas ante defunctorum non acquiritur nisi viuentibus, vel conceptis viuente adhuc eo,* [b] *cuius fuit hęreditas.*

b ***Certum est.*** *] Ante enim legitimus hęres non admittitur.* 5 *Nam quandiu speratur hęres testamentarius, nulla defertur ab intestato* [c] *hęreditas,* 6 *nisi aliam fuisse testatoris voluntatem euidenter* [d] *constet. Sed & in Theodosii & Valent. Impp.* [e] *constitutione pariter ab hac regula disceditur, causaque intestati pręualet testamento.*

c ***Destituto testamento.*** *] Quod scilicet iure factum erat: sed quia ex eo nemo hęres extitit, nullius fuit roboris: vt Theopilus interpretatur.*

d ***Filio mortuo.*** *] Interim dum institutus hęres deliberat, an hæreditatem adire velit,* [f] *nec ne.*

e ***Non potuit.*** *] Puta ob defectum conditionis. Fortassis enim sub conditione hæres institutus est, & conditio institutionis* [g] *defecit.*

f ***Auo viuo.*** *] Quo casu pro iam nato haberi potest quo ad sui* [h] *commodum. Hinc est, quod cum docuisset* [i] *Iulianus, [legem 12. tab. eum vocare ad hęreditatem, qui moriente eo, de cuius bonis quęritur, in rerum natura fuerit:] subiecerit* [k] *statim Celsus, satis esse, si quis eo viuo conceptus sit: quia conceptus quodammodo in rerum natura esse existimetur.*

g ***Non existet.*** *]* 7 *Vt scilicet ad aui legitimam successionem admittatur ex persona propria: cum tamen ex persona patris sui, virtute transmissionis admitti, crebrius* [l] *obtinuit; & hoc temperamento textum hunc moderari oportet.*

h ***Patrem sui patris.*** *] Id est, auum testatorem, vt Theophilus exponit: sicque nepos post mortem aui conceptus, non dicitur cognatus auo.* 8 *Unde colligimus, quod etsi quandoque ex consuetudine nepotes cognati appellentur etiam eorum, post quorum mortem concepti sunt: id tamen non propriè, sed per abusionem, vel potius ἀναφορικῶς* [m] *accedere. Et hoc quidem in successione intestata locum habet: in aliis tamen negociis puta contractibus, priuilegiis, & similibus, cognatorum appellatione tales etiam nepotes* [n] *continentur. Quo pertinent, quod Paulus* [o] *respondit, [nepotem etiam post mortem aui conceptum, superstite liberto, bonorum possessionem contra tabulas auti liberti petere posse, & ad hæreditatem eius legitimam admitti.*

a §. ita demum supr. hoc tit.
b l. 1. §. si quis proximior. vnde cog.
c l. 33. quandiu. de acqu. hær. l. 89. quãdiu. de re. iur.
d l. si quis hæres instit. ibi Bart. de hæred. insti.
e l. hac consultissima. §. si quis autem. ibi Ale. C. de testa.
f Theoph. hic.
g Theoph. hic.
h l. qui in vtero. de stat. hom.
i l. Titius. de suis & leg.
k l vel si viuo. h. ti. de suis & leg.
l Bartol. l. fin. C. ad Orphi. Bal. l. 1. de his. q. ante aper. tab. Ange. §. postumorum. sup. de exhær. lib.
m l. itẽ Pretor. de suis & legit.
n Bat. l. quod dicitur. de verb. si. Bal. l. qui se patris in fi. C. vnde lib.
o l. Paulus § Paulus respondit. de bo. libert.

§. Emancipati.

1 *Emancipati sunt incogniti iure ciuili: Prætor tamen illis subuenit vel per bo. pos. contra tabulas, si sint prateriti: vel ab intestato per bon. poss. vnde liberi.*
2. 3 *Prætor naturalem sanguinis coniunctionem præ oculis habet.*
4 *Quid hodie obtineat.*
5 *Differentia patriæ potestatis & emancipationis, quo ad successionem, hodie est sublata.*
6 *Partis appellatione venit dimidia.*

a Emancipati autem liberi, iure ciuili nihil iuris habent (neque enim sui hæredes sunt, qui in potestate parẽtis esse desierunt) neq; vllo alio iure p legẽ XII. tabularũ vocantur. *b* Sed Prętor *c* natu

ra'i æquitate motus, dat eis bonorum possessionem *d* vnde liberi: perinde ac si in potestate parentis, tempore mortis fuissent, siue soli sint, siue cum suis hæredibus concurrant. *e* Itaque duobus liberis existentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sane quidem is, qui in potestate fuit, solus iure ciuili hæres est, & solus hæres. Sed cum emancipatus beneficio Prætoris *f* in partem admittitur, euenit, vt suus hæres pro parte hæres fiat.

a Emancipati.] Hactenus de suis heredibus dixit, quique inter Suos connumerantur: modo de emancipatis, quo iure illi ad intestatam successionem admittantur subiungit.

b Sed Prætor.] 1 Quemadmodum liberi emancipati sunt iure ciuili incogniti in successione testamentaria, propter agnationis ius sublatum, [a] vt pater non teneatur ipsos instituere vel exheredare: & tamen Prætoris auxilio subuentum est ipsis per bonorum possessionem, contra tabulas testamenti, in qua reperiuntur preteriti: ita quoque ab legitima parentum successione eodem iure ciuili, tanquam extranei, excluduntur. 2 Prætor tamen rationem naturalem magis, quam ciuilem secutus, illis bonorum possessionem, vnde liberi, concessit, per quam (rescissa eorum capitis [b] deminutione) perinde succedere possent, ac si in morientis potestate mortis tempore [c] fecissent. Vtcunque enim emancipatus non sit suus heres, aut agnatus, est tamen filius & [d] cognatus.

c Naturali æquitate.] 3 Prætor enim cognitionem naturalẽ magis pre oculis habet quàm agnationis ius quod merum ciuile commentum est: cum cognatio sit iuris naturę, nec ciuili lege tolli [e] possit. Quare etsi emãcipatus per emancipationem desinat esse cognatus, manet tamen semper filius: sicut [f] alibi a nobis dictũ est.

d Unde liberi.] 4 Hodie tamen cum ab intestato succeditur, etiam emancipatus [g] iure ciuili ad hereditatem paternam vna cum Suis admittitur, vnde sectari amplius debet ambages Honorariæ bonorum possessionis, [vnde liberi.] 5 Sublatum enim est ex Iustiniani Nouella [h] constitutione Suorum & emancipatorum discrimen, saltem ad succedendi rationem & effectum quod attinet: licet quo ad succedendi vias, & reliqua multa iura Suitatis, adhuc durare videtur: id quod me alibi [i] annotasse memini.

e Itaque.] Infert ex premisso dogmate.

f In partem.] Eam scilicet partem, quę ad ipsum emancipatum iure ciuili pertinuisset, si in potestate mansisset, vt Pomponius [k] ait. Dimidiam ergo hoc casu emancipatus habebit, & alteram dimidiam is, qui tempore mortis in potestate fuit. 6 Sane regulariter simplici appellatione partis venit [l] dimidia: & solent semper heredes, vbi aliud dictum non est, ex æquis portionibus [m] succedere.

a §. emãcipatos. vbi de hoc diximus sup. de exhæred. libe.
b l. sed cũ patrono. §. 1. de bon. pos.
c hic & §. sunt autem. infr. de bono poss.
d §. minus. iof. e.
e l. 8. iura sanguinis, de reg. iur.
f d. §. emancipatos.
g §. ita demum. sup. eod.
h §. nullũ Nou. de her. ab intestato. Auth. in successione. C. de suis & legi.
i §. sed hæc quidem. sup. de exhær. lib.
k l. 4. vnde lib.
l l. 264. nomen. §. portionis. de verb. sign.
m l. 4. vnde lib & l. inter liberos. C. fam. ercisc.

§. At hi qui.

1 *Exceptio ad præcedentem. §.*
2 *Arrogatus si emancipetur viuente patre naturali, arrogatori non succedit, sed patri naturali: fallit tamen, vt num. 3.*
4 *Arrogati post emancipationem habentur pro extraneis.*
5.6 *Arrogatus post mortem patris naturalis ab arrogatore emancipatus, neutri succedit: & quæ sic ratio.*
7 *Voluntas testatori non debet pendere ex alieno arbitrio.*

a At hi qui emancipati a *b* parente, *c* in adoptionem se *d* dederint, non admittuntur ad bona naturalis *e* quasi liberi: si modo, cum *f* is moreretur, in adoptiua familia fuerint. *b* Nam uiuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec vnquam in adoptiua familia fuissent. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, *i* extraneorum loco esse incipiunt. *k* Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre, & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æque extraneorum loco fiunt & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertinerent, vtrum ad liberos eius, an ad agnatos.

a At hi.] Dictum est præcedenti §. emancipatos iure prętorio vocari ad bonorum possessionem, vnde liberi: 1 annectitur modo exceptio, id non procedere, si tales emancipati se postea alicui in arrogationem dedissent: fiunt enim arrogatori sui heredes, eique ab intestato, ut Sui, succedunt. ideo nec digni visi sunt miseratione [a] Prætoris.

b Parente.] Subaudi, naturali & legitimo, sicque sui iuris effecti.

c In adoptionem.] Id est, arrogationem: arrogantur enim proprie, qui sui iuris [b] sunt.

d Dederunt.] Se arrogari passi sunt, nempe extraneo cuidam arrogatori, sic vt prorsus in alienam transierint familiam, suamque naturalem reliquerint. Nam si arrogati essent ab auo non videbantur mutare statum, nec perdunt ius succedendi patri naturali.

e Quasi liberi.] Hoc est, Prętor eis non tribuit bonorum possessionem, [vnde liberi,] ad consequendam legitimam

a l. fi. vnde lib.
b dixi sup. de adopti. in Rubr.

rimam hæreditatem patris naturalis.

f *Is.] Pater eorum naturalis.*

g *In adoptiua.] In arrogatoris potestate extiterint: quo casu arrogatori Sui hæredes sunt, eique ob intestato succedunt.*

h *Nam viuo eo.] Scilicet patre naturali.* 2 *Ergo si filius arrogatus viuente patre suo naturali, ab arrogatore fuerit emancipatus, quia per huiusmodi emancipationem desinit esse adoptiuo patri filius, & quantum ad ipsum, extranei loco deinceps esse videtur: ideo ab eius quoque legitima successione excluditur. Patris tamen naturalis hæreditatem intestatam per [vnde liberi bonorum possessionem] perinde consequetur, ac si nunquã fuisset in arrogatoris potestate & familia.* 3 *Notanter autem loquitur hic Imp. de resolutione adoptionis, siue potius arrogationis per emancipationem: quoniam si non emancipatione, sed morte patris adoptiui dissoluta fuisset adoptio, non omnino, quod ad successionis causam attinet, haberentur pro extraneis, sed adhuc intelligeretur inter eos, & alios naturales filios durare cognatio, nempe vt simul intestato* [c] *succedant.*

i *Extraneorum.]* 4 *Arrogati enim post emancipationem nec ciuili nec prætorio iure inter liberos amplius connumerari possunt: ideoque pro extraneis habentur. Ciuilis enim ratio emancipationis, vinculum illud ciuile adoptionis sustulit: neque vlla hoc casu subest directa cognationis necessitudo, cuius intuitu danda sit illis, instar naturalis filii, à Prætore bonorum possessio, [vnde liberi].*

k *Post mortem.]* 5 *Si defuncto iam patre naturali filius ab adoptiuo patre emancipetur, vtriusque & naturalis & adoptiui patris legitima hæreditate priuatur.* 6 *Adoptiui enim ideo, quia emancipatione dissoluta est adoptio: naturalis verò ideo, quia quæsitum fuit ius aliis ab intestato, vel etiam ex testamento succedentibus, quod facto patris adoptiui tolli posse non debet.* 7 *Neque enim debent voluntates defunctorum ex alieno pendere* [d] *arbitrio: hoc autem casu penderet illa hæreditas ex alieno, nempe patris adoptiui, arbitrio qui arrogatum filium rursus emancipando, hæreditatem agnatis adimere, vel eum non emancipando ipsi eandem relinquere posset, pro sua voluntate. quod Prætori æquum visum non est. Atque hoc Imp. in fine huius §. innuit.*

c l. filius autem. vnde cogna.

d l. 32. illa institutio. de her. instit. l. captatorias. eo. ti. l. 70. captatorias. C. de mil. test.

e vers. quod ideo sic placuit.

§. Minus.

1 *Naturales liberi & adoptiui in quo differunt.*
2 *Liberi naturales intelliguntur, qui ex iustis nuptiis nati sunt.*
3 *Emancipatio & adoptio sunt iuris ciuilis commenta.*

a Minus ergo iuris habent adoptiui filij, quàm naturales. Namque naturales emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui verò emãcipati, & iure ciuili perdunt gradum liberorũ, & à Prætore nõ adiuuantur: & rectè. b Naturalia enim iura ciuilis ratio perimere non potest: nec quia desinunt sui hæredes esse, possunt desinere filii filiæue, nepotes neptesue esse. Adoptiui verò emancipati, extraneorum loco incipiunt esse: quia ius nomenq; filij filiæue, quod per adoptionem consequuti sunt, alia ciuili ratione, id est, emancipatione perdunt.

a *Minus ergo.] Hoc §. Imp. ex præcedentibus infert.* 1 *Ex qua illatione colligitur, quod tametsi nil intersit inter naturales liberos, & adoptiuos, quandiu in potestate manent* [a] *parentum: tamen si emancipentur, magnum esse discrimen inter ipsos. Filius enim adoptiuus dissoluta adoptione per emãcipationem, & iure ciuili in numero liberorum esse desinit, & à Prætore non adiuuatur. Naturalis verò filius, quantum ad patrem naturalem, etsi facultatem succedendi iure ciuili perdiderit: Prætoris tamen beneficio ipsi succedere potest: vt præcedentibus §§ dictum est.* 2 *Et obserua, quando de filio naturali loquuntur leges, semper intelligendum esse de filio ex iustis nuptiis nato, quod alibi quoque annotauimus.*

b *Naturalia enim.]* 3 *Iure si quidem ciuili emancipatio introducta* [b] *est, quo non efficitur, ne natura filius sit, qui semel fuit: & Prætor naturalem æquitatem sequitur. Adoptio quoque ciuilis iuris est, quæ penitus ciuili emancipatione tollitur, vt non sit, cur Prætor emancipato à patre adoptiuo subueniat, dando, ei bonorum possessionem.*

a §. 1. sup. h. tit.

b §. fi. inf. ti. seq. §. quod autem. sup. de cap. demi.

§. Eadem hæc.

1 *Testamentum, in quo emancipatus est præteritus, rescinditur per bo. poss. cont. tab.*
2 *Præteritus quis dicatur.*
3 4 *Bonorum poss. contr. tab. & Suis & emancipatis præteritis datur: diuersimodè tamen.*
5 *Intestatus dicatur etiam per bon. poss. contra tabulas.*
6 *Ad petendam bo. poss. vel contra tab. vel vnde liberi, aliquem ex liberis esse oportet.*

a Eadem hæc b obseruantur & in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti parẽtis, c liberis præteritis, id est, neq; hæredibus institutis, neque d vt oportet exhæredatis, Prætor pollicetur.

licetur. Nam eos quidē *e* qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos vero qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis pater moreretur, *f* repellit. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre sicut *g* ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona eius non admittit: quia *h* desinunt in numero liberorum eius esse.

a Quod in] *proxime præcedentibus §§. dictum est, de bonorum possessione, [vnde liberi,] quomodo ea cōpetat: hoc idem Imper. obseruandum esse docet in bonorum possessione, quam [contra tabulas testamenti] Prætor olim dedit, in quo filius emancipatus erat præteritus.* 1 *Iure enim & ciuili & prætorio consistebat huius modi testamentum, hac tamen bonorum possessione rescindebatur: qua de re* [a] *suo loco abunde diximus.*

b Eadem hæc.] *Quæ scilicet paulo* [b] *ante dicta sunt.*

c Liberis præteritis.] 2 *Imperator seipsum interpretatur, & quidem bene: quia tunc dicitur præteriri filius, cum de eo nulla mentio facta est, in testamento vel instituendo vel* [c] *exhæredando. Sed etsi filius aliquid legati titulo habeat, adhuc dicetur præteritus: cum hodie ipsi legitima non alio, quàm institutionis titulo sit relinquenda, vt alibi* [d] *annotatum a nobis est.*

d Vt oportet.] *Neque enim omnis exhæredatis submouet aliquem a bonorum possessione contra tabulas; sed ea duntaxat, quæ rite facta* [e] *est.*

e Qui in potestate.] *Id est, Suos.* 3 *Bonorum enim possessio [contra tabulas] non solum filiis emancipatis præteritis concessa est a Prætore: sed etiam Suis, si se præteritos reperiebant: diuersimode tamen. Nā emancipati quidem liberi per hanc testamentum vere rescindunt, cum id ab initio etiam iure prætorio valuerit. Sui autem præteriti hoc remedio vtentes, tantum id agere videntur, quo nullum esse testamētum* [f] *declaretur, ad tollendam scilicet spem adprobationis vel expressæ, vel tacitæ per lapsum temporis, quæ hoc casu subest: id quod suo* [g] *loco copiose a nobis declaratum est.* 4 *Et ideo Suis præteritis, vtcunque testamentum nullum dicere* [h] *possent, datur quoque hæc [contra tabulas] bonorum possessio: quia tametsi testamentum, in quo filius suus est præteritus, iure nō* [i] *valeat, tamen potest filius efficere, vt ex bono & æquo sustineatur: puta si bonis se patris abstineat. Quæ quidem æquitas non est edicti prætorii, sed a filii consensu* [k] *pendet, qui & tali parenti reuerentiam exhibere vult. Et istud Prætori satis visum est causæ, vt ei præterito daret bonorum possessionem [contra tabulas] si mallet parentis memoriæ parcere, quasi non nulliter parens testatus fuerit: atque ita iuris prætorii beneficio ad successionem peruenire, quàm ius dicendi nullum intentare, atque ita parentis iudicium tanquam parum sani vel impii vno verbo subuertere: quæ res nec modestia nec vtilitate* [l] *caret.*

f Repellit.] *Quia cum saluam habeant successionem patris* [m] *adoptiui, Prætor illis suo beneficio succurrere noluit.*

g Ab intestato.] 5 *Intestatum hic proprie intelligimus, qui nullum prorsus testamentum reliquit: licet alioqui & is dicatur intestatus, qui testamentum quidem reliquit, sed recissum est per bonorum possessionem [contra* [n] *tabulas.]*

h Desinunt in numero.] *Propter vinculum adoptionis dissolutum per emancipationem, sicque penitus pro extraneis habentur, ideo Prætor illis non subuenit:* 6 *Nempe in vniuersum oportet ad petendum bonorum possessionem [contra tabulas] non minus esse ex liberis* [o] *defuncti, quem ad bonorum possessionem,* [p] *[vnde liberi.]*

a §. emancipatos sup. de exhære. liber.
b duob. præc. §§.
c dixi sup ī rubr. de exhær. lib
d §. fi. sup. de inof. testa
e l. non putauit. §. non quæuis. de bono. poss. cont. tab.
f Castren. l. si filius qui in potestate. de libe. & posth. quem Dd. sl. l. 2. C. de bon. poss. cōt. tab. communiter sequuntur.
g §. 1. sup. de ex. hær. lib.
h vt hic & l. maximum. C. de lib. præt.
i l. 1. de iniu. rup. test.
k l. filio præterito de iniust. rup. test.
l ita Vigl. sup. de exhær. libe. in pr. & §. vlt.
m l. 2. l. si arrogator. de adopt.
n l. vt libe. 18. C. de coll.
o l. 1. §. sui iuris. in fi. l. non putauit § vt antē de bo. poss. cont. tab.
p l. 2. vnde lib.

§. Admonendi.

1 *Filius adoptiuus licet non possit patri naturali succedere per vnde liberi, succedit tamen per vnde cognati.*

2 *Ordo Prætoris in successione legitima.*

a Admonendi tamen sumus, qui in adoptiua familia sunt, quiue post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerit, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui hæredes liberi, neque emancipati neque agnatus quidem vllus interueniat. *b* Ante enim Prætor liberos vocat tam suos hæredes quam emancipatos, deinde legitimos hæredes, tertio proximos cognatos.

a Admonendi tamen.] *Quod supra* [a] *dictum est, eum qui in adoptiua familia est, cum naturalis pater moritur, vel post mortem eius ab adoptiuo emancipatur, naturali patri non succedere ab intestato per vnde liberi: id tum procedere docet Imp. hoc loci, quando defuncto superstes sit aliquis alius e liberis, vel Suis, vel emancipatis, aut quispiam ex agnatis. His autem deficientibus, vocatur talis adoptiuus ad successionem intestati patris naturalis tanquam cognatus, ex illa parte edicti,* [b] *[vnde cognati:] idque ea ratione, quod is qui adoptatur, iura cognationis in naturalis patris familia non amittat, cum sit iuris naturalis. Ciuilis enim ratio adoptionis, iura sanguinis tollere nullo modo* [c] *potest.*

b Ante enim.] 2 *Obserua ordinem a Prætore in successione legitima præscriptum. Primo enim loco suos*

hæredes

a in § at hi. h. ti.
b l. 1. § hæc autē vnde cog.
c l. iura sanguinis. de reg. iur.

hæredes secundum ius ciuile, & emancipatos ex suo edicto vocat: secundo legitimos siue agnatos ex iure ciui li: tertio cognatos ex edicto [d] suo ipse admittit: Hæc tamen vera sunt in specie iure veteri: hodie diuersum ob tinere, sequentia docebunt.

d l. 1. si tab. testa. nul. ex. & l. 2. quis ord. in bo. poss.

§. Sed ea omnia.

1 *Iustiniani constitutio de adoptiuis quando lata.*
2 *Filiusfa. ab extraneo adoptatus, ei ab intestato succedit.*
3 *Extraneus adoptiuum filium in testamento impune præterire potest.*
4 *An extraneus adoptiuum educare teneatur.*
5 *De S.C. Sabiniano.*
6 *Restituta huius §. lectio.*

a Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquã autem emendationem à nostra cõstitutione acceperunt, quam super ijs personis exposuimus, quæ à patribus suis naturalibus in adoptionem alijs dantur. Inuenimus etenim nonnullos casus, in quib. filij & naturalium parentum successionẽ propter adoptionem amittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutris patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quã definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandũ b alij dederit, integra omnia iura ita seruari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus fuisset adoptio subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, vt possit ab intestato ad patris adoptiui venire c successionem. Testamento autem ab eo facto, neque iure ciuili, neque prætorio, ex hæreditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptiuo imponatur, d vel hæredem eum instituere, vel exhæredem facere, vt pote nullo naturali vinculo copulatum, neque si e ex Sabiniano senatuscõsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in huiusmodi casu, neque quarta ei seruatur, neque vlla actio ad eius persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, f quem parens naturalis adoptandum susceperit: vtroque enim iure, tam naturali quàm legitimo, in hanc personam concurrente, g pristina iura in tali adoptione seruamus: quemadmodum h si paterfa. sese dederit arrogandum. quæ specialiter & sigillatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

a *Sed ea omnia.] Hoc §. recensentur, quæ iniquè circa filios adoptiuos per ius antiquum constituta [a] noua Iustiniani sanctione sunt emendata & correcta. 1 Per eam enim iuri veteri derogatum esse vel ex eo constat, quod Lãpadio & Oreste Coss. edita fuerit, & emendato Codici post euulgatas Pandectas inserta. Agitur autem hic de specifica adoptione, quæ generis sui nomen retinet, & in his fit qui, in parentum sunt potestate. Hanc autem adoptionis speciem, & Iustinianeæ constitutionis argumentum, quia supra [b] lib. 1. luculenter exposuimus: eadem hic repetere omnino superuacaneum molestumque fuerit. Possunt enim, quæ tum sunt dicta, ad hunc locum illustrandum facile transferri. Extat quoque præfata Iustiniani constitutio in Codice, quæ multis verbis explicat totius præsentis loci sententiam.*

a l. cũ in adoptiuis. C. de adop.
b §. sed hodie. supra de adop.

b *Alij.] Puta alicui extraneo, qui nullo cognationis nexu filio sit coniunctus.*

c *Successionem.] 2 Nihil ergo aliud consequitur filiusfa. in adoptionem extraneo datus, quàm vt adoptiuo patri ab intestato succedat cum alijs illius filijs [c] pro virili: non extantibus vero alijs liberis naturalibus, in omnibus bonis, si ad ipso emancipatus non fuerit, exclusis etiam [d] descendentibus, perinde ac si illi suus hæres esset. Sui enim hæredis ius hoc casu habet, quo ad successionem intestatam: licet quantum ad consanguineorum [e] hæreditatem aliud sit.*

c l. si te. C. de suis & legi.
d d. l. cũ in adoptiuus. §. fin. ad tem. iuncto §. sed ne articulũ.
e d. §. sed ne articulum.

d *Vel hæredem.] 3 Imo potest extraneus filium adoptiuum in testamento impunè præterire, nec tenetur ei quicquam relinquere. Si quid ergo ipsi in testamento relinquet talis pater adoptiuus, hoc liberalitatis erit, & nullo legitimo vinculo [f] adstrictum. 4 Unde disputant Doctores, an alij adoptiui a tali extraneo educari debeant? & respondent Faber [g] & Angelus, non debere: nisi pater naturalis egenus esset, aut operas illi extraneo præstarent.*

f d. §. sed ne arti.
g vterque hic.

e *Ex Sabiniano.] 5 Huius senatusconsulti [Sabiniani] fit etiam alijs [h] in locis mentio: de eius tamen argumento non satis constat. Placentinus quoq; eiusdem meminit, asserens ex hoc S. C. in adoptione adhiberi solitos tres mares adoptantes, & tres emancipationes, nec non totidem personas manumissores. Theophilus scribit, cum ex tribus maribus vnum parens naturalis dabat adoptandum, quod huic adoptiuus necesse habuerit quartam partem bonorum relinquere ex S.C. Sabiniano. 6 Porro [i] Alciatus arbitratur hic non esse legendum, [ex tribus maribus] sed ex tribus manibus, quod de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur, qui deinde in manum & potestatem adoptiui parentis dabat. Vnde alibi dicitur, [per tres emancipationes [k] adoptionem fieri.]*

h d. l. cũ in adoptiuis. §. quæ autem. & l. vlt. ad S. C. de decur.
i li. 4. Parer. c. 3.
k l. fi. C. de ado.

f *Quem parens.] Puta auus aut proauus ipsius filij maternus: vel etiam paternus, si pater naturalis, antequam*

nequam filius conciperetur, sui iuris effectus sit.

g Pristina iura.] Nempe, vt per adoptionem statim ad adoptantis ius & familiam transeat, illique suus hæres fiat: nec aliter succedat, quàm naturales [l] & legitimi.

b Si paterfa.] Id est, is qui sit sui iuris: quæ adoptionis species proprie arrogatio [m] dicitur.

l d. §. sed hodie. & d. l. cũ in adoptiuis. & d. l. fi. re.

m De qua in §. cũ autẽ impubes. sup. de adopt.

§. Item vetustas.

1.2.3 *Triplex in hoc §. ius recenseri.*

4.5 *Lex 12 tab. masculos & fœminas æqualiter vocabat ad successionem intestatam: secus de media Iurisprudentia.*

6 *Emendata lectio huius §. in vers. sed nos.*

7 *Nepotes ex filia succedunt cum alijs filijs, & ex his descendentibus in stirpes.*

8 *Errare Dd. qui successionem in stirpes in recta linea ad pronepotes tantum producunt.*

a Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes, vel neptes qui queue ex virili sexu descendunt, *b* ad suorum vocabat *c* successionem, & iuri agnatorum eos anteponebat: nepotes autem qui ex filiab nati sunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorũ loco connumerans, *d* post agnatorum lineam eos vocabat, tam in aui vel proaui materni, quã in auiæ vel proauiæ, siue paternę siue maternæ successionem. *e* Diui autem Principes non sunt passi talem contra naturam iniuriã sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotes & pronepotis nomẽ commune sit vtriusque, tam qui ex masculis, quam qui ex fœminis descendunt: ideo eundem *f* gradum & ordinẽ successionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid *g* sit eis, qui non solũ naturæ, sed etiam *h* veteris iuris suffragijs muniuntur, portionem nepotum, vel neptum, *i* vel deinceps (de quib. supra diximus) paulo minuendã esse existimauerunt: vt minus tertia parte acciperent, quam *K* mater eorum vel auia fuerat acceptura, *l* vel pater eorũ, *m* vel auus paternus, siue maternus, quando fœmina *n* mortua sit, cuius de hæreditate agitur: hisque (licet soli sint) adeuntib. agnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex 12 tab. filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locũ patris sui ad successionem aui sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ vel auiæ, eos cum iam designata partis tertiæ deminutione vocat. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter agnatos & memoratos nepotes quartam partem substantiæ defuncti agnatis sibi vendicantib. ex *o* eiusdẽ constitutionis autoritate: memoratam quidem constitutionem a nostro Codice segregauimus, neq; inseri eã ex Theodosiano codice in eo concessimus. *p* Nostra autẽ constitutione promulgata, toti iuri eius derogatum est: & sancimus talib. nepotib. ex filia, vel pronepotib. ex nepte, *q* & deinceps superstitibus, *r* agnatos nullã partem mortui successionis sibi vendicare: ne hi qui ex transuersa linea veniãt potiores his habeantur, qui recto iure descendunt. Quam constitutionẽ nostram obtinere secundũ sui vigorem & tempora, & nunc sancimus: ita tamen vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio, antiquitas statuit, *s* non in capita, sed in stirpes diuidi hæreditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionẽ fieri iubeamus vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes & alias deinceps personas vt vtraq; progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionẽ *t* sine vlla diminutione consequatur: vt si forte vnus vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant.

Triplex] ius recensetur in hoc §. circa successionem nepotum & neptum Suis ascendentibus. 1 Primũ est mediæ Iurisprudentia, [a] quo nepotes ex filio ad successionem auorum legitimam dumtaxat admittebantur: post hos Agnati vocabãtur, exclusis nepotib. ex filia, quamuis Prætoris beneficio post omnes demum agnatos, cognatosque per [vnde cognati] ad bonorum possessionem admitterentur. 2 Secundum ius fuit, tempore [b] Valentiniani, Theodosii. & Arcadij Imp. qui medium illud ius correxerunt in hunc modum, quod nepotes & neptes ex filia admitterentur vnà cum nepotib. ex filio ad eam partem, quam mater vel auia eorum accepisset: cum deminutione tamen tertiæ partis hæreditatis, quæ nepotib. ex filio cedere debebat. Item ex eadem Principum constitutione nepotes ex filio præferebantur agnatis, cum de media Iurisprudentia agnati potiores essent: quare ne per hoc videretur ipsis illata iniuria, potuerunt quartam hæreditatis partem tanquam Falcidiam [c] deducere, si nulli ex filio nepotes extarent. Illis enim superstitib. agnati ex latere etiã medio iure excluduntur. 3 Tertium denique & nouiss. ius [d] est a Iustiniano nostro introductum volente, quod deinceps nepotes ex filio, & nepotes ex filia æqualiter vocentur ad successionem aui, non quidem in capita, sed in stirpes, exclusis penitus agnatis, & sine vlla deminutione trientis vel quadrantis.

a Item vetustas.] 4 Hoc de media iurisprudentia, quæ post legem XII. tabul. orta [e] est, accipi debet. Lex enim XII. tab. simplicitatem iustitiæ amicam amplexa, non distinguebat inter agnatos masculos & fœminas, sed omnes ex æquo ad successionem [f] vocabat: certe in hoc laudanda, quoniam proxime ad naturam directa fuit. quippe cum successio, sicut & alimentorũ ratio inter viuos, ex æquitate charitateque sanguinis [g] descendat.

a De quo in pri. huius §.

b De hoc ĩ vers. diui autẽ principes.

c vers. sed nos.

d vers. nostra aũt.

e Dicam in §. cæterum. inf. tit. proximè seq.

f l pen. in princ. C. de legi hær.

g l. si quis a libe ris. § verũ autẽ. de lib. agn.

descendat. 5 Posteriores vero iurisconsulti, reiecta hac legis simplicitate, subtili quadam excogitata ratione cœperunt agnatos distinguere: vt inter masculos quidem agnationis iure hæreditas, etiamsi longissimo gradu essent, vltro citroque caperetur. Ex agnatis vero mulieribus nulli penitus, nisi sorori, ad agnatorum successionem per mediam Iurisprudentiam dabatur aditus: quamuis agnatis deficientibus per [vnde cognati,] inter cognatos quoque vocarentur, vt & supra dixi.

b Ad suorum.] Suorum scilicet, intestato morientium: quod ideo fiebat, vt ordinum & familiarum dignitas hac ratione [h] conseruaretur. — h l. 1. §. sed etsi seruus. C. de susp. tut.

c Successionem.] Legitimam.

d Post agnatorum.] Hoc est, si defunctus auus vel proauus neque liberos neque agnatos superstites haberet, tunc vocabantur ex filiabus nati inter cognatos.

e Diui autem principes.] Hoc est secundum ius: fuerunt autem hi principes, Valentinianus, Theodosius & Arcadius quorum cõstitutio etiamnum [i] extat. cuius verba adscribere lubet, quia ad hunc locum illustrãdum non parum conducunt: [Si defunctus (inquiunt) cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem defuncta cuiuscunque sexus aut numeri nepotes: eius partis, quam defuncta superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia: tertia pars fratribus sororibusue eius, quæ defuncta est, id est, filijs filiabusue eius, de cuius bonis agitur, auunculis nempe, siue materteris eorũ, quorum commodo legem sancimus, accrescat. — i l. 6 defunct'. C. de suis & legi. & in eod. Teod. lib. 5. t. 1

f Gradum & ordinem.] Tamen non vtilitate pari: quemadmodum subijcit.

g Sit eis.] Per virilem sexum descendentibus.

h Veteris iuris.] Id est, media Iurisprudentia, vt & supra diximus: neque enim hoc de lege. 12 tabularum intelligi potest, quæ mares & fœminas sine delectu sexus æqualiter admittebat. Duabus ergo causis moti fuerunt prædicti Principes, vt deminutionem trientis facerent: prima, quia nepotes ex filio natura ipsa nobiliores essent, nepotibus ex filia: altera, quia habebant etiam suffragium mediæ Iurisprudentiæ, quæ nepotes ex filia prorsus excludebat.

i Vel deinceps.] Aliorum scilicet, per fœminam descendentium.

k Mater eorum vel auia.] Si agitur de hæreditate patris ipsius auiæ.

l Vel pater eorum.] Si de hæreditate matris eius, scilicet patris sit quæstio.

m Vel auus paternus.] Si disputetur de hæreditate matris ipsius aui paterni, & sic proauiæ.

n Mortua sit.] Ergo vbi agebatur de successione fœminæ, nihil referebat, an quis per virilem sexum, an per muliebrem iunctus esset [K] defunctę. Neque enim semper nepotes iure parentum suorum vtebantur, cum deminutione tertię partis. — K Bald. his.

o Eiusdem.] 6 [Eiusdem constitutionis] legendum, non, [cuiusdam,] vt plerique codices habent: de superiori enim illa Principum constitutione hic quoque agitur. cuius quidem verba, quę huc pertinent, non sunt inserta Iustinianeo Codici: (neque enim inseri voluit Iustinianus, vt ipsemet hic testatur) extant tamen in Theodosiano adhuc [l] Codice. Hęc enim adijcitur particula: [Quod si defunctus, de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes: & preterea filios non habebit, sed qui prę ferri nepotibus nõ possint, habebit agnatos: hi in quandam Falcidiam, & in Quadrantem nepotes iure succedant. — l lib. 5. cap. 1.

p Nostra autem.] Hoc est tertium, & nouissimum ius a Iustiniano introductum: cuius constitutio lib. 6. Codicis [m] ad Mennam prefectum pretorio etiamnum superest: & ad huius loci illustrationem referri potest. — m l. fi. C. de suis & leg.

q Et deinceps.] Reliquis, scilicet recta descendẽtibus vltra pronepotes: omnes enim descendentes intelligit.

r Agnatos.] Ex latere, siue ex transuersa linea venientes.

s Non in capita.] 7 Producit ergo Iustinianus suam hanc constitutionem ad legem 12. tabularum, vt inter has personas quoque in stirpes, non in capita distributio fiat. Succedent itaque noua hac lege [n] nepotes ex fœminino sexu cum reliquis filijs, atque ex eis descendentibus ęquo iure in stirpes, nulla deducta hæreditatis parte, siue in pari gradu sint, siue id minus. Id quod Nouella sua lege [o] confirmauit, in qua (vt & hic) generaliter omnes descendentes complexus est: 8 vt mirum sit, cur Interpretes [p] successionem in stirpes in recta linea, ad pronepotes velint duntaxat producere. — n in d. l. fina. — o Nouel de hęr. ab intest. — p Bar. l. 1. de suis & leg Ang. cũ filius. vbi de hoc dixi. h. tit.

t Sine vlla deminutione.] Tertię vel quartę partis. Habes itaque hic expressam abrogationem superioris illius principalis constitutionis, quę tertiam partem, & item quartam adimebat nepotibus ex filia: tertiam quidem nepotibus ex filio, quartam vero agnatis ex latere tribuens, ob fauorem sexus masculini: quę ob id diligenter notanda est, quòd alibi huius veteris iuris abrogatio vix tam clare reperitur: excepta Nouella Iustiniani constitutione 18. quę aperte vult, integram, nulloque parte deminutam parentum portionem nepotibus tribui. Cui addi potest eiusdem Iustiniani constit. Nouell. 118. omne sexus discrimen in hæredibus legitimis tollens.

DE LEGITIMA AGNATORVM SVCCESSIONE. TITVLVS II.

1. 2. 3 Tres ordines succedentium ab intestato.
4 Post suos hęredes, agnati succedunt.
5 Epitome siue summa totius huius tituli.

Iure

a sup. ad rubr. ti. de hær. quæ ab intest. deter.

b l. nam quod. in fi. ad Treb. l. prope modū & l. sæpe ita 53. de verb. sign.

c l. in vulgari 162 & l. pronunciatio 195. cir. pr. ibi Al. de ver. sig. & dixi sup. §. 1. tit. preced.

Iure] 1 *veteri tres fuisse ordines siue gradus succedentium ab intestato, supra* [a] *diximus: Primū Suorū hæredum, siue descendentium, & eorum, qui iure Suorum obtinent: de quibus præcedenti titulo abunde dictum est* 2 *Secundus agnatorum, id est, eorum, qui per virilis sexus personam defuncto, de cuius successione agitur, coniuncti sunt. Sic enim ea de re lex 12. tab.* [b] *pronunciat. [Si paterfa. intestatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque esto.] Et alio in loco:* [c] *[Agnatus proximus familiam habeto.* 3*] Tertius ordo cognatorum erat, eorum scilicet, qui per fœminā defunctum contingunt, vt alibi diximus.* 4 *De secūdo igitur ordine legitim. g. id est, ab intestato delatæ successionis præsenti tractatu agitur, nempe de agnatis, ad quos (exclusis cognatis) si deficiunt sui, itemqui hi, qui cum suis vocantur, hæreditas intestato defuncti pertinet: obseruata semper gradus prærogatiua, vt proximiores remotioribus, præferantur.* 5 *Primū autē exponit hoc titulo Imp. quos lex 12. tabul. agnatorum iure censeri voluerit. Deinde quomodo Prætor huiusmodi ciuilis iuris duritiem ex æquo et bono corrigens. fœminis bonorū possessionem primum nomine proximitatis, quo antiquato, postea per [vnde cognati] pollicetur. Denique Imperator ad plenum omnia reducens, nō tam legem 12. tabularum, quam Prætoris edicta corrigit, & omnes per virilem sexum descendentes, siue masculi sint, siue fœmina, ad successionem æqua ratione perducit.*

Princip. tit.

1 *Sui hæredes etiam remotissimo gradus agnatos excludunt.*
2 *Agnati dicuntur hæredes legitimi.*
3 *In collateralibus graduum prærogatiua attenditur, licet in recta linea sit secus.*
4 *Suos hæredes etiam agnatos esse: & in quibus inuicem differant.*

a Si nemo suis hæres, vel eorū quos inter suos hæredes *b* Prætor vel constitutiones vocant, *c* existat, qui successionem quoquo modo amplectatur: tunc *d* ex lege 12. tabularum ad agnatum *e* proximum pertinet hæreditas.

a Nouel. de hær. ab intes. ven. §. 1. vers. in hoc enim.

b l. 2. d suis & le.

c vt C. de leg. here. & ff. vn. leg.

d d. §. 1. ver. in hoc

e Auth. post fratres. C. de legi. hær.

f l. filius. de suis & le. l iurisco. sul. §. 1. de gra. & affi. l. de bonis. §. hinc aut. de Carbo. edi.

a *Si nemo suus.*] 1 *Quocunque tandem is gradu sit, quia suis heredibus superstitibus etiam remotissimo gradu, agnati successione excluduntur: quoniam in hoc ordine gradus non* [a] *queruntur.*

b *Pretor vel constitutiones.*] *Pretor vocat emancipatos, hisque iura Suorum tribuit: Constitutiones vero eos, qui legitimis natalibus restituti sunt, & nepotes ex filia: vt precedenti titulo dictum est.*

c *Existat.*] *Nec eti insperetur existere: nam si vel nasci speraretur, vel ex captiuitate reuerti posset, agnati impedirentur, vt Vlpianus* [b] *respondit.*

d *Ex lege XII.*] *Eius legis vel verba paulo ante retuli.* 2 *Quia ergo agnatos lex ipsa vocat ad intestatam successionem, ideo [legitimi heredes]* [c] *dicuntur, quasi a lege, & non a natura introducti.*

e *Proximum.*] *Quem scilicet nemo in gradu precedat.* 3 *Quanquam enim in recta linea gradus non* [d] *curetur: in his tamen, qui ex transuerso coniunguntur, gradus prerogatiua omnino attenditur,* [e] *sic vt proximi remotioribus anteponantur. Quare Vlpianus, [Hereditas (inquit) proximo agnato, id est, ei quem nemo antecedit, defertur.]* 4 *Sunt autem Sui heredes similiter* [f] *Agnati: sed differentiæ causa ab Agnatis separantur. In ordine Suorum non seruatur gradus prærogatiua: cum secus si in ordine agnatorum. Hi diuidunt hereditatem in capita: illi in stirpes. In his habetur discrimen sexus: in illis non item. Hi fiunt heredes aditione: illi existunt. His capite deminutis non datur bonorum possessio vnde legitimi: illis tunc etiam datur bono. possessio vnde liberi. Agnati & Sui dicuntur etiam legitimi.*

§. Sunt autem.

1 *Cognatio in genere & agnationem & cognationem specificam continet.*
2 *Fratres vtroque parente consanguineos & vterinos excludunt.*
3 *Consobrinus quis dicatur.*
4 *Ius agnationis etiam per adoptionem existit.*

a Sunt autē agnati (vt primo quoque libro tradidimus) cognati, per virilis sexus personas cognatione coniuncti: quasi a patre cognati. Itaque eodem patre nati fratres, *b* agnati sibi sunt: & *c* consanguinei vocantur: *d* nec requiritur, an et eandem matrem habuerint, itē patruus fratris filio, & inuicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam *e* consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures agnationis gradus peruenire poterimus. Hi etiam *f* qui post mortē patris nascūtur, iure consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex hæreditatem, sed ijs, qui tunc proximiores gradu sunt, cū certum esse cœperit aliquem *g* intestatum decessisse. *h* Per adoptionem quoque agnationis ius consistit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubiū est, quin hi *i* in proprie consanguinei appellentur. Item si quis ex cęteris agnatis suis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptauerit aliquem, agnatus inter suos hæredes esse non dubitatur.

Sunt

a Sunt autem agnati.] Cum lex. XII. tabularum agnatos ad successionem intestatam vocet, poterat videri illud quoq; ad cognatos spectare: cum agnati dicantur cognati [a] esse. Ne igitur in hoc falleretur quispiam: declarat Imp. qui sint agnati. 1 Sane cognationis, etiam quæ ex transuerso est, nomen generaliter sumptum: tam agnationem quam cognationem specificam continet. Agnationem autem proprie dicimus, quæ a masculo deriuatur: cognationem vero in specie sumptam, quæ a matre siue fœmina originem habet. Qua de re quia alibi [b] copiose disputauimus, hic molesta repetitione vti superfluum foret.

a l. non facile. & l. iurisconsultus §. nomen. de gradi.

b §. 1. sup. de legi. agna. tut.

b Agnati sibi.] Quia scilicet per masculum, nempe patrem inuicem coniuncti.

c Consanguinei.] Consanguineos enim Cassius etiam eos [c] esse definit, qui sanguine inter se connexi sint, vt sunt ex eodem patre nati: quod si mater [d] quoque eadem est, germani consanguinei appellantur.

c l. 1. §. post suos. de suis & legi.

d Nec requiritur.] Quod verum est, isto iure. 2 Hadie vero secus, quia per Nouellam [e] Iustiniani, fratres ex vtroque parente coniuncti (quos [germanos] dicimus) consanguineis tantum, & vterinis preferuntur, vt [f] supra dictum est.

d l. pen. §. in his. & l. vlt. §. 1. C. de legi. hær.

e Nouell. de hære. ab int. ven.

f ad Rub. tit. preced.

e Consobrini.] 3 Improprie scilicet, & generali appellatione, cum proprie [consobrinus] sit [g] ex sorore matris natus. Sic etiam [Adnitini,] id est ex fratre geniti communi consobrininorum nomine quandoque appellantur. quod κατα χρηστικῶς fieri Theophilus hic admonuit. [Cōsobrini] ἐξάδελφοι & πρωτεξάδελφοι Græcis dicuntur.

g §. quarto. infr. de gradi.

f Qui post mortem patris.] postumi scilicet, relatione ad parentum facta: fratribus enim postumi non sunt, sed consanguinei, sicut reliquis agnatis, agnati. Necesse tamen est, vt viuente paterf. de cuius hereditate agitur, concepti sint. Lex enim XII. tab. eum vocat ad successionem, qui moriente eo, de cuius bonis queritur, in rerum natura fuit, vel si viuo eo conceptus est: quia conceptus quodammodo in rerum natura esse [h] existimatur.

h l. Titius. & l. sequen. de sui & leg.

g Intestatum decessisse.] Quod quo modo colligi debeat, superiori titulo explicatum [i] est: nempe vt non solum mortis tempore, sed etiam quo tempore certum est, testamentum destitui, respiciatur.

i §. cum autē queritur.

h Per adoptionem.] 4 Non ergo per generationem tantum, sed etiam per adoptionem ius agnationis [k] existit: nempe, habeo filium naturalem, accepi & adoptiuum, hi sese mutuo agnatos, & fratres, itemque consanguineos vocabunt, id est, ex eodem sanguine, saltem ciuiliter. Quod hodie verum est si adoptatus transeat in adoptantis ius & [l] familiam, iuxta declarationem alibi traditam, [m] quæ huc repetenda est.

k d. l. non facile. l. 1. §. hoc autē. vnde cog. l. 1. §. vlt. de suis & le.

l l. 1. de adop.

i Improprie consanguinei.] Quia non natura, sed lege adoptionis consanguinei existimantur: ideo Imp. eos improprie consanguineos dicit appellari, & Vlpianus iura consanguinitatis habere.

m §. sed hodie. §. seq. sup. de ado.

§. Cæterum,

1 Quatuor diuersa iura hoc §. recenseri,
2. 3 Media Iurisprudentia quando cœperit, & quomodo circa fœminas agnatas post sororem disposuerit.
4 Aetiologia quare medio iure masculi fœminis prælati fuerint.
5 Pretor agnatas etiam vltra sororem consanguineam admisit, per vnde cognati, cum masculis.
6 Lex XII. tab. in agnatis non facit discrimen inter masculos & fœminas.
7 De media iurisprudentia, & quod ante Ciceronis tempora fuerit,
8 Iustiniani emendatio circa successionem agnatarum.
9 Iure Nouellarum agnati & cognati indifferenter succedunt.
10 Tribus modis nos relabi hodie ad ius vetus: pactis, statutis, & priuilegijs.
11 Predicta tamen tum locum habent, si filiæ competentibus dotibus prouideantur.

a Cæterū inter masculos quidem agnationis iure hæreditas, etiāsi *b* longissimo gradu sint vltro citroque capitur. Quod ad fęminas vero attinet: *c* ita placebat, vt ipsę cōsanguinitatis iure tantum capiant hæreditatem, si sorores sint: vlterius non capiant. masculi autē ad earum hæreditates (etiāsi longissimo gradu sint) admittantur. Qua de causa fratris tui aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua vero ad illas non pertinebat. *d* Quod ideo ita constitutū erat, quia commodius videbatur ita iura constitui, vt plerunque hæreditates ad masculos confluerent. *e* Sed quia sane iniquum erat, in vniuersum eas quasi extraneas repelli: Prætor eas ab bonorum possessionem admittit, ea parte, quā proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur. ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. *f* Et hęc quidem lex XII. tab. nullo modo introduxit: sed simplicitatem legibus amicam amplexa, simili modo omnes agnatos, siue masculos, siue fœminas, cuiuscūq; gradus, ad similitudinē suorum inuicem ad successionem vocabat. Media autem Iurisprudentia, quæ erat *g* lege quidem XII. tab. iunior, Imperiali autem institutione anterior, subtilitate quadam excogitata, præfatam *h* differentiam inducebat, & penitus, eas a successione agnatorum repellabat: omni alia successione *i* incognita, donec Prætores paula-

paulatim asperitatem iuris ciuilis corrigentes, siue quod deerat adimplentes, humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta per bonorum possessionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ (vnde cognati) appellatur. *K* Nos vero legem XII. tab. sequentes, & eius vestigia hac in parte seruantes laudamus quidem Prætores suæ humanitatis, non tamen in plenum huic causæ mederi inuenimus. Quare etenim vno eodemque gradu naturali concurrente, & agnationis titulis, tam in masculis, quàm in fœminis *l* æqua lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omniũ agnatorum, ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad agnatorum successionem patebat aditus? Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius XII. tab. eandem dispositionem exæquantes nostra constitutione sancimus, omnes legitimas personas, id est, *m* per virilem sexũ descendentes (siue masculini generis, siue fœminini sint) simili modo ad iura successionis legitimę ab intestato vocari secundum sui gradus prærogatiuam; nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura sicut germanæ non habent.

a *Cæterum.*] 1 *Hic § quatuor diuersa iura de fœminis agnatis post sororem consanguineum memorat, quæ diuersis temporibus inualuerũt: vt vel hinc deprehendatur, magnam fuisse iuris ciuilis iactationem, variamque vicissitudinem in successione intestata.*

a §. vl. inf. de success. cog.

b *Longissimo.*] *Nempe decimo: is enim est longissimus gradus, ex quo succeditur, vt suo loco* [a] *audiemus.*

c *Ita placebat.*] 2 *Intellige, mediæ Iurisprudentiæ, quæ post legem XII. tab. & ante principum constitutiones obtinuit. Præponit enim Iustinianus dispositionem medij iuris legi XII. tab. cum tamen ea longe anterior fuerit: sed de hæc mox subijcies, & in coniunctionibus plerunque ordinem scripturæ non respicimus, quid prius, quidue posterius positum sit.* [b] 3 *Hoc ergo iure medio restricta erat successio agnatorum ita, vt agnatæ, id est: fœminæ nobis iunctæ per mares, exceptis sororibus consanguineis, id est, ex eodem patre natis non succederent masculi vero agnati ad fœminarum agnatarum hæreditatem, etsi longissimo gradu sint, vocentur.*

b l. quidam in testa. de pec leg.

c §. vl. sup. de pa. pot.

d l. 1. §. sed etsi seruus de ven. insp. Plures rõnes vide apud Chas. i cõsue. Burg. ti. 7. §. 12. i prin. & Vig. §. sed hæc quidẽ. sup d exhę. libe.

d *Quod ideo.*] 4 *Rationem mediæ Iurisprudentiæ refert Iustinianus, quare masculos fœminis in successione intestata prætulerit: nempe hæ in alienam migrant* [c] *familium, illi gentilitatis nomen & familiam retinent atque stabiliunt, & domi, belliqùe tempore Reipub. magis commodant ac* [d] *possunt. Vnde illa lex legatis data:* [e] *[Ne de nomine familia prædium exeat.] Sunt & aliæ rationes, quibus hæc mediæ Iurisprudentiæ constitutio defendi posse videtur, quas Classaneus alicubi* [f] *pulchre cumulauit.*

e *Sed quia sane.*] 5 *Secundum ius hic memorat Iustinianus, Prætorium scilicet, quo admittebantur agnatæ fœminæ etiam vltra sorores consanguineas per bonorum possessionem, [vnde cognati,] cum masculis æquali gradu connexis: si tamen neque suus, neque agnatus vllus, neque cognatus gradu proximior existeret.*

e l. Luci* de l. 2.

f In loco citato.

g tit. de intest. hęred.

f *Et hæc quidem.*] 6 *Nunc de lege 12. tab. & sic de tertio iure (quod tamen re ipsa primum fuit) adtexitur, quod vocabat pariter ad successionem legitimam & agnatos masculos, & fœminas agnatas etiam vltra sorores, non habito sexus discrimine, quod per mediam Iurisprudentiam inductum est, maximeque per [Voconiam legem,] quæ fœminarum successionem valde adstrinxit, vt Iulius Paulus* [g] *quoque lib. 4. Sententia. meminit.*

g *Lege quidem 12. tab. iunior.*] 7 *Fuit autem [media Iurisprudentia] ante M. Tullij Ciceronis tempora, vt Cantiuncula hic supputat. Nam quod plerique existimant, mediam Iurisprudentiam fuisse temporib. Papiniani, Vlpiani, Pauli, vsque ad Iustiniani ætatem: id falsum esse, vel ex hoc textu colligitur, qui dicit, Edicto Prætoris correctam esse mediæ Iurisprudentiæ constitutionem. Prætorum enim edicta vetustiora esse, Vlpiani aliorumque eius classis Iurisconsultorum responsis, negari non potest. Conuellitur hæc opinio & ex alio, Nam quod textus hic ait, [introductum esse a media Iurisprudentia:] hoc Iulius Paulus* [h] *ait, [lege, vel rogatione Voconia factum.] Cicero autem huius Voconię legis plus vno loco* [i] *meminit. consequitur ergo, vt prædictum est, mediam Iurisprudentiam ante Ciceronis ætatem fuisse.*

h d. li. 4. tit. de intest. hæred.

i dixi sup de leg. Fal. in prin.

h *Differentium.*] *Inter agnatos masculos, & fœminas agnatas vltra sororem consanguineum.*

i *Incognita.*] *Vt scilicet nulla ipsis superesset spes ad alicuius agnati successionem pertingendi.*

k l. lege 12. tab. C. de legi. hęr.

K *Nos vero.*] 8 *Iustinianus suam cõstitutionem renouato Codice* [k] *insertam refert: quod est quartũ ius quo iure res reducitur ad legem 12. tab. nempe vt omnes agnatæ per virilem sexum etiam vltra sorores admittantur ad legitimam successionem, secundum gradus prærogatiuam.*

l §. reliquum. & §. seq Nouell.

l *Atque lance.*] *Etenim fœminæ perinde agnascuntur proximis in familiis, atque mares.*

m *Per virilem sexum.*] 9 *Hodie vero iure Nouellarum* [l] *& hoc emendationem meruit, vt scilicet non distinguatur, an per virilem vel muliebrem sexum cõiunctio existat. Nam & masculi & fœminæ indistincte, sublato prorsus omni discrimine agnationis & cognationis ex iure nouissimo ad intestati successionem admittuntur: eoque iure vtimur.* 10 *Videmus tamen etiam hodie tribus modis sępissime nos ad vetus ius relabi, pactis scilicet, statutis, & priuilegijs. Nam qui filias elocant, solent fere curare, vt successioni ipsæ* [m] *renuncient: id quod inter nobiles apud nos est frequentissimum: necesse tamen est, vt huic pacto per iusiurandum robur accedat, vt quod iure ciuili improbatum est, Pontificia autoritate* [n] *subsistat. Statuta autem, quæ stantibus masculis vel agnatis fœminas a iure succedendi excludunt, valere indubitatum est, cum & sic ad*

m arg. l. pactũ dotali. C. de pact. conn.

n c. quamuis ibi Can. de pa. li. 6

ius

tus vetus redeatur: & de huiusmodi statutis extant hodie peculiares etiam tractatus non [o] *pauci. Caeterum priuilegijs etiam Principis quandoque conceditur alicui familiae, vt masculi foeminis in successione praeponantur: quorum nonnulla me vidisse memini.* 11. *Praedicta tamen omnia ita demum iure firma esse crediderim, si dos fuerit data filiae, quae legitimae portionis loco* [p] *sit: alioqui enim iniquissimum foret, in vniuersum filias excludere.*

o puta. Alberi. Bruni Ioannis Campezi, & Lauri a Palatiis: qui omnes de statutis foeminas excludētibus pulcros tractatus scripsere.

p Bar. l. Titia cē tū §. Titia genero. de con. & demonst.

§. Hoc etiam addendum.

1 *Cognatae cum agnatis succedunt ab intestato, saltem quo ad vnum gradum.*
2 *Res exemplo declaratur.*
3 *Hunc § hodie immutatum esse.*
4 *Fratrum vel sororum filij hodie cum patruis & auunculis in stirpes succedunt.*
5 *Si soli sint, succedunt in capita.*

Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimauimus, vt transferatur *a* vnus tantummodo gradus a iure cognationis ad legitimam successionem: vt nō solum fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur: sed etiam *b* germanę consanguineę, vel sororis vterinae filius & filia soli, & non deinceps personae vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & *c* mortuo eo, qui patruus quidem est sui fratris filijs, auunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab *d* vtroque latere succedant: tanquam si omnes ex masculis descendentes, *e* legitimo iure ueniant: scilicet vbi frater & soror superstites non sunt: His etenim personis pręcedentibus, & successionem admittentibus, *f* caeteri gradus remanent penitus semoti: scilicet hęreditate non in stirpes, sed in capita diuidenda.

a *Vnus tantummodo gradus*] 1 *Quod ergo supra* [a] *dictum est, foeminas agnatas, etiam vltra sororem consanguineam cum masculis agnatis ad intestatam successionem vocari: hoc Imp. & ad cognatas, id est, eas personas, quae nos per foemininum sexum contingunt, producit, non tamen vltra vnum gradum. Tales autem sunt sorores consanguineae, vel etiam vterinae filius & filia, quos ex capite cognatorum transfert in caput agnatorum, vt perinde habeantur, ac si agnati sint, nosq; per masculum attingant.* 2 *Quare si intestato quis moriatur, relinquens fratris praemortui filium aut filiam, & sororis quoq; antè mortuae (siue consanguinea sit, id est, ex eodem patre nata, siue uterina, quae eandem tantum matrem habuerit) filium aut filiam, ex* [b] *Iustiniani lege aequaliter defuncto succedent omnes, illi vt patruo, hi vt auunculo, perinde atque si per virilis sexus personas omnes coniuncti essent. Fiet autem haereditatis diuisio non in stirpes, sed in capita, nempe secundum personarū numerum, quibus ipsa defertur. Et hoc quidem iure Codicis obtinet.* 3 *Hodie verò lege* [c] *Nouellarum non vnus tantum gradus, sed tota cognatio translata est in successionem legitimam sublata prorsus omni differentia agnationis & cognationis.*

a in fi. praeced. §.

b hic. & l. pen. C. de legi. haer.

c Nou. de haer. ab int. veni. §. reliquum. §. nullā verò.

b *Germanae consanguineae*] *Id est sororis ex eodem tantum patre natae: neque enim hoc de germana sorore, id est, ex vtroque parente coniuncta accipi debet, quia obstat adiectio consanguineae. Nec aliud intelligit hac voce Imp. quam voce sororis: sed vt hic vitaret ταυτολογίαν, modò germanae, modo sororis nomine* [d] *vsus est.*

d Baldui. hic.

c *Mortuo eo*] *De cuius haereditate agitur, patruo scilicet, & auunculo.*

d *Ab vtroque latere*] *Et filij fratris, & filij sororis.*

e *Legitimo iure*] *Ex lege, veluti agnati.*

f *Caeteri gradus*] *Hic locus euidenter arguit, hoc iure nondum a latere filios fratrum & sororum successisse cum proprijs thijs, nempe patruis & auunculis, & inter se diuisisse haereditatem in capita. Sed iure Nouellarum repraesentant parentem, & cum patruo vel auunculo in stirpes* [e] *succedunt loco patris sui praemortui. Quod tamen non vltrà fratrum filios* [f] *conceditur* 5 *Quod autem de filijs fratrum vel sororum dicemus, cum sunt soli, & sine patruis siue auunculis: an tum in capita uel in stirpes succedent? Sanè fuit hac in quaestione inter iuris interpretes magna semper* [g] *contentio, & in vtranque partem grauissimis & solidis rationibus disputatum. Verum hodie haec omnis disputatio superuacanea est, quoniam Carolus V. Imp. opt. max. vindicata & asserta iuris ciuilis aperta defintione sanxit, filios fratrum inter se partiri haereditatem patrui in capita, non in stirpes: sicq; in Comitijs Spirensibus, anno Christiano M.D.XXIX secundum Azonis sententiam pronuntiatum est. Et vide quae de hoc in obser. meis. Cameralibus* [h] *annotaui.*

e Auth. cessante. C. de leg. haer. & d. Nouel. de haer. ab intest. §. reliquū. ver. si autem defuncto.

f d. Nou. §. huius modi verò.

g Vide per eos in d. Auth. cessante. & Aut. post fratres. C. de leg. hę. Dd. cōiter hic. Zas. in suis sing. intel. Lorio. latiss. in tit. ff. de grad. affi. & nomi. & Tiraq. de vtro. retro.

§. Si plures.

1 *Proximus quis dicatur.*
2 *Proximior in gradu prior est in successione.*
3 *Fratris filius hodie cum patruo succedit.*

a Si plures sint gradus agnatorum, apertè lex XII. tab. proximum uocat. Itaque si (verbi gratia)

b cent. 3. obs. 94

gratia) sint defuncti frater, & alrerius fratris filius, aut patruus: *b* frater potiot habetur. Et quãuis singulari numero vsa lex XII. tab. proximum vocet: tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. Nam & propriè proximus ex plurib. gradib. intelligitur: & tamen dubium non est, quin licet vnus sit gradus agnatorum ad eos hęreditas.

a l. 1. §. pximus. vnde cog.
b l. 2. §. hæreditas. de suis & legi. l. qui duos. de reb. dub. l. proximus. ibi Alc. de verb. signifi.
c Auth. cessante C. de leg. hær.

a *Si plures.] Resumitur Imp. quod suprà attigerat, & verbum [proximus,] in lege XII. tab. interpretatur, quæ ita conscripta fuit. [Si sui hæredes non erunt, proximus agnatus hæres esto.] 1 Proximus] autem propriè dicitur de pluribus* [a] *propinquior: & is est [proximus,] quē nemo alius antecedit: sicut ille est [vltimus] quem nemo sequitur. Interdum quoque is est primus postremusque, qui solus* [b] *occurrit. Sed etsi plures sint in eodem gradu, omnes uocantur, cum nemo singulos antecedat.*
b *Frater potior habetur.] Vt qui in proximiori sit gradu, nempe secundo, cæteris in tertio existentibus. 2 Pro regula ergo seruantum, [propinquiorem in gradu priorem esse in successione.] & hinc liquet, quòd hoc Institutionum iure frater excludat pręmortui fratris filium, velut in remotiori gradu constitutum. 3 Sed hoc nouellarum iure correctum* [c] *est, quia licet fratris filius ex sua persona non succedat, ex persona tamen prædefuncti patris sui, in cuius ipse locum subintrat, & sic beneficio repræsentationis vnà cum suo patruo ad defuncti successionem admittitur.*

§. Proximus.

1 *In cognoscenda proximitate non solum tempus mortis defuncti, sed etiam tempus destituti testamenti considerandum.*
2 *Textus per exemplum declaratus.*

a Proximus autem (siquidem nullo testamento facto quisquam decesserit) per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cuius de hæreditate quæritur. Quòd si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse cęperit, nullum ex testamento hæredem extiturum, tunc enim propriè quisq; intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem longo aliquando tempore declaratur. In quo spacio temporis sæpe accidi, vt proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testarore *b* non erat proximus.

a §. cum autem quæritur. sup. tit. prox.
b d. §. cum autē.

a *Proximus.] Explicat hoc loci Imp. idem in agnatis obtinere, quod superiore* [a] *titulo de suo hærede obseruari traditum est: 1 nempe ad agnoscendum, an quis sit proximus defuncto, non tantum tempus, quo persona de cuius hæreditate agitur, mortuus est, respiciendum esse sed etiam tempus destituti testamenti si fortè testamentum relinquit, quod tamen deinde quacunq; ratione desertum fuerit, sic vt res ad intestati causam deuenerit: quod expone, vt suprà de suo hærede diximus, qui tempore mortis testatoris suus non erat, tempore tamen deserti testamenti suus reperiebatur. Neque enim inter eum* [b] *locum, & hunc nostrum §. vlla alia est differentia, quàm quod ibi de suis, hic de agnatis fit mentio.*
b *Non erat proximus.] 2 Exempli gratia: Decessit aliquis extraneo hæredi instituto, extante fratre, & item patruo. hæres scriptus deliberabat, num adire vellet hęreditatem: & medio tempore frater defuncti testatoris diem obijt Extraneus deinde hæreditatem repudiauit: patruus vt proximus uocatur, quoniam nunc demum certum factum est, defunctum intestatum esse. Cum enim nemo ex testamento ad hæreditatem uenerit, proximus inuentus est patruus: quamuis alius, nempe frater defuncti, qui postea pariter decessit, mortis tempore eum in gradu praecederet.*

§. Placebat.

1 *Quid sit succedere in hoc. §.*
2.4 *Successorium edictum quid, & quotuplex.*
3 *Quatuor capita siue ordine succedendi.*
5 *Gradus quid hic significat.*
6 *Successorium edictum quare inductum.*
7 *Sui hæredes Prætorio beneficio habebant annum ad hæreditatem adeundam: agnati & cognati 100. dies.*
8 *Veteri iure successorium edictum de persona in personam inter agnatos non obtinebat.*
9.11 *Id postea a Pretoribus correctum fuisse, sed imperfecte.*
10.12 *Ex huius §. constitutione in agnatis locus est successorio edicto, &c.*
13 *Hodie huius §. beneficium esset inutile.*
14 *Vbi est onus, ibi debet esse commodum.*

a Placebat autē in *b* eo genere percipiendarum hęreditatum *c* successionem *d* nō esse: id est, vt quamuis *e* proximus, qui secundum ea quæ diximus, vocatur ad hæreditatem, aut *f* spre-

uerit hęreditatem, aut *g* antequam adeat, decesserit: *h* nihilo magis legitimo iure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores *i* iure imperfecto corrigentes, non in totũ sine adminiculo relinquebant. sed ex cognatorũ ordine eos vocabant, vtpote agnationis iure eis *k* recluso. *l* Sed nos nihil perfectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutione, quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, sancimus successionem in agnatorum hęreditatibus non esse eis denegandam: *m* cum satis absurdum erat, quod cognatis a Prętore apertum est, hoc agnatis esse reclusum: maximè cum in onus quidem tutelarum primo gradu deficiente sequens accedit: vt quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

a *Placebat] Quoniam hic §. mentionem facit de successorio edicto: igitur præmittenda sunt aliqua, uelut in modum præuię cuiusdam inspectionis.* 1 *[Succedere] hic dicitur, cum gradu proximior non adit hæreditatem, vel quia non potest, & alius se inferius transfert locum, siue sit agnatus, siue cognatus.* 2 *Vnde Bald.*[a] *ait, [Successorium edictum esse, quo prioribus non petentibus, sequentes*[b] *admittuntur.] Et illud sub duplici reperitur discrimine. Primum est [de capite in caput,] siue [de ordine in ordinem. Caput] autem hic accipio pro quadam digressione successionis, puta de liberis ad agnatos, de agnatis ad cognatos.* 3 *Et quatuor sunt [capita] siue [ordines] succedendi, quorum quoduis sub se plures gradus continet: Primum est liberorum, secundum agnatorum, tertium cognatorum, quartum Vnde vir & vxor. Exempli gratia: Filiusfam. cum non vult adire hęreditatem intra præscriptum a Prætore tempus, vel cum exclusus est, non admittitur nepos ex eo, sed fit transitus ad secundum caput, siue ordinem, nempe ad proximum agnatum: ac sic*[c] *deinceps.* 4 *Deinde est [successorium edictum de persona in personam,] siue, [de gradu in gradum.] Verbi gratia. Si proximiore agnato deficiente hęreditas deferatur sequenti agnato. item si filio repudiante hęreditatem: ea deinde ad nepotem deuoluatur.* 5 *[Gradus] autem est dinumeratio in eadem linea per superius & inferius,*[d] *& ex transuerso.* 6 *Porrò successorium edictũ ideo propositum fuit, ne bona hęreditaria essent vacua, neue sine domino diutius iacerent, & creditoribus longa mora fieret. Deinde pręfinit Pretor certum tempus iis, quibus bonorum possessionem detulit, & dedit inter eos successionem, vt maturius possent creditores scire, vtrum habeant, cum quo*[e] *congrediamur.* 7 *Et sui quidem hęredes habebant spaciũ adeundę hęreditatis vnum annum: agnati verò & cognati centum dies. Porrò quod ad huius §. declarationem peculiariter pertinet,* 8 *iure veteri, nempe XII. tab. proximiore agnato hęreditatem non adeunte, sequens in gradu non admittebatur: quia Successorium edictum de persona in personam inter agnatos non obtinebat: sed nec cognati vocabantur, quia ea lege necdum cognitus erat cognatorum ordo, qui mero iure Pretorio inductus*[f] *est: sed Fiscus statim*[g] *succedat. veluti, decessit aliquis intestatus, extante fratre, extante item patruo: frater vocabatur, nimirum ut proximus. Si modo contigat, vt frater aut antequam adeat, decedat, hęreditatemue repudiet, patruus & agnatus venire non poterit, propterea quod lex XII. tab. successionem nesciat. Atque hoc est, quòd in principio huius §. Imp. innuit.* 9 *Hoc postea Pretores corrigentes disposuerunt, agnatos remotiores gradu vnà cum cognatis admittendos. Patruum ergo in pręmissa specie ex cognatorum ordine uocassent. Et ita hęc verba textus nostri, (Quod iterum pretores, &c.) Platea rectè & verè intelligit: quamuis Iason aliter*[h] *sentiat, quasi Pretor deficienter primi gradus agnato uocaret cognatos vlterioris gradus, exclusis aliis agnatis: quam sententiam Curtius*[i] *etiam improbat.* 10. *Quia verò & hęc correctio insufficiens videbatur Iustiniano, sustulit eam, sanciens successorium edictum etiam de persona in personam in agnatis sequentibus proximum recusantem, locum habere. quod inde colligit. Deficiente proximo agnato, qui pupilli tutor esse debebat, sequens agnatus vocatur, exclusis cognatis: tenet consequentia, quia vbi est onus, ibi quoque uenit esse*[k] *commodum. sed penes agnatos etiam remotiores est onus tutelæ: ergo etiam commodum, id est, successio ad eosdem spectare debet.*

b *Eo genere] Id est in ordine agnatorum.*

c *Successionem] Id est, Successorium edictum de persona in personam.*

d *Non esse] Scilicet ante legem Iustiniani.*

e *Proximus] Subaudi agnatus.*

f *Spreuerit] Id est, à principio repudiauit.*

g *Antequam adeat] Quia si iam adiisset, suus hęres, vel proximus agnatus ei succederet pro*[l] *iure transmissionis.*

h *Nihilo magis] Quasi diceret, etiam non admittantur: & sic fratre repudiante hęreditatem non admittebatur filius fratris, aut alius agnatus, sed fiebat transitus ad cognatum, & pręferebatur quandoque cognatus agnato, etiam in propinquiori gradu existenti.*

i *Iure imperfecto]* 11 *Quia scilicet sequentibus agnatis succurrerint, vbi prior non esset hęres: non tamen eos vocabant vt agnatos, sed vt cognatos. qua in re multum intererat propter discrimen agnationis & cognationis, quod tum obtinebat. Et si quis agnatus quocunq; gradu potuisset succedere vt agnatus, excludebantur alii, etiam si fuissent gradu proximiori: at cum non nisi ex ordine agnatorum uocatur a Pretore, nihil habet supra alios cognatos.*

k *Exclusio] Id est, occluso: sic enim hic accipit Iustinianus contra autorum loquendi consuetudinem.*

a in Rubr. C. de suc. edict.
b l. 1. in fi. ibi gl. ult. C. h. t.
c l. post consanguine. in pr. de suis & leg. l. 1. § pr. si tab. test. nul. fallit i suis hær. Ias. l. qui se patris. n. 30. C. vnde lib.
d Bald. in d. rub. C. de succ. edi.
e l. 1. de succ. ed. Vide. §. cũ igitur. if. de bon. poss.
f l. 1. in pr. vnde cog.
g Ias. d. l. qui se patris.
h d. l. qui se patris.
i Curt. d. l. qui se patris. nu. 12.
K sup. de leg. patro. tut. ad finē
l l. quoniam. C. de iur. delib.

l Sed nos.] 12 *Emendatio, & innouatio Iustiniani, statuentis, inter ipsos etiam agnatos locum esse successorio edicto, & sequentes agnatos post priorem admitti, vt agnatos.* 13 *Verum hoc beneficium hodie inutile est, & superuacaneum, propter sublatam agnationis & cognationis differentiam: quòd iure* [m] *Nouellarum nihil refert, ex quo quis capite succedat.*

m §. nullam uerò in Nouell. de hær. ab intest. uen.

m Cum satis.] Collígit Imp. in hunc modum. *Si successorium edictum locum habet inter cognatos, cur non etiam inter agnatos? Deinde si tutela defertur sequenti in gradu, proximiore non suscipiente tutelam, cur non idem deberet seruari in successionibus?* 14 *Est enim vulgata regula, quod vbi tutelæ onus est, ibi etiam successionis commodum esse conueniat. Eadem ratiocinatione vsus quoq; est Imp.* [n] *supra in inducenda patronorum tutela: sicut ibi docuimus.*

n sup. de leg. pa. tro. tut.

§. Ad legitimam.

1 *Pater naturalis olim lege XII. tab. non succedebat ab intestato filio emancipato, nisi contracta fiducia emancipasset.*
2 *Iure tamen Prætorio poterat petere bon. possessionem.*
3 *Contracta fiducia emancipare, quid.*
4 *Filiofam. olim succedebat pater iure paterno, &c.*
5 *Ex Iustiniani lege pater semper contracta fiducia emancipare videtur.*
6 *Hodie huius §. dispositionem sine fructu esse.*

a Ad legitimam successionem *b* nihilominus uocatur etiã parens, qui non cõtracta fiducia filiũ vel filiã, nepotem vel neptẽ, ac deinceps *c* emancipat. quod *d* ex nostra constitutione omnino inducitur, vt emancipationes liberorum semper videantur quasi cõtracta fiducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.

a Ad legitimam.] *Qua iuris solennitate olim facta sit emancipatio, & qualiter fiduciario patri naturalis manciparit filium, suprà* [a] *lib. 1. discussum est, vt hic repetitione non sit opus.* 1 *Lege autem XII. tab. pater ad emancipati filij successionem intestatam non admittebatur, sed manumissor ipse, id est, fiduciarius pater succedebat: nisi [contracta] esset [fiducia,] hoc est,* [b] *nisi naturalis pater iterum a fiduciario filium, ceu seruũ, emisset, & ipse manumisisset, retento sibi verbis expressis legitimo iure succedendi: tum enim ei succedebat pater naturalis vt manumissor, non vt proximus agnatus, quod putauit Accursius.* 2 *Poterat tamen olim parens etiam non contracta expressim fiducia filio emancipato ab intestato succedere, saltem ex æquitate iuris* [c] *Prætorii, petendo bonorum possessionem.*

b Nihilominus] *Quasi diceret: tametsi lege XII. tab. excluderetur a successione filii emancipati, vt supra dictum est, imò post suos statim agnati vocarentur: tamen si specialiter fiducia contracta emanciparat filiũ, præferebatur agnatis.* 3 *Dicitur autẽ [contra fiduciã] emancipare, quando nominatim legitima iura sibi* [d] *reseruat: non per pactum, quia pactum de succedendo nullum* [e] *est, sed vt per fiduciam pudore aliquo (vt olim in fideicommissis* [f] *erat) legitima iura patri relinqueret, ob idque [fiduciarius hæres]* [g] *diceretur.*

c Emancipat.] 4 *De emancipatis hic tantum loquitur, non etiam de filijsfam. qui adhuc sunt in potestate patria. Hi enim quia hæredem habere non poterant, eorum peculium pater occupabat iure quodam paterno, non autem hæreditario* [h] *nomine.*

d Ex nostra constitutione.] *Quæ adhuc extat* [i] *in Codice renouato:* 5 *in qua statuit, quòd pater emancipans, semper contracta fiducia emancipare intelligatur, et si expressim ius successionis intestatæ sibi non reseruarit. huiusmodi enim fiducia tacitè comprehensa censebitur in emancipatione, autoritate scilicet huius legis. Itaq; consequitur, patrem semper esse legitimum hæredem filio emancipato. Quod adeo verum est, vt contra illud filio emancipato ne testari quidem* [K] *liceat: alioqui præterito patri & Querela inofficiosi, & bonorum possessio contra filij tabulas* [l] *conceditur. Hoc tamen cessat, si pater vel pecuniam acceperit, vt emanciparet, vel filius, quãtum satis iudici videtur in patrem contulit, ne iudicia eius inquietaret.* [m] 6 *Porrò hodie prorsus inutile est huius constitutionis beneficium, cum iure Nouellarum longe melius consultum sit parentibus, vt scilicet filijs suis intestatis post liberos succedant: cum fratribus tamẽ defuncti, fratrũq;* [n] *filijs.*

a §. ptetera, sup. qui. mo. ius par. pot. sol.
b Alc. lib. 3. Parerg. cap. ult.
c l. 1. si quis a pa. manu. fu.
d d. l. fi. C. de eman. lib.
e le. stipulatio hoc modo. de verb. oblig.
f sup. de fid. hær. in prin.
g l. Seius Saturninus. ad Tre.
h L. 2. de castr. pecul.
i d. l. vlt.
K Dd. in d. l. stipulatio hoc modo. & l. fin. C de pac.
l l. pater filiũ. de ioff. te. Vig. Instit. eo. tit. §. 1.
m d. l. 1. §. si parẽs.
n §. consequens. Nouel. de hær. ab intest. uen.

DE SENATVSCONS. TERTYLLIANO. TIT. III.

1. 2. 3. 4. 5. 6 *Variatio iuris ciuilis in deferenda matri successione filij intestati: quæ tamen hodie sublata est.*
7 *Iure Nouellarum patri & matri pariter defertur successio liberorum intestatorum, &c.*

Supra exposuit Iustinianus: patrem inter agnatos succedere: consequens est, & de successione matris ac parentum maternorum subijcere. Quanta autem fuerit variatio iuris ciuilis in deferendis successio

cessionibus intestatis, partim ex his, quæ hac in materia hactenus dicta sunt, partim verò, & multo maximè ex præsenti titulo colligere est. 1 *Primū enim lex XII. tabul: matrem omnino repellebat à successione filij intestati. Ius deinde honorarium admisit eam post agnatos.* 2 *Postea Claudius Cæsar eam statim post liberos voluit admitti si modò quatuor peperisset filios.* 3 *addidit* [a] *S.C. Tertyllianum aliam distinctionem, vt scilicet matri ingenuæ satis esset ad consequendam filij intestati successionem, si tres, & matri libertinæ, si quatuor peperisset liberos.* 4 *Posteriores deinde Cæsares aliquam hæreditatis portionē matri ademerūt, nempe trientem, qui dandus erat patruo defuncti, vel patrui filio: sed alio nomine matri succurrerunt: quam iure trium liberorum destitutam ita adiuuerunt, vt saltem consequeretur trientem.* 5 *Iustiniano verò id nō fuit satis, sed primam sustulit conditionem, [Ius trium vel quatuor* [b] *liberorum. 6] Deinde alia constitutione* [c] *matrem omnino prætulit patruo, patruique filio, sine vlla trientis deminutione: imò & ipsi patri, nisi quod ad vsumfructum attinet. Deinde addidit, vt etiam cum fratribus defuncti vel consanguineis vel vterinis mater succederet: & tum diuideretur in capita hæreditas. Sed si sorores solæ essent, cum quibus mater succederet, tum mater sola unum semissem haberet, alterum sorores.* 7 *Verum hodie nec illa Iustiniani lex amplius obtinet: quoniam iure* [d] *Nouellarum in vniuersum statutum est, patri matriq; pariter deferri successionem intestatorum sine liberis decedentium, simulque cum ijs admitti fratres sororesq;, ex vtroq; parente, eorumque fratrum filios, vt saltem consequātur parentum suorum portionem. Unde satis colligis, quanta olim fuerit iactatio variaque vicissitudo iuris, quod matri tribuebatur in successione filij intestati.*

a De hoc iure vide Iuliū Pau. ad S.C. Terty. lib. 4. rece Sen. tit. 9.

b l. 2. C. de iu. li. sublata.

c l. vlt. C. de S.C. Tertyl.

d Nouel. de her. ab int. ue § cōsequens. & Nouell. vt frat. filu.

Princ. tit.

1 *In successione suorum præferebat lex XII. tab. masculos fœminis: in agnatis secus erat.*
2 *Vulgo quæsiti liberi matri succedunt, materque ipsis.*
3 *S.C. Tertyllianum vnde dictum.*
4 *Auia hodie succedit nepoti.*
5 *In aduentitijs non requiritur iussus patris in adeundo.*

Lex duodecim tabularum ita stricto iure vtebatur, & *a* prępenebat masculorum progeniem: & eos qui per fœminini sexus necessitudinem sibi iunguntur, adeo expellebat, vt ne quidem inter matrem & filium filiamue vltro citroque hæreditatis capiendæ ius daret: nisi quòd Prætores ex proximitate cognatorum *b* eas personas ad successionem, bonorum possessione unde cognati accommodata, vocabāt. Sed hę iuris angustiæ postea emendatæ sunt. Et primus quidem *c* diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hęreditatem. *d* Postea autē senatusconsulto Tertylliano, quod *e* diui Hadriani temporib. factum est, plenissimè de tristi *f* successione matri, non etiam auię deferenda cautum est: vt mater ingenua trium liberorū ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumue admittatur intestatorum mortuorum, licet in potestate parentis sit: vt scilicet cū alieno iuri subiecta est, *b* iussu eius adeat hæreditatē, cuius iuri subiecta est.

a *Prępenebat.] 1 Hoc intelligendum est de successione suorum hęredum ab intestato. in illis enim lex XII. tabularum anteponebat masculos fœminis. secus in successione agnatorum erat: quia in ea lex inter masculos et fœminas non distinguebat sed omnes ex ęquo ad successionem* [a] *vocabat. Quod obserua, vt rectè intelligas vetustissimi & summi iuris differentias.*

b *Eas personas.] Sensus est: quod Prætores æquitate naturali, & sanguinis ratione moti bonorum possessionem vnde cognati, matri ac filio vltro citroq; dederint: & id quidem adeò, vt etiam vulgò quæsiti liberi matris, & mater talium liberorum ex ea parte bonorum possessionem petere* [b] *potuerint.*

c *D. Claudius.] Huius rei meminit etiam Sueto. Tranquillus in uita Claudij, capit. 19. eum constituisse fœminis ius quatuor liberorum, quòd scilicet satis esset ad consequendam filiorum intestatorum hæreditatem.*

d *Postea.] Quoniam D. Claudij constitutio non generaliter, sed in gratiam tantum earum matrum promulgata videbatur, quæ filios in acie Principis, belloq; publico amisissent: ideo prorogata est eadem constitutio etiam ad cæteras mulieres, quæ liberis editis Reip. profuissent. Vel eum generaliter Claudius fœminis [ius quatuor liberorum] dedisset: id postea quodam senatusconsulto perfectius est constitutum, nempe vt ingenuæ mulieri satis esset [ius trium liberorum. 3.] quod a suasore primo [Tertyllianum] appellarunt. Quis autem fuerit iste Tertyllus, siue (vt alij nominant) Tertullus, certè definire non possum. Vlpianus* [c] *meminit cuiusdam rescripti Imperatoris sui ad Ouinium Tertyllum. Cassiodorus meminit Tertulli consulis. Rutilius verò putat huius Senatuscōsulti suasorem fuisse iurisconsultum Tertyllianum, quem Iustinianus* [d] *vocat interpretem iuris antiqui: traditurq; scripsisse libros Quęstionum quatuor & unum de Castrensi peculio.*

e *D. Hadriani.] Annis scilicet plus centum, post Imp. Claudij constitutionem. Tiberius enim Claudius Cæsar imperare cæpit Anno Christi XVI. Hadrianus verò anno CXX.*

f *De tristi succes.] Alibi appellatur luctuosa* [e] *hæreditas, quæ parentibus obuenit turbato scilicet mor-*

a §. cæterum. versic. & hæc quidem. sup. de leg. suc.

b l. 2. vnde cog.

c l. 1. § 2. ad S.C. Tertyl.

d l. vlt. C. de cur. fur.

e l. vlt. C. de instit. & subst.

T 3 talitatis

talitatis ordine. Vnde triuialis ille vers. est. [Ordine turbato succedit Bulgare nato.]

g *Non etiam auia.]* 4 *Hodie verò auia etiam succedit nepoti, seruata tamen inter ascendentes gradus præ rogatiua:* f *vt Accursius annotauit: tametsi Faber putet, auiam nec hodie cum defunctæ prolis matre vocari.*

h *Iussu eius.] Scilicet patris, in cuius potestate erat: sed hoc obtinebat iure veteri.* 5 *hodie* g *cum huiusmodi hæreditates sint bona aduentitia, non requiritur in adeundo iussus patris, licet patri quęratur vsusfructus.*

f Nouell. de hęr. ab int. §. consequens.
g d. Nouel. §. si autem pluriū.

§. Præferuntur.

1 *Si filius reliquit liberos, mater à successione filij excluditur.*
2 *Mater in successione filij excludebatur a patre.*
3 *Auus patri & matri pręferebatur in successione nepotis.*
4 *Lege 12. tab. post Suos consanguinei vocabantur.*
5 *Soror admittebatur cum matre in successione filij.*
6 *Soror cum fratre excludebat matrem.*

a Præferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, siue primi gradus, b siue vlterioris. Sed & filiæ c suæ mortuę filius vel filia præponitur ex constitutionibus matri defunctę, id est, auię suę. d Pater verò vtriusq;, e non etiam auus & proauus matri f anteponitur, scilicet cum inter eos solos de hæreditate agitur. g Frater autem consanguineus tam filij quàm filię excludebant matrem: h soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. i Sed si fuerant frater & soror consanguinei, & mater x. liberis onerata, frater quidem matrem excludebat; communis autem erat hæreditas ex æquis partibus, fratribus & sororibus.

a *Pręferuntur.]* 1 *Liberi à defuncto filio relicti superstites siue virilis, siue fœminini sint sexus, ab eius legitima hęreditate matrem excludunt ex S. C. Tertylliano succedere volentem. Liberorum enim potior est causa in successionibus, siue sint sui, siue suorum loco* a *habeantur, velut adoptiui. Scribit enim Paulus,* b *ęquissimum esse, omnes filios matri pręferri, etiamsi per adoptionem in familia relicti sint: sed & nepotem ex adoptiuo filio natum matri obstare ex verbis senatusconsulti. Ita demum autem mater à Senatusconsulti beneficio cadit, si certum est, aliquem ex liberis defuncti eam hęreditatem amplecti velle: nam si eam omiserint, mater ex Tertylliano* c *admittetur.*

b *Siue vlterioris.] Vt sunt nepotes, pronepotes, & deinceps descendentes.*

c *Suæ.] Id est, sui iuris.*

d *Pater verò.] Naturalis scilicet* * *non adoptiuus.* 2 *Pater ergo in successione vtriusq; tam filij quàm filiæ matrem hoc iure excludebat, si inter eos solos, id est, inter defuncti matrem & patrem duntaxat de successione contendebatur.* 3 *Secus erat, si defuncti auus, idemq; manumissor superstes quoque fuisset: is enim & patri & matri pręferebatur: patri quidem propter beneficium emancipationis, quod defunctus ab ipso auo consecutus* d *fuerat: matri verò, quia ipsa sit in ea specie, in qua alioqui cedere debeat, nempe ipsi patri, a quo semel superata non potest amplius committi auo. Hoc autem de patre tantum naturali accipiendum est, non etiam adoptiuo. verius enim est, cum pater esse desierit, a matre eum* e *excludi.*

e *Non etiam auus.] Quamuis fiduciam contraxerint, id est, retinuerint sibi in emancipando expreßim ius legitimę successionis: nihilo magis enim matri nocebant in Tertylliano, vt Vlpianus* f *respondit. in patre verò nihil refert siue contracta fiducia emanciparit, siue id omiserit: atque ita siue hęres iure ciuili, siue bonorum possessor iure bonorario existat, matri semper antefertur hoc iure.*

f *Anteponitur.] Non quidem ex S. C.* g *Tertylliano, sed iure contractę fiducię in emancipatione. nam hic de emancipati filij successione agi constat: cum filiusfam. non habeat hęredem, sed pater omnia eius bona iure peculij occupet, vt alibi diximus.*

g *Frater autem.]* 4 *Quod ideo erat, quoniam lege XII. tabular. statim post suos consanguinei vocabantur ad hęreditatem* h *legitimam.*

h *Soror.]* 5 *Soror admittebatur vnà cum matre, ne, si sexus non impar, impari diuersoq; iure censeretur.*

i *Sed si fuerant.]* 6 *Soror cum fratre hoc iure excludebat matrem, non quidem suo iure, sed fratris, cui adhærebat, & à quo matrem submoueri iam dictum est. Succedebant autem frater & soror ex ęquo, & fraterni iuris commodum commune erat sorori.*

x *Liberis onerata.] Id est ius trium vel quatuor liberorum habens: quo si fuisset destituta, cum alijs consanguineis non admittebatur: nam nec sola fuisset admissa.*

a sup. de hęr. quæ ab int. de. §. 1. & l. 2. §. liberi. ff. ad Tertyl.
b l. ęquissimum. de. t. ad Terty.
c d. l. 2. §. ita demum.
* d. l. 2. §. sed neq;.
d l. 1. si a par. quis manu.
e l. patrem. h. t.
f d. l. 2. §. sed neq;
g l. 1. §. pen. l. 2. §. 1. de suis & leg. l. si quis intestatus. ad S. C. Tertyl.
h l. 2. C. hoc tit.
i ex mente d. l. si quis intestatus iuncta glo. ibi. & fa. tex. in d. l. 2. §. si sit consanguinea.

§. Sed nos.

1 *Ex Iustiniani constitutione mater indistinctè succedit.*

2 *Iustinia-*

2 *Iuſtinianus fauens fuit mulieribus.*
3 *Magnus olim fauor fuit fœminarum, quæ multos peperiſſent liberos.*

a Sed nos conſtitutione, quam in Codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendũ eſſe exiſtimauimus, *b* reſpicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & mortem ſæpe ex hoc caſu matribus illatam. Ideoq; impium eſſe credimus, *c* caſum fortuitum in eius admitti detrimentũ. Si enim ingenua ter, & libertina quater non peperit: immeritò defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum. Quid enim peccauit, ſi non plures, ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum matribus (ſiue ingenuis, ſiue libertinis) etſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eum tantum vel eam, qui quæve morte intercepti ſunt, vt ſic vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

a *Sed nos conſtitutione.*] 1 *Quartum ius hic refertur, a Iuſtiniano introductum, quo mater indiſtinctè ſuccedit. Eſt autem hæc Iuſtiniani conſtitutio inſerta Codici* [a] *renouato his verbis: [illam iniuriam, quæ contra matrem defuncti vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iuſtitiæ ratione amputamus, & legitima iura, quæ ex Tertylliano ſenatuſconſulto ei præſtantur, omnimodo eam habere ſancimus, licet tres liberos ingenua, vel libertina quatuor minimè pepererit.] Hic ergo primum Iuſtinianus tollit veterem Claudij Cæſaris conſtitutionem, itemq; ſenatuſconſultum de numero liberorum. Quod verò attinet ad emendationem aliarum partium, de quibus proximè dictum eſt, ſuo deinde ordine eam refert.*

b *Reſpicientes.*] 2 *Iuſtinianus ſemper admodum fauit muliebri ſexui. Nam &* [b] *alibi: [Et quis] (inquit) [mulierum non miſereatur propter partus periculum, & liberorum procreationem?] Sanè in comperto eſt, fœminas vterum ferentes multos ſæpe dolores, vertigines, tenebras, faſtidium, languores, partuſq; periculum experiri ac pati,* [c] *non ſine maximo etiam vitæ periculo. Huius rei triſtia exempla cotidiana ſunt. Iuſtinianus certè hoc ſolo nomine matrem patri præfert, illiq; quã huic plus à filijs deberi* [d] *ſcribit. Ait enim: [Oportet maiore eam ſtudio proſequi quæ partus doloribus diſtenta fuit, quæ peperit, quæ nutrijt, quàm tũ, qui ſucceſſiuam tantum, modò libidini operam accommodans, filij generationem procreauit.]*

c *Caſum fortuitum.*] *Scilicet, habere vel non habere tres aut quatuor liberos, cum hoc ex diuina gratia deſcendat.* 3 *Olim tamen fœminæ, quæ liberis procreandis ſtrenuam nauabant operam, maximè laudabantur, eratq; ſummus quidam numeroſæ ſobolis fauor. Ideoq; priuilegia non pauca in iure noſtro fœcunditati conceſſa fuiſſe* [e] *legimus. nec immeritò: cum enim ea ſit Reipub. vtilis (nam intereſt ciuitatem liberis repleri & ampliari) non debet eſſe ſine præmio.*

a l.2. C. de iure delib.
b l.vlt. C. q. pot. in pig.
c vide Plin. Nat. hiſt. lib. 7. c. 6.
d in Nouell. conſtit. 162. §. fin. in fin.
e l. 2. de mino. l. ad rep. de mune. & hono. l. ſemper. §. demonſtratur. de iu. immu.

§. Sed cum antea.

1 *Conſtantini Imper. conſtitutio circa ſucceſſionem matris.*
2 *Iuſtinianus matrem omnibus agnatis præfert, exceptis fratribus, & ſororibus.*
3. 4. 5. *Huius §. diſpoſitionem iure Nouellarum correctam.*

Sed cum antea *a* conſtitutiones iura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes, partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant, & non in ſolidum eam vocabant, ſed in quibuſdam caſibus, tertiam ei partem abſtrahentes, certis legitimis dabant perſonis, in alijs autem contrarium faciebant: *b* nobis viſum eſt, recta & ſimplici via matrem omnib. legitimis perſonis anteponi, & ſine vlla deminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere: *c* excepta fratris & ſororis perſona, ſiue *d* conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodum *e* eam toti alii *f* ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hæreditates ſimul vocemus: *g* ita tamen, vt ſi quidem ſolæ ſorores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite & fratre vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſiue legitima, ſiue ſola cognationis iura habentibus, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas.

a *Conſtitutiones.*] *Quæ non ſunt inſertæ renouato Codici Iuſtinianeo.* 1 *In Theodoſiano* [a] *tamen Codice refertur quædam Conſtantini conſtitutio, qua matri ius trium liberorum habenti in filij inteſtati hæreditate, bes ſiue octo vnciæ dabantur, patruo vero, eiusve filio triens, id eſt, quatuor vnciæ. Quòd ſi mater ius triũ liberorum non habebat, tunc defuncti patruus, eiusve filius beſſem hæreditatis capiebat: at mater trientem ſolum. Et hanc Conſtantini ſanctionem Theophilus etiam ad huius loci interpretationem attulit.*

b *Nobilis viſum eſt.*] 2 *In quadam ſua ad Mennam præfectum Prætorio conſtitutione, quæ in Codice renouato* [b] *extat: quaq; ſanxit, matrem in legitima filij ſucceſſione omnibus alijs agnatis præferendam eſſe, ſolis fratribus & ſororibus exceptis. Cum ſororibus enim ſolum ad ſemiſſem hæreditatis hoc iure admittitur: vtriſq; verò, nempe & fratribus & ſororibus extantibus hæreditas in capita, id eſt, ſecundum perſonarum numerum eſt diſtribuenda. Et hæc quidem Inſtitutionum iure obtinent. Hodie verò iure Nouellarum aliud conſtitutum eſſe, alibi* [c] *annotauimus.*

a lib. 5. ti. 1.
b l. vlt. C. hoc ti.
c ad Rub. ſup. de hæ. quę ab int. defer. nu. 6. & 7. vide etiam Aut. defuncto.

d Auth. & cum solis. hoc tit.
e §. consequens. Nouell. de hæreditabant.
f Nouell. vt fra. filij.

c Excepta fratris.] 3 *Sanè hodie ex Nouella constitutione non solum parentes cum fratribus & sororibus æqualiter succedunt,* [d] *sed & fratrum filij cum ipsis admittuntur, vt saltem consequantur parentum* [e] *portionem.*

d Consanguinei.] *Sicq; hoc iure fratres tam consanguinei, quàm vterini cum parentibus admittebantur indistinctè:* 4 *verum hoc deinde per Iustiniani Nouellam est correctum. Eos enim solos fratres vel sorores cum parentibus in capite admitti sanxit, qui essent ex vtroq; parente connexi* [f] *defuncto: sin autem essent fratres veterini tantum, vel consanguinei tantum, tum ab ascendentibus omnino repelluntur. Et tanti fecit Iustinianus huiusmodi duplicem coniunctionem, vt eius nomine non modo fratrem fratri prætulerit, imò & filios fratris germani fratri consanguineo tantum, vel vterino.*

e Eam.] *Scilicet, matrem.*

f Ordini legitimo.] *Id est, omnibus reliquis agnatis, cognatisq;.*

g d. l. vlt.
h Nouell. 22.
i Nou. de hær. ab int. §. si igitur defunctus. iuncto §. 1. Nou. vt fra. filij.

g Ita tamen.] *Hoc discrimen adscribit Iustinianus, in sua ad Mennam Præfectum Prætorio* [g] *constitutione, antiquis legibus: licet alibi* [h] *videatur illud S.C. Tertylliano tribuere.* 5 *Sed vt ne sit, hodie sublata est huiusmodi differentia, constitutumque,* [i] *vt non plus tribuatur matri cum sororibus solis succedenti, atque si cum fratribus succederet.*

§. Sed quemadmodum.

1.3 *Mater nisi filijs impuberibus tutores petat, a successione eorum legitima repellitur: etiamsi naturales tantum sint.*
2 *Idem in auia obtinet, & quibuscunq; futuris hæredibus impuberum.*
4 *Curare etiam debent, vt petiti tutores administrationem suscipiant.*
5 *Suspectum tutorem deferre mater non tenetur.*
6 *Quantum temporis detur ad petendum tutorem.*
7 8.9 *Mater tutorum non petens filio, quibus ex causis excusetur.*

Sed quemadmodum nos *a* matribus prospeximus, ita oportet eas *b* suæ soboli consulere: scituris eis, *c* quòd si tutores *d* liberis *e* non petierint, vel in locum *f* semoti *g* aut excusati *h* intra annum petere neglexerint: ab eorum *i* impuberum morientium *k* successione meritò repellentur.

a Matribus prospeximus.] *In deferenda illis legitima successione filiorum intestato mortuorum: sicut suprà dictum est.*

a l. 2. §. si mater. vsq; ad fin. legis. ff. hoc tit. ad Tertyll.
b l. 2. §. & quid. ad Tertyll.
c l. sciant. C. de le. hær.

b Suæ soboli consulere.] *Petendo huic tutorem dari.* 1 *Matri ergo omnino necessitas imponitur, vt filijs suis impuberibus, patre amisso, tutores dari petat: nisi enim id faciat, ab ipsorum hæreditate legitima, si contingat ipsos intra pupillares annos mori, mater prorsus repellitur. Quod Vlpianus* [a] *eleganter in Pandectis docet, multas ea in re proponens hypotheses elegantissimas, & Laconicè descriptas, quas studiosus iuris per se legere potest.* 2 *Et quod hic de matre traditur, hoc idem & ad auiam producitur, vt si nepotibus non petierit tutorem, ab eorum successione* [b] *pariter secludatur. Quinimo in vniuersum hoc constituerunt Theodosius* [c] *& Valentin. Imp. de ijs omnibus, qui ad impuberum aspirant successionem, nisi æqua lege repelli malint.*

d d. l. 2. §. quid si curatores. hoc titu. & l. 1. qui pet. tut.
e d. l. 2. §. sed quod diximus. & §. non solum.
f Hoc tit.
g d. l. 2. §. quid si non compulit.
h l. vlti. qui pet. tut. & d. l. 2. §. sed quod diximus.
i d. l. 2. §. quid si decesserint.
k l. 3. qui pet. tut.
l d. l. 2. §. confestim autem.

c Quod si tutores.] *Vel etiam curatores, si quando pupilli his opus* [d] *habuerint. Nec sufficit tutores petijsse, nisi idonei petiti sint, cum idem sit, tutorem aut non petijsse, aut minus idoneum impetrasse: vtrolibet enim modo pupillaribus rebus pessimè sit consultum.* [e]

d Liberis.] 3 *Non modo ex iustis nuptijs procreatis, sed etiam naturalibus tantum, quorum legitimam successionem matrib. pariter deberi, Imp.* [f] *mox docebit.*

e Non petierint.] 4 *Sed nec satis est, tutorem petijsse, nisi res quoq; pupillares susceperit administrãdas. Ita enim plenum officium a matre desideramus (inquit* [g] *Vlpianus) vt nihil videatur egisse petendo, nisi curarit, vt ij, quos petierit, administrationem suscipiant.*

f Remoti.] *Tanquam suspecti, vel ob negligentiam vel ignauiam repulsi.* 5 *Suspectum tamen mater remouere, aut deferre non est obnoxia, vt Tryphonius* [h] *respondit: propterea quòd eiusmodi facta dijudicare & æstimare virilis animi est, & potest etiam delicta ignorare mater.*

g Aut excusati.] *Idem iuris obtinet, etsi decesserit datus tutor: licet enim verba deficiant, sententia tamen Constitutionis locum* [i] *habet, inquit Vlpianus.*

m Aug. hic.
n d. l. sciunt.

h Intra annum.] 6 *D.* [k] *Seuerus in sua ad Vlpium Rufinum epistola, vtitur verbo, [Confestim:] quod Vlpianus* [l] *sic accipiendum tradit, [vbi primum potuit, id est, Prætoris copiam habuit, huic rei se dantit: nisi fortè infirmitate impedita est, vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret, ita tamen, vt nullo modo annale tempus excederet. Si enim mortalitate filij præuenta est, nihil matri imputatur.] Hæc Vlpianus. Hunc autem annum interpretes (sublata mora* [m] *purgatione) continuum esse* [n] *volunt, computandum a tempore mortis mariti, vel ab ea die, qua mater X X V. ætatis annum*

num o egressa est. 7 Porrò illud quoq; addere libuit, p etiam si mater filio impuberi, qui soluendo non erit, non petierit tutorem, matri ignoscendum: consuluit enim ei, vt minus inquietetur, quasi indefensus. 8 Sic quoq; cum amplum legatum sub hac conditione pupillo esset relictum si tutores non habuerit, & propterea ei mater non petit, Respondit q Vlpianus constitutionem cessare, & pœnam, si damnum minus sit cumulo legati. 9 Sed et si fortè quis vxorem communis filij matrem hæredem scripserit, rogaueritque remissa etiam satis datione, vt filio pubere facto restitueret hæreditatem, nec mater ei petijt tutores, debet dici cessare constitutionem: cum patris voluntatem secuta sit, & nihil habenti filio tutores non r petierit. Quod si ei remissa satisdatio non fuerit, contra erit: quoniam vel propter hoc debuit tutores habere.

i Impuberum morientium.] Si enim puberes decesserint, tunc non cadit a successione. idque ex Constantijs s rescripto manifestum fit, cuius verba sunt: [Matres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, præscriptione non petitu tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere præscribi, certum est.

x Successione.] Legitima scilicet. de ea enim hic agitur.

o Porch. hic.
p d. l. 2. §. ergo.
q d. l. 1. §. tractari.
r d. l. 2. §. etsi forte.
s In l. matres. C. h. t.

§. Licet autem.

1 Vulgò quæsiti qui dicantur.
2 Mater succedit filio vulgò quæsito, pater non.
3 Pater quomodo naturali tantum filio succedat.
4 Procreatis ex coitu damnato non succedit mater, neque ipsi matri.
5 Ex damnato coitu nato fiscus succedit.

Licet a vulgò quæsitus sit filius filiaue: potest tamen ad bona eius mater ex Tertylliano Senatus consulto admitti.

a Vulgò quæsitus.] 1 [Vulgò quæsiti] dicuntur, qui incertum patrem habent, vtpote qui meretricio & vago concubitu a geniti sunt. Hos lex σποράδην & speciali significatione [spurios] vocat, vt alibi b diximus. 2 Vulgò ergo conceptis liberis mater, quæ semper certa est, ex S.C. Tertylliano c succedit: vt contrà & ipsi d matri, nisi mater illustris sit, & legitimos habeat e liberos. Quanquam f Angelus hoc etiam in illustri matre obtinere velit. 3 Cæterum de patre eius, qui vulgò quæsitus est, frustra quæras, an succedat, cum incertus sit. Sanè si certus sit pater, qui habeat naturalem filium ex concubina, duas vncias ex bonis paternis capit, cũ matre diuidendas g in capita: & contra pater eodẽ modo ei succedit ab intestato h morienti. 4 At verò ex nefario, incesto, prohibitoq; coitu suscepti, a successione prorsus alieni i habentur: ideoq; ad eorum successionem nec mater k admittitur. 5 Cæterum si is, qui ex damnato coitu natus est, moriatur sine liberis, fiscus succedit, exclusis ipsius fratribus & sororibus vterinis etiam ex legitimo matrimonio l procreatis, quam sententiam in Camera imperiali approbarunt Domini, m cum hęc quęstio in facto contigisset.

a §. vltim. sup. de nupt.
b §. pen. eod. tit.
c l. 2. l. spurius. vnde cogna.
d tit. seq. §. pen.
e l. si qua. C. ad Orp.
f §. præferuntur. ad fi. sup. h. t.
g vide quæ dixi in §. quibus. n. s. sup. de hær. q ab int. defer.
h Nouell. quib. mo. nat. eff. sui.
i Nouell. quib. mo. nat. effi. sui §. fin.
k d. Nouell. §. de nepotib. versi. quib.
l Mathes. in tractat. de succ. ab intest. Ang. §. vulgò quæsitos inf. de success. cognat.
m Vide quæ dixi Cent. 3. obser. 91.

DE SENATVSC. ORPHITIANO. TIT. IIII.

1 Argumentum & effectus huius tituli.

Quemadmodum] 1 mater ex senatusconsulto Tertylliano tristem liberorum successionem habet: ita vicissim filij, qui ex lege XII. tabularum, ad matrum hæreditates non vocabantur, sed ipsis duntaxat dabatur Prætoria successio per [vnde cognati,] matribus ex senatusconsulto Orphitiano succedunt; eaq; de causa hic titulus præcedentibus iusto ordine connectitur, qui adeò planus est, ac manifestus, vt interpretatione vix indigeat.

Princ. tit.

1 S.C. Orphitianum quando latum, & de Orphitiorum familia nobili.
3 Filiusfam. bona materna patri acquirebat, hodie secus.

Per contrarium autem liberi a ad bona matrum intestatarum admittuntur ex senatusconsulto b Orphitiano; quod Orphitio & Rufo consulibus factum est, diui Marci temporibus: & data est tam filio, quàm filiæ legitima hæreditas, c etiam si alieno iuri subiecti sint: & præferuntur d consanguineis & agnatis defunctæ matris. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes & neptes ad auiæ successionem legitimo iure nõ vocarentur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, vt ad similitudinem filiorum filiarumq; e & nepotes & neptes vocentur.

a Ad bona matrum.] Nullo discrimine facto, siue mater ingenua sit, vel a libertina, aut etiam interdum, si ancilla b pepererit.

a sup. tit. prox. in pr. & l. 2. vn de cog.

a l. 1. ad Tertyl.
b l. fi. C. hoc tit.

Orphi-

b Orphitiano.] Sic ab autore ipso (vt alia ferè) nominato. 1 Latum autem est hoc S.C. imperantibus Marco Aelio patre, & Antonino filio, circa annum Christianum 180. Cæterum meminit etiam Lampridius in Commodo horum Consulum, Orphitij & Rufi. Fuit autem Orphitiorum nobilis apud Romanos [c] familia. Celebratur Seruius Cornelius Orphitius sub Claudio Cæsare, & Pactius Orphitius Primipilus. Celebrat & Suetonius quendam Saluidienum Orphitium. Sed longo post hos omnes interuallo fuit hic noster Orphitius, sub cuius consulatu hoc S.C. effectum est.

c Etiamsi alieno.] 2 Quòd si erant in aliena potestate, non sibi, sed ei, cuius potestatem agnoscebant, acquirebatur materna hæreditas: nec sine iussu patris adire poterant, ne scilicet inuitus aut ignorans pater obligaretur [d] æri alieno. Verum hoc postea [e] Constantinus Imp. emendauit sanciens, ne patri per filiumfam. acquirerentur bona materna.

d Consanguineis.] Nempe fratribus, vt Theophilus addit.

e Et nepotes & neptes.] Siquidem, quo tempore matrem aut auiam intestato mortuam esse constat, gradu sint [f] proximiores. Sed Nouella lege liberi in infinitum tam matri, quàm patri succedunt, auo & auiæ, &c.

c Baldu. hic.
d l. qui in aliena. de acq. hær.
e l. 1. C. de bon. mater.
f §. cum autem. sup. de hær. quę ab intest.
g Nouel. de hæred. ab inte. ve.

§. Sciendum.

1 Quod ius dicatur nouum.
2 Nouæ hæreditates quæ sint.
3 Hæreditas iure cognationis obueniens, capitis deminutione non tollitur.
4 Agnatio etiam minima capitis diminutione perimitur.
5 Iure nouiss. ius agnationis sublatum, tam in successionibus, quàm tutelis.

Sciendum autem est, huiusmodi successiones quæ ex Tertylliano & Orphitiano senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione non perimi: propter illam regulam, qua *a* nouæ hæreditates legitimæ, capitis deminutione *b* non pereunt, sed illæ solæ, quæ ex lege XII. tabularum deferuntur.

a Nouæ hæreditates.] 1 Nouū ius dicitur, quod post legem XII. tab. introductum est: vt sunt Prætorum edicta, Senatusconsulta, Plebiscita, rescripta Principum: vulgus tamen interpretum malè nouum ius ad ciuiles tantum sanctiones refert. 2 Hinc Iustinianus, [a] Vlpianum secutus, [nouas hæreditates] eas appellat, quæ post Decemuiralem legem iure honorario Prætorum, Senatusve consultis, aut aliàs rescriptis Principum deferuntur: 3 quæ cum ex cognatione iure descendant, capitis deminutione non perimuntur. Itaq; filius vtcunque sit emancipatus, sicq; deminutus capite, matrem ex S.C. Tertylliano hæredem habet: & ipse contra matri ex Orphitiano succedit. propter naturalem cognationem, quæ hic sola spectatur, nec iure ciuili tolli [b] potest. Cæterum vetus illa lex XII. tab. legitimam hæreditatem deferebat solis filijsfam. et agnatis, nempe solo ciuili agnationis titulo. 4 Agnatio autem, quia iuris ciuilis commentum est, capitis deminutione etiam minima [c] tollitur, successionemq; impedit. 5 Sed hodie iure Nouellarum ius agnationis sublatum est, tam in successionibus, [d] quàm in tutelis.

b Non pereunt.] Minima scilicet capitis deminutione, qua iura cognatorum non pereunt: in alijs duabus secus est. [Proinde,] ait [e] Vlpianus, [siue quis ante delatam, siue post delatam capite minuebatur, ad legitimam hæreditatem admittebatur: nisi magna capitis deminutio interuenisset.] Hæreditatem hic intelligimus ius adipiscendæ hæreditatis. 6 Cæterum si hæreditas ipsa domino delata, adita, acquisitave esset, ne veteri quidem iure XII. tab. perimebatur propter sequentem capitis deminutionem.

a l. 1. §. apti° h. t.
b l. iura sanguinis. de reg. iur.
c sup. de leg. ag. tut. §. fin.
d Nouell. de hæred. ab int. ven.
e l. 1. h. t.

§. Nouissimè.

1 Vulgò quæsiti matri ex S.C. Orphitiano succedunt.
2 Fallit in matre illustri, si iustos filios habeat.

Nouissimè sciendum est, etiam illos liberos qui vulgò *a* quæsiti sunt, ad matris hæreditatem ex hoc senatusconsulto admitti.

a Qui vulgò quæsiti.] Sicut mater spurio succedit ex superiori S.C. [a] Tertylliano: 1 ita spurius matri hoc [b] S.C. atque id quidem quodammodo dependet ex superiori regula, qua traditum est, magis hic spectari naturam, quàm ciuilem rationem. Quod autem de spurijs, siue vulgò quæsitis hic traditur, idem obtinet, etsi ex certa concubina quis sit susceptus. nam & is cum legitimis liberis ad materna bona [c] admittitur, nisi mater illustris sit. imo & patri quandoque succedit talis filius ex concubinatu [d] susceptus, saltem quando pater alios filios non habet: quia duas vncias, id est, sextantem hæreditatis capiet paternæ: vt [e] alibi diximus.

a §. licet. tit. proxim. sup.
b hic. & l. 1. §. sed & vulgo. h. tit.
c l. pen. §. vlt. C. h. t.
d l. si quis. C. eo.
e dixi. §. quibus. sup. de hær. ab int. d. §. licet.

§. Si

§. Si ex pluribus.

1 *In quibus accreſcendi locum habeat.*
2 *Transmiſsio quando locum habeat.*
3 *Inter ſuccedentes iure diuerſo, ius accreſcendi non habet locum.*

a Si ex pluribus *b* legitimis hęredibus quidam omiſerint hęreditatem, vel morte *c* vel alia cauſa *d* impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis *e* qui adierint, *f* accreſcit illorum portio: *g* & licet antè deceſſerint, ad hęredes tamen eorum pertinet.

a *Si ex pluribus,*] *Hic §. ad omnes tres ſuperiores titulos ſpectat, docens iuri accreſcendi etiam in quibuſcunq; legitimis hęreditatibus locum eſſe.* 1 *Habet ergo* [*ius accreſcendi*] *non ſolum locum inter hęredes teſtamento ſcriptos,* [a] *& inter collegatarios: item & in fideicommiſsis, & donationibus cauſa mortis, atque Querela* [b] *inofficioſi: ſed etiam in hęreditatibus ab inteſtato delatis, ſiue ſit ciuilis hęreditas, ſiue Pretoria, id eſt, bonorum poſſeſsio. Quare ſi quiſpiam ex his, quibus ſimul legitima hęreditas defertur, deficiat, eius portio reliquorum eiuſdem gradus ad ſucceſsionem vocatorum, & eam ſuo iure adeuntium portioni accreſcit. Vel ſi hi, poſteaquam ſuę partis nomine adierint, moriantur, tumq; deficiens portio cedat, ad hęredes eorum transmiſſa eſſe intelligitur.* 2 *Liberis enim exceptis, vt transmiſsioni locus ſit, neceſſe eſt, defunctum ſaltem ex ſua parte hęreditatem adiiſſe: idq; pluribus locis doceri* [c] *poſſet.*

b *Legitimis.*] *Id eſt, ab inteſtato ſuccedentibus, iure ciuili: quomodo enim inter hęredes honorarios locũ habeat ius accreſcendi,* [d] *infrà ſuo loco dicetur.*

c *Vel alia cauſa.*] *Modo non ſit ex cauſa pœnali: tum enim hęreditas fiſco deferretur, nec locum haberet accreſcendi ius.*

d *Impediti fuerint.*] *Omnino ſcilicet, & ipſo iure. Nam ſi ope exceptionis, vel aliquo ſingulari beneficio, puta reſtitutionis, pars vnius deficiat, non habet eandem vim ius accreſcendi: quia non accreſcet ea portio alteri* [e] *inuito.*

e *Qui adierint.*] *Modò adierint ſuam portionem eodem iure, quo aditurus erat alter, cuius nunc deficit portio.* 4 *Nam inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt, non eſt locus iuri accreſcendi: Vnde hęredis ſcripti pars deficiens non accreſceret dodranti* [f] *patroni.*

f *Accreſcit.*] *Pro ea ſcilicet parte, qua hęredes* [g] *ſunt.*

g *Et licet.*] *Senſus eſt: Vbi vnus ex pluribus hęredibus legitimis ſemel adierit hęreditatem, eam ad hęredem transmittit cum iure accreſcendi, quamuis mortuus ſit, priuſquam* [h] *accreſcat.*

a l. 1. §. his itaq; C. de cad. toll. l. Titio. de leg. 3. l. ſi ex pluribus. de ſuis & leg. & l. 1. Co. quando non pe. pa.
b l. ſi ponas. de inof. teſt.
c d. §. his itaq; & §. nouiſſimo. C. de cad. toll. l. 1. C. de his quæ an aper. tab. vide d. l. vẽſtre. de acq. hęr. d. l. ſi ex pluribus. & l. 1. §. nemo. ad Tertyl.
d §. cum igitur. inf. de bo. poſſ.
e l. ſi minor. de acq. hær.
f l. ſed cũ patrono. de bo. poſſ.
g d. §. his itaque.
h d. l. ſi ex plurib.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM. TIT. V.

1 *Lege 12. tab. cognati non ſuccedebant.*
2 *Pretor tamen cognatos vocauit.*
3 *Hodie cognati & agnati ęquo iure ſuccedunt.*

Hic 1 *titulus continet tertium ordinem ſucceſsionis inteſtatę, iure honorario introductum. Cum enim cognati lege Decemuirali ab hæreditate legitima prorſus excluderentur, neque vllo vel ſenatuſconſulto, vel principali reſcripto adiuuarentur:* 2 *Pretor illis ex ęquitate mederi voluit. Id qua ratione factum ſit, pręſenti titulo luculenter declaratur: nempe quòd poſt ſuos & agnatos vocentur, ad ſucceſsionem inteſtati iure Pretorio, qua parte agnati emancipati veniunt, exceptis fratre & ſorore defuncti: qui tametſi emancipati eſſent, vocantur ſimul cum fratribus non emancipatis, excluſis agnatis & cognatis.* 3 *Hodie verò iure Nouellarum* [a] *tolluntur huiuſcemodi differentię, quia ſublatum eſt agnationis & cognationis, item & ſexus diſcrimen, eademque eſt ratio ſuccedendi in cognatis, quę eſt in agnatis, ſalua ſemper gradus prerogatiua.*

a §. nullam. Nouell. de hæred. ab int.

Princip. tit.

1 *Pretor illis cognatis tantum conſuluit, quibus lege 12. tab. non erat prouiſum.*
2 *Cognatio naturalis per ſe, & abſque ciuili qua dicatur.*
3 *De lege Anaſtaſiana.*
4 *Anaſtaſius Imp. quando imperauerit.*
5 *Iuſtiniani Imp. conſtitutio ad Legis Anaſtaſianę emendationem pertinens.*

Poſt ſuos hæredes, eoſq; quos inter ſuos hęredes Pretor & Conſtitutiones vocant: & poſt legitimos (quorum in numero ſunt agnati, & hi, quos in locum agnatorum tam ſupradicta ſenatuſconſulta, quàm noſtra erexit conſtitutio) proximos cognatos *a* Pretor vocat, *b* qua parte naturalis cognatio

gnatio spectatur. Nã agnati capite deminuti, quiq; ex his progeniti sunt, ex lege XII. tab. inter legitimos non habentur, sed a Prætore tertio ordine vocantur: exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos *c* lex Anastasiana cum fratrib. integri iuris constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatẽ, siue sororis: non æquis tamen partib. sed cum aliqua deminutione, quã facile est ex ipsius cõstitutionis verbis colligere. Alijs vero agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionẽ passi non sunt: tamen anteponit eos, & proculdubio cognatis.

a Il. 1. vnde cog.

a Prætor, vocat.] Vlpianus, [a] *loquens de bonorum possessione, [Unde cognati,] sic ait: [Hæc bonorum possessio nudam habet Prætoris indulgentiam, neq; ex iure ciuili originem habet. Nam eos inuitat ad bonorum possessionem, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt, hoc est, cognatos.] Hodie hæc Prætoria successio rectè etiam legitima vocatur, propter submotam agnationis cognationisq; differentiam.*

b §. 1. sup. de leg. agna. tut. l. nõ facile. §. cognationis. de gra.
c d. §. cognat.
d Theop. hic.

b Qua parte naturalis cognatio.] 1 Prætor ergo non omnibus cognatis consuluit: neq; enim opus erat, quando qui per mares cognati, atq; ob id agnati sunt, ex lege XII. tab. vocabantur; sed ijs tantum cognatis mederi voluit, qui generis nomen retinentes, naturali, non etiam ciuili cognatione [b] *iunguntur. 2 Naturalem autem cognationem per se, sine ciuili cognatione intelligi scribit* [c] *Modestinus, quæ per fœminas descendit, sed hic illa intelligitur, quæ per mares quidem contracta est, ciuilis tamen esse desiit propter familiam emancipatione mutatam.*

e l. vlt. C. de leg. hæred.

c Lex Anastasia.] Quæ hodie desideratur. 3 Fuit autem ea lege [d] *cautum, vt si quis decederet relicto fratre integri iuris, id est, qui nondum capitis deminutionem passus esset, relicto & fratre capite minuto, vterque ad fratris defuncti hæreditatem vocaretur, non tamen ex æquis partibus, sed vt plus haberet legitimus, hoc est, vt capite minutus haberet quatuor vncias, & frater integri iuris duplum, id est, bessem siue octo vncias. 4 Cœpit autem Anastasius imperare anno Christi 492. regnauitq; annis 26. Fuit porrò secundus ab Anastasio Iustinianus noster, cuius quoq; extat* [e] *Constitutio, huc omnino pertinens, his verbis. 5 [Prætorem, filium emancipatum, licet subtili iure fuerat capite deminutus: attamen in patris successionem sine vlla deminutione vocare manifestum est. non eodem autem iure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur: sed nec filij eius iure legitimo patruis suis succedebant. Nos necessarium duximus hoc primum corrigere, & legem Anastasianam iusto incremento perfectam ostendere: vt emancipati filius & filia non solum in paternis bonis ad sororum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum vel sororum suarum successione (siue omnes sui, siue omnes emancipati sint, siue mixti) æquo iure inuicem sibi succedant, & non secundum legem Anastasianam parte aliqua diminuta.] Hæc Iustinianus.*

§. Eos etiam.

1 *Cognati transuersales, liberi item adoptiui, ad successionem vocantur a Prætore.*
2 *Adoptiui hodie cum suis, &c. succedunt.*

a Eos etiam qui per fœmini sexus personas ex transuerso cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine Prætor ad successionem vocat. Liberi quoq; qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hęreditatem hoc eodem gradu vocantur.

a §. sed ea omnia sup. de hęr. quę ab int. de.
b §. si vero. Nou. de hær. ab int. ve.

a Eos etiam.] Suprà dictum est, quòd Prætor cognatos descendentes ad successionem vocarit: 1 Huc idẽ & ad cognatos ex transuerso, item & ad liberos in alterius familia adoptiua existentes producitur. 2 Hodie tamen adoptiui liberi ad naturalium parentum successionem cum suis vel emancipatis iure ciuili [a] *veniunt, neq; Prætoris beneficio indigent, quod Iustinianus illis verbis significat:* [b] *Vel per alium quemlibet modum, &c.*

§. Vulgò quæsitos.

1 *Vulgò quæsiti matri succedunt, non patri.*
2 *Ex concubina nati an & quomodo succedant.*
3.5 *Agnationis tres species.*
4 *Consanguinei, vterini.*

a Vulgò quæsitos nullos habere agnatos, manifestum est: cũ agnatio a patre, cognatio a matre sit hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione, ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: *b* quia consanguinitatis ius, species est agnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri sunt. Itaq; omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

a l. 2. l. si spurius. vnde cogna.

a Vulgò quæsitos.] 1 Vulgò quæsiti, id est, ex meretrice progeniti, tametsi agnati non sint, quia incerto patre nati sunt, cognationem tamen habent: ideo succedunt matri, & alijs ex sua linea descendentibus, iure Prætorio: patri verò succedere [a] *non possunt, quoniam certum patrem non habent. Nouella Iustiniani lege ex*

ex dãnata legibus coniunctione orti, neq; patri [b] neq; etiam matri succedere possunt. 2 Ex concubina verò nati non solum cognatis legitimis, sed etiam patri vnà cum matre in duabus vnciis [c] succedunt; modo tria interueniant: Primum, quod nulli filij legitimi & naturales [d] supersint, licet antiquo iure vnciam etiam illis superstitibus [e] haberent. Alterum, quòd legitima non supersit [f] vxor: illa enim tametsi ab omnibus trãsuersis [g] excludatur, nihilominus ex concubina natos, licet transuersalibus potiores, impedit. Tertium, quòd concubina in domo patris [h] maneat, eiusq; sit certus erga concubinam affectus: protestatione habita, quod illam ceu concubinam diligit. alioqui iure vxor præsumeretur. [i]

b *Quia consanguinitatis] Habet enim [agnatio] suos gradus, & veluti species, puta [suitatem, consanguinitatem & agnationem specificam] siue [simplicem.] Prima si quidem agnationis species liberorum est, qui sui hæredes sunt patrisfamilias defuncto: Etenim proximus agnatus est patri [K] filius: & eam speciem vulgò [suitatem] dicunt. Altera est eorum, qui consanguinei propriè nominantur, nempe fratrum, 4 Consanguinei enim dicuntur fratres, [l] quod inter se sanguine sint connexi, & ex eodem patre nati: nam si sint ex eodem tantum matre, appellantur [m] vterini. sicq; [consanguinitatem] agnationis speciem esse Imp. hic ait. 5 Tertia est reliquorum agnatorum, quomodo patruus fratris filio, & inuicem is illi agnatus est & hæc [agnatio specifica,] siue [simplex] dicitur.*

c Auth. licet. C. de natu. lib.
d §. cõsideremus. Nouell. de tri. & semi.
e l. matre. C. de natu. lib.
f §. si quis autem defunctus, Nouel. quib. mod. nat. effi. sui.
g l. 1. in princ. si tab. test. nul. ext.
h d. §. si quis aut.
i l. 3. de concub.
K l. filius. de suis & leg.
l l. 2. §. agnati. de suis & leg.
m Nouell. de cõsangui. & ute-ri. fra.

§. Hoc loco.

1.3 *Agnati vsque ad decimum, cognati vsque ad sextum gradum hoc iure succedũt: & quæ sit ratio differentiæ.*
2 *Descendentes à sobrino sobrinaue defuncti etiam septimo gradu succedunt.*
4 *Contrahentibus incestas nuptias an succedatur.*
5 *Agnati patroni ad quintum tantum gradum succedunt.*
6 *In feudis agnati vsque ad 7. gradum succedunt: fallit tamen quandoque.*
7 *Hodie & agnati & cognati vsque ad decimum gradum admittuntur.*
8 *Post decimum gradum maritus & vxor succedunt.*
9 *His deficientibus, Fiscus ad successionem vocatur.*
10 *Proximitatis significatio.*

a Hoc loco & illud necessario admonendi sumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem, & si *b* decimo gradu sit: siue de lege XII. tab. quæramus, siue de edicto, quo Prætor legitimis hæredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis verò *c* nomine iis solis Prætor bonorum possessionem promittit, qui vsque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo, a sobrino sobrinaq; nato natæue.

a Hoc loco] Hic §. communis est ad hunc, & præcedentem titulum, & in compendio dicit: 1 Agnatos qui per masculum nos contingunt vsq; ad decimum gradum: cognatos verò, id est, per fœmininam lineam coniunctos vsq; ad sextum tantum succedere: 2 nisi quis esset ex descendentibus à sobrino sobrinaue defuncti. Is enim etiam septimo gradu constitutus, quia quodammodo propinquior est, hoc iure admittitur: & facilius etiam, maioriq; fauore succeditur in linea transuersa in gradus inferiores, quàm [a] superiores. 3 Ratio autem differentiæ, quare agnatus remotior, quàm cognatus admittatur, est illa: quoniam cognatorum iura naturalia [b] sunt: Natura autem neminem vltra septimum gradum viuere [c] permittit. Iura verò agnatorũ ciuilia [d] sunt, vnde à iure ciuili in infinitum protendi potuerunt: quemadmodum & ab eodem iure in certis quibusdam casibus coarctantur. 4 Primum enim contrahentibus incestas nuptias olim non succedebatur vltra tertium [e] gradum: hodie ex Nouella [f] Iustiniani soli ex alio legitimo matrimonio filij iis succedunt 5 Deinde agnati patroni vsq; ad quintum duntaxat gradum vocantur ad eius [g] successionem. Alius est casus, in quo non solum cognati, sed nec agnati vltra quintum gradum succedunt: videlicet, qui militi criminis alicuius militaris damnato proximos se esse [h] affirmant. 6 In feudo deniq; agnati usq; ad septimum tãtum gradũ [i] vocãtur: nisi feudi iurisdictio [K] esset, aut illustris alicuius, puta comitis successio, [l] aut tale feudum, quod ab acquirente non statim ad agnatos transuersos deuoluitur, sed ad rectos: ab his enim ad transuersos in perpetuum admitti [m] solet. Et hoc modo intelligenda est quorundam [n] sententia, existimantium in infinitum agnatos in feudi successione admittendos.

b Decimo gradu] Licet cognati ad sextum usq; gradum duntaxat admittantur, vt mox subiicit: 7 hodie tamen quia inter agnatos & cognatos sublata est differentia, [o] omnes tam agnati quàm cognati vsq; ad decimum gradum hæredes esse [p] poterunt: eoq; iure utimur. Quod in cognatis verũ esse [q] Salicetus credidit, si illi non beneficio Prætoris antiquo, sed Nouella iuris ciuilis constitutione succedere uellent: alioqui sibi imputare debent, quòd veterem uiam [r] eligere maluerunt. Hoc tamen Alexander nõ probat, inquiens, [quocunque modo succedatur, sublatam esse agnationis [s] differentiam.] Sed respondet Decius (qui Salicetum sequitur) quòd cum fauore agnatorum sublata sit agnationis differentia, quocunque modo succedatur, idest, siue ab intestato siue ex testamento, hoc ita accipiendum est, si cognati huiuscemodi beneficio uti velint,

a glo. & Dd. hic. fac. tex. in l. scripto hæ. ede. in fin. unde lib.
b §. sed agnationis. sup. de leg. agna. tut.
c l. non facile. in pr. de grad.
d d. §. sed agnationis & ibi Theophil.
e l. si quis incesti. C. de incest. nup.
f Nouell. de inc. & nefa. nup.
g §. multis. infra de success. lib.
h l. 2. de ueter. & mili. success.
i c. 1. §. hoc autẽ. qui feu. da.
K Bal. l. ne. ea. col. pen. C. quan. non pet. par.
l Bal. c. 1. §. capitanei. de feu. mar.
m c. 1. de nat. suc. feu.
n gl. verb. vsque. c. 1. de success. feud.
o §. nullam. de hær. ab int. ue.
p glo. hic.
q l. fi. C. de in of. test.
r ar. l. 6. §. fin autẽ hoc aliquis in pr. C. de iu. delib.
s d. §. nullũ. uers. in qualibet.

tim, vel quia iure ciuili succedant, vel iure Prætorio, per [Unde legitimi:] nam hanc bonorum possessionem tãtum habent, qui à iure ciuili vocantur. Quod si bonorum possessionem [Unde cognati] agnoscant, sibi imputare debent, quod veterem viam [t] eligunt. Hæc Decius: quòd ego cum Lorioto [u] ita demum recipio, si adpareat illos aliis iurib. sibi competentibus renunciasse: possunt enim beneficio pro se introducto [x] renunciare. sed ex eo, quod bonorum possessionem [Unde cognati] intendunt, [y] non statim conijcere debemus, eos ciuili beneficio renunciare voluisse: & idcirco in casu dubio Alexandrum potius sequerer. 8 Porrò ad propositũ redeundo, vltra decimum gradum transuersi, siue ex latere coniuncti cuiuscunq; qualitatis fuerint, non vocantur: sed post hunc gradum maritus & vxor iure Prætorio sibi inuicem [z] succedunt, fisco excluso: imò et Ecclesia, si clerici sit [a] vxor. Hodie verò si matrimonium sit absq; dote, & altero coniugum præmoriens locuples sit, alter superstes pauper, hic vnà cum liberis communibus, aut alterius matrimonij, in quartam partem, si tres aut pauciores, vel pro virili, si plures sint, [b] admittitur. 9 Post hanc verò mariti & vxoris successionem si neuter superstes fuerit, Fiscus bona ceu vacantia [c] occupat, nisi defunctus aut imperialis liberalitatis socius [d] esset, aut alicuius collegij [e] collega, uel peregrinatione [f] moriens.

c Proximitatis] 10 Id est, cognationis siue communionis sanguinis per muliebrem sexum contracta. Interdum tamen [Proximitatis] verbũ generaliter pro cognatione & propinquitate sanguinis vsurpatur. [g]

t d. §. si autem hoc aliquis.
u l. non facile. in pr. de grad.
x l. pe. C. de pac.
y l. nec is §. 1. de acq. hæred.
z l. vnica. i prin. si tab. test. nul. ext.
a l. si quis presbyter. C. de ep. & Cle.
b Dd. i l. fi. C. de uid. indic. toll.
c l. 1. §. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10.
d l. 1. C. si imp. libro lib. 12.
e l. 1. C. de hære. decur. lib. 18.
f Aut. omnes peregrini. C. cõ. de suc.
g l. 1. & l. itẽ prętor. de suis & leg. l. 1. de iur. & facti ignor. l. capitis l. spurius. und. cog. & l. 1. C. fec. ta.

DE GRADIBVS COGNATIONVM. TIT. VI.

1 Cognationis gradus nosse Iurisconsultum oportet.
2 Hodie in contrahendis matrimonijs iuri Canonico stamus.
3 De generali cognatione hoc titulo agi.
4 Gradus quid sit.
5 Linea quid: & vt à gradu differat.
6 In cognatione tres esse lineas.

Quoniam] superioribus titulis frequens incidit mentio de gradibus cognationum, secundum quos hę personæ agnatæ vel cognatæ illis in successione præferri solent: ideo necessarium duxit Imp. speciali hoc titulo huiuscemodi gradus & ordinem exponere, totamq; rem oculis etiam [a] subijcere, vt sic vel ex facti ostensione melius cognosceretur. 1 Est autem omnino necesse futuro Iurisconsulto (vt & Paulus [b] scribit) nosse cognatorum gradus: tum propter hæreditas & tutelas, quæ ad proximum quemque agnatum legibus deferri consueuerunt: tum propter bonorum possessiones agnoscendas. nam & ipse Prætor proximiori cuique cognato bonorum possessionem concedit: tum etiam propter legem publicorum iudiciorum, quà contra adfines & agnatos inuiti testimonium dicere non [c] cogimur, sed nec plerunque volentes possumus. Sed & in legibus municipalibus interpretandis hæc ciuilis gradum dinumeratio obseruari [d] consueuit. Est & alia sane grauissima & necessaria horum graduum cognoscendorum causa, nempe propter totam rationem nuptiarum. Nam & eam Iustinianus supra [e] descripsit ex graduum dinumeratione. 2 Quãquam hodie in contrahendis matrimonijs hanc iuris ciuilis graduum computationem non respiciamus, sed ea in re velut Spirituali iuri stemus Pontificio. 3 Porrò [cognationis] nomen generali significatione hoc loci accipitur, prout [agnationem & cognationem] in specie sumptam [f] complectitur: estq; nihil aliud, quàm cohærentia quædam personarum, quæ per generationem contracta ex eodem sanguine constat, cuius communione altera alteri coniuncta est. 4 [Gradus] verò metaphoricos hic dicitur, ducta similitudine à scalis, vel locis proclinibus, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, [g] transeamus. atque ita recte describi potest, [quod sit de proximo in proximum transitus: & quot sunt transitus, modo remotiores [h] sint, & non æquè [i] propinqui, tot erunt [k] gradus.] Hæc certè descriptio longè melior est ea, quam Ioannes And. [l] tradidit, qui gradum dicebat esse distantiam personarum habitudinem, qua cognoscitur, quota distantia differant personæ inter se: si quidem ex ipso gradu distantiam non cognoscimus, sed ex ipsa dinumeratione. 5 Sed nec lineam rectè definuisse videtur idem Ioannes [m] Andr. dum voluit, quòd linea esset personarum collectio ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens: quorum linea non numeros, sed cognationes [n] distinguit. Definiri ergo [linea] ita potest, vt sit limes, quo stemmata, id est, ordines cognationum [o] dignoscũtur. Et sic [cognatio,] est tota ipsa proximitas: [linea,] est proximitatum separatio: [gradus] vero, est de uno proximo in aliũ transitus. 6 Nam in cognatione sunt tres lineæ, superior, inferior, & quæ ex transuerso uel a latere est: Hinc Ouid. 13. Metamorph. [Nostri quoq; sanguinis auctor Iuppiter est, totidemq; gradus distamus ab illo.] in qualibet verò linea plures sunt gradus: vt suo loco videbimus.

a §. fi. inf. eod.
b l. iurisconsultus. de grad.
c d. l. iurisconsul tus. in princ.
d Bal. in l. ult. C. de success. edi.
e tot. tit. de nup.
f d. l. iurisc. §. 1.
g ead. l. §. grad.
h ibidem. §. secũdo. uer. sed hic.
i gl. uerb. generata. §. hactenus.
k d. §. hactenus.
l gl. uerb. deinde. in arb. consang.
m glo. d. uerbi de inde.
n l. stemmata. de gradib.
o l. 1. in pr. de gradi.

Princip. tit.

1 Transuersa cognatio habet ascendentes & descendentes.
2 Parentis appellatio: & qui dicantur maiores.

3 Maiores

3 *Maiores qui sint.*
4 *Liberorum appellatio.*
5 *Cur primus gradus non sit in linea transuersa.*

Hoc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infrà, aliam *a* ex transuerso, quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio est *b* parentum, inferior *c* liberorum, ex transuerso fratrum sororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auũculi, *d* materteræ. Et superior quidem & inferior cognatio a primo gradu incipit: at ea quæ ex transuerso numeratur, *e* a secundo.

a Ex transuerso] 1 Hæc autem [transuersa cognatio] rursus alios habet ascendentes, vt patruos: alios descendentes, vt fratrum filios: id quod huius cognationis exempla, quæ postea subijciuntur, manifestè docent. Neque verò id parui est momenti, siue de nuptijs agamus, siue etiam de successionibus, vt Bal. hic eleganter explicat.

b Parentum] 2 Parentum autem appellatione omnes ascendentes vtriusq; sexus veniunt vsq: ad [a] tritauum: vlteriores verò, qui non habent speciale nomen, 3 [Maiores] [b] appellantur, quoties.ſ. de gradib. inter cognatos numerandis quæstio est. Alioqui & Maiorum appellatione, & parentum, omnes superiores benigna interpretatione [c] continentur. Hincq; meritò Alciatus [d] Vallam reprehendit, qui in horum verborum significatione a Iureconsulto Paulo [e] discrepat.

c Liberorum] 4 [Liberi] in tractu præsenti dicuntur omnes descendentes vsq; ad trinepotem: nam qui sunt vltra hos, posteriores [f] nominantur. Alioqui verò generali liberorum appellatione, & qui post trinepotes sunt, continentur in [g] infinitum. Nec refert, sintne in potestate, an sui [h] iuris: sintne masculi, an [i] fœminæ.

d Materteræ] Nec non horum omnium [k] liberi.

e A secundo] Quia parentis persona, per quam transuersalis coniungitur, prior numeratur. 5 In superiori ergo & inferiori linea cognationis primus gradus est: transuersa verò linea gradum primum non habet; sed a secundo initium sumit. Sed cur tam variè? quoniam [l] in superiori cognatione siue linea parentes sunt, ex quibus transuersa cognatio, & is, de cuius cognatione quæritur, descendunt: vt frater, & Petrucius (sic enim cum nostratibus exempli gratia vocamus eum, de cuius successione, tutela, crimine, vel matrimonio quæritur) ex patre vel matre descendunt: patruus, & idem Petrucius ex auo, &c. Cum ergo Petrucius cum fratre, & ex eo descendentibus confertur, pater primo gradu, frater secundo, filius fratris tertio numeratur: nimirum tres generationes in his personis obseruantes, gradus totidem dicimus. Nam Petrucius in gradu ad seipsum non est, vt nec sibi cognatus dici potest, sed eius cognatio gradatim numeratur. Qua ratione si cum patruo, & ex eo progenitis Petrucius conferatur, pater in primo gradu, auus in secundo erit, ex quo cum patruo, velut ex stirpe Petrucius descendit: vt nec in hac computatione quidem primus gradus a latere sit, sed tertius, & deinceps. Et hæc quidem iure ciuili obtinent: lege autem Pontificia fratres in primo gradu constituuntur, [m] ita vt initium ab eo primo gradu transuersa cognatio habeat.

a l. appellatione parẽtis. de ver. signif.
b l. Iurisconsultus. §. parẽtes. de grad.
c l. 4. § parentes. de in ius voc.
d lib 4. de verb. sign.
e Valla li. 6. Elegant.
f d. §. parentes.
g l. liberorum de verb. sign.
h l. 4. §. i adoptionem. de grad.
i l. cognoscere. §. liberorum. de verb. sign.
k d. l. iurisc̃osultus. §. sunt & ex lateribus.
l ita Eguina. hic.
m c. ad sedẽ. ver. fratres itaque. 35. quæſ. 5. rõnes infra subijciã ad fi. huius tit. in explicatione arboris.

§. Primo gradu.

1 *An patris aut matris appellatione auus vel auia contineatur.*
2 *Etsi plures sint filij, numerum non augent.*
3 *In inquirenda cognatione semper aliquem hypotheticum constituendum esse.*

a Primo gradu est suprà, pater, mater: infrà, *b* filius, filia.

a Primo gradu] Iustinianus hic primo gradu cognationis quatuor personas nomine differentes cum Paulo [a] recenset. 1 Et hic argumentum est, appellatione [patris] aut [matris] non contineri auum vel auiam, cum vnus sit in primo gradu, alius in [b] secundo. Vnde pater, non auus filiam in adulterio deprehensam occidere [c] potest. Et hæc potissimum vera sunt, quando ab homine verbum (patris) esset prolatum. Idem etiam si a lege, sed in materia [d] odiosa, in qua scilicet iuri alterius [e] derogaretur. In causa verò fauorabili ex interpretatione, [pater] auum [f] continent.

b Filius, filia] 2 Qui tamen & plures esse [g] possunt: & illi tamen numerum non augent, cum inter se non [h] differant. 3 Porrò hic meminisse oportet, semper intelligendum esse aliquem hypotheticum, id est, tertiam personam cuius de cognatione quæratur, vt habeamus, quo referantur omnia. Esse itaq; hoc loco inter patrem & filium veluti medium collocatum hypotheticum, quem vulgò (vt supra dixi) Petrucium nominant. cuius respectu pater hic primo gradu suprà, filius primo infrà esse [i] dicitur.

a in l. fi. de grad.
b vt hic. & §. seq.
c l. patri. cum l. seq. ad l. Cor. de adul.
d Bar. l. liberorũ i fi. de ver. sig.
e Bal. l. quicquid de bon. mater.
f l. iusta de verb. sig. ibi Alc.
g l. iurisc. §. primo. de gradu.
h d. l. fi. §. 1. gra.
i Bal. & Eguin. Baro hic. Theoph. sup. de le. ig. suc. Bar. i l. fi §. aliquoties de grad.

§. Secun-

§. Secundo gradu.

1.2 *Fratris appellatione an soror veniat, vel contra.*
3 *Fratrum tres species.*

a Secundo gradu supra, auus, auia: infra, nepos, neptis: b ex transuerso, c frater, soror.

a *Secundo*] *Secundo cognationis gradu duodecim personas contineri, Paulus* [a] *scribit: duplicatis scilicet hic nominatis personis. Duo enim aui sunt, & duæ auiæ, a patre scilicet & matre: nepos item ac neptis tam ex filio quàm ex filia: denique frater & soror tam ex patre, quàm ex matre.*

b *Ex transuerso.*] *Hoc enim secundo gradu (vt suprà* [b] *diximus) incipit eorum, qui à latere sunt, computatio: quoniam transuersa linea iure ciuili primum gradum non habet.*

c *Frater, soror*] 1 *Hinc colligendum videtur, appellatione* [*fratris*] *sororem non venire, & maximè ex significationis* [c] *proprietate: si tamen eadem ratio subest, fratris appellatione soror* [d] *continebitur.* 2 *Econtrà verò appellatione* [*sororis*] *frater nunquam includitur, etiamsi eadem esset ratio: quoniam fœmininum, masculinum nunquam* [e] *concipit. Si tamen ob maiorem frequentiam fœmina nominata sit,* [f] *adhuc masculus comprehenderetur.* 3 *Porrò fratrem hic per vtrunq; parentem accipere oportet, id est, aut per matrem tantum, qui vterinus, aut per patrem, qui consanguineus dicitur, aut per vtrunq; sed hic numerum graduũ non auget, quod nihil differat ab eo, qui eundem patrem habet tantum, nisi quòd is eosdem cognatos tam paternos quàm maternos habet. quod Paulus* [g] *latius declarat.*

a d.l.vlt. §.secundo grad.
b sup.eo.in prin.
c Alc.l.1. de verb. sig.l.si ita scriptum. in prin. leg. 1.
d l. tres fratres. de pac.
e l.veteribus.ibi Dd.de pac.
f Dec.l.2. n.122. de reg.iur.
g d.l.fi. §.secundo gradu.

§. Tertio gradu.

1 *Tertius gradus quot personas contineat.*
2 *Auunculus vnde appelletur.*
3 *Θεῖος promiscuè & auunculum & patruum significat.*
4 *Amita vnde dicta.*

a Tertio gradu supra, proauus, proauia: infra, pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris sororisq; filius, filia: & conuenienter patruus, amita auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græcè πατράδελφος appellatur. Auunculus b est frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur: & c vterq; promiscuè θεῖος appellatur. Amita est d patris soror, quæ πατραδέλφη appellatur. Matertera verò matris soror, quæ Græcè μητραδέλφη dicitur: & vtraq; promiscuè θεία appellatur.

a *Tertio*] 1 *In hoc tertio gradu trigintaduæ sunt personæ, sedecim recti, totidem transuersi. Sunt enim suprà, proaui quatuor, pater aui paterni, pater auiæ paternæ, pater aui materni, pater auiæ maternæ: tot sunt proauiæ. Infrà, pronepotes sunt quatuor, filius agnati nepotis, filius agnatæ neptis, filius cognati nepotis, filius cognatæ neptis: tot sunt pronepetes. Ex transuerso, filij & filiæ fratris & sororis sunt octo: natus & nata ex consanguinea, natus & nata ex vterino, natus & nata ex vterina. Duo sunt patrui, patris frater consanguineus aut vterinus: duæ amitæ, patris soror consanguinea, & soror vterina: duo auunculi, matris frater consanguineus, & frater vterinus: duæ matertera, matris soror consanguinea, & soror* [a] *vterina.*

b *Auunculus*] 2 *Traxit autem appellationem ab eo, quòd æquè tertius a me, vt auus est, sed non eiusdem iuris. ideoq; vocabuli facta est deminutio: siue* [*auunculus*] *appellatur, quòd aui locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium.*

c *Vterq; pro misc. θεῖος*] 3 *Sic ergo cùm simpliciter hæc vocula (θεῖος)* [b] *ponitur, promiscuè intelligi potest, vel de auunculo, vel patruo. Itaq; Græci, vt hanc tollant dubitationem, aliquam notam solent addere: vt apud Aeschinem in quadam ad Ctesiphontem epistola est: ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος. vt significetur auunculus. Apud Lucianum in Somnio itidem est, ὁ ἐκ μητρὸς θεῖος. Vtitur etiam hac vocula sæpenumero Iustinianus in sua Nouella* [c] *constitutione.*

d *Amita est patr.*] 4 *Quia similiter tertia a me sit, atque auia: videri potest dicta ab eo, quòd ab antiquioribus* [*Auita*] *sit vocitata. Siue* [*Amita*] *dicta est, quia à patre meo amata est: nam plus sorores à fratribus, quàm fratres diligi solent, videlicet propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus habent dissensionis, quo minus æmulationis.*

a l.fi.§.tertio gradu.de grad.
b vt in l.cũ quis. §.codicillis.de leg.3.
c Nouell. de hæ. ab int.veni.

§. Quarto gradu.

1 *In quarto gradu 80. personas contineri.*
2 *An appellatione patrui, patruus magnus veniat.*
3.5 *Consobrini appellatio ambigua.*
4 *Patrueles, Amitini qui dicantur.*
6 *Restitutus Paulus in l. vlt. §. quarto. vers. fratris. de grad.*

a Quarto

a Quarto gradu supra abauus abauia: infra, abnepos, abneptis: ex transuerso, fratris sororisq; nepos, neptis: & conuenienter b patruus magnus, amita magna, id est, aui frater & soror: & auunculus magnus & matertera magna, id est, auiæ frater & soror: consobrinus, consobrina id est, qui quæue ex fratribus progenerantur aut sororibus. c Sed quidam recte consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur; quasi consororinos. Eos verò qui ex duobus fratribus progenerantur propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filię nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos propriè dici putant; Amitæ tuæ filij consobrinum te appellant; tu illos amitinos.

a Quarto.] 1 *In quarto gradu octoginta personæ numerantur: nempè triginta duę recti.* [a] *utriusque aui fratres quatuor, qui patrui magni: & tot sorores, quę amitę magnę: utriusque auię quatuor fratres, qui auunculi magni:* [b] *& totidem sorores, quę materteræ magnę* [c] *dicuntur. Consobrini sedecim, item sedecim fratris atque sororis nepotes & neptes.* [d]

b Patruus magnus.] 2 *Dubitari solet, an [patrui] appellatione ueniat patruus magnus? quod pleriq; censuerunt.* [e] *Sed magis est, ex propria verbi significatione non uenire, sed tantum per interpretationem.* [f] *quoniam ubi nomen cum adiuncto profertur, puta patruus magnus, dictio illa adiecta (magnus) improprietatem notat,* [g] *quemadmodum & graduum diuersitas: nam patruus in tertio gradu est, patruus magnus est in* [h] *quarto. Adde, verba plerunque in priori significatu accipi, non in posteriore:* [i] *unde patruus cum filijs fratris in stirpes succedit, non patruus* [K] *magnus.*

c Sed quidam.] 3 *[Consobrini] appellatio prorsus ambigua est. Nam propriè [consobrini] inter se dicuntur, qui ex duabus sororibus nati sunt: abusiue verò etiam qui ex* [l] *fratribus,* 4 *licet hi verius patrueles dicantur: item qui ex fratre & sorore, quos [Amitinos] dicimus propriè, sicut alibi* [m] *annotaui.* 5 *Consobrinos etiã Paulus appellauit, qui in sexto gradu sunt, qui [sobrini] propriè* [n] *vocantur. Theophilus [consobrinos Maiores] eos appellat, & interdum absolutè* [o] *consobrinos.* 6 *Loriotus* [p] *tamen Paulum mendosum esse suspicatur, dum dicit, [fratrum nepotes consobrinos esse:] & idcirco legendum putat, [fratrum nepotes inter se sobrini sunt:] nam tales nepotes sunt duorum consobrinorum filij, & per consequens inter se* [q] *sobrini.*

a l. iurisconsultus §. quarto.
b d. l. iurisconsultus ver. patrui.
c d. l. vers. amitæ cum duo. seq.
b ead. l. vers. eod. & vers. fratris.
e quorũ opinionẽ cõfutat Lorio. d. l. iurisconsultus §. quarto.
f l. iusta. de verb. signi.
g Bart. l. Lucius. §. quęsitum. de leg. 1.
h §. 3. s. eo. & hic
i l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg.
K §. reliquũ. Nouell. de hær. ab intest.
l vt hic.
m §. sũt aũt. sup. de legit. agnat. success.
n l. fi. §. quarto. de grad.
o §. fi. sup. de succ. cogn.
p d. §. 4. vers. fratris.
q d. l. fi. §. 7. vers. his personis.

§. Quinto.

1 *In quinto gradu sunt 192. personæ.*
2 *Propius sobrino quis.*
3 *Sobrini qui dicantur.*

a Quinto gradu supra, atauus, atauia, infra, atnepos, atneptis: ex transuerso, fratris sororisque pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id est, proaui frater & soror, & proauunculus, & promatertera, id est, prouiæ frater & soror. Item fratris patruelis vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia: b propius sobrino, propius sobrina, hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnæ filius filia.

a Quinto.] 1 *Tametsi hoc quinto gradu* [a] *Haloandri lectione centum octoginta quatuor duntaxat personę reperiantur, attamen ex ipsa dinumeratione centum & nonaginta duas esse constat. Numerantur enim triginta dua atavi & atauiæ: tot atnepotes & atneptes: tot propatrui, proamitæ, proauunculi, promateræ: tot propiores sobrini* [b] *sobrinæque, tot consobrinorum consobrinarumque filij &* [c] *filiæ, tot fratris & sororis pronepotes &* [d] *proneptes.*

b Propius sobrino.] *Propius sobrina ad Petrucium relatus, id est, cum de cuius cognatione quæritur, consobrinus patris est, huius filius sobrinus est eidem Petrucio.* 1 *Sunt enim [sobrini.] qui ex consobrinis vel patruelibus progeniti sunt: unde adparet, cur propior sobrino dicatur, cum ex eo sobrinus nascatur, & uno gradu proprior sit in linea patrui & auunculi* [e] *magni.*

a d. l. ult. §. 5. de grad.
b d. §. 5. vers. patruus. cum tribus seq.
c ibi vers. patrui nepos.
d ibi vers. fratris pronepos.
e Ita rectè declarat Barõ hic.

§. Sexto.

1 *In sexto gradu sunt 448. personę.*
2 *Tritauus unde sit dictus.*
3 *Restitutio huius §. lectio.*
4 *Septimus gradu quot personas contineat.*

a Sexto gradu sunt, supra b tritauus tritauia: infra, trinepos trineptis: ex transuerso fratris sororisque abnepos abneptis & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater & soror. Item propatrui proamitæ, proauunculi promaterteræ, promaterteræ filius, filia, c Item propius sobrino sobrinæue filius, filia, sobrini sobrinæue, id est, qui quæue ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenerantur.

a Sexto.] 1 *In sexto gradu personæ continentur quadringentæ quadraginta octo, iuxta Pauli* [a] *dinumerationem: nempe tritaui & tritauiæ sexaginta quatuor: tot trinepotes &* [b] *trineptes: tot abpatrui, abpamitæ, abaunculi, abmatereræ:* [c] *tot sobrini &* [d] *sobrinæ: tot propiorum sobrinorum sobrinarumq; filij &* [e] *filiæ: tot consobrinorum consobrinarumq; nepotes &* [f] *neptes: tot fratris & sororis abnepotes &* [g] *abneptes.*

b Tritauus.] 2 *Tritauus dicitur, quasi tertij aui auus: nam auus est abaui, qui patris tertius auus est: sicut trinepos tertij nepotis, nimirum abnepotis nepos.*

c Item propius sobrino.] 3 *In vulgatis exemplaribus ita legitur:* [*Item propius sobrino sobrinaue filius filia, item sobrini sobrinæuè, idest, qui queuè ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenerantur.*] *Antonius Augustinus, quem & ego aliquando hic secutus sum, hæc verba,* [*Item propius sobrino sobrinauè filia,*] *prorsus hic expungenda esse, neque in hanc classem referendos filios propius sobrino,* [h] *opinatur, ac fatetur quidem debuisse Iustinianum consobrinorum nepotes enumerare, quod & Caius fecerat: sed hos non esse filios propioris sobrino. Quia verò propioris sobrino filij sunt, ipso Ant. Augustino teste, qui propriè* [*sobrini*] *appellantur: hoc est, qui quæue ex duobus consobrinis procreantur: ideò relinqui ea verba possunt, quæ Ant. Augustinus tolli voluit, & tantum vocula,* [*Item,*] *è medio huius versiculi tollenda erit vt intelligatur de ijsdem personis totum hunc versiculum loqui: & non de diuersis personis, nec duos esse distinctos versiculos, quod necessariò accidit, relicta vocula* [*item,*] *sed vnum tantum esse versiculum, cuius media & postrema verba, prima explicant, nimirum, quod propius sobrino sobrinæue filius filia, sexto gradu sint, proprieque sobrini sobrinæ mihi dicantur, quod ego & illi sinus filij duorum consobrinorum: propior enim sobrinus qui est mihi, is patri meo consobrinus est: duorum autem fratrum patruelium vel amitinorum vel consobrinorum filij filiæ propriè sobrini sobrinæ vocantur, vt iam dictum est. Quod autem ait Ant. Augustinus consobrinorum nepotes hic referri debuisse, id de vno consobrino, & alterius consobrini nepotibus exaudiendum est: nam duorum consobrinorum nepotes sibi inuicem octauo, non sexto gradu coniuncti sunt, atque ita caute consobrini nepotem nepsem sexto gradu esse I. C. Caius dixit, nequaquam verò duorum consobrinorum nepotes neptesue.* [*] 4 *Iulius Paulus etiam septimum gradum subiungit, in eo mille viginti quatuor personas reperiri* [i] *docens, si quis exacte numeret. Sed de rectis curandum non est, cum natura ad illos vsque viuere non* [k] *patiatur: ex transuersis vero omnes* [l] *cognati, nulli agnati, præter ex sobrino & sobrina natum considerabantur.* [m] *Hodie vero sublato agnationis & cognationis* [n] *discrimine, omnes ad decimum vsque gradum* [o] *admittuntur.*

a l. vlt §. 4 de gra.
b ibi vers. trinepos.
c ead. l. vers. patruus. cũ trib. seq.
d vers. patrui maioris. in ea. leg.
e ibid. ver. patrui magni.
f vers. patrui pronepos.
g vers. fratris sororisque.
h l. 2. E man. c. 5.
* l. 3. ver. itẽ fratris de grad. cõ sang. & affi. De thard. Hostius in suis notis ad hunc textum.
i d. l. vlt. §. 7.
k l. 4. in princ. de grad.
l §. fi. sup. de suc. cog.
m l. 1. §. hac autẽ. vnde cog.
n Nouel. de her. ab inte. ve. §. nullam.
o d. §. fi.

§. Hactenus.

1 *Regula, semper generata persona gradum adijcit, quomodo acsipienda.*
2. 3 *Gradus quõ numerandi sint in inferiori & superiori linea, quomodo item in transuersa.*
4. 5 *Ius Canonicum ex latere gradus numerat, quàm ius ciuile.*

Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namq; ex his palam est intelligere: quemadmodum vlteriores quoque numerare debeamus: a quippe semper generata persona gradum adijcit, vt longe facilius sit respondere, quanto quisq; gradu sit, quàm propria cognitionis appellatione quenquam denotare.

a Quippe semper generata.] *Hæc iuris ciuilis regula,*] *generatam personam semper nouum gradum adijcere,* [*sic accipienda est, vt singulæ generationes singulos gradus faciant, etsi vna tantum persona ex proxima quaque generetur licet possint in eadem generatione, eodemna gradu plures esse persona. In dinumeratione ergo graduum ipsas gradatim generationes numerare debemus,* 2 *ac primum quidem hæc, quæ à Paulo* [a] *traditur diligenter obseruanda est regula.* [*Quoties quæritur, quoto gradu quæque persona sit, ab eo incipiendum est, de cuius cognatione quæritur.*] *Quot autem generationibus aliquis ab hoc hypothetico siue Petrucio distat, totidem gradibus distare intelligitur.* 3 *Eadem computationis ratio est in transuersis gradibus, quia si de his, qui ex transuerso coniuncti sunt, quæratur: Petrucius, vt gradus dinumeret, primum recta ascendat ad eam vsque personam, ex qua est communis origo: inde per obliquum deflectat, & in singulis generationibus singulos semper gradus numeret.* 4. *Porrò ius Pontificium ex transuerso aliter gradus numerat, quod non de hæreditate & tutela, sed de nuptijs eo iure constituitur. Et quoniam liberi cum parentibus matrimonium non contrahunt propter reuerentiam, quam eis debent, frater & soror, qui eodem parente descendunt, in primo gradu numerantur, nimirum ad parentem, non inter se: horum filius & filia, consobrinus & consobrina in secundo similiter ad parentem relati:* [b] *& deinceps,* 5 *Ius ergo ciuile in gradibus computandis omnes cognationis gradus ad hypotheticum siue Petrucium refert, de cuius successione, tutela vel causa quæritur: ius verò Canonicum, eas personas, de quarum nuptijs quæritur, ad communem parentem, qui causa est matrimonij impediendi. Ideo enim prohibentur matrimonio, quod remotior à stirpe non distet supra quatuor gradus & ideo reuereri debeat ex eadem stirpe proxime* [c] *descendentem. His ergo sic prospectis, si de successione*

defuncti

a l. Iurisconsultus. §. at quoties. de gra.
b c. ad sedem. 35. quæst. 5.
c c. non debet. de consangui.

defuncti vel tutela pupilli quaeratur, defunctum pupillumue statues loco Petrucij in vulgari figura cognationis: deinde parentes, liberos, agnatos, cognatos tantum eiusdem, vt quisque tibi nominabitur, per lineas & gradus in eadem linea collocabis: ex tempore responsurus, quis ei proximus [d] sit. Numeri enim subscripti indicant, quot gradibus quisque distet a Petrucio: vt numeri suprascripti, quot distet gradibus a communi stirpe, illa iuris ciuilis computatio, hac Pontificij est. d Ita Egui Baro hic docet post alios.

§. Agnationis.

1 *Gradus agnatorum & cognatorum eodem ductu inquirendi.*

a Agnationis quoque gradus eodem modo numerantur. b Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures animis infigatur: ideo necessarium duximus, post enarrationem graduum eos etiā c præsenti libro inscribi. quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

a Agnationis quoque.] Supra ad rubricam huius tituli diximus, in eo de gradibus cognationis generice tractari, prout agnationem & cognationē in specie sumptam comprehendit. 1 Quo enim ductu agnatorum, id est, eorum qui per virilem sexum nobis coniunguntur, gradus inquiruntur: eodem quoque & cognatorum, qui sa fœminino sexu ducunt originem, inquirendi sunt gradus. Idq; Imperator hoc loco sensit, [agnationis quoq; gradus eodem modo numerari,] inquiens. Filius itaque emancipatus qui agnatus non est, perinde in primo gradu collocatur, ac alius in potestate: ac vterinus frater qui tantum cognatus [a] est, ita in secundo gradu numeratur, [b] atque frater consanguineus, qui est agnatus, & sic deinceps. a Iurisconsultus. § cognationis. de grad. b ead. l. §. secundo gr. vers. frater.

b Sed cum magis.] Nam, vt inquit [c] Horatius, [Segnius irritant animos demissa per aurem, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus; & quæ Ipse sibi tradit spectator.] — Et acerrimum esse oculorum sensum ipse quoque Aristoteles docet, magisque incredulæ sunt hominibus aures, quàm oculi, vt Candaules ait in Herodoto. Vnde illud: —[Certior aure Arbiter est oculus.—] c In arte Poetica.

c Præsenti libro inscribi.] Hæc tamen graduum descriptio iniuria temporum (vt pleraque Romanæ iurisprudentiæ al a) perijt. Nos tamen eam subijciemus, quam Bald. ex alijs, suis annotationibus hoc loco inseruit.

DE SERVILI COGNATIONE TIT. VII.

1 *Hic non esse nouum titulum, sed appendicem tituli proximi præcedentis.*

Baldu. hanc esse appendicem tituli, [de gradibus cognationum] docet, vt fere ineptum videatur, nouum hic effingere titulum, de [Seruili cognatione.] Equidem anacephalæosis, quæ infra [a] mox subijcitur, satis arguit, hunc titulum noue a superiore separatum. Nam ad finem tituli, [De successione cognatorum,] hæc commode tractari videntur: nec Theophilus nouam hanc rubricam interseruit, secutus vetusta exemplaria Institutionum, quæ nullum hic habent nouum titulum. Sed non magnopere refert, cum præsertim res eadem maneat, vtcunque distinguantur tituli: ideoque vulgarem hanc distinctionem & nos sequi maluimus. a §. repetitis. inf. eod.

Princip. tit.

1 *Seruilis cognatio quid.*
2 *Proximitas generice & specifice accipitur.*
3 *Proximus quis dicatur.*
4 *Cognatis seruilibus lege antiqua quandoque consulebatur.*
5 *Serui iure ciuili non contrahunt matrimonium, sed contubernium: secus lege Pontificia et Nouellarum.*
6 *Liberum pro filio, in singulari numero recte dici.*
7 *Nati ex seruili cognatione non solum ad parentum successionem vocantur, sed etiam frater patrono præfertur.*

Illud certum est, a ad seruiles cognationes illā partem edicti, b qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, c non pertinere. nam nec vlla antiqua lege talis cognatio d computabatur. Sed e nostra constitutione, quā pro iure patronatus fecimus (q ius vsque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum & vndique confusū fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus: vt si quis in seruili cōstitutus f cōsortio, g liberū vel liberos habuerit, siue ex liberta, siue ex seruilis cōditionis muliere: vel contra, serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunq; sexus: & ad libertatem his peruenientibus ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erāt, ipsi in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint, h

vt omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, i sed etiam alterum in alterius successionē mutuam vocauimus: ex illa lege specialiter eos vocantes, siue soli inueniantur, qui in seruitute nati, & postea manummissi sunt: siue vnà cum alijs, qui post libertatem parentum concepti sunt: siue k ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs, ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

a *Ad seruiles cognat.*] 1 *Seruilem cognationem,] illam sanguinis necessitudinem dicimus, quam filij seruorum erga parentes contraxerunt: cuius vsus aut vis aliqua tum demum esse potest, cum dissoluta est seruitus. Nam quamdiu quis seruus est, ad ius quod attinet pro nullo* [a] *habetur: ideoque nec vlli succedit suo nomine, nec ei a quoquam succeditur. dominis enim suis acquirunt, quicquid* [b] *acquirunt.*

b *Qua proximitatis.*] 2 *Id est, cognationis specialiter sumptæ, quæ scilicet per fœmininū sexū* [c] *existit. aliàs verò [Proximitas] generaliter accipitur pro omni* [d] *cognatione. cum enim a prope fiat. [Proximi, vox (inquit* [e] *Alciatus) valde generalis est, ita vt vicinus proximus dicatur.] Et quamuis superlatiuum nomen sit, ita vt positiuum præsupponere debere, & de pluribus* [f] *prædicari: in vno tamen verum est,* 3 *proximumque cum dicimus, qui solus* [g] *est: & tam de eo dicitur, qui tempore, quo defertur bonorum possessio, proximior est, quam quo quis intestatus* [h] *decedit.*

c *Non pertinere.*] *Sic paulus, [Ad leges (inquit) seruiles cognationes non pertinent.] Et Vlpianus loquens de bonorum possessione [vnde cognati] ait: [Pertinet hæc lex ad cognationes non seruiles: nec enim facilè vlla seruilis videtur esse cognatio.] Excipiuntur tamen leges nuptiarum, ad quas pertinent seruiles cognationes: cum ēt nuptijs impedimento esse possunt,* [l] *propter naturalia iura* [m] *sanguinis & affinitatis.* [n]

d *Computabatur.*] *Iure ergo ciuili nunquam habita fuit ratio seruilis cognationis in* [o] *succedendo.* 4 *nisi interdum per legem Corneliam* [p] *testamentariam, & in postliminij, aut ne alterius mora libertati noceret, successio aperta fuerit.* [q] *Iure tamen gentium serui, sicut bona habere potuerunt, quod in Hebraica Regum historia cap. 9. & cap. 16. probatur: ita etiam dominis sine legitima prole decedentibus succedebant, vt ex libris Geneseos cap. 15. constat. & ideo Cor. Tacitus non multum à liberis apud Germanos differre eos* [r] *tradidit.*

e *Nostra con.*] *Quæ nunc desideratur, Fuit autē constit. noua, quæ Modestini* [ſ] *sententiæ derogauit. Neque enim post relatam in Codicem suum huiusmodi legem* [t] *credendū est, Modestini sententiam transtulisse in Pandectas: vtcumq; alij distinguāt hoc loco repugnante, in quo generaliter de constitutis in seruili consortio se nouum ius constituisse ait Iustinianus: Eadem constō Diocletiani rescripto similiter* [u] *derogauit.*

f *Consortio.*] *Id est, contubernio:* 5 *nam iure ciuili non dicitur matrimonium, siue connubium seruorum, sed contubernium.* [x] *Hodie vero vtroque & Pontificum* [y] *& Nouellarum* [z] *iure nuptiæ etiam inter seruos consistunt: quare & successiones consuetudo paulatim admisit.*

g *Liberum.*] 6 *Id est, filium: qua voce Iustinianus singulariter etiam supra* [a] *vsus est. Et quanquam Iustiniani autoritas, quantum ad rem Latinam attinet, non multum polleat: attamen eandem dictionem Modestinus* [b] *quoque & Vlpianus* [c] *vsurpant. addit Laurentius Valla, se eandem apud Quintilianum obseruasse. 3 elegant. 8.*

h *Vt hi omnes.*] *Modò is, qui successurus est, liber existat, & cui succedendū fuerit, in libertate mortuus sit, exceptis tamen his, quæ paulo ante de lege Cornelia, & postliminio, deq; aliena mora diximus.*

i *Sed etiam alterum.*] 7 *Id referendum est ad ipsos inter se fratres, ipsius scilicet defuncti liberti filios, vt intelligamus natos ex seruili cognatione non solum ad successionem parentum vocari, sed etiam fratrem ad successionem fratris, patrono prorsus excluso, siue ambo manumissi sint, siue alteruter ex eis legitimè natus fuerit, quod & hic Theophilus docet. Nec impedit, quod liberto sine liberis defuncto patronus* [d] *succedit quoniam huic iuri nominatim derogauit Iustinianus,* [e] *si frater vel parens manumissus & legitimus sit.*

k *Siue ex eodem patre.*] *Ad hunc locum, quia obscurus est, videatur Theophili paraphrasis, qui eum satis illustrat. Et legēdum est, [siue ex alijs, ad similitudinem] &c. vt optimè legit & interpretatur Theoph. cuius verba subiungi possunt.*

§. Repetitis.

1 *Effectus siue epitome huius.*
2 *Duæ regulæ in successione intestata obseruandæ.*
3 *Sui heredes etsi in remotiori gradu sint, cæteris præferuntur.*

a Repetitis itaque omnibus quæ iam tradidimus apparet, non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eoque amplius, ne eum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum, & eorū hæredum, quos inter suos heredes enumerauimus: apparet, pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorē esse, quàm fratrē aut patrem, b matremq; defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (vt supra quoq: tradidimus)

primum

a l. quod attinet de reg. iur.
b l. cū ancillis. C. de incest. nupt. l. seruus. C. cō. de succes.
c l. ad testati. C. de leg. hær. Alc. l. proximi. de verb. oblig.
d l. cum alienā. C. de leg. & dixi sup. de succ. cogna. verbo. proximitatis.
e d. l. proximi. & l. pximus. e. ti.
f l. vbi. in prin. de verb. oblig.
g l. 1. §. proximus vnde cogna.
h l. 1. §. proximū de suis & legi.
i l. fi. §. nomē. in fi. de grad.
k l. 1. §. 1. vn̄ cog.
l §. illud. supr. de nupt.
m l. iura sanguinis. de reg. iur.
n l. adoptiuus. §. idem tamē. de rit. nup.
o l. seruus. ibi Bal. C. cōmu. de suc.
p de qua in l. lege Cornelia. d̄ test. l. lege Cornelia. de vulga. & l. 1. in pri. de suis & leg.
q vt ll. per gl. al legatis in d. l. seruus.
r vide Alc. l. paterfamilias. de verb. sig.
ſ l. is q. vn̄ cog.
t Baro hic.
u l. ex libera. C. de suis & leg.
x l. cum ancillis. C. d̄ ince. nup.
y De coniu. seruo. Extra.
z §. si verò Nou. de nupt. l. fi. C. de agri. & cen. lib. 11.
a §. illud. sup per quas p. no. ac.
b l. ios aūt. d̄ pac.
c l. nemo prędo. de re. iu.
d l. liberto. de bo libert.
e vt hic.

primũ gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu fit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an nõ: quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo sexu propagatus est. Amotis quoq; suis hæredibus, & quos inter suos hæredes vocari diximus: agnatus, qui integrum ius habet agnationis, etiamsi longissimo gradu sit, plerunque pòtior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos, auunculo, vel materteræ præfertur. Toties igitur dicimus aut potiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum hęredum: quique inter suos hęredes sunt, neque agnationis iure aliquis pręferri debeat; secundùm ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris vlterioris gradus agnatis.

a Hic 1 §. anacephalæosim siue epilogum continet omnium, quæ de successione intestatorum supra exposita sunt: vt vel hic locus argumento sit, hunc titulum nunc a superiore auulsum esse. 2 Traduntur autẽ hic duæ regulæ. Prior est: [Qui sunt in pari gradu, pariter succedunt.] altera: [Prior in gradu, potior est in successione.] Repetunturq; vtriusque regulæ fallentię siue exceptiones, quas suis locis supra discussimus. 3 Sane sui hęredes siue in pari gradu sint, siue etiam in remotiori, præferuntur tamen ascendentib. & ex transuerso coniunctis. Item agnati etiam remotiores præferuntur cognatis proximioribus. quod Imp. hic exemplis declarat.

b Matremque defuncti.] Quamdiu enim ex linea descendentium aliquis superest, excluduntur Ascendentes [a] & collaterales. a l. 1. & 2. de suis & legit.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. TIT. VIII.

1 *Libertus & libertinus an differant.*
2 *Liberti nostri sunt, etiam quos ex fideicommisso manumisimus.*
3 *Successionis uocem hic passiue accipi.*

Iustinianus] post absolutas ingenuorum successiones, occasione seruilis cognationis, quam supra non aliter admissam docuit, quàm vbi quis ex seruo libertus factus est, libertorum quoque successione peculiari titulo dicere voluit: propterea quod varie apud veteres statutũ fuit, quemadmodum liberis succederetur. 1 [Libertum] autem vocamus eum, qui ex manumissione libertatem est consecutus: est enim [libertus,] idem quod [libertinus.] hoc tantũ differentes quòd [libertus] semper refertur ad eum, cuius est libertus, puta patroni: [Libertinus] vero nomen est absolutum, denotans eum, qui nec seruus, nec liber est. qua de re plura sub titu. [a] [de libertinis,] supra diximus, vbi nihil agitur, nisi de conditione, nullo respectu habito ad patronos. 2 Porro [liberti] hic accipi debent etiam hi, quos ex fideicommisso [b] manumisimus: nam & hi fiunt nostri liberti, non autem defuncti testatoris. licet aduersus eos ingrati actionem [c] non habeamus. 3 Sed & illud adijciendum est, [successionem libertorum] hoc loci eam non intelligi, qua liberti succedunt, sed eam potius, qua libertis succeditur: sicque successionem in passiua significatione hic accipere oportet.

a in princ. tit.
b l. qui ex causa. C. de bon. quæ lib. l. 1. de bon. poss. cont. tab. lib.
c l. pen. C. de lib. & eo. lib.

Princip. tit.

1 *Lex 12. tab. circa successionem liberti quid sanxerit.*
2 *Patronus liberti filio intestato non succedebant, etiam nullo suo hærede relicto.*
3 *Explicatur locus Ciceronis lib. 1. de Orat.*

Nunc de libertorũ bonis videamus. Olim itaq; licebat liberto patronum suum *a* impune testamento præterire. Nam ita demum *b* lex XII. tab. ad hæreditatem liberti vocabat patronum si intestatus mortuus esset libertus, *c* hærede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum hæredem reliquisset, *d* patrono nihil, *e* in bonis eius iuris erat. Et siquidem ex naturalibus liberis aliquem suum hæredem reliquisset, *f* nulla videbatur querela. Si vero adoptiuus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

a Impune.] Id est, sine ruptione testamenti.

b Lex 12. tab.] 1 Huius legis sententiam refert Vlpianus [a] his verbis: [Intestato liberto mortuo primum. Suis deferri hæreditatem verum est: si hi non fuerint, tunc patrono.] Poterat autem libertus etiam extraneum in testamento hæredem scribere, & patronum impune præterire. quod ideo erat, quoniam lege XII. tab. hoc modo non repugnabatur, quæ patronum ad liberti successionem tum demum vocabat, si is & intestatus, & nullo hęrede suo superstite [b] decessisset.

c Hęredes suo.] Siue naturali & legitimo, siue etiam adoptiuo.

a l. intest. de suis & leg.
b l. is autem. de iur. patr. l. lib. de bo. liberto. & d. l. intestato.

c d. l. intestato.

d Patrono nihil.] Quoniam vt in aliorum intestato decedentium, sic & in liberti bonis prima causa est Suorum [c] hæredum.

e In bonis eius.] Scilicet liberti: 2 multo minus in bonis ipsius filij intestato mortui, etiam nullo suo hærede relicto. Neque enim à libertorum liberis ad patronos vnquam redibat hæreditas. 3 Et quod Cicero libro 1. de Oratore scribit, [Claudios apud Centumuirale iudicium contendisse, [a] liberti filio ad sese hæreditatem redijsse:] intelligi debet, id eos fecisse non iure patronatus, sed [d] gentilitatis. quòd is, de cuius hæreditate quærebatur, non fuisset reuera libertinæ conditionis, sed retinuisset gentilitatem.

d Bald. hic.

f Nulla videbatur querela.] Id est, nemo iure queri aut damnare id poterat, quòd naturales liberi patrono in successione præferrentur.

§. Qua de causa.

1.2 Iure Prætorio quomodo patronus liberto successerit.
3 In bonis castrensibus liberti patronus non succedit.
4 Libertus si testetur, iure Prætorio tenebatur dimidiam partem patrono relinquere.
5 Bonorum possessio contra tab. non datur patrono, nisi adita hæreditate: cum in filijs sit secus: & quæ sit diuersitatis ratio. num 6.
7 Si libertus intestatus moriatur sine liberis, patronus in totum succedit.

a Qua de causa postea b Prætoris edicto hæc iuris iniquitas emandata est, siue enim faciebat testamentum libertus, iubebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam c bonorum suorum d relinqueret: & si aut nihil aut minus parte dimidia e reliquetat, dabatur patrono f contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio: siue intestatus moriebatur, suo hærede relicto filio adoptiuo, g dabatur æque patrono contra hunc suum hæredem, partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum h naturales liberi, non solū quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modò aliqua ex parte scripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto Prætorio petierant nam i exhæredati nullo modo repellebant patronum.

a Qua de causa.] Quatuor diuersa iura recitantur hoc titulo, quomodo patroni libertis successerint. Primum fuit legis XII. tab. de quo in principio huius tituli dixit: 1 nunc alterum subijcit, ius scilicet Prætorium. quo patronis prospectum fuit tam ex testamento, quam ab intestato, si quidem relicti non essent legitimi simul & naturales liberi. quod Imp. hic latius prosequitur.

a in l. 1. de bo. libert.

b Prætoris edicto.] Lubet Vlpiani [a] verba ad huius loci illustrationem adscribere. 2 [Hoc edictum] (inquit) [à Prætore propositum est honoris, quem liberti patronis exhibere debent, moderandi gratia. namque (vt Seruius scripsit) antea soliti fuerunt à libertis durissimas res exigere: scilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur. Et quidem primus Prætor Rutilius edixit, se amplius non daturum patrono, quàm operarum & societatis actionem: videlicet si hoc pepigisset, vt nisi ei obsequium præstaret libertus, in societatem admitteretur patronus. Posteriores Prætores certæ partis bonorum possessionem pollicebantur. videlicet enim imago societatis induxit eiusdem partis præstationem, ut quod viuus solebat societatis nomine præstare, id post mortem præstaret.]

b l. 3. §. patron. de bo. libe.
c l. si a milite. §. fi. de mil. test.

c Bonorum suorum.] Modò non sint [b] castrensia. 3 Nam patronus contra ea bona liberti, quæ in castris quæsita sunt omnino non admittebatur ad successionem, tametsi in alijs fuerit [c] secus.

d l. 3. §. si debita. de bon. libert.

d Relinqueret.] Dimidia 4 ergo portio bonorum liberti relinquenda est patrono, si testari velit: nec refert quo velit titulo relinquere, siue institutionis, siue legati, siue donationis causa mortis, vel inter viuos donationis, aut quouis [d] alio, quæ omnia complexus est suo responso Vlpianus.

e Reliquerat.] In testamento libertus.

e l. illud. in prin. de bo. poss. cōtra ta. l. 3. §. ut patronus. de bo. lib.
f in libel. parte 6 tit. de bo. poss. contra ta. quæ datur filio. in fi. col.

f Contra tabulas.] Ex quibus scilicet hæreditas est adita: 5 nam ante aditam hæreditatem hæc bonorum possessio [contra tabulas liberti patrono [e] non datur. licet aliud sit; vbi ea bonorum possessio liberis conceditur: competit enim, siue adita sit hæreditas, siue non. 6 Rationem differentiæ ponit Rofredus: [f] quoniam ea bonorum possessio, quæ filijs datur, totum testamentum rescindit: illa verò, quæ patrono præstatur, non rescindit testamentum, nisi pro portione sibi debita: ideoque expectatur aditio. Quòd si ante hæreditatem aditam haberet bonorum possessionem, iam haberet, quod sibi deberetur: de reliquo ergo quid fieret? Potuit Prætor etiam ideo denegasse patrono bonorum possessionem hæreditate necdum adita, quòd fieri possit, ut patronus totum consequatur, nempe scripto hærede non adeunte.

g l. liberto. iuncta gl. de bon. lib.

g Dabatur æque.] 7 Sed quid si intestatus decessit libertus, nullis penitus relictis liberis naturalib. aut legitimis? Eo eo casu patronus ad vniuersum defuncti liberti patrimonium hoc iure [g] vocabatur.

h Naturales.] Hoc intelligendum de naturalibus & legitimis simul, qui scilicet ex iustis nuptijs sunt procreati: hi enim soli patronum excludebant à successione.

Nam

i Nam exhæredati nullo modo.] Quod ideo eſt, quoniam qui exhæredatur, quantum ad exhæredantis ſucceſſionem inſtar mortui [h] *habetur.*

h l.1.§.ſed etſi pa truus.de coniu gi.cum eman. li.de quo tamẽ vid. Bart. in l. pater filium. ✝. lect. de inoſ. teſt.

§. Poſtea vero.

1 *De lege Papia Poppæa: & quæ fuerint eius legis capita. & nu. 2.3.4.5.*
6 *Lex Papia Poppæa à quo lata.*
7.9 *Seſtertius quid olim valuerit, quidque hodie valeat.*
8 *Seſtertius vnde dictus, & quomodo pingi ſolitus fuerit.*
10 *Seſtertia in numero plurali quid continuerint.*
11 *Liberti olim locupletiſſimi fuerunt.*

a Poſtea verò lege Papia adaucta ſunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. *b* Cautum eſt enim, vt ex bonis eius *c* qui ſeſtertium centum millium patrimonium relinquerat, & pauciores quàm tres liberos habebat, ſiue is teſtaméto facto, ſiue inteſtatus mortuus erat, *d* virilis pars patrono deberetur. Itaque cum vnum quidem filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet: cũ vero duos duaſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat repellebatur patronus.

a Poſtea] 1 Tertium ius hic attexitur, nempe [lex Papia Poppæa,] cuius vno capite aucta ſunt patronis locupletiores libertos habentibus ſucceſſionis iura: quod hoc loci Imp. refert. Fuerunt enim plura huius legis capita. 2 veluti, [ne ſexagenarius vxorem duceret,] eo quod generandis filijs ætas illa penitus inutilis ſit viſa: quod legis caput primum Claudius Cæſar (autore Tranquillo) deinde Iuſtinianus [a] *noſter abrogarunt cum etiam in ætate illa grandæua nonnullos procreaſſe conſtet: quemadmodum Maſiniſſam Numidiæ regem poſt LXXXVI. annos Methimatum filium: & Catonem Cenſorinum LXXX. anno expleto M. Catonem Salonianum Catonis Vticenſis auum, ex Salonij Clientis ſui filia procreaſſe* [b] *legimus. 3 Aliud caput huius legis fuit, [ne matrimonio miſceri poſſet ſenatorius ſanguis cum* [c] *libertino.] Item aliud: [vt quod vir vxori, vel vxor viro legaſſet non exiſtentibus liberis, eius decima pars fiſco* [d] *addiceretur.] ſed hoc poſtea Honorij & Theodoſij Imp.* [e] *conſtitutione antiquatum eſt, conceſſumque, vt tantum ſibi inuicem coniuges derelinquant, quantum ſuperſtitis amor exegerit. 4 Rurſus aliud, vt [ſi quis extraneus hæres inſtitutus fuiſſet is priuſquam hæreditatem adiret, viceſimam partem Fiſco impendere teneretur:] qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur: Sed hæc lex hodie quoque ſublata* [f] *eſt. 5 Porro eadem lege Papia cautum fuit: [ſi hæres inſtitutus viuente teſtatore, vel ante aditam hæreditatem deceſſiſſet, Fiſco bona addicerentur: ita tamen vt in liberis vſque ad tertium gradum locum non haberet.] Sed hoc caput hodie quoque ab aula receſſit, quodque illud liberis ad tertium vſque gradum permiſerat, Iuſtiniani lex omnibus conceſſit.* [g] *6 Lata autem fuit hæc lex à diuo Auguſto, cum Conſules M. Papius Mutilus, & Q. Poppæus Secundus eſſent, vt Dion. lib. 56.* [h] *ſcribit. Hanc legem autores quandoque ſimpliciter etiam [Iuliam] appellant: quia ſcilicet Auguſtus in ea ferenda profeſſus ſit, diui Iulij commentarijs ſe edoctum, eam rogaſſe. Unde Iuuenalis, [Nam placet Urſidio (inquit) lex Iulia.]*

a 10 l.ſanci. C.de nup.
b vide Plin. li.7. ca.14. A.Gell. lib.14.c.19.
c Bal. hic.
d Alci.li.3.Diſp. c.6.
e l.vl C.de infir. pœ. cœlib.
f l.vlt. C.de edi. diui Adr. toll.
g l.1.ver. cũ lex. C. de cad. toll.
h Vide Alci.l.3 Diſp.c.3.

b Cautum eſt enim, vt ex bonis.] Nunc refert illud legis Papiæ Poppææ caput, quo diſponebatur de ſucceſſione patronorum in bonis liberti.

c Qui ſeſtertiũ centũ.] 7 Quæ ſumma reddit illius ætatis aureorũ mille: cũ ſeſtertijs centenis aureus æſtimaretur, & ſeſtertia ſingula millia ſingula ſeſtertiorum [i] *ſignificarent. Horum aũt aureorum duo de quinquaginta libram auri* [k] *conſtituebant: quib. ſi quatuor drachmę adderentur, fiebat iuſta & plena libra, in qua omnino quinquaginta numiſmata* [l] *erant. tametſi noſtra hac ætate alia ſit & aureorum & libræ æſtimatio, vt alibi diximus. 8 Dictus autem eſt [ſeſtertius] ex eo, quod duos aſſes & ſemiſſem valeret, quaſi ſeſquitertius: quare & his notis pingitur IIS. Duę lineę priores ſignificant duo, & S. ſignificant ſemiſſem. Porro ſeſtertij & nummi fuerunt olim idem. 9 Qua ratione quaterni ſeſtertij vel nummi, qui ærei erant, denarium Romanum argenteum vnum valebant, id eſt, aſſes decem: poteratque æſtimari denarijs Norinbergenſibus quaſi octo, aut fere groſſo Marchico. Seſtertij centum valebant aureum vnum; ſed quia ſtli eſſet ponderis. Rhenenſium uero tres cum denarijs 33. Mille vero ſeſtertij valebãt aureos Rhenenſes 31. & quartam quaſi, ſiue 25. coronatos. Dicitur autem [mille ſeſtertij, & mille ſeſtertium,] vel copulatò [mille ſeſtertium nummum:] hęc enim omnia idem ſunt, & æſtimatione noſtra (vt dictum eſt) vigintiquinque coronatorum valent, ſiue Rhenenſes 31. quartam vnã, & paulum plus. 10 Ex illo genitiuo plurali facimus nomen generis neutri (ſeſtertiũ) propter breuitatẽ, abiecta voce mille. Proinde (ſeſtertium) genere neutro ſignificat aureos Rhenenſes 31. & quartam fere. idem igitur ſignificant [mille ſeſtertium, & ſeſtertium] genere* [m] *neutro: [decẽ millia ſeſtertium, & decem ſeſtertia: centum millia ſeſtertiũ, & centum ſeſtertia;] quemadmodũ [Quindecim mutua, & Quindecim millia mutua,] idem ſunt: h.e. quindecim millia* [n] *mutuum. Sic & de ſimilib. iudicandum: idq; obſeruare in autorib. valde prodeſt. Decem ſeſtertia, ſine de-*

i Bud. li. 1. & 2. De aſſe.
K His aureis omnino eſſe pōdere pares Anglicos nummos, qui nobiles Eduardei vel Roſati dicuntur, Bud. refert. lib. 3. De aſſe fol. 59.
l Bud. eo. fol. 59.
m Budæ. lib. 1. de aſſe. fol. 26. & lib. 2. fol. 33. & lib. 3. fol. 155.
n Vt in l. lecta ff. ſi cer. petat.

cem millia nummum, vel decem millia sestertium (quod idem est) Rhenenses trecentos duodecim cum dimidio, siue ducentos & quinquaginta coronatos valebant. Centum verò sestertia siue centum millia sestertium valent Rhenensium 3125. & de hac quantitate loquitur lex Papia Poppæa, cuius hic sit mentio. 11 *Nec mirandum est, libertorum opes olim potuisse ad tantā summam excrescere: cum Tacitus lib. 12. scribat, Pallentem Claudij Claudi Cæsaris libertum sestertij ter millies possedisse: ipso nempe M. Crasso ditiorem vicies & quinquies centenis millibus. Habuit idem Claudius Cæsar & alios locupletissimos libertos, Narcissum & Licinium: quorum Suetonius* [o] *etiam meminit.*

o I Claudio cap. 28. & 29.

d *Virilis pars.] Quantum, scilicet, vni ex liberis competebat.*

§. Sed nostra.

1 *In quo derogarit Iustinianus legi Papiæ.*
2 *Aurei, tempore Iustiniani quid valuerint.*
3 *Summa legis Papię in quantum à Iustiniano diminuta sit*
4 *Quid Iustinianus circa successionem libertorum statuerit.*
5 *Non tantum liberi, sed etiam parentes & fratres hodie patronos excludunt.*
6 *Differentia inter ius patroni & filij.*
7 *Patronus, si ei non sit à liberto relicta tertia portio bonorum, ad supplementum potest agere instar filij.*

a Sed nostra constitutio (quam pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita definiuit, vt si quidem libertus vel liberta minores centenarijs sint, id est, minus centū aureis habeant substantiam (*b* sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, vt pro mille sestertijs vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, *c* nullo liberorum relicto: tūc patronatus ius (quod erat e lege XII. tab.) integrum reseruauit. Cum verò *d* maiores centenarijs sint, si hæredes vel bonorū possessores liberos habeant, siue vnum siue plures, *e* cuiuscunq; sexus vel gradus; *f* ad eos successiones parentū deduximus, patronis omnibus modis vnà cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hæreditatem patronos patronasque vocauimus: si verò testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberēt, vel habētes eos exhæredauerint vel mater siue auus maternus eos prǽterierint, ita quòd non possint argui inofficiosa eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione *g* per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam (vt antea) sed tertiam partem liberti consequantur, *h* vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerat: ita sine onere, *i* vt nec liberis liberti libertæue ex ea parte legata vel fideicommissa *k* præstentur, sed ad cohæredes eorum hoc onus redundet.

a *Sed nostra] Quartum ius circa libertorum successionem hoc §. attexitur, ab Imp. Iustiniano de nouo introductum. Eius tamen Græca constitutio, cuius hic meminit, desideratur hodie.*

b *Sic enim]* 1 *Derogauit ergo Iustinianus legi Papię non in eo solum, vt trientis aut semissis, numeriq; filiorum præscriptam analogiam tolleret: sed vt etiam facultatum liberti rationem minueret, in fauorem patronorum. Statuit autem, vt [centenarius libertus] censeretur deinceps, non qui sestertia centum, siue centum millia sestertium (quod idem* [a] *est) in bonis haberet: sed qui centum aureos, qui tempore Iustiniani in vsu erant, possidere probaretur.* 2 *Habuerunt autem hi aurei sesculpam tantum proportionem ad veteres illos aureos, de quibus legem Papiam loqui, suprà diximus. Veterum si quidem aureorum duo de quinquaginta libram cōficientibus: aureorum verò qui tempore Iustiniani in vsu fuere, septuaginta duo auri libram efficiunt,* [b] *& singuli tantum continebant sexaginta sex sextertios.* 3 *Unde apparet summā legis Papiæ, quę continebat centum millia sestertium, vel centum sestertia, id est, Rhenensium tria millia, centum & viginti quinque redactam esse ad summam sex millium & sexcentorum sestertium: quæ summa efficit Rhenenses ducentos decem cum tribus quartis, plus minus. Hodie nostrum aureum, quo utimur, malignitate temporum etiam leuioris æstimationis esse constat.* 4 *Porro vt argumentum huius Iustinianææ constitutionis, circa successionem in bonis libertorum, iuris studiosus habeat, id tale est. Nam si patrimonium liberti minus centum aureis sit, testari præterito patrono ei licet: ab intestato liberi eius excludent patronum. Cognatos enim ascendentes, aut à latere non habent, cum serui sint. Sin verò patrimonium centum aureorum sit, aut eam summam excedat, & libertus testamentum fecerit, cum nullos habeat liberos, vel eos exheredarit: trientem bonorum patronus consequetur. Quod si liberi extent, excludetur patronus ab intestato, siue sui, siue emancipati sint, quod ex testamento facto locum habet, si modo instituti fuerint.*

c *Nullo liberorum]* 5 *Tametsi Iustinianus libertorum tantum hic meminerit: nouo tamen iure etiam parentes & fratres patronis præponuntur. quod aperte probatur supra* [d] *titulo proxime præcedenti, non cauillando*

a vt præcod. §. dixi.
b Ista per Budeū explicantur li. 2. De asse, fol. 33. & per Alci. Disp. li. 3. c. 9.
c Vide Alc. l. quotiescunque. C. de suscept. præpo. & archi. li. 10. & quæ sup. dixi in §. nsa. de Attil. tut.
d §. sup. de seru. cog. & hoc idē tenet Gofre. in li. tract. parte 6 sub rub. de bo. poss. con. tab. quæ da. patro. & Cātiūc. hic.

uillando textum, qui ſic habet: [Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentum ſucceſſione, ſed etiam aliorum in alterius ſucceſſionem mutuam vocauimus: ex illa lege ſpecialiter eos vocantes, ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, &c.] Quibus verbis quid clarius dici poteſt? Nam textus ſeipſum exponit, ſucceſſionẽ mutuam (de qua ibi) pręciſè loqui de fratribus: vtcunque Accurſ. Faber & Angelus diſſentiant.

d *Maiores centenarijs.] Vt quia eorum patrimonium centum aureorum ſummam excedat: idem etſi centenarij ſint, id eſt, centum aureos in patrimonio habeant.*

e *Cuiuſcunque ſexus] Sed nec intereſt, ſiue ſui ſint emancipati.*

f *Alios] Scilicet, liberos.*

g *Per bonorum poſſeſſionem.] 6 Hæc tamen bonorum poſſeſſio non ſubuertet totum teſtamentum, ſed tantum ratione vnius trientis, quem ſolum poteſt perſequi patronus: tametſi in ea bonorum poſſeſſione, quæ filio præterito conceditur, ſit ſecus, totumque teſtamentum impugnetur, vt res ad cauſam inteſtati veniat. Et in hoc differt ius patroni a iure filij, cum alijs in multis conueniant.*

h *Vel quod deeſt] 7 Et in hoc æqui paratur patronus filio, cui, ſi quid in teſtamento eſt relictum, non amplius licet conqueri, quàm vt suppleatur, quod ipſius legitimæ [e] deeſt.*

i *Vt nec liberis] 8 Olim tamen ſecus fuit. quamuis enim libera fuerit ob onere fideicommiſſi legitima [f] patroni: nihilominus liberis ipſius liberti pręſtandum erat fideicommiſſum aut [g] legatum, quod Iuſtinianus hic immutauit volens legitimam portionem patroni ab omni prorſus onere liberam eſſe, vt nec liberis liberti quicquam eo nomine pręſtare cogatur. Hacq; rurſus in re par eſt patronus filio, cuius legitima ſimiliter non poteſt grauari vllo [h] modo.*

k *Pręſtentur] Per ipſum ſcilicet patronum, qui ſi ſuum repudiaret trientem, certe ab eo pręſtarentur, cui is triens accreſceret. [i]*

e l omnimoda. C. de inof. teſ.
f l. cũ patronus. de leg. 2.
g l. 4. de cond. & demon.
h l. qm̃. in prior. C. de inof. teſ.
i d. l. cum patronus. de leg. 2.

§. Multis.

1.2 *Liberto non tantum patronus, eiuſque liberi in infinitum, ſed etiam ex latere coniuncti ſuccedunt, vſque ad quintum gradum.*
3 *In libertorum ſucceſſione gradus prærogatiua ſeruanda.*
4 *Si liberto plures liberi ſint in pari gradu, omnes in capita ſuccedunt.*
5 *Aliter diuiditur hęreditas inter liberos parentum, quàm inter liberos patroni.*
6. *Differentia in ſucceſſione ingenuorum & libertorum.*

Multis alijs caſibus a nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus: vt tam patroni patronæque, *a* quàm liberi eorum, nec non *b* qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum libertarumue vocentur: ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt, vt ſi eiuſdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumque plurimue liberi ſint: *c* qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſſionem, *d* & in capita, non in ſtirpes diuidatur ſucceſſio: eodem modo, & in his qui ex tranſuerſo latere veniunt, ſeruando, *e* Pene enim conſonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

a *Quam liberi eorum] 1 Non ergo tantum patronus ſuccedit liberto, ſed etiam eius liberi, & quidem in infinitum, [a] vtcunque Angelus dubitet: idque ſuo quodam iure, quia liberi ſunt, non autem quaſi hæredes. Vnde fit, vt liberi patroni ex inæqualibus portionibus inſtituti, nihilominus ex æquis partibus operarum actionem [b] conſequantur: nempe quia hic non moramur nomen hæreditarium. Itaque etſi filio omnino hæredes non fuerint, eſſe tamen potuerint, nec quicquam admiſerint, cuius nomine ſint iure [c] exhæredati, æque [d] admittentur.*

b *Qui ex tranſuerſo] 2 Sed & ex tranſuerſo coniuncti tam cognati, quàm agnati ipſius patroni liberto inteſtato ſuccedunt, ita tamen, vt tantum in quinto gradu admittantur. Nam hæc verba textus (vſque quintum gradum) ad eos tantum referenda ſunt, qui ex latere [e] veniunt: liberi enim quocunq; gradu ſint, ſemper liberi ſunt, etiam in infinitum.*

c *Qui proximior.] 3 Ergo & in libertorum ſucceſſione gradus prærogatiua ſeruanda [f] eſt, ita vt proximiores gradu ſemper remotioribus præponantur. Itaque ſi quo tempore moritur libertus, patronus iam deceſſerat, relictis filijs: nepotibus, & pronepotibus, vt quique fuerint gradu propinquiores, ſic ad liberti ſucceſſionem admittentur. 4 Quod ſi plurium patronorum liberi pares gradu ſuperſint, hi omnes vnà admittentur: ſic tamen, vt hæreditas non in ſtirpes, ſed in capita diuidatur, vt expreſſim hic ſubijcit Imperator. Et prędicta ſuccedendi ratio non ſolum inter liberos patroni, verumetiam inter ipſius cognatos liberto ſuccedere volentes, locum habet.*

d *Et in capita] 5 Aliter tamen diuiditur inter liberos hæreditas parentum. Sępe enim [g] dictum eſt, nepotes ex pluribus filijs hæreditatem aui diſtribuere in ſtirpes, non viritim in ſingula cohæredum capita.*

e *Pęne enim] Pęne dicit, 6 quod in capita ſemper bona libertorum diuidantur: nec vſque ad ſeptimum gradum, aut in infinitum patronorum cognati vocentur ad ſucceſſionem libertorum: quæ in ſucceſſione inge-*

a per tex. id. 4. q. que. §. 1. iuncta l. ſed ſi hac lege. 10. §. liberos de ĩ ius vo. & ita ẽt tenet hic Fab. & Por. dicẽs hãc eſſe cõmunẽ.
b l. 7. vt iuriſiur. §. ſi liberi. de oper. liber.
c l. 10. ſi ex patronis. §. Iulianus. de bo. lib.
d l. 12. ſi patronus teſtõ. §. 2. & l. 47. Paulus 2. in princ. illo ti. & per Ang. hic.
e vt etiam docet Theophil. hic.
f l. 23. ſi libertus præterito. §. 1. hoc tit.
g §. cũ fili[o]. ſup. de hęr. ab inteſ.

nuorum

h d. §. cũ filius.
i ibidem.
k d. l. si libertus preterito.
l ad fi. huius tit.

nuorum aliter obseruari ostendimus [h] *suo loco.* 7 *Est & alia inter vtranque successionem differentia, quòd scilicet in recta linea, si agatur de hæreditate ingenui, admittitur nepos cum filio* [i] *superstite: & hodie quoque in collaterali filius fratris cum fratre defuncti. Sed cum libertina est successio, solus* [k] *proximus admittitur: nec vllus videtur esse locus repræsentationi. Sunt & alia quædam inter igenuos, & libertos differentiæ, quas* [l] *Baldus, hic recenset.*

§. Sed hæc de ijs.

1 *De quibus libertis hic titulus loquatur.*
2 *Alciati expositio ad hunc locum:*
3 *Accursij lapsus.*

a Sed hęc de ijs libertinis hodie dicenda sunt, quæ in ciuitatem Romanam peruenerunt, cum nec sint alij libertini: simul & dedititijs & Latinis sublatis, cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant: quia licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul animam atq; libertatem amittebant, & quasi seruorum, ita bona eorum *b* iure quodammodo peculij ex lege Iunia Norbona *c* manumissores *d* detinebant. Postea vero *e* senatusconsulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumissoris non nominatim ex hæredati facti, extraneis hæredib. eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam superuenit D. *f* Traiani edictum, quod eũdem hominem, si inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam venire ex beneficio principis festinarat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum vero morientem. Sed nostra cõstitutione propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legẽ Iuniam, & senatusconsultum Largianum, & edictum D. Traiani in perpetuum deleri censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur; & mirabili modo *g* quibusdam adiectionibus ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam transposuimus.

a §. vlt. sup. de li.
b l. vls. i fi. C. de inoff. testam.
c C. de Lat. lib. toll. l. vnica. §. 1. & vlti. & in Nouell. vt lib. de cęt. aur. an. i prin.
d d. §. 1. & §. vlt.
e li. 1. Paret c. 16
f d. l. vnica. C. de Lat. lib. toll. & l. vnica. C. de dedit libe. toll.

a *Sed hæc*] 1 *Cum triplicis generis olim liberti fuerint (vt alio loco* [a] *diximus) ostendit Iustinianus, quæ de successione libertorum hactenus relata sunt, ad eos tantum libertos pertinere, qui ciues Romani fiebant.*
b *Iure quodammodo.*] *Neq; enim eiusmodi libertinorum fuerat vllum peculium, cum liberi* [b] *vixissent.*
c *Manumissores*] *Patroni scilicet.*
d *Detinebant*] *Exclusis defuncti liberis & cognatis.*
e *S. C. Largiano.*] *De quo senatusconsulto pluribus meminit Iustinianus in sua* [c] *constitutione, qua Latinam libertatem sustulit: & Placenti. lib. 5. tit. 80.*
f *Traiani edictum*] *Cuius quoque fit mentio largior in præfata Iustiniani* [d] *constitutione.*
g *Quibusdam adiectionibus*] 2 *Alciatus* [e] *existimat Iustinianum [adiectiones] hic accipere pro modis Romanæ ciuitatis familiarumq; Romanarum ius assequendi: quanquam interim non neget, hoc in loco Accursij quoq; interpretationem probabilem esse.* 3 *Porro quod Accursius & alij multi ex hoc §. colligunt dedititios libertinos morte consequi solitos libertatem, mera fabula est, nec hinc probari potest: sed de his Caium iuniorem & Theophilum vide cum Iustiniani* [f] *constitutionibus.*

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM TIT. IX.

1 *Assignare libertum, quid sit.*
2 *Verbum (assignare) ambiguum est.*
3 *Assignare instrumento quid sit: & assignatæ res.*

a l. 107. assignare de verb.
b l. 4 de euict.
c l. 1. §. antepen. de ven. in poss. mit.
d Alc. in d. l. assignare.
e l. si ita. §. Chrysogonus. de verb. oblig.
f l. 1. §. fin. nau. caup. stabul.

Scribit Modestinus, [a] 1 *[assignare libertum] nihil aliud esse, quàm testari, cuius ex liberis libertum eum esse velit, vt scilicet eius sit peculiaris & proprius.* 2 *Alioqui verbum (assignare) in iure nostro ciuili plane ambiguum est, & ad translationem dominij referri* [b] *potest, & ad solam pignoris vel custodiæ* [c] *cõcessionem. Quapropter causa assignationis obseruari debet, & ex eo iudicari, quo tendat* [d] *pertineatue.* 3 *Cæterum [assignare instrumento,] est signa in tabulis instrumentisue adponere: id est* [e] *subsignare. Hinc [Assignatæ res] dicuntur, quibus signa sigillaue adposita* [f] *sunt.*

In princip. tit.

1 *S. C. de assignatione libertorum, quando latum: eiusdemque verba.*
2 *Emancipato an possit assignari libertus.*
3 *Liberi patronorum assignare suis liberis non possunt.*

In

a In ſumma(quod ad bona libertorum attinet)admonendi ſumus, *b* cenſuiſſe ſenatum, vt quamuis ad omnes patroni liberos, *c* qui eiuſdẽ gradus ſunt,æqualiter bona libertorũ pertineant: tamen licere parenti,vni ex liberis adſignare *d* libertum, vt poſt mortem eius *e* ſolus is patronus habeatur, cui aſſignatus eſt:& cæteri liberi,qui ipſi quoque ad eadem bona,nulla adſignatione interueniẽte *f* pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant:ſed ita demum priſtinum ius recipiant, ſi is cui aſſignatus eſt,deceſſerit,nullis liberis relictis. Nec tantum libertum, ſed etiam libertam: & non tantum filio nepotiue,ſed etiam filiæ neptiue adſignare permittitur.

a In ſumma] Liberos patronorum etiam plures, ad bona libertorum æqualiter vocari, ex ſuperiori tituli [a] *conſtat: ſed ex præſenti loco diſcimus,hoc ita accipiendum eſſe, ſi vni aut quibuſdam ex liberis non ſit a patrono aſſignatus attributusque libertus.* 1 *quod patrono, ex ſenatuſconſulto ſuper ea re temporibus Claudij Cæſaris,Sabellio Rufo & Aſterio Scapula Coſſ.facto, omnino permittitur. Verba autem huius S. C. in Pandectis extant in hunc modum: [Si quis duos pluresue liberos ex iuſtis nuptijs quæſitos in poteſtate habens, de liberto libertaue ſua ſignificaſſet, cui ex liberis ſuis eum libertum eamue libertam eſſe vellet: is eaue, quando is qui eum eamue manumiſit inter viuos vel teſtamento, in ciuitate eſſe deſiiſſet, ſolus ei patronus ſolaue patrona eſſet, perinde atque ſi ab eo eaue libertatem conſecutus conſecutaue eſſet: vtique ſi ex liberis quis in ciuitate eſſe deſiiſſet,neque ei liberi vlli eſſent: cæteris eius liberis, qui manumiſit, perinde omnia iura ſeruentur, at ſi nihil de eo liberto eaue liberta is parens ſignificaſſet.]* 2 *Ex quibus verbis etiam illud plerique euincere contendunt, liberis emancipatis aſſignari libertos non poſſe: quod an verum* [b] *ſit, ſequenti §. commodius dicemus.* a §. multis aliis.

b Cenſuiſſe ſenatum] Nempe Claudianis temporibus, vt prædictum eſt.

c Qui eiuſdem] Tametſi a patre alioqui inæqualiter ſint ſcripti [c] *heredes:imo etſi omnino patri heredes non ſint, nihilominus enim ſunt liberi, quo ſolo nomine ad eos tranſit patronatus.* b quia obſtare videtur. l. utrum de aſſig. libert.

d Libertum] Quem ſcilicet ipſe manumiſit. 3 *Cæterum liberi ipſius patroni aſſignare ſuis liberis nõ* [d] *poſſunt: ſed vno ex pluribus repudiãte,vel aliquo deficiẽte,eius portio accreſcit alijs,quib. durat* [e] *aſſignatio.* c l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberti de ope. liber.

e Solus is patronus hab.] Perinde at ſi ab eo libertus eſſet manumiſſus. d l. liberti. de aſſign. liber.

f Pariter admit.] Communi ſcilicet iure patronatus. e l. 5. dict. tit.

§. Datur autem.

1 *Emancipato an aſſignari libertus poſſit.*
2 *Emancipatione,item exhæredatione amittitur aſſignatio.*
3 *Aſſignatio qualiter & quibus verbis fieri poſſit.*

Datur autem hæc adſignandi facultas ei, qui duos pluresue liberos in poteſtate habebit, vt eis *a* quos in poteſtate habet,adſignare libertum libertamue liceat. Vnde quærebatur,ſi eũ cui adſignauit poſtea emancipauerit:num euaneſcat adſignatio? Sed placuit *b* euaneſcere: quod & Iuliano, & alijs plerisque viſum eſt. *c* Nec intereſt, an teſtamento quis aſſignet an ſine teſtamento: ſed etiam quibuſcunque verbis patronis hoc permittitur facere ex ipſo ſenatuſconſulto,quod Claudianis temporibus factum eſt, *d* Sabellio Rufo & Aſterio Scapula conſulibus.

a Quos in poteſt.] 1 *Hinc plerique* [a] *annotant, liberis emancipatis non poſſe libertos aſſignari Sed obſtat Modeſtini* [b] *reſponſum his verbis. [Vtrum ei tantum qui in poteſtate ſit, an etiam emancipato filio aſſignare libertum patronus poſſit, ſi modo non pauciores, quàm duos præterea in poteſtate habeat, dubitari ſolet. Et magis eſt,poſſe.] Quæ verba clara ſunt & aperta,vt mirum ſit, nonnullos diuerſum ſenſiſſe: huiuſque deciſionis eam adducit rationem Porcius: quoniam pater, idemque patronus non neſcit ſui filij conditionem nihil nutantem: aut in incerto poſitam eſſe. Et hanc ſententiam Placentius quoque amplectitur. Nec aduerſatur, quod hic Iuſtinianus ait: [emancipatione ſecuta aſſignationem prius filio ſa. factam euaneſcere.] quoniam inde non ſequitur, non licere emancipato* [c] *aſſignare. Sic enim & vſus fructus finitur ſecuta media capitis deminutione:* [d] *non tamen inutilis eſt,ſi conſtituatur iam capite deminuto,imo vero & in eum caſum conſtitui poteſt. Accurſius tamen aliter prædictum Modeſtini reſponſum accipit.* a Accur. hic. & l. vtrũ. ff. h. tit. b d. l. vtrum. c Bald. hic. d §. finitur. ſupr. de vſu fru. e arg. l. cum quis in pri. & l. ſi cũ Cornelius. de ſolutio. & per Porc. hic.

b Euaneſcere.] 2 *Per emancipationem itaque euaneſcit aſſignatio. quod ideo eſt,quoniam tali caſu videtur pater tacito quodam indicio aſſignationem reuocaſſe. exhæredationem quoque adimere* [e] *aſſignationem, Vlpianus* [f] *reſpondit:ſi tamen hoc animo facta ſit.* f l. 1. §. ſed etſi poſt hoc noſtro tit.

c Nec intereſt.] 3 *Poteſt ergo fieri aſſignatio à patronis quibuſcunque verbis,uel nutu,vel teſtamento, vel* [g] *codicillis, vel per epiſtolam,vel teſtationem, vel chirographum, & pure,uel ſub* [h] *conditione ex die quoque certa, ſed vſque in diem certum non* [i] *poteſt.* g l. 1. §. aſſignare hoc ipſo tit. h l. aſſignare. dic. tit.

d Sabellio.] In quibuſdam codicibus legitur. Suello Rufo, & Oſterio Scapula Coſſ. cuius etiam meminit Tacitus lib. 16. Vide etiam A. Auguſti. Emend. lib. 3. cap. 7. i l. vlt. §. vlt. eo.

DE

DE BONORVM POSSESIONIBVS. TIT. X.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Bonorum possessionis definitio.*
3 *Bona non semper dicuntur deducto are alieno.*
4 *Quaecunque bonorum possessio a Praetore datur.*
5 *Verbum assequendi.*
6 *Bonorum possessio, & possessio bonorum differunt.*
7 *Verbum (retinendique) in defi. declaratum.*
8 *Agnoscere bonorum possessionem: adire haereditatem.*
9 *Haeres & bonorum possessor vt differant.*
10 *Bonorum possessio edictalis, decretalis.*
11 *Argumentum seu epitome totius tituli.*

Iustinianus 1 *supra quatuor modos praescripsit, secundum quos per vniuersitatem res nobis acquiruntur quorum primus est [de haereditatibus,] de quibus tam ex testamento, quàm ab intestato hactenus dictum est. Nunc transit iusto ordine ad secundum & proximum modum acquirendae vniuersitatis, qui est ex iure praetorio per bonorum possessiones.* 2 *Est autem [bonorum possessio,] secundum Vlpianum,* [a] *[ius persequendi retinendique patrimonij siue rei, quae cuiusque, cum moritur, fuit.] Quae definitio ab effectu & officio sumpta, sic exponi debet.* 3 *vt dicamus, nō hic sumi [bona,] deducto aere alieno,* [b] *seu largiori significatione pro vniuerso patrimonio & successione, commoda atque incommoda haereditaria* [c] *continente. [Ius] autē intelligi oportet Praetorium:* 4 *quando nulla est bonorū possessio, quę non a Praetore* [d] *detur. Quam interpretationem adiuuat etiam verbum (persequendi)* 5 *quod propriè ad implorationem officij iudicis, & ea, quę non habent iuris communis executionem, pertinet: tametsi generali actionis appellatione* [e] *comprēditur. Sicut ergo per haereditatis aditionem ius ciuile denotatur: ita his verbis, [bonorum possessio,] significatur ius Praetorio in succedendo.* 6 *Quo fit, vt notabile sit discrimen apud Iurisconsultos inter [bonorum possessionem] compositum verbum, quod in iure solum consistit. & [possessionem bonorum,] duobus verbis figuratam orationem, quę in facto tantum vsurpatur, pro ea scilicet possessione, quam quis naturaliter habet & nihil ad Praetoris considerationem facit.* 7 *. Porro verbum (retinendique) in definitione denotat differentiā, primum inter vulgarem illam possessionem, & Praetoriam. Nam qui corporaliter tenet & possidet haereditatem, is nihilominus necessario petet, vt Praetor decernat bonorum possessionem haereditariam. & contra, si decreta fuerit bonorum possessio Praetoria, non tamen per hoc tribuitur corporalis possessio, sed duntaxat ius, & vtile dominium rerum, quae in haereditate* [f] *sunt. Deinde haec vocula (retinendique) significat differentiam inter bonorum possessionem, & haereditatis petitionem, quę possidenti non competit.* 8 *Hi autem, qui sic olim petebant sibi haereditatem deferri, dicebantur [agnoscere bonorum possessionem] iure Praetorio: sicut dicimus [adire haereditatem] iure ciuili, et tum interposito decreto [bonorum possessores] dicebantur, quemadmodum [haeredes] vocamus successores iuris ciuilis: ut sic ostenderetur differentia inter Praetoriam & legitimam autoritatem. Nam cum Praetor haeredem ipso iure facere non possit (quippe ea potestate supremę legum autoritati reseruata) visum est bonorum possessionem dari, cuius is concederetur eis a Praetore ius* [g] *succedendi.* 9 *Itaque [haeres & bonorum possessor] non effectu rei, sed ordine iuris differunt sicut & ipsa verba, [Aditio, possessoria agnitio.] Haeres enim animo adit, primatim acquirit ius, & ipso iure, etsi nihil rerum haereditariarum corpore* [h] *possideat [Bonorum] vero [possessor] officium iudicis inuocat, publice declarat animum, utcunque corporaliter possideat haereditatem. Et hoc est, quod Vlpianus* [i] *ait, [bonorum possessores in omnibus vice haeredum haberi.] Et Paulus ęquiparat, [adire haereditatem, & petere bonorum possessionem.] Deinde haereditatem persequimur actione, quae [petitio haereditatis] vocatur: bonorum autem possessionem petimus actione, quae [bonorum possessoria haereditatis petitio] dicitur.* 10 *Ad agnoscendam autem olim bonorum possessionem non sat erat, si ius succedendi competeret ex Praetorio edicto, unde bonorum possessio edictalis dicebatur: sed necesse quoque erat Praetorem adire intra tempus a legibus praescriptum, ac petere solennibus verbis: qui tum pro iure decernebat eam: ex quo decretalis bonorum possessio nuncupabatur. Iure vero nouo non requiritur decretum Praetoris, sed sufficit bonorum possessionem coram quouis iudice* [k] *agnoscere.* 11 *Caeterum cum plures sint bonorum possessiones, Iustinianus hoc titulo compendiosa & plane diligenti ratione cumprimis docet, quare Praetor ius haereditatum per legem 12. tab. angustis finibus inclusum, ex bono & aequo* [l] *dilatarit: deinde omnes bonorū possessiones a Praetore introductas, tam contra tabulas, quam secundū tabulas* [m] *refert. Tertio exponit, quas ex ijs bonorū possessionibus in vigore suo permanere voluerit: quasq; ut minus necessarias ipse* [n] *resecarit. Tandē tempus petendae bonorum possessioni a Praetore praestitutū subiungit.* [o] *Quae singula in enarratione tituli latius exponentur.*

a l.3.§ bonorum de bono. poss.
b vt sumitur in l. subsignatum §.t. de ver. sig.
c l.1. & 2. in prin. h. titu. & l. nam quod ad ius. §. vl. ad Trebell.
d §. septima eas. inf. eod.
e l. actiones l. pecuniae. § persecutionis. ibi Alciat. li 4. Para. cap.1.
f l.1 2. & 3. in pr. ff eo. & §.1 hoc nostro tit.
g d. l 1. & 2. & hic in pr. tit. & §.1.
h §. fi. sup. de haer. qual. & diffe.
i d. l. a.
K l. vl. C. qui ad mit. ad bos. po.
l in princ. titu. & duob. §§. seq.
m §. sunt autem. cū aliquot seq.
n § sed eas quidem.
o §. cum igitur.

Princip. tit.

1 *Praetor introduxit bonorum possessionem emendandi veteris iuris gratia: item & confirmandi: & num. 3.*

Postumus

2.3 *Postumus alienus & antea institui potuit, & nunc potest.*
4 *Utile est, plures habere vias consequendæ hæreditatis.*

Ius bonorum possessionis introductum est a prætore, *a* emendandi veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hęreditatibus vetus ius eo modo Prętor emendauit, sicut supra dictum est: sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. Nam si *b* alienus postumus hæres fuerit institutus: quamuis hęreditatem iure ciuili adire non poterat, cum institutio * non valebat: *c* honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adiuuabatur, sed & is a nostra constitutione hodie recte hæres instituitur, quasi & iure ciuili non incognitus. Aliquando tamen, neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis *d* confirmandi gratia Prętor pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte testamento facto hæredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos hęredes & agnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione ad eos pertinet hęreditas iure ciuili.

a *Emendandi] Recenset in hoc principio Imp. ius bonorum possessionis quam habuerit originem.* 1 *Introduxerunt autem Prętores bonorum possessionem primum emendandi veteris iuris gratia. Lex enim XII. ta. non agnoscit filium emancipatum, habens tantum agnationis rationem, Prætor vero dat ei bonorum possessionem [contra tabulas,] si factum sit* [a] *testamentum: & in eo pater filium emancipatum præterierit, hoc est, neque nominatim instituerit, neque exhæredem fecerit, ab intestato bonorum possessionem [vnde* [b] *liberi.] Intuetur nanque Prętor naturalem cognationem, quæ nullo iure ciuili tolli* [c] *potest. Aliud exemplum: ius ciuile omnino excludit cognatos a successione legitima, siue ab intestato: Prætor vero eos vocat tertio loco, datque ipsis bonorum possessionem [vnde cognati:] in quibus agnati emancipati* [d] *continentur.*

b *Si alienus] Hoc plerique* * *Gallo Aquilio tribuunt.*

* *Non valebat] Propter incertitudinem scilicet eius, qui instituebatur nondum natus. Quis autem dicatur postumus alienus, suo loco* [e] *abunde discussimus: nempe qui natus inter suos, hæres testatoris futurus non est.*

c *Honorario tamen]* 2 *Et hoc est, quod alio loco* [f] *Iustinianus dixit, [Postumum alienum, & anteq posuisse institui, & nunc posse:] saltem effectu ipso considerato, non autem respectu iuris similitudine. Potuit enim antea Prætoris auxilio per bonorum possessionem consequi relictam hæreditatem: nunc autem potest etiam iure ciuili, nempe ex noua Iustiniani constitutione, cuius hic fit mentio: ea tamen desideratur cum alijs quibusdam Græce editis.*

d *Confirmandi.]* 3 *Prætor ergo non tantum conuellendi vel emendandi, sed etiam confirmandi, siue stabiliendi gratia aliquot bonorum possessiones introduxit, idque in successionibus tam ex testamento, quam ab intestato, ob id certe, vt iustius possidere viderentur, qui autore Prętore ad successionem peruenissent. Iustior enim habetur possessio, quam quis autore Prętore* [g] *nanciscitur.* 4 *Pręterea non potest non esse commodū, plures haberes vias consequendę hęreditatis: quoniam vna repudiata, superest tamen* [h] *altera. Ex quo facile colligitur: hanc Prętoriam confirmationem, etsi necessaria non sit, sua tamen vtilitate non carere.*

a §. emancipatos sup. de exhær. li.
b §. emancipati. sup. de hære. q ab intest. & ibi dixi.
c § fi. de leg. ag. tut.
d l. j. & passim. ff. vnde cogna.
* l Gallus. de libe. & posthu.
e §. postumus. supra de leg.
f d. §. postumus.
g l. iuste possidet d acq. po. Vig. §. vlt. sup. de ex hær. lib.
h l suū hęredem. C. de iure deli.

§. Quos autem.

1 *Hęres legitimus fit sola aditione.*
2.4 *Bonorum possessor non fit, nisi petita atque agnita bonorum possessione.*
3 *Hæres & bonorum possessor effectu non differunt.*
5 *Bonorum possessor proprie hęres non est.*
6 *Dispositio quæcunque de hærede loquens, continet etiam bonorum possessorem.*

Quos autem *a* solus vocat Prætor ad hæreditatem, hæredes quidem *b* ipso iure non fiunt: nam Prætor hæredem facere non potest. per legem enim tantum, vel similem iuris constitutionem hæredes fiunt, veluti per *c* senatusconsulta, & *d* constitutiones principales. sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, *e* loco hæredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores.

a *Solus vocat Prętor.] Nam quos non solus Prętor vocat, sed etiam lex ciuilis (de quibus paulo* [a] *ante dixit Imp.) hi fiunt veri hęredes, vtcunque elegerint bonorum possessionem.*

b *Ipso iure.] Prętorio scilicet, & absque petitione siue agnitione bonorum possessionis: vel sine facto Prętoris decernentis eandem. Sciendum enim est, quod hęres seu dominus bonorum defuncti nemo efficiebatur olim, nisi suprema legis ciuili autoritate. Huic nanq; soli licebat sic constituere: [Sit dominus talis successor.* 1 *Proinde qui iure ciuili veniebat ad successionem, is ipso iure, ipsaque legis potestate censebatur hęres, nō ad strictius aliquē ob hoc magistratū accedere: tantum vt adiret hęreditatē, vel gereret se pro hęrede.* [b] *hoc est, vt declararet solo animo, se velle hęredem esse bonorum relictorum sufficiebat.* 2 *Ceterum iure ciuili plerosque*

a sup. eo. vers. nā illis quoque.
b l. pro hęrede. & l. gerit. de acq. hær. §. fi. sup. & hęr. qual. & di.

rosque contra naturalem æquitatem exclusos a succedendo Prætor vocabat ad hæreditatẽ, tali tamen moderamine propter inferiorem potestatem, vt non sufficeret domi priuatim velle, ac animo destinare aditionẽ: sed oporteret prodire in iudicium, & ibi petere, atque petendo agnoscere bonorum possessionem, [c] hoc est ius acquirendiq; patrimonij patrimonij, quod defunctus reliquit, 3 Et hoc est quod supra [d] cõmonui hæredem & bonorum possessorẽ non effectu rei, sed ordine solũ iuris differre. 4 Sensus ergo nostris textus est, quod vocati ad hæreditatem a Prætore, ipso iure non fiant hęredes, id est, non ex aditione hæreditatis per se [e] facti, sed requiratur petitio atque agnitio bonorum possessionis, itemque factum Prętoris decernentis.

c *Senatusconsulta.] Vt Tertyllianum & Orphitianum: de quibus supra dictum est,*

d *Et constitutiones.] Vt Imperatoris constitutio, [f] quæ sororis filium in numerum legitimorum retulit,*

e *Loco hæredum.] Quia non tantum consequuntur possessionem, verum etiam dominium rerum ipsius defuncti hæreditariarum. 5 Licet autem Prætor bonorum possessorem hęredis loco in omni causa habeat, vt Paulus [*] inquit: proprie tamen hæres non est, quoniam Prętor hæredem ipse facere non [g] potest. 6 Sed cum omnino hæredi surrogatus sit, quælibet dispositio, de hærede verba faciens, eum quoque comprendet. Et ideo conditio illa, Si hæres erit, verificatur etiam in bonorum [h] possessore: & mandatum petendę bonorũ possessionis pertinet etiam ad hæreditatis aditionem. Et hoc obseruandum Alciatus [k] opinatur, etiamsi materia odiosa, pœnalisque sit: quamuis quidam aliter sentiant, eo potissimum argumento, quod in huiusmodi materia nec pater, qui iure peculij [l] castrensia filij occupat, nec fideicommissarius pro hæredibus [m] habentur. Sed illi quo ad effectum solum hæredibus ęquiparantur, bonorum possessor etiam quo ad [n] nomen,*

c vt hic. & l. 3. de bon. poss.
d ad rub. ti. huius num. 9. & vide Bald. hic late traditionem, in quo cõueniãt itẽq; differant.
e Bar. in l. vêtre. nu. 23. de acq. hæred. & l. 1. de con. pen. in fi.
f l. vlt. C. de suis & leg.
* l. prætor. de reguiur.
g vt hic.
h l. 1 cõditionib. §. si patronus. de cond. & de.
i l. si qs mihi bona §. sed si mãdauit. de acqu. hære.
K l. hæditatis ap. 2. de ver. sign.
l l. Papinian'. §. 1. de inof. test.
m l. si an. & l. seq. ad Syll.
n Alc. d. l. hęt. 2.

§. Adhuc autem.

1 *Vocula, adhuc, quomodo accipiatur.*
2 *Et defunctorum & creditorum hęreditariorum interest, habere successorum.*

a Adhuc autem & alios complures gradus Prętor facit in bonorum possessionib. dandis, dum id agebat, b ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis finib. constitutum per legem XII. tab. ius percipiendarum hęreditatum, Prętor ex bono & æquo dilatauit.

a *Adhuc autem.] 1 Hęc vocula (adhuc) pro, [hoc amplius,] hic ponitur: quamuis pro [vsque in hunc locum,] vel [in hoc tempus,] frequentissimum sit. Hoc amplius, ergo (inquit) complures gradus Pętor fecit in bonorum possessionibus: non eos solum, qui supra memorati sunt, [vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, secundum tabulas.] Hic enim addidit, [contra tabulas, vnde decem personę, tanquam ex familia, vnde vir & vxor.] nunc confirmans, nunc supplens, nunc corrigens & impugnans ius ciuile.*

b *Ne quis sine successore.] 2 Non solum enim creditorum hęreditariorum, sed & ipsorum quoque defunctorum interest, habere [a] successorem.*

a l. quia. de interrog. actio. & l. 1. in princ. de succ. edict.

§. Sunt autem.

1.3 *Filiusfa. pręteritus potest testamentum nullum dicere, vel bonorum possessione contra tabulas vti: & quę sit ratio.*
2 *Filius a patre in testamento pręteritus duo remedia habet:*
4 *Exhęredati non habent beneficium bonorum possessionis contra tabulas.*
5 *Bonorum possessio secundum tabulas tam scripto, quàm nuncupatiuo testamento locum habet.*
6 *Bonorum possessio ab intestato non datur, nisi vbi testamentum factum non est.*
7 *Legitimorum hęredum appellatione qui contineantur.*
8 *Patronus, eorumque filios ex triplici capite potuisse succedere.*
9 *Extraneus manumissor quis olim dictus.*
10 *Placentini error, & verus huius loci sensus.*
11 *De bonorum possessione tanquam ex familia.*
12 *Alciati interpretatio ad hunc locum.*

Sunt autem bonorum possessiones a ex testamento quidem hę. Prima, quę b præteritis liberis datur, vocaturq; contra tabulas. Secunda, quam omnibus c iure d scriptis hæredib. Prętor pollicetur, ideoque vocatur secundum tabulas. Et cum de testatis e prius loquutus est, ad intestatos transitũ fecit. Et primo loco suis hæredib. & ijs, qui ex edicto Prætoris inter suos hæredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur vnde liberi. Secundo, f legitimis hæredib. Tertio, decem personis, quas g extraneo manumissori præferebat. sunt aũt decem personæ hę: h Pater, mater, auus, auia, tam paterni quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio quàm ex filia: frater, sororve,

c onsan-

consanguinei, vel vterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, i tanquã ex familia. Sexto, patrono, patronæq; liberisque eorum, & parentibus. Septimo, viro & vxori. Octauo, cognatis manumissoris.

Nunc omnes] bonorum possessiones a Prætore introductas Imp. ordine commemorat hoc §. Et primo quidem eas veteis recenset: Nouum ius sequenti §. subnectens.

a *Ex testamento.] Vbi quis scilicet testatus decessit: vt intelligas, hic significari omnes bonorum possessiones, tam eas quæ sunt [secundum tabulas] testamenti, quàm alias, quæ [contra tabulas,] dantur.*

b *Præteritis liberis.] Tam emancipatis, quàm non emancipatis. 1 Quamuis enim filiusf. præteritus possit iure ciuili testamentum dicere [a] nullum: tamen Prætor dat ei quoq; bonorum possessionem contra tabulas, quæ rescindat [b] testamentum. 2 Atque ita filiusf. præteritus duo remedia habet, quorum alterum iuris ciuilis est, nempe ius dicendi nullum. alterum iuris Prætorij, bonorum scilicet possessio [contra tabulas,] quæ tametsi emancipatorum liberorum gratia sit inuenta a [c] Prætore, tamen etiam filiof. præterito (vt dictũ est) conceditur: 3 fortasse quo modestius ac reuerentius erga parentis manes se gerere [d] videatur: vel quia plerumque vtilius est, agnoscere hanc bonorum possessionem, quàm testamentum iure ciuili dicere [e] nullum. Nã si iure ciuili iaceat testamentum, legata indistincte [f] debebuntur: si iure Prætorio, solum, quæ liberis & parentibus, & paucis quibusdam alijs personis relicta [g] sunt. Porro vt alicui beneficium hoc [contra tabulas] competat, oportet vt ex liberis naturalibus & legitimis [h] sit: nam soli naturales huc non pertinent, sicut nec adoptiui recentiore iure. quod sequenti titulo proponitur. 4 Sed nec rite exhæredati hac bonorum possessione vti possunt, quoniam ijs Prætor sufficere putauit Querelam inofficiosi, quæ iuris ciuilis [i] est.*

c *Iure.] Id est, legitime, & ex testamento rite facto.*

d *Scriptis.] Vel etiam [k] nuncupatis. 5 Vt enim ex testamento scripto vel solenni datur directa secundũ tabulas bonorum possessio: sic si testamentum sit nuncupatiuum, vel secundum nuncupationem bonorum possessio defertur, vel vtilis [secundum tabulas.] Hæc autem [secundum tabulas] bonorum possessio non ante locum habet, quàm prima peti posse desinat: sed tamen interim poterat adiri hæreditas [l] iure ciuili.*

e *Prius locutus est.] Et recte quidem. 6 Sicut enim hæreditas non potest adiri ab intestato, quamdiu ex testamento salua est aditio: ita nec bonorum possessio ab intestato conceditur, nisi vbi testamentum factum nõ est. Et hoc ius fuisse vetustissimum testatur etiam Cicero in tertia Verrina.*

f *Legitimis hæredib.] 7 Horum appellatione non solum agnati continentur, sed & qui ex S.C. Tertylliano, vel Orphitiano veniunt, item patroni eorumque filij: hos enim omnes ex hoc capite vnde legitimi, admitti [m] constat. 8 Vnde conficitur, patronos eorumque filios ex triplici capite potuisse succedere: nempe vnde legitimi, tanquam ex familia, & ex illo, quod patrono peculiariter & nominatim fuit concessum.*

g *Extraneo manumissori.] 9 Extraneus] autem [manumissor] erat, qui non contracta fiducia emancipasset: vt recte Accursius [n] & Azo [o] interpretantur.*

h *Pater.] 10 An ergo pater sibi ipsi præferebatur? quod Placentinus hic intellexiße videtur: & propterea dicit, hanc bonorum posseßionem fuiße stultißimam. Verum hæc sententia plane inepta est. Itaque textum hoc sensu accipere oportet, vt si auus paternus Titium nepotem suum ex filio non contracta fiducia [p] emancipaßet, huic auo in succeßione Titij intestato mortui ipsius Titij pater, & aliæ supradictæ personæ præferrentur. Si vero Titius a patre suo emancipatus fuißet non contracta fiducia, tunc auus, & reliquæ personæ patrem [q] excluderent.*

i *Tanquam ex familia.] Vnde transuersales agnati patronorum vocabantur. 11 Docet enim Theophilus, huic bonorum posseßioni fuiße locum, quando libertus mortuo iam suo patrono, intestatus sine liberis decederet: ad cuius succeßionem vocabantur agnati patroni, tanquam ex familia. 12 Verum Alciatus [r] aliter hunc locum interpretatur, eumque de iure gentilitatis accipiendum esse putat: & quod infra [s] subijcitur [de cognatis manumissoris,] existimat pertinere ad ius stirpis, cuius meminit Cicero lib. 1. De Oratore. Admonet autem hic recte Accursius, ordinem verborum edicti, non autem succeßionis sequi Iustinianum: videntur enim potiora fuiße stirpis, quàm gentis iura.*

a dixi sup. de exhære. lib. in pr.
b l. 2. C. de bon. pos. con. tab. l. vlt. C. de lib. præ. & l. vt liberis. C. de colla.
c vt sup. hoc tit. ad prin.
d §. eadẽ. sup. de hær. q̃ ab inte.
e Cantiunc. hic. & vide quæ dixi su. d. §. eadẽ.
f Auth. ex causa. C. de lib. præt.
g vt in tit. de le. præst. & l. 1. C. de bo. poss. cõtra tab.
h l. 1. in prin. iuncta gl. de bon. pos. con. tab.
i l. postumus. §. vlt. cum l. seq. l. Papin. §. 1. de inoff. test.
k l. 2. de ser. tab. l. 1. de con. tab.
l l. is qui in potestate. §. sed si scriptus. d. leg. præst.
m l. 2. §. vlt. cum l. seq. vnde leg.
n hic.
o in sum. huius tit. in Insti. dicitque istud probari in §. quæ autem, inf. eo.
p quid sit cõtracta fiducia, emancipare dixi i §. vlt. sup. de leg. ag. suc.
q Ita hunc locũ declarat Azo. i d. sum. sua. & glo. verbi manumissoris. in d. §. quæ autẽ.
r li. 1. Parer. c. 12.
s hoc eo §. in fi.

§. Sed eas.

1 *Quatuor bonorum posseßiones a Iustinia confirmatæ.*
2 *Bonorum posseßio vnde cognati, olim neceßaria: hodie secus.*
3. 4 *Bonorum posseßiones contra & secundum tabulas, an hodie & quibus casibus sint necessariæ.*
5 *Bonorũ possessiones vnde liberi, & vnde legitimi, hodie non neceßaria: excepto vno casu.*

a Sed b eas quidem Prætoria introduxit iurisdictio: a nobis tamen nihil incuriosum prætermissum est, sed c nostris constitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem, & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, vtpote d necessarias constitutas: nec non ab intestato, e vnde liberi, & vnde legitimi bonorum possessiones.

Sed

a *Sed eas.] Hactenus decem bonorum possessiones sup. recensuit, Pratoria iurisdictione introductas: nunc ius nouum subyciens, quas ex his adprobarit, quas item abrogarit, iusto ordine subiungit. 5 Confirmat autem hoc §. priores quatuor bonorum possessiones, nempe ex testamento duas, [contra tabulas] scilicet & [secundum tabulas:] ab intestato similiter duas, [Vnde liberi,] & [vnde legitimi.] Non meminit autē hoc loco Iustinianus bonorum possessionis. [Vnde cognati.] 2 quę tamen vna hoc iure maxime videbatur necessaria, cum nudum haberet Pratoris indulgentiam, & personis concederetur iure ciuili prorsus ignotis.* [a] *Sed hodie nullus est huius bonorum possessionis vsus, propter sublatum agnationis & cognationis discrimen.*

b *Sed eas.] Decem scilicet bonorum possessiones, quas supra enumerauit.*

c *Nostris constit.] Quę non extant, sed cum priore Codice forte interciderunt.*

d *Necessarias.] 3 Hodie tamen, cum iure Nouellarū sublata sit in successionib. patrię potestatis & emācipationis differentia, non videntur hę bonorum possessiones magis necessarię filijs emancipatis, quàm filijsfamiliarum. 4 Sunt tamen certi quidam casus, in quib. etiam hodie necessariæ videntur hæ duæ bonorum possessiones. Filius enim emancipatus si sit cum causa præteritus, omnino habet necesse venire per contra tabulas intra annum, vbi filiusfa. eo casu diceret nullum, licet etiam per contra tabulas illud impugnare* [b] *posset. [Secundum tabulas] autem bonorum possessio in multis casibus necessaria est, quos Iason ad Porcium hic recenset, eosdem Bartolus* [c] *antea numerauit: ad quos tyronem iuris remitto.*

e *Vnde liberi. Hæ bonorum possessiones, [vnde liberi, & vnde legitimi,] hodie omnino non sunt necessariæ, propter sublatum discrimen patriæ potestatis, & emancipationis, item agnationis, & cognationis. Excipitur tamen vnus casus a Constantino* [d] *relatus, his verbis: [Qui se patris post auum intestato defuncti negat hæredem, mortui aui paterni suscipere facultates non potest, maxime emancipatus nisi per bonorum possessionem ad eiusmodi beneficium peruenerit.] Volunt enim Doctores, hoc Constantini rescriptum non esse correctum: licet Bartolus contrasentiat.*

a l. 1. in prin. vnde cog.
b gl. §. exhæredatos. Nouell de hær. & Fal.
c in l. certū. vbi etiam est glo. C. vnde legit.
d l. qui se patris. C. vnde libe.

§. Quæ autem.

1 *Bonorum possessio, vnde decem personæ, cur sic dicta.*
2 *Bonorum possessio, vnde decem personæ, a Iustiniano sublata, in eius locum vnde cognati transposita.*

Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, a vnde decem personæ: eam pio proposito & compendioso sermone superuacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat b extraneo manumissori: c nostra constitutio, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus, contracta fiducia manumissionem facere dedit: vt ipsa manumissio eorum hoc in sese habeat priuilegiū, & superuacua fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam prætor proximis cognatis pollicetur.

1 *Hæc bonorum possessio sic dicebatur, quod decem personis, quæ manumissori extraneo præferebantur, concederetur. Decem autem personæ erant infra scriptæ: filius, filia, nepos, neptis, frater, soror, pater, mater, auus, auia.*

a *Vnde decem personæ.] 2 Verum hæc Bonorum possessio, [vnde decem personæ,] ideo imperatori superuacanea visa est, quod hodie extraneus manumissor nullus sit, & semper contracta fiducia manumissio facta* [a] *intelligatur. Itaq; eam hoc loci tollit; & quæ erat sexta numero, [Vnde cognati] scilicet, in eius locum transponit ac subordinat.*

b *Extraneo manu.] Hoc est, ei qui filium non contracta fiducia emancipasset: vt supra* [b] *quoque dixi.*

c *Nostra constit.] Quæ lib. 8. Codicis, tit. cap. 49. ad verbum extat.*

a §. fi. sup. de leg. agna. suc. l. fin. C. de emanci.
b §. sunt autem n. 7. sup. h. tit.
c l. vl. C. de emā. lib.

§. Cumque antea.

1 *Ex transuerso coniuncti patrono, succedant liberto vsque ad quintum gradum.*

Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, Tanquam ex familia: & octauo, vnde patroni patronæq; & parentes eorum: vtranq; a per constitutionem nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus, quas b vsque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus, vt sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia: c sufficit eis tam contra tabulas bonorū possessio, quàm vnde legitimi, & vnde cognati: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

Per

a *Per constitutionem.] Huius constitutionis de iure patronatus, Imp. etiam supra* [a] *mentionem fecit, ex qua contra tabulas petendo tertiam partem patronus consequitur, ab intestato assem. Ea hodie desideratur.*

b *Usque ad quintum.]* 1 *Nam ex transuerso coniuncti patrono, siue agnati, siue cognati non ultra quintum gradum ad successionem libertorum admittuntur, ut alibi* [b] *copiosius est discussum.*

c *Sufficit eis.] Habent ergo hodie omnes, qui à patronatus iure pendent, ad iuris sui persecutionem bonorum possessionem contra tabulas, unde legitimi, & unde cognati.*

a §. sed nostra d. sup. de success. lib.

b §. multis. sup. de succ. liber.

§. Aliam verò.

1 *De bonorum possessione, unde vir & uxor.*
2.3 *Huius bonorum possessionis descriptio, eiusdemque ampliatio.*
4 *Romulus legem tulit, ut uxor viro succederet.*
5 *Hodie ex consuetudine coniuges inuicem succedunt. idemque statuto induci posse non extantibus liberis.*
6 *Sex tantum ordinarias bonorum possessiones hodie esse.*

Aliam vero bonorum possessionem, *a* quæ vnde vir & vxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiori loco, idest sexto, eã posuimus: *b* decima quoque bonorum possessione, quæ erat vnde cognati manumissoris, propter causas enumeratas meritò sublata: *c* vt sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo vigore pollentes.

a *Quæ vnde vir & uxor.]* 1 *Cum Romani legumlatores nullam voluerint successionem esse inter virum & uxorem: Prætores naturali æquitate moti proposuerũt hanc bonorum possessionem. [Vnde vir & uxor.] qua tributa est ipsis inuicẽ succedendi facultas post agnatos omnes & cognatos, fisco* [a] *excluso.* 2 *Est enim [Bonorum possessio vnde vir & uxor,] quæ viro ab intestata uxore, & vicissim huic ab illo conceditur, quoties deficit omnis parentum liberorumue seu propinquorum legitima vel naturalis successio fisco excluso. Eius rationem & æquitatem Iustinianus hic adprobat, aitq; se eam bonorum possessionem tueri, nempe in suo illo postremo loco, qui est post omnes agnatos & cognatos.* 3 *Quanquam Iustinianus deinde etiam amplius sanciuerit,* [b] *ut cum mortuus alter coniux locupletior fuerit, succedat superstes etiam cum liberis in aliquam partem.* 4 *Ex historia quoque discitur, Romulum quandoque legem tulisse, ut uxor viro defuncto succederet: ut nihil mirum sit, idem hodie in plerisque locis obtinere.* 5 *In multis enim locis per consuetudinẽ obseruatur, vel etiam ex scripto statuitur, quòd ubi non supersunt ex matrimonio liberi, ibi coniux succedat coniugi ab intestato morienti. Et hanc obseruationem iure subsistere, negari non potest. Nam quilibet posset etiam in testamento extraneam personam, modo tamen honestam, instituere, præteritis cognatis:* [c] *quanto magis igitur poterit publicus omnium ciuium consensus id statuere, accedente magistratus autoritate.*

b *Decima quoque.] Decima bonorum possessio quæ cognatis extraneis manumissoris dabatur, exploditur hic ab Imperatore: quòd scilicet hodie semper videatur emancipatio fieri contracta fiducia, ut suprà annotauimus.*

c *Ut ex tantummodo.]* 6 *Abrogatis enim quatuor ex decem bonorum possessionibus, sex tantum ordinariæ remanent: hæ videlicet,* [d] *secundum tabulas, contra tabulas, vnde liberi, vnde legitimi siue agnati, vnde cognati, vnde vir* [e] *& uxor.*

a l. 1. ff. vnde vir & vx. l. 1. C. e.

b Nouell. vt qui prouin. bo. exterri. §. quoniã vero ad clemẽtiam. Constit. 35. & Nouell. de dim. cape. & sol. mat. §. quia verò pridem. Constit. 117.

c l. 1. de inof. test. l. fratris. & l. fratres. C. eod. tit.

d quæ quantum vtilitatis adferant bonorum possessori, vi. Bal. rubr. C. q admit. quęſ. 6.

e l. 1. si tab. testa. null. ext.

§. Septima.

1 *Bonorum possessio septima quare appelletur extraordinaria.*
2.3 *Qua ratione introducta: & quæ requirantur, ut competat: num. 4.*
5 *Exemplum ponitur huius extraordinariæ bon. possessio.*
6 *Actio in factum introducta a Prætore in subsidium deficientis actionis.*
7 *De bonorum possessione Carboniana.*
8 *De bonorum possessione, quæ ventris nomine datur.*
9 *De bonorum possessione, quæ ordinandæ litis gratia datur.*

a Septima eas secuta, quam *b* optima ratione Prætores introduxerunt. Nouissimè enim permittitur edicto ijs etiam bonorum possessio, quibus vt detur, lege, vel senatusconsulto, vel constitutione comprehensum est: quam neq; bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque ijs quæ ex testamento sunt, Prætor stabili iure connumerauit: sed quia vltimum, *c* & extra ordinariũ auxilium (prout res exegit) accommodauit, scilicet ijs, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibusuè Principum ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

a *Septima.] Iustinianus ex pluribus bonorum possessionibus, quæ olim erant in usu, redegit rem ad sex* [a] *ordinarias: quas paulo antè retulimus. addit autem hic septimam, quæ vocari potest, [Quibus ex legibus,*

a præced. §. in fi.

vel,[Ut ex legibus, [b] *]&c. 1 eamq; extraordinariam esse docet, non ea ratione, qu [Carboniana] bonorũ possessio, vel[ventris nomine,] quod scilicet non tribuat ius: nam imò ius tribuit, vt reliquæ ordinaria: sed quia sit vaga, & non stabilita certa parte* [c] *edicti.*

b *Optima ratione.] 2 Fuit ergo hæc bonorum possessio optima ratione introducta, & necessaria omni modo. Fac enim deferri bonorum possessionem per legem nouam alicui, qui non attingat defunctum ex aliquo capite: certè hic talis non habebit aliquam bonorum possessionem nominatam, quia nec est filius, nec agnatus, nec cognatus, nec vir & vxor: item non potest etiam adire de iure ciuili, cum lex deferat bonorum possessionem, non hæreditatem, vnde necesse est, quod coram iudice agnoscat. 3 Fuit igitur necessaria hæc extraordinaria, quæ competit, quoties ex lege noua vel constitutione, vel senatusconsulto bonorum possessio* [d] *defertur. 4 Nec tamen aliter conceditur, quàm si quatuor coniunctim* [e] *adsint: primum, quòd bonorum possessio deferatur ex legibus nouis, vel senatusconsulto, aut Principis constitutione. Alterum, quod tales leges ciuiles sint, & non Prætoriæ: quia si a Prætore deferretur bonorum possessio, hæc extraordinaria locum non haberet. Tertium, quòd lex noua seu ex testamento, seu ab intestato bonorum possessionem expressim & specialiter deferat* [f] *non tamen in indiuiduo nominatim: quia si nominaretur in specie, ista nominata competeret, & non hæc extraordinaria. Quartum, quòd is qui vult succedere, non sit vocatus per legem 12. tab.* [g] *ad hæreditatem: secus si vocaretur per aliam legem ciuilem. Et prædicta quatuor requisita adeò necessaria esse Iason* [h] *autumat, vt si vnum ex his deficiat, huic extraordinariæ bonorum possessioni non sit locus. 5 Exemplum ponit idem Iason, in quo præfata requisita concurrunt: vt si Princeps non agnoscens superiorem, statuat, quòd Curialis per bonorum possessionem vsq; ad duodecimum gradum, & vsq; ad quadraginta annos ex testamento, vel ab intestato succedat. Potest etiam aliud exemplum* [i] *fingi: vt si Cæsar, Princeps noster inuictissimus, faciat legem, quòd decedente aliquo ex nostro Collegio Friburgensi sine agnatis vel cognatis, seniori in ipso Collegio detur bonorum possessio in bonis defuncti: certè hic talis indigebit omnino hac septima extraordinaria bonorum possessione, quia non attinet defuncta ex aliquo capite bonorum possessionis, nec potest adiri de iure ciuili, vt supra dictum est. 6 Nam & simile fecit Prætor in actionibus: cũ enim introduxisset aliquas actiones nominatas in casibus, vbi ius ciuile deficiebat: cogitauit posse contingere aliquem casum, vbi æquum esset dari actionem, & in quo non esset locus actioni nominatæ: ideo introduxit actionem [in factum]* [k] *subsidiariam.*

c *Et extraordinarium.] Sed est ne hæc sola extraordinaria bon. possessio? minimè verò: sunt. n. & aliæ tres extra ordinem propositæ bon. possessiones minoris tamen momenti, quàm septima sit, qua de supra diximus. Hæc enim ius successionis adfert, instar ordinariarum: sed ex tribus alijs extraordinarijs duæ priores possessionis duntaxat commodum adferunt, tertia nec possessionis quidem. 7 Harum autem prima [Carboniana] bonorum possessio dicitur, quæ impuberi filio, cui status quæstio mouetur, a Prætore causa cognita datur, dilato in tempus pubertatis iudicio status, & illa quæstione, an sit inter* [l] *liberos, exposita tamen cautione fideiussoria de restituendis bonis hæreditarijs, si apparuerit eum non esse* [m] *filium. 8 Secunda est, quæ [ventris nomine] tribuitur: cum mulier nomine vteri, quem gerit, a Prætore mittitur in possessionem bonorum defuncti mariti vel soceri, causa vtcunque cognita, donec pariat, aut omnino constet non esse prægnantem: interim ex bonis percipit, quæ ad vitam tuendam, edendumq; partum sunt* [n] *necessaria. Et hæ duæ extraordinariæ bonorum possessiones (vt prædictum est) nihil iuris habent, sed tantum possessionem tribuunt corporalem & nudam, nec aliquo certo iure suffultam. 9 Tertia bonorũ possessio extraordinaria vel hæreditarij iuris adferens est illa, quam [ordinandæ litis] gratia prætor edixit:* [o] *& ea nec proprietatis ius ullum, nec possessionis adfert, sed tantum eo pertinet, vt filius emancipatus, qui nec iure ciuili propter exhæredationem ritè factam adire ex testamento potest, nec contra tabulas ex iure Prætorio* [p] *agnoscere, saltem huius extraordinariæ, seu vmbratilis* [q] *bonorum possessionis beneficio tanquam præparetur ad consequendam proponendæ. Querelæ inofficiosi facultatem.* [r]

b l. 1. vt ex leg. bo. poss. de Ias. l. certum. C. vn. de legi.
c gl. hic in verbo extraord. & gl. l. vlt. C. vnde legi. Bell lib. 1. Supp cap. 15.
d vt hoc §. in fin.
e Ias. d. l. certum. nu. 7. d. l. 1. iuncta l. generaliter. vnde legit.
f d. l. 1. in fi. vt ex legibus.
g d. l. 1. & ibi gl. fi. Fab. hic. Ale. in d. l. certum. in 4. col.
h d. l. certum. numero 7.
i Bel. li. 1. Supp. c. 15.
k § fi. inf. de interd.
l l. 1. de Carbon. edict.
m l. 1. & §. sed etsi quis.
n l. 1. si ventris nomi. vbi latè.
o l. Papinianus. §. 1. de inoffic. test.
p l. non putau. in pri. de bon. poss. con. tab.
q Cantiunc. hic.
r Dd. l. certum. C. vnde legit. Vigl. §. tum autem. sup. de inoffic. test.

§. Cum igitur.

1 *Qua ratione Prætor certum tempus præfinierit ad petendam bonorum possessionem.*
2 *Successorium quare a Prætore introductum fuerit.*
3 *Quod sit illud tempus in parentibus & liberis.*
4 *Item in agnatis cognatisque ex transuerso.*
5 *Quid item de viro & vxore: itemque de ipso patrono.*
6.7 *Ius acrescendi locum habere & in bon. poss. inter eos, qui in eodem gradu sunt.*

a Cum igitur plures species successionum Prætor introduxit, easque per ordinem disposuisset, & in quacunque specie successionis sæpè plures extent dispari gradu personæ: ne actiones creditorum b differrentur, sed haberent quos conuenirent, & ne facilè in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit. Libertis itaq; ex parentib. tã naturalibus quàm adoptiuis in petenda bonorũ possessione

anni

anni spacio, cæteris autem adgnatis, vel cognatis, *d* centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis *e* accrescit: vel si nullus sit, *f* deinceps *g* cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is *h* qui præcedebat, *i* ex eo numero non esset.

a *Cum igitur.] Hæc est vltima pars tituli nostri, in qua tempus ad petendam bonorum possessionem præfinitum describitur.* 1 *Quia enim in supradictis* [a] *sex ordinarijs bonorum possessionibus haud raro euenit, ut plures extent dispari gradu, aut ius præsens, aut spem non prorsus incertam habentes, ad quos, differentibus vel recusantibus his, qui priori gradu positi agnoscere poterant, bonorum possessio defertur: qua ratione creditoribus longior mora fieri potest. Itaque ne quid huiusmodi temere accideret, sed haberent creditores, in quos suas actiones intenderent, æquum esse Prætor putauit,* [b] *præstituere tempus his, quibus aliquam detulit bonorum possessionem.*

b *Differentur.]* 2 *Est ergo introductum a Pratore Edictum successorium: in defuncti scilicet fauorem, cuius successorem habere interest tum eorum qui ex ordine longiore ad successionem vocantur ordine suo: denique in creditorum gratiam, vt hic Imp. ait.*

c *Anni spacium]* 3 *[Largius enim tempus] (inquit* [c] *Vlpianus) [parentibus liberisque petendæ bonorum possessionis tribuitur, in honorem sanguinis & propioris necessitudinis, videlicet:] quia arctandi non erant, qui pœne ad bona propria* [d] *veniunt. ideoque placuit eis præstitui annum, scilicet ita moderatè, vt neque ipsi vrgerentur ad bonorum possessionis petitionem, neque bona diu iacerent. Non solum autem, cum suo nomine veniunt liberi parentesque, hoc eis conceditur: verumetiam si seruus eius, qui ex liberis parentibusque est, hæres institutus sit, intra annum competit bonorum* [e] *possessio. Et generaliter ait Iulianus, [ex omnibus causis liberis parentibusque intra annum bonorum possessionem* [f] *competere.*

d *Centum dierum.]* 4 *Agnatis ergo & cognatis ex transuerso centum dierum spacium ad petendam vel agnoscendam bonorum possessionem præfinit Prætor.* 5 *Idem dicas de viro aut vxore, itemque ipso patrono, cui non, nisi centum dies dantur: quanquam patri annus daretur, etiam si succederet, vt manumissor, & quodammodo* [g] *patronus.*

e *Accrescit.]* 6 *Est enim inter eos, qui in eodem gradu sunt, iuri accrescendi* [h] *locus, qui tamen repudiat tanquam suus, non prohibetur agnoscere tanquam agnatus,* [i] *& vide Duare. De iure accres. c. 20. & 18. li. 2.*

f *Nullus sit.] In eodem vel pari gradu existens.*

g *Cæteris.] Scilicet in gradu proximè sequenti. Nam inter cæteros ipse quoque qui exclusus est,* [k] *admittitur.*

h *Qui præcedebat.] In gradu, neque tamen petijt bon. possessionem intra tempus præstitutum.*

i *Ex eo numero non esset.]* 7 *Videtur enim quis, non petendo bonorum possessionem intra tempus à legibus præscriptum, tacite eam repudiare, & ideo tacitè accrescit his, qui sunt in pari gradu.*

a §. aliam vero sup. hoc tit.
b l. 1. §. 1. de succ. edict.
* l. & quia. de inter. act.
c d. l. 1. §. largius.
d l. in suis. de lib. & posth. & l. cum ratio. de bon. dam.
e d. l. 1. §. vlt.
f d. §. vlt. in fi. & l. 4. si quis ordo in bo. poss.
g d. l. 4. §. filius.
h l. ei qui. C. quando nō per. par.
i d. l. 4. de success. edi.
k d. l. 1. §. sed videndum. de suc. edi.

§. Si quis itaque.

1 *Delata quando dicatur bonorum possessio: vt repudiari possit, siue de Edictali, siue decretali loquamur.*
2 *Primo repudiante bon. possessionem, statim sequenti incipit currere.*
3 *Idem & in iudicijs obseruari.*

Si quis itaque *a* delatam sibi bonorum possessionem *b* repudiauerit: non quousque tēpus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur, *c* sed statim cæteri ex eodem edicto admittūtur.

a *Delatam.]* 1 *Delata autem censetur [edictalis bonorum possessio] ex sola vi scripti edicti Pratorij: ideoque statim repudiari potest. At [decretalis,] quia ante decretum delata videri non potest, prius etiam non potest repudiari. Idque in vniuersum traditum est, nempe ius futurum, & quod nondum competijt, non temere posse* [a] *repudiari.*

b *Repudiauerit.] Ante tempus scilicet petendæ bonorum possessionis effluxum. Nonnunquam enim vrgentibus creditoribus intra tempus ad deliberandum concessum interrogāti sunt in iure hi, ad quos ex edicto Prætoris bonorum possessio delata esse cognoscitur: qui si sponte repudiare se dicant, scire possint creditores, quid sibi agendum sit. quòd si deliberare se adhuc dicant, præcipitandi non* [b] *sunt.*

c *Sed statim cæteri.] Proximiores in gradu.* 2 *Sic ergo primo repudiante bonorum possessionem, statim sequenti incipit currere tempus.* 3 *Idem in iudicijs obseruatur, quia si iudex tam reo quàm actori præscripsit certum tempus ad probandum, actore renunciāte suo termino, mox præfixum tempus incipit reo currere: quod Bald. & Ang. hic notant.*

a l. 13. is qui hæres. l. 94. qui superst. de acq. hær.
b l. 1. §. sane. de suc. edict.

§. In petenda.

1 *Tempus petendæ bonorum possessionis est vtile, diuersimodè tamen in Edictali, & Decretali bon. poss.*

2.3.5 *Bonorum possessio olim petitionem & decretum exigebat, hodie sola declaratio animi sufficit.*
4 *Bonorum possessionem agnoscere quid.*
6 *Legis Constantianę verba referuntur.*

In petenda autem bonorum possessione a dies vtiles singuli considerantur. b Sed benè c anteriores Princeps & huic causę prouiderunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet, sed quocunque modo admittentis eam iudicium (intra statuta tamen tempora) d ostenderit, plenum habeat earum beneficium.

a *Dies vtiles.*] 1 *Vtile ergo tempus obseruatur in petenda bonorum possessione, adeoq; vtile, vt etiam singuli dies in eo vtiles sint; hoc est, vt ne alij dies cuiquam imputentur, quàm quibus sciuerit constanter, sibi delatam bonorum possessionem, & eam potuerit apud iudicem* [a] *admittere. Quod in ea, quæ ex edicto defertur, & de pleno peti, admittiq; apud quemlibet iudicem potest, etiam locum habet. Sed si [decretalis] sit, quę sessionem Prætoris pro tribunali, causę cognitionem, decretumq; postulet, non aliter dies vtiles erunt, quàm si Prętor* [b] *sederet pro Tribunali.*

b *Sed bene.*] 2 *Veteri iure omnes bonorum possessiones ordinarię etiam si eas edictum vltrò deferebat, peti tamen* [c] *debuerunt, vt quis earum ius sibi acquireret, nempe possessoriam hęreditatis petitionem. Et petebantur quidem per libellum de plano, simulq; de plano, & (vt ait Vlpianus) passim petenti indulgebantur sine vlla causa cognitione, aut decreti interpositione. 3 Verum hodie hac veteri obseruatione in petendo nihil opus est ex constitutione D. Constantini,* [d] *qui fuit ducentis ferè annis ante Iustinianum: nec Prætorem adire oportet, sed quibuscunq; verbis apud quemlibet magistratum siue iudicem expressa testatio intra præfinitum tempus* [e] *sufficit. 4 Et hoc videtur esse, quod postmodum bonorum possessionem agnoscere, magis vsitatè dixerunt. Huius etiam Constantianæ legis meminit alibi Iustinianus* [f] *his verbis, [Cum petitio bonorum possessionis Constantiana lege sublata sit,] &c.*

c *Anteriores principes.*] *Nam (vt diximus) Per Constantinum Imp. sublata fuit petendæ ac decernendę bonorum possessionis solennitas, vt apud quemlibet iudicem qualiscunque testatio amplectendæ hęreditatis* [g] *sufficiat.*

d *Ostenderit.*] *Id est, declarauerit. 5 est.n. hoc verbum ad testationem amplectendę bon. possessionis referendum, non autem ad necessitatem probandę huius agnationis intra statuta tempora factę, vt si sensus, hodie quem non debere curare formam antiquam petendi bonorum possessionem, sed sufficere intra tempora statuta declarare animum suum coram* [h] *iudice quocunque modo. 6 Scribit enim* [i] *Constantinus, Se verborum inanimus captiones excedere, & decernere, vt apud quemlibet iudicem, vel etiam apud Duumuiros qualiscunque testatio amplectendę hęreditatis ostendatur.*

a l. 2. in pr. & §. dies. quis ord. in bon. poss. & l. 1. de diuer. & temp præscr.
b l. 1. de vent. in poss. mit. l. 1. de suc. ed. d. l. 2. & l. bona. de bon. poss.
c l. 1. C. com. de success.
d l. vlt. C. qui ad mit. ad bo. pos.
e d. l. vlt. C. qui admit. & h. t. & vtrobiq. Dd. vide etiam Vigl. §. fi. sup. de hære. qual. & diff.
f l. vlt. §. nos itaque. C. de cura furio.
g d. l. pen. & vlt. C. qui admit.
h vide tamen Alciat. contra sententiem lib. 2. Parad. ca. 13. & lib. 4. c. 1. & c. 6.
i in d. l. vlt.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM. Tit. XI.

1 *Continuatio tituli ad pręcedentes.*

Absoluit] 1 *duobus modis, per quos nobis res acquiruntur titulo vniuersali, aditione scilicet hęreditatis, & bonorum possessione, sequitur nunc tertius, qui ex arrogatione sumitur, iuxta ordinem ab Imp. sup.* [a] *de acquirendo dominio per vniuersitatem, præscriptum atque propositum.*

a §. fina. sup. per quas pers. nob. acq.

In princip. tit.

1 *Paterf. filiusfam. quis dicatur: & arrogatio quando fiat.*
2 *Arrogatus se & sua omnia subijcit arrogatori.*
3 *Operarum quę patrono libertis debentur, alia officiales sunt, alia artificiales.*
4 *Officiales operæ arrogatori non debentur.*
5 *Obsequia & operas differre.*
6 *Obsequiorum species quæ sint.*
7 *Ius agnationis minima cap. deminut. olim perdebatur, hodie secus.*
8 *Societas ad arrogatorem non transit.*
9 *Iustiniani Imper. constitutio, qua prohibetur tolli ius agnationis minima capitis deminutione.*
10 *Arrogator in bonis aduentitijs arrogati hodie nudum vsumfructum habet.*
11 *Quæ nobis extrinsecus acquiri dicantur.*

Est & alterius per vniuersitatem successio, quæ neque lege 12. tab. neque Prętoris edicto, sed eo iure, a quod consensu receptum est, introducta est. Ecce enim cum b paterfamilias sese in arrogatio

rogationem dat, *c* omnes res eius corporales & incorporales, *d* quęq; ei debitæ sunt, arrogati antea quidē pleno iure adquirebantur: *e* exceptis his, quæ per capitis deminutionē pereunt: quales sunt *f* operarum obligationes, *g* & ius agnationis vsus etenim & vsusfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit *h* nostra constitutio. *i* Nunc autem nos eandem acquisitionem, quę per arrogationem fiebat, coarctauimus ad similitudinem naturalium parentum. nihil enim aliud, nisi tantummodo vsusfructus, tam naturalibus parentibus quàm adoptiuis per filiosfamilias cum adquiritur in his rebus, *k* quæ extrinsecus filijs obueniunt, dominio, *l* eis integro seruato.

a *Quod consensu.*] *Id est, moribus & consuetudine* [a] *ciuili, quam consensus peperit, cuius interpretationis autor est Theophilus, qui hunc locum vberius sic exposuit:* νομιμία δὲ φησὶ πολιτικὴ ἡ ἄγραφος συναίνεσις τῶν σοφῶν ἐνίκα, τί εἰσηνέχθη ἀγράφως εἶτα διὰ τῆς χρήσεως ἐπολαβώθη καὶ τιλδαῖον ἰδόντες οἱ σοφοί, τοῦτο χρησιμον ἐβεβαίωσαν οἰκία συναίνεσει.

b *Paterfamilias sese in arrogationem.*] 1 *Hoc est, qui sui iuris, & suæ familiæ dominus sit, sicut contrà filiusfam. dicitur, qui in aliena potestate est. Arrogatio enim propriè fit, cum quis sui iuris existens, dat se in potestatem alteri loco filij, vt alibi* [b] *dictum est.*

c *Omnes res eius.*] 2 *Is ergo, qui se dat in arrogationem alicui, non tantum eius potestati subijcitur, sed etiam liberi eius, si quos in suis sacris habuit: quod suo loco vberius est* [c] *discussum. Sed & bona quoque istius arrogati omnia, seu quid in rebus corporalibus, seu in iuribus, aut nominibus consisteret, pleno iure, interdum etiam cum possessionis* [d] *commodo, patri arrogatori acquirebantur.*

d *Quaque ei debitæ.*] *Id est, nomina, quę sic acquiruntur arrogatori, vt in eum prorsus transferantur.*

e *Exceptis his.*] *Iusta est hęc exceptio: quia cum arrogatio ipsa sit quædam capitis deminutio,* [e] *necesse est, vt quę pereunt capitis deminutione, pereant etiam ipsa arrogatione.*

f *Operarum obligationes.*] 3 *[Operarū] quæ patrono a libertis debentur, duplex est species,* [f] *quędā [officiales dicuntur, & quædā [fabriles] siue [artificiales.] Illę vē domini, eiusque personam victum, curationem, ocium, quietem, voluptatem directè respiciunt: veluti etiam, cum nullo suo detrimento negocia eius gerendi, peregre cum eo* [g] *proficiscendi. Atque hoc est, quod Vlpian.* [h] *ait, proprietatem officialium & in dantis & in accipiendis persona consistere: [Artificiales] verò ad artificium pertinent, in quibus labor plus ad rem ipsam, & ad opus faciendum, quam ad personale ministerium, aut personam domini respicit. Horum numero sunt, si liberti sint, pictores, statuarii, phrygiones, lanifices, infectores, scribę, librarij, cerdones, sutores, fullones, sarcinatores, fabri, & omnino quicquid sit artis, vel laboris, quod rem laboratam* [i] *respiciat.* 4 *[Officiales] igitur [operę] soli patrono debentur, non arrogatori* [k] *eiusdē: ideoq; hic ab Imp. excipiuntur. Nam fabriles, pictorię, cętereque operę quasi in pecunię prestatione consistentes, quęque (vt dicti) ad artificium spectant, ad extraneum transeunt, & patrono etiam deberi* [l] *possunt. Accursius* [m] *obsequialium quoque operarum meminit, sed male.* 5 *[Obsequia] enim non esse operas, a Bartolo & Doctoribus bene obseruatū est: id quod, & tituli distincti, & separata ab operis obsequiorum conditio* [n] *arguit. Obsequia enim in honoris exhibitione, in reuerenti verecundia consistunt; operę verò ipsum operarij laboris tractum* [o] *significant. Quę autem sint obsequiorum species, vulgò tractatum est. Ad liberti nanque obsequia pertinent, vt assurgat patrono, veneretur, sanctam & honestam habeat eius personam, sine venia eum in ius non vocet, vocatum nulla impetat famosa actione, vel quę patroni sugillet opinionem: & in summa omnia ad syncceram redigat* [p] *tandem pietatem: & patronum inopem* [q] *alat, quę omnia & parentibus a liberis maximè sunt præstanda.*

g *Et eius agnationis.*] 7 *Alterum exemplum exceptionis suprascriptę est in iure agnationis quod veteri obseruatione etiam per minimam capitis deminutionem amittebatur: licet diuersum fuerit in iure* [r] *cognationis. Sed hoc discrimen hodie cessat, & cognatio agnatioq; ad ęqualia iura reducte sunt: vt alibi* [s] *quoque annotatum est.* 8 *Porrò præter supradicta duo exempla & ius societatis excipi debet. Sicut enim societas non transit ad hæredem, ita nec ad arrogatorem: ne videlicet aliquis inuitus alteri socius* [t] *efficiatur.*

h *Nostra constitutio.*] *Quę lib. 3. Co. tit. 33. ad Iulianum præfectum Prætorio adhuc* [u] *extat:* 9 *in qua dicit, [nolle se per omnem capitis deminutionem vsumfructum tolli, sed eam tantum, quæ vel libertatem, vel ciuitatem Romanam possit adimere.] Sed ante hanc constitutionem Iustinianeam Pauli & vt piani temporibus minima etiam deminutio extinguebat* [x] *vsumfructum: quod disertè Paulus lib. 3. recept. sentent.* [y] *expressit.*

i *Nunc autem.*] *Ius nouum recenset, à se introductum.* 10 *Noluit enim Imp. ius arrogatoris in bonis filij arrogati latius patere, quàm naturalis iustiq; patris in bonis filijsfa. Itaq; sicut naturalis pater ex Iustiniani constitutione,* [z] *in bonis, aduentitijs hodie duntaxat vsumfructum habet, remanente proprietate penes filium: sic etiam arrogatori in bonis, quæ extrinsecus, & aduentitio iure ad arrogatum peruenerint, vltra nudum vsumfructum nihil permittitur.*

K *Quæ extrinsecus.*] *Id est, iure aduentitio.* 11 *Sed & extrinsecus parantur nobis, quæ labore nostro acquiruntur: vt peculium castrense, vel quasi, non ex eius substantia, in cuius potestate sumus.*

l *Eis.*] *Filijsfamilias dominium, & proprietas rerum aduentitiarum penes filiosfam. remanet.*

a Vi. gl. sup. de pupil. sub. in pri. num. 22.
b sup. de adopt. in pri.
c §. illud. sup. de adopt.
d l. 16. si adoptauere. de præc.
e §. minima. sup. de capi. demin.
f l. 26. §. liber. l. si non sortem. de cond. ind.
g l. 38. hęc demū. ff. de ope. lib.
h l. 21. operę. d. ff. eod. tit.
i vide late Zas. in Int. sing. lib. 1. cap. 3.
k d. l. operæ. de ope. li.
l l. 6. fabriles. eo. tit.
m glo. hic verbo operarū. & d. l. si non sortem. §. libertus. de cond. indeb.
n l. 41. libert. qui operarum. de ope. liber. l. libertos. C. de obseq.
o Zas. d. c. 3. arg. l. ope. in pr. de ope. lib. & l. 1. in fi. eod. tit.
p l. 1. in pr. l. 2. l. parens. cum ll. seq. liber. de obseq. iuncta l. uenia. C. de in ius uoc.
q l. 1. C. de ope. lib. l. alimenta. §. 1. de libr. ag.
r §. fi. sup. de leg. ag. success.
s §. sed ea omnia. sup. de hær. q ab int. & §. placebat. inf. de leg. ag. succ.
t l. actione. §. societas. pro socio.
u l. corruptionē. §. vl. C. de vsu.
x l. 3. qui. mod vsusf. amit.
y tit. de vsuf.
z l. cum oportet. C. de bon. quæ li. d. §. sup. per quas pers. no. acq.

§. Mortuo.

1 *Arrogato sine liberis & fratrib. defuncto. succedit arrogator ad instar patris naturalis.*
2 *Si tamen pubes moriatur: nam si impubes, omnes agnati cognatiue praeferentur, qui alias ab intestato successissent.*

a Mortuo autem b filio arrogato c in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad arrogatorem d pertransit: nisi supersint e aliae personae, quae ex constitutione nostra partem in his, quae adquiri non possunt, antecedant.

a *Mortuo*] 1 *Arrogatur licet viuente arrogato solum vsumfructum habeat in aduentitijs: eo tamen sine liberis & fratribus defuncto, etiam dominium pater sibi acquirit, & ei succedit, vt pater naturalis filio: atq; haec est summa huius §.*

b *Filio arrogato*] 2 *Modò pubes extiterit: nam si adhuc impubes moriatur, omnes agnati cognatiue, ad quos ab intestato peruentura erat legitima hereditas, praeferentur: nempe ex illa cautione, quae interponi solet, dum impubes* [a] *arrogatur: non autem ex Iustiniani constitutione, cuius hic fit mentio.*

c *In adoptiua familia*] *Id est, in potestate arrogatoris, quia ab eo non fuerit emancipatus.*

d *Pertransit: nisi*] *Non quidem iure peculij, sed hereditario,* [b] *sic vt iam creditoribus filij obligetur in solidum, quasi eius haeres.*

e *Aliae personae*] *Veluti liberi aut fratres,* [c] *non etiam pater naturalis, vt Faber existimat. Placentinus tamen hic naturalem patrem ac matrem simul admittit: quod & Angelus docere uidetur, sed subobscure. Faber certè expressim hoc reprehendit, asserens, constitutionem,* [d] *cuius hic Imp. meminit, non esse in arrogatore correctam.*

a de qua dixi in §. cum autem imp. sup. de adopt.
b per ea quae dicit Ang. hic.
c l. vlt. C. com. de succ.
d in d. l. ult.

§. Sed ex diuerso.

1.2 *Arrogator quatenus teneatur ad debita filij arrogati.*
3 *Si haereditas arrogato delata sit, quid iuris.*

a Sed ex diuerso, pro eo quod is b debuit, qui se in adoptionem dedit, c ipso quidem iure arrogator non d tenetur, sed nomine filij conuenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur e creditoribus per competentes nostros magistratus, bona quae eius cum vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

a *Sed ex diuerso*] *Iure nostro alius pro alio conueniri non potest, nisi sit in potestate eius, quo* [a] *tempore contrahit.* 1 *Sed quia arrogatus non, nisi per patrem, conueniri potest 1 cum de aduentitys quaeritur, pater nomine arrogati conueniri potest, vt vel eum defendat, vel in eius bona, quae in arrogationem attulit, missionem* [b] *patiatur.*

b *Debuit, qui se in adoptionem*] 2 *Scilicet ante factam arrogationem: nam in his, quae post arrogationem filius gessit, arrogator saltem peculio tenus ipso iure obligabitur & conuenitur.* [c] 3 *Caeterum si haereditas ipsi delata fuerit, distinguitur, an iussu patris adierit, vel non: & an filio repudiante pater adiuerit pro se, vel contra: sicut, & circa patrem naturalem constitutum* [d] *est.*

c *Ipso quidem iure*] *Obserua, quod ipsum ius dicit Praetorium.*

d *Non tenetur*] *Quia non eum habuit in potestate tempore contractus, alioquin teneretur* [e] *de peculio.*

e *Creditoribus*] *Nimirum arrogati: quod ideo constitutum est, ne in creditoris fraudem fiat Arrogatio.*

a vt inf. quod cũ eo, &c.
b l. Fulcinius §. si quis actione. qui. ex cau. in pos. ea, & Fab. hic.
c l. in arrogatorem. de pecu. leg.
d l. fin. § 1. C de bo. quae lib.
e d. l. in arrogat.

DE EO, CVI LIBERTATIS CAVSA BONA ADDICVNTVR. Tit. XII.

1 *Restituta lectio tit. de in diem addic.*
2.3 4 *Addicere quid?*
5 *Addicti qui dicantur.*
6 *Verba, Do, dico, addico.*
7 *Dies fasti, nefasti qui dicatur.*

Quartus] *modus hic proponitur, quo per vniuersitatem consequimur rerum dominia: & hic acquirendi modus ad eos pertinet, quibus libertatum conseruandarum causa bona addicta fuerint. Est autem* [*addicendi*] *verbũ in iure nostro, admodũ frequens.* 1 *extatq; in Pandectis titulus,* [*De in diem addictione.*] *Sic enim propriè legendum esse, Budaeus* [a] *ibidem contendit, cui multi docti viri subscribunt, cũ vulgus,* [*De*

a Budae. tit. de in diem addic.

in

in diem addictione,] legas. sicut & hic in vulgatis Codicibus habetur verbum, [adijciuntur,] non autem, [addicuntur.] Quanquam Alciatus [b] *a vulgata lectione non putet recedendum. 2 Est autem [addicere, inter alia destinare, seu deuouere: quomodo aut Cicero lib 3. offic. accipitur. [Cum is] (inquit) [qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset.] de duob. Pythagoricis loquens. 3 Aliâs [addicere;] est licitanti rem auferendam permittere: quod cum aliquando non statim, sed in diem certum fieri soleat, ideo extat titulus, [De in diem addictione,] qui de permissu auferendæ rei venundatæ tractat,* [c] *non die die emptioni præscripta vel adiecta. 4 Aliâs denique [addicere] est auctionem facere, hoc est, proscribere rem, & licitantibus obijcere, vt maius precium offerens emptam habeat. Vlpianus:* [d] *[Si pignora] (inquit) [quæ capta sunt, emptorem non inueniant, rescriptum est ab Imperatore nostro, & diuo patre eius, vt addicantur ipsi, cui quis condemnatus est:] h.e. creditori ex re iudicata, qui pignora debitoris condemnati, & non soluentis auctionari petierut. 5 Inde [addicti,] dicuntur homines obærati, seu nexi, qui lege 12. tabul. creditoribus ob æs alienum in seruitutem temporariam addicebantur: quod & hodie quædam ciuitates imitantur, prædura ratione. 6 Nota etiam sunt tria illa verba forensia:* [e] *[Do, dico, addico:] quæ Prætor fastis diebus proferebat, id est, pronunciando adiudicabat, dominiumq; transferebat, quod vel secundo decreto fit hodie: quod & Ouidius lib. 2. Fastor. expressit: [Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit per quem lege licebit agi. 7 Et Varro lib. 5. de ling. lat. [Dies fasti,] ait, [per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Contrarij horum nefasti, per quos dies nefas fari prætorem, Do, dico, addico.] Verbum igitur proprium Prætoris erat, rei dominium in aliquem transferentis, vt ex Verrinis Ciceronis & Comœdia Plauti in Pœnulo constat: [vbi in ius venerit, Addicet prætor familiam totam tibi.]*

b l. quinque pedum. C. fi. reg. num. 60.

c Bud. ibid.

d l. a diuo Pio. §. si pig. de re iu.

e de quib. etiam Macr. lib. 1. Satur. & Io. Mōt.

Princip. tit.

1 *Hæres anomalus.*
2 *Quis hodie testatorum ordo seruetur.*
3 *De verbo Cautionis.*
4 *Solidum quomodo hic accipiatur.*
5 *Orcini liberti qui dicantur.*

Accessit *a* nouus casus successionis ex cōstitutione diui Marci. Nam si ij qui libertatem acceperunt a domino *b* in testamento, ex quo non aditur hæreditas, velint bona sibi *c* addici *d* libertatū conseruandarum causa, audiuntur. Et ita diui Marci rescripto *e* ad Pompilium Rufum cōtinetur. *f* verba rescripti ita se habent. Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, *g* nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona eius esse cœperūt, vt uenire debeāt, is cuius de ea re notio est, aditus rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tā earum, quæ directò, quàm earum, quæ per speciē fideicōmissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: *h* si idoneè creditorib. caueris *i* de solido, quod cuique debetur, soluendo. *k* Et ijsquidem quib. directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hæreditas adita esset. Hi autem, quos manumittere hæres rogatus est, à te libertatem consequentur: *l* ita autem si non alia conditione velis tibi bona addici, quā vt ijs etiam, qui directò libertatem acceperūt, *m* tui liberti fiunt. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ij quorum de statu agitur *n* consentiunt, autoritatem nostram accomodamus. Et ne huius rescriptionis nostræ emolumētum alia ratione irritum fiat: si fiscus *o* bona agnoscere voluerit, & ij *p* qui reb. nostris attendunt, sciant commodo pecuniario præferēdam esse libertatis causam: & ita bona cogenda, vt libertas *q* ijs salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hæreditas ex testamento adita esset.

a Nouus casus.] 1 Rectè inquit, [nouus casus:] cū enim hæc succedendi ratio nec iure ciuili heredem faciat, nec bonorum possessorē iure Prætorio, planè noua est: proindeq; heres sine certa qualitate siue anomalus dici [a] *potest, quamuis bonorum possessori, propter interuentum iudicis, valdè affinis* [b] *videatur.*

b In testamento.] Vel codicillis, sicut infra subsequitur.

c Addici.] Destinari & adiudicari: a Prætore, scilicet, vel eo, cuius de ea re notio, siue iurisdictio est.

d Libertatum conseruandarum causa.] id est, propter tuendas & conseruandas libertates, quæ aliàs perirent, nemine hereditatem adeunte.

e Ad Pompilium Rufum.] Si hic seruus fuit (vt Theophilus putat) cognomen sortitus est manumissoris: & ad id tempus respicit Iustinianus. nam serui cognomina habere non [d] *solent. Verum ex rescripti verbis adparet, hunc extraneum aliquem fuisse, non vnum ex seruis manumissis.*

f Verba rescripti ita se habent.] Huius D. Marci constitutionis sententiam Iustinianus etiam alibi plenè refert, multasq; dubitationes circa eandem exortas decidit. Sed & Vlpianus [f] *eiusdem breuiter meminit. [Constituti D. Marci] (inquiens) [iubet libertatem competere seruo, & bona ei addici, si idoneè creditoribus cauerit de solido, quod cuique debetur, soluendo.] Subijcit autem postea idem Vlpianus multa, quæ ad interpretationem eiusdem constitutionis pertinent: quę singula nimis longum foret hic adscribere. 2 Illud non omittendum, hodie ex Nouella Iustiniani lege* [g] *hunc ferè ordinem testatorum frequentari*

a Zas. in sing. intell. li. 1. c. 2. n. 3.

b ita in effectu Placent. hic.

c §. in primis. inf. eod.

d Baro hic & in §. si quis in nomine. supr. de lega.

e l. h. C. de testa. man.

f l. 2. de fid liber.

g Nou. de hære. & Falc. §. si vero oblatam.

Herede ex testamento non existente, prima succedendi ratio est substitutorum: deinde cohæredum: post hos fideicommissarij & legatarij: quarto autem loco seruorum, qui libertatem receperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, per addictionem bonorum libertatum tuendarum gratia: quibus omnibus deficientibus, postremo loco Fiscus succedit.

h inf. uers. & ne eius. *i l. eam quã. C. de fideicom.* *k l. 4. de fid liber.*

g *Nemine successore.*] *Hoc ita accipe, vt nec ab intestato quidem successor existat. Nam in fauorem libertatis, si scriptus heres non adeat, qui ab intestato adibit, iure singulari præstabit fideicommissarias libertates: & directę perinde competent, ac si ex testamento hereditas adita* h *esset. Regulariter contrà, cum ex testamento non aditur hereditas, in causam intestatæ recidit, vt nec legata præstanda sint, nec fideicõmissa, per eum, qui intestato* i *succedit. Cæterum quãdiu incertum est, vtrum existat successor, cessat hęc D. Marci constitutio, vt Vlpianus* k *ait, & ipse postea Iustinianus.*

l l. saneimus. C. de verb. sign. *m d. l. 4 § addici.* *n d. l. vl. C. de tes.*

h *Si idoneè*] 3 *Quamuis [cautionis] verbo veniat tãtum nuda simplexq;* l *promissio: tamen si adijciatur verbum (idoneè) vel aliud æquipollens, satisfactionem significat: quæ fit fideiussoribus, vel pignoribus. Sed etsi fides habita fuerit nudè repromittenti, idoneè cautum* m *videbitur.*

i *De solido*] 4 *De solido ita accipe oportet, ait Vlpianus, de sorte, & vsuris debitis. licet tamen de parte* n *pacisci.*

o d. l. 4. *p sup de sing. re. per fid. re. in fi.* *q d. l. fi. C. de tes. ma.*

k *Et ij quidem*] 5 *Si hereditas adita sit, [Orcini] fiunt directò manumissi, vt Vlpianus nominat:* o *id est, liberti testatoris ad Orcum euntis. [Orcum] enim Latini Ditem patrem appellarunt. quare cũ libertus ille nullius libertus sit, Ditis, Plutonis vel Orci libertus nominatur, atq; Orcinus dicitur. Si verò verbis precarijs libertas relinquatur, fiunt liberti heredis* p *manumittentis. Quare & hoc iure singulari, siue vnus ex his, quibus libertas relicta sit, siue extraneus quilibet, petat bona defuncti sibi addici, cautione suprascripta vltrò data, qui liber esse iussus est, Orcinus erit: qui verò fidei heredis commissus est, libertus fiet eius, cui bona sunt addicta. Sed & consentientibus seruis, directò liberi esse iussi eiusdem liberti fient, nisi malint quidem ex his in seruitute* q *permanere.*

l *Ita ut si*] *Legendum, Ita autem, si: id est, ita autem Orcini erunt liberti, perinde ac si adita hereditas fuisset, & e. sicut I. C. Gallię hic notauit.*

m *Tui*] *Id est, ex Orcinis fiant tibi obnoxij, & à te libertatem accipiant, tanquam fideicommissariam.*

r d. l. fin. n *Consentiant*] *Nisi enim consentiant, non impeditur addictio bonorum, sed illi* r *remanent serui.*

s d. l. 4. §. eanden. o *Si fiscus*] *[Eadem constitutio] (inquit Vlpianus* s *) [prospexit, ut si fiscus bona admiserit, æquè libertates competant.] Ergo siue bona fisco spernente, siue is agnouerit, constitutio habet locum.*

p *Qui rebus*] *Procuratores fisci intelligit.*

t Ibid. q *Is salua sit*] *Etiam ijs, quos legatarius rogatus est manumittere: [Quoniam omnibus] (inquit* t *Vlpianus) [generaliter constitutio voluit libertatem præstari, quibus competeret, si hereditas adita fuisset.]*

§. Hoc rescripto.

1 *Ignominiosum olim fuisse, bona sub hasta venire.*

Hoc rescripto subuentum est & a libertatibus, & defunctis, *b* ne bona eorum a creditoribus possideantur, & væneant. Certè si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorũ venditio: existit enim defuncti *c* defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

a §. vl. sup. de do. a *Libertatibus & defunctis*] *Quibus semper iura nostra plurimum fauoris tribuunt.* a *Ostendit autem Imp. hoc §. vtilitatem huius constitutionis, quam D. Marcus edidit.*

b §. 1. sup. qui ex cau. ma. nõ li. b *Ne bona eorum*] 1 *Sanè valde ignominiosum apud veteres fuisse alibi* b *annotauimus, si bona defuncti sub hasta, præconisq; voce veneant: idemq; Cicero in oratione pro P. Quintio eleganter docet.*

c l. ergo quãdiu. §. is autem. de fid liber. *d eod. l. §. pen.* c *Defensor*] *Is scilicet, cui bona sunt addicta: quoniam causam defuncti tuebitur, poteruntq; creditores aduersus ipsum tanquam bonorum possessorem* c *crediti suo nomine* d *experiri.*

§. In primis hoc.

1 *Is cui bona addicuntur nihil referre, an sit ex testamento, uel ab intestato heres.*
2 *Constitutio D. Marci quando locum habeat.*

a In pimis hoc rescriptum toties locum habet, quoties testamento libertates datę sunt, Quid ergo si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neq; adita sit ab intestato hæreditas: *b* an fauor constitutionis debebit locum habere. Certe si testatus decesserit, & codicillis dederit libertatẽ, competere eam nemini dubium est: Tunc constitutioni locum esse verba ostendunt, *c* cum nemo successor ab intestato existat. *d* Ergo quandiu incertum erit, vtrum existat, an non: cessabit constitutio, Si verò certum esse cœperit, neminem existere; tunc erit constitutioni locus.

a In

a In primis.] Hic §. paucis edocet, quando locum habeat D. Marci constitutio.

b An fauor.] In quibusdam codicibus deest vocula, an, & rectè, meo iudicio: vult enim Imp. hoc etiam casu locum esse constitutioni D. Marci ex æquitate, perinde ac si testatus quis decessisset, data in codicillis libertate seruo alicui, &c. sicut I.C. Galliæ hic scitè explicat. Paria enim iura Aequitas exigit in pari causa.

c Cum nemo successor.] 1 Quærit [a] Accursius, vtrumne ex testamento, an ab intestato hæres sit, cui bona addicuntur; Vlpianus [b] respondet, [bonorum possessori assimilari:] qui hæres quidem non est, sed bonorum possessio ex testamento ei datur, cum testamentum ratum est: ab intestato verò, cùm hæres non existit [c] testamentarius. a hic. verbo suc. b l. 4. de fid. lib. c sup. de bo. pos.

d Ergo quandiu.] Hic locus ex eiusdem Vlpiani [d] responso desumptus est: cuius verba huc transferri facilè possunt. 2 Rescriptum ergo D. Marci non antè, quàm neminem hæredem fore constiterit, obtinet. d in d. l. 4.

§. Si is qui.

1. 2 *Dubitandi causa in hoc §. itemque decidendi.*
3 *Libertas semel competens non reuocatur: & quæ sit ratio.*

Si is qui integrum restitui potest, abstinuerit hæreditate: an quamuis potest in integrum restitui *a* possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? Quid ergo si post addictionem libertatū conseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? *b* vtiq; non erit dicendum reuocari libertates, quia semel competierint.

a possit admitti.] 1 Videbatur cessare constitutionem nec valere addictionem bonorum, quandiu hæres potest restitutionem in integrum impetrare, atque ita denuò hæreditatem adire. Verè enim hoc casu dicitur, non esse certum, ex testamento, uel ab intestato neminem successorem extare. 2 Attamen æquius est, ut fauor constitutionis locum obtineat: sicque Vlpianus ante Iustinianum respondit: [a] unde totus hic locus est descriptus. a l. 4. §. si is qui. de fideic. lib.

b Vtique non erit.] Quamuis tali casu, cum post factam addictionem bonorum minor est restitutus, is cui bona addicta fuerunt, de hæreditate cedere teneatur, ad huius scilicet restituti compendium & periculum: quippe cum in pristinum statum omnia reponi [b] censeantur. 3 Libertates tamen, quæ semel competierunt, [c] non reuocantur. Aetiologia est, quoniam datio libertatis non retractatur, etiam si ad eam causam perueniat, secundum quam libertas ita dari non [d] potuerit. Obserua ergo ex hoc contextu, restitutionem minoris, siue abstinuit, siue adijt, non nocere libertatibus iam competentibus. b l. 1. & 2. C. si vt omisl. hæred. c hic. & d. l. 4. d §. semel sup. q. ex cau. ma. nō lic. l. 3. C. de test. ma.

§. Hæc constitutio.

1 *Facta in fraudem creditorum non valent.*
2. 3 *Dubitandi causa, decidendique in hoc §.*
4 *Verbum, ex ll. vel constit. quomodo intelligendum.*

a Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat hæc constitutio. *b* Quid ergo, si uiuus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est, vt audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

a Hæc constitutio.] Adhuc persistit Imp. in interpretatione constitutionis D. Marci, [a] docetq; huic locū non esse, nec in quempiam bonorum addictionem fieri posse, nisi data sit [a] defuncto libertas. Neque enim in alium finem aut effectum introducta est huiusmodi [bonorum addictio,] præterquam, vt datæ libertates in integro statu conseruentur. a §. 1. sup. qui. ex cau. ma. non licet.

b Quid ergo.] 1 Lex [Aelia Sentia] vetuit, in fraudem creditorum seruos manumitti, non solum in testamento sed & inter viuos. Conceditur etiam Pauliana actio, vt quæ in fraudem facta sunt, [b] reuocentur. 2 Rectè ergo dubitari potuit, si cui vel inter viuos, vel per mortis causa donationem libertas data sit a patrefa. qui nunc mortuus est, eiq; ipsa morte patroni confirmatum sit datæ libertatis [c] beneficium: creditores verò hæreditarij contendant, hanc libertatis dationem in ipsorum fraudem factam esse, an libertas defendi possit? 3 Et si quidem is, qui libertatem acceperit, offerat cautionem de soluendo creditoribus solido, quod cuiq; debetur, bona defuncti (nullo existente hærede) sibi addici debent. Sed & extraneus rectè hoc casu petit sibi bona addici. Cessat enim omnis fraus, postquam cautum est de solido [d] soluendo. Et hoc casu quidem verba constitutionis cessant, sed Imper. id ita ex illius mente seruandum esse censet. 4 Verbum enim (ex legibus vel constitutionibus) sic accipiendum est, tam ex earum sententia, [e] quàm ex verbis: quemadmodum alibi declaratur. b §. item si quis in fraudē. inf. de actio. l. 1. quæ in frau. cre. c iuxta materiā. d. §. 1. & l. etsi debitor. d mor. cau. don. d d. l. 4. in fraudē de fid. lib. e l. nominis. §. uer. d ver. sig.

§. Sed cum multas.

1 *Quæ accesserint D. Marci constitutioni ex lege Iustiniani.*

Sed cum multas diuisiones eiusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est a nobis *a* plenissima constitutio, in qua multæ species collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum: quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

a l. vlt. C. de test. mau.

a Plenissima constitutio.] Extat hæc Iustiniani constitutio [a] *lib. 7. Codicis.* 1 *Illud autem hac Iustiniani constitutione accessit D. Marci rescripto, vt post venditionem rerum intra annum admittatur, qui cupiat sibi bona addici, vel plures concurrentes, idem petant. Si per temporum interualla adeant iudicem, qui prior sit tempore, prærogatiuam habeat: modo de solido soluendo caueat, aut certè iam idoneè atq; sequentes. Nam si de parte cautionem obtulerit, & posterior intra annum maiorem offerat cautionem, audiendus erit. Pacisci etiam creditoribus de parte licebit.*

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS, QVAE FIEBANT PER bonorum venditiones & ex senatusconsulto Claudiano. Tit. XIII.

Continuatio tituli.

a §. final. sup. per quas pers. no. acquir.
b §. 1. sup. de test.

Quatuor.] per vniuersitatem acquirendi modos hactenus Imp. [a] *explicauit: sed quia fuerunt olim & alij duo modi, licet è medio nunc sublati, de his tamen, sub hoc titulo velut pro coronide obiter tractare voluit: ne scilicet antiquitatis quicquam ignoraretur.* [b] *Prior modus, est [successio per bonorum venditiones:] alter, est [acquisitio ex S.C. Claudiano.]*

In princip. tit.

1 *Successio per bonorum venditiones quales olim ambages habuerit.*
2 *Emptor bonorum debitoris, successor Prætorius fiebat.*
3.4 *Iudicia ordinaria & extraordinaria quæ fuerint olim.*
5 *Hodie veterem formularum vsum sublatum esse.*
6 *Iure Pandectarum bonorum emptores non succedunt: sed creditoribus conceditur, bona debitorum officio iudicis possidere.*
7 *Quid iure nouissimo obtineat hac in re.*

Erant *a* ante prædictam successionem olim & aliæ per vniuersitatem successiones: qualis fuerat *b* bonorũ emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, & tũc locum habebat, quando *c* iudicia ordinaria in vsu fuerunt, sed cum extraordinarijs iudicijs posteritas vsa est, ideo cum ipsis ordinarijs iudicijs etiam bonorum venditiones expirauerunt, *d* & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona possidere, & prout utile eis visum est, ea disponere. quod ex latioribus Digestorum libris perfectius apparebit.

a Ante prædictam successionem.] Quæ scilicet fiebat per addictionem bonorum tuendæ libertatis gratia: de qua præcedenti titulo dixit.

a hic.
b vt hic & l. 4. de fidei. liber.
c Baro hic.
d l. vlt. de priua. del. l. vlt. de fur. l. ordo. de pub. iud.
e ff. de var. & extra. cog. Vi. & t. de extraord. crimi. l. vlt. C. de interd. l. pe. de neg. gest. & hic.
f vt d. §. fin.
g l. vnica. C. de for. & impe. subl.

b Bonorum emptio.] 1 *Qualis autem hæc fuerit, quasq; ambages habuerit, Theophilus* [a] *refert. Nã creditores ter adire Prætorem oportebat: primum, vt liceret bona obærati debitoris possidere: deinde, vt permitteret eis magistrum curatoremue bonis constituere, cum quo contraherent, si qui bona proscripta vellent emere: tertium, vt liceret legem dare bonorum venditionis, & cum emptore, cui addicerentur, de parte eius, quod cuiq; deberetur, pacisci.* 2 *[Is emptor bonorum] dicebatur, fiebatq; successor Prætorius, & assimilabatur bonorum possessori, ad exemplum eius, cui bona libertatis conseruandæ causa addicta* [b] *sunt. Et ideo actiones, quæ debitori in eum competebant, directò huic & in hunc vtiliter* [c] *dabantur.*

c Iudicia ordinaria.] 3 *[Ordinaria iudicia] dicta fuerunt tam ciuilia, quam* [d] *criminalia, in quibus solennis quidam ordo obseruabatur: nam & actiones, præscriptis solemniterq; conceptis & formatis verbis a collegio Pontificum impetrare oportebat, & impetratæ adeo superstitiosè intendebantur, vt si quis a syllaba cecidisset, causam amitteret: quod & Cicero testatur.* 4 *[Extraordinaria] vero [iudicia] dicebantur, in quibus non habebatur ordinis ratio, sed extra ordinem uel quærebatur de crimine, uel cognitione Prætoris, aut Præsidis ciuiliter negocia* [e] *explicabantur. Ergo cum omnia iudicia dicuntur* [f] *[extraordinaria,] præsentem exercitationem iudiciorum respicimus: cum verò [ordinaria] adhuc quædam appellantur, relatio fit ad præteritum.* 5 *Equidem sublata est hodie* [g] *in vniuersum solennitas, & vetus ordo priscarum formularum.*

d Et tantummodo.] 6 *Iure in Pandectas & Codicem relato emptores bonorum non succedunt debitori*

sed

sed officio iudicis conceditur creditoribus, bona possidere debitoris, & vt visum erit, ea disponere. Qua de re peculiares tituli in Pandectis extant, [De bonis autoritate iudicis possidendis:] item, [Quibus ex cau. in bo. possessionem eatur.] 7 Lege verò Nouellarum [h] modus huic rei adhibetur, vt creditores pro quantitate debiti mittantur in possessionem, & iubeantur possidere: & hoc iure hodie vtimur.

h Auth. & q in- rat. C. de bon. aut. iud. possi.

Versf. erat &.

1 *Pœna mulierum quæ seruis se coniungunt. ex S.C. Claudiano.*
2 *S.C. Claudianum hodie sublatum esse.*
3 *Quæ sit pœna mulieris, quæ se commiscuit seruo proprio.*
4 *Quid hodie obtineat.*

Erat & *a* ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per vniuersitatem acquisitio: cum libera mulier serui amore bacchata, *ipsam* libertatem per Senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam. *b* quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & a nostra ciuitate deleri, & non inseri *c* nostris Digestis concessimus.

a **Ex S.C. Claudiano.**] *Hoc S.C. Claudij Cæsaris temporibus factum promulgatumq; est. Cur autē Claudij Imp. nomine sic appellatum sit, non satis constat: & Senatusconsulta non ex Imp. sed ex consulum referentium nomine appellata fuisse* [a] *non est dubium.* 1 *Scribit enim Cor. Tacitus,* [b] *Claudium Cæsarem retulisse ad Patres de pœna fœminarum, quæ seruis coniungerentur: statuisseq; Senatum, vt ignaro domino ad id prolapsæ, in seruitutem sui consensisse videretur, & qui nati essent, pro libertis haberentur. Hoc ergo senatusconsulto dominus serui post trinam denunciationem factam liberæ mulieri, ne cum seruo commisceretur, probatis apud Prætorem denunciationibus postulabat iure suo, vt sibi mulier cum bonis omnibus addiceretur:* [c] *atque ita [per vniuersitatem] acquirebat dominus talem fœminam, cum omni sua substantia.*

b **Quod indignum.**] 2 *Sublatum enim est S.C. Claudianum Iustiniani lege, qua domino permittitur in seruum suum competens castigatio, & a libera muliere auulsio: quam si negligat, damno ei* [d] *fore. Prædicta autem vera sunt, in muliere, quæ seruo se alieno commiscuit.* 3 *Nam si cum proprio seruo consuetudinem habuerit, pœnas de ea re constitutas* [e] *sustinebit.* 4 *Sed iure hodierno huiusmodi mulier neque libertatem neque substantiam perdit, sed magis cum seruo matrimonium contrahere* [f] *permittitur, & seruus fiet liber ciuisque* [g] *Romanus.*

c **Nostris Digestis.**] *Sed nec Codici illam inseri permisit. solum enim vt abrogetur, in sua Constitutione* [h] *generaliter attingitur.*

a §. senatuscons. sup. de iu. nat. gen. & ciuili.
b lib. 12.
c l. 1. C. de S.C. Claudia. toll.
d d. l. 1. in fi. & l. vlti. in fi. C. de agri. & censi. libro 11.
e l. 1. C. de muli. quæ prop. ser. se coniu. & in C. Thod. lib. 9. tit. 6.
f l. vlt. C. de agr. & cens. lib. 11. c. 2. & 3. de coniu. seruo.
g argu. l. 1. §. sed & si quis homini. C. de Lati. li. toll.
h d. l. 1. C. de S.C. Claud. toll.

DE OBLIGATIONIBVS. TIT. XIIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Obligatio causam ex natura trahit.*
3 *Communicatio rerum & operarum omnino necessaria.*
4 *Tam contractus, quàm delicta, obligationem pariunt.*
5 *Obligatio duas habet species.*
6 *Causa naturalis obligationis quæ sit.*
7 *Causa ciuilis obligationis quæ.*
8 *Exemplum obligationis naturalis & ciuilis simul.*
9.10 *De naturali obligatione sola sine ciuili exempla.*
11 *Effectus naturalis obligationis est, parere exceptionem: interdum etiam actionem parit. num. 12.*
13 *Casus, vbi nec naturalis, nec ciuilis, obligatio nascitur.*
14.15 *Obligatio ciuilis sola sine naturali.*
16 *Exemplū, vbi ciuilis obligatio cum naturali oritur, & naturalis deinde a ciuili diuellitur: & è contra. nu. 17.*
18 *Obligationis ciuilis officium siue effectus.*
19 *Officium naturalis & ciuilis obligationis simul.*
20.23 *Explicata definitio obligationis.*
21 *Rei nomen generale.*
22 *Obligationem mixtam, id est, naturalem & ciuilem simul hic definiri.*

Nunc transeamus ad obligationes. Obligatio, est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura.

1 *Admonuimus.*] *alibi,* [a] *[dominium & obligationem] duo esse summa ac præcipua iuris ciuilis capita,*

a sup. in rubr. de rerum diu. numero 2.

ad

ad quæ reliqua omnia, quæ in legibus sunt, referantur. Absoluto igitur priore capite, [de rerum] scilicet [b] [domino,] restat, vt [De obligationibus] videamus, totamq; contractuum rationem pertractemus. 2 Sicut autem [Dominium] (si de prima origine loquamur) primæuam causam & vnicam habet, ius naturale, siue [c] gentium: ita quoque idem ius naturale [obligationem] [d] introduxit. Nam cum distincta iam essent rerum dominia, ob extremam necessitatem humanæ concupiscentiæ, fiebat, vt id, quod nostrum esset, inuitis nobis auferre non [e] liceret. 3 Opus ergo fuit alijs quibusdam medijs ad introducendam mutuam omnium rerum & operarum communicationem sine vllo grauamine: cum sine tali communicatione res humanæ consistere non possint: imò talem communicationem. Naturæ præceptum omnino exposcat, quod iubet, diligendum esse proximum, illiq; benefaciendum, nocendum verò [f] nemini. Non possumus autem commodius alter alteri benefacere, quàm si communicemus inuicem vel res nostras, vel officia. Rursus illi communicationi ob id modus erat præscribendus, & certæ formulæ communicandarum rerum, quòd aliàs nunquam expletura esset hominum affectus insatiabiles. Tales autem sunt omnes contractus & conuentiones populares, ex quibus inuicem obligamur. ex his igitur alterum iuris caput, nempe [Obligatio,] exortũ est. 4 Quanquam non solum contractus, verumetiam delicta obligationem parere indubitatum sit, vt mox dicemus. Et hæc de origine primæua obligationis. 5 Habet autem [Obligatio] præcipuè duas species, [Naturalem] scilicet & [Ciuilem:] vtriusq; hæc est natura, vt vel cum altera coniungatur, id quod vt plurimum fit: vel per se sola subsistat, quod rarius accidit. Cæterum partes non habet [Obligatio:] quia non partim naturalis imperfectum, & quod ad alterius acquisitionem [g] requiritur. 6 Causa naturalis obligationis est, contractus & delictum. Quam primum enim tecum aliqua de re contraxi seu conueni, ex hoc nascitur obligatio naturalis ob mutuum nostrum consensum, qua naturaliter obstringeris: vt aliquid mihi vel des, vel facias de quo inter nos conuentum est. Et hæc [obligatio] rectè [naturalis] dicitur, quia nihil tam naturale est, quàm pacta seu conuentiones [h] seruari. Pari ratione postquam deliquisti, quia dedisti mihi damnum, aut iniuria me effecisti aliqua obligaris pœnam soluere. Naturalis enim ratio inter omnes gentes constituit, vt delicta [i] puniantur. 7 Causa ciuilis obligationis est subscriptio legislatoris, vel adprobatio iuris ciuilis. Statim enim postquam legislator naturali obligationi subscribit, postquam ius ciuile illam adprobat, siue sit ex contractu, siue ex maleficio, hęc subscriptio seu adprobatio ciuilem obligationem introducit. 8 Sume nunc exemplũ, vbi mixta obligatio, id est, & naturalis & ciuilis simul nascitur: Emi abs te seruum Stichum, ex hoc contractu oritur naturalis obligatio, qua tu mihi obligaris Stichum tradere. Deinde ius ciuile adprobat hanc conuentionem, iubet etiam, ut venditor rem emptam tradat: ex hac adprobatione ciuilis obligatio producitur, qua deuinctus es Stichum tradere. obligaris ergo vtroque modo tam naturaliter quàm ciuiliter, vt eum tradas. Et hanc obligationem rectè [Mixtam] dixeris. 9 Videamus modo exemplum, vbi naturalis obligatio est sola sine ciuili: veluti cum legislator propter circumstantiam fortè impedientem, eam conuentionem, ex qua hęc naturalis obligatio fluit, non adprob at: vt si credam pupillo pecuniam sine tutoris autoritate, atque is eam pecuniam malè [k] consumat: si frater credat fratri, 10 quorum vterq; sit in patris [l] potestate. Impedit enim circunstantia personæ, quo minus ciuilis obligatio nascatur. Idem est, si pater contrahat cum filio, dominus cum seruo: ex his enim contractibus proficiscitur naturalis obligatio sine ciuili, quoniã legislator, seu ius ciuile huiusmodi contractibus non subscribit: tum quia tales personæ habentur pro vna, tũ quia indiuisum habent patrimonium. Quemadmodum autem naturalis obligatio ex contractu proueniens sine ciuili consistere potest: ita idem quoq; obtinet in ea naturali, quę ex delicto nascitur: veluti si filius aliquid patri [m] surripiat, vel seruus domino. 11 Officium verò siue effectus naturalis obligationis est, parere non quidem actionem, sed tantum exceptionem, impedireq; soluti [n] repetitionem: tametsi quandoq; et actionem [o] pariat: si magna aliqua causa subsit. Deinde satis hæc quoque est ad compensandum: [p] nouandum, [q] constituendum, [r] item vt accedat fideiussor, [s] vtq; pignus accipiatur. [t] 12 Quod autem dictum est, [naturalem obligationem non producere actionem:] hoc verum est, si vna & simplex fuerit. si verò sit geminata, tunc efficax est ad proferendam actionem. Est enim regula, [quod vbi procedit debitum naturale tãtum, si illud idem debitum nudo pacto promittatur vel a debitore, vel ab alio, inducatur constitutum, locumq; habeat actio de constituta [u] pecunia.] 13 Porrò contingit interdum, vt neutra obligatio oriatur, nec naturalis, nec ciuilis, quando scilicet lex conuentionem aliquam nominatim & expressis verbis improbat, vt si pupillus contrahat cum tutore, [x] vel alter coniugum alteri donet. [y] his enim & similibus casib. vtcunq; consentiant inter se contrahentes, [z] nec naturalis quidem obligatio exoritur, ob expressam iuris ciuilis, siue legis prohibitionem. 14. Quemadmodum autem naturalis obligatio, sine ciuili consistit, ita quandoq; ciuilis sola inducitur sine naturali: vt si scribam syngrapham, accepisse me centum a Titio, eamque ipsi spe futuræ numerationis tradam, atq; is accipiat syngrapham, neque tamen numeret pecuniam: hic oritur sola ciuilis, propter autoritatem & approbationem [a] legislatoris. fallitur tamen legislator hac in specie colligendo a plerunque accidentibus, pecuniam esse numeratam, cum id testetur syngrapha, donec tandem veritas in iudicio discutiatur. Naturalis autem obligatio non potest oriri, cum pecunia non sit numerata, deficiatque consensus: eatenus enim consensit debitor, qui syngrapham dedit, quatenus ipsi numeraretur pecunia. 15 Hinc tradidit [b] Bartolus, [obligationem ciuilem] esse, quando quis est obligatus non ex instinctu iuris naturalis, sed tantum ex dispositione iuris ciuilis, deficiente consensu debitoris. Sic si vi & tali metu, qui in virum constantem

b a pri. li. 2. vsq. ad hunc locũ.
c dixi sũ. in rub. de rerum diui.
d l. ex hoc iure. de iust. & iur.
e l. id qđ nostrũ. de reg. iur. §. iuris præcepta. sup. de iust. & iu. l. vt vim. eodem tit.
g l. 72. stipulati. non diuiduntur. de ver. obl.
h l. 1. de pact.
i dixi in §. ius autem gentium. sup. de iur. nat. gent. & ciu.
k sup. de aut. tu. & ff. eod.
l l. frater a fratre de cond. ind.
m l. ne cum filiofamilias. & l. seq. de furt.
n l. iuris gentiũ, §. sed cum nulla. de pact.
o l. fideiussor. §. fideiussor. ibi gl. verbi actio. & Bar. de fidei.
p l. etiam. de cõpen.
q l. 1. de noua. in fin.
r l. 1. §. debitum. de const. pecu.
s l. stipulatus sũ. cũ l. seq. de fide iuss l. naturaliter. de cõd. ind.
t d. l. naturaliter.
u Can. in c. quin tauallis. extr. de iureiur.
x l. pupillus. de aut. tut.
y ff. & C. de do. i. ter vi. & vxo.
z l. 26. si non fortem. in princ. ibi Bart. & alij de cond. ind. vide etiam Deciũ l. pactum quod contra. C. de pact.
a tot. tit. infr. de lite. oblig.
b l. Iulianus verum. de cond. indeb. glo. in l. naturaliter. C. de non nu. pec.

Si autem potest cadere, cogar Titio centum promittere, & ad ea soluenda iudex me ex falsis probationibus per sententiam condemnet, ciuiliter tantum obligor, non etiam naturaliter, cum desit consensus. 16 Habes vtriusq; speciei exempla, cum altera sola nascitur, cum item vtraq; simul introducitur. Hoc porrò non omittendum, fieri posse, vt vna ab altera subinde diuellatur, vtcunq; hæ ab initio simul coniunctæ fuerint: vt si creditor fecerit pactum cum debitore vtroq; modo, naturaliter scilicet & ciuiliter sibi obligato, se id quod ei debetur, non petiturum: ex isto pacto liberatur debitor naturaliter, ne cogatur creditori [c] soluere, licet ciuiliter obligatus maneat. 17 E contrà quoq; contingere potest, vt ciuilis obligatio tollatur, naturali remanente: vt si debitor per sententiam iudicis absoluatur, quia creditor non probet mutuum: tollitur enim ciuilis obligatio, naturalis autem manet. 18 Ciuilis obligationis officium est, producere actionem, non etiam exactionem: quoniam in iudicio ciuilis obligatio per exceptionem non numeratæ [d] pecuniæ, item pacti de non petendo eliditur, atq; ita ipsa actio per exceptionem excluditur, vt nihil exigi possit. 19 Quando verò naturalis obligatio cum ciuili coniungitur, tunc eius officium est parere & actionem & exactionem. Ex prædictis omnibus, si in summam contrahas, intelligis, [obligationem naturalem] esse, quæ oritur vel ex contractu, vel ex delicto, impediens soluti repetitionem. [Ciuilis] est, quæ prouenit ex adprobatione legis, paritq; actionē, non autem exactionem. [Naturalis] & [ciuilis] siue [mixta] obligatio est, quæ profluit vel ex contractu, vel ex delicto & subscriptione legis, producitq; tam exactionem, quàm actionem. 20 Atque hoc est, quod Imp. hic mox ab initio dicit, [Obligatio est vinculum iuris, quo necessitate adstringimur,] &c. Statim enim post quam contrahimus aut delinquimus, oritur ex verbis contractus, vel ex delicto naturalis obligatio æquitate naturali sic iubente: & ciuilis ex subscriptione & adprobatione legum, quæ etiam nolentes adstringimur, vt soluamus quod debemus, quicquid tandem illud sit, siue pecunia, res, factum, siue pœna. 21 Rei enim nomen, vt generale, ob id elegit Imp. vt omnia, quæ possent in obligationem deduci, comprehenderet, nec solas obligationes, [e] quæ ex contractu, vel quasi contractu descenderent, sed & eas, quæ ex maleficio, vel quasi ex maleficio nascerentur, includeret. 22 Definitur ergo hic obligatio [mixta,] id est, naturalis coniuncta cum ciuili, non autem sola naturalis, vel sola ciuilis: quoniam neutra habet illam necessitatem soluendi. Is enim verè & propriè dicitur obligatus, à quo debitum iure exigi [f] potest. At qui naturaliter tantum obligatus est, compelli ad soluendum nequit, cum nulla aduersus eum detur [g] actio. Pari ratione, tametsi concedatur actio aduersus ciuiliter obligatum, tamen soluere non cogitur, cum tutus sit exceptione. Qui verò vtroq; modo obligatus est, is ad soluendum omnino cogi potest: quoniam [mixta obligatio] tam actionē quàm actionem producit. 23 Interim vides, hanc definitionem ab effectu, & officio conflatam esse: quod genus definiendi admodum frequens [h] est Iurisconsultis.

c l.27. si vnus. §. pactus ne peteret. De pac.

d l.14. in contractib. C. de non nu. pec.

e fa.1. ad fin. si cer pet. l. rei. §. de verb. sign.

f l.108. debitor. de verb. sign.

g d.l. iurisgentiū §. quinimo.

h vt per Appellū in sua Met. dialec. rat. cap. 2.

§. Omnium autem.

1.3 *Prima obligationum diuisio est, quòd aut ciuiles sint, aut Prætoriæ: & quæ dicantur ciuiles, quæ item Prætoriæ.*
2 *Ius Prætorium etiam honorarium dici.*
4 *Ex confirmatione non oriri nouam obligationem.*
5 *Secunda obligationum diuisio ex causa sumitur.*
6.8 *Contractus bifariam in legibus accipitur.*
7 *συνάλλαγμα quid sit.*

a Omnium autem obligationum summa diuisio in duo genera diducitur: namque aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili *b* comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam Honorariæ vocantur. *c* Sequens diuisio in quatuor species diuiditur. Aut enim ex contractu sunt, aut quasi ex contractu; aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, vt de ijs quæ ex contractu sunt dispiciamus. *d* Harum æquè quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, de quibus singulis dispiciamus.

a *Omnium autem.] 1 Duæ hic ponuntur obligationum diuisiones, discrepantes tamen inter sese. Prima a partibus iuris petitur: vt enim omne ius, quo vtimur, aut ciuile est, aut Prætorium, ita obligationes omnes aut ciuiles sunt, aut Prætoriæ, siue honorariæ. 2 nam ius Prætorium dicitur ex magistratus [a] honore, vt alibi diximus, 3 [Et ciuiles] quidem dicuntur, quæ sunt introductæ vel ex lege XII. tab. vel ex senatusconsultis, aut alijs partibus iuris ciuilis: [Prætoriæ] verò, quæ ex Prætoris iurisdictione descendunt. et ex quibus Prætoriæ actiones nascuntur: quales sunt publiciana, Rescissoria, Seruiana, Hypothecaria, de constituta pecunia, de peculio, & si quæ sunt similes. Et hæc quidem diuisio non alio pertinere videtur, nisi quia prior est perpetua, altera plerunque temporalis.*

a §. Prętorū quoque. sup. de iu. nat. gēt. & ciu.

b *Comprobatæ.] Nempe naturales obligationes, quæ ex iurisgentium contractibus nascuntur. nam eæ ipsæ sunt, quæ hic ciuiles dicuntur, quòd iure ciuili comprobatæ confirmatæq; sint. 4 Ex confirmatione autem non oritur noua aliqua obligatio, sed semper nihilominus vna eademque manet obligatio, & vnica est*

semper

semper eius substantia. Cæterum contractus ipsos iurisgentium non dicemus confirmari iure ciuili, sed recipi tantum aut admitti simpliciter: quare nec iuris ciuilis esse dicuntur.

c Sequens.] 5 *Secunda diuisio sumitur a causa, quoniam omnes obligationes ex contractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi, nasci constat: quæ singula proprijs titulis postea prosequitur. Et hoc est, quod alibi* [b] *Vlpianus ait, [obligationes nasci ex contractu, vel maleficio, aut proprio quodam iure ex varijs figuris causarum:] nam hæc postrema Vlpiani verba (ex varijs figuris causarum) ex communiori sententia interpretum referenda sunt ad obligationes ex quasi contractu, & ex quasi maleficio, vtcunq; nonnulli dissentiant: sicq; perfecta erit Iustiniani diuisio.* 6 *Cæterum [contractus] bifariã in legibus accipitur: primò propriè, quando vterq; contrahentium* [c] *obligatur,* 7 *quem Græci συνάλλαγμα vocant, quasi contra, seu vicissim actum: id enim hæc vox significat, qua & Aristotelem vsum* [d] *fuisse, Budæus* [e] *annotauit: vt est in emptione & venditione, locatione & conductione, & similibus contractibus. Quò respiciens Labeo,* [f] *asserit, contractum esse vltrò citroq; inter duos obligationem.* 8 *Deinde impropriè, vbi vnus tantum contrahentium obligatur: veluti in mutuo adstringitur tantum accipiens mutuò, non etiam mutuans: lata tamen significatione contractus nomine pactum continetur, ex quo nascitur obligatio.*

d Harum æque.] *Subdiuisio obligationum ex contractu: quasi diceret, Obligatio ex contractu orta quatuor modis existit, re scilicet, verbis, literis, & consensu: de quibus speciatim subijciet.*

b l. 1. in pr. de actio. & oblig.
c l. Labeo. de verbor. sign.
d lib. 5. Ethicor.
e In anno. post. in ff.
f in d. l. Labeo.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO. Tit. XV.

1 *Obligationes re contrahi quare dicantur.*
2 *Mutuum, commodatum, & depositum sunt contractus gratuiti.*
3 *Pignus gratia vtriusque contrahitur.*

1 Obligationes] 1 *quæ re contrahi dicuntur, ex eo nomen habent, quòd nec ciuilis obligatio, nec actio inde oriri possit, nisi præter consensum (qui omnino adesse debet) res ipsa quoque interueniat: & ideo in huiusmodi contractibus ad plus obligari non possumus, quàm re ipsa* [a] *acceperimus.* 2 *Horum autem contractuũ quidam gratia vnius tantum contrahuntur, vt Mutuum & Commodatum, qui contrahuntur tantum gratia mutuatarij & commodatarij. Et hi duo contractus de sui natura sunt gratuiti, ex mera beneficentia & liberalitate originem ducunt: quare si aliquid datur pro mutuo, transit mutuum in contractum* [b] *vsurariũ, Commodatum se in locationem & conductionem transformat. Sic & depositum vnius gratia contrahitur, deponentis scilicet, & quoque gratuitum esse debet, atq; ex mera proficisci munificentia.* 3 *Pignus verò gratia vtriusque contrahitur: in hoc enim datur, vt debitor pecuniam accipiat a creditore, & item ut creditori sit saluum suum debitum. Naturam autem horum quatuor contractuum, Imperator in hoc titulo ordine describit, & nos ad textum amplius declarabimus.*

a l. si tibi rem. de pac.
b c. consuluit. & gl. in c. conquestus. extra de vsuris.

Ad Princip. tit.

1 *Mutui descriptio seu definitio.*
2 *Mutui etymologia.*
3 *Explicatur definitio mutui.*
4.34 *Dare, est dominium transferre.*
5 *In deposito & commodato redditur eadem species.*
6 *In mutuo reddi debet idem genus.*
7 *In alio genere restitutio mutui fieri nequit.*
8 *Aliquando eadem species in mutuo restituitur.*
9 *Mutuum aliud naturale, aliud ciuile.*
10 *Quid sit naturale mutuum.*
11 *Ex mutuo oritur condictio certi.*
12 *Ciuilis mutui subdiuisio.*
13 *Mutuum ciuile, in quo natura cooperatur, per fictionem iuris.*
14 *Mutuum ciuile per stipulationem.*
15 *Mutuum merè ciuile.*
16 *Ex mutuo merè ciuili oritur obligatio post biennium.*
17 *Causa mutui quæ? & eiusdem forma: & num. 25.*
18 *Effectus mutui quis.*
19.21 *Condictio quid, & quotuplex.*
20 *Quando quidpiam dicatur certum.*
22 *Tria consideranda in contractibus.*

23 Dolus

23 *Dolus describitur.*
24.27.28 *Culpa lata, leuis, leuissima explicantur.*
25 *Culpæ latæ duo esse genera. & 26.*
29 *Casus fortuitus.*
30 *In mutuo omnis culpa præstatur, & casus etiam fortuitus.*
31 *In quibus rebus contractus mutui consistat.*
32 *Forma mutui.*
33 *Mutuum vnde dictum.*

a Re contrahitur obligatio, veluti mutui datione. Mutui autem datio *b* in ijs rebus consistit, quæ pondere, numero, mensuraue constāt: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: *c* quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiāt. Et quoniam nobis *d* non eædem res, sed aliæ *e* eiusdem naturę & qualitatis redduntur: *f* inde etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur certi *g* condictio.

a Re contrahitur.] Ex hoc textu collige, 1 [Mutuum] esse, cum res nostras, quæ pondere, numero, mensura vt consistunt, alteri damus, [a] vt idem genus nobis reddat. 2 Et dicitur [mutuum.] quasi ex meo tuum fiat, vt in textu hic Imperator ait, non ad deriuationem verbi respiciens, sed potius ad significationem hac enim nō est etymos mutui, sed descriptio quædam, & relatio eius, [b] quod eo verbo denotatur. Est enim [mutuū,] vel [mutui datio.] quasi vicissitudinaria commutatio & functio rerū in eodem genere, & fortè nomen [Mutui,] a mutatione formam habet, quod mutetur hoc genere pecunia cum pecunia, dum par quantitas accipitur & repditur, quodq; consistat in his rebus, quæ facilè mutationem & promiscuum vsum recipiunt. Redeundo ad definitionem, dixi primo 3 [res nostras: quia mutuans debet esse dominus, vel quasi dominus rei [c] mutuandæ, aut haberi loco domini, vt seruus & filiusfamilias: qui etsi non sint domini nummorum peculiarium, tamen vice patris & domini mutuant, intelligiturq; pater vel dominus mutuasse. Addidi, [numero, pondere, mensura: ad differentiam Commodati; in quo non veniunt huiusmodi res, sed eæ, quibus ita vtimur, vt illas, ipsas species, & non alias eiusdem generis reddamus. [Subieci, alteri damus:] vt commodatum depositum, pignus vitarem, in quibus res ita tradimus, non vt accipientium fiant, & dominium transferatur, sed ad alium finem, prout paulo post [d] ostendemus. In mutuo autem res ita datur accipienti, vt eius fiat: alioqui non posset ea vti. 4 Dare enim est dominium [e] trāsferre. Adposui quoq; [vt idem genus nobis reddatur,] duplici de causa. 5 Primò, vt Commodatum & Depositum excluderem, in quibus redditur illa ipsa species, quæ tradita est, & non alia eiusdem generis: vt si commodaui tibi equum gratis, teneris mihi reddere illum ipsum equum, non alium. Similiter, si deposui penes te centum aureos, illos centum, & non alios eiusdem generis obligaris restituere. 6 In mutuo autem non redduntur illæ ipsæ species, sed aliæ eiusdem generis: vt si centum aureos quis acceperit mutuò, potest illos consumere, & mutuanti alios centum eiusdem valoris reddere. Sanè si ad eadem illa, quæ quis mutuo accipit, reddenda obligaretur, vsus mutuò datarum rerum nullus esset. Mutuò autem vnusquisq; accipit, vt id in vsus suos impendat, & pro eo aliud reddat. Secundò ad differentiam contractus innominati, Do vt des. Si enim non idem genus, sed aliud, puta pro siligine triticum, pro pecunia frumentum, pro tritico æstimationem reddideris, & ita inter nos conuentum sit, non erit mutuum, sed contractus innominatus, Do vt des: & ita omnes [f] fatentur. In alio ergo genere fieri restitutio non potest. 7 Quanquam autem mutuum ita accipitur ex proposito partium, quod tantundem reddatur, non eædem species: 8 nihilominus possunt aliquando etiam eædem species, & ijdem nummi reddi, ex occasione scilicet, & non ex contrahentium destinatione. eaq; propter in textu nostro ponitur verbum, [Quandoq;:] quia eandem speciem possis reddere, si ea non fueris vsus. Exemplum: Mutuaui tibi decem florenos, tu postea restituis mihi eosdem in indiuiduo dicens te iam non egere pecunia, nihilominus dicitur mutuum. Nec impedit, in eadem specie redditam esse pecuniam: quia hoc ex euentu contigit, quòd mutuatarius non egebat nummis: sed quo ad propositum partium, verum erat mutuum. Nam & dum mutuans numeraret pecuniam, propositum erat mutuandi: & dum debitor eandem acciperet, intentio ipsius erat, vt mutuo acciperet. 9 Est autem mutuum duplex, Naturale, & ciuile. 10 Naturale est, cum tibi numero re ipsa pecuniam meam, vel aliam rem dō, quæ numero, pondere, mensuraue consistit, de mutuo actualiter siue stipulatione, vel literarum obligatione: ex illa re, id est, numeratione, oritur mutuum naturale, quod parit obligationem: 11 vnde postea oritur actio, quę vocatur [Condictio certi, [g]] quia repetò rem mutuò datam. 12 Ciuile mutuum subdiuiditur in mutuum, in quo natura cooperatur, & in mutuum merè ciuile, in quo sola iuris versatur potestas, nulla naturalitas, ut ita loquar. In primo subdistingue. 13 Quoddā enim fit per fictionem iuris: ut si filiusfamilias ex peculio profectitio dederit alicui pecuniam mutuo, hoc casu mutuatarius patri illius adstringetur, licet ille nihil numerarit, & oritur mutum ciuile, quia ius ciuile introduxit, quod ex contractu filij quæratur [h] obligatio patri fingitq; hic ius, patrem illam pecuniam numerasse, cum nihilo magis numerauit. Quare intuitu patris oritur mutuum ciuile tantum: in hoc autem mutuo cooperatur natura in eo, quòd pecunia a filio est realiter numerata. Item si deposui centum aureos apud Titium, & permisi,

a text. in l. a. si cer. pe. ibi Dd.
b Ferra. Monta ita hic notat.
c text. est. in d. l. 2. §. in mutui.
d hoc ipso tit.
e §. sic itaque. infra de act. tex. in l. 75. ubi autem. §. vlt. de verb. oblig.
f Per tex. in l. si. de præscr. ver.
g ut hic ī princ.
h text. in §. 1. infra de stip. seruo. & in pri. infra per quas pers. nob. acq.

ut

vt depositarius vteretur illis, fit ex illo deposito mutuum, licet non vt mutuum, sed vt depositum numerauerim, ius tamen fingit, numerationem denuo intercessisse: quare oritur mutuum ciuile, cui natura cooperatur, [i] & adsistit: & ex hoc mutuo quoq; competit Condictio certi. 14 Quoddam verò mutuum ciuile, cui natura cooperatur, fit, quando quis per stipulationem promittit alicui dare mutuò centum, & istam stipulationem incontinenti sequitur, vel praecedit numeratio, oritur mutuum ciuile per stipulationem, cui natura per numerationem cooperatur. Inde tamen non oritur actio ex mutuo naturali, sed datur actio ex stipulatione, [k] quae praecessit, vel secuta est, ita quod ius ciuile in hoc naturali mutuo tantum operatur, quòd contegitur, euanescit, & extinguitur actio mutui, dominaturq; sola stipulatio, quod necessitas iuris [l] efflagitat: aliàs diceretur fieri nouatio momentanea, quasi actio mutui nouaretur in stipulationem, quod est absurdum: vnde stipulatio adiungitur causa perficiendae [m] numerationis. 15 Mutuum verò merè ciuile, in quo natura non cooperatur, id est, in quo realis numeratio non interuenit, est, si quis spe futurae numerationis fatetur in chyrographo, se mutuò accepisse decem, quae tamen non accepit, sed sperabat se recepturum: ex illa literatoria obligatione oritur mutuum ciuile tantum, quia realiter pecunia numerata non est, sicq; natura non potest cooperari: 16 nihilominus ex illo mutuo ciuili nascitur obligatio post biennium, nisi mutuatarius ostendat pecuniam numeratam non [n] fuisse. Et neq; hoc casu prouenit ex mutuo actio, sed ex contractu literarū propter [o] mutuum. 17 Ex praedictis adparet, causam mutui esse, rem consistentem in numero, vt pecunia: pondere, vt cera, plumbum: & mensura: vt vinum, frumentum, oleum, mediante datione, vt idem genus [p] reddatur. Forma mutui in eo residet, vt numeri ad numerum, mensurae ad mensuram, ponderis ad pondus solutio explicetur, quae & formalis in Mutuo qualitas nominari potest. 18 Effectus autem siue efficiū mutui est, parere obligationem, ex qua producitur actio, quae [Condictio certi] dicitur, qua repetimus id, quod alicui mutuò dedimus. Et quia hic fit mentio actionis, quae [Condictio certi] vocatur, 19 scias condictionem esse actionem, qua certam speciem, vel quantitatem petimus: & certum condicere nihil aliud esse, quàm rem certam actione [q] personali petere. 20 Tunc autem dicitur certum quiddam, quando adparet, quid, quantum, quale sit id, [r] quod debetur: vt vini Rhenensis optimi decem amphoras, ut infra [s] ostendā fusius. 21 Et ex communi interpretum Citramontanorum assertione duplex est [Condictio,] scilicet [Generalis] & [Specialis. Generalis] est quae ex omni contractu competit, quae datur ex omnibus obligationibus puris, ex quibus quid certi debetur, [t] excepta causa mutui. [Specialis] est, quae duntaxat datur ex mutuo. Vltramontani tamen putant [u] concordi calculo, tantùm vnam esse condictionem certi, quam Generalem nominant sub qua plura sunt indiuidua, hoc est, plures speciales actionis quod & praeceptor meus D. Zasius [x] olim mordicus tenuit, non leuibus argumentis suffultus. 22 Porrò non est hic praetereundum, in contractibus tria esse considerandа, Dolum, Culpam, Casum fortuitum. 23 [Dolus] est machinatio alterius decipiēdi causa, dum aliud agitur, & aliud [y] simulatur. 24 [Culpa] verò nomen generale est, diuiditurq; in latam & leuem. [Lata culpa] est, quae etiam magna dicitur, non intelligere, quod omnes intelligunt. 25 Et haec duo genera continet: est enim quaedam versutiae culpa, quaedam ignauiae siue socordiae. [Versutiae culpam] illi committunt, qui ex versuto & malo proposito alienas res affectata quadam improuidentia malignè vel negligunt, vel dissimulant, cum in rebus suis prouidi sint ac diligentes. Haec in iure dolo vbiq; comparatur, pariq; iure cum iusto dolo [z] censetur. 26 [Culpa ignauiae] est, quae supremam & inexcusabilem negligentiam refert, vel vitio naturae parum perspicatis, [a] vel ex praua educatione contractam. 27 [Culpa] verò [leuis] est negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quam caeteri patresfamilias solent, [b] tametsi in suis minimè diligentior sit: vt si quis rem alienam committeret negligenti ministro, diligens enim paterfamilias non solet secum fouere negligenteis & oscitanteis [c] ministros. 28 Addunt commentatores & aliam speciem, nempe [culpam leuissimam,] aiuntq; illam committi, quando quis non adhibet tantam diligētiam in rebus alienis, quantam adhibet diligentissimus [d] quisq; paterfamilias in rebus suis. Zasius verò, eam propriam & distinctam esse speciem non [e] opinatur, sed tantum gradu distare. Et haec omnia, quae de culpis dicta sunt, pendent a prudentia iudicis, qui habet decernere, quae culpa sit [f] commissa. 29 Caeterum [casus fortuitus] est opinatae rei euentus, quem nulla hominum prouidentia cauere aut praeuidere potest. 30 Et in mutuo quidem haec omnia praestantur: hoc est, debitor tenetur reddere idem genus, etiamsi casu fortuito res mutuò accepta perierit, tantum abest, vt eum excuset dolus, lata, vel leuis culpa. Ratio est, quia mutuatarius factus est dominus rei traditae, ideoq; omne periculum ad eum pertinere [g] debet.

b [In iis rebus.] Materialem causam hic declarat. 31 Neq; enim in omnibus rebus contractus mutui versatur, sed in his tantum, quarum frequens ad alimenta corporis incidere solet necessitas: quales sunt quae constant, hoc est vsum habent & aestimationem certam ex numero, pondere, [h] mensura. Ratio autem, quare in his tantum rebus contrahatur mutuum, est: quia in caeteris rebus aliud pro alio solui inuito creditori aequum non est: cum nullae tam sint aequalis aestimationis, vt creditori satisfactum ea solutione videatur. Contrà in suprascriptis rebus natura comparatum est, vt nihil referat aliam pro alia solui, quandoquidem in genere suo functionem recipiant per solutionem, id est, factionem & liberationem quamlibet, magis quàm specie eadem [i] reddita.

c Quę

i l. certi cōdictio. §. si si cert. pet.
k ita loquitur tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. obl.
l ita fere Zasius in l. 2. §. creditum. si cer. per.
m ita est tex. in l. si stipulatus. §. si. cum l. seq. ff. de nouatio.
n vide quae dicā inf. d. lit. obl.
o vide de his omnibus Bart. & alios i d. l. 2. §. mutui. & ibi zas. in §. creditum. si cer. pe.
p vt d. §. mutui.
q vide zas. in l. certi cond. nu. 6. si cert. pet.
r l. vbi autem nō adparet. i prin. de verb oblig.
s inf. de ver. obl. ad princ.
t d l. certi condictio. si cer. pet.
u Istas opiniones latissimè Bal. recitat in rub. ff. si cer. pet. Alex. & Ias. in d. l. certi cōdict.
x Vide eum in d. l. certi cōdict. ubi pulcrè tēperat opinionē Vltramōtanorū, & quasi ad oculū demōstrat, vnam tātum esse certi conditionem.
y l. 1. §. 1. de dolo.
z argum. l. quod Nerua. ff. depo si. & l. magna. de verb sign.
a Huius exemplum habes in l. 2. §. si publicanus. ff. de vi. bon. rapt.
b l. ea igitur. de pignora. actio.
c l. si seruus seruū. §. si fornicarius. ad leg. Aquil.
d §. at is q. autē dum. inf. eod. tit.
e in suis intellēct. b ad l quod Nerua. ff. dep.
f Vide Panor. in titu. de commo. & Iob. Fab. hic de commod. & Bar. in d l. quod Nerua.
g l. quae fortuitis. l. pignus. C. de pign. act.
h Old. clas. 4. actio 17.
i l. 2. si cert. pet. l. liberationis. l. solutionis. de ver. sign.

c *Quæ res aut numerando.*] 32 *Hic formam mutui tradit Iustinianus; de qua paulo ante diximus docetque, has res debere creditas esse iuxta suam naturam, veluti, ne quantitas, vt specie mutuo detur: licet quandoque possit mutuum quantitatis iniri citra numerationem: vt si pecuniam in sacculo inclusam penes te deposuerim, ac deinde eandem tibi roganti mutuam concesserim, contrahetur mutuum,* [k] *neque alia numeratione opus erit.*

d *Non eadem re.*] *Id est, eadem species.*

e *Eiusdem naturæ.*] *Apud pomponium* [l] *est, eiusdem generis & bonitatis: quæ verba interpretantur hunc* [m] *locum.*

f *Inde etiam mutuum appellatum.*] 33 *Sic Paulus inquit:* [*Appellata est autem mutui datio ab eo, quòd de meo tuum fit: & ideo si de meo tuum non fiat, non nascitur obligatio.*] *Quibus verbis formalis causa demonstratur ab appellatione, quæ rem ipsam diffinit. Ea. n. est forma mutui dationis, vt mea res transferatur in te pleno iure dominij, quo eam cōsumas in tuam vtilitatem. Et propterea necessario consequitur, quòd vbi non est talis vicissitudinaria datio, ibi nunquam est ex hac contractu obligatio, vnde nascatur actio.* 34 *Dare enim (vt & suprà diximus) est rem accipientis* [n] *facere, præsertim in hac materia.*

g *Condictio.*] *Eaque certi. Certum enim mutuum dicitur quia idem debeatur in genere: quod cum perire non possit, certum hic est semper, quod debetur. Porrò de hac actione paulo ante dixi, & infra suo loco amplius dicemus.*

k l. certi condi. ctio. §. vltim. ff cer. pet.
l l. cum quid. si cert. pet.
m vide Bald. hic latius hoc interpretatem.
n l. nō videntur data. de reg. iu.

§. Is quoque.

1 *Indebiti descriptio.*
2 *Indebitum non oriri sine reali solutione.*
3 *Scienter soluens indebitum, donare videtur.*
4 *Cautela vtilis soluenti, qui dubitat, an debeat, &c.*
5 *Naturalis æquitas causa obligationis indebiti.*
6. 7 *De conditione indebiti, & quando cesset.*
8 *Condictio, condicere, condictus dies.*
9 *Affinitas condictionis indebiti & mutui.*

a Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui *b* per errorem soluit, re obligatur, daturque agenti contra eum *c* propter repetitionem conditia actio. Nam perinde *d* ei condici potest, *e* si apparet eum dare oportere, ac si mutuū accepisset. *f* Vnde pupillus, si ei sine tutoris autoritate indebitum per errorum datum est, non tenebitur indebiti condictione, non magis quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consisteret: cum is qui soluendi animo dat, magis voluerit negocium distrahere, quàm contrahere.

a *Is quoque.*] *Agitur hic de secundo contractu, qui re contrahitur, nempe, indebito.* 1 *Est autem* [*indebitum, quando quis soluit per errorem, quod non debet.*] *Dixi,* [*soluit:*] 2 *quia hic contractus non oritur, nisi solutio re ipsa accedat, sicque res interueniat. Addidi,* [*per errorem:*] 3 *quia si quis sciens soluat indebitum, donare videtur, nec potest repetere. Sicut autem per errorem soluens condictionem* [a] *habet: ita & is, qui cum dubitat, incertoque ac ancipiti erat animo,* [b] *soluit. Certum enim est, errantem dubitanti similem esse.* 4 *Vt tamen omnis de errore contentioso euitetur, consultum fuerit, vt in solutione quis protestetur, reddendam fore pecuniam, si apparuerit eam non deberi, nam ex tali pacto resolutionis vestito contrahitur negotium, quod semper parit condictionem* [c] *indebiti: alioqui tacita cogitatio nihil prodesset.* [d] 5 *Et in hoc indebiti contractu naturalis æquitas tacitè introducit naturalem obligationem, vt restituas id, quod tibi indebitè solutum est: indeque consequitur, non tantum consensum & delictum causas esse naturalis obligationis, sed etiam naturalem æquitatem.* 6 *Indebiti effectus est, parere actionem, quæ vocatur* [*Condictio indebiti,*] *vel* [*Condictitia actio,*] *qua quis repetit id quod indebitè solutum est: datur que ei, qui indebitè soluit aut cuius mandato solutum est; & hæredibus ipsius: contra eum, cui solutum est indebitum, eiusque hæredes.* 7 *Cessat autem hæc actio multoties: primò si quis sciens soluat* [e] *indebitum: deinde si quis per sententiam condemnatus sit soluere, quod non debet, & sententia transierit in rem* [f] *iudicatam. tum enim non potest repetere. Tertio condici prohibetur, quod causa pietatis* [g] *solutum est. Quartò quod ex ea causa, vnde lis crescit* [h] *inficiando: quintò, quod causa* [i] *transactionis: sextò, quod ob iusiurandum solutum* [k] *est. postremò, si sit ab alio debitum, licet is qui soluerit, non debuerit, si modò nomine debitoris solutum* [l] *sit.*

b *Per errorem.*] *Vlpianus* [m] *in suo responso habet, ignorans. Idem quoque est, si quis dubitet incertusque sit, an debeat* [n] *sicut paulò ante dixi.*

c *Propter repet.*] *Eius nempe, quod solutum est, sed non vltra quam sit locupletior, qui accepit, si modo bonæ fidei fuerit.* [o]

d *Et condici potest.*] *Id est, ab eo repeti potest personali actione.* 8 [*Condictio*] *enim nihil aliud hodie est, quam actio* [p] *in personam.* [*Condicere*] *verò denunciare est prisca lingua: & actor condicebat diem reo,*

a l. cuius per errorem. de reg. iur.
b l. vl. C. de cōd. inde. ibi Bal.
c l. 1. ff. de cond. inde.
d l. quod quis. ff. dic. tit.
e d. l. cuius per errorem.
f d. l. 1. C. h tit.
g l. cum is. ff. eo.
h l. ea quę. C. e.
i l. in sūma. ff. eo.
k §. item si quis. inf. de act. l. ait Prętor l. nam postea. de iure iuran.
l l. repetitio. d. ti.
m l 1. de cō. īdeb.
n sup. hoc §. n. 4.
o d. l. in summa. §. si seruum.
p §. licitaq;. inf de actio.

quo Pratorem adiret, suscepturus [q] *iudicium. Inde [condictus dies,] qui ferè est idem quod status, hoc est destinatus, defixus, & statutus per commune edictum.*

e Si apparet.] Hęc vetus condicendi formula est, de qua alibi [r] *commodius dicemus.*

f Unde pupillus.] Colligit à simili, & velut communionem quandam ac affinitatem ostendit conditionis mutui & indebiti in hunc modum. 9 Quemadmodum is, qui pupillo pecuniam mutuo dat sine tutoris autoritate, non obligat ipsum, [s] *nisi naturaliter: quo fit, vt non habeat contra eum conditionem certi, propter defectum ciuilis obligationis: ita quoque qui indebitum per errorem pupillo soluit, quia ipsum naturaliter tantum obligat, non habet condictionem indebiti, eadem ratione, quia scilicet ciuilis* [t] *obligatio deficiat: nisi fortè hinc locupletior factus* [u] *sit.*

q Theoph. d. §. sic itaque.
r d. §. sic itaque.
s §. at ex contrario. sup. quib. alie. li. vel nō.
t idē pbat. tex. in l. pupillus. de actio. & ob. & bo. gl. in l. 1. de nouatio.
u l. naturaliter. §. 1. & l. seq. de cond. inde.

§. Item is.

1 *Commodati descriptio seu definitio.*
2 *Commodatum est realis contractus.*
3 *Precarium conceditur indefinitè.*
4 *Commodatum præfinit certum vsum, quem non licet transgredi.*
5 *Pignore vel depositio vtens, furtum committit.*
6 *Commodatum est contractus gratuitus.*
7 *In commodato eadem species reddenda.*
8 *Commodatum in quibus rebus consistat.*
9 *Actio commodati directa & contraria.*
10. 11 *De actione directa & contraria in genere, quando quæuis locum habeat.*
12 *Periculum rei commodatæ ad quem pertineat.*
13 *Commodatarius an & quando ad fortuitos casus teneatur.*

a Item is, cui res aliqua vtēda datur, id est commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is, ab eo qui mutuum accipit, longè distat, namque non ita res datur, vt eius fiat: & ob *b* id de ea re ipsa *c* restituēda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronū hostiumuè incursu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui vtendum accepit, sane quidem exactam *d* diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur: nec sufficit ei tantam diligentiā adhibuisse, quātam suis rebus adhibere solitus est: si modò alius diligentior poterat eam rem custodire; sed *e* propter maiorem vim maioresuè casus non tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit. alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregrè tecum ferre malueris, & id incursu hostium prędonumuè: vel naufragio amiseris: dubiū non est, quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, res tibi vtenda data est alioqui mercede interueniente, locatus tibi rei videtur. Gratuitum enim *f* debet esse commodatum.

a Item is.] Tertius contractus, qui re contrahitur, dicitur [Commodatum.] [a] *1 Est autem [Commodatum, alicuius rei ad aliquem certum vsum gratuitò facta concessio, vt eadem species, & non alia eiusdem generis nobis reddatur.] Et dicitur [commodatum:] quasi commodo vtentis datum, vel quod cum modo, id est, pręscripto fine detur. 2 Dixi primò in definitione, [alicuius rei:] quia hic contractus non oritur nisi res interueniat. Secundò subiunxi, [ad certum vsum,] ad differentiam Precarij. 3 quia Precarium conceditur indefinitè, & sine certi vsus præfinitione: ideoque potest reuocari quandocunque placuerit concedenti: & præstatur in eo solum dolus, vel lata* [b] *culpa. 4 In commodato autem est tantum certus & præfinitus vsus, quem si quis transgreditur, & re commodata aliter vtitur, furtum* [c] *committit: ideoque commodans non potest rem commodatam reuocare, nisi vsu finito. Tertiò, dixi, [vsum,] vt pignus & depositum excluderem: 5 quia si creditor pignore, vel depositarius deposito vsus fuerit,* [d] *furtum committit. Quartò adiūxi, [gratuito] ad differentiam locationis, & conductionis: quamprimum enim pro vsu alicuius rei munus datur, vel interuenit merces, tunc transit in aliam speciem contractus, & fit locatio, vel contractus innominatus.* [e] *6 Cōmodatum, n. de sui natura debet esse* [f] *gratuitum. Quinto addidi, [concessio & non translatia,] quia commodās retinet dominium & possessionem* [g] *rei commodatæ. 7 Postremò subiunxi, [vt eadem species reddatur,] ad differentiam mutui, in quo redditur non eadem species, sed idem genus, vt suprà diximus. 8 Consistit autem Commodatum in rebus mobilibus & immobilibus: item in incorporalib.* [h] *puta habitatione. In illis tamen, quæ vsu consumuntur, non consistit cōmodatum, nisi fiat ad pompam* [i] *& ostentationem: vt si quis accipiat commodatò pecuniā, vel uasa argentea, vt diues appareat. Patest cōmodare, & cōmodato accipere quilibet, cui alioquin contrahere permittitur. 9 Porrò ex hoc contractu commodati oriuntur duę actiones, actio commodati directa, & actio contraria. Directa datur cōmodanti, & eius hęredib. aduersus commodatarium, eiusque hæredes, qua petit restitutionem rei commodatę. Contraria verò actio datur cōmodatario, eiusq; hæredib. aduersus cōmodantē, & eius hęredes: primò vt eū non impediat vti re commodata, deinde ad impensas*

maiores

a l. 1. §. 1. ff. de ac. & oblig.
b l. quæsitum. §. ante quoq;. & l. cū precario. de preca. & l. Luci. de don.
c §. furtū autem. inf. de obliga. q ex del. nasc.
d d. §. furtum autem.
e l. si vt certo. §. nunc videndū ff. eod.
f vt hic tex. in fi. dicit.
g l. rei cōmodatę. ff. commod.
h vt l. 1. §. inter. commod. ff. Commod. l. 3 § fin. ff. hoc ipso tit.

maiores in re commodata facta: sed & si quis sciens commodauit vasa vitiosa, in quibus vinum vel oleum infusum corrumperetur tenetur x hac actione. 10 Et generice loquendo, [actio directa] est, quæ datur ei, qui ex contractu principaliter non obligatur, sed alium sibi obligat: vt commodans non obligatur ex contractu, quia de hoc non est actum: sed alium sibi obligat, commodatarium scilicet, vt commodatum restituat. [Actio contraria] est, quæ datur illi ipsi, qui ex contractu obligatur aduersus eum, quem habet obligatum non quidem ex contractu, sed post contractum ex æquitate naturali: vt commodatarius obligatur ex contractu, & habet tacite commodantem obligatum, saltem post contractum, qua obligatione cogit eum, vt ipsi re commodata vti liceat, vt restituat impensas, si quas maiores cõmodatarius in re commodata l fecerit. 11 Alij aiunt, actionem contrariam habere locum, quando est idem nomen contractus, & diuersa nomina contrahentium, vt in commodato, deposito, mandato, pignore, tutela, negotiorum gestione, & similibus. Quare non habet locum in emptione & venditione, locatione & conductione: quia ibi sunt diuersa nomina contractus & contrahentium: neque in contractu societatis, quia ibi idem est nomen & contractus m & contrahentium. 12 Quando autem quæritur, ad quem periculum pertineat, si res commodata perijt: tunc si quidẽ commodata est res gratia commodantis tantum, veluti si sponsus commodet sponsæ ornamenta, vt honestius adducatur ad eum: tunc præstatur tantum dolus, n si fuerint amissa. Quod si res cõmodata est gratia vtriusque, vt si Titius & Caius parauerint conuiuium in ędibus Titij, & Caius commodauit Titio pocula argentea, hoc casu præstatur dolus, lata o & leuis culpa. Sin vero commodatarij tantum gratia, tunc præstatur dolus, lata, leuis, & leuissima culpa, 13 Neutro autem casu commodatarius fortuitos casus p pręstare tenetur. Hoc tamen non procedit aliquoties: primo si commodatarij q culpa perijt: vt si domi commodatum, peregre secum tulerit. Secundo, si expresse pacti sunt inter se de præstando casu fortuito. Tertio, si commodatarius interpellatus rem restituere, non restituit: ea specie propter moram r tenetur de casu fortuito. Denique si æstimata fuerit res commodata, & commodatarius æstimationem se præstaturum s receperit. Sic Bart. t notat hunc esse effectum æstimationis: quòd in contractibus veniat casus fortuitus, quibus alioqui non nisi leuior culpa veniret. u

b De ea re ipsa.] Id est, de eadem prorsus, & quidem integra: ideòque non commodantur res, quæ vsu consumuntur, nisi ad pompam & ostentationem vt paulo ante dixi.

c Restituenda.] 3 Finito scilicet vsu temporis pręfiniti: prius enim non tenetur x restituere.

d Exac. dilig.] Etiam ei rei, quæ adiuncta est principali rei y commodatæ, eamque sequitur: vt Ulpianus ait.

e Propter maiorem vim.] Hunc locum z Paulus & Ulpianus a satis explicãt, ex quibus hic textus est desumptus.

f Gratuitum.] Cibariorum tamen impensæ naturali ad eum ratione pertinent, qui vtendum accepit.

x tex. in l. in reb. §. possunt. cũ §. seq. ff. hoc ti.
l ita Faber declarat in §. socius. inf. de societate.
m vide gl. in l. cõsensu. de actio. & obli. & Bar. in l. in commodato. §. contraria. hoc tit.
n l. si vt certo. §. interdũ. h. t. ff.
o tex in l. in reb. in pri. ff. eod.
p vt in tex. nro.
q exemplum est in nostro tex. vers. alioquin.
r c. vnico. Extra de cõmo. l. quæ. §. sed interdum. ff. h. ti.
s l si vt certo. §. nunc videndũ. ff. eod.
t ibid.
u per l. cũ duobus §. dãna. pro socio. l. 1. ff. de æstima. actio.
x d. l. in commodato. §. sicut.
y l. si vt certo. §. vsq; adeo. ff. cõmod.
z l. in reb. h. tit.
a d. l. si vt certo. §. quod vero.
b l. in reb. §. possunt. h. ti.

§. Præterea.

1 Depositi descriptio, & allusio.
2 Deponere verbum varie accipitur.
3 Depositarius custodit tantum, & non vtitur re deposita.
4 Depositum debet esse gratuitum.
5 Depositum sequestrarium, siue iudiciale.
6 Sequester quis?
7 Depositum causa impediendarum vsurarum.
8 Depositum causa custodię.
9 In quibus rebus depositum consistat.
10.11 Quæ actiones competant ex deposito.
12 Contrarię actiones non irrogant infamiam.
13 Actionis depositi varia priuilegia.
14 Periculum rei depositę quem contingat.
15 Casus, vbi depositarius pręstat etiam culpam leuem, leuissimma, & casum fortuitum.

a Præterea & is apud quem res aliqua deponitur re obligatur teneturque actione depositi, quia & ipse de ea re, quam accepit, b restituenda c tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid d dolo cõmiserit, culpę autem nomine, id est, desidiæ aut negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit; quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet.

a Subijcitur] quartus contractus, qui re contrahitur, Depositum scilicet. 1 est autem [Depositum, quod, custodiendum alicui datum est] dictum ex eo, quod ponitur, quasi seorsim positum. Præpositio enim [De] auget, vt ostendat totum, a fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet. 2 [Deponere] enim in iure nostro est, custodiendã rẽ dare: atq; ita toto tit. ff. & Cod. [Depositi,] accipitur. Aliàs [Deponere] est demoliri,

a l. 1. in pr. ff. deposi.

 & ad

& ad aream redigere, [b] & solo æquare. Hinc [Depositio] demolitionem [c] significat: & [Deponere] ædificium, [d] pro deprimere accipitur. Ad definitionem Depositi redeundo, in ea notāter dixi, [ad custodiēdum,] ad differentiam aliorum contractuum: 3 quia depositarius tantum custodit, nec potest re deposita uti. utendo enim [e] furtum committeret. Et illud quoque gratuitum esse debet. 4 nam si merces pecuniaria interueniret, locatio esset [f] & conductio. Nisi expressè actum sit esse depositum, tunc enim ob constitutam mercedem non mutabitur [g] contractus. Est autem triplex [Depositum.] 5 Primò [Sequestrarium] siue iudiciale, quod est quando res aliqua litigiosa sub hac conditione traditur iudici vel sequestro, vt retineat, donec ex causa decisione constet, cui debeatur. 6 [Sequester] autē in proposito dicitur, apud quem plures eandem rem: [h] de qua controuersia est, deposuerunt, & hoc casu deponentes amittunt possessionem rei depositæ, quæ in sequestrum [i] transfertur, nisi aliter expresse actum [k] sit. Et in hoc deposito sequester officium suum deponere non potest, nisi iustissima subsit causa. De hoc deposito non loquitur [l] textus noster. 7 Secundo est [Depositum,] quod fit [causa impediendarum vsurarum,] vt quando debitor offert creditori suo pecuniam debitam, quam creditor accipere recusat. quare debitor ad euitandum cursum vsurarum consignat eam, deponitque in publicum, [m] aut sacram ædem. De hoc quoque non fit hic mentio. 8 Tertiò, est [Depositum,] quod fit simpliciter [causa custodiæ:] vt quando quis apud amicum rem suam custodiæ tantum causa deponit, ita vt dominiū & possessio penes deponentem remaneat: & potest quandocunque [n] reuocari. De hoc deposito disputat hic textus. 10 Consistit autem tale depositum duntaxat in rebus mobilibus, non etiam in immobilibus: vt rectè Azo [o] censuit, danturque ex hoc depositi contractu quoque duæ actiones, directa scilicet & contraria. 10 Directa competit deponenti, eiusque hæredibus aduersus depositarium, & eius hæredes, si depositarius dolo versatus sit in deposito, vel hæredes locupletiores inde facti sint, primum ad restitutionem rei non deterioratæ, [p] cum omnibus accessionibus. Secundò, si hæres nesciens rem penes testatorem depositam fuisse, alienauerit eam, nec possit redimere, agitur ad æstimationem [q] rei depositæ. Tertio, si quis rem incendij, naufragij, tumultus, vel metus causa deposuit, & depositarius inficiatus fuerit, agitur aduersus eum [r] in duplum propter inficiationem. & in hac actione iuratur in litem, [s] si depositarius non vult restituere. estque hæc actio bonæ fidei, personalis, ciuilis & famosa. 11 Contraria verò depositi actio competit depositario eiusque hæredibus aduersus deponentem, & eius hæredes, qua repetit sumptus, si quos fecit vtiliter in re deposita. Item & interesse hac actione venit: vt si quis sciens deponeret seruum, qui fur esset. Et in hac non iuratur in litem, neque etiam famosa est. 12 quia contrariæ actiones non irrogant [t] infamiam: personalis tamen est, & ciuilis. 13 Porrò actio depositi plura habet priuilegia. primo in deposito non admittitur compensatio: [u] deinde proceditur summariè, non seruato ordine [x] iudicario. Item instrumentum depositi habet paratam executionem. Postremo in eo non admittitur exceptio [y] dominij. 14 Periculum autem interitus rei depositæ, non spectat ad depositarium, nisi dolo, [z] vel lata culpa versutiæ ipsius, res perierit. De lata autem culpa socordia, item leui & leuissima non tenetur, ea ratione, quia depositum vt plurimum deponentis tantum gratia contrahitur, & gratuitum est eius officium, qui rem depositam rogatus sua fide custodiendam recipit: ideo æquum est, vt de culpa non teneatur, sed tantum de dolo & lata culpa, quæ propter fraudem accidit, quæ à Bartolo [a] dolus præsumptus dicitur. 15 Depositarius tamen, id est, is apud quem res aliqua deposita est custodiēda, quandoque præstat & leuem culpam, vt si quid pro custodia accepit, quia tunc depositum fit vtriusque causa. Quandoque & culpā leuissimam, [b] vt si se deposito obtulit. Postremo casum quoque præstat fortuitum si de hoc conuentum est: contractus enim ex conuentione legem [c] accipiunt. Item si depositarius fuerit in mora restituendi [d] depositum. Denique si pecuniolam pro custodienda re soluas vel promittas depositario: nam & tunc sustinebit casum [e] fortuitum.

b Restituenda.] Nempe ipsi deponenti, eiusuè hæredibus, & quidem singulis sua pars: si res commodè diuidi possit: [f] aliàs si diuidi nequeat, præstita cautione vni in solidum restituetur: vel in æde sacra deponetur. Quod si omnes æqualiter repetant, omnibus pariter restitui debet.

c Tenetur.] Adeo, vt nec cōpensatione se iuuare possit nec ēt cōuentione præstituti temporis. nam etsi sic deposuero, vt post mortem tuam reddas, [g] nihilominus possum mutata voluntate à te depositum reposcere.

d Dolo commiserit.] Vel lata culpa, quæ dolo [h] comparatur: & siue id in re asseruanda, siue restituenda factum sit.

§. Creditor.

1 Pignus tribus modis accipitur.
2 Pignoris definitio explicata.
3 Pignus & hypotheca quomodo differant.
4 Pignus prætorium, iudiciale, conueniale.
5 Pignus conuentionale fit tacitè & expressè.
6 Tacita hypotheca in bonis mariti & vxoris.
7 Locatori fundi omnes fructus tacitè sunt obligati. Item locatori domus omnia illata sunt obligata.

8 Quæ

b l. 23. in fi. de vsufr. l. 8. si ser. vē di & l. 83. §. sacra. de ver. obl.
c l. 9. §. itē Pōp. ff. qđ me. caus.
d l. 6. si ser. vend. l. 17. de ser. vrb. præd.
e §. furtum. inst. de oblig. quæ del. nas.
f l. 1. §. si vestimenta. hoc ti.
g ca. 2. de depos. Barb. cō. 71. in 4. vol. idq; frequentius obtinuit.
h l. sequester. de verb. sign.
i l. licet. §. rei. h. t.
k l. interesse. de acqui. poss.
l Vide l. 16. in fi. ff. depos. l. 7. §. fi. ff. qui satisd. cog.
m De hoc est tex. in l. acceptā. & ibi gl. & Dd. communiter. C. de vsuris. nc. bona fides. Extra. de deposito
o In sum. C. h. ti. §. consistit. & probatur ex l. 1. §. 4. 5. & l. penul. C. eod.
p d. l. 1. §. quæ depositis. hoc ti.
q d. l. 1. §. si eū l. 2. & 3. hoc tit.
r §. in duplū. inst. de act.
s d. l. 1. §. si rē depositā. vide q̄ late dicā in §. rei persequendæ. inst. de acti.
t §. ex quibusdā. inst. đ pœ. te. lit.
u l. pen. C. depo.
x vt d. l. si quis. C. depositi.
y d. l. si quis. & ibi Bar. & Dd.
z l. si vt certo. §. videdū. cōmo.
a in l. quod Nerua. ff. depositi.
b l. 1. §. sed & si quis. hoc tit.
c d. l. 1. §. si cōueniat. & §. sæpe.
d l. si in Asia. §. vlt. hoc tit.
e l. 2. §. quæritur. vi. bo. rap.
f l. 1. §. si pecuniā ī sac. & l. si plures. ff. hoc tit.
g l. 1. §. si sic deposuere. ff. depos.
h l. quod Nerua. dic. tit.

8 *Quæ res opignerari possint.*
9 *Quę res non possint oppignerari.*
10 *Actio pignoratitia directa & contraria.*
11 *In pignore quid præstetur.*
12 *Furtum & incendium non simpliciter connumerari inter casus fortuitos.*

Creditor quoque qui pignus accepit, re a obligatur: quia & ipse b de ea re, quam accepit, restituenda, c tenetur actione pignoratia. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & debitoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eã rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo d fortuito casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

Quintus.] contractus qui re contrahitur, est [Pignus.] 1 Accipitur autem [dignus] trib. modis in iure nostro, primum in genere, vt comprehendat sub se & pignus & hypothecam. sic hypotheca dicitur quoque pignus. Atque hoc est, quod Marcellus [a] *ait, [inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt.] Secundo proprie, pro re tantum mobili, quæ manu* [b] *traditur: vnde [Pignus] a Pugno appellatum esse Caius cẽsuit, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. Unde quidam putant, [pignus] proprie rei mobilis constitui. Tertio, sumitur tam pro re mobili, quàm immobili, dummodo tradatur, vel penes alium relinquatur: sic hic pignus accipitur. Creditor enim non obligatur ad pignoris restitutionem, nisi postquam id acceperit. 2 [Pignus] ergo, vt hic sumitur, [est res siue mobilis, siue immobilis, quæ creditori traditur, vel permittitur penes creditorem, in hoc, vt saluum sit ei suum creditum.] Dixi, [traditur vel permittitur,] ad differentiam hypothecæ, quæ nuda conuentione, sine reali traditione, & sine eo quod creditori permittitur eam detinere, constituitur: pignus autem traditionem actualem requirit. 3 Et hæc est proprijssima differentia, qua pignus discernitur ab hypotheca. Requiruntur enim in pignore duo copulatiue, primum, quod sit res mobilis: secundo, quod tradatur: quæ ambo possunt abesse* [c] *in hypotheca. Reliqua in definitione continent officium pignoris, nempe vt saluum sit creditori suum. 4 Est autem triplex: [Pretorium.] quod datur a Pretore, a iudice vino, propter contumaciam, vel vt legata seruentur. Item [iudiciale,] cum iudex debet mitti in possessionem ex officio suo, vt sententia mandetur executioni. Et [conuentionale,] quod inter creditorem* [d] *& debitorem mutuo consensu constituitur. 5 verum textus nostro tractat tantummodo pignus conuentionale: & hoc fit bifariam, expresse scilicet & tacite. Expresse fit, quando verbis expressis partes conueniunt de oppignoranda re. Tacite autem, quando ex vi & potestate legis nascitur, sine expressa hominum conuentione: licet hoc possit dici hypotheca, quia non semper traditur. & hoc tacitum pignus recte legitimum dicitur, quia legibus & ipso iure constitutum est. Ponamus quædam exempla. 6 Primo omnia bona præmittentis dotem nomine vxoris alicuius, sunt tacite obligata ipsi marito: & econtra dote soluta omnia bona mariti sunt tacite oppignorata vxori* [e] *pro dote. 7 Secunda, locatori fundi, fructus ex eo percepti sunt tacite obligati, item omnia inuecta & illata domino sciente: & in locatione domus omnia illata etiam ignorante domino, sunt tacite oppignorata* [f] *pro pensione. 8 Possunt autem oppignorari omnes res, in quibus quis habet dominium, vel quasi* [g] *dominium: nec refert, præsentes sint res, siue futuræ, vt sunt fructus pẽdentes,* [h] *& fętus pecorum. Item res tam corporales quàm incorporales in causam pignoris deduci possunt: corporales, vt cautiones, instrumenta, nomina debitorum, & id genus alia, & hoc casu ceduntur* [i] *vtiles actiones a debitore. Possunt & personales seruitutes oppignerari, vt vsusfructus, vsus* [k] *habitatio. Porro potest fieri oppignoratio vel in singulis reb. vel in vniuersis: si tamen in vniuersis fit, intelliguntur quædam relicta debitori, de quib. non est verisimile, quod specialiter obligasset. vt suppellex & uestes quędam ad necessitatem. 9 Oppignerari autem non possunt res religiosæ* [l] *& sacrę, vel liberi homines, adeo quod pater* [m] *filium pignori dare non possit: item nec eæ res, quarum rustici habent opus in cultura* [n] *agrorum: nec seruitutes vrbanorum prædiorum,* [o] *ne deformetur vrbis aspectus. 10 Datur autem ex hoc cõtractu actio pignoratitia directa debitori, qua repetit pignus, si pecuniam soluerit, vel alia* [p] *ratione creditori satisfecerit. Actio vero pignoratitia contraria datur creditori ad sumptus, si quos fecit in pignore conseruando, de quo* [q] *alibi disputabimus. 11 Porro præstatur in hoc contractu dolus, lata & leuis culpa: casus autem fortuitus, at culpa leuissima* [r] *non itẽ. 12 Obiter tamen hic subiungendum est, furtum & incẽdium non simpliciter connumerari inter casus fortuitos, quia vtrunque pręsumitur* [s] *nostra culpa fieri. Quare creditor amittens pignus furto vel incendio, primum cogitur probare casum, manifestis probationibus, nec statur* [t] *eius iuramento: deinde quoque quod culpa careat. In alijs vero casibus, qui non intelliguntur culpa nostra accidere, satis est, si probauerit creditor casum. & debitor culpam allegans, eam docere* [u] *obstringitur.*

a *Re obligatur.] Et econuerso ipse debitor obligatur actione contraria* [x] *ex nudo pacto.*

b *Ipse de ea re.] Et eiusdem quoque accession. b.* [y] *fructibus ve non tantum perceptis, sed qui percipi potuerunt, &* [z] *creditoris culpa vel dolo non sunt percepti.*

c *Fortuito casu.] Qui tamen ab eo probari debet: quemadmodum Dd. post Accursium* [a] *alibi docent.*

a l. res hypothec. de pig & hypo.
b l. plebs. §. pignus de verb sig.
c §. inter pignus. ibi gl. ff. de ac.
d De hoc est gl. ord. in l. 1. de pig.
e l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxo actio.
f l. certi. C. de loca. & condu.
g l. inter. §. si debitor. de pig.
h l. & quæ nondum de pign.
i l. cum cõuenit eo tit.
k l. si is. §. vsusfr. hoc tit.
l l. 3. C. quæ res pign. obl poss. l. sancimus. C. de sac. sa. eccl.
m l. qui filios C. quę res pig. ob li. poss.
n l. pig. cũ Auth. seq. C. eo.
o d. l. si quis. §. si. ff. hoc nro tit.
p l. si rem. § omnis. de pig. act.
q in §. item Seruiana. & §. actionum. inst. de actio.
r l. eum vẽderet. §. venit. de pig. actio.
s tex. in l. 1. de of. pręf. vigi. & in l. eum duob. §. dana. pro socio.
t l. si creditor C. de pig. actio.
u vt d. l. si creditor. & ibi. Bar.
x l. 1. de pig. acti.
y l. si quis nec caus. § res pig. si cer. pet
z l. 2. C. de pig. ac. & l. 2. C. de par. pig.
a gl. & Dd. in l. 4. C. de pig. act.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. TIT. XVI.

In Rubr.& Princip.

1 *Stipulationis definitio explicata.*
2 *Stipulatio habet verborum solennitatem.*
3 *Stipulatio proprie per verba futuri temporis contrahitur.*
4 *In continenti fieri quid.*
5 *In stipulatione debet interrogatio precedere, & responsio sequi.*
6 *Conuentionis nomen valde generale.*
7 *Promissionis tamen generalius est, quàm stipulationis.*
8 *Quando nudum pactum fieri dicatur.*
9 *Pollicitatio quid.*
10 *Stipulatio inter absentes concepta non valet.*
11 *Quare introducta sit stipulatio.*
12 *Omnibus contractibus potest stipulatio adiungi.*
13 *Stipulatio assumit naturam eius contractus, cui adhibetur.*
14 *Contractus nominati fiunt innominati per adiectam stipulationem.*
15 *Contractus nominati & innominati qui dicantur.*
16 *Causa stipulationis.*
17 *Effectus stipulationis.*
18 *Ex stipulatione duas dari actiones, condictionem certi, & actionem ex stipulatu.*
19 *Que stipulatio certa sit, & que incerta.*
20 *Omnia facta esse incerta.*
21 *Stipulationis etymologia varia & num. 22. 23.*

a Verbis obligatio cõtrahitur ex interrogatione & responsione. cum quid dari fieriue nobis stipulamur. ex qua duę proficiscuntur actiones, tam condictio certi, si certa sit stipulatio, quàm ex stipulatu, si incerta sit: quę hoc nomine inde vtitur, *b* quòd stipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens.

a Secunda] species obligationum, quæ ex contractu, nascuntur, verbis fit: de ea Imperator hic subiungit. & hic contractus [stipulatio] dicitur. 1 *Est autem [stipulatio, a conceptio verborum, quibus is qui interrogatur, daturum facturumuè se id, quod ex conuentione interrogatus est, incontinenti promittit.]* 2 *Dixi primò, [conceptio verborum:] quia hic contractus non oritur, nisi verborum solennitas interueniat. [Daturum facturumvè,] subaidi.* 3 *quia stipulatio proprie per verba futuri temporis contrahitur. Nam sic contracta, [Promittis, quod das mihi centum?] regulariter non valet. Item vt includerem stipulationes dandi, & stipulationes faciendi,* 4 *Addidi [incontinenti:] quia responsio debet sequi interrogationem incontinenti, i. nullo actu extraneo interueniente. Adiunxi demum, [quod interrogatus promittat:]* 5 *quia in hoc contractu necesse est, interrogationem præcedere, & responsionem sequi, alioqui stipulatio non esset.* [b] *Et hęc est pręcipua stipulationis differentia, quæ ad alijs contractibus secernitur. Aliorum enim contractuum natura est, vt ex eis non oriatur obligatio, nisi res, literę, consensus interueniant. Hic tum demum naturali obligationi accedit ciuilis, cum stipulant stipulatur, id est, interrogat, [Promittis te mihi daturum decem?] respondet que interrogatus, [Promitto.]* 6 *Differt autem stipulatio primum a cõuentione, quia conuentio est nomen valdè generale ad omnem contractum & distractum,* [c] *siue re, verbis, literis, siue consensu, siue per nuncium, vel per epistolam, siue expreßè, siue tacitè fiat. Et sic differt stipulatio à conuentione, sicut species a genere. Secundò differt a promissione.* 7 *Nam & [promissio] generalius quiddam est quàm stipulatio: adaptatur enim ad pactum, stipulationem, & promissionem* [d] *angustior tamen est, quàm conuentio. Tertio differt à nudo pacto:* 8 *quia [nudum pactum] propriè fit, quando quis non interrogatus promittit: ita tamen, vt is, cui fit promissio, consentiat, licet promittentem non interrogauit: ideoque contrahitur per nudi & simplicis consensus ministerium, sine verborum solennitate, nec parit* [e] *actionem. Quartò differt à [pollicitatione,]* 9 *quæ est solius offerentis promissum, quando scilicet vnus promittit, & alter nec tacitè nec expresse consentit* [f] *promissioni. Et hęc fit communiter inter absentes per literas, aut per nuncium: quod in stipulatione non est, quum in ea præsentia sit necessaria.* 10 *Stipulatio enim inter absentes concepta,* [g] *inutilis est.* 11 *Porrò stipulatio inuenta est à iure ciuili, vt fieret discrimen inter ea quæ temerè, & ea quę consulto pollicemur. Ea enim, quæ nudo pacto promittimus, pręsumit lex, seu ius ciuile temerè promissa, ideoque actionem denegat: quæ verò per stipulationem spondemus, præsumit verè ac consulto promissa, ideo actionẽ dat: vt est videre in fideiussore. nã is obligatur quoq; ciuiliter, daturq; contra eum actio, quando per stipulationem*

a l.5.§.stipulatio de verb. obli.
b l.1.§. qui pręsens. hoc tit.
c l.1.§.cõuentionis. de pact. cũ similibus.
d l.sciendum. §. dictum. de ędi. edi.
e l.iurisgẽtium. §.nuda. eũ ibi. notatis. de pac.
f l.pact. de polli.
g §.item ver iof. de inuti. stipu.

ticnem

tionem pro [h] alio intercessit. 12 Deinde ob id inducta est, quòd ea firmari, munirique solent omnes alij contractus: nullus enim contractus est, cui non possit stipulatio tanquam vinculum fortius, & robustius adhiberi. Exempli causa: Contractus innominati non valent, nec actionem producunt, nisi ab vna parte aliquid [i] interueniat: quod si firmati fuerint stipulatione, valent, neque amplius locus est pœnitentiæ, vtcunque [k] nihil interueniat. Postremò & ob id, quia in contractibus non potest contingere ipso iure liberatio, nisi primum reliqui contractus deducantur in stipulationem, & deinde per acceptilationem tollantur: de quo infra [l] agemus. 13 Sanè stipulatio si alicui contractui accedat, induit naturam eius contractus, [m] cui adhibetur. 14 Item & contractus innominati per adiectam [n] stipulationem fiunt nominati. 15 [Contractus nominati] sunt, qui certa & peculiaria nomina à iure gentium acceperunt. [Contractus] verò [innominati,] qui non acceperunt certa & peculiaria nomina, & sunt quatuor: [Do vt des, Facio vt des, Do vt facias, Facio vt facias,] 16 Ex prædictis apparet, causam stipulationis esse, solennitatem verborum, præcedente interrogatione, & secuta responsione, cum consensu & præsentia vtriusque tam stipulatoris, [o] quàm promissoris. 17 Effectus est, primò quòd stipulatio tanquam vinculum quoddam firmet omnes cõtractus, quibus accedit. Secundo quod obligationem pariat ad dandum, faciendum, vel præstandum, & per consequens actionem. 18 Dantur autem ex stipulatione duæ actiones, [p] [condictio certi ex stipulatione, & actio ex stipulatu. Condictio certi ex stipulatione] habet locum, quando certum quid deductum est in stipulationem, puta quod continet quid, quale, quantum: ut quando quis stipulatur vini Rhenensis optimi decem amphoras. [Actio] autẽ [ex stipulatu] datur: quando incertũ quid est promissum, vt si quis promittat [q] equũ. Et vt rectè intelligas, quæ stipulatio certa sit & quæ incerta: 19 sciendum est, id in nostro proposito certum esse, quod ex ipsa pronunciatione, vel certè relatione ad aliud præsens apparet, quid, quale, quantumque [r] sit. [Pronunciatione ipsa dixi, vt quando quis stipulatur vini optimi decem amphoras. Notanter dico [vini optimi,] quia non omnis qualitas rebus adiecta facit rem certam, sed ea sola, quæ primum & summum locum tenet. Nam si vini boni decem amphoras stipularer, rem incertam stipulatus esse viderer. vtcunq; enim qualitas bonitatis adiecta sit, ista tamen est incerta qualitas, quia bono melius inuenitur, & vinum quod melius est, ipsum quoque bonum est: quare hoc casu certi condictio non competeret sed actio ex stipulatu daretur, tanquam ad rem incertam [f] Deinde subiunxi: [vel saltem relatione ad aliud:] quia res dicitur certa non solum nomine suo, sed etiam per relationem, id est, cum refertur ad aliud. Exemplum: Si quis stipulatur, Frumenti quod in borreo tuo est, decem modios, nomen (frumenti) est incertum: sed cum dicitur. Quod in horreo tuo est: iam certitudo [t] per istam relationem oritur. Porrò vbi non apparet, quid, quale, quantumque sit in stipulatione, incertam esse stipulationem dicendum est. Ergo si quis fundum sine propria appellatione, vel hominem generaliter sine proprio nomine, aut vinum, frumentumue sine certa qualitate dari stipulatur, incertum deducit in stipulationem. Idem si quis id, quod in faciendo, aut in non faciendo consistit, stipulatur, incertum stipulari videtur. 20 nam omnia facta [u] sunt incerta.

b *Quod stipulum.] 21 Stipulum in hac significatione, quam hic dicit Iustinianus, apud Latinos non reperiri, Catellianus Cotta [x] autor est. quid enim commune habet stipes seu truncus cum contractu? Sanè [Stipitem] antiqui vocabant fustem terræ defixum (vt autor est Festus) quo boues & cætera animalia alligarentur, vt retinerentur certo loco, & arbusculis ne nocerent: qua similitudine fortassis Iustin. stipulationem putauit dictam esse: de qua & hunc versiculum verisimile, est factum. [Verba ligant homines, taurorum cornua funes.] 22 Nonnulli tamen malunt hoc loco, ἀπὸ τῦ συπτῦ legere: σύπτω enim grecè, idem quod astringo siue alligo, Latinè significat. [Stipulationem] namque dictam ait Paulus, quasi firmum astringendæ obligatis [y] vinculum. Varroni [z] tamen aliud videtur, qui [Stipulationis] vocabulum à stipe deductum sensit: & [Stipulari] eum dici, & [restipulari,] qui pecuniam alligat: id est, (vt exponit Cõnanus) qui aliquem sibi alligat pecunia promissa. Festus autem [Stipem] esse nummum signatũ, inquit, testimonium est & id, quod datur in stipendium militi: & cum spondetur pecunia, quod [Stipulari] dicitur. Sed [Stipulatio] non pecuniæ tantum, sed rerum omnium esse possit, quæ veniunt in hominum commercium, Iustinianus fortasse eam maluit à stipiti deducere, quàm à stipe. 23 Verum vtcumque sit, ego verius esse puto, stipulationem à stipe deduci, quod circa stipem, id est, pecuniam maximè consistat. Stipe enim dicebatur ab antiquis æs, eo quod antequam signatum esset, non numerabatur, sed pensabatur, vt M. Varro [a] de lingua Latina sensit. Vnde [Stipulari] significat stipem, id est, pecuniam obligare, quandoquidem stipulando pecuniam frequentius obligare solemus. Quamuis autem primo stipulatio de pecunia propriè diceretur: postea tamen ad omnes rogationes, quæ solenniter fiunt, translata est.*

h l. blanditus. C. de fideiuss.
i l. 1. in fi. de rerũ permut. d. l. iuris gentium. in prin. de act.
k l. explicato. C. de re. permut.
l in §. item per acceptilationem. qui. mo. tol. ob.
m l. si stipulatus. in prin. de vsu. Arec. in l. sciendũ. de ver. obl.
n vt d. l. 1. in pri. de verb. oblig.
o ita Bar. in l. 2. ad fi. de condi. ob causam.
p vt hic in pri. t. nostri. & vide quæ dixi in §. rei persequendæ. if. de actio. l. si quis certũ. si cert. pet.
r l. stipulationũ. & l. vbi autem hoc ipso tit.
f ita Dd. in l. certũ. si cert. pet.
t tex. est in d. l. vbi autem. in §. illud in 3. responso.
u d. l. stipulationum. l. seq.
x in memorabilibus suis.
y li. 5. sent. tit. 7.
z lib. 1. de ling. Lat.
a loco preçitato.

§. In hac re.

1 *Verborum solennitas olim in stipulatione seruata, hodie non est necessaria.*
2 *Lingua acceptio.*
3 *Diuersitas idiomatum nec stipulationem nec sententiam vitiat.*
4 *Explicata l. decreta. ff. de re iud.*
5 *Stipulator & promissor quis dicatur.*

a In hac re olim talia verba tradita fuerũt: spondes? spondeo. promittis? promitto. fide promittis? fidepromitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciam. Verum autẽ Latina, an Græca, vel qua libet alia *b* lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterq; stipulantium intellectũ eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrunque vti, sed sufficit *c* congruenter ad interrogata respondere. Quinetiam duo Gręci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hęc solennia verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autem *d* Leonina constitutio lata est, quæ solennitate verborum sublata sensum & consonantem intellectum ab vtraque parte solum desiderat, licet *e* quibuscunque verbis expressum sit.

a In hac re.] 1 Olim in stipulationis contractu quis per illa ipsa verba respondere debebat, quibus interrogabatur: vt si stipulator ita dixisset, [Promittis?] et promissor respondisset, [Spondeo,] non valebat stipulatio. Hęc verborum solennitas sublata est, & sufficit hodie, si alter alterum [a] probe intelligat. Neque vero vana fuit talis obseruatio veterum. nam adimebat omnium verborum amphibologiam, & controuertendi de mente stipulantium occasionem. Et videmus hodie multos terrere annos iudices in cognoscendo, vtrum promissum sit, an non sit, ut fere reuocanda videatur vetus stipulationis solennitas.

b Lingua.] 2 Lingua hic idiomatum & sermonum differentiam significat: vt cum Cicero in Tuscul. dixit, vberiorem & esse copiosiorem multo linguam Græcam, quàm Latinam.

c Congruenter.] 3 Sola ergo idiomatum diuersitate stipulatio non vitiatur, si consensus idem concurrat, alterque in alterius verba [b] consentiat: sicut nec sententia, quæ tam Latina, quàm Gręca lingua proferri [c] potest. 4 Neque aduersatur quod [d] Triphonius ait, [Decreta Prętorum Latine interponẽda esse:] loquitur enim in magistratibus, qui compellebantur Latine pronunciare, propter linguam Latinam asserendam. Nam cum tanta Romæ esset vsurpatio linguæ Gręcę, vt per eam redderẽtur Romani leues, ac mendaces: Senatus decreuit, deinde Pręlores non debere, nisi Latine decernere, nec orationem vllam in Senatum admitti, nisi Latinam, vt est apud Suetonium. Ergo Iurisconsultus loquitur propter autoritatem Romani imperij asserendam, cuius decor erat ampliari linguam Latinam. nos autem loquimur in primaris conuentionibus, in quibus non refert, qua quisque lingua loquatur, modo alter alterum intelligat, siue per se siue per verum [e] interpretem. 5 Cæterum is qui interrogat, velut creditor obligans alium, [Stipulator] dicitur: [Promissor] vero accipitur, qui respondens obligatur. Quanquam etiam [Stipulator] de promittente dici possit.

d Leonina.] Quam Imp. Leo A. ad Erithrium Præfectum Prætorio edidit, quaque libro VIII. Cod. tit. XXXVIII. etiamnum [f] extat.

e Quibuscunque verbis.] Modo verba sint: est enim stipulatio verborum conceptio, quibus qui interrogabatur daturum facturumue quod interrogatus est, [g] respondit, cæterum notæ verba non sunt: puta si A velim significare, promittis mihi centum? quemadmodum notę literæ [h] non sunt, quę tamen vicarium obtinent locum verborum.

a de quo vide l. oẽs. C. de contrahẽ. & commit. stip.
b hic & l. 1. §. eadem aũt. de verbo. oblig.
c l. iudices. C. de senten.
d l. decreta. ff. de re iud.
e io d. l. omnes.
f d. §. eadem. in fi.
g l. stipulationũ aliq. §. stipulatio. ff. de verb. oblig.
h l. sed cũ patrono. ff. de bono. pos.

§. Omnis,

1 *Cedere diem, & uenire diem, quomodo accipiatur.*
2 *Pura stipulatio quæ.*
3 *In pura stipulatione cessit, & venit dies.*
4 *Verbum (confestim siue statim) quid significet.*
5 *Stipulatio in diem quæ.*
6 *In stipulatione in diem cessit dies, sed non venit.*
7 *Et qui ante tempus petit debitum, duplicat ur tempus.*

Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. Pure: veluti, quinque aureos dare spondes? idque confestim peti potest. In diem, quum adiecto die, quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, decem aureos primis calẽdis Martijs dare spondes? Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur. sed peti prius quàm dies venerit, non potest. At ne eo quidem ipso die in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet. Neq; enim certum est eo die, in quem promissum est datum non esse, prius quam is præterierit.

Oportet] ad euidentiorem cognitionem huius loci præmittere, quoniam modo inter se discrepent, cedere diem, & venire diem. 1 Tum autem [cedere diem] dicimus, [a] cũ incipit ea die res ad ius alicuius pertinere. licet agi adhuc non possit. [Venire] autem [diem] significat, quando res perfecte peti potest, vt quia obligatio & actio efficaciter ac vere orta sit. Hoc sic pręcognito, 2 obserua ex hoc textu, [puram stipulationem] dici, quę neque diei, neque conditionis adiectionem habet, sed pręsentis obligationis efficaciam [b] significat. 3 In hac & cessit & venit dies, quia obligatio & actio efficaciter orta est. Cessit ergo, quia statim debetur: venit, quia statim peti potest, quod promissum est. debet tamen suspendi actionis exercitium modico tempore, donec traditio [c] fieri possit. 4 Verbum. n. (confestim, siue statim) cum aliquo temperamento temporis intelligendum est: idq; humanitatis causa, non vt importunus creditor statim cum sacco paratus [d] ad sit. Hoc aũt tempera-

a l. cedere diem. 213. de ver. sig.
b ita Dd. io l. cũ qui Kalendis. 41. §. quoties. de verb. oblig.
c §. fi. iof. de iou. stipula.
d l. quod dicimus de solutio.

mentum iudicis relinquendum est arbitrio, qui ex more regionis, & pro ratione circumstantiarum, tempus solutioni [e] *præscribet.* 5 [*Stipulatio in diem*] *est, quando dies adponitur, certa vel incerta, dum tamen certum sit, eam venturam: vt si promitto decem post mortem.* 6 *Et in hac cessit quidem dies, quia statim debetur, sed nondum venit, h. e. nondum peti potest efficaciter, nisi die exacta. Communis tamen Doctorum adsertio est, in hac stipulatione ante diem & obligationem & actionem esse quidem ortam, sed obstare exceptionem. Creditor ergo ante diem, vtcunq; debeatur ei debitum, vtcunque detur ei actio, efficaciter tamen non agit, quia dies stipulationi adiectus peperit debitori exceptionem qua repellit creditorem etiam in illo die, in* [f] *quem destinata est solutio.* 7 *Quinimo qui præmature, plus tempore petere diceretur, & contra eum in nimiæ celeritatis pœnam tempus* [g] *duplicaretur: quod tamen in pura stipulatione* [h] *non est.*

e arg. l. 1. de iur. delib.
f vt hic in text. oost ro.
g § hodie autem inf. de excep.
h iux. Al. c. 10 d. l. cedere diem. de verb. sig.

§. At si ita.

1. 4 *Promittis 10. aureos quo ad viuam: qualis stipulatio.*
2 *Stipulatio ad tempus constitui nequit.*
3 *Tempus non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis.*

At si ita stipuleris, decem aureos annuos quo ad viuam, dare spondes? & pure facta obligatio *a* intelligitur, *b* & perpetuatur, *c* quia ad tempus non potest deberi: sed *d* hæres *e* petendo, *f* pacti exceptione summonebitur.

a *Intelligitur.*] *Saltem si verborum conceptionem & primos X. aureos inspicias.*
b *Perpetuatur.*] *Ita vt & hæredi meo promissor obligetur.*
c *Quia ad tempus.*] *Hæc est ratio decidendi* [*non potest ad tempus deberi,*] *hoc est, cum tempus sit quiddam naturale, non potest tollere ciuilem obligationem, prout infra mox declarabo.*
d *Hæres.*] *Stipulatoris scilicet.*
e *Petendo.*] *Intellige illos decem aureos a promissore, ex sola ciuili obligatione.*
f *Pacti.*] *Scilicet, quod viuam.*
1 *Stipulatus*] *sum a te decem aureos annuos, quo ad viuerem: ista stipulatio est pura & perpetua. Pure enim facta intelligitur, saltem si verborum conceptionem, & primos decem aureos spectaueris: quandoquidem hi statim peti possunt. Quod si insequentes annos respicias, quadam tenus in diem esse videbitur.* [a] *stipulatio perpetua est, quia nullo tempore potest perimi.* 2 *nam stipulatio ad tempus constitui nequit, veluti si dicam:* [*Decem mihi aureos dare promittis vsque ad decem annos?*] *hoc est, vt si intra decem annos eos a te petam, eos habeam: sin prætereat decennium, nec petam, interimatur actio. Hoc textus vult innuere, hisce verbis:* [*Quia* [b] *ad tempus non potest deberi.*] *Commentatores hanc regulam alijs verbis efferunt, in hunc modum:* 3 [*Tempus non est modus tollendæ obligationis,* [c] *sicut nec inducendæ:*] *quum tempus sit quiddam naturale, & obligatio ciuile quiddam naturalia autem non possunt* [d] *tollere ciuilia, sed sunt alij modi a legibus præscripti, quibus extinguitur obligatio, quemadmodum infra* [e] *suo ordine demonstrabitur. Cum ergo tempus non possit tollere ciuilem obligationem, sequitur, te hæredi meo remanere obligatum ciuiliter, etiã me mortuo: idque textus sentit in verbo,* [*Perpetuatur.*] *Et hæc quidem subtili, summoque iure procedunt.* 4 *Quia tamen iniquum est, vltra id, quàm conuentum est, te cogi, eliditur hæc ciuilis obligatio per exceptionẽ pacti conuenti: & sic quamuis hæres meus, rigore iuris inspecto, possit abs te illos decem aureos annuos petere, tamen submouebitur per exceptionem pacti conuenti de non petendo: quasi videaris tacite pactum fecisse, quod ego stipulator possem quidem annuos decem abs te petere, quamdiu viuerem, hæres autem meus non posset. Illud autem pactum tacitum inductum est a potestate iuris, propter illud verbum stipulationi insertum (quo ad viuam.) Eo enim ipso, quod fuit mihi promissum illud annuum, quoad viuerem, per hoc tacite videor pactus fuisse, ne hæres meus peteret. Naturalis vero obligatio hoc casu non tam tempore, quam pacto sublata dicitur.*

a ita gl. hic, & Ias. in l. si Stichũ. § stipulatio. col. 4. de verb. obl.
b idem habes in l. eum qui ita. 56. § qui ita. & ibi Dd. de verb. oblig.
c l. obligationũ fere. 44. § placet. de actio. & oblig.
d § fi. sup. de leg. ag. tu.
e inf. Quib. mod. tol. obl. per totum.

§. Sub conditione.

1 *Conditio quæ tendit ad esse, vel ad non esse.*
2 *Quod est in conditione, non est in obligatione.*
3 *In conditionali stipulatione neque venit, neque cessit dies.*
4 *Hoc verum est siue conditio expressa sit, siue tacita.*

Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio: vt si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti. si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?

a *De conditionali stipulatione*] *subiungitur,* 1 *quæ fit, quando imponitur conditio de futuro, quæ habet se ad esse, vel non esse.* [*Conditio*] *nanque dicitur, tam quia in casum incertũ,* [a] *qui potest tendere ad esse vel non esse, confertur. Et in hac stipulatione neque obligatio neque actio vlla est, antequam conditio eueniat e*

a Leũ ad præsens § cer. pet.

2 *quia*

si q̃s sub cõd. ff. si quis omis. ca. test.
c l. cedere diem 213. de ver. sig.
d l. nõ omnis. & ibi Dd. si cert. pet.
e l. item quia. §. 1. de pact.
f l. ita demum. in fi. de arbitr.
g dicam inf. e. in §. conditione.

2 *quia quod est in conditione, non* [b] *est in obligatione. Atque hoc est, quod dicimus.* 3 *[in stipulatione sub conditione neque cessisse,* [c] *neque venisse diem.] Non enim cessit dies, quia non debetur, nisi conditio impleta sit: neque venit dies, quia ante euentum conditionis peti a promissore nihil potest. & sic in conditionali stipulatione tum demum, si existit,* [d] *committitur stipulatio.* 4 *Idemque est, siue expressa sit conditio, siue tacita,* [e] *vt quæ a lege subinducatur: dum tamen propriam conditionis naturam habeat, substantiamq; rei, non autem solam executionem* [f] *respiciat. Conditio enim, quam certum est extituram, vel quæ tempus præsens respicit, conditio non est,* [g] *sed pro pura habetur.*

§. Si quis ita.

1 *Hæ duæ stipulationes. Dare spondes, si in Capitolium ascendero: & Dare spondes, cum mortuus fuero: quare æquiparentur in textu.*
2 *Ex stipulatione conditionali non agitur ante euentum conditionis.*

Si quis ita stipulatur, si in capitolium non ascendero, dare spondes? perinde erit ac si stipulatus esset, cum morietur, sibi dari.

Supra dixit de stipulatione conditionali, quæ adfirmatiue concipitur: hic vero exemplum ponit conditionis prolatæ per verba negatiua. 1 *Aequiparantur autem hic hæ duæ stipulationes, [Dare spondes, si in Capitolium non ascendero?] vel, [Dare spondes, cum mortuus fuero?] Non potest enim esse certum, me non ascensurum in Capitolium, nisi vbi mortuus fuero; cum etiam extrema vitæ hora possim ascendere.* 2 *Ex stipulatione conditionali non potest agi, priusquam conditio sit purificata: sed non potest purificari* [a] *ante mortem. Ergo textus has stipulationes recte æquiparat.*

a §. sub conditione. sup. hoc tit.

§. Ex conditionali.

1 *Stipulatio conditionalis est transitoria in hæredes.*
2.3 *Legatum sub conditione ad hæredem non transit: & quæ sit diuersi iuris ratio.*

Ex conditionali stipulatione *a* tantum spes est debitum iri: eamque ipsam spem in hæredem transmittimus, si prius quàm *b* conditio extat, mors nobis contigerit.

a Tantum spes.] Quia sperat stipulator, conditionem impletum iri, sperat conditionem stipulationi adiunctam exituram.
b Conditio extet.] Id est, si stipulator moriatur ante conditionis euentum, tunc transmittit ius suum, nempe spem extituræ conditionis, ad suum hæredem, ita quòd hæres existente conditione promissorem conuenire possit. 1 *Colligis itaque ex hoc textu, stipulationem conditionalem ad hæredes transmitti:* 2 *tametsi in legato sub conditione relicto diuersum obtineat, quia hoc, non existente conditione,* [a] *hæredi minime podest.* 3 *Diuersi iuris ratio est, quia in conditionali stipulatione interuenit factum stipulatoris, volentis sibi & hæred. suo prospicere seu consulere. Aliud est in legato sub conditione relicto, vbi nullum legatarij factum intercedit, sed tantum voluntas testatoris, qui intelligitur legatorio duntaxat, non etiam hæredi ipsius gratificari voluisse.*

a text. in l. is cui 42. de act. & ob lig. in l. legata sub cõditione de con. & dem. & l. vnica §. sin autem. C. de cadu. tol.

§. Loca etiam.

1 *Locus solutioni adiectus efficit stipulationem in diem.*

a Loca etiam inseri stipulationi solent: veluti, Carthagine dare spondes? Quæ stipulatio licet pure fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagine dandam. Et ideo si quis Romę ita stipuletur: hodie Carthagine dare spondes? inutilis erit stipulatio, quum *b* impossibilis sit repromissio.

a Loca etiam.] [Agitur hic] de stipulatione pura, quæ habet tacitum diem propter circunstantiam vel adiectionem loci. 1 *Et colligendum hinc est, locum solutioni destinatum efficere, quod stipulatio concepta videatur in diem. Præsumitur enim in tali casu, contrahentes tacite egisse, non vt statim soluatur, sed eo die, quo commode eo perueniri possit. Committitur autem id temporis arbitrio iudicis, qui æstimabit, quanto tēpore diligens paterfamilias in locum solutioni adiectum peruenire queat, idque efficere, quod promissum est: vt* [a] *Venuleius respondit.*
b Impossibilis sit repromissio.] Hoc tamen non est perpetuum. potest enim contingere, vt stipulator & promissor mandauerint suis dispensatoribus: promissor suo, vt daret: stipulator suo, vt acciperet Carthagine eo die, quo facturi erant conuentionem: quod si ita factum fuerit poterit valere, [b] *stipulatio.*

a l. cōtinuus. 137 §. cum ita stipulatus. de ver bor. oblig.
b l. plurib. 140. §. si inter eos. e. ti.

§. Condi-

§. Conditione.

1 *Conditio triplex est.*
2 *Stipulatio sub conditione præteriti vel præsentis, statim valet, vel non valet.*

Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim *a* infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti, si Titius consul fuit: vel si Mæuius viuit, dare spondes? Nam si ea non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, *b* licet apud nos incerta sint.

1 *Conditio] est triplex: aut enim in futurum confertur, de qua hactenus dictum est: aut in præteritum, aut in præsens tempus: & hæ posteriores duæ impropriè sunt conditiones. Nunc ad rem.* 2 *Quod promissum est sub conditione, quæ præteritum aut præsens tempus continet, statim debetur, vel non debetur. Nam si stipulatio de præterito vel præsenti in facto vera est, statim valet: sin constat factum non esse verum, iam stipulatio statim cecidit, extincta est, immo fingitur ab initio cecidisse. Exempli causa: [Promittis decem, si Cæsar hodie est Gandaui:] vel, [si Titius consul fuit?] statim debetur id, quod promissum est, si Cæsar sit Gādaui, vel Titius fuerit consul, quia stipulatio in facto vera est, vnde obligatio non est in pendenti, non differtur, vt solet fieri in vera conditionali* [a] *stipulatione: idque ea ratione, quia hic statim stipulatio est orta, neque impedit eam error, vel ignorantia nostra. Cæterum si Cæsar hodie non est Gandaui, vel Titius non fuit consul: id quod promissum est, statim non debetur, neque oritur obligatio, quum constet factum verum non esse, idque textus noster* [b] *hic sensit.*

a *Infirmant.] Vel potius eneruant stipulationem. nam obligatio plane nulla nascitur.*

b *Licet apud nos.] Unde passim in iure nostro videmus id, quod in rerum natura sciri potest,* [c] *pro certo haberi.*

a §. sub conditione. sup. hoc tit.
b cui adde. l. cū ad præsens. 37. cum duab. ll. seq. si cer. pet.
c l. cum quidam. §. suum. ff. de acquir. hær.

§. Non solum.

1 *Stipulationum aliæ in dando aliæ in faciendo consistunt.*
2.6 *Stipulationes dandi cuius sint naturæ.*
3 *In stipulationibus faciendi promissor soluendo interesse liberatur.*
4 *Optimum esse, in stipulationibus faciendi pœnam subijcere, qualiter accipiatur.*
5 *Stipulatio faciendi est indiuidua.*

Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta, vt si stipulemur aliquid fieri, vel nō fieri, & in huiusmodi stipulationib. optimum erit pœnā subijcere, ne *a* quantitas stipulationis *b* in incerto sit: ac necesse sit actori probare, quod eius intersit. Itaq; si quis, vt fiat aliquid, stipuletur, ita adiici pœna debet: si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædam fieri, quędam nō fieri, vna eademque conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adijcienda, si aduersus ea factum erit, siue quid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes.

Hinc colligitur.] 1 *stipulationum quasdam consistere in dando, quasdam in faciendo, saltem si consideremus materiam, circa quam versantur. Quod si consideretur stipulatio quo ad sua formalia, quin cōsistat in interrogatione & responsione, dubium* [a] *non est. Nec impedit, aliquas esse stipulationes in non faciundo, vt cum stipulor a te, [ne vadas Romam: quoniam promissio non faciendi continetur vtique sub promissione facti, vel faciendi. Vbi prouidetur de adfirmatiua, ibi etiam prouisum est de negatiua, in casu negatiuo, propter vim relatoriam, quia referunt sese, facere & non* [b] *facere. Ad propositum ergo reuertendo,* 2 *in stipulationibus dandi promissor simpliciter ad dandum obligatur, præcise cogitur volens nolens promissionem* [c] *adimplere. Et natura istius stipulationis est, quod diuidi, id est, pars debiti solui possit, & promissor eiusque hæredes tantum in reliqua parte conueniantur: quod tamen procedit, si quantitas aliqua promissa est, puta decem aurei: secus si aliquod corpus, vt homo, equus, vel aliud quoddam indiuiduum promittatur. tū enim pars solui* [d] *regulariter non potest.* 3 *In stipulationibus autem, quæ in faciendo consistunt, vt si quis promittat ædificare domū, scribere librum, promissor non potest præcise ad factum compelli, sed præstando* [e] *interesse, liberatur. Quare si id non fit, quod promissum est, potest stipulator agere ad interesse, quanti scilicet ipsius interest, rem promissam factam non esse: quod quia difficulter probari potest, ait Iustinianus, [optimum fore, si in huiusmodi stipulationibus pœna subijciatur.] Ubi enim pœna non fuerit adiecta stipulationis, & tu non fecisti, quod promisisti, quantitas stipulationis in incerto est, hoc est, æstimatio facti incerta est: quia facta ab alijs pluris, ab alijs minoris æstimari solent. Et hoc incertum in textu nostro [interesse] vocatur. nam stipulator æstimat, quanti eius intersit, opus factum non esse: quod cum difficilis probationis sit (probandum enim est testibus, & interdum iureiurando, si dolus interueniat, & plerunque interesse ad exiguam æstimationem deducitur)* 4 *ideo consulit* [f] *hic Imp. vt facto pœna adijciatur. Adiecta autem pœna committitur stipulatio,*

petitur-

a gl. in l. stipulatio in pr. h. tit.
b quod non facere contineatur sub fctō, ē tex. in §. etsi muli. sup. de nup. vbi dicit tex. rectē factutū hominē, si se ab illicitis nuptijs abstineat. Ecce abstinere est non factū. qui abstinet, nihil facit: & tñ dr̄ facere q abstinet. adde l. ubi aūt. 75. § qui id q. & d. l. stipulationum. §. itē si in facto. de verb. oblig.
c d. l. vbi aūt §. fi.
d l. 2. §. & harum & l. stipulationes non diuiduntur. & ibi Dd. Ias. post Bart. ibi n. 32. casus notat, in quib. hoc non obtinet.
f l. fi. de p̄t. stipu. l. vnica. C. de sentē. quæ pro eo quod int.

petiturque pœna, etiam si stipulatoris non intersit, opus factum non esse. 5 Quod autem supra docui, obligationem dandi esse diuiduam, ita quod creditori pars solui possit, contingatque in parte debiti liberatio: vt si sim tibi in decem obligatus, possum quinque soluendo partem obligationis extinguere: hoc verum intellige, si creditor consentiat: creditori volenti pars solui potest, nolenti non potest. Nam cum dicitur, [præstatio partis liberat, partem præstari posse,] semper supponunt, creditore volente. 8 Neque enim hac specie tractamus quid creditor velit, aut nolit: velit accipere partē, nec ne: sed an per naturā ex conditione & qualitate debiti possit pars præstari: quia si est diuidua, tunc creditori volenti præstari potest: si est indiuidua, tunc nec volente quidem creditore pars præstari quiret. Naturam ergo rei, an accipiat partem consideramus, supponimus creditoris voluntatem concurrere. Nonne creditor accipit partem debiti, sub spe, quod & altera pars soluatur? ergo videndum est, an pars præstari queat, id est, an obligatio diuidua sit, aut indiuidua. 6 Unde consectariū est, stipulationem faciendi esse indiuiduam, h adeo quod creditor non possit esse contentus parte, ob id, quod natura rei non recipit præstationem partis, sicut est via, iter, actus, quę sunt per naturam indiuidua. Hoc tamen suis locis i interpretes diffusius expendunt.

a *Quantitas stipu.] Hoc est, eius quod interest. quod quidem inesse intelligitur stipulationi faciendi.*

b *In certo sit.] Quatenus enim cuiusque intersit, in facto, non x in iure consistit.*

c *Siue quid ita.] Omisit Iustinianus hic, quomodo cōmittatur pœnalis stipulatio subiecta stipulationi facti, quæ est indiuidua: & an aduersus plures committatur in solidum. Verum hunc articulum veluti præcipuum, eleganter Paulus I.C. explicat in Pandectis, quę huc facile transcribi possunt.*

g ita ferè zas. in d.l. stipulationum.
h l. creditori. C. de pact.
i in d.l. si stipulationum.
x l. quatenus. de reg. iur.
l in l. 2. §. penul. de verb. obl.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI. Tit. XVII.

1 *Continuatio huius tituli.*
2.4 *Rei stipulandi promittendique vnde dicti.*
3 *Vox (rem) quomodo a veteribus accepta.*
5 *Rei credendi & debendi.*
6 *Duos reos ex quocunque contractu constitui.*

Quæ 1 in superiori titulo de stipulatoribus & promissoribus dicta sunt, de iis intelliguntur, qui singuli a singulis stipulantur, aut singuli singulis spondent, ac generali creditorum debitorumque appellatione continentur. Verum quia frequenter vsu venit, vt eandem rem vel plures vni promittant, vel plures ab vno stipulentur: de hoc stipulationis genere Imp. speciatim tractare voluit, ob id certe, quoniam & alia est huius obligationis conceptio, & natura diuersa, neque amplius vulgare creditorum debitorumque nomen sortiuntur contrahentes. 2 Dicuntur enim rei stipulandi, promittendique, seu credendi & debendi, a re scilicet, quæ vna atque eadem in obligationem a deducitur. 3 Nam & veteres Ciceronis b testimonio reos appellabant non modo eos, qui arguebantur sed omnes, quorum de re disceptabatur c Nonius etiam, [Reos,] inquit, [non solum crimini & culpæ obnoxios, sed honesti, voti, promissi debitores esse, veterum autoritas voluit.] Alias tamen reus dicitur respectu actoris, vt in iudiciis: & tunc pro eo qui conuenitur, proprie capitur. 4 Illud quoque sciendum, eos qui stipulantur eandem rem, vel quibus ex stipulatione eadem res debetur, reos stipulandi nominari: qui vero verbis stipulationis interrogati promittunt, reos promittendi proprie d dici. 5 Quod si quibus velut correis ex alio contractu, vel etiam ex testamento, eadem res debetur, hi proprie rei credendi: & qui plures eandem rem debent, rei debēdi e appellantur. 6 Neque enim per stipulationem tantum constituuntur duo rei (de quo hic titulus speciatim loquitur) sed etiam per quemcunque alium contractum, vel in vltima volūtate. Quare si f eandem rem apud duos pariter deposui, vtriusque fidem in solidum secutus, vel eandem rem duobus simul commodaui, aut testator grauati Meuium & Sempronium hæredes suos dare centum Titio, pariter eorum fidem in solidū secutus, constituuntur duo rei, & in solidum tenētur: sicq; de cæteris.

a l. 2. l. 3. in fi. & l. si id quod. ff. hoc tit.
b lib. 2. de Orat.
c vide Alcia. in l. nominis & rei ff. de ver. sign.
d l. 1. ff. eod.
e gl. 1. l. eandem. ff. hoc tit.
f tex. d. l. eandē.

Ad princip.

1 *Natura reorum stipulandi & promittendi.*
2 *Rei promittendi & stipulandi quomodo constituantur.*
3 *In quibusque contractibus possunt constitui correi.*
4.6 *Quæ requirantur ad constitutionem reorum stipulandi & promittendi.*
5 *Modicum tempus obligationem non vitiat.*
7 *In defectum promittens quomodo differat a reis, &c.*
8 *Fideiussores differunt a correis.*

Et stipulandi & promittēdi, duo pluresue rei fieri possunt. stipulandi ita, si *a* post oīum *b* interrogationem promissor rñdeat, spondeo: vt puta quum duobus separatim stipulantib. ita promissor respondeat: *c* vtrique vestrum dare spondeo. Nam si prius *d* Titio spopondetherat, deinde alij interrogati spon-

spondeat: alia atq; alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresue rei promittendi ita fiunt: Mæui, decem aureos dare spondes? & Sei, eosdem dare spondes? si respondeant singuli separatim: spondeo.

Si duo,] pluresue rem aliquam stipulati sunt, cuilibet tantum pars debetur: vt si tu & Sempronius a me decem aureos stipulemini, vtrique tantum quinque debeo. Sic quoque si duo, pluresue rem aliquam promittunt, quilibet in partem tantum tenetur, 1 *nisi in vtroq; casu expresse vel tacite actum sit, vt sint duo rei stipulandi, vel promittendi: nam tum singuli debitores obligantur in solidum, singulique creditores solidum possunt* [a] *petere.* 2 *Constituuntur autem duo rei stipulandi & promittendi: primum expresse, cum hoc nominatim actum est, vt sint duo rei stipulandi, vel promittendi. deinde tacite, si adijciatur dictio, in* [b] *[solidum:] item cum additum est verbum, [Eadem] vel verbum,* [c] *[Quilibet:] item in obligatione alternatiua: vt [Promitto tibi, aut Titio decem, vel alterutri* [d] *vestrum.] Breuiter, quotiescunque ex verbis colligi potest animus constituendi duos reos debendi seu credendi. Nec verum est, quod Accur.* [e] *putat, non constitui hodie duos reos stipulandi, nisi hoc expresse* [f] *agatur: quoniam circa formam constituendi nihil immutatũ est, & per eadem verba etiam hodie constituuntur, per quæ olim: licet quo ad effectum solidæ exactionis hoc sit innouatum, quod beneficium nouarum constitutionum de duobus reis transferant, quod infra latius docebimus.* 3 *Nec solum tamen duo rei stipulandi & promittendi constituuntur in stipulatione, sed & in cæteris cõtractibus, veluti emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, & cæteris: vt si eandem rem apud duos pariter deposui, vtriusq; fidem in solidum secutus: vel eandem rem duob. simul commodaui, hi fiunt* [g] *duo rei promittendi.* 4 *Cæterum ad hoc, vt sint duo rei credendi seu stipulandi, necesse est primò, quòd promissor non ante respondeat, quam vterque stipulantium interrogarit. Secundò quòd continuo, id est, nullo actu extraneo & obligationi contrario interueniente, promissoris, promissorumue responso subsequatur. Nam illud in quocunque genere stipulationis perpetuum est, & de forma substantiali, vt continuus actus sit, & stipulantis & promittentis.* 5 *Modicum tamen interuallum temporis sicut obligationem non vitiat, ita nec duorum reorum* [h] *constitutionem infirmat.* 6 *Et hæc obtinent etiam in reis promittendi.* 7 *Differũt autem duo rei promittendi & stipulandi ab eo, qui in defectum promittit: quia adiectus in defectum non tenetur ad certam quantitatem, sed ad id tantum, quod deficit, quod creditor a debitore suo consequi non potest: veluti si quis hoc modo* [i] *stipuletur: Titi, promittis mihi, quanto minus a Sempronio debitore meo consequi potero?* 8 *Discrepant quoque correi a fideiussoribus, quia fideiussores accedunt obligationi alterius, nec possunt conueniri in solidum, nisi reo principali excusso: Correi autem sunt æque principaliter obligati pro se sed de his infra suo* [k] *loco.*

a l. reos promittend. §. cum in tab. de duob. reis.
b l. 3. §. vbi. h. ti.
c vt hic, & l. 2. h. t.
d l. si ex toto. §. fi. de leg. 1. reliqua vide apud Bart. & Pau. l. 2. ff. eod.
e tex. i l. & an ea. hoc tit. l. fi. Titio & Seio. ff. de leg. 2.
f Auth. hoc ita. C. hoc tit.
g gl. verbi spondeo.
h text. in l. duos. §. duo rei. h. ti.
i l. decem. cũ ibi no. de verb. ob.
k tit. de fideiuss.

a *Post omnium.] Scilicet stipulantium, quos omnes promissorem interrogare oportet. nam si vnus tãtum stipulando interrogarit, duo rei stipulandi esse nequeunt, etsi alterius etiam mentio fiat.*
b *Interrogationem.] Nempe separatam.*
c *Vtrique vestrum.] Nam si alteri tantum respondeat, illi soli obligabitur.* [l]
d *Si prius Titio resp.] Dum scilicet hoc non agitur expressim, vt duo rei credendi fiant: alioqui non obest* [m] *hæc separatio.*
e *Alia atque alia.] Re ipsa scilicet, & effectu: plures enim sunt stipulationes, pluresque promissiones, & plures quoque res.*
f *Si respondeant singuli separatim.] Et quidem continuò, nec interueniente magno interuallo, vt paulo ante dixi.*
g *Spondeo.] Idem erit, etsi dixerint, Spondemus: quemadmodum ex* [n] *Pomponij responso liquet.*

l l. duos. reos. de duobus reis.
m l. 3. hoc tit.
n d. l. duo rei. d. z.

§. Ex huiusmodi.

1 *Primus effectus correorum.*
2 *Secundus effectus eorundem.*
3 *Uno correorum promittendi soluente, liberantur & alij.*
4 *Quod hodie in correis sit immutatum.*
5 *Duo beneficia reorum debendi.*
6. 7 *Renunciatio Auth. hoc ita. C. de duo. re. quid operetur.*

Ex huiusmodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur: & promittentes singuli in solidum tenentur. In vtraque tamen obligatione *a* vna res vertitur: & *b* vel alter *c* debitum accipiendo, vel alter soluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

Subiungit] Iustinianus duplicem effectum obligationis duorum pluriumue reorum credendi siue debendi. 1 *Primus, quia eiusmodi obligatione ipso iure singulis stipulatoribus solidum debetur, & vnusquisq; promittentium in solidum est obligatus, adeo quod a quouis eorum solidum peti possit, omnibus etiam* [a] *præsentib. & soluendo existentibus. Et sic reorum debendi obligatio singulos promittentes ipso iure obligat in solidum,*

a tex. in l. 2. & 3. §. vbi. hoc tit.

singuli

singuli solidum debent. 2 *Secundus, si vnus ex correis totum debitum soluerit, extinguitur obligatio omnino, & quo ad alium correum debendi, alter correus quoque liberatur: ob id certe, quod vna atque eadem res in vtriusque obligatione vertitur. Vna enim, & plures videntur hic esse obligationes. Vna, quia res* [b] *debetur: plures, quia duæ sunt eiusdem potestatis* [c] *obligationes.* 3 *Ex diuerso si alter correorum promittendi soluat, liberat quoque correum suum, quò ad correi personã, perempta obligatio censetur. Etenim solutione eius, quod debetur,* [d] *tollitur omnis obligatio. Si tamen citra solutionem persona eius ab obligatione eximeretur, id correo, quo ad ipsius obligationem tollendam non prodesset: quemadmodum Faber hic notat.* 4. *An autem circa hus effectus hodie aliquid immutatum sit? breuiter dicendum ex communi Doctorum sententia: in reis stipulandi nihil esse innouatum: in reis verò promittendi vnum innouatum est. Quum enim olim singuli debitores in solidum conuenirentur, hodie beneficio legum tantum in partem tenentur & condemnantur: nisi alter non fuerit soluendo, vel absens, ne commode dissoluat. vel etiam nisi debitores huic legum beneficio* [e] *renunciauerint.* 5 *Obserua igitur, nouissimo iure duo esse beneficia reorum debendi: primum quod causa duorum reorum debet communiter examinari, neque vnus sine alio conueniri potest. Alterum est, quòd solum conueniuntur pro parte, singuli* [f] *pro parte sua tenentur, vt renunciantes Nouellæ constitutioni, sic duobus beneficijs renunciare intelliguntur.* 6 *Et hinc est, quòd eiusmodi renunciationem vulgo hodie adponant tabelliones in suis instrumentis, cum interim constitutionem ipsam vt plurimum ignorent.* 7 *Habet tamen hac renunciatio maximam efficaciam ac vim, vt ex prædictis liquet. hac enim opposita, quilibet correorum in solidum conueniri potest, etiam omnibus præsentibus, & soluendo existentibus: quia tunc reditur ad iura vetera, quibus hoc* [g] *permittebatur.*

a *Vna res vertitur.*] *Unam autem rem intelligimus, si non omnino vere, saltem iuris fictione: vt duo fabri eiusdem peritiæ si promittant suas operas, intelliguntur easdẽ operas promittere:* [h] *ideo & duo rei fiũt.*

b *Et vel alter.*] *Nempe duorum reorum stipulandi.*

c *Debitum.*] *Solidum scilicet: partem enim recipiendo ius alterius non perimit, quia ei recte adhuc soluatur reliqua pars: cui certe solui non posset, si perempta esset eius obligatio.*

b d.l.3.§.vbi.
c l.si reus.& l.eãdem. in fi. vbi ẽt alia ratio ponitur. hoc nostro tit.
d ff.qui mo.tol. obl.in prin.
e Auth. hoc ita. & ibi Barto.& Dd.C.hoc tit.
f d.Auth.hoc ita.
g vt in hoc §.
h l. 5. nemo est qui nesciat. in fi.ff.hoc tit.

§. Ex duobus.

1 *Casus huius §.*
2 *Causa dubitandi in hoc §.& item decidendi.*
3 *Imparitas obligationis, quæ re, vel spe ad paritatem reduci potest, non impedit eam.*

Ex duobus reis promittendi, alius in diem vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

Hic locus ad verbum descriptus est ex [a] *Florentini responso. Continet autem talem hypothesin.* 1 *Stipulatus sum a Titio & Meuio centum aureos, Titius pure mihi promisit. Meuius autem sub conditione, si Cæsar in Germaniam venerit: an isti intelligantur constituti esse duo rei promittendi seu debendi?* 2 *Et non videtur, quum æquitas omnimoda siue paritas debeat esse inter duos reos* [b] *debendi. Ita enim Iurisconsultus ait: [Si quis a duob. reis paciscatur, vt ab altero dolus, ab altero etiam culpa leuis præstetur, propter culpæ imparitatem vitiari duorum reorum constitutionem,] Hic tamen deciditur, ex duobus reis promittendi, aliũ pure, alium in diem, vel sub conditione obligari posse, & sic diuersitatem temporis, quod solutioni adiectum est non impedire, quo minus duo rei debendi* [c] *constituantur.* 3 *Huiusmodi enim imparitas obligationis, quæ re vel spe ad paritatem reduci potest, non impedit obligationem, sicut in exemplo textus nostri. Nam adueniente conditione, vel die, ambo æqualiter tenentur, cum semel conditio quæ extitit, perinde habeatur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta* [d] *esset. Quæ autem imparitas reduci non potest ad paritatem, impedit obligationem, sicque loquitur Iurisconsulti responsum cuius suprà mentionem fecimus, quod aduersari videbatur: ibi enim nulla spes est, futurum, vt parem causam suscepisse videantur hi, quorum hic dolum, ille culpam leuem præstare tenetur. Non possunt ergo ibi duo esse rei, a quibus tam impar suscepta est obligatio. Reliqua huc spectantia Angelus hic, & Bartolus* [e] *itemque reliqui Doctores suo loco plene prosequuntur.*

a l.ex duob.7. eo.ti.
b arg.l.9.eandẽ. §.sed si quis. hoc nostro tit.
c Conc. tex.in l. 7.ex duob.vnde hic §.ad verbum sumptus est.ff.hoc tit.
d l.potior. §. videamus.q potio.in pig.
e d.l.si ex duob. §.fi.eo.ti. & in d.Aut.hoc ita. in 12.quæst.

DE STIPVLATIONE SERVORVM. TIT. XVIII.

Ad princip.

1 *Tres dubitandi causæ, quare seruus non videatur stipulari posse.*
2 *Seruus ex domini persona potestatem stipulandi habet.*
3 *Seruus hæreditarius an stipulari queat.*
4 *Hæreditas iacens, & nondum adita, fictione iuris defuncti personam sustinet.*
5 *Seruo hæreditario stipulante quis sit effectus.*

Seruus ex persona domini ius stipulandi habet. Sed & hæreditas in plerisque personæ defuncti vicem sustinet: ideoque quod seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipulatur, acquirit hæreditati: ac per hoc etiam hæredi postea facto acquiritur.

Quum] seruitus nostro tempore fere sit abolita, neque seruos amplius in nostra habeamus potestate, sicut olim: hanc seruorum stipulationem paucis perstringemus. 1 Videbatur autem seruum stipulari non posse, tum quia is iure ciuili pro nullo [a] habetur, & stipulatio iuris ciuilis contractus est: [b] tum quia seruus nihil sibi [c] acquirere potest: tum etiam quia is, cui quid ex stipulatione quærendum est, regulariter, [d] præsens esse, & stipulari debet. 2 Sed magis est, vt seruus ex persona domini, qui serui caput est, & a quo designationem accipit vim ac potestatem habeat stipulandi: per hunc enim dominus ipse sibi stipulari [e] videtur. 3 Rursus videbatur seruum hæreditarium, cuius dominus est mortuus, stipulari non posse. quomodo enim stipularetur, cum mortuo domino suo, nemo sit in rerum natura, ex cuius persona designationem habeat? 4 Inductum tamen est iuris fictione, vt hæreditas iacens & nondum adita defuncti personam sustineat, ac pro domino [f] habeatur. Vnde si defunctus stipulandi facultatem habuit, ex eius ficta persona censebitur & seruus ipsius vtiliter stipulatus esse: 5 huiusque stipulationis effectus est, primum quod hæreditati iacenti acquirantur, quæ defuncti personam repræsentat, deinde etiam hæredi postea adeunti: is enim quandocunque adierit, fingitur adiisse a tempore [g] mortis.

a l. 33. quod atti nende reg. iur.
b §. de constituta. inf. de act.
c §. item vobis. sup. per quas pers. nob. acq.
d l. 1. in prin. de verb. oblig.
e d. l. 1. ad prin.
f l. hæreditas. 61. de acq. re. do.
g l. hæres quandocunque de acq. hær.

§. Siue autem.

1 *Quando seruus inutiliter stipuletur domino.*
2 *Seruus & filiusfa. an æquiparentur.*

a Siue autem domino, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter seruus stipuletur, domino acquirit. Idē iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, *b* ex quibus causis acquirere possunt.

a Siue autem.] Quadruplicem hic formam habes interponendæ stipulationis per seruum, quæ pariter ex [a] Florentini responso desumpta est. 1 Et in hac stipulatione seruorum obseruari debet, quid & cui seruus stipuletur: si enim res domino acquiri nequeat, stipulatio est inutilis: vt si seruus sibi stipuletur, aut si rem, quæ iam domini sui est, dari [b] stipuletur.
b Ex quibus causis.] 2 Seruus, vt vides hic, & filiusfamilias æquiparantur, quo ad acquisitionem. In hoc tamen differunt, quod seruus indistincte quærit domino, filius autem familias patri in peculio tantum profectitio, & aduentitio, quo ad [c] vsumfructum.

a l. siue mihi. 15 ff. hoc tit.
b l. 2. de stip. ser. & §. itē nemo. inf. de inut. sti.
c vt dixi in §. itē liberi. sup. per qu. ps. no. acq.

§. Sed cum.

1 *Seruus stipulando ea acquirit domino, quæ sunt iuris: & sibiipsi, quæ sunt facti.*
2 *Stipulatio itineris, viæ, &c. est ius & factum.*
3 *Quæ facti sunt, non transeunt ad Dominum.*

Sed *a* cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur: velut si seruus stipuletur, vt sibi *b* ire agere liceat. ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus eius.

a Quod 1 seruus] stipulando domino acquirit, verum est in his, quæ sunt iuris, vt si stipularetur aliquid dari: secus in stipulatione facti, quæ personæ serui cohæret, commoditas tamen ad dominum [a] pertinet. 2 Non tamen ignorandum est, stipulationem [b] itineris, viæ, actus, esse ius, in quantum debet constitui seruitus: sed in quantū patientia debet præstari, dicitur esse facti. 3 Pendet autem totus hic locus ex illa Pauli I.C. regula: Quæ facti sunt, non transeunt ad dominum.
b Vt sibi ire agere.] In hac stipulatione non ius, sed factum versari, ideoque a seruo recte interponi, nec ad Dominum pertinere [d] Iulianus respondit.

a iuxt. Batt. in l. quod dicit. de verb. obl.
b Bar. in l. 2. §. 1. de ver. obl. idē in l. cōmunis seruus tuus & meus de stipu. seruu.
c l. qui hære. 44. de cond. & de.
d l. stipulatio ista habere licere. 38. §. hi qui. de verb. obl.

§. Seruus communis.

1 *Seruus communis acquirit pro parte dominica.*
2 *Ex hoc quoties non procedat.*
3 *Extensio huius §.*

Seruus communis stipulando, vnicuique dominorum pro portione dominij acquirit, nisi iussu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est: tunc enim soli ei acquiritur. Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti, si res quam dari stipulatus est, vnius domini sit.

Seruus

Seruus] 1 *communis, qui per plures habet dominos, regulariter stipulando acquirit dominis suis pro parte dominica, hoc est, quantum, quisq; eorum iuris in seruum habet.* 2 *Quod tamen aliquoties non procedit: primo quando stipulatur vni ex dominis,* [a] *expresso ipsius nomine proprio. Deinde si iussus vnius praecedit. Tertio, si stipulata res alteri non posset acquiri ex dominis: tum enim illi acquiritur in solidum, in cuius persona acquisitio fundari* [b] *potest.* 3 *Bart. hunc §. & ad Monachos, institoremque plurimũ mercatorum producit.*

a l. seruus communis 2. h. tit.
b tex. in l. si seruus cõmunis. 5. & ibi Barto. de stip. seru.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM. TIT. XIX.

1 *Quadruplex stipulationum diuisio.*
2 *Stipulationes iudiciales.*
3 *Stipulationes Praetoriae.*
4 *Praetoriarum stipulationum subdiuisio.*
5 *Stipulatio iudicatum solui.*
6 *Stipulatio rem ratam haberi.*
7 *Stipulatio de nouo opere demoliendo,*
8 *Praetoria stipulatio cautionalis.*
9 *Et ea fit per stipulationem.* —— { legati. tutelae. ratum haberi. damni infecti.
10 *Stipulationes Praetoriae communes*
11. 14 *In quo differant stipulationes Iudiciales & Praetoriae.*
12 *Casus, vbi in Praetorijs stipulationibus nuda repromissio sufficit.*
13 *Regulariter in Praetorijs stipulationibus nuda repromissio non sufficit.*
15. 23 *Stipulationes conuentionales:*
16 *Stipulationes communes.*
17 *Stipulatio rem pupilli saluam fore.*
18 *Stipulatio de rato.*
19 *Stipulatio duplex in euictione.*
20 *De stipulatione damni infecti.*
21 *Stipulatio legatorum.*
22 *Aedilitiae stipulationis exemplum.*

a Stipulationum aliae sunt iudiciales, aliae praetoriae, aliae conuentionales, aliae communes, tam praetoriae quàm iudiciales. Iudiciales sunt duntaxat, quae a mero iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio, vel de persequendo seruo, qui in fuga est: restituendoue precio. Praetoriae sunt, quę a mero Pretoris officio proficiscuntur: veluti *b* damni infecti, *c* vel legatorum. Praetorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur *d* aedilitiae: nam & hae a iuris dictione Praetoris veniunt. *e* Conuentionales sunt, quae ex conuentione vtriusque partis concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neq; iussu Praetoris, sed ex conuentione contrahentium: quarum totidem genera sunt, quot (pœne dixerim) rerum contrahendarum *f* Communes sunt, veluti rem saluam fore pupillo (nam & Praetor iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdum iudex, si aliter haec res expediri non potest) vel de rato stipulatio.

Hic titulus] *ad verbum ex Pandectis* [a] *sumptus est, & quadruplicẽ* 1 *stipulationũ diuisionem complectitur. Nam primo sunt* 2 [*stipulationes Iudiciales,*] *quae scilicet a legibus iureconsultorum, vel Imperatorũ sanctionib. sunt adinuentae, & per officium iudicis viui, siue principaliter, siue incidenter accedatur, vbicunque ei aequum & iustum visum fuerit, exercentur. Horum exemplum est, cautio* [*de dolo,*] *puta cum debitor creditorem pignoratitia actione conueniens, petit, vt iudex a creditore cautionem recipiat, quod in re pignerata nihil fraudis, doliue commiserit. Ex qua cautione, quia, creditor promittit, & iudex actoris nomine stipulatur, stipulatio surgit, quae ob id iudicialis dicitur.* 3 *Secundo, sunt* [*stipulationes Praetoriae,*] *quae non a lege Iurisconsultorum, & Imperatorum, sed tantum a iure Praetorio introductae sunt, quae non cuiusuis iudicis, sed solius Praetoris iurisdictioni relinquuntur, eiusque iussu expediuntur.* 4 *Et hae sunt sub triplici differẽtia,* [*Iudiciales, Cautionales, & Communes.*] *Praetoriae stipulationes* [*Iudiciales*] *sunt, quae interponuntur propter sententiam, vt ea consequatur effectum: quale sunt:* 5 [*Iudicatum solui,*] *quae continet tres causulas. Prima, de re iudicata soluenda, secunda, de causa defendenda: tertia, de dolo malo* [b] *absfuturo.* 6 *Item* [*rem ratam haberi,*] *qua cautione cauet procurator, si non habet mandatum, dominum suum rem ratam habiturum.* 7 *Item & de* [*nouo opere demoliendo,*] *quatenus per sententiam adparebit iniuste aedificatũ.* 8 *Pretorię stipulationes* [*cautionales*] *sunt, quę se instar actionum habent, Agimus enim per eas, vt aliquid nobis detur, vel fiat, inducaturq; nouatio: quod fit quatuor modis.* 9 *Primo per stipulationem legati: vt si quis mihi legaret decem in diem, ante euentũ illius diei illa decem actione ex testamento ab hęrede testatoris petere non possũ: si aũt stipulor ab hęrede illa decẽ pure, nouatur actione ex testamento per illam stipulationem Prętoriam, quae dicitur legati stipulatio: & possum statim petere actione* [c] *ex stipulatu. Secundo, per stipulationem* [*de tutela,*] *hoc modo: Tutor finita tutela conuenitur actione tutelę. si autẽ interposita est stipulatio*

a ex l. stipulationum alię. 5. de verb. oblig.
b l. iudicatũ solui. ff. iudi. solui.
c l. si Stichum. de nouatio.

Prae-

toria cautionalis, qua dicitur, [Rem pupilli saluam fore,] potest tutor conueniri actione ex stipulatu, quia actio tutelę est nouata, siue transmutata in actionem ex stipulatu, propter stipulationem [d] interpositam. Tertiò per stipulationē, [Ratam rē haberi:] exempli causa, vt si procurator alicuius exegerit pecuniam indebitam, si non promisit de rato, is, qui non accepit pecuniam, conuenitur condictione indebiti à soluente pecuniam: si autem promisit de rato, nouatur, illa condictio indebiti, daturque actio ex stipulatione illa Prætoria, quia promisit rem ratē [e] haberi. Et differt hæc cautio [de rato] à superiori cautione de rato, quòd superior fit propter effectum sententiæ, hæc autem vt nouetur condictio indebiti. Quartò, Prætoria stipulatio cautionalis fit per stipulationem [damni infecti,] hoc modo: si vicinus meus vi vel clam extruit opus, quod possit mihi nocere competit mihi aduersus eum interdictum, [Quòd vi aut cla o.] Quòd si stipulor ab eo de damno infecto, illa stipulatio Pętoria cautionalis [f] nouat illud interdictum. 10 Stipulationes Prætoriæ [communes] sunt, quæ fiunt iudicio sistendi causa, & partim respiciunt processum iudicij, partim verò effectum sententiæ: qualis est illa, [Promittis te sistere in iudicio, illo vel illo die?] Item, [Promittis defendere causam, &c.] Effectus autem harum Pretoriarum stipulationum est, quod stipulator per eas reddatur securior, & cautior: ideoque omnes cautionales dici possent [g] in genere. 11 Differunt autem hę à iudicialibus stipulationibus, quod in his non requiruntur fideiussores & pignora, sed satis est simplex cautio, siue repromissio: vt patet in cautione [de dolo,] nisi aliter à partibus actum sit. In Pretorijs autem nuda repromissio non sufficit, sed satisdatio per fideiussores vel pignora exigitur, 12 exceptis tribus stipulationibus. Prima stipulatio [ex noui operis nunciatione,] in qua si quis nouum opus faciat, in solo priuato, satisdare tenetur pignoribus, uel fideiussoribus de non nocendo, vel demoliendo. sin verò in publico, satis est nuda repromissio. Secunda est stipulatio [damni infecti.] In ea enim si fiat opus in flumine publico, quod minetur damnum, satisdatio necessaria est. Quod si ędes in solo priuatorum sunt, quę ruinam minantur, sufficit nuda repromissio. Hęc tamen distinctio procedit, si quis nomine caueret proprio: nam si alieno nomine cauet, vt procurator, indistincte tenetur satisdare, nec simplex repromissio admitteretur. Tertia, est [stipulatio duplæ,] in euictionibus, vbi satis est repromissio, nisi expressè actum sit de satisdatione. 13 In reliquis stipulationibus Prætoriis omnibus necesse est satisdari vel per pignora, vel per fideiussores. [h] 14 Secundò differunt, quòd stipulationes iudiciales etiam pęnales sunt perpetuæ, id est, durant triginta [i] annis. Exemplum, vt si quis stipuletur hoc modo: Promittis de dolo malo abfuturo, & si dolum commiseris, promittis nomine pęnæ centum? Si promissor ante lapsum triginta annorum dolum committeret, incideret in pœnam, quia hæc stipulatio iudicialis est perpetua. Prętoriæ autem pœnales sunt temporales id est, vno tantum durant anno. [k] Exemplum, vt si quis hoc modo stipuletur: Promittis de non iniuriando, & si iniuria me affeceris, promittis mihi pœnæ nomine centum? hoc casu si promissor post anni lapsum conuicia dixerit stipulatori, non incidit in pœnam, quia hæc stipulatio est tantum annalis. Tertiò differunt, quod stipulationes Prætorię ferè comprehenduntur sub certis [l] titulis, vt [de ędilitio edicto, de noui operis nunciatione, de damno infecto, de Prætoria stipulatione, rem pupilli saluam fore, iudicatum solui, rem ratam haberi, &c.] Iudiciales autem non continentur sub certis titulis, sed sunt sparsæ per vniuersum ius ciuile. & tantum de prętoria [m] stipulatione. 15 Tertia stipulationem species est stipulationes [conuentionales:] & hæ sunt quę neque iussu iudicis vi, neque per edicta Prętoris mortui, sed ex partium conuentione percipiuntur: quarum totidem sunt genera, [n] quot possunt esse contractus, Gręcis συναλλαγματικαὶ dicuntur. 16 Quarta species, stipulationes [communes] quæ ob id communes dicuntur, quia interdum sunt Iudiciales, interdum Prętorię, quales sunt, [rem pupilli saluam fore] stipulatio [de rato] stipulatio [duplæ.] 17 Stipulatio enim [rem pupilli saluam fore,] Prętoria est, quando is cui decernitur tutela, pupillo cauet, res suas saluas fore. Iudicialis verò est, quando vnus tutorum iussu iudicis non ipsi pupillo, sed alijs contutoribus cauet, rem pupilli saluam fore, propter se dandum [o] discordiam. 18 Stipulatio [de rato] est Prętoria, quando interponitur a procuratore actoris: est & Iudicialis, quando à procuratore rei interponitur. 19 Sic stipulatio [duplæ] in euictione, Prętoria est: quando venditur seruus, equus, vel aliud quoduis animal. Iudicialis quoque est, quando aliquando aliqua alia res preciosior venditur. Hę ergo tres stipulationes sunt communes, quia interdum sunt iudiciales, interdum [p] verò Prętorię.

b Damni infecti.] 20 Stipulatio [damni infecti] Prętoria est, & huic locus est, cum vicini ędes tam vitiosę, putridęque & tam carie sunt consumptę, vt ruinam minentur. Etenim si nolit vicinus refectionem earum ad curam suam vocare, neque spondeat damnum, quod mihi ex ruina earum (si collapsę damno me affecerint) illatum fuerit, resarcturum, in possessionem ædium vitiosarum mittor. Vicinus igitur, qui me nolit in possessionem ædium suarum mitti, repromittere mihi cogitur hanc damni infecti stipulationem, hoc est, de damno, quod mihi nondum contigit. nam inde hanc appellationem habet quod nondum ex ruina ædium damnum [q] vllum factum sit.

c Vel legatorum.] 21 Stipulationis quę [legatorum] dicitur, exemplum est. Nam si quis moriens hæredē te instituerit, & legatum mihi à te sub conditione reliquerit, veluti [si Cæsar in Germaniam venerit:] quoniam pendente conditione nullam aduersus te hæredem actionem habeo, & non mediocris subest formido ne tu medio tempore consumptis ac confectis fortunis omnibus, ad inopiam redactus inane mihi beneficium, testatoris facias: Iubet ergo te hæredem Prætor repromittere & ante conditionis euentum, etiam datis

d ita loquitur l. si pupillus. de nouat.

e l. si fine. in pri. rem ra. hab.

f vide l. 1. §. iudiciales. ibidemque gl. & Bar. de præto. stip.

g d. l. 1 § communis. de pręt. sti.

h d. l. 1. §. stipulationum istarū.

i vt inf. de perpe. & tem. actio.

k l. 1. honorariis. de actio. & ob.

l in ff. libris.

m de quibus vide text. in l. 5. & ibi Bar. & Dd. de ver. obl. l. 1. de præto. stip.

n vt in vers. conuentionales. infra eod.

o l. 3. in fi. de adminis. tut.

p Vide de hoc Bar. in d. l. 5. in prin.

q l. prætor ait §. eū qui. de dan. infec. Theop. hic.

fideiussoribus, legatum a te, vbi conditio extiterit, praestitum iri. Id si hares nolit facere, ago vt in possessionem rei legatae, aut etiam totius haereditatis [r] mittar.

d Aedilitiae.] 1 Aedilitiae stipulationis exemplum est, cum venditor non solum si quid vitij iussit, praedicere, sed etiam eo nomine cauere [s] debet: veluti si vendo seruum, & emptori repromitto, si quid occulti vitij in seruo vendito inuentum fuerit, me (verbi gratia) duplum soluturum. Vel si vendo equum & caueo de vitio, putas quod non sit calcitrosus, vel sternax, &c.

e Conuentionales.] 2 3 Stipulationes quae inter contrahentes ipsorum consensu absque vel Iudicis vel Praetoris interuentu fiunt: dicuntur [Conuentionales,] ideo, quod sic inter partes conuenerit: & tot sunt numero, quot sunt contractus, id est, infinitae. Sic, Titius stipulatur Meuium aliquid vel facturum, vel daturum: Meuius hoc ipsum promittit siue hoc pure, siue in diem, siue sub conditione.

f Communes.] Stipulatio, [rem ratam dominium habiturum,] est communis, cum & Pretor eum, qui alieno nomine agit, cum dubitatur, an ex domini voluntate intendat, satisdationem praestare iubet: & in hoc sapit naturam praetoriae. Quod si contingat: vt aliquis tanquam mandatum habens, mecum agat, quoniam me dubitationem de mandato interijciente, iudicium procedere non potest, iudex actorem iubet repromittere, rem ratam dominum habiturum. Et in hoc sapit naturam iudicialis stipulationis.

r vt tot. tit. ff. vt leg. & fi. nom. caueatur.

s vt l. si venditor & l. itaque. de aedil. edict.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. TIT. XX.

In Rubr. & princ.

1 Quid in effectu tractetur hoc in titulo.
2 Inutiles stipulationes quae dicantur.
3 Summa huius tituli: & nu. 4. 5. 6.
7 Hippocentauri significatio.
7 Hippocentaurus vnde dicatur.

a Omnis res, quae dominio nostro subiicitur, in stipulationem deduci potest: siue mobilis sit siue soli. At si quis rem quae in rerum natura non est aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum qui mortuus sit, quem viuere credebat: aut Hippocentaurum, b qui esse non possit: inutilis erit stipulatio.

a In titulo] praecedenti dictum est, quid & quotuplex sit stipulatio: item quo modo, & in quibus rebus contrahatur. 1 In hoc autem tractatu dicetur, in quibus rebus contrahi stipulatio non possit, & quando sit nulla vel inutilis. Hoc enim cognito, simul etiam ex contrario, quae sint firmae atque vtiles [a] stipulationes, abunde cognoscemus. 2 [Inutiles] autem hic [stipulationes] vocat, quae quia non sunt legum praeceptis conformes, nullum habent robur: quod multipliciter deprehendi potest, vt ex contextu huius tituli liquido constabit. 3 Puta ex re, quae deducitur in stipulationem, vel facto ex persona stipulantis, & promittentis, vel in quem confertur obligatio: itemque ex forma stipulationis. [b] Rem enim talem esse oportet, quae in dominio esse possit stipulantis, vel eius, cui stipulatur: & in ea causa sit tempore stipulationis, vt eius fieri possit in eadem causa manens. 4 Factum possibile, & quod stipulanti fieri queat, vel ei cui stipulatur. 5 Persona stipulantis & promittentis ideonea esse debet ad acquirendum sibi vel alij, & obligandum vel se, vel alium. 6 Forma denique stipulationis congruenter est concipienda, vt in re, in modo, & qualitate inter interrogationem & responsionem conueniat: vt possibilis sit conditio, vt ex continenti respondeatur, & in praesentia, vt exaudire se inuicem possint. Ex vtili stipulatione condicionali, in diem, & pura non continuo vtiliter agitur, sed post aliquantum temporis: Et haec summa fere est huius tituli.

b Hippocentaurum.] 7 [Hippocentaurum] pro exemplo adducit, rei scilicet cuiuspiam, quae non possit in reb. natis esse: idque Alciatus [c] Galeni auteritate confirmat, Cuius sententiae Cicero [d] quoque fuit: [Quis] (inquiens) [hippocentaurum fuisse aut Chimaeram putat?] Idemque pluribus conatur ostendere Lucretius, [e] poeta ac philosophus vetustissimus. 8 Dicitur autem [Hippocentaurus] monstrum partim hominum, partim equinum, ab ἵππος, id est, equus, & κεντάω quod est pungo. Fabula occasionem dedit, quod Centauri primi equitarint non sine horrendo vicinorum populorum spectaculo, Plinius tamen lib. 7. Natur. histor. scribit hippocentaurum in melle allatum Claudio Caesari ex Aegypto, Dinus quoque Hieronymus refert, monstrum eiusmodi a Diuo Antonio uisum. Verum Imp. (vt dixi) hippocentaurum pro re imaginaria posuit, quae nec fuit, nec est, nec esse potest.

a arg. l. 1. de his qui sui vel al. iu. & l. 1. §. stipulationem. de praet. stip.

b ita eleganter. Egui. Baro hic

c li. 9. Parer. c. 13.

d li. 2. de na. deo.

e li. 5. de vat. deo. vide etiam Did. Couarr lib. 4. var. resol. ca. 2.

§. Idem iuris.

1 Rei sacrae, & hominis liberi stipulatio est inutilis.
2 De priuatione ad habitum non datur regressus.
3 Omnes res, quae sunt extra commercium nostrum, in stipulationem deduci prohibentur.
4 Facilius impeditur a principio aliquid fieri, quam factum tollatur.

Vbi

5 *Ubi secundum tempus præsens non potest aliquid dominio nostro subijci in suo genere, non potest etim super illo concipi stipulatio.*
6 *Nemo potest sibi rem suam stipulari.*
7 *Quando hoc non procedat.*
8 *Si res promissa desinat esse in commercio absque facto promissoris, liberatur promissor.*
9 *Si res veniat ad eum casum, à quo non potest incipere, vitiatur stipulatio.*
10 *Quod dissoluit obligationem contractam, fortius eam impedit ab initio.*
11 *Obligatio non potest incipere ab eo casu, ad quem veniens finiretur.*

Idem iuris est, *a* si rem sacram aut religiosam, quam humani iuris esse credebat, vel publicam rē, quæ vsibus populi perpetuò exposita sit, vt forū, vel theatrum, vel liberum, hominem, quē seruum esse credebat vel cuius commercium non habuerit, *b* vel rem suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in priuatam deduci, & ex libero seruus fieri potest, & cōmerciū adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest: sed protinus inutilis est. *c* Item contra, licet ab initio vtiliter res in stipulatum deducta sit: si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine *d* facto promissoris deuenerit: *e* extinguitur stipulatio. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit: Lucium Titium cum seruus erit, dare spondes? *f* & similia. Quæ, n. natura sui, dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

a **Si rem sacram.**] 1 *In effectu vult dicere textus, quòd rei sacræ, vel hominis liberi, aut consimilis rei stipulatio sit inutilis ab initio, & obligatio non resuscitetur, nec reuiuiscat, quamuis res sacra, profana efficiatur, vel ex libero homine fiat seruus: idque ea ratione, quia vna atque eadem causa & liberandi & obligandi esset, hoc est, eodem modo reuiuisceret, sicut extinguitur: quod est contra naturam. quia naturaliter de homine viuo benè potest fieri mortuus, sed contra, de mortuo non potest viuus fieri: & sic de non esse transire ad esse: 2 quia vt dicunt philosophi. de priuatione ad habitum nō datur regressus.* [a] [*Res sacra,*] *religiosa, liber, homo, res ad vsum publicum destinata, res propria, in stipulationem deduci non potest. 3 Adde generaliter idem esse in omnibus rebus, quæ non sunt in commercio* [b] *nostro. Ratio duplex est: prima, nam si res promissa efficeretur postea sacra, vel religiosa, vel seruus promissus consequeretur libertatem, extingueretur vtique obligatio iam nata &* [c] *contracta: ergo multo magis debet ab initio impediri contrahenda, 4 cum facilius impediatur aliquid a principio fieri, quàm factum* [d] *tollatur. 5 Secunda ratio est, & quidem efficacior, quòd vbi secundum tempus præsens aliquid non potest dominio nostro subijci in suo genere, non potest quoque super illo concipi stipulatio, non solum pura, sed nec etiam in diem, vel sub* [e] *conditione. Prædicta tamen obtinent, quando stipulator ipse eius rei, quam in stipulationem deducit, non habet commercium, ea specie stipulatio inutilis est: secus si res non esset in commercio facto promissoris. hoc enim non stipulatori, sed ipsi promissori nocebit, quia tenebitur* [f] *ad interesse.*

b **Vel rem suam dari quis.**] 6 *Hinc colligitur, neminem sibi posse rem suam stipulari: quod verum intellige, vt res sua sibi detur, id est, rei dominium in ipsum transferatur: hoc enim impossibilitatem continet, cum res, quæ semel tua est, amplius tua effici* [g] *nequeat: 7 potest tamen quis stipulari, rem sibi suam tradi, cuius possessio est* [h] *apud alium. Nam potest stipulari rem sibi suam dari sub aliqua conditione: si existentis conditionis tempore res sua non reperiatur,* [i] *stipulatio valebit.*

c **Item contra.**] 8 *Si res promissa desinat esse in commercio absque facto promissoris, & ante eius morans liberatur promissor, perinde ac si res esset extincta. Ex quo tria correlariè obseruanda sunt. 9 Primum quòd si res veniat ad eum casum, a quo incipere non potest, vitiatur stipulatio. exempli causa: Stipulatus sum abs te seruum, stipulatio ab initio valuit: postea sine facto tuo promissus seruus libertatem consecutus est, vel decessit, vel obijt, iam vitiatur stipulatio, quæ ab initio obtinebat, quia peruenit ad casum, a quo non potest incipere: non possem enim liberum hominem, vel seruum mortuum* [k] *stipulari. 11 Secundum illud quod dissoluit obligationem contractam, fortius eam impedit ab initio contrahendam. 12 Tertium, obligatio non potest incipere ab eo casu, ad quem veniens finiretur, & recepta* [l] *desineret.*

d **Sine facto.**] *Id est, sine vlla culpa aut mora promissoris, alioqui nihilominus* [m] *tenetur.*

e **Extinguitur stip.**] *Adeò quidem, vt semel in perpetuum sublata restitui non* [n] *possit.*

f **Et similia.**] *Hoc ad superiora rerum exempla referri debet, quæ non sunt in commercio, non autem ad stipulationem rei propriæ.*

a Ita intelligi debet tex. in l. inter stipulantē. 83. §. sacram. de ver. ob. vnde nr̄ hic §. transumptus est.
b vt habes exemplū in l. apud Iulianum. §. fi. cū l. seq. de le. j.
c vt hic in vers. item contra.
d l. patre furios. de his qui sui vel al. iur. cap. quemadmodū circa mediū. extra d̄ iureiu.
e ita tex. est in d. l. inter stipulātem §. sacram.
f tex. notab. in l. multum interest. 34. de ver. oblig.
g §. sic itaque. instit. de actio.
h l. nemo. 82. de ver. obl. l. si in emptione. §. rei suę. de cōtrab. empt.
i tex. in l. si rem. de verb. oblig.
k De hoc pplexo vide Bar. & reliquos. in l. plurib. §. etsi placeat. de ver. oblig.
l de quibus omnibus vide per Dd. in d. l. inter stipulantem. §. sacram.
m l. si seruum Stichum. §. sed si fit. de verb. ob.
n d. §. sed si fit.

§. Si quis alium,

1 *Factum alienum nemo promittere potest.*
2.4.6.7 *Facti alieni promissi quibus admittatur casib.*
3 *In omnibus obligationibus facti, is qui non facit id, quod promisit, in pecunia numerata condemnatur.*
5 *Iuramentum habet vim, vt videaris promisisse meliorem modo, quo valere potest.*

Si quis alium daturum facturumue quid promiserit, non obligabitur: veluti, si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se, vt Titius daret, spoponderit, obligatur.

1 *Factum*] *Alienum nemo promittere potest, eo quia tum non geritur negocium inter stipulantem solum & promittentem, quod fieri* [a] *necesse est. Stipulatio enim factum seu dationem ipsius promissoris continere debet, tumque negocium inter eos contrahi dicitur, efficaxque est ipsa stipulatio. Quod si haec factum vel dationem alicuius tertij complectatur, quia cum illo tertio negotium aliquod non est gestum, inutilis censetur stipulatio: tum quo ad obligandum promissorem, tum, & quidem multo magis, quo ad obligandum tertium, cum quo nihil* [b] *gestum est. Quod autem facti alieni promissio sit inutilis, hoc regulariter verum est:* 2 *in plerisque tamen casibus diuersum obtinet. Primus est, si quis promittat se effecturum, vt alius det aliquid, vel faciat, tum proprium magis quam alienum factum spopondisse videtur, vnde tam suo, quam etiam suorum heredum nomine obligatur, vt nisi Titius det, quanti stipulatoris interest, promissor ipse praestare* [c] *teneatur.* 3 *Nam per manus traditur, [in omnibus obligationibus facti saltem validis, eum qui non facit id quod promisit, in pecunia numerata* [d] *condemnari.]* 4 *Secundo, non procedit praedicta regula in stipulationibus praetorijs, puta, si promitto Titium ratum habiturum, vel promitto aliquem sistere in iudicio, tunc videor me curaturum, vt ita fiat. Tertio, quando huiusmodi stipulatio interponitur super contractu venditionis, in quo uenditor de euictione tenetur: ex ista enim promissione obligatur de facto extranei euincentis, ergo & de illo promittere poterit, nullum euicturum rem, aut facturum, quo minus te habere* [f] *liceat. Quarto, quando factum alterius tenderet ad corroborationem obligationis factae per* [g] *promissorem: vt si es mihi obligatus in centum, & promittis Titium pro te fideiussurum. Quinto, quando promittitur factum alienum non tanquam factum personae alienae, sed tanquam qualitatis rei in stipulationem deductae:* [h] *vt si vendis mihi seruum, & promitti eum esse sanum, vel eum non esse fugitiuum. Sexto, si promissioni facti alieni accedat iuramentum, tunc promissio valida est:* 5 *quia iuramentum habet vim, vt videare promisisse meliore* [i] *modo, quo valere potest.* 6 *Septimo, quando promissioni accedere poena ad interesse: exemplum, promitto quod licebit tibi habere hunc fundum, nec te quisquam turbabit in eius possessione, & si tibi quisquam controuersiam fecerit, promitto centum: nam istam poenam poterit stipulator exigere, si contra factum* [k] *fuerit.* 7 *Ultimo non obtinet praemissa regula, quando quis locauit, vel commodauit, vel deposuit seruum suum penes alium, & ab illo stipulatus est, ne is seruus ab alio efficeretur fur, vel fugitiuus: ista promissio de facto alterius obligat promittentem, quia ex natura praedictorum contractuum seruus censetur commissus custodiae eius, qui ipsum in commodatum, vel depositum* [l] *accepit. Extra istos casus non valet promissio de facto alieno, neque vllam obligationem inducit, tametsi Accursius hic putet, eam semper valere de aequitate. quia semper videatur promissor spondere se curaturum, & sic potius de facto proprio. hoc tamen ab* [m] *interpretibus communi calculo reprobatur.*

a l. inter stipulantẽ. 82. de ver. oblig.
b fa. tex. i l. si rẽ de fideiuss.
c l. veteris. C. de cõtrah. stipu.
d l. si qs ad alia §. fi. de rè iudi. §. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de ver. ob. l quoties quis. de ver. oblig.
f l. emptorẽ. §. qđ autem. de act. empt. & d. l. inter stipulantẽ. in prin.
g tex. sign. in l. q. autem. §. sed & si quis. & ibi. Bar. de consti. pe.
h l. si ita quis. de euict.
i tex. in l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. Ang. in d. l inter stipulantẽ. in prin.
k l. stipulatio ista. 38. vers. at si quis. de ver. oblig.
l ita Ias. in d. l. stipulatio. p tex. notab. in l. nõ impossibile. & ibi. Bal & Cas. de pac.
m in d. l. stipulatio ista. & d. l. inter stipulantem.

§. Si quis alij.

1 *Nemo potest alteri stipulari, cuius potestati non sit subiectus.*
2 *Sipulationes quare inuentae.*

a Si quis alij, *b* quam ei, cuius iuri subiectus sit, stipuletur, nihil agit.

a 1 *Regula est, neminem posse alteri stipulari, cuius potestati non sit subiectus.] repugnat enim stipulationum natura: cum hę ob id natae & inuentae sint, vt per eas res nostras curemus, non* [a] *alienas. quare cum ex eiusmodi stipulationem facta pro altero nihil agatur, non oritur vel ciuilis vel* [b] *naturali obligatio. Tamen haec regula in casibus quam plurimis cessat, quorum enumerationem Angelus hic post* [c] *Accursium ponit, quos* [d] *infra & nos excutiemus.*

b *Quam ei.] Videl. patri, vel domino, quia non ex sua, sed ex patris, dominiue persona stipulantur.*

a §. alteri. inf. eo vbi latius dicetur
b l. stipulatio. §. alteri. ibi gl. & Dd. de ver. ob.
c in verbo. nihil.
d in d. §. alteri.

§. Plane solutio.

1 *In personam extranei solutio conferri potest.*
2 *In casu §. nostri aliquando mandati actionem, aliquando negociorũ gestorum competere.*

a Plane solutio etiam in extraneam personam conferri potest: veluti, si quis ita stipuletur: mihi aut Seio dare spondes? vt obligatio quidem stipulatori acquiratur, solui tamen Seio, etiam *b* inuito eo, *c* recte possit, vt liberatio ipso iure contingat: sed ille aduersus Seium habeat mandati actionem.

a 1 *Limitatio] praecedentis §. quamuis enim stipulando alicui extraneo nihil ei acquiramus: in personam tamen extranei solutionem conferre possumus, vt ĩ exẽplo textus nostri: [Mihi aut Seio decẽ dare spondes?]*

valet

valet huiusmodi stipulatio, & ex ea obligatio mihi soli, qui stipulor, acquiritur: Seius verò ex ea frustra agit quia non habet [a] petitionem: soluere tamen Seio vtiliter vel me nolente poterit, vt ipso iure soluendo libereris. 2 Sed ergo deinde contra Seium adiectum solutioni habeo mandati actionem, qua repetam ab eo pecuniam sibi solutam. Et hæc quidem, si mandatum præcesserit, vel adiecto præsente, nec contradicente facta sit solutio, aliàs agetur negociorum gestorum. Et quod dixi, [Seio etiam me inuito rectè solui,] hoc intelligendum est, si ipsi Seio, non etiam successoribus eius ante litem contestatam solutio fiat: alias secus. [b] Nisi forte sub nomine dignitatis Seius solutioni adiectus sit: nam tum & ipsius [c] hæredibus solui potest.

b *Etiam inuito.] Si tamen litem nondum ipse contestatus sit.*

c *Rectè possit.] Etiamsi promissor simpliciter constituisse se soluturum [d] promissori.*

a per tex. in l. sed etsi filio fa. in fin. & l. seq. de constit. pec.

b vt l. si quis stipulatus fuerit decé. de solu. & l. cum quis sibi. de ver. ob.

c tex. in l. annua. §. Attia. d ann. leg. & glo. hic in verbo Seio.

d d. l. si stipulatus fuero. de solu.

§. Quod si quis.

1 *Quomodo hic §. distet à casu præcedenti §.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur.*
3 *Ius accrescendi in contractibus non habet locum.*

a Quòd si quis sibi, & alij cuius iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est, valet quidem stipulatio: sed vtrum totum debeatur stipulatori, quod in stipulationem deductum est, an verò pars dimidia, dubitatum est. sed placuit, non plus, quàm b dimidiam partem ei acquiri.

a *Quòd si quis.] 1 Videtur idem esse casus istius §. & præcedentis, & tamen diuersum est decisum. Sed dic non esse casus similes: prior enim procedit, quando per disiunctionem extraneus adiectus est stipulationi: hic autem textus loquitur, si per coniunctionem aliquis extraneus adiungatur stipulationi.*

b *Dimidiam partem.] 2 Talis stipulati pro parte dimidia vtilis est, pro altera parte inutilis, [vtile autē per inutile [a] non vitiatur.] Altera igitur dimidia pars debitur quidem stipulatori, alera vero deducetur, sed non augebit partem stipulatoris, 3 quia ius accrescendi in contractibus regulariter non [b] habet locum.*

a l. 1. §. sed etsi mihi. de verb. ob. c. vtile. de reg. iur. in 6.

b per Dd. in l. si mihi & Titio. eod. de ver. ob.

§. Ei verò.

1 *Patrem posse stipulari filio.*
2 *Ad veritatem copulatiuæ requiri concursum vtriusque copulati.*
3. 5 *Excussa l. quod dicitur. de verb. oblig.*
4 *Filiusfa. est capax iuris dotalis.*

Ei verò qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi adquiris; quia vox tua tanquam filii sit, sicut & filii vox. tanquam tua intelligitur, in iis rebus, quæ tibi adquiri possunt.

1 *Quando] pater stipulatur filio, vt stipulatio valeat, & acquiratur patri, videtur sufficere, quòd illa, quæ in stipulationem deducta sunt, possint acquiri patri. Sed aduersatur Pauli [a] responsum, in quo duo coniunctim requiruntur, scilicet, quod pater stipuletur ea, quæ sunt iuris, quodque illa patris acquisitionem non effugiant. 2 Ad veritatem autem copulatiuæ, requiritur concursus vtriusq; [b] copulati. Doctores hunc obicem varie tollunt: mihi non displicet Iasonis expositio, aientis: 3 Iurisconsultum ibi ponere generalem regulam cum duobus requisitis copulatiuè, atque eam quidem regulariter ita procedere. Nam quando pater stipulatur filio, valet stipulatio, & sibi patri acquirit, si stiplatur ea, quæ sunt iuris: ita enim significatur secus esse, quando ea, quæ in facto consistunt, stipularetur, & propterea subijcit ibi textus, [alioqui si factum, &c.] licet possit quoque factum dari, quod [c] patri acquiritur. Secundo requirit ibi Iurisconsultus connexim; vt ea quæ sunt iuris, talia existant, quæ patri acquiri possint, & non filio. nam quædam sunt iuris, in quibus valet stipulatio, sed tamen non acquiruntur patri, vt est ius dotis. Etenim si pater filio dotem [d] stipularetur, vtilis esset stipulatio, & filio quæreretur. 4 Filiusfamilias namque & Digestorum iure capax est [e] iuris dotalis. Item ex causa aduentitia, vel castrensi, aut quasi castrensi peculio, pater filio quæreret. Nam in istis non potest haberi perinde, ac si pater sibi ipsi fuisset stipulatus, quando stipulatus, est filio. 5 Obserua igitur in prædicto Pauli [f] responso, duo copulata non coniungi solum respectu vnius effectus, & vnius subiecti, nempe validitatis stipulationis, vt stipulatio firma sit in se & efficax, sed & contemplatione acquisitionis, nempe vt acquiratur patri, perinde ac si is sibi ipsi fuisset stipulatus. Et hæc quidem tyronibus ad textus declarationem sint satis, reliqua huc pertinentia diffusius Aretinus & Faber declarant, itemque vulgò interpretes in præfato Pauli [g] responso.*

a in l. quod dicitur. 130. de verbo. oblig.

b l. si quis ita de ver. obli. & l. si hære. plures. de condi. insti.

c vt d. l. quod dī de ver. obli. in gl. 2.

d vt l. vxore. §. test. 20 de le. 3.

e tex. in l. Pōpo. Philadelphus. famil. ercis.

f d. l. quod dicit.

g in d. l. quod dicitur.

§. Præterea.

1 *Diuisio huius §.*
2 *Determinatio respiciet plura determinata, debet æqualiter determinare.*
3. 5 *Discrepantia in summa, an vitiet stipulationem.*

4 *Diuersitas temporis vel qualitatis vitiat stipulationem in totum.*
6 *Diuersitas responsionis quando stipulationem non vitiet.*

a Preterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, nõ respõdeat: veluti si quis decem aureos à te dari sibi stipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut si ille purè stipuletur, tu b sub conditione promittas, vel contrà: si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub cõditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, præsenti die spondeo. Nam si hoc solum respondeas, Promitto, breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse. Neque enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quę stipulator expresserit.

a *Præsens*] 1 *§. primò exemplum dat, quando ex summæ alicuius, vel quantitatis disparitate stipulatio est inutilis. Deinde quando ex diuersitate qualitatis vel temporis. Et textus noster vtramque speciẽ æquiparare videtur, & definire sub vna determinatione, quasi vtraque stipulatio sit penitus nulla & inefficax.* 2 *Nam per manus traditur, quod* [*determinatio respiciens plura determinata, debeat æqualiter* [a] *determinare: atque ita textum hunc Porcius exaudit. Huic autem intellectui repugnat, quod Vlpianus* [b] *scribit:* [*Si stipulanti mihi decem, tu viginti respondeas: vel contra, si me viginti interrogante, tu decem respondeas: obligationem vtroque casu in decem contractam videri.*] *licet enim oporteat congruere summam, tamen manifestissimum est in viginti & decem inesse: ideoque reiecto residuo ea summa debebitur, in quam consensum esse videtur.* 3 *Quare Doctores communiter ibi notant, discrepantiam in summa non vitiare stipulationem in totum, sed eam valere in parte, in qua conuenerit:* 4 *in diuersitate verò temporis, vel qualitatis secus esse, quia tum stipulatio vitiatur, & in totum fit nulla. Diuersi iuris rationem assignat Bartolus, quoniam huiusmodi diuersitas in tempore existens, inducit quoque diuersitatem in qualitate atque substantia, quia alia est pura stipulatio seu obligatio, alia sub conditione, alia in diem: aliud est, quando disparitas in summa existit. Nam illa summa, in quam consentitur, est eadem summa, idem petitur, & eodem modo. Porcius tamen respondet, Vlpiani verba procedere, si (vt ipsius verbis vtar) subsecuta fuerit complacentia, ita quod huiusmodi diuersitas summę stipulatori illico placuerit: tum enim videtur contracta alia* [c] *stipulatio.* 5 *Verum Iason hanc solutionem multis infringens, tandem ait, hunc textum declarandum esse per prædictum Vlpiani* [d] *responsum: nempe quod eiusmodi casibus stipulatio in ea summa inutilis fit, in qua stipulator & promissor discrepauerint: in illa verò summa, in quam consenserint, stipulationem valere, idque ob id, vt nulla hic antinomia oriatur, quæ aliàs effugi nequit.*

b *Sub conditione.*] 6 *Hoc ita verum est, nisi diuersitas responsionis stipulatori illicò, id est, priusquam animus aliorsum distrahatur, placuerit: quippe tum stipulatio alioqui peritura redintegratur, vel noua esse contracta* [e] *censetur. Secundò, non procedit, si conditio quæ exprimitur, alioqui insit promissioni: veluti si interroganti mihi,* [*fructus horti vti dare spondes?*] *tu respondeas,* [*si nascentur, dabo.*] *nam illa conditionis expressio non impedit, quo minus responsio dicatur pura, cum & ipsi interrogationi hæc dilatio tacitè insit. Tum enim incipit actio, cum res promissa per rerum naturam præstari* [f] *potest.*

a tex. in l. nã hoc iure. de vul. & & pup. l. quamuis. C. de ipu. & aliis substit.
b in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig.
c vt d. l. 1. §. si qs simpliciter.
d ĩ §. si stipulãti.
e vt d. §. si quis simpliciter.
f l. qui liberis. in prin. de vulg. & pup & l. interdũ, de verb. oblig.

§. Item inutilis.

1 *Stipulatio non consistit, nisi inter plures.*
2 *Vox patris, vox filij: vox serui, vox domini.*
3 *Super castrensi vel quasi castrensi peculio potest inter patrem & filium stipulatio fieri.*
4 *Item inter patrem & filium emancipatum.*

Item inutilis est stipulatio si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur. Sed seruus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne quidem vlli alij. Filij verò familiarum alijs obligari possunt.

1 *Stipulatio.*] *non potest consistere, nisi inter plures: sed pater & filius. dominus & seruus censentur fictione iuris vna atque eadem persona:* 2 *cum vox patris tanquam filij sit, & vox serui tanquam* [a] *domini. Ergo impossibile est, quod inter has personas ciuilis obligatio ad actionem producendam efficax existat, licet naturalis obligatio inter eas* [b] *contrahatur.* 3 *In his tamen bonis, in quibus filiusfam. habetur pro patrefamilias, posset stipulatio fieri inter patrem & filium, puta super castrensi, vel quasi castrensi* [c] *peculio.* 4 *Item inter patrem & filium emancipatum efficax contrahitur obligatio, adeo quòd filius aduersus patrem, venia* [d] *Prætore petita agere possit. Præterea filiusfa. maior 25. annis, alijs ciuiliter & naturaliter* [e] *obligatur, eique contra alios, & alijs aduersus ipsum tam ex contractibus, quàm delictis competit* [f] *actio, autore tamen patre nolente, vel etiam per iudicis* [g] *officium coacto, nisi fortè iniussu patris contra Macedonianum senatusconsultum mutuum acceperit. tum enim nec ipse filius, nec pater ex ea causa* [h] *tenebitur.*

a §. ei verò qui. sup. hoc tit. & §. post mortẽ. inf. eo.
b l. frater à fratre & l. si id quod. de condi. inde.
c l. his nulla. & ibi Dd de iud.
d l. si. C. de in ius vocan.
e l. cum non solum. C. de bo. quæ lib.
f l. tam ex cõtractu. de iudi.
g d. l. cum nõ solum. §. necessitare.
h l. 1. ad Mace. & l. 1 C. ne fi. p patre.

§. Mutum.

1 *Qui contractus mutis & surdis permittantur.*

2 Stipulatio

2 *Stipulatio sine verborum solennitate concipi nequit.*
3 *Seruum ex domini persona censeri, quando procedat.*
4 *De quo muto & surdo hic textus loquatur.*

Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palá est, quod & in surdo receptum est: qui a& is qui stipulatur, verba promittentis: & is qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos, loqui qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit.

1 *Mutis] & surdis, atque alijs id genus personis illi tantum contractus, qui consensu constant, nec verborum indigent expressione,* [a] *permittuntur.* 2 *Sed in stipulatione præter consensum, verbis quoque solenni obseruatione prolatis opus est:* [b] *quare ab ea repelluntur.* 3 *Stipulatio enim non potest confici, nisi vtroq; loquente. Possunt tamen per seruum suũ stipulari, & ex stipulatu* [c] *actionem acquirẽt. Nec obstat, quod dicitur, [seruum ex persona* [d] *domini censeri] (quoniam hoc procedit, quantũ ad acquirendum attinet) quia si dominus non ex capax acquisitionis, & seruus iudicatur incapax. Mutus verò & surdus capaces quidem sunt effectus stipulationis & acquisitionis, licet stipulationem ex defectu consensus facere non possint: cum nec loqui, nec audire queant.* 4 *Debet autem textus de eo surdo intelligi, qui omnino non exaudit: secus est in surdastro, qui tardius exaudit. Idem de muto quoque dicendum videtur, qui omnino loqui nequeat: quod si quis loquatur ἀσαφῶς, non debet iudicari* [e] *mutus, sicut nec balbus blæsus,* [f] *aut atypus.*

a §. item surdus sup. qui. nõ est per. fa. te. & ib Ang.
b vt hic. & l. 1. in pr. vbi de hoc Dd. tractat. de verb. oblig.
c d. l. 1. §. si quis igitur.
d l. si mihi & tibi. §. regula. de lega. 1.
e l. mutus. de ædil. edict.
f l. idem Offilius. §. vlt. de ædil. edict.

§. Furiosus.

1 *Furiosus & prodigus promittendo non obligantur.*
2 *Obligatio, quæ prodigi commodum magis quàm dispendium respicit, non impeditur.*
3 *Prodigus & furiosus in quo conueniant, & in quo differant.*
4 *Infans, an stipulari possit.*
5 *Cur filiusfamilias impubes non possit autore patre obligari; cum tamen tutore autore possit.*

Furiosus nullum negocium gerere potest; quia nõ intelligit quod agit. Pupillus omne negocium rectè gerit: ita tamen, vt vbi tutoris autoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur. nam alium sibi obligare etiam sine tutoris autoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, vtique de ijs verum est, qui iam habent intellectum: nam infans, & qui infantię proximus est, nõ multum à furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ; propter vtilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta est: vt idem iuris habeant, quod pubertati proximus. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne autore quidem patre obligatur.

a vt hic. & l. is cui bonis. de verb. oblig.
b vt sup. de obli. in prin. & fa. in arg. l. oratio. de sponsal.
c glo. est sing. in l. 2. de acceptila. Iaso. & alij in d. l. is cui bonis.

1 *Furiosus,] itemque prodigus promittendo obligari* [a] *non possunt: neque obstat, si dicas, istis personis solam rerum suarum administrationem esse interdictam: vt alienare non videatur, qui stipulanti promittit, & sese obligat. Nam effectus rei, & iuris vinculum considerandum est, quo ad patrimonij vtique diminutionem* [b] *peruenitur.* 2 *Ex quo consequitur, obligationem, quæ prodigi commodum magis respicit, quàm dispẽdium, non impediri per bonorum* [c] *factam interdictionem.* 3 *Quamuis autem furiosus & prodigus pari passu ambulant, quod ad nexum obligationis pertinet: non est tamen par vtriusque conditio, quantum ad acquirendi facultatem. Nam furiosus, demens, mente captus, fatuus, nullum omnino negocium contrahere possunt, etiam si quid sibi* [d] *stipulari velint quia sui iudicium* [e] *non habent. Prodigus verò stipulando non prohibetur suam conditionem facere meliorem: ne videlicet interdictio, quę in ipsius fauorem, & patrimonij conseruandi causa, facta est, in* [f] *eius odium retorqueatur. Quatenus verò pupilli (quia & de his hoc loco disseritur) possint alijs obligari, satis alibi* [g] *demonstrauimus, vt hic superuacuum repetitione non sit opus.* 4 *Infans porrò stipulari non potest, quod textus quoque tangit, cum non habeat consensum. Doctores, vt assolent, multa circa infantem tractant: cum infantis conditio varietur ex accessione ętatis. Certum est, infantem qui fari non potest (is enim dicitur propriè [infans]) non posse stipulationem explicare. Si verò sit maior infante, septemque annos excesserit (quo casu dicitur [pupillus proximus infantiæ]) tum stipulari non prohibetur in rebus non magni momenti, quę non egent magno discursu, neque tendunt laqueos, ipsiq; lucro sunt:* [h] *quod ex æquo bono placuit.* 5 *Quod autem ad finem huius §. subijcitur, filiumfam. impuberem ne autore quidem patre obligari posse, cum tamen autore tutore possit, diuersi iuris ea est ratio: Quia tutor ob rem malè gestam tenetur, pater verò non tenetur. Itaque si sine patre autore obligari velit, curator ei, quo autore obligetur,* [i] *creandus erit. Ex ijs tamen bonis quæ, Aduentitia sunt, patre autore obligari impuberem* [k] *responsum est, veluti si delatam sibi hereditatem adeat.*

d l. obseruare. & l. seq. de cur. at. fur. l. 1. §. fin. & l. seq. de postu. iũcta l. in negotijs. 6 de re. iu.
e l. Fulcinius §. adeo autẽ. qui bus ex casu. in possess. eatur.
f l. quod fauore. C. de legibus.
g in pr. sup. d' autor. tut. & §. ad monẽdi cum. §. seq. sup. qui ali. lic. vel nõ.
h l. 1. in pr. d' ver. obl. l. 1. §. pe. d' act. & oblig.
i l. vlt. §. fin. aũt. C. de bo. quæ libe.
k d. l. vlt. & l. si infans. 18. C. de iur. delib.

§. Si impossibilis.

1 *Impossibilis conditio tripliciter dicitur.*

2 *Quæ iure non licet facere, nec fieri posse credendum est.*
3 *Impossibilis conditio de facto.*
4 *Impossibilis conditio affirmatiue concepta, stipulationem vitiat.*
5 *Adeo quidem, vt nec naturalis obligatio inde oriatur.*
6 *Sed & bonæ fidei contractus per impossibilem conditionem vitiantur.*
7 *Limitatio superioris pronunciati.*
8 *Conditio impossibilis negatiue inserta stipulationi, eam non vitiat.*
9 *Fallit, si conditio sit impossibilis de iure.*
10 *Conditio impossibilis stipulationi pœnali adiectam, eam reddit inanem.*

a Si impossibilis conditio obligationibus adiiciatur, b nihil valet stipulatio. Impossibilis autẽ conditio habetur, cui natura impedimẽto est, quo minus existat: veluti si quis ita dixerit: si digito cœlorũ attigero, dare spondes? at si ita stipuletur. si digito cęlorum non attigero, dare spondes? pure facta obligatio intelligitur: ideoque statim peti potest.

a *Si impossibilis.*] 1 *Tribus modis [impossibilem] dici [conditionem,] alibi annotatum est natura scilicet, iure, & facto tametsi prima sola, quæ natura euenire nequit, propriè sic dicatur. vt si dicam: [Si cœlum digito attigeris, vel si mare ebiberis.] Nam quæ iure adimpleri prohibetur, [Turpis] nominatur, & latiore interdum significatione impossibilis: 2 cum quæ iure non licet facere, nec fieri posse credendum sit. vt si dicam: [Si homicidium feceris, si parentibus alimenta denegaueris.3] De facto autem impossibilem conditionem dicimus, quæ ob euentus difficultatem pęne impossibilis est: veluti cum homo priuatus ita stipulatur. [Si mon tem tibi aureum dedero, dabis?] qua dẽ re suo loco plura diximus.*

b *Nihil valet stipulatio.*] *Duo ex hoc contextu pronunciata colligi possunt. 4 Primum est, quod impossibilis conditio affirmatiue, puta in faciendo concepta, stipulationum reddat* [b] *inutilem. 5 adeo vt ex eiusmodi conuentione nulla obligatio, ne naturalis quidem* [c] *oriatur. Si enim stipulationi conceptæ sub conditione impossibili non potest accedere fideiussor, vt Bartolus docet: consequitur ex ea non oriri ne naturalem quidem obligationem, quia si oriretur, posset adiungi* [d] *fideiussor. 6 Atque hoc non modo in stricti iuris cõtractibus (cuiusmodi est stipulatio) sed & in bonæ fidei quoque procedit: ob id certe, quod promittens sub conditione impossibili non videatur habere animum sese obligandi & consequenter contrahentes, quia adponunt scienter conditionẽ impossibilem, dicuntur* [e] *transitorie agere. Sed etsi quid agi existiment sic paciscentes, nihilominus oritur* [f] *obligatio. 7 Prædictum. tamen dogmatum verum esse intelligitur, quando conditio est impossibilis natura, vel iure, vt quia ius resistat: tum enim stipulatio est inutilis secus autem, si lex non repugnet, nec sit contra bonos mores, licet etiam non adsistat: quia eo casu, vt pœna promissa euitetur, conditio, de facto impleri* [g] *debet. 8 Alterum pronunciatum est, quòd conditio impossibilis negatiue adiecta stipulationi eam non vitiet, nec suspendat, sed promissio remaneat pura: quod ea ratione fit, quoniam si affirmatio impossibilis est, negatio est necessaria,* [h] *ex regulis dialecticorum. Sic enim vulgo dici solet: Quod natura impossibile est conuersum in negationem fieri purum & necessarium. Puro igitur facta censetur ea promissio, statimque id, quod promissum est, peti potest.* [i] *Hoc tamen in ea conditione, procedit, quę natura est impossibilis, puta, Si cælum digito non tetigero, dabis; 9 Secus si impossibilis sit iure,* [k] *quia tunc continet turpitudinem: & vtique turpe est, aliquem capere pecuniam, ne maleficium committat. Deinde limitatur prædictum dogma obtinere, quando conditio est necessaria, & adponitur stipulationi principali: quo casu eam non vitiat, imo promissio firma remanet & valida: 10 secus si adyciatur stipulationi pœnali, & quasi in consequentiam, quia non valebit ea specie stipulatio: vt, [Si hominem, qui mortuus est, mihi non dederis, decem dabis?] Nam in hac stipulatione continetur impossibilis affirmatio, nempe hominem mortuum* [l] *dari; nisi mora promissori obesse* [m] *probetur. Cæterum quę sit diuersi iuris ratio, quod impossibilis conditio vitiet stipulationem, in testamentis verò contra pro nulla habeatur, nos alibi* [n] *discussimus, vt superflua repetitione nihil sit opus:*

a §. impossibilis. sup. de hær. in insti.
b hic. & l. impossibilis. 7. d. ver. obl. l. 1. §. item sub impossibili. de act. & ob.
c l. impossibiliũ. de reg. iur.
d l. fideiussor obligati. de fideiuss.
e tex. in l. non solum. §. 1. d. act. & obli. l. cum hær. §. 1. de statu. libe.
f gl. d. l. non solum. per l. generaliter. & l. seq. de ver. ob.
g l. quidam eum filiũ. ibi Bart. de verb. obl.
h Bar. d. l. impossibilis.
i §. omnis. & quę ibi not. sup. de verb. oblig.
k l. iurisgentiũ. §. si ob maleficium. de pac.
l l. si homo mortuus. ibi Bart. de ver. oblig.
m l. inter stipulantem. §3. §. vlt. eo. ti.
n d. §. impossibilis. sup. de hær. inst.

§. Item verborum.

1 *Stipulatio inter absentes concepta quare inutilis.*
2 *Absentes hoc loco qui dicantur.*
3 *Creditor instrumento, quo dicitur, stipulantem & promittentem præsentes fuisse.*
4 *Exceptio ad regulam, Actore non probante, &c.*
5 *Pro instrumento rite confecto præsumitur.*
6 *Si instrumentum dicat, debitorem promisisse, præsumitur stipulationis interuentus.*
7 *Negatiua an sit improbabilis.*
8 *Boni iudicis est, lites minuere, & curare, ne sint immortales.*
9 *De triplicis Cæsarea.*

Item

a Item verborum obligatio b inter absentes concepta, inutilis est. c Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, forte post tempus tales allegationes opponentib. & non præsentes fuisse, vel se, vel aduersarios suos contendentibus: ideo d nostra constitutio propter celeritatem e dirimendarum litium introducta est; quam f ad Cæsarienses aduocatos scripsimus: per quā disposuimus, tales scripturas, quæ præsto esse partes indicant, omnino esse credendas: nisi is qui talib. vtit' improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturā vel per testes idoneos adprobauerit, toto eo die, quo conficiebatur instrumētum, sese vel aduersarium suum in aliis locis fuisse.

a *Item verborum.*] *In stipulatione verborum ordinata series requiritur, formaque ex necessitate legis constituta est, vt partes inuicem se exaudiant* [a] *& loquantur. 1 Recte ergo hic scribitur [inter absentes stipulationem conceptam omnino inutilem esse:] quod adeo verum est, vt nec in vim pacti valeat.*

b *Inter absentes.*] *2 Absentes varie pro loco dicuntur. In hoc proposito [absentes] sunt, qui se inuicē exaudire non* [b] *possunt.*

c *Sed cum hoc.*] *Limitatio est supradicti dogmatis a Iustiniano introducta. 3 Nam si instrumentum extet publicum, in quo descriptum sit, quo die, quoque loco aliquis præsenti ac stipulanti promiserit, credetur instrumento, ita quod præsentia non sit probanda. Si tamen is, qui contradicit, per testes fide dignos, aut alijs legitimis probationibus contrarium docere velit, nempe se vel aduersarium toto eo die alibi fuisse, vel (quod eodem recidit) aliqua eius diei parte tam procul egisse, vt illo die in loco, quo dicitur instrumentum confectū esse non potuerit, omnino* [c] *audiendus est. Quamuis ergo regula est quod actori onus probandi incumbat, non reo: imo si actor in probatione deficiat, absoluitur reus, etsi nihil omnino* [d] *præstiterit: 4 tamē hæc regula ut in alijs plerisque, ita et hoc casu cessat si præsumptio est pro actore contra reum. Sic in casu textus nostri extat scriptura, in qua continetur, ambos fuisse præsentes. quod si promissor, & sic reus neget, tenetur id probare propter præsumptionem, quæ ex scriptura colligitur. Neque obstat, si dicas, hac specie promissorem ad improbabilis negatiuæ probationem* [e] *vrgeri: quia hic duo sunt, quæ probandi onus in promissorem reijciunt. 5 Primum, quod pro instrumento rite confecto* [f] *præsumitur: facitque ea præsumptio, vt cōtrariū affirmanti non credatur, donec* [g] *probet. 6 Alterum est, quia quoties reperitur in instrumento debitorem promisisse vel spopondisse, semper præsumitur stipulatio interuenisse, nisi contrarium* [h] *doceatur. 7 Præterea quod dicimus, negatiuam per rerum naturam esse improbabilem: verum est, si quis recta & directo eā probare niteretur, id enim non posse fieri creditur: per indirectum tamen siue obliquum probari potest, docendo videlicet alio distante loco vel se, vel stipulationem a scripturæ ea die abfuisse, vt & supra dixi.*

d *Nostra constitutio.*] *Extat hac de re Iustiniani constitutio,* [i] *sed ea scripta est ad Ioannem præfectum prætorio, nec vllam facit mentionem Cæsariensium aduocatorum.*

e *Dirimendarum.*] *Boni n. principis, atq; adeo iudicis est, licet* [x] *minuere curareq; ne sint immortales,* [l]

f *Ad Cæsariens.*] *Ab his sæpe consultus fuit Iustinianus, ad eosque multas scripsit Constitutiones:* [m] *tamē si hæc (vt paulo ante dixi) cuius hic meminit, ad eos non reperiatur scripta fuisse. 9 Fuit autem [Cæsarea metropolis* [n] *Capadociæ, quæ Archelao pulso hoc nomen fortita est a Tiberio. Iulianus huius vrbis odio, quod esset Christiana, tentauit hoc eius nomen mutare, sed frustra. Alia autē fuit [Cæsarea] in Palestina, quam bellis euersam Herodes Antipatri filius restituit, primusque in gratiam Augusti dixit Cæsaream. In hac fuit celebris ecclesia, quæ a domo Cornelij Centurionis sum sit initium, habuitque Eusebium episcopū, Tertia fuit [Cæsarea] Philippi in Iudæa, restituta a Philippo Herodis Tetarchæ fratre.*

a l. 1. in princ. de ver. obl. §. mutum. sup. eo. ti.
b Bar. d. l. 1. ? pr.
c l. optimam ibi Bal. C. de contra. stip.
d l. qui accusare. C. de eden.
e arg. l. actor. C. de proba. & c. bonæ fidei. de elect.
f l. cum preci. de inuti. stip. & d. l. optimam.
g l. quingenta. l. in exceptionibus. de proba.
h l. iurisgentiū §. quod ferē. de pac. §. si scriptum. inf h. ti.
i d. l. optimam. §. etsi inter.
x l. quidam existimauerunt. si cer. pet. l. 3. §. 1. de arbi.
l l. 11. properandū. C. de iud.
m l. si maior. C. de legi. hær. l vlti. C. de pac.
n Bald. in § sed hoc etiā. sup. qui alie. lit.

§. Post mortem.

1 *Stipulatio post mortem suam, cur olim non valuerit.*
2 *Stipulatio filijfa. vel serui post mortem patris aut domini, cur inutilis?*
3 *Stipulatio, Pridie quàm moriar, cur inefficax.*
4 *Regulæ ex diametro contrariæ.*
5 *Hodie prædictas stipulationes valere.*

a Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, nō magis quàm post eius mortem a quo stipulabatur. Ac ne is b qui in alicuius potestate est, post mortē eius stipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & si quis ita stipulatur. pridie quā moriar: vel, pridie quàm morieris, dare spondes? c inutilis erat stipulatio. Sed cum d (vt iam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valeant, e placuit nobis etiam in hunc iuris articulum necessaria inducere emendationē, vt siue post mortem, siue pridie quam moriatur stipulator siue promissor, stipulatio concepta sit, f stipulatio valeat.

a *Post mortem.*] 1 *Stipulatio illa, [Post mortem meam dare spondes?] ideo forte non valebat olim, quia cum talis stipulatio quasi in nō ente fundaretur, videbatur eam valere nō posse: respuebatur enim, quasi esset contra naturam, quia homo mortuus nihil est, ideoque non potest habere vel* [a] *possidere.*

a Bal. l. 1. C. vt actio. ab hær. &. l Seiæ. egestæ de tu & cu. da. ab his.

Qui

b ¶ 5.& q. sup. h. t. — c ¶ 5. si quis alij. sup. eod. — d arg. l. qui ante. de verb. obl. l. annicul°. 133. de verbo. sign. Por. hic. — e ¶ 5. 1. in fi. de verbo. oblig. — f l. scrupulosam. 11. C. de cōtr. stipul. — g l. vnica. C. vt act. ab hæred. — h l. vnica. C. vt act. ab hære. & d. l. scrupulosam. C. de contrahen. stip. — i l. fi. C. d contr. stip. — K l. cētesimis. ¶. 1. iuncta gl. de ver. obl. & ibi Ias. Fab. hic.

b Qui in alicuius potestate.] 2 Si filius post mortem patris, aut seruus post mortem domini dari quid fieriue stipulabatur, inutilis erat stipulatio: cum enim filij vox tanquam patris, & serui velut domini esse [b] *credatur, perinde erat, ac si pater aut dominus post mortem suam sibi dari stipulatus fuisset. Filiumsum tamen patri, itemque seruum domino viuenti recte stipulari, dubium non* [c] *est.*

c Inutilis erat.] 1 [Pridie quàm alteruter moreretur,] ideo stipulatio olim non cōcipiebatur, quod nulla hinc vtilitas futura speraretur ante mortem, ob nimiam scilicet adiectæ diei incertitudinem: quippe cum dies mortem præcedens, non nisi a die mortis, designari cognosciique [d] *possit.*

d Vt iam dictum est.] Supra enim docuit, [e] *in stipulationibus magis desiderari sensum & consonantem intellectum contrahentium, quàm formulas verborum.*

e Placuit.] Extat adhuc hæc Iustiniani Constitutio [f] *lib. 8. Codicis. tit. 38. Sed & totam hanc rem idem Iustin. alia constitutione aliquanto apertius definiuit, quæ pariter* [g] *obuia est, & vtraque huc referri potest.*

f Stipulatio valeat.] 4 Propter veterem iuris regulam. (Ne ab hæredibus inciperent actiones, vel contra hæredes competerent) a Iustiniano sublatam, [h] *qui primus aliam regulam, priori ex diametro contrariam constituit, nempe, [Actiones ab hæredibus incipere, & in hæredibus dari posse. 5 Valebunt ergo hodie stipulationes hic expositæ, & in hæredibus, seu contra hæredes suum effectum assequentur, siue in dando, siue in faciendo consistat stipulationis talis modi effectus:* [i] *nisi forte factum aliquod personæ cohærens venerit in stipulationem. illud enim ad hæredes nihil attinere æquius est.* [K]

§. Item si quis.

1.2 *Textum hunc diuersimode legi.*
3 *Defensa communis eius lectio.*
4 *Præpostera stipulatio olim non valebat: hodie secus.*

Item si quis ita stipulatus erat *a* si nauis eras ex Asia venerit, hodie dare spōdes? inutilis erat stipulatio, quia præpostere concepta est: Sed quum Leo inclytę recordationis in dotibus eandem stipulationem, quæ præpostera nuncupatur, non esse reiiciendā existimauerit: *b* nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, vt non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis.

a Fran. de Are. l. ambiguitatis. C. de testa. — b l. prædict. 25. ibi Dd. C. de testam. — c in d. l. præposteri.

a Si nauis ex Asia.] 1 Doctores communi calculo in præpostera illa stipulationis conceptione interpunctationem siue commā ponunt ante dictionē, [Hodie,] ut ita legatur, [Si nauis ex Asia venerit, hodie [c] *dare, spondes.] 2 Hoc tamen Ferrarius improbat, existimans hanc verborum conceptionem non dici præposterā, sed magis stipulationem sui natura, & quasi inuicem contrariam, non subsistentem. Quare ipse in hunc modum interpunctat: [Si nauis ex Asia venerit hodie, dare spondes? pro eo, Si nauis hodie ex Asia venerit dare spondes?] 3 Sed certe nō videtur hic esse vlla præposteratio, & prior lectio in omnibus textibus (quos ego viderim) atque etiam in recognitionis Haloandri habetur. Græcus interpres etiam amplius addit: [Si nauis cras ex Asia venerit, bodie dare spondes?] quod & Parisiensis litera sequitur. atque ita legi debere censeo. 4 Ecce enim, illa stipulatio inutilis olim erat, propterea quòd datio euentu conditionis prior esse non debeat, sed posterior: atque hāc rerum præposterationem Imp hic haud dubie sensit. est enim præposteratio ēt* [a] *in rebus. Vult ergo Iustinianus, supradictam præposteram stipulationem valere: quod ita exaudiendum est, dum scilicet exactionis effectus vsque ad conditionis euentum* [b] *differatur. Est enim obscurata puræ promissionis efficacia per incertæ conditionis adpositionem, cuius siue existentia, siue defectus paginam vtranque facit, vt vel valeat, vel concaedat.*

b Nobis placuit.] Hoc Iustiniani placitum adhuc in ipsius constitutione extat lib. 6. Cod. tit. 23.

§. Ita autem.

1.2 *Stipulatio. Cum moriar: dabis? valet etiam iure veteri: licet in stipulatione, Pridie quàm moriar, sit secus: et quæ sit diuersitatis ratio.*

a l. vlt. C. de contrah. stip. l. hæreditariū 7. de re. au. iu. poss. — b vide Gel. li. 6. c. 13. — c l. vnica. C. vt act. ab hęr. l. fi. C. de cont. sti. — d d. l. hæreditarium.

Ita autem stipulatio concepta, veluti si Titius dicat, cum moriar, dare spondes? vel, cū morieris: *a* & apud veteres vtilis erat, & nunc valet. Item post mortem alterius recte stipulamur.

a Et apud veteres.] 1 Sed cur stipulatio ista, [Cum moriar,] apud veteres habita fuit pro [a] *valida: illa vero, [Pridie quam moriar,] inutillis fuit? Quia is dies, qui pridie mortis est, non potest cognosci, nisi mortuo stipulatore: sed tempus quoddam in confinio vitę & mortis, ante mortem cognoscitur, quo tempore moriens mori dicitur Platoni in Parmenide.* [b] *2 Hodie talis stipulatio ob id quoque valet, quia iure quo nunc vtimur, obligationes & actiones ab hæredibus incipere* [c] *possunt, vt supra diximus. Neque tamen ante vim suam habet eiusmodi stipulatio, quàm post mortem. idque Paulus* [d] *aperte probat, inquiens: [Hæreditarium*

as

as alienum intelligitur etiam id, de quo cum defuncto agi non potuit, veluti quod is, cum moreretur, daturum se promisisset. Et eandem sententiam [e] *Vlpianus quoque sequutur.*

e In l. quodcunque. §. sicuti. & §. non solum. de ver. obl.

§. Si scriptum.

1 *Quæ sit stipulationis solennitas.*
2.3 *Ex nudo pacto an agi possit: & quid sit de iure Canonico.*
4 *Solennitas alia extrinseca, alia intrinseca.*
5 *Verbum (promittere) in instrumento insertum denotat interrogationem præcessisse.*
6 *Idem est si contineatur in scriptura priuata.*
7 *Verbum, promittere, idem est quod spondere: quandoque tamen latius patet.*
8 *Et si testis dicat, aliquem Titio promisisse, tamen non præsumitur stipulatio.*

a Si scriptum *b* in instrumento fuerit, *c* promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente *d* responsum sit.

a *Si scriptum.*] 1 *Solennitas stipulationis hæc est, vt præcedat interrogatio, & sequatur responsio: alioqui si est nuda promissio sine interrogatione, constituitur tātum nudum pactum,* 2 *ex quo non oritur actio, licet ad producendam exceptionem* [a] *sufficiat. Quandoque tamen & actionem propter fauorem paciscentis Lex concedit: vt ciuitati, quæ vsuras nudo pacto promissas potest* [b] *exigere. & hæc quidem iure ciuili obtinent.* 3 *Sed ius Pontificium ex nudo pacto agi permittit:* [c] *æquitatem enim præcipue intuetur, quæ dictat opere præstandum, quod verbis est* [d] *promissum* 4 *Porro ad rem redeundo, bis [stipulationis solennitas duplex est, [intrinseca] scilicet & extrinseca. Extrinseca est, quando in instrumento expressis verbis dicitur, stipulantem interrogasse, & promittentē spopondisse. Intrinseca vero est, quando in instrumento tantum cauetur de promissione, & nulla fit mentio interrogationis. Hoc casu videtur nudum esse pactum,* 5 *tamen Imperator contrarium adstruit, nempe verbum (promisit) eam habere emphasim, vt interna solennitas stipulationis ipso iure contineri præsumatur, perinde ac si verbis expressis ea in instrumento scripta reperiretur. quare etiam si de interrogatione præcedente instrumentum nihil loquatur, præcessisse tamen præsumitur, donec contrarium probetur. Hæc enim iuris præsumptio transfert onus probandi in* [e] *negantem.*

a l. iuris gentiū. §. igitur nuda. de pact.
b Letiam de vsu. Ba. l. legem. C. de pact.
c c. 1. & 2. de pac.
d c. 3. de pact.

b *In instrumento fuerit.*] 6 *Idem iuris est, si hoc verbum (promisit) in cuiuspiam priuata scriptura legatur, veluti epistola: nam & tum ipso iure præsumendum est, omnia solenniter acta, & interrogationē præcessisse: sic enim Seuerus & Antoninus* [f] *rescripserunt.*

c *Promisisse.*] 7 [*Promittere*] *enim idem significat, quod spondere: [spondere] autem est interroganti respondere. Quare si instrumento contineatur hoc verbum, interrogatio præcessisse censetur, & per consequens stipulationem infert. Quamuis latius etiā quandoque pateat: nam & promittere possumus nudis* [g] *verbis.*

d *Responsum sit.*] 8 *Sed an eadem præsumptio locum quoque habeat in dictis testium? vt si testis dicat, [Titium Seio promisisse,] præsumaturne interrogationem fuisse præuiam? Et constat non præsumi, ob id certe, quod testis dictum fere ea sola comprendat, quæ indicio sensuum percipi* [h] *possunt. Præterea testium ambigua aduersus eum, qui produxit, interpretanda* [i] *sunt: sed verbum (promisit) ambiguum esse ex eo liquet, quòd etiam simplex pacto promissio dici possit.*

e vt hic. & l. sciēdum. ibi Bart. Ias. & alij. de ver. obl. l. a. ibi gl. C. de vsur. iuncta l. 2. C. de contra. stip.
f l. 1. de contrah. stip. in Cod.
g l. sciendum. §. dictum. de ędi. edict.
h l. qui testamē. ta. §. vl. ibi Bar. de test. l. testiū C. de testi.
i l. inter stipulantē. 83. §. si Stichum de verbo. obl. Alc. in l. sponsio. 7. in fi. de ver. sig.

§. Quoties.

1 *Vna responsione plures stipulationes contineri posse.*
2 *Interest, vnane sit plurimum rerum stipulatio, an plures.*
3 *Sine soluta, vel coniuncta oratione concepta sit interrogatio nihil refert.*
4 *Soluta oratio regulariter magis accipi solet pro coniuncta.*
5 *Si quis distinctiue stipulatur, & alter vnum respondeat, non tenentur.*

Quoties plures res *a* vna stipulatione comprehendūtur, si quidem promissor *b* simpliciter respōdeat, dare spondeo, *c* propter omnes tenetur. Si vero vnam ex his vel quasdam daturum se spoponderit: obligatio in iis, pro quibus spoponderit, contrahitur. *d* Ex pluribus enim stipulationibus vna, vel quædam videntur esse perfectæ: singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus.

a *Vna stipulatione.*] *Id est, vna verborum conceptione.* 1 *Satis ergo est, vni de pluribus rebus proposita interrogationi simplex responsum vnum a promissore subiici, perindeque habetur, ac si singulæ species inter respondendum expressæ* [a] *fuissent. Quamuis autem pluribus rebus vna stipulatione comprensis, vna sit stipulatio: tamen quo ad ipsum effectum, intelliguntur hic plures esse stipulationes, ut etiā paulo post indicat Iustinianus: nempe tot, quot sunt res nominatim expressæ in stipulatione, vel certe in priore aliqua* [b] *conuentione.* 2 *Multum autem interest, vnane sit plurimū rerum stipulatio, an vero plures. Nam si vna sit stipulatio,*

a l. Titio. 134. §. vlt. de ver. ob.
b l. quod dicitur 86. d' verb. ob.

non

non possit res vna sine altera solui inuito creditori, vt cursus vsurarum [c] cohibeatur: quemadmodum venditis rebus pluribus, si vna tantum intelligatur venditio, non temere potest res vna sine altera [d] redhiberi.

b *Simpliciter.*] *Cæterum si pluribus rebus deductis in stipulationem promissor expresse respondeat, se ea omnia, de quibus interrogatus est, daturum, qui in huiusmodi responsio pluralitatem stipulationum significet, absque controuersia* [e] *est.*

c *Propter omnes*] *Si simul petantur: nam si singulatim petantur, ad singulas quoque obligatus esse* [f] *intelligitur.* 3 *Illud non est omittendum, ad hoc, vt in vna responsione plures stipulationes contineantur, non semper opus esse coniuncta oratione, vt scilicet coniunctim de reb. promittendis concipiatur interrogatio puta,* [*Illud & illud dare spondes?*] *sed solutam quoque orationem sufficere. Eundem enim effectum habet soluta oratione concepta stipulatio: veluti,* [*Codicem tuum, equum tuum, vestem tuam dare* [g] *spondes?*] 4 *quoniam regulariter soluta oratio magis accipi solet pro coniuncta, quam* [h] *disiuncta.* 5 *Sed si quis disiunctiue stipuletur,* [*Stichum aut Pamphilum,* & *promissor vnum daturum se spoponderit, cum nō teneri Vlpianus* [i] *tradidit, quia non sit ad interrogatum responsum.*

d *Ex pluribus enim.*] *Ergo plures hic intelliguntur stipulationes, nempe tot, quot sunt res speciatim expressæ in ipsa interrogatione, vt et supra diximus.*

§. Alteri.

1 *Regula est, neminem alteri stipulari posse.*
2 *Ampliatio dictæ regulæ. & num. 3. 4. 5. 6.*
7 *Quibus casibus præfata regula cesset. & 9. 10. 11. 12. 13.*
8 *Iuramentum semper intelligitur secundum naturam contractus, cui accedit.*
14 *An ex stipulationi facta alteri saltem naturalis obligatio oriatur.*
15 *Ratio, quare alteri stipulari non liceat.*
16 *Textum hic de interesse pecuniario loqui.*
17 *Si mea interest, valet stipulatio alteri facta.*
18 *Stipulationi facta alteri si pœna adijciatur, valet stipulatio.*
19. 20 *Et quæ sit eius dogmatis ratio.*
21 *Sibi, non alij pœnam stipulari licet.*
22 *In pœnis non inspicimus interesse, sed quis sit status principalis stipulationis.*
23 *Conditionem etiam pro qualitate & statu sumi.*
24 *Restitutus hic §.*

Alteri stipulari (vt supra dictum est) a nemo potest. b Inuentæ enim sunt huiusmodi stipulationes vel obligationes ad hoc, vt vnusquisque adquirat sibi, quod sua interest: cæterum si alij detur: c nihil interest stipulatoris. d Plane si quis velit hoc facere, e pœnam stipulari conueniet: vt nisi ita factum sit, vt est comprehensum, committatur pœnæ stipulatio etiam ei, cuius nihil interest. Pœnam enim cū stipulatur quis, non illud inspicitur, f quod intersit eius, sed g quæ sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis ita stipuletur, Titio dari? nihil agit. Sed si adiecerit pœnam, nisi dederis, tot aureos dare spondes? tunc committitur stipulatio.

a *Nemo pōt.*] 1 *Elegans est hæc regula, & valde trita,* [*quod nemo possit alteri, siue tertio* [a] *stipulari:*] *sed nec quocunq; alio contractu, vel etiam nudo pacto ei quærere,* [b] *cū generaliter traditum sit,* [*alteri*] *per alterum non* [c] *quæri. Quæcunque enim gerimus, cum ex nostro cōtractu originem trahant, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem actum nostrum* [d] *efficiunt:* 2 *adeo vt nec quidem filius matri vtiliter* [e] *stipuletur, nec mater* [f] *filio, nec pater filio* [g] *emancipato, nec frater fratri, nec consanguineus consanguineo, quamuis in eis versetur interesse* [h] *affectionis. Neque enim sufficit quoquo modo interesse, vt conuentio alij* [i] *prosit.* 3 *Quod communior sententia etiam ad feuda producitur: quia non posset frater fratri, nec consanguineus consanguineo per inuestituram, vel alia conuentione ius feudi* [k] *acquirere. Neque aduersantur textus* [l] *feudales, quib. Alexander,* [m] *& Curtius* [n] *moti contrarium censuerunt: quoniam hi textus loquuntur de fratribus præsentibus, & communiter inuestituram accipientibus.* 4 *Sed nec vicinus vicino, nec aliquis alius honestus, quacunque polleat autoritate, potest alteri stipulando acquirere,* [o] *nisi esset persona publica: nec libertus patrono,* [p] *nec vasallus domino,* [q] *cum vasallus æquiparetur liberto.* 5 *Fisco quoque, quamlibet magnus sit fauor ipsius, per priuatum non acquiritur.* [r] *Quare si duo offensi pacem ineant, & stipulentur pœnam dandam fisco, si alteruter recedat, hæc pœna fisco non quæritur, nisi publica persona intersit, quæ stipuletur.* 6 *Adde tandem, quod nec aduocatus clienti posset stipulari, vtcunque cliens sit in tutela* [s] *aduocati. Sunt tamen plerique casus, in quibus receditur a superiori regula. Quid enim, si alicubi consuetudine notissima receptum sit vt alteri stipulando* [t] *acquiratur? quid si is, qui promisit se alteri tertio daturum, inter solemniter?* [u] *nam ratione iuramenti compellendus est, vt satisfaciat promissioni.* 8 *In hoc tamen*

ego

c l. tut. §. Lucius de vsur.
d l. cum eiusdem de ædil. edi.
e l. pluribus. de verb. oblig.
f l. scire debem'. 29. & d. l. quod dicitur. de verb. oblig.
g d. l. scire debemus. §. stipulationem. in fi.
h l. sæpe ita comparatum. 53. ff verb. sig. l. 1. §. & ideo. de his quæ i test. del.
i l. inter stipulantem 83. §. si stipulante. de verbo obli.

a hic. & sup. e. §. si quis alii. l. stipulatio. 38. §. alteri. de verb. oblig.
b l. quo tutela. §. vl. de reg. iur.
c l. solutum. §. p liberā. de pig. act. l. 1. C. per quas per l. no. acquir.
d l. quæcunq. ff. de act. & obli.
e l. inter. §. cū p se. de pact. dot. l. debitor. §. fi. ad Trebel.
f l. pactum. C. de pac conuent.
g l. cum patrem. C. de iur. dot.
h gl. i l. fideiussoris. de pact.
i Bar. d. §. alteri. in 2. oppos.
k Bart. l. si mihi & Titio ff ver. obl. Zas. d. §. alteri. nu. 12.
l c. 1 in fi. de feu. Marc. c. 1. in fi. q. feu. da. pos. §. cū verō Corradus. & c. 1. de duob. fratrib.
m d. § alteri.
n Curt. cons. 49.
o Abb. i c. pastoralis §. 1. ad fi. de offi. or.
p l. si quis ita stipulatus. §. Chrysogonus. de ver obl.
q Zas. d. §. alteri. nu. 16.
r l. 1. post pri. ibi Bar. de iur. fis.
s l. rem non nouā. §. pat oni. C. de iudi. Bal. l. vniuersos. C. de decur. l. 10.
t Lud. Rom. l. certi condit. §. si nummos, si cer. pet. tex. l. si quis donaturus. ad fi. de vsufr.
u Bar. l. si quis pro eo. septimo memb. de fideiuss.

ego subsisto, quoniam in iuramento hoc perpetuum est iure ciuili, vt iuxta naturam contractus, cui accedit, intelligatur. 9 Quid si seruus stipuletur domino, aut filiusfam. patri? [x] nam tali casu non alteri [y] censetur facta stipulatio, cum eadem sit vox vtriusque & filiusfa. eadem persona cum patre [z] intelligatur, vt alibi quoque [a] diximus. 10 Sic quoq; pijs locis & pauperibus quilibet stipulari [b] potest. 11 Cessat quoque regula in numeratione pecuniæ actuali & reali: quia possum tibi decem numerare, et a te stipulari, vt ea des Titio. iam Titio acquiritur actio sine vlla [c] cessione. Numerare enim est actus naturalis & realis, non [d] ciuilis: et quę naturaliter acquiruntur, possunt alijs acquiri. 12 Pari ratione si rem quę mea est, & durat mea, stipuler restitui alteri, valet [e] stipulatio, tametsi actio non videatur quęri sine [f] cessione. 13 Sed & si, cum res mea est apud alterum, & intercedat stipulatio quod res mihi domino restituatur, hæc stipulatio adeo vtilis est, vt etiam mihi detur actio sine [g] cessione. Addunt nonnulli pręfatam regulam non habere locum etiam in dote, potestque auus, cum datur dos pro filia stipulari hanc dotem reddi [h] tertio: sed hæc exceptio non caret [i] pugna, & egeret grauiori discussione. 14 Illud quęsitum est, an ex huiusmodi stipulatione facta naturalis saltem oriatur obligatio? quod plerique aiunt, cum eam solus consensus [k] producat. sed eam opinionem Zasius [l] valde improbat: cuius argumenta videri possunt.

b Inuentę enim.] 15 *Ratio est pręmissę regulę, qua melior dari non potest.* [*In hoc enim stipulationes inuentę sunt, vt quisque commode quęrere sibi possit, quod sua interest.*] *Quę ratio vbi cessat, quia nostra nihil interest, inutiliter stipulamur.*

c Nihil interest stipulatoris.] 16 *Pecuniariter intellige: nam & alio modo mea interesse potest, cum & hominem beneficio a nobis affici nostra [m] intersit: & quia eum, cui stipulor, ad ἀντίδωρα, id est, ad remunerandum natu aliter obligatum haberem. [n] species autem lucri est, beneficio debitorem sibi acquirere. [o] Verum non habet lex horum rationem, [p] sed pecuniarij tantum commodi. 17 Probat autem hic textus a [q] contrario, quod si mea interesset, consisteret stipulatio alteri [r] facta.*

d Plane si quis velit.] 18 *Consilium pręscribit Imp. ex Vlpiano (est enim totus hic locus ex Vlpiani responso [s] descriptus) quando quis alteri vult stipulari, & sua non interest, vt pœnam stipulationi adijciat: velati,* [*Promittis Sempronio dare centum? & si non dederis, promittis mihi quinque nomine pœnę?*] *tametsi quamuis tua non intersit, centum Sempronio dari: si tamen datum non fuerit, concedetur tibi vtilis actio ad exactionem pœnę. Sed nomine huiusmodi pœnę adiectio est accessoria ad pręcedentem stipulationem principalem? Cum igitur principalis stipulatio non consistat, vt quę alteri prorsus extraneo facta sit, videtur et accessorium corruere debere: cum vitiato principali & accessorium concidere [t] oporteat. 19 Respondeo, illam pœnalem stipulationem non esse prioris stipulationis accessoriam, sed eam velut suo quodam pondere niti, ac per se venire: vnde etiam non subsistente pręcedente obligatione, pœna, quam stipulatus es, vtiliter committi potest. Quinimo concesso etiam, quod hęc pœnę adiectio accessoria dici possit: fatendum tamen est, pœnę stipulationem valere & committi posse, vtcunque obligatio principalis huius accessorię viribus conualidari [u] nequeat. 20 Aetiologia est, quia fatendo etiam regulam, quod vitiato principali & accessorium corruat: tamen hæc in specie lex figit pedem in prohibitione, ne quis alteri stipuletur, quin contra consilium dat stipulatori, quo mediante eiusmodi promissiones ad effectum perduci valeant. Nam ista pœnę adiectio magis est pręter legem, quam contra legem: hoc est, lex eam non vetat, non prohibet, sed ei tantum non assistit. Ideo autem patitur lex talem pœnam adijci, vt illius metu stipulationi priori pareatur, quę effectum alioqui producturа non esset. Illic certe pœnalis stipulatio non est concepta, vt alteri quęratur, sed vt ipsi stipulatori: & propterea stipulatio pręcedens vtcunque sit inutilis, tamen conditionis loco [x] habetur.*

e Pœnam stipulari.] 21 *Scilicet sibi: nam alteri, etiam Fisco, pœnam stipulando nihil [y] agimus, vt paulo ante dixi: Pœnam autem stipulari oportet legitimam, vt adiecta quantitati legitimum modum non excedat, ne in fraudem vsurarum inserta [z] præsumatur. Sed & eam stipulari omnino necesse est: nam si de pœna nudo pacto conueniat, non nisi quatenus interest, peti [a] poterit.*

f Quod intersit.] 22 [*In pœnis enim non inspicimus, quid intersit stipulatoris, sed quæ sit quantitas, quaque conditio stipulationis,*] *vt Vlpianus [b] ait.* 23 [*Conditionem*] *autem pro qualitate & statu accipit. quasi diceret: In pœna adiecta stipulationi non respicitur, an intersit stipulatoris, sed tantum consideratur, quis sit status principalis stipulationis: vt si impossibilis sit, turpis, contra bonos mores, aut aliter contra legem, intelligamus frustra ei [c] pœnam adijci.*

g Sed quæ sit quantitas in conditione.] 24 *In Florentino Codice legitur: quæ sit quantitas, conditioq;: & forte melius. Non enim quæritur solum, quanta summa pœnæ nomine stipulata sit: sed quæ fuerit ratio, forma, conditio stipulationis: & cum conditionalis fuerit, vtrum extiterit conditio, an non extiterit.*

x d. §. alteri.
y l. si seruus de dam. infect.
z l. fi. C. de imp. & al. subst.
a d. §. si quis alij.
b Bal. in l. illud. C. de sacro. ec.
c d. §. si numos.
d l. ea quę ciuiliter. de acq. re. dom.
e l. publia. ff. de posi.
f Vide Zas. d. §. alteri nu. 25.
g l. si res. C. ad exhib.
h l. Cas. so ma. l. pater. C. de pact conuen.
i l. cum patre. C. de iu. do. l. pactum. C. de pac. con. l. si genere. C. de iu. do.
x l. Stichum aut Pamphilum. § naturalis. de solut.
l d. §. alteri. n. 6. 7. 8. 9.
m l. seruus. in fi. de ser. ex port.
n l. sed etsi lege. § consuluit. ff. pet. hær.
o l. si pignoris. § 1. de fur.
p l. vlt. § vlt. de ope. ser.
q l. fideiussoris. l. quod dictu de pact.
r vt §. seq.
s in d. §. alteri.
t l. nō dubium. C. de legibus. cum vulg.
u l. quod per manus. d iure co.
x Ias. d. §. alteri.
y l. arbiter stra. de rece. arbi.
z l. Iulianus. §. ibi. de act. em. l. cū allegas. C. de vsu.
a l. seru⁹ ex lege de ser. expor.
b d. §. alteri.
c l. si homo mortuus. de verb. oblig. l. nō dubiū. C. de ll.

§. Sed etsi quis.

1 *Alteri quandoque rectè stipulamur.*
2 *Tutor quomodo pupillo stipuletur.*
3 *Procuratori quomodo stipulemur.*

Sed

Sed etsi quis *a* stipuletur alij, cum eius interesset placuit stipulationem valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore: quoniam *b* interest stipulatoris, fieri quod stipulatus est *c* (cum obligatus futurus sit pupillo, si male res cesserit) tenet obligatio. Ergo & si quis *d* procuratori suo dari stipulatus sit, *e* habebit vires stipulatio. Et si creditori suo *f* quis stipulatus sit, quod sua interest, *g* ne forte vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quę pignori data erant, valet stipulatio.

a *Stipuletur alij, cum.*] *Quoniam supra* [a] *dictum est, stipulationem alteri factam non consistere, nisi pœna sit adiecta stipulationi, cum inuentæ sint stipulationes, vt vnusquisque, quod sua interest, sibi acquirat: a contrario patet, quod si stipulatoris intersit, tametsi pęna adiecta non sit, valeat stipulatio. quod aliquot exẽplis Imp. ex* [b] *Vlpiano desumptis hic probat.*

b *Interest.*] *hoc est, impendet periculum, ne intersit: necdum enim contractus tempore tutoris pupillo stipulantis intereat, sed imminenti periculo Lex occurrendum censuit. Et ideo ratam habet stipulationem, licet alteri nempe pupillo* [c] *factam. Neque aduersatur, quod potest semper & vbique tutor stipulari pupillo, etiamsi sua non* [d] *intersit, modo super re pupilli contrahat:* [e] *quoniam illud sic accipiendum est, quatenus pupillo actionem ex stipulatione, eiusque commodum tutor* [f] *quærit. vt autem tutor sibi acquirat, stipulari pupillo non potest, nisi eius* [g] *intersit.*

c *Cum obligatus futurus sit pupillo.*] *Actione scilicet tutelæ, qua contutore male gerente prior tutor, qui administrare cœperat, obstringitur.*

d *Procuratori.*] 3 *Tanquam procuratori, intellige vt procuratorio nomine* [h] *accipiat: nam si ei licet procuratori, tanquam tertio stipularer, inutilis esset stipulatio, cum tunc mea non intersit.*

e *Habebit vires*] *Domini quippe interest, vt procuratori detur: quidquid enim procuratori debitur, ipse iudicio mandati consequetur.* [i] *& ita cum vniuersum stipulationis commodum in dominum reflectatur, videtur dominus sibi magis, quàm alij stipulari. Aget itaque ex huiusmodi stipulatione ad interesse, licet dationem* [k] *contineat.*

f *Qui stipulatus.*] *Nempe ad dissoluendam suam obligationem, qua creditori tenebatur. Nam de hac stipulatione Iustinianum hic proprie agere, sequentia verba indicant.*

g *Ne forte vel pœna.*] *Sub qua creditori suo stipulator obligatus erat.*

a §. præced.
b l. stipulatio ista. 38. §. si stipuler. & aliquot. seq.
c l. liber homo. 118. §. vlti. de verb. oblig.
d l. eũ qui. §. pe. de const. pec.
e l. vlt. C. quan. ex fac. tut.
f l. quoties. de ad min. tut.
g hic. & d. §. si stipuler.
h hic & d. l. stipulatio ista. §. si quis ergo.
i l. idemque. §. si cui. & §. si mandauero. mandati. l. Iulianus. §. vlt. de verb. oblig.
k d. l. liber homo. in fi.

§. Versa vice.

1.2 *Pœna adiecta promissioni facti alieni, eam validat.*
2 *Et quæ sit huius dogmatis ratio.*

Versa vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, vt non teneatur *a* nisi pœnam ipse promiserit.

a *Nisi pœnam.*] 1 *Hinc ergo discis, quod adiectio pœnæ obligationem siue promissionem alieni facti confirmet, cum tunc de se promittat.* 2 *Cessat ergo hoc casu ratio, qui pœnam promittit, si non fiat, promittit de se, non de alterius facto, & ita quod facere potest,* [a] *promittit. Nec tunc, quid intersit stipulatoris, inspicitur, sed quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis:* [b] *& ita metu pœnæ parebitur huic stipulationi, qua factum alienum promissum est, licet promissio inutilis sit.* 3 *Nec obstat, quod principali causa non subsistente accessoria effectum non* [c] *habeat: & a stipulatione pœnali principalem* [d] *non roborari. quoniam (vt &* [e] *supra diximus) pœna in nostra specie non consideratur vt accessorium, quin potius æque principaliter stat, quæ nullo modo obligationem primam confirmat, sed tantum efficit, vt eius metu diligentius curet promissor, & efficiat, vt ab extraneo factum promissum expleatur.*

a §. si quis aliũ. sup. hoc tit.
b § alteri. sup. e.
c l. cũ principalis. de reg. iur.
d l. nuda. C. de contra. stip.
e in §. alteri. n. 19

§. Item nemo.

1.2.3 *Nemo potest rem suam stipulari, vel quæ sua futura est: & quæ ratio.*
4 *Casus, in quibus quis rem propriam recte stipulatur, & num. 5 6.7.8.9.*
10 *Si quis rem suam simpliciter stipuletur, an valeat stipulatio.*

a Item nemo rem suam futuram, in eum casum quo sua sit, vtiliter stipulatur.

a *Item nemo.*] 1 *Regula est protrita, [neminem posse rem suam pure a stipulari.] Et hac regula amplificatur per hunc præsentem textum etiam tum obtinere,* 2 *quando quis rem, quæ futura est sua, in eum casum, in quo sua esset, stipulatur: veluti, legatus est tibi equus, si Titius consul erit, tu iam sub eadem conditione equum illum ab alio stipularis sane inutilis est hęc* [b] *stipulatio.* 3 *Illud enim, quod proprium alicuius est, vel speratur fore, amplius per stipulationem suum fieri* [c] *nequit: nec potest rerum nostrarum dominium nobis, nisi ex vna causa,* [d] *contingere. Præterea paria sunt: tempore prohibito aliquid fieri, & conferi in tempus*

a l. nemo. 78. de ver. obl. l. si rẽ meam. eo. tit.
b d. l. nemo. e. ti. & vide ibi Zas.
c l. sequitur. §. la na. de vsuca. §. sic itaq. inf. de actio.
d l. 3. §. ex plurib.

pus [e] *prohibitum. Sic ergo, si res in præsenti mea sit, eam stipulari prohibeor: ita etsi res in præsenti non sit mea, tamen futura sit mea, in eum casum temporis prohibiti non potest conferri stipulatio. 4 Sunt tamen certi casus, in quibus quis rem propriam recte stipulatur. Primus est, cum non pure, sed sub conditione stipulatio concepta reperitur:* [f] *fieri quippe potest, vt existentis conditionis tempore res non sit stipulatoris. Sic in emptione scribit Marcellus,* [g] *[vt possim, quod meum est, sub conditione emere, quia forte speratur, meum esse desinere.] Et in legato Iulianus:* [h] *[Sed si (inquit) sub conditione res mea mihi legetur, poterit legatum valere, si existentis conditionis tempore mea non sit.] quia in huiusmodi legatis non testamenti facti tempus, sed conditionis expletæ spectari* [i] *oportet. 5 Secundus casus est in fure, quia omnis actio degenerat o tio furis. nam a fure bene possum stipulari rem* [k] *meam: interest quippe mea, ratione possessionis. 6 Tertius, si rei meæ dominium a me quandoque reuocari potest, non prohibeor eam per stipulationem meam efficere, vt irreuocabiliter sit* [l] *mea. 7 Quartus, quando prima causa acquisitionis dominij est dubia, & secunda certa: vel quando per secundam fit pinguior acquisitio, quam ex prima, tunc res mea potest mihi acquiri ex noua* [m] *stipulatione. 8 Quintus, si quis æstimationem siue precium rei suæ stipuletur, valet stipulatio: precium enim rei meæ non est meum, & aliud est res, aliud precium, siue æstimatio:* [n] *quo fit, vt in istis particularibus precium non succedat loco rei,* [o] *licet aliud sit in vniuersalibus. 9 Sextus, si stipuletur quis rem suam sibi restitui a promissore, vtilis est stipulatio: quoniam* [p] *ea specie non stipulatur dominium, sed factum nudum restitutionis, quando scilicet res sua est penes promissorem. Hoc tum forte non procederet, si condemnatus publici iudicij crimine stipularetur sibi restitui rem depositam: quia hæc stipulatio non* [q] *obligaret. 10 Illud etiam quæsitum est, an si quis stipuletur rem suam simpliciter, non addendo, rem sibi dari, vel restitui, stipulatio consistat? Et aiunt consistere. Cum enim in dubio interpretanda sit stipulatio, vt magis valeat, quam* [r] *pereat, credendum erit, eum, qui rem propriam stipulatur, de restitutione eiusdem vtiliter sensisse. Quod ego facile admiserim, vbi penes promissorem vel etiam tertium res est: cum ad factum restitutionis verisimile sit, sese partes retulisse, ne inanem actum fecisse* [s] *videantur. Sin autem res ista apud dominum stipulantē extitit, præsumitur rem suam sibi dari stipulatus esse, & non valebit stipulatio.*

§. Si de alia re.

1 *Dissensus in re stipulationem vitiat. fallit, vt num. 4.*
2 *Si tamen certo constet partes dissensisse.*
3 *Si de dissensu non adpareat, valet stipulatio: idque exemplis declaratur: & num. 4.*

a Si b de alia re stipulator senserit, de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset. veluti si hominem Stichum a te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris.

a *Sit de alia re.] 1 Adnotandum hinc est, quod dissensus contrahentium in re in stipulationem deducta eam vitiet. Itaque si hominem stipulatus sim, & ego de alio senserim, tu de alio, nihil actum erit: [quia (vt Venuleius* [a] *ait) stipulatio ex vtriusque consensu perficitur, qui non potest dici interuenisse, quando partes dissentiunt, & perinde est, ac si cum interrogatione responsio non quadret:] ob quod quidem vitium stipulatio quoque* [b] *concidit. 2 Hoc tamen procedit, si certo constet, partes dissensisse. Constare autem poterit vel ex verbis instrumenti* [c] *seu cautionis. quòd fortasse scriba persuasus sit ab altera parte, vt rem aliam inscriberet: vel etiam ex his, quæ ante stipulationis conceptionem acta fuere. quia forte promissor paulo ante inter amicos mentem declarauit, se nolle consentire, nisi in equum nigrum: hoc loco quicquid in promissione respondeat promissor, postea, si ita declarauerit animum, arguitur dissensus, quia per huiusmodi prælocutiones inter amicos factas probatur & cognoscitur* [d] *animus. 3 Ceterum si de dissensu non adpareat, multis modis valere stipulatio potest. Fac enim stipulatorem sic dixisse, [Mihi decem, & Titio decem dare spondes?] quæstio est, an alia decem promissa videantur, quod stipulator ait: an eadem, vt promissor. Et hoc casu cum iuxta vtriusque interpretationem sustineri possit obligatio, æquius est promissori accedere, vt eadem decem promissa* [e] *intelligantur. 4 Pone item promissorem plures fundos eiusdem nominis possidere, & vnum ex his sine vlla nota demonstrationis deductum esse in stipulationem: certe is fundus in effectu debebitur, quē promissor dare* [f] *voluerit. Finge rursus, verba stipulationis validæ futuræ non posse aptari, nisi ad vnius partis sensum: tunc illius partis interpretatio recipienda est, ut res, qua de agitur, in tuto sit, nec* [g] *vitietur.*
b *De alia re.] Quam scilicet principaliter stipulamur: 5 nam si tantum sit quædam accessio dissensus, in ea re non vitiabit principalem obligationem. vt si cum fundum emerem, stipuletur Stichum* [h] *accessurum.*

§. Quod turpi.

1 *Stipulatio turpis nullius est momenti.*
2.3.5 *Stipulationem tribus modis turpem dici.*

e l. in tempus. de hær. inst. l. qd sponsæ. C. de don. ante nup.
f d. l. si rem meā.
g l. existimo. de contrah. empt.
h l. cętera. §. 1. de leg. 1.
i l. cū res. de leg. 1. l. quę legā. de reg. iur. l. si vxor. C. de cōd. inser.
k l. scire debem⁹. §. si à fure. de ver. oblig.
l l. in bello. §. si quis seruum. de capt.
m Io. And. c. cum personę. de priuil. lib. 6 Aret. l. existimo. de verb. oblig.
n d. l. nemo. & l. si alij. §. rerum de vsufr. l. pro pemodum. de verb. sign.
o l. vēditor. 2. de hær. ven. l. qui vas. §. vlt. de fur.
p d. l. nemo. 1.
q per tex. l. bon. fides. depos. & Zas. d. l. nemo. 1. nu. 7.
r l. quoties. inf. de ver. obli.
s d. l. quoties. & l. diuus. de vsu & hab. l. quoties. de reb. du.

a l. cōtinuus. 137 §. 1. de ver. ob.
b §. præterea. su. hoc nostro tit.
c Castren. l. inter stipulantē. §. si Stichū. de ver. oblig.
d gl. l. apud Celsum. in prin. de doli excep.
e l. 38. stipul. ista habere licere. §. eum qui. de verb. oblig.
f l. 106. qui ex plurib. eo tit.
g l. 80. quol. i stipulationibus. dic. tit.
h l. si in emptione fundi de cōtra. empt.

4 *Id posse dicimus, quod de iure possumus.*
6 *Si turpitudo ex vtriusque contrahentis parte versetur, stipulatio ipso iure nulla est.*
7 *Quid si ex stipulantis tantum parte proueniat?*
8 *Quid item si ex promittentis tantum parte versetur.*
9 *Meretrix licet turpiter faciat quòd sit meretrix: tamen non turpiter accipit.*

Quod turpi ex causa promissum est; veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat: a non valet.

a *Non valet.*] 1 *In summa hinc colligitur, [stipulationem turpem, vel ex turpi causa descendentem nullius esse momenti.* [a] *Circa hoc tamen pronunciatum Doctores* [b] *intricate & tumultuanter loquuntur: rem autem apertius exponendo sciendum est,* 2 *[stipulationem] tribus modis [turpem] dici. Primo enim [turpis] appellatur, quia turpiter sit orta: veluti si stipulatio per vim aut metum extorta* [c] *sit, puta quod aliquis metu, aut etiam dolo inductus sit, vt promitteret. Et hæc stipulatio tametsi summo iure sustineatur: doli tamen vel metus exceptione subuerti atque elidi potest, vel etiã per officium iudicis* [d] *rescindi.* 3 *Deinde [turpem] stipulationem dicimus ex parte materiæ, quia scilicet contineat in se turpe aliquid, vt si dicam [spondes committere furtum, homicidium, adulterium?] & hæc ipso iure non consistit, cum eiusmodi conditiones iure censeantur esse impossibiles. Nam quæ iure non licet facere, nec fieri quidem posse credendũ* [e] *est:* 4 *& id duntaxat posse dicimur, quod de iure* [f] *possumus: & quæ de iure prohibita sunt, impossibilia* [g] *existimantur. Impossibilium autem nullam esse obligationem, cantat vtriusque iuris* [h] *regula.* 5 *Postremo est [turpis] stipulatio ratione causæ finalis, quia facta ob turpem causam: de qua Iustinianus hic quoque loquitur. In illa autem tertia turpis stipulationis specie, quamuis Interpretes valde confictentur: ego tamen tres casus distinguendos esse censeo.* 6 *Primus est, si talis partium turpitudo ex vtriusque, stipulatoris scilicet, et promissoris parte versetur: de qua Iustianum hic agere, nullum dubium est. veluti, [promitto tibi decem, si homicidiũ feceris, si male iudicaueris, &c.] tunc stipulatio ipso iure nulla est, adeo vt si quid eo nomine ante vel post impletam causam datum sit, repeti* [i] *nequeat: quia in pari turpitudinis causa potior est conditio* [k] *possidentis.* 7 *Secundus: quando turpitudo ex stipulatoris persona duntaxat versatur, rursus non valet stipulatio, idque ipso* [l] *iure: vt si a me stipuleris decem, ne furtum facias, ne homicidium committas, item vt rem meam apud te depositam, vel tibi commodatam mihi reddas, turpis est causa stipulationis: quoniã priora illa sponte non facere, hæc vero vltro præstare teneris. Vnde si promissor dedit quippiam ante turpem causam impletam,* [m] *repetere potest: post causæ verò impedimentum si quid scienter sit datum, cessat* [n] *repetitio, quia donasse* [o] *videtur. Raphael tamen Cumanus censuit, huiusmodi promissionem, si tantum turpitudo versetur in stipulatore, valere ipso iure; cum lex* [p] *dicat, huic stipulatori causam turpẽ implenti, si agat, exceptionem doli mali, aut in factum opponi posse. Et hanc sententiam Zasius* [q] *etiam secutus est. Verum nihil hoc impedit, quoniam ea doctrina omnino recipienda est de exceptione intentionis &* [r] *facti: quæ quidem opponi plerunque solet aduersus eum, qui nullo iure, sed de facto tantum* [f] *experitur.* 8 *Tertius casus: Si turpitudo danti siue promittenti solum imputari potest, vt si quid scorto promiseris, tametsi scortum non potest ageret si tamen illi aliquid hoc nomine datum sit, repeti non potest.* 9 *Illam enim turpiter quidem facere dicimus, quod sit meretrix: sed non turpiter accipere, cum sit meretrix,* [u] *seseque iam semel prostituerit. Et hæc est sanior interpretum sententia,* [x] *quam & ipse amplectendam censeo.*

§. Cum quis.

1.2 *Dubitandi causa in hoc §. decidendique.*
3 *In stipulationibus inspicitur tempus contractus.*

Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante conditionem decesserit: postea existente conditione hæres eius a agere potest. Idem est & ex promissoris parte.

a *Agere potest.*] 1 *Videbatur tamen huiusmodi conditionalem stipulationem, si stipulator ante euentum conditionis moriatur, omnino concidere, quasi videlicet extincta persona, cui ex tali conuentione acquiri debebat.* 2 *Clari enim iuris est, [in stipulationibus id tempus spectari, quo contrahimus.]* [a] *Verum Iustinianus contrarium hic determinat:* 3 *ea scilicet ratione, quod hodie obligationes & actiones tam ab hæredibus quàm aduersus hæredes incipere* [b] *intelliguntur: & spem conditionalis stipulationis transmitti in hæredem, supra quoque* [c] *annotauimus.*

§. Qui hoc anno.

1 *Si tempus adiectum sit stipulationi, differendæ solutionis gratia, ante tempus elapsum agi nequit.*

a hic. & l. generalit. 26. cum l. seq. & l. si plagij. de ver obl.
b in prædictis ll.
c de qua ĩ l. si qs cum aliter. de ver obli.
d l. si dolo, C. de inutil. stip. l. interpositas. C. de trans. l. vlti. §. 1. qd̃ me. cau.
e l. filius. de condi. insti.
f l. Nepos Pro. 123. de ver sig.
g l. idem Iul. §. vlt. de leg. 1.
h l. impossibiliũ. de reg. iur. c. nemo potest. eo. tit. lib. 6.
i l. vbi autem. de condic. ob tur. cau. & d. l. si plag.
k l. 1. de cond. ob tur. cau.
l tex. est bene intellect in l. pe. de con. ob tur. cau. & l. iuris gẽt. §. si ob maleficic. de pac.
m l. 1. & 2. de cõ. ob tur. cau.
n d. l. pen.
o l. 1. de cõd. inde. & bene declarat Frã. Are. in d. l. pen.
p in d. l pen.
q d l generalit. nu. 23.
r Por. hic. Bar. d. l. general. licet Ias. ibidẽ valde tumultuetur.
s gl. verbi exceptione. in fi. in l. qui se debere de cõd. ob tur. cau. Zas. in singul. intell d. l. qui se debe. e.
t gl. in l. idẽ etsi. §. sed quod meretrici. de con. ob tur. cau. & Iul. in l. 5. affection. de don.
u d. §. sed quod meretrici. l. si adulteriũ. C. de adulte.
x vide Zas. d. l. generaliter. n. 27. 29.

a l. 78. si filiusfa. de ver obli. vide etiam l. 18. & 144. ff. de regul. iur. b l. vnica. C. vt actio. ab hær. l. veteris. C. de contrah. stip. c §. ex conditionali. sup. de verb. oblig.

2.7 *Dubitandi causa huius §. & obiectiones.*
3 *Explicata l. liber homo. §. decem. de verb. oblig.*
4 *Vocula, hodie, quid denotet.*
5 *Promissum annuum, vel in annos singulos, in principio anni peti potest: fallit, vt num. 6.*
8 *Explicatur l. eum qui. §. qui ita. de verb. oblig.*

a Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnibus partibus anni, vel mensis *b* præteritis, non rectè petet.

a *Qui hoc anno.*] *Hic §. ad verbum ex Pomponij* [a] *responso desumptus est: tametsi ad hanc de inutilibus stipulationibus disputationem non videatur pertinere.* 1 *ex quo colligimus, si tempus stipulationi causa differendæ obligationis siue solutionis adiungatur, agi non posse, nisi toto tempore elapso.* 2 *Videbatur tamen contrarium dicendum: quia respecta proprietate verborum, qui promittit dare hoc anno, videtur promisisse quolibet die anni dare: nam etsi terminus assignaretur ad faciendum aliquid hoc anno, quolibet die anni posset* [b] *facere. Sed illud est, quo ad fauorē faciemus: vnde posset quidem soluere promissor quoquo anni die creditori etiam inuito, vtcunq; tempus in fauorem creditoris adiectum fuisset: compelli vero ante lapsum totius anni ad solutionem non posset.* 3 *Neq; obstat, quòd alia lex* [c] *ait, [si promittas mihi hodie dare decem, ea statim deberi, & mero iure peti posse, etiamsi totus dies necdum transierit: quoniam ea specie verbum (hodie) non dilationis, sed demonstrationis gratia appositum censetur, vt scilicet dies commonstretur, in quo facta est promissio.* 4 *Idemq; hęc vocula significat, quod [hoc tempore, ac tempestate, & nunc,] & ita præsens tempus nullam capiens* [d] *dilationem, sed quoduis potius huius diei tempus notans,* 5 *Sed nonne si aliquid annum, vel in singulas annos, vel singulis annis præstandum promittas, in principio cuiuslibet anni possum* [e] *petere? sit enim non vno in loco* [f] *responsum est a consultis. vt quid tam varie? Quoniam in nostra quidem specie tempus adiectum est (vt diximus) in fauorem debitoris siue promissoris, & sic causa differendę solutionis: hoc verò casu annexum videtur causa multiplicandæ obligationis seu solutionis, & sic in fauorem stipulationis: vnde & interpretatio pro eo facienda est, nec finis, sed initium anni* [g] *attendendum.* 6 *Quod tamen non procedit, si ex qualitate rei deductę in obligationem de alio tēpore actum verisimiliter censeatur, vt quia annui fructus prędiorum promissi* [h] *sint, vel legati: quo casu ex re ipsa dilatio in tempus fructuum intelligitur. Idem foret si in habitationem, vel mercedem disciplinarum centum legata essent: nam nec tunc spectabitur principium anni, sed tempus quo pensiones ædium solui dominis, mercedesq; disciplinarum pendi praeceptoribus* [i] *consueuerunt.* 7 *Rursus contra huc. § obijcitur, quod videatur elapso anno non posse agi, sed tantum eo* [k] *durante: sic enim in non absimili specie Iulianus* [l] *respondit. [Qui ita] (inquit) [stipulatur, Decem quoad viuam, dare spondes?] confestim decem dari rectè petit: quasi diceret, non expectato fine primi anni.* 8 *Verum ibi tempus adiectum fuit causa limitandę constringendęque obligationis, quæ esset alioqui perpetua, quia vltra illud tempus obligari debitor nolit, ideoque statim peti potest. hic verò nostro casu promissor post annum in primis teneri voluit: differendę enim obligationis causa tempus* [m] *adiecit.*

b *Preteritis.*] *Ideo cum aruspex Spurina Iulium Cæsarem monuisset, vt caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur, eaq; die cum in Senatum iret Cęsar, vatem saltans eum irrideret, vt falsum arguēs, quod sine vlla noxa Idus Martiæ adessent: [Martię quidem] (inquit Cęsar) [Idus aduenere.] cui submissa voce, sed sapienter, Spurina, [Venere vtique, sed nondum pręteriere,] respondit. autores sunt Plutarchus, & Tranquillus in Iulio Cæsare.*

a l. 42. qui hoc an. De ver. obl.
b l. qui ante casē das. de ver. obl.
c l. liber homo. 118. §. decem. De ver. obl.
d l. hodie. de pęnis.
e l. prætor. §. præterea. de iureiurando.
f l. in singulis. de annu. leg. l. nec semel. 1. & 2. resp. quan. di. leg. ce. & l. 1. C. eo. tit.
g supradictis ll.
h l. Firmio. §. pater. quan. di. leg. ced.
i l. nec semel. §. si in habitationē quan. di. leg. ced.
k l. si fideiussor. §. qui necessaria. q. satis. co.
l l. eum qui. §. qui ita. de ver. obl.
m vide Dd. in d. l. qui hoc ann. & d. §. qui ita.

§. Si fundum.

1 *Etsi pura sit stipulatio, tamen tantillum temporis inest, quanto traditio fieri possit.*
2 *Et quantum sit illud tempus.*
3 *In stipulationibus faciendi longum plerumque tempus inest.*

Si fundum *a* dari stipuleris, vel hominem, non poterit continuò agere, nisi tantum spacium pręterierit, quo traditio fieri possit.

a *Dari*] *Loquitur ergo hic Iustinianus de stipulatione dandi,* 1 *Et hic discendum est, quamuis stipulatio dandi pura sit, & confestim agi possit, tamen semper tantillum temporis inesse intelligitur, quanto traditio fieri* [a] *possit.* 2 *Quantum autem tempus in hoc promissori dandum sit, id omne arbitrio ius dicentis permitti* [b] *solet: qui existimabit pro qualitate rei, quanto tempore diligens paterfamilias eam tradere potuit.* 3 *Cæterum stipulationibus faciendi (quas silentio hic pręterit Imp.) longum tempus plerunque inest, quo factum pręstari* [c] *possit; vt si quis insulam ædificari consummareq; spoponderit; de quibus alibi* [d] *dictum est.*

a l. quod dicitur. de solu. & dixi in §. omnis. supra. de ver. ob.
b l. continuus. de verb. obl.
c l. illud. de ver. oblig.
d §. si. sup. de ver. oblig.

1 Continuatio tituli.
2 Quinque genera intercedentium pro alijs.
3 Fideiussores qui & vnde dicti.
4 Adpromissores differunt ab expromissoribus.
5 Emendata l.5.de ver.oblig.
6 Expromissor quis dicatur, & quomodo à fideiussore differat.
7 Sponsores qui dicantur.
8 Mandatores qui sint.
9.10 Constitutores: & vt à fideiussoribus distent.
11 De actione constitutoria.

Cum] 1 suprà varij modi traditi sint, quibus quis obligari queat, soleantq; plerunq; (vt plenius creditoribus caueatur, quorum interest plures obligatos habere [a] *) principali obligationi fideiussores accedere: ideo de his annectere voluit. 2 Principio autem admonendi sumus, eorum, qui pro alijs promittendo intercedunt, quinq: genera esse: puta fideiussores, adpromissores, sponsores, mandatores, & constitutores. 3 [Fideiussores] sunt, qui fidem suam ad maiorem creditoris securitatem ita pro alio interponunt, vt principalis debitor nihilominus maneat* [b] *obligatus. Hinc enim dicitur fideiussor quasi quod a debitore promissum est, fide sua esse iubeat: nec refert, vtrum ante vel post obligationem principalis* [c] *debitoris accedat. 4 [Adpromissores] nihil aliud sunt, quàm fideiussores, qui scilicet alienæ promissioni accedunt, eadem ratione qua adstipulator, qui stipulatori accedit. Sic enim Pomponius:* [d] *[Satis acceptio] (inquit) [est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt adpromissores quoque pro eo accipiantur, id est, qui idem promittant.] 5 Sic enim ibidem legendum est iuxta editionem Noricam, cui subscribit Alciatus in Parergis:* [e] *& non [expromissores,] vt vulgò habetur. 6 [Expromissor] enim is propriè dicitur, qui pro eo promittit, qui ipse efficaciter obligatus non* [f] *est: veluti qui pro seruo centum domino promittit, si eum manumittat.* [g] *[Expromissorem] planè alium a [fideiussore] accipiendum esse, multis ex legibus* [h] *constat. [Fideiussor] enim obligatur cum alio, [Expromissor] solus obligatur, quasi reus principalis. Item [fideiussorem] qui dat, non liberatur. [Expromissorem] qui dat, liberatur: denique ex promissione fit nouatio, non fideiussionem. 7 [Sponsores] sunt, qui sua sponte & non rogati intercedunt pro debitore,* [i] *quod & ex Verrio Festus tradit. Hinc etiam [sponsores dicebantur,] qui pro candidatis promittebant, ne illi ambitus rei essent, vt Alciatus auctoritate Ciceronis & Plinij Iunioris in Parergis probat. 8 Mandatores] dicuntur qui alicui sunt auctores, mandantq; vt pecuniam det mutuò, aut vt tempus solutionis* [k] *proroget; & hi regulariter præcedunt rei principalis* [l] *obligationem. Et in hoc differunt a Fideiussoribus, qui sequuntur obligationem, & accedunt ei, quæ iam* [m] *contracta est. Sunt etiam [mandatores] (vt Budæus monuit) impulsores delatorum, interq; delatores referuntur: vnde & apud Iurisc.* [n] *mandator delationis, & delator mandatorem edere debet. 9 [Constitutores] deniq; ex diuerso appellantur, qui pro alio se soluturos constituunt, quod ipse ante debebat: sequuntur enim obligationem. Et id vel nudo tantum pacto, vel etiam per epistolam fieri* [o] *potest. 10 Distant autem multum a fideiussoribus: quia ex quocunq; debito potest quis constituere, non tantum id, quod ipse constituens, sed & quod alius debet. 11 Hinc [Constitutoria] actio, quæ in eum, qui se soluturum constituerit, datur, quæ etiam [Constitutitia] dicitur, his ferè verbis. [Si adpareat Maeuium Titio pecuniam constituisse, eamq; pecuniam cum constituebatur, debitam fuisse, neq; Maeuius aut soluat, aut faciat id, quod constituit, ac per actorem non steterit, quo minus fieret, quod constitutum est, tum Maeuius* [p] *damnetur.*

a l.4.in fi.de lib. leg.
b gl.verb.fideiussorem. §.1.Nouell.de fideiuss. Castr.rubr. ff. de fideiuss.
c §.fideiussor. infra hoc tit.
d l.5.de ver.obl.
e lib.1.cap.2.
f l. si quis accepto de condic. cau.da. l.qui libertinus.§.vlt. de opc. lib.
g l. elegantet. §. seruus.de dolo l. aliquãdo. ad Velleia.
h l.37. nu.fin.de ope.liber.l.53. de contrahen. empt.& §.vendic supr. de re. diuis.
i gl.d §.1.
k l. si verò non remunerandi. §.si post creditam. mand.
l si fideiussores. de fideiuss.
m d. l. si fideiuss.
n in l.ex quibusdam.de iu.fisci.
o l. quidam. de const. pec.
p l.16. & l. 17. & 18. de constit. pec.

Princip. tit.

1 Fideiussor non adhibetur, nisi adsit persona principaliter obligata.
2 Pro hæreditate iacente fideiussor interuenire potest.
3 Pro fideiussore potest alius fideiussor interuenire.
4 Fideiussoriam obligationem dupliciter considerari.
5.6 Fideiussorum præstatio cur inuenta: & de eorum qualitate.

a Pro eo b qui promittit, solent alij obligari, qui fideiussores appellantur; quos homines accipere solent, dum erant, vt diligentius sibi c cautum sit.

a *Pro eo] Indicatur hic persona, quæ subesse debet, pro qua scilicet fideiussor interueniat. 1 Neque enim fideiussor adhiberi potest, nisi sit aliquis principaliter* [a] *obligatus: cum accessorium sine principali esse nequeat,* [b] *quam rem ad amussim Faber* [c] *excutit. Si tamen rectè semel & purè contracta sit fideiussoris obligatio, cum.s. persona subesset, pro qua intercedebatur: ea rata manebit, licet postea reus principalis sine hære-*

a l.postquam. vt leg. no. caue.
b l fideiussor obligari. 16. in pr.hoc tit.
c inf. ver. at nec illud, in verbo naturalis.

de

re [d] decesserit. 2 Sed & pro hereditate iacente interuenire fideiussor potest: quia hereditas personæ vice fungitur atque ita Florentinus [e] respondit.

b Qui promittis.] Nempe stipulatione interueniente: tum enim propriè quis promittere [f] intelligitur. 3 Licet autem Imp. hic agat propriè de principali reo debendi, primoq; promissore: tamen & pro fideiussore posse alium fideiussorem interuenire, Vlpianus [g] respondit: & declarat hoc loco Poreius. Consideratur enim fideiussoria obligatio duobus modis, vno, vt est accessoria principalis, & sine ea subsistere non potest: quo casu videretur non posse accessoria fideiuris obligationi aliam itidem accessoriam addi, cum accessorium sine principali consistere [h] minimè valeat. Altero modo consideratur per se, eo pacto, quo fideiussor non secus ac principalis creditori tenetur: & iuxta hanc animaduersionem indubitatum est fideiussoria obligatio ni fideiussorem accedere [i] posse.

c Cautum sit.] 5 Ob id enim fideiussorum præstatio inuenta est, vt securiores reddantur creditores: is enim vnicus finis & vsus fideiussoris est. 6 Et propterea receptum est eum qui fideiussorem dare tenetur non liberari, si eum det, qui munitissimo loco sit, ad quem aditus publicis executionibus non pateat: [k] aut eum, qui propter priuilegium (vt clericus, legumq; doctor) difficilis conuentionis sit, aut causidicum cauillatorem, [l] eumue qui immobilia non possideat. [m] vel qui diuersi fori sit, nisi priuilegio fori [n] renunciet. Quod in fideiussore in iudicio dando constituto, ad eum qui in contractu adhibetur porrigi, Alexander & Iason [o] censuerunt: & verius est, per huiusmodi. n. fideiussores non redderetur securior creditor. Contrà si loco fideiussoris pignus detur, liberabitur promissor: securior enim per pignora, quàm per fideiussores creditor [p] erit. idque Bartolus, [q] & plerique interpretum [r] probantur.

§. In omnibus.

1 Omni obligationi fideiussor accedere potest.
2 Fideiussor non accedit obligationi conseruandæ dotis: fallit, vt num. 3.
4 Pro obligationibus ex delicto fideiussor datur.
5 Pro corporali pœna non admittitur fideiussor.
6. 7. 8 Fideiussor naturali tantum, & ciuili tantum obligationi accedit: & quomodo id accipiendum.
9 Seruus naturaliter obligatur, non ciuiliter.
10 Seruus pro alio fideiubere non potest.

a In omnibus autem obligationibus adsumi possunt: id est, siue re, siue verbis, siue literis, siue cõsensu *b* contractæ fuerint. *c* Ac ne illud quidem interest, *d* vtrum ciuilis, *e* an naturalis sit obligatio, cui adiicitur fideiussor: adeò quidem, *f* vt pro seruo quoq; obligetur, siue extraneus sit qui fideiussorem è seruo accipiat, siue dominus in id quod sibi naturaliter debetur.

a In omnibus.] 1 Hoc est, in omnis generis obligationibus; sicq; accipienda sunt & illa Vlpiani [a] verba: [Omni obligationi fideiussor accedere potest.] Cæterum non omnino id potest in singulis obligationibus accipi: 2 non enim accedit fideiussor conseruandæ dotis [b] obligationi ne perfidiæ causa in connubio coniugum gereretur. Ansam namque indignationis marito uxor præberet, quæ se illi absq; fideiussore commisit, si pro conseruanda dote fideiussorem [c] exigeret: videtur enim illi diffidere, quod ægrè ferens maritus fidem seruare contemneret. Adde quòd huiusmodi fideiussoris datio mulierem (vt est genus hoc superbissimum) ad minus marito parendum [d] inuitaret, cui tamen subdita esse debet, vt Apostolus ait. 3 Sunt tamen casus, in quibus potest accipi fideiussor pro dote conseruanda. Primus si id non expressè agatur, sed tacitè. veluti si constituantur duo rei debendi in dote: quòd fieri posse receptius [e] est. nã inuicem fideiubere censentur, [f] & sic permittitur tacitè, quod expressè [g] prohibetur. Secundus si maritus ad inopiam vergat: tunc enim interuenire potest [h] fideiussor. Tertius, si non mulier, sed extraneus dotem det: nam fideiussores ab initio petere potest, quia cessat in eo ratio vitandæ [i] perfidiæ. Quod si ab initio non petierit, non poterit postea petere, quia mariti fidem adprobasse [k] videtur, nisi tamen ad inopiam vergat.

b Contractæ fuerint.] 4 Idem dicas de obligationibus ex delicto vel quasi descendentibus nam & pro illis interuenire fideiussor [l] potest veluti si fur ei, cui furatus est, fideiussorem det de pœna furti nomine persoluenda [Nam,] vt [m] Caius ait, [pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet.] Intelligendum autem hoc est de his maleficiis, quæ autores suos pœna tantum pecuniaria plectunt: 5 nam si corporali pœna afficiendus reus sit, non admittitur [n] fideiussor.

c Ac ne illud.] 6 Ex hoc contextu annotandum est fideiussorem accedere posse etiam, vbi non est integra obligatio, id est naturalis & ciuilis simul, sed tantum naturalis, aut ciuilis: quo casu eueniet, vt arctius fideiussor obligetur, quam principalis debitor, a quo ciuiliter tantum, aut naturaliter obligatio peti non poterit, cum regulariter sola obligatio ciuilis aut naturalis non sit efficax ad producendum [o] actionem: & tamen contra fideiussorem rectè [p] agitur, ut qui & naturaliter & ciuiliter sit obstrictus. Sicq; limitanda est regula, qua dicitur fideiussorem non posse in duriorem casum intercedere nec in plus sese obligare, quàm principalis debitor.

d l. 1. §. idem Pomponius in fi. de poss. l. si sine herede adm. tut.
e l. mortuo. ff. h. t.
f §. si scriptũ. sup. tit. prox. præc.
g l. Græce. §. fin. hoc tit.
h l. cum princip. de reg. iur.
i d. §. fin.
k gl. in l. 2. qui satisd. cog.
l Bar. d. l. 2.
m gl. § suscepto. Nou. de exhib. reis. Ias. d. l. §. in prin.
o Bal. c. corã. circa fi. de off. del.
o in d. l. 2.
p l. plus cautionis de reg. iur. l. itaq. § 1. ff. de fur.
q in l. prætoriæ. de præt. stip.
r d. l. plus cautio.
a l. 1. hoc tit.
b l. 1. & 2. C. ne fide. do. den.
c arg. l. hac l. C. de pac. con.
d Cy. in d. l. 2. Alcia. tamen li. 4. Parerg. ca. 16. aliter declarat.
e Ias. l. si constante in 2. q. gl. super ver. mariti. ff. solut. matr.
f Bar. d. l. si cõstãte. 7. q. prĩe par. tis & ibid. Dd.
g arg. l. nonnunquam de cõd. & demon.
h c. per vestras de don. int. vi. & vx. Ias. d. l. si constante.
i Alex. d. l. si constante. §. quoties.
k gl. l. 1. C. ne fid. do. dent.
l l. Græcè. §. sed si ex delicto h. t.
m l si areo. 70. §. quod volgo e.
n not. in l. 1. C. ea. fto. reo gl. c. cũ hõ. 73. q. Pan. in rub. de fidei.
o dixi supra. de obl. in Rubr.
p gl. l. qd. n. h. t. Fab. & An. h. t.
q l. Græce §. illud. l. fideiussor § qui certo loco hoc tit.

d *Utrum ciuilis.*] Sola scilicet: nam & huic fideiussor accedere potest. 7 Sed hic distinctio adhibenda est. Nam ciuilis obligatio interdum producit actionem: ut si Titius dedit chyrographum spe futuræ numerationis, in quo fatetur, se mutuò accepisse pecuniam, quam nihilo magis accepit, & eo casu dubium non est, quin pro illa ciuilis obligatione fideiussor dari possit. Interdum vero non parit actionem, & tunc nec soluti repetitionem impedit, quia ut plurimum contingit, quòd sola ciuilis, quę remansit sine naturali, sit elisa per exceptionem: ut est in illa, quę remanet post pactum de non [r] petendo, vel post iusiurandum. [s] & pro illa fideiussor cum effectu adplicari nequit: quia exceptio competens principali debitori, competit etiam fideiussori. [t] Quod procedit, si ante elisionem fideiussisset, aliàs renunciasse videtur, efficaciq; tenetur [u] vinculo.
e *An naturalis.*] Subaudi sola. Nam & pro naturali tantum obligatione interuenire fideiussor [x] potest. 8 Quod in ea naturali procedit, quę licet actionem non producat, impedit tamen soluti repetitionem, ut quia per exceptionem non sit elisa. Nā si elisa esset per exceptionem, ut est in illa, quæ post præscriptionem remanet, quæ tollit ciuilem obligationem, cum sit iure ciuili, & elidit [y] naturalem, tunc distingueretur, an intercederet fideiussor ex certa scientia an per errorem: quoniam priori quidem casu tenebitur fideiussor, quia exceptioni præscriptionis renunciasse videtur altera verò non item, propter errorem, & quia naturalis obligationis effectus ibi est [z] extinctus.
f *Ut pro seruo.*] Vel etiā pro pupillo, qui sine tutore [a] contraxit. Idem de furioso & prodigo Marcellus [b] respondit: sed Caius [c] docet, id accipiendum esse de eo, qui ante furorem, vel priusquam iudicatus esset prodigus, erat obligatus. 9 Illud interim non omittendum: seruum naturaliter obligari [d] posse. Iure enim naturali nulla erat inter homines [e] differentia: ciuiliter autem seruus non obligatur, quia iure ciuili pro nullo [f] habetur. Fauore tamen libertatis, si domino pecuniam promittat, ut manumittatur, etiam ciuiliter [g] tenetur. 10 Item seruus pro alio fideiubere non potest, nisi ex causa peculij, extra verò eam causam si fideiubeat, nec naturaliter quidem obligatur, ut plerisque visum [h] est: quia lex obligationi resistit. [i] aliter tamen Decius [k] opinatur.

§. Fideiussor. 1.

1 *Fideiussoria obligatio transit in heredes.*
2 *Etiamsi nulla sit facta mentio heredum.*
3 *Quod verum est in fideiussoribus contractuum.*
4 *An idem sit, quando fideissor obligationi ex delicto accesserit.*

Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum.

Hinc discimus,] 1 Fideiussoris obligationem durare aduersus heredes eius: & ad ipsos transire. Sicut. a. principalis hęredes eo defuncto tenentur: sic etiam fideiussoris hæredes eo mortuo, obligati [a] remanent, cum fideiussor rei principalis locum obtineat. 2 Quod procedit, etiamsi hęredum nulla sit facta [b] mentio. 3 Porrò hoc tantum in fideiussoribus contractuum nomine datis obtinet: nec interest, siue sit obligatio dandi siue faciendi siue [c] mixta, modo non tale sit factum, quod personæ promittentis cohæreat, [d] eamque non egrediatur. 4 Sed quid si obligationi ex delicto fideiussor accesserit, quæ in hæredem non transit? [e] Et magis est, hæredem quoq; fideiussoris teneri, quandiu viuit, & tenetur, qui reliquit post eius mortem fideiussorem etiam liberari, nisi fortè lis ante rei mortem fuerit contestata, aut certa commissi [f] delicti pœnam fuisset inter creditorem & debitorem veluti definita, cuiusq; nomine fideiussor [g] acceptus: remanent enim hac specie fideiussoris hæredes obligati.

§. Fideiussor. 2.

1 *Fideiussor & pręsenti & futurę obligationi accedere potest.*
2 *Fideiussio etiam in futurum concipi potest.*
3 *Mandator tantum præcedit obligationem, constitutor sequitur.*

Fideiussor a & præcedere obligationem, & sequi potest.

1 *Fideiussor*] adhiberi potest non solum pręsenti, sed & futurę obligationi. Quamuis enim videatur, non posse prius consistere obligationem fideiussoriam tanquam accessorium, quàm principalem, permittitur tamen fideiussorem obligari ante principalem: dummodo sit aliqua vel naturalis [a] futura obligatio. Præcedit autem fideiussoris interuentio principalem obligationem magis ipsa forma & conceptu verborum, [b] quàm effectu. Nam si agatur de vi obligationis fideiussoriæ, non potest ea pręcedere contractum principalem, cui accedit, & veluti appenditur. [Itaque] (inquit Scæuola) [fideiussor conueniri non potest, antequam reus debeat.] 2 Hocque illud est, quod dicitur, [d] [Fideiussionem in futurum posse concipi.
a *Et pręcedere.*] 3 In hoc igitur fideiussor & a mandatore, & a constitutore differt. Mandator [e]

r l. si vnus. §. pactus ne peteret de pact.
s l. si. de iureiur.
t l. exceptiones. de except.
u l. si quis post-quam. de fid.
x l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi. e.
y l. vlt. rem rat. hab. & ibi not.
z l. si quis post-quam. l. quod enim. & vtrobique Cast. de fideiuss.
a l. Marcellus. h. tit.
b d. l. Marcellus.
c l. si a reo. §. si a furioso. d. tit.
d l. naturaliter. de cond. ind.
e §. 1. sup. de lib.
f l. quod attinet. de reg. iur.
g l. 3. Can. ser. ex suo. fac. glos. l. serui. de act. & obl.
h gl. & Bart. d. l. serui. Ang. & Fab. hic.
i l. cum lex. ff. e.
x l. in personam. de reg. iur.
a vt hoc. §. & l. 4. §. fi. ff. eod.
b l. veteris. C. de contrahen. & com. stip. l. ex contractibus. de act. & obli.
c d. l. veteris.
d Bar & Bal. d. l. veteris. Alber. l. si pactum. de proba.
e l. Grece. de fid. §. 1. inf. de per-pe. & temp. actio.
f l. si eum. si quis cautio.
g l. ad diem. de ver. obl. Fab. & Ias. hic.
a l. stipulatus sū. §. adhiberi. h. t.
b Cāt. & Bal. hic.
c l. fideiussor antequam. ff. eod.
d l. non quemadmodum. d. iud.
e l. si vero māda uero. ff. mand.

enim

enim praecedit tantum obligationem principalem: constitutor eam sequitur, [f] *nec ante se obligare potest: fideiussor verò, & ante & post obligationem accedere* [g] *potest, vt iam dictum est.*

f l. 1. de constit. pec.
g vt hic.

§. Si plures.

1 *Plures fideiussores singuli in solidum tenentur.*
2 *An idem sit in pluribus mandatoribus & constitutoribus.*
3 *Quid de pluribus expromissoribus,*
4.6 *De beneficio epistolae D. Adriani.*
5 *Quomodo hoc beneficium differat ab eo, quod pluribus competit.*
7.8.9.10 *Quibus casibus illud non habeat locum.*
11 *Fideiussores quatuor habent beneficia: & quae sint illa.*
12.13. *De beneficio excussionis: & ei renunciare posse.*

a Si plures sint fideiussores: quot erunt numero, singuli in solidum tenentur. *b* Itaq; liberum est creditori, à quo velit solidũ petere. *c* Sed ex epistola diui Adriani *d* cõpellitur creditor a singulis, *e* qui modò soluendo sunt, *f* litis contestatae tempore, *g* partes petere. Ideoq; si quis ex fideiussorib. ex tempore soluendo non sit, hoc ceteros onerat. Sed si ab vno fideiussore creditor totum consequutus fuerit, *h* huius solius detrimentum erit, si is pro fideiussit, soluendo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit iuuari ex epistola D. Adriani & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

a *Si plures.*] 1 *Plures ergo eiusdem debitoris fideiussores singuli in solidum obligantur, siue expressum hoc sit, siue* [a] *non: & potest creditor eligere, à quo solidum petat, etiam principali debitore non conuento. sed & eo, quem elegerit, non satisfaciente, ad alium reuerti potest: caeteri enim electione nequaquam liberantur.* [b] *Diuersum tamen erit, si fideiussio sic concepta sit: [Solidum, aut partes viriles fide tua esse iubes?] tunc enim ab initio non nisi viriles partes singulos debere conuenit.* 2 *Non solũ autem si plures fideiubeant, in solidum tenentur: sed hoc pertinet etiam ad plures mandatores, aut eos, qui* [c] *constituerit.* 3 *Quanquam aliud est in pluribus Expromissoribus: ibi enim ab initio non nisi in partes viriles ipso iure* [d] *tenentur.*

b *Itaque liberum.*] *Argumentatur a causa ad effectum, est enim obligatio actionis causa: ergo quem in solidum tenet obligatio, tenet & actio.*

c *Sed ex epistola*] 4 *Diuus Adrianus aequitatis valdè amans Princeps, hoc beneficium pluribus fideiussoribus concessit, vt non nisi pro virili parte quilibet eorum conueniri possit. Veluti si tres fideiusserint in quindecim, tenebitur quilibet eorum in quinque: & si vnus de toto debito conueniatur, rectè excipiet* [e] *& allegabit hoc beneficium, modò caeteri soluendo existant. Sed etsi dubitetur, an alij soluendo sint, audiendus tamen erit, qui diuisionem fieri postulat, si velit suo periculo à fideiussoribus suis partes* [f] *peti. Si quis autem fideiussorum post diuisionem factam efficiatur non soluendo: caeteros amplius non onerat, sed ad creditorem damnum hoc* [g] *pertinet.* 5 *Inspicitur enim, an sit soluendo, tempus litis contestatae, in quo differt beneficium hoc epistolae D. Adriani ab eo, quod pluribus tutoribus competit: nam in hoc inspicitur tempus finita tutela an tum soluendo* [h] *fuerint.*

d *Compellitur creditor.*] *Dummodo fideiussor in solidum conuentus id petat.* 6 *Neque ex epistola D. Adriani inter fideiussores ipso iure diuiditur obligatio, sed oportet nominatim id peti & obijci agenti. Vnde est, [quòd fideiussor, qui exceptione omissa solidum persoluit, nihil repetat,] vt Papiniani* [i] *responso expressum est. Obstat tamen illi quod scribit Martianus,* [k] *[eum qui tutus est exceptione perpetua & fauorabili] (qualis haec est) [solere repetere.] Sed hanc antinomiam hoc loco Porcius & alibi interpretes satis dissoluerunt, vt nostra opera non egeat.*

e *Qui modo soluendo.*] *Licet fortè adhuc non possint conueniri: vt quia vnus purè, alius in diem, vel sub conditione* [l] *acceptus sit. tum enim succurri debet ei, qui purè acceptus est, dum existere conditio potest: scilicet, vt in virilem interim partem conueniatur.*

f *Litis contestatae.*] *Hoc enim tempus inspici, paulo ante diximus, sufficitq; si litis contestatae contestandaue tempore alij fideiussores soluendo fuerint, etiamsi postea desierint soluendo esse.*

g *Partes petere.*] 7 *Neque tamen perpetuo locum habet D. Adriani beneficium: sunt enim multi casus, in quibus cessat. Primus est, quando plures pro vno tutore fideiusserunt,* [m] *[Rem pupilli saluam fore:] quod ideo est, ne vna causa in plures diuidatur cum pupilli incommodo: & quia vnus in solidum obligati vicem sponte subierunt. Quare si pro diuersis tutoribus plures fideiussores interuenissent, diuiditur* [n] *obligatio: quemadmodum & inter plures tutores,* [o] *quoniam hi tutelae onus inuiti subire coguntur. Et leges magis fauent eis,* [p] *qui coactionis aliquod assumunt, quàm his, qui sponte.* 8 *Secundus est, quando fideiussor alium fideiussorem dedit: inter eum enim & principalem fideiussorem non magis diuidetur obligatio,* [q] *quàm inter reum & fideiussorem: cum is fideiussor, cui alius accessit, rei principalis esse loco videatur. Tertius quando ex pluribus fideiussoribus vnus tantum tempore litis contestatae est soluendo: ab eo enim solidum exigitur.* [r] 9 *Quartus est, quando pro eodem debito plures fideiussores interueniũt, sed nõ pro*

a l. non rectè. §. l. reos. 23. C. de fid. l. inter eos. 36. ff. eod.
b d. l. reos & l. iure nostro. C. hoc tit.
c l. si mandato. §. paulus. mand. l. vlt. in fin. qd iuss. & l. vlt. C. de const. pec.
d l. si paternam. C. ad Velle.
e l. inter plures. & l. seq. hoc t.
f l. si dubites. in pri. eo. ti.
g l. inter eos. 26. §. pen. dist. tit.
h l. 1. C. de diui. tut. l. 3. C. de proba.
i l. si testam. 41. §. quod si duo. in fin. eod.
k l. qui exceptionem. de cond. inde.
l l. si plures. §. vltim. hoc tit.
* d. l. inter eos. §. pen.
m l. vlt. rem pup. sal. fol.
n Bar. in d. l. ult.
o l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & ratio. distr.
p l. si fideiuss. §. si necessaria. qui satisd. cog.
q l. si plures. §. vlt. de defens.
r vt hic. & l. fideiuss. ff. eod.

t l. si a Titio. d. l. inter eos. §. duo rei. hoc. ti.
u Bar. d. §. ita de mum.

eodem debitore: [t] veluti si duo eandem rem promiserint, & vterq; eorum fideiussorem dederit, non diuiditur inter istos fideiussores obligatio, sed singuli in solidum tenentur: quia reuera fideiussores non sunt. 10 Quinto denegatur beneficium diuisionis ijs fideiussoribus, qui conuenti negarũt se [t] fideiussores: quod verum est; si in specie negent, secus si generaliter per illa verba: [u] [Nego narrata vt narrantur.] Sextus, quando fideiussores beneficio D. Adriani renunciauerunt: tunc enim eo iuuari non possunt. Addunt pleriq; & alium casum, cum vterque quidem fideiussorum soluendo est, sed alter eorum pro alijs obligari non potest, veluti si mulier & Titius pro Caio fideiusserunt. nam subducta muliere, quæ ex S. C. Velleiano intercedere prohibetur, datur in solidum aduersus Titium actio, [x] nec locus est diuisioni.

x l. si Titius. h. t.

b Huius solius.] Qui scilicet à creditore non petijt sibi cedi actiones. 11 Hic pro coronide sciendum est, Fideiussores quatuor, diuersa habere beneficia, siue remedia, quibus iuuari possint: duo antequam soluant, & duo post factam solutionem. Primum remedium est [actionis mandati,] quod habent aduersus principalem debitorem, pro quo fideiusserunt & soluerunt, ad repetendum id, [y] quod pro eo solutum est. Secundum est, [actionum cedendarum,] vt sc. à creditore actiones ei cedantur, qui solidum soluit, [z] vt aduersus fideiussores ad viriles portiones agere possit. Et hæc duo remedia tendunt ad consequendum id, quod solutum est. Tertium est, [ex epistola D. Adriani] (de quo hactenus diximus) quod eo tendit; vt diuidatur obligatio ante factam solutionem. 12 Est & quartum, [ex noua Iustiniani constitutione, [a] qua creditor fideiussorem conuenire prohibetur, nisi prius excusso principali, qui si vel absens fuerit, vel non soluendo, conuenitur fideiussor. Unde fit, vt alio nomine [beneficium excussionis] appelletur. Fideiussorem enim veluti in subsidium teneri æquum est, atque eo animo se obligare videtur quilibet intercessor, vt non antea soluat, quàm si non soluat debitor. 13 Verum & huic beneficio fideiussores renunciare posse dubium non est, quoniam fauore eorum duntaxat respicit. Veteri autem iure potestatem fuisse creditori, reo relicto eligendi fideiussores, Antoninus Imp. [b] rescripsit: id Iustianus sua constitutione (vt dixi) correxit, [c] prius debitorem siue reum principalem conueniendum esse sanciens.

y l. 47. indebitã. de cõd. indeb. l. Modestinus. 76. de sol. l. 28 Pap. ff. mand.
z de quo agitur in l. 95. Stichũ §. si mandatu meo. 10. ff. de solu. similiter vid. l. cũ is qui 39. ff. de fideiussor. l. 27. in fin. cum l. sequ. ff. mandat.
a Nouell. de fid. 4. §. 1.
b l. iure nostro. C. de fideiuss.
c In Nouel. 4 de fideiuss.

§. Fideiussores.

1 *Fideiussor non potest durius obligari, quàm principalis debitor: mitius potest fallit, vt num. 2. 4.*
Durior causa quæ dicatur.
3. 7. 9 *Fideiussor in maiorem summam obligatus, quàm principalis, an ad aliquid teneatur.*
5. 6 *In indiuiduis vtile per inutile vitiatur.*
8 *Restitutum Vlpiani responsum in l. Græcè. §. illud. hoc tit.*
10 *Quandoque plus in accessione potest esse, quàm in principali.*
11. 12 *Non potest plus esse in accessoria obligatione, quàm in principali.*

a Fideiussores ita obligari non possunt, *b* vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligantur, Nã eorũ obligatio, accessio est principalis obligationis: *c* nec plus in accessione potest esse, quàm in principali re. At ex diuerso, *d* vt minus debeant, obligari possunt. Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque recte obligatur: contrà verò obligari non potest. Item si ille pure promiserit, fideiussor *e* sub conditione promittere potest: contra verò non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim, statim aliquid dare: minus est post tempus dare.

a Fideiussores.] Hinc annotandum, 1 Fideiussorem in duriorem causam obligari non posse, quàm principalis debitor sit obligatus, in leuiore autem [a] posse. Idq; est, quod alijs verbis efferri solet, [b] Fideiussorem extensiue obligari non posse, quamuis intensiuè possit.] Et Vlpianus [c] ait, idem esse de vniuersis, qui pro alijs obligantur. 2 Sed tamen fideiussores iudicio sistendi causa possunt vltrò pœnam promittere, quàm non promisit reus principalis, eoq; nomine in duriorem causam obligari. 3 Dicitur autem [durior causa,] quando in plus sese obligat fideiussor vel re, vel loco, vel causa, vel tempore: his enim quatuor modis plus [d] dicitur. 4 Potest etiam fideiussor vltrò dato pignore conditionem suam aliquo modo facere duriorem: & in vniuersum potest fideiussor arctius quidem obligari, sed non latius.

a hic & l. Græce. 8. §. illud. & l. hi qui. 34. h. t.
b infr. e. §. prox. seq. la. post gl. l. si pupill. de verb. oblig.
c d. §. illud.
d §. plus autem. inf. de act.

b Vt plus debeant.] 5 Controuertunt [e] interpretes, an si fideiussor in maiorem summam sit obligatus, quàm principalis debitor, vt quia hic quinque, fideiussor decem promiserit, fideiussoria obligatio omnino concidat, an potius in quinque sit valida? Et maior pars Accursio subscribit, existimant indistinctè totam euanescere: ea potissimum ratione, quoniam adhibendi fideiussoris formula est indiuidua, 6 & in indiuiduis vtile per inutile vitiari legibus passim comprobatur. 7 Ego verò in illam communem sententiam ita demum inclino, si in fideiussoris obligatione præcisè agatur, vt fideiussor in decẽ obligetur, principali debitore in quinque tantùm obligatio: tum enim quia fideiussor apertè in duriorem causam accipitur, eius obligatio penitus corruet. Verum vbi hoc non exprimitur, sed reo debente quinq; creditor a fideiussor stipulator decẽ, hac specie crediderim fideiussoris obligationem saltẽ in quinq; valere, neq; vtile per inutile vitiari. 8 Atq; ita Vlpiani verba exaudio, dum ait: [Fideiussorem non omnino obligari. ergo] aliqua

e hic. & l. §. 1. pe. de verb. ob & & d. §. illud. & l. in eo quod plus. de reg. iu.
f in d. l.

liqua ex parte quippe qui in pari summa, idest, in qua tantum censeatur obnoxius. Neq; enim ibi legendum est (omnino non obligari) sicut antiqua habet lectio: sed ita (non omnino obligari) & sic eum locum ex archetypo g Holoander restituit. 9 Huc accedit, quod & principalis debitoris obligatio efficax est in decem, si stipulanti decem debitor viginti respondeat: cum satis constet in viginti & decem h inesse. Ergo & fideiussoris obligatio ad eandem normam æquitatis reduci debet, vtcunque i Doctores communiter reclament. vetus certè lectio in causa fuit, vt ipsi vel repugnante ratione ita in hac quæstione torquerentur.

c Nec plus in accessione.] 10 Neq; tamen perpetuum hoc est, quoniam in accessorio plus quandoque est, quam in principali re: veluti cum alienam purpuram quis vestimento suo intexit. nam licet preciosior sit purpura, vesti tamen tanquam accessorium K cedit. Sic quandoq; in emptione aliquid accessorij vice continetur, quod preciosius est re, quæ principaliter l emitur. Porrò si hoc Iustiniani dogma ad accessariam obligationē restringamus, m tunc verum efficiemus axioma, videlicet: 11 Non posse plus esse in accessoria obligatione, quàm in principali. Neque aduersatur, quod n Paulus scribit, [plus quandoque esse in adiecto solutioni, quàm in principali creditore, tempore, loco & re.] Respondetur enim, non rectè inferri ex adiecto solutioni ad fideiussorem, tanquam ex diuersis. & quæ nihil inter se commune habent. Nam fideiussor, vt principalis debitor obligatur: ei verò, qui solutioni adijcitur, minimè obligatio o quæritur, sed tantum illi solui potest. 12 Frustra etiam citat p Accursius q Iaboleni responsum, tanquam aduersans huic conclusioni: non enim probat plus esse in accessoria obligatione, quàm in principali, tempore. Nam cum fideiussor, antequam principalis obligetur, interuenit, in pendenti est eius obligatio, donec principalis promittat, nec interim r tenetur. non igitur dici potest, plus esse in eius obligatione, quàm in principali, tempore.

d Vt minus debeant.] Vel vt laxiorem habeant soluendi libertatem, vt si quæ rebus coniunctim promisit, fideiussor disiunctim promittat. Si tamen esset etiam disiunctiua, ei principalis obligatio, non ita rectè fideiussor f acciperetur: quoniam tum esset in eius arbitrio, aliud velle, quàm reus voluisset, atque ita videretur, ex alia obligatione soluere, & obligatio fideiussoria non esset omnino accessio principalis, quod tamen requiritur.

e Sub conditione.] [Vel etiam ex die,] inquit t Vlpianus. Quod si in diem reus promiserit, poterit fideiussor sub condtione accipi: sed in pendenti erit, an obligabitur. quia si ante diem ueniat conditio, u nihil est fideiussio.

§. Si quid autem.

1 Fideiussor quod principali soluit, repetere potest mandati actione.
2 Quando id locum habeat.
3 Verbum (soluerit) quomodo in textu accipiatur.
4.5 Fideiussor quandoque ante solutionem agere potest, vt liberetur: & qui sint illi casus.
6 Casus, vbi fideiussor etiam postquam soluit, non agit.

a Si quid autem fideiussor pro reo b soluerit, eius recuperandi causa d habet cùm eo mandati iudicium.

a Si quid autem.] Hinc discendum, fideiussorem repetere posse à reo, siue principali debitore, actione a mandati, quod pro eo soluit. Cum enim præstat reus fideiussorem, videtur mandare, vt pro eo soluat eam summam, pro qua intercessit. b 2 Quod ita locum habet, si aut expresse mandatum interuenit, aut pro præsente, vel alioqui sciente, & patiente quis fideiusserit: nam si pro absente & ignorante venerit, negotiorum gestorum actio c competit. Sed si pro præsente & vetante quis fideiusserit, nec mandati, nec negociorum gestorum datur d actio.

b Soluerit.] 3 Hoc est, quoquo eum liberarit: Nec enim refert, an numos soluerit creditori, velreum aliter e liberarit. 4 Vnde etsi quis donaturus fideiussori, pro eo soluerit creditori: habet fideiussor mandati f actionem. Qua ratione etsi creditor in gratiam fideiussoris remiserit debitum, aget mandati fideiussor. Pari ratione, si fideiussor nondum quidem reuera soluerit, sed obtulerit, consignarit, & deposuerit in iudicio, confestim mandati g aget: nam & id solutionis vice est, & liberationem h tribuit. Sed & qui solum dādatus est, & a iudice iussus soluere, etiamsi nondum præstiterit, rectè tamen mandati i aget. Præterea si debitor fideiussorem suum testamento iusserit ab hærede liberari, ex testamento aget fideiussor: k vt liberetur. Hoc enim vtilius est, quàm soluere, & postea iudicio mandati repetere solutum. 5 Sunt & aliæ species. quibus agit fideiussor, priusquam soluerit. Quid enim si actum sit inter contrahentes, vt ante solutionem fideiussor agere possit? aut quoties volet, se liberatum iri l petat? quid si principalis cœpit bona sua m dilapidare? aut fideiussor diu (id quod iudex ex bono & æquo interpretabitur in obligatione permanserit? & reus in solutione cessauerit? nam istis casibus non impeditur fideiussor vel ante solutionem agere, vt liberetur. Plures require apud Bald. & n Salicetum, qui, quæ ad hunc locum pertinent, susissimè tractarunt.

6 Ex diuerso tamen non pauci sunt casus, hic per Accursium numerati in quibus fideiussor non agit aduer-

g vide etiā Alc. li. 5. P. ver. c. 13.
h d. l. 1. §. si stipulan. & dixi de hoc in §. præterea. sup. t. pr. præce.
i ibidem.
k §. si tamen alienan. sup. de re. diuis.
l l. si in emptione. i pr. de cōt. empt.
m vt Accur. hic facit in verbo. nec plus.
n in l. qui res §. mihi decem. cū duob. seq. de solut.
o gl in d. §. mihi.
p hic verbo nec plus.
q in l. non quem adm. de iud.
r d. l. non quemadmodum.
f l. Stichum hoc tit.
t d. l. Græce. § item accepto.
u l. fideiussor obli. §. stipulatione in diem. hoc. tit.
a l. ex mandato. mandati. l. rogatus. l. qui fideiussor. e. tit. & l. indebitū. de cond. ind.
b l. si pro te mādati.
c l. ex mandato. §. fideiussori. mandati.
d l. si pro te præsente. cod. tit.
e l. inter causas. §. si is qui man dati.
f l. si verò non te manerandi. §. 1. mand.
g l. qui mutuam. §. 1. mandati. l. fideiussor qui minori. de fideiuss.
h l. obsignatiōe. C. de sol. l. accepte. C. de vsu.
i l. Luc. mād. l. si pro eo. C. eod.
k l. si debitor fideiussorem de liber. leg.
l d. l. Lucius. & d. l. si pro cad.
m ibidem.
n in d. l. si pro ca.

sus reum, etiam postquam soluit. Quibus adde aliquando iniustè condemnatus non [o] appellauit. Et generaliter quoticscunque est, quod illi imputari possit, [p] denegatur actio.

c *Eius recup. causa.] Simul & vsurarum & sumptuum. est enim bonæ fidei hęc mandati actio, quam habet fideiussor.*

d *Habet.] Statim scilicet, si suo loco & tempore soluerit: ante diem enim vltrò soluens, nihil à reo recuperat, antequam dies [q] adueniat.*

o d. l. si pro ea.
p Dd. hic. & in d. l. si pro ea.
q l. 22. si mand. tibi vt pro me. l. fideiuss. quamuis. 51. ff. man.

§. Græce.

1 *Fideiussor quaecunque lingua accipi potest.*
2 *Stipulatio quouis idiomate potest concipi.*
3 *Discussa l. decreta. ff. de re iudi.*

a Græcè etiam fideiussoc ita accipitur. b τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγὼ. sed & si dixerit, c θέλω, siue d βούλομαι, sed & e φημὶ pro eo erit, ac si dixerit f λέγω.

a *Gręcè etiam.] 1 Non solum ergo Latinis, sed & Græcis verbis fideiussorem accipi posse constat, id quod Vlpianus, ex cuius responso hic §. est descriptus, [a] etiam tradidit. Et quod de Græco sermone hic dicitur ad omnem linguam protrahitur. 2 Nam quemadmodum in stipulatione nihil refert, quocunq; idiomate explicetur, [b] modò se contrahentes intelligant, per se, vel interpretem: ita & fideiussor, qui per stipulationem tantùm [c] obligatur, non solum Latina, sed & Græca, Germanica, Pęna, Assyria, Gallica, aut alia quauis lingua accipi potest. Nerque aduersatur, quòd alia lege [d] habetur, [decreta Prætorum nō valere, nisi Latinè dictata:] 3 quoniam ea lex loquitur in magistratibus, qui compellebantur Latinè pronunciare, propter linguæ Latinam [e] asserendam. Tanta Romæ fuit vsurpatio linguæ Græcæ, per quam reddebantur Romani leues, mendaces, vt Senatus decreto decerneret, deinde Pręstores nisi Latinè edicere debere, [f] nec orationem vllam in Senatum admitti, nisi Latinum. Ergo Iurisconsultus loquitur propter autoritatem Romani imperij asserendam, cuius decor erat, ampliari sermonem Latinum. Nos autem loquimur in priuatis conuentionibus, in quibus non refert, quod idiomate quisque loquatur.*

b τῇ ἐμῇ πίστει) *Hæc verba Haloander sic interpretatur: Mea fide iubeo ego.*
c Θέλω) *Volo, cupio.*
d Βούλομαι) *Cum destinatione quadam animi volo.*
e φημί) *Affirmo.*
f λέγω) *Dico.*

a l. Gręce 8. de fideiuss.
b l. 1. §. vltim. de verb. oblig.
c l. Blanditius. C. de fideiuss. l. 5. §. satis acceptio. de ver. ob.
d l. decreta. de re iud.
e Zas. d. §. vlt.
f extat apud Suetonio. in Tib.

§. In stipulationibus.

1 *Sine stipulatione fideiussio non consistit: fallit, vt nu. 4.*
2 7 *Verbum fideiubendi infert stipulationem.*
3 9 *Verbum promittendi intelligitur de stipulatione.*
5 *Solennitas intrinseca pręsumitur, non etiam extrinseca.*
6 8 *Intrinseca solennitas quę dicatur.*
10 *Extrinseca solennitas quę sit.*

a In stipulationibus fideiussorum sciendum est, hoc generaliter accipi: vt quodcūque scriptum sit, quasi actum, videatur etiam actum. Ideoque constat, si quis scripserit se fideiussisse, b videri omnia solenniter acta.

a *In stipulationibus.] Stipulatio, est de natura Fideiussionis, adeo quòd sine stipulatione fideiussio non consistat: [a] & per consequens stipulatio est intrinseca solennitas fideiussionis. 2 Qui ergo scribitur fideiussisse, pręsumitur pro alio interuenisse mediante stipulatione. idq; textus hic significat, & apertius [b] Vlpianus [Sciendum est] (inquit) [generaliter, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solenniter acta.] 3 Sic & in alijs verborum obligationibus, si scriptum sit, aliquem promisisse, intelligi id de solenni stipulatione, suprà, [c] docuit Iustinianus.*

b *Videri omnia.] Hoc est, intelligi iustam stipulationem interuenisse, quæ scilicet in fideiussione omnino requiritur. 4 exceptis tamen nonnullis casibus, in quibus potest absq; stipulatione fideiussor obligari, [d] quos Iason congessit. Quare autem regulariter per stipulationem tantùm obligetur fideiussor, docet alibi [e] Bald. 5 Porro ex hoc contextu vulgò Doctores colligunt, [solennitatem intrinsecam pręsumi, non autem extrinsecam.] 6 Est autem [intrinseca solennitas,] [f] quam verborum prolatorū natura necessariò comprehendit, aut saltem apta est comprehendere, & sine qua verificari non potest verbi significatus. Exemplum prioris. Inuenitur scriptum in instrumento, siue etiam in priuata scriptura, Sempronium stipulatum esse tali die, & tali*

a l. bland. C. de fideiud
b l. sciendum. 30. de verb oblig.
c §. si scriptum. de inut. stipul.
d l. 5. §. satis acceptio. de ver. ob.
e in d. l. blandit.
f ita Dd. hic & d. l. sciēdum. 30.

& tali loco; ipsa præsentia vtriusque est solennitas intrinseca, quæ ex medulla verborum colligitur, quia eã verba prolata necessariò inferunt, cum stipulatio non possit fieri, nisi inter g *præsentes. 7 Sic etiam verbo [Fideiubendi] necessitas iuris inest, quæ præsumit stipulationem intercessisse, cum sine stipulatione fideiussionis significatus verificari non possit. 8 Faltterioris exemplum est, si scriptum sit, (Promisit Titius Sempronio) quod promissionem præcesserit interrogatio, est solennitas intrinseca; quia licet eam verba prolata necessariò non comprehendant, ex communiter tamen accidentibus, apta sunt continere: cum vt plurimum promissionem præcedat interrogatio. Ergo cum dicimus, [partes promiserunt,] iam præsumitur intrinseca solennitas: 9 quia verbum [promisit] frequentius est ad hoc ordinatum, vt contineat stipulationem: tametsi promittere etiam possimus nudis verbis. 10 Porrò [extrinseca solennitas] est, quam verborum natura necessario non comprehendit, & sine qua verbi intellectus verificatur; qualis est, tutoris autoritas, & iudicis decretum in venditione rerum minoris. nam licet hæc non interueniant, appellatur tamen emptio & venditia. Quia quæ facta sunt, licet perperam fiant, nomen tamen suum* h *seruant. Et propterea si scriptum sit, venditas fuisse minoris res, non præsumimus tutoris autoritatem, & iudicis decretum (tanquam extrinsecas solennitates sine quibus verificatur emptionis significatus) interuenisse: sed oportet id ab emptore* i *probari. Possem & alia exempla in medium proferre: sed hæc suis locis* k *adeò diffuse tractantur, vt omnia inculcare operæpretium non sit.*

g item verbor. sup. tit. prox. praecd.

h Bal. l. 3. de test. tut. Alc. l. Paulus respondet. 241. de ver. sig.

i l. quæcumque. §. vlt. de publ. in rem ac.

k iurib⁹ sup. passim allegatis, maximè in d. l. sciendum. & d. blanditus, & d. §. satis accepto.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS. TIT. XXII.

1 *Continuatio tituli.*
2.3 *Nomina veteribus quæ fuerint.*
4 *De fæneratoribus, qui olim apud argentarios suas pecunias habebant depositas.*
5 *Nomina varias hodie acceptiones habent.*
6.7 *Literarum obligatio quomodo contrahatur, & quæ in ea requirantur.*
8 *De exceptione non numeratæ pecuniæ.*
9.10 *De exceptione non numeratæ dotis.*
11 *Ex literarum obligatione quæ actio detur.*
12 *Bartoli opinio defenditur contra communem.*
13 *Actio chirographaria.*
14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ olim quinquennio durabat: hodie saltem duobus annis.*
15.16 *Hæc exceptio & excipiendo, & agendo opponi potest. & quæ tum sint necessaria.*
17 *An eidem renunciari possit.*
18 *Quibus casibus non detur hæc exceptio, vsque ad finem.*

Olim scriptura fiebat obligatio, *a* quæ nominibus fieri dicebatur, *b* quæ nomina hodie *c* non sunt in vsu. *d* Planè si quis debere se scripserit, quod sibi *e* numeratum non est, *f* pecunia minimè numerata, *g* post multum temporis exceptionem *h* opponere non potest: hoc enim sæpissimè constitutum est. sic fit, vt & hodie, dum quæri non potest, scriptura obligetur: & ex ea *i* nascatur condictio, *k* cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione, antea quidem *l* ex principalibus constitutionibus *m* vsque ad quinquennium procedebat. sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari: *n* per constitutionem nostram tempus coarctatum est, vt vltra biennij metas *o* huiusmodi exceptio minimè extendatur.

Post 1 obligationem, quæ re, item quæ verbis contrahitur, rectè de tertia specie quæ [literarum obligatio,] à causa potentiore dicitur, subnectit. cuius totam rationem breuiter explicat Vlpianus: a *[Non figura (inquiens) literarum, sed oratione quam exprimunt literæ, obligamur, quatenus placuit non minus valere, quod scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur.]*

a Quæ nominibus.] 2 Vt rectè hoc accepias, sciendum est: Romæ moris fuisse, vt vnusquisq; paterfam. tabulas domi haberet, in quibus quicquid per singulos dies aut acciperet aut expenderet, perscribebat, vt Cicero in orat. pro Cluen. demonstrat. De earum tabularum fide Censores quinto quoq; anno ciues ad iusiurandum adigebant, sicut Dionisius Halicarnass. lib. 4. testatur. Hinc fidem in iudiciis facere solebant. Vlpianus, b *[Si verò, ait, nomine ei fecerit dominus, vt quasi debitorem se seruo faceret, cum reuera debitor non esset, non obligatur, &c. Et Pomponius:* c *Cum in annos,] inquit, [singulos quid legatum sit, neque ascriptum, quo loco detur, quocunque loco petetur, dari debet: sicut si ex stipulatu, aut nomine facto petatur.] Extat etiam apud Sceuolam* d *nominis faciendi mentio. 3 [Nomina] autem in tabulis dicebantur tituli debitorum (vt ait Asconius) præsertim in iis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniæ commodatæ sunt. Plautus:* e *[Nom ædipol nomen. nam mihi isthoc nomine. Dum scribo, expleui totas ceras quatuor.] Ergo nominibus obligatio contrahebatur, cum expensum quid in tabulas referebatur. Referri autem solebat vel à* f *reis ipsis, vel ab argentariis,* g *vel ab amicis.* h *Illud quoque non est ignarandum,*

a l. nõ figura. 38. de act. & obli.
b l. 4. ff. de pecul.
c l. 1. ff. de an. leg.
d in l. Thais. 41. in fi. ff. de fidei. liber.
e in Curculion.
f d. l. 4. & d. l. 1.
g l. 7. §. quoti. de pos.
h Exemplum extat apud Cic. pro Comœdo, & Epis. xl. lib. 4. ad Atticum.

dum, 4 Fœneratores veteres solitos fuisse pecunias suas apud argentarios depositas habere, & in eorum mensa fœnus exercere. Vnde cum quis pecunia indigeret, cum fœneratore conueniebat, eaque nomen illi faciebat, id est, syngrapham, qua confitebatur se illi ex mutuo debere. Deinde ille apud mensam secundum argentarij vel debitoris commoditatem iubebat ei numerari. huiusmodiq; syngrapha cum argentarij rationib. in quibus nomen illius debitoris erat adscriptum, [i] vocabantur [nomina,] [k] hoc est, cautiones fœneratoriæ: quod pluribus Alciatus [l] alibi explicat. Et hæ erant scripturæ, aduersus quas nihil obijci poterat. Cæterum ex priuata syngrapha ius dicere prohibebat [lex Gabinia] vt Cic. lib. 5. epist. ad Atticum [m] testatur.

b *Quæ nomina.*] Quamuis autem prisca nominum solennis formula (à describendis debitorum nominibus dicta) non sit in vsu, appellatio tamen manet. 5 Vnde tam nunc [nomina] aliàs pro debitoribus, vel debitis ipsis, aliàs pro causa obligationis [n] accipiuntur, Inde etiam dicimus [pecunias esse in nominibus,] [o] quæ data sunt debitoribus: item [nomina facere, idonea nomina, nomina soluere, explicare, expedire, bonum nomen facere, nomina dare, legare.] Sic & Vlpianus, [p] [nomen] pro obligatione seu debito accepit.

c *Non sunt in vsu.*] Sicut & rigor legis Gabiniæ in vsu esse desijt. Iustinianus enim permisit ex priuata singrapha ius dicere, saltem post biennium, vt mox audiemus.

d *Planè si quis.*] 6 Ex hoc loco discendum est, contrahi [literarum obligationem,] cum debitor spe futuræ numerationis dat chirographum creditori, in quo fatetur, se certam pecuniæ summam ab eo mutuò accepisse. Ex hac enim confessione literaria debitor obligatur, non quidem naturaliter, sed tamen ciuiliter, vtcunque pecunia non sit numerata, vt reddat creditori mutuum. 7 Obseruari autem debet, primum huic contractui tantum locum esse in [q] mutuo: deinde requiri necessariò, vt literæ interueniant. Quia si debitor confitetur sine scriptura, non est obligatio [r] literarum. Postremò, hic non oriri naturalem obligationem, ob defectum consensus. Neq; enim voluit debitor validam esse suam literariam confessionem, si eam realis numeratio non sequeretur. Deinde deest hic quoque naturalis æquitas, cum pecunia non sit numerata. Oriri autem hic solam ciuilem, quia legislator, siue ius ciuile falsò subscribit huic conuentioni, siue confessioni literariæ: fallitur enim colligendo à plerunq; accidentibus, pecuniam esse numeratam, cum id testetur chirographum. Dat itaq; ex sola ciuili actionem creditori aduersus debitorem, qui se ita literis obligauit. 8 Ea tamen intra biennium eliditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ transfert onus probandi in creditorem, vt probet scilicet, pecuniam, cuius chirographum meminit, reuera numeratam esse. Præsumit enim legislator contra chirographum pecuniam non esse numeratam, vtcunque chirographum hoc testetur: partim propter odium fœneratorum, qui plerunq; exigunt syngraphas, priusquam numerent: partim propter facilitatem ipsorum debitorum, qui facilè quamlibet confessionem exhibent, modo spes sit aliquando numeratum iri pecuniam. Cæterum si biennium iam effluxerit, præsumit lex pro creditore postea agente, onusque probandi in debitorem reijcit: propterea quòd non est verisimile, debitorem tam negligentem fuisse, vt intra biennium perpetuum non exigeret pecuniã, aut certè chirographum datum reposceret. Probare ergo tum debitorem oportet, pecuniam numeratam non fuisse. 9 Idem quoq; receptum est in sponso, confitente per chirographũ, se dotem accepisse a suo socero. [s] nam & is intra biennium exceptionem non numeratæ dotis habet: quia eadem ibi subest facilitatis suspicio. Quid enim non scribit amoris æstro percitus sponsus, & agit, vt potiatur sponsa? In omnibus autem alijs contractibus cum cesset hac ratio facilitatis, scriptura siue chirographum aduersus scribentem habet vim veræ [t] probationis, solaq; scriptura niti potest, qui agit.

e *Numeratum non est.*] Siue id pars sit obligationis, siue sors tota. Nam etsi plus in chirographo complexus fuerim, quàm fuerit numeratum, catenus salua mihi erit exceptio non numeratæ [u] pecuniæ.

f *De pecunia minimè numerata.*] 10 Hanc exceptionem [non numeratæ pecuniæ.] Iustinianus in Nouellis appellat ἀναργυρίαν: ad cuius exemplum introducta quoq; est (vt suprà dixi) exceptio [non numeratæ dotis,] sponso competens, qui scripsit dotem sese accepisse, cùm nihilo magis acceperit.

g *Post multum tempus.*] Olim quidem post quinquennium: at hodie post biennium, vt mox subijcit.

h *Opponere non potest.*] Excipiuntur tamen, qui propter aliquas causas singulari iure adiuuantur: [x] cuiusmodi sunt minores, & Reipublicæ causa absentes.

i *Nascatur condictio*] Ex lege scilicet. Nam quandocunq; obligatio noua lege introducta est, nec cauetur, quo genere actionis experiamur, agimus [condictione ex lege,] ex illa scilicet, in qua de obligatione disponitur. Ita & hoc casu in literarũ obligatione [condictionem ex lege] [y] dari aduersus Bartolum censent omnes. 11 12 Ego verò Bartolo magis subscribo, qui rectè dicit, hanc actionem appellandam esse [ex contractu seu obligatione literarum,] non autem [ex lege.] quia vtrum ex lege aliquid detur, an ex contractu proficiscatur, aliqua differentia [z] est. Cur autem non rectè diximus istam actionem ex literis nasci: quia non minus obligamur literis, [a] quàm verbis. Rectius ergo dicimus condictionem vel actionem [ex literis] quam [ex lege, quia lex non introducit istam persecutionem immediatè, sed mediante negocio dati chirographi: 13 Quare eam non inscitè actionem [chirographariam] Old. [b] nuncupat.

k *Cessante sc. ver. obli.*] id est stipulatione: quæ si interueniat, ex stipulatu agitur, habetq; debitor in factum [c] exceptionem.

l *Ex principalibus constitutionibus.*] Qui desiderat cognoscere tempora olim omnibus cautionibus præstituta,

i d. l. 4. in prin.
k l. fin. C. de pac. conuen.
l l. qui pecuniã. si cert. pet.
m epist. vlt. idem Ci. in Orat. pro L. Muræ.
n l. penult. C. de eo nu. fis. deb. l. 1. ad Maced.
o l. si quis vgo. de fur.
p in l. nominis. de ver. sig.
q l. aduersus. C. de non nu. pe.
r Sal. l. generaliter. C. d. tit.
s l. in contractib. in fi. C. de non nu. pec. & Aut. quod locũ. C. de do. cau. non num.
t l. publia. §. 1. depos. l. generalis. Co. de non num. pec.
u l. 2. l. cum vltra C. de non nu. pec.
x d. l. in contrac. ad prin.
y nempe ex d. l. in contractib.
z l. obligamur. §. lege. de act. & oblig.
a d. l. non figura. 38 de actio. & oblig.
b clas. 4 act. 30.
c l. cum vltra. C. de nõ nu. pec. ibi Bar. & Ias.

stitut., legat constitutionem Imp. Honorij, Theodosij, & Constantij, quam reperies lib. 2. C. Theodosiani, tit. Si cert. pet. chirograph.

m *Usq; ad quinquennium.*] 14 Olim enim post quinquennium in primis cessabat hæc non numeratæ pecuniæ exceptio: intra illud tempus a debitore proposita semper onus probandi (numeratam scilicet esse reuera pecuniam) reijciebatur in creditorem.

n *Per constitutionem nostram.*] Extat adhuc hæc Iustiniani constitutio lib. 4. C.[d] In qua etiam ait, hoc biennium esse continuum. — d ead. l. in contractib.

o *Huiusmodi exceptio.*] Quæ scilicet probationis onus transferat in creditorem agentem. 15 Potest autem hæc exceptio non solum excipiendo opponi, nempe aduersus agentem condictione [chirographaria,] verumetiam agendo, vt scilicet in vna actione proponatur, etiam creditore tacente, nam elaberetur alioqui tempus ei, qui chirographum scripsit. 16 Verum tria necessariò requiruntur ad prosecutionem huius remedij, cum in modum actionis exercetur. Primum, vt ex scripto proponuntur secundum formulam Querelæ. Alterum, apud ordinarium creditoris iudicem. Tertium, vocato, si eo loci præsens fuerit, creditore:[e] alioqui etiam absente eo. Idem est de exceptione [non numeratæ[f] dotis. 17 Adeo hæc [non numeratæ pecuniæ] exceptio efficax est, vt intra biennium nihil actori prosit ostendere, debitorem confessum esse, receptam a se pecuniam, non spe futuræ numerationis, aut deniq; huic exceptioni, cum confiteretur renunciasse: quia adhuc poterit obijci. Quinimo etsi iuramentum syngraphæ inserat, hoc est, iuret se debitorem esse Sempronio ex causa mutui, vel dotem accepisse: nihilo tamen minus hac exceptione uti[g] potest: quia tale iuramentum habet in se conditionem tacitam,[h] si pecunia numeretur, & creditor fidem seruet. 18 Sunt tamen etiam casus, in quibus non competit ista exceptio etiam intra biennium. Primus, si debitor confessus foret in testamento,[i] quia tunc præsumitur vera confiteri ob mortis cogitationem. Secundus, cum debitor iam cœpit soluere partem debiti,[k] quia tunc præsumitur numeratio facta. Tertius, si debitor semel atq; iterum esset confessus debitum:[l] propter geminationem enim & repetitam confessionem, conijcimus numerationem interuenisse. Quartus, quando procurator fisci fatetur se recepisse solutiones tributorum & collectarum. Quintus, quando maritus post dotalia instrumenta confiteatur se dotem recepisse. Sunt & alij plerique casus, quos Ioan. de Plat. hic superaddit.

e d. l. in cōtractibus. §. in omni.
f No. de tēp. nō num. dot. pet.
g Bar. l. si ex cautione. & l. vlt. C. de non nu. pec.
h c. quemadm c. veniens. de iureiu. c. cum te. co. ti. li. 6. Bal. d. l. vlt. Ang. §. 1. inf. de excep. Cantiunc. hic. licet Fab. contra sentiat.
i glo. l. 1. de fals. cau. adiect. leg.
k l. cum fide C. de non nu. pec.
l glo. d. l. in contractib.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV. TIT. XXIII.

1.5.6 *Obligationes ex consensu quomodo a cæteris differant.*
2 *Natura obligationum, quæ re contrahuntur.*
3 *Natura stipulationis, & literarum obligationis.*
4 *Innominati contractus requirunt interuentum rei.*

a Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. b Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi: quia c neque scriptura, d neque præsentia omnimodo opus est at e nec dari quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio: sed sufficit f eos qui negotia gerunt consentire. vnde inter absentes quoque talia negocia contrahuntur, veluti per epistolam, vel g per nuncium. Item h in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet: cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius i promittat.

Sequitur] quarta species obligationum, quæ ex contractu sunt, nempe obligationes, quæ solo consensu fieri dicuntur. 1 In hoc autem differunt a præcedentibus contractibus, quòd his lex non subscribit, neque eos adprobat, nisi vel res, vel verba, vel literæ interueniant. In illis verò solus consensus sufficit, a quo etiam nomē acceperunt, vti generaliter ex consensu nasci dicantur. 2 Primum enim hæc est natura obligationum, quæ re contrahuntur, quòd res interueniat[a] alioqui nihil operantur. 3 Deinde de substantia stipulationis est, quòd partes sint præsentes, consensumq; verbis[b] exprimant. Porrò in literarum obligatione necessariò scriptura[c] requiritur. 4 Denique & in contractibus nominatis, vtcunque consensu cōtrahantur, nihil operatur solus consensus, sed interuentum rei adesse oportet. Consensus ergo quanquam est de substantia omniū contractuum: per se tamen solus sine alio adminiculo nusquam parit & obligationem & actionem, quàm in emptione, locatione, societate, mandato, in quibus solus consensus sufficit. Atque hæc est prima differentia, per quam hi contractus ex consensu secernuntur a reliquis contractibus. 5 Differunt & alia ratione hi, a contractibus suprà nominatis: quòd in superioribus principaliter obligatur vnus tantum, vt in mutuo, mutuatarius: in stipulatione, promissor. In his autem vtrq; alteri obligatur: veluti in emptione tenetur emptor ad precium, venditor ad tradendam rem venditam: & sic de alijs. 6 Addit quoque Imp. tertiam differentiam. Nam in stipulatione, atque alijs contractibus stricti iuris nihil venit, aut præstatur, nisi de quo inter contrahentes nominatim actum est. In contractibus verò, qui consensu fiunt, cum maximè sint bonæ fidei, officio iudicis ex æquo bono multa præstantur,[d] de quibus expresse non est conuentum: vt sunt vsuræ, fructus

a vt sup. qui. mo. re contr. obl.
b sup. de ver. ob.
c sup. de lit. obl.
d l. consensu. in fi. de act. & ob. & l. qui tantū- dem. neg. gest.

ctus, interesse, atq; aliæ quædam accessiones, quod suo loco [e] *diffusius expendemus.*

a *Consensu.] Totus hic titulus ad verbum ex Iuliani responso* [f] *descriptus est.*

b *Ideo autem.] Ostendit, in quibus differant hic nominati contractus a superioribus, de quibus hactenus differuit.*

c *Neque scriptura.] Sicut in literarum obligatione ea requiritur.*

d *Neq; præsentia.] Intellige contrahentium, sicut in stipulatione. nam vtrumq; præsentem esse oportet.*

e *Nec dari.] Vt in obligationibus, quæ re contrahuntur, fieri necesse est.*

f *Eos qui negotia gerunt.] Id est, ipsos contrahentes: solus contrahentium consensus reciprocus sufficit, vt contractus valeat.*

g *Per nuncium.] Vel etiam procuratorem: atq; inde sequitur,* [g] *surdum quoq; & mutum hoc modo contrahere posse, licet per stipulationem* [h] *acquirere aut obligari nequeant.*

h *In his contractib.] Qui sc. sunt bonæ fidei. Et hæc est differentia illa, quam suprà* [i] *tertio loco fecimus.*

i *Promittat.] Et quod verbis omittitur, habetur pro omisso, nec aliquid præstatur ex æquo bono.*

e § actionũ. autem. inst. de actio. & per Dd. in l. quicquid adstringendæ. 99. de ver. obl.
f I. 2. de actio. & oblig.
g l. in quibuscũque 48. de act. & obl. l. vbi nõ voce. 154. de reg. iuris.
h §. mutum. sup. de inut. stipul.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TIT. XXIIII.

1 *Emptio & venditio promiscuè accipiuntur.*
2 *De emptionis origine.*
3 *Permutatio Germanis olim peculiaris fuit.*
4 *Numus unde: & numo omnia mensurari.*
5 *Pecuniæ vocula omnes res significat.*
6 *Emptio quando dicatur contrahi.*
7 *Emptionis causa efficiens, materialis, effectus.*

Primus] contractus, qui consensu fit, est [Emptio & venditio:] 1 quibus verbis veteres promiscuè [a] *vsi sunt, quemadmodum stipulatorem etiam pro eo, qui promittit, interdum dicunt Iurisconsulti:* [b] *frequentius tamen qui precium dat, [emere, & exempto agere] dicitur: qui rem tradit, [vendere, & ex vendito* [c] *agere.] 2 Origo autem emendi & vendendi a permutatione rerum* [d] *cœpit. Olim enim cum numus nec dum esset, neque precium constituebatur, sed vnusquisq; secundum temporum ac rerum necessitatem rem pro re permutabat. 3 Atq; illam permutationem Germanis olim admodum peculiarem fuisse, Cornelius Tacitus, atque etiam Plinius* [e] *scribunt. Quia autem non semper nec facile contingebat, vt tu haberes, quod ego desiderem, & vicissim ego haberem, quod tu accipere velles inde electa materia est, cuius publica atque perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret: 4 eaque materia forma publica percussa [numus] dicebatur, precium merce distinguens, ac emptionem constituens. Vnde est, quod Aristoteles [numo] omnia mensurari lib. 5. Ethic. tradat: 5 in quem cum nihil non conuerti possit, Iuris consulti* [f] *etiam [pecuniæ] appellatione omnes res significari voluerunt. 6 Contrahitur autem [emptio & venditio] solo consensu, postquam inter emptorem & venditorem de precio pecuniario conuenit verè, & non simulatè, vtcunq; precium non sit numeratum, neq; merx tradita: sicut Imp. mox a principio huius tituli docet. [Solo consensu] dixi, quia in hac non desideratur rei interuentus: vtcunque enim merx tradita non est, nec precium numeratum tamen si vtrinque conuentum est, nascitur statim obligatio, mox alter alteri obligatur naturaliter & ciuiliter: primum venditor, vt rem venditam tradat emptori, deinde emptor, vt numeret venditori precium. Neq; hic opus est partium præsentia, quoniam & inter absentes per nuncium siue epistolam emptio fieri potest. Addidi [vere, & non simulate:] quia si de precio conuenit animo donandi, emptio non est. Cur autem adiecerim, [de precio pecuniario,] infra suo loco* [g] *commodius dicemus. 7 Ex prædictis apparet, quòd causa efficiens huius contractus est, mutuus contrahentium* [h] *consensus: causa materialis, ipsum precium, & merx, seu res,* [i] *quæ venditur: effectus verò est, parere obligationem ad tradendam rem venditam, & precium numerandum.*

a l. veteres. de actio. empt.
b l. si non fortè. de cõd. indeb.
c l. ex empto. de act. empt. & l. Iul. eod. tit.
d l. 1. ff. hoc tit.
e lib. 13. cap. 1.
f l. 2. de cõst. pec. l. pecuniæ ver. 178. & l. pecuniæ app. 4. de verb. signifi.
g § item preciũ. hoc tit.
h l. 1. in fi. de cõt. empt.
i l. ex empt. in prin. de actio. empt.

Princip. tit.

1 *Quando recedere liceat ab emptione semel perfecta: & vtrius periculo res vendita pereat.*
2 *Si sub conditione res venierit, & pereat, cuius sit periculum.*
3 *Arrha quid? & in quem finem detur.*
4 *Arrha sponsalitia: item proxenetica.*
5 *Nomine arrhæ hodie numus dari solet.*
6. 7 *Subarrhare personam: Item arrhabo pro obside olim accipiebatur.*
8 *Emptio fit bifariam, siue scriptura, & cum ea.*

9 *Quo*

9 *Quod arrhas, emptionem in scriptis & sine scriptis nihil differre.*
10 *Fortius est contrahere sine arrbis, quàm cum arrbis.*

Emptio & venditio *a* contrahitur, simulatq; *b* de precio *c* conuenerit: quamuis precium nondum *d* numeratum sit, *e* ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ. *f* Sed hoc quidem de emptionibus, & venditionibus, quæ sine scriptura consistunt, obtinere oportet: nam nihil a nobis in huiusmodi emptionibus & vēditionibus innouatum est. in iis autem, *g* quæ scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem *h* constituimus, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus autem subscripta: & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione & venditione *i* Ita tamen impunè eis recedere concedimus, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim subsequuto siue in scriptis, siue sine scriptis, venditio celebrata est: *k* is qui recusat adimplere contractum si quidem est emptor, perdit quod dedit: si verò venditor, duplum restituere compellitur, licet nihil super arrhis expressum sit.

a Contrahitur.] *Et quidem firma atq; efficax inde nascitur obligatio, quæ non nisi vtriusque partis consensu dissolui* [a] *amplius potest. Vnde etiam est, quòd statim postquam conuentum est de precio, periculum rei venditæ ad emptorem* [b] *pertineat.* 1 *Quæ tamen in re, ne impingamus, sic distinguere oportet. Nam si quidem id, quod venit, certum sit, vt Stichus, & precium, vt decem, amplius recedere non licet: & periculū ad emptorem spectat, modò per venditorem non stet,* [c] *sed per emptorem, quo minus tradatur. In rebus tamen, quæ degustari solent, ad degustationem venditor suscipit periculum, ita vt custodiam præstet, quasi plenissimè tum veneant: nisi fortè aliter conuenerit. Si uero eam veneant, vt vinum ad mensuram, vel piper ad pondus, dum admetiatur, aut adpendatur, periculum erit venditoris, hoc est, custodiam præstabit: quia tunc certum esse* [d] *incipit. Quod verò certum non sit, quo ad tradatur, vt in genere venditum, venditoris periculo est, dum tradatur, impleaturq;* [e] *venditio.*

b De precio.] *Scilicet rei venditæ.*

c Conuenerit.] *Subaudi purè.* 2 *nam si sub conditione res venierit, ea deficiente nulla est emptio. sin verò extiterit, censebitur ab initio purè cōtracta, & incipiet periculum esse* [f] *emptoris. Adijciatur illud Paulus:* 4 [*quod si pendente conditione emptor vel venditor decesserit, si extiterit conditio, hæredes quoque teneri, quasi iam contracta emptione in præteritum.*] *Planè si pendente conditione res perierit, extinguitur emptio. Sed si res extet, licet deterior facta, damnum erit emptoris.*

d Numeratum sit.] *Nequaquam res vendita tradita: ea enim vbi tradita est, impleta dicitur* [h] *venditio. Sed prius nihilominus perfecta est venditio, vt periculum ad emptorem pertineat, sicut paulò antè dixi.*

e Ac ne arrha.] 3 [*Arrha vel arrhabo*] *est id, quod datur in signum vel testimonium emptionis & venditionis:* [i] *quare non est de substantia emptionis, sed datur tantum loco signi, vt scilicet euidentius probari possit, conuenisse de precio. Olim autem* [*arrha*] *impleto contractu reddebatur, velut annulus, vel* [k] *alia res:* 4 *vnde &* [*arrha sponsalitia*] *dicta sunt. item* [*Arra proxenetica*], *nempè dona quæ sponsum et sponsam inter se conciliant & iungunt, vt in titulo lib. 5. C. de sponsalibus & arrhis & sponsalitiis & proxeneticis.* 5 *Nunc nummus datur in omnibus fere contractibus, nec solet restitui.* 6 *Imò* [*personam*] *quoq;* [*subarrhare*] *dicimus ad aliquid faciendum, vel ad præstandas operas.* 7 [*Arrhabo*] *etiam pro obside veteribus accipiebatur, vt ex M. Varronis verbis constat apud Gellium li. 17. c. 2. Sic & apud Terentium in Heauton. Act. 3. scena. 3.* [*Reliquit filiam adolescentulam, Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento.*]

f Sed hoc quidem.] 8 *Emptio & venditio bifariam fit,* [l] *primò sine scriptura, cum de precio rei certè conuenit; deinde scriptura, cum actum est, vt scripto contrahatur. De priore actenus dictum est, quia illa statim perfecta dicitur, quo ad obligationem, si de precio conuentum sit. At quando expressim actum est inter emptorem & venditorem, vt non valeat contractus, nisi literæ per omnia sint absolutæ, tunc contractus dicitur perfectus postquam scripturæ redacta est in mundum: quod vulgus Scribarum ingrossare vocat. & ante illam absolutionem scripturæ vterq; contrahentium pœnitere potest. Sin autem ab initio simpliciter contrahitur, & postea fit scriptura tantum ad comprobationem contractus, valet etiam sine scriptura: quippe quod ea extrinsecus adueniens primogeniam contractus qualitatem non* [m] *immutat.*

g Quæ scriptura.] *Sic scilicet, vt scriptura prorsus initantur, nec aliter ratum esse velint contrahentes, quod agitur.*

h Constituimus.] *Hæc Iustiniani constitutio lib. 4. C.* [n] *adhuc extat, & ad omnes contractus pertinet quos in scriptis fieri placuit.*

i Ita tamen.] 9 *Quantum ad arrhas pertinet, nulla est differentia inter emptionem contractam in scriptis vel sine scriptis. Nam etsi in emptione sine scriptura adhibita, sint arrhæ, licet vtrique parti pœnitere: quia ita videtur inter eos conuentum esse, vt arrha vel amitteretur, vel duplicaretur, si alter ex cōtrahen-*

a l. necessario. de peri. & cō. rei ven.
b d. l. necessario. § si ita res.
c l. 1. & d. l. necessar. & l. lectos. de peri. & cō. rei vend.
d l. hoc ita. co l. quod sæpe. de contra. empt.
e l. in ratione. ad leg. Falc.
f d. l. necessario.
g ibidem.
h l. si quis alienā de act. empt.
i l. quod sæpe. in prin. de contrahen. empt.
k l. ex empto. § is qui vina. de act. empt. & l. cuique. § ante pen. ff. de instit. act.
l l. 1. de per. rei vend. l. contractus. C. de fid. inst.
m l. contrahitur de pig. Fab. & Poro. hic. Dd. in d. l. contractus.
n in d. l. contractus.

bentibus ab emptione discederet. Aliud est, si arrha data fuerit in partem precij: nam tunc neutri a contractu resilire permittitur. Cæterum si nulla data fuerit arrha, venditor in distinctè cogitur rem venditam tradere emptori si eam habet: sin minus, præstando interesse liberatur. Emptor autem simpliciter precium numerare cogitur, vtcunq; paratus sit recedere. 10 Vides ergo fortius esse contrahere sine arrhis, quàm cum arrhis, contra [o] *Caij responsum. Hac tamen in re consuetudo locorum respicienda est, quæ semper variat in hoc emptionis contractu.*

x *Is qui recusat.*] *Si tamen alter paratus sit pactis stare, & præstare, quod suarum est partium. Nam si mutuo consensu ab emptione recederent, emptor quod arrharum nomine dedit,* [p] *reciperet.*

o in d. l. quod sæpe.
p l. 2. C. quan. li. ab empt. disc.

§. Precium.

1 *Precium propriè quid sit: & de varia eius acceptione.*
2 *Emptionis substantiam ex tribus consistere.*
3 *Venditio conditionalis quatenus valeat.*
4 *Sufficit ab initio precium constitui animo soluendi, etsi postea non soluatur.*
5.6.8 *Venditio an & quatenus constet, si pretium in alterius voluntatem confertur.*
7 *Si impersonaliter venditio fiat, quanti res æstimabitur, iure, nulla est.*
9.10 *Actio empti: & eam tres alias actiones complecti.*
11 *De pacto retrouenditionis.*
12 *Actio venditi.*
13 *Argumentum a contractu emptionis ad locationem an, & quando valeat: & quomodo hi duo contractus inter se differant.*

Precium *a* autem constitui oportet. *b* nam nulla emptio *c* sine precio esse potest. *d* Sed & certum esse precium debet. *e* alioqui si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti *f* Titius rem æstimauerit, tanti sit empta: inter veteres satis abundeque dubitabatur, constaret ne venditio an non. Sed *g* nostra decisio ita hoc constituit, vt quoties sic composita sit venditio, *h* quanti ille æstimauerit, sub hac conditione staret contractus: vt si quidem ille, *i* qui nominatus est, precium definierit, tunc omnimodo secundum eius *k* æstimationem & precium persoluatur, & res tradatur, *l* & venditio ad effectum perducatur; emptore quidem *m* ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit precium definire: tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo precio statuto. *n* Quod ius cum in venditionibus nobis placuerit: non est absurdum, & in locationibus & conductionibus tradere.

a *Precium.*] 1 [*Precium*] *proprie est, quod pro re empta dicitur & definitur,* [a] *τιμήματα τοῖς ὠνίοις κατα βαλλόμενον. Sed tamen et precium conductionis,* [b] *& precium pro mercede* [c] *positum inuenitur. quandoq; etiam pro præmio* [d] *accipitur.*

b *Nam nulla.*] 2 *Tria sunt, ex quibus emptionis substantia consistit, sine quibus non magis esse potest, quàm homo sine anima vel* [e] *corpore: nempe precium certum in numerata* [f] *pecunia; res quæ veneant; & consensus in idem corpus, vel rem eandem, & in eandem rei materiam substantiamue. Nam si aurum dicatur, quod æs est, vel masculus, quæ fæmina, vel deniq; vinum, quod embamma est, in materiam eandem substantiamue non consentimus.* 8 3 *Qua propter venditio conditionalis cuius precium ex conditione in futurum collata pendet, contracta non est, dum precium certum* [h] *fit: & per mutatio specialiter dicta emptio non est,* [i] *quod precium non habet. Si enim ad præsens vel præteritum conditio respiciat, perfecta erit emptio: vt Quanti tu emisti, quantum precium in arca est,* [k] *tanti emo.*

c *Sine precio.*] *Neque tamen ipsa precij numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem.* 4 *Sufficit autem precium esse constitutum animo soluendi & recipiendi a venditore, etiam si postea nō soluatur, sed donetur vel remittatur: secus si ab initio animus erat remittere precium, quod cōstituitur, quia tum non esset* [l] *venditio.*

d *Sed & certum.*] *Nec modò certum, sed etiam in numerata pecunia, vt infra* [m] *mox. 3 mo subijcitur.*

e *Alioqui.*] 5 *Ratione certitudinis precij, quæstionem apud veteres valde ambiguam subministrabat, an scilicet rei venditæ æstimatio, & sic preciū in alicuius tertij arbitrium conferri queat: quam tamen pulcrè definit. Cæterum quid iuris obtineat, æstimatione rei venditæ in alterutrius contrahentium voluntatem collata, infra* [n] *suo loco audiemus.*

f *Titius.*] *Veluti tertius aliquis.*

g *Nostra.*] *Quæ lib. 4.* [o] *C. ad Iulianum præfectum prætorio scripta extat.*

h *Quanti ille.*] *De quo scilicet inter contrahentes conuentum est, vt æstimaret.*

i *Qui nominatus est.*] 6 *Notanter hic de nominatim electo arbitratore loquitur, qui precium constituat: 7 nam si impersonaliter dixerit venditor, [Vendo prædium, quanti æstimabitur,] verius est conuentionem non subsistere. Idem enim & in locatione* [p] *responsum est. 8 Quanquam alterius arbitrium possit*

a l. 1. ff. de rer. perm.
b l. 28. §. 1. ff. lo.
c l. 10. in fin. de acq. poss. l. vlt. de leg. Rhod. & l. 51. §. locaui. & l. 5. 8. ff. loca.
d vt in l. 2. §. & generaliter. ff. ui bo. rap. & l. 5. §. vl. de iniu.
e l. in vend. de cōtrah. emp. l. pacta. eod.
f hic & seq. §.
g l. 1. l. nec. d. l. in vend. & ll. seq. de con. empt.
h l. vlt. C. de cōt. empt.
i l. 1. de rer. per. & d l. 1. de contr. emp.
K l. hæc venditio. 7. de contrah. empt.
l l. cum in vend. de cōtrah. emptione.
m §. seq.
n § pen. hoc tit.
o l. fi. C. de cont. empt.

committi definitio quarundam accessionum: p sine quibus scilicet rectè etiam constabit contractus.

k Aestimationem.] Si modò non fuerit nimis iniqua: alioqui ad arbitrium boni viri q redigetur.

l Et venditio.] Perinde ac si ipsimet contrahentes precium istud ita definiuissent, idq; siue in scriptis siue absque scriptura contracta sit r venditio.

m Ex empto actione.] Hinc discimus, duas actiones ex hoc contractu nasci, [ex empto & ex vendito. Actio [ex empto] competit emptori aduersus venditorem, ut tradat rem venditam corporalem cum fructibus & accessorijs: vel vt quasi tradat rem incorporalem emptam, hoc est, vt cedatur iuri, & præstetur patientia ad vsum liberum. 10 Et hæc complectitur tres alias actiones: primum actionem [de euictione,] qua experitur aduersus venditorem, si non fuit dominus rei venditæ, & res euincatur. Deinde actionem [redhibitoriam,] qua emptor agit intra sex menses ad rescindendum contractum, si vendita sit res, habens vitium latens. Deniq; actionem [præscriptis verbis,] si venditor pacta adiecta emptioni non seruauerit, nec placitis paruerit: tum enim habet emptor aduersus venditorem actionem præscriptis verbis ad impletionem pactorum. 11 Inter cętera autem pacta vulgatissimum est, quòd retrouendendi dicitur, veluti cum venditori ab emptore ex conuentione conceditur, quòd si ipse, vel hæres eius voluerit quandocunq; aut intra certum tempus restituere precium, vt tum rem suam, quam vendidit, quasi redemptam t accipiat. 12 Secundò ex hoc contractu emptionis nascitur actio [ex vendito,] & hęc competit venditori ad ea consequenda, quæ ipsi ab emptore præstari oportet: in qua veniunt non modo precium, quanti res vendita est, sed & vsuræ post diem traditionis. Nam cum re emptor fruatur, æquissimum est, eum vsuras precij u soluere.

n Quod ius.] Non modò precij certi, sed & eius committendi alterius definitioni & arbitrio; id quod ante Iustinianum etiam Caius x tradidit. 13 Unde pleriq; y colligunt, de contractu emptionis ad locationem bene argui, quod tamen perpetuum non est. Quanquam enim in prædictis conueniunt hi duo contractus: in pluribus tamen eosdem differre constat. Primum enim in emptione periculum emptoris est etiam ante traditionem; z puta si vinum venditum effundatur post degustationem, in locatione secus a est. Deinde venditor si habet rem, & potest tradere, ad id tenetur omnibus modis, nec liberatur offerens æstimationem, aut etiam duplum precij; b quod si non habeat tradendi copiam, tenebitur tamen præstare id, quod emptoris interest. At locator aliquando excusatur, puta si superuenit ei necessitas retinendi rem c locatam. Postremò differunt, quia venditio est titulus habilis ad translationem d dominij; secus in locatione. e

p l. si merces. 25. in pr. loca.
q l. hęc vend 7. de contrah. empt. l. si in lege. loc. Ias. hic ad Porc.
r l. societatē. 76. §. arbitrorum. pro soc. & vide Porc hic istud bene declarantem.
s vt in d. l. vlt. C. de cont. empt.
t l. 2. C. de pac. int. empt. & vēdit. Did. Cou. lib. 3. variar. resol. ca. 9. nu. 3.
u l. Iul. § ex vēd. de act. empt.
x l. si merces. 25. locati.
y Porc. hic.
z l. 1. de peric. & com. rei vend. §. cum autem. inf. eod.
a l. ex conducto. §. 1. & 2. locat.
b & hæc est communior opinio, quam & ipse probo. vide Bart. in l. 1. in pr. de ac. empti.
c l. 3. C. locati.
d l. ex empt. loc.
e l. non solet. C. locat.

§. Item precium.

1 *In emptione debet precium esse certum, & in pecunia numerata consistere.*
2 *Explicatur l. vlt. ff. de cond. cau. da. &c.*
3 *Præter id, precium etiam iustum esse debet.*
4 *Venditor vltra dimidium iusti precij deceptus, quod beneficium habeat.*
5 *An etiam emptori sic decepto subueniatur.*
6 *Iustum precium quomodo probandum eo casu.*
7 *Aestimatio minoris precij in emptore & venditore.*
8 *Sufficit precium ab initio emptionis in numerata pecunia consistere, licet postea soluatur aliud.*
9 *Emptio & venditio an idem sint cum permutatione. & num. 12. 13.*
10 *Homeri autoritas.*
11 *Permutatio fuit ante emptionem.*
12 *Emptio rebus fieri non potest.*

Item precium *a* in numerata pecunia *b* consistere debet. Nam in cæteris rebus an precium esse posset, *c* valde quærebatur: veluti an homo aut fundus, aut toga, alterius rei precium esse posset. Et *d* Sabinus & Cassius etiam in alia re putabant precium posse consistere. vnde illud est, quod vulgò dicebatur: permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eamq; speciem emptionis & venditionis *e* vetustissimam esse: argumentoque vtebantur Græco poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis.

Νῆες δ' ἐκ λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι.
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ.
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diuersæ *f* scholæ autores contra sentiebant: aliudq; esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non posse rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res venisse,

mile, & quæ precij nomine data esse nam vtramque videri & venisse. & precij nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia, dicentis permutationem propriam esse speciem contractus a venditione separatam, meritò præualuit: cum & ipse g alijs Homericis versibus adiuuabatur, & h validioribus rationibus argumentabatur: quod & i anteriores diui Principes admiserunt, & k in nostris Digestis latius significatur.

Quod supra] Imp. de precio dixit, hic aliquanto latius exponit, interim quæstionem eam examinans, an alia in re, quàm in numis, precium consistere possit.

a *In numerata pecunia.] 1 Annotandum hinc est, in emptionis contractu non sufficere precium esse certum, sed oportere etiam illud constitui in numerata pecunia,* [a] *eaq; proba & legitima:* [b] *alioqui non erit emptio, sed potius contractus quidam innominatus, si ea detur vt species, certumue corpus, vt plerunq;* [c] *fit. 2 Atq; ita exaudiendum est Celsi* [d] *responsum, [negantis emptionem esse, si tibi dedi pecuniam, vt mihi Stichum dares.] Ibi enim intelligi debet data pecunia non vt numerata, sed vt species. Et cum alio loco dicitur,* [e] *[esse emptionem si do pecuniam, vt tu des rem:] intelligendum est de pecunia numerata. 3 Porrò præter id, quod in emptionis contractu precium debet certum esse, & in pecunia numerata consistere, requiritur etiam, vt sit iustum, saltem vt ad minus respondeat ad dimidiam iustæ æstimationis: aliàs huiusmodi circumuentio iure* [f] *vindicatur. 4 Venditor enim vltra dimidium iusti precij deceptus, hoc est, si nec dimidiam partem veri precij acceperit, petere potest, vt restituatur res empta, vel suppleatur iustum precium: sicque Imp. Diocletianus & Maximianus* [g] *rescripserunt. Et quamuis solum de venditore circumuento loquantur: 5 idem tamen & in emptore intelligitur. nam & is vltra iustum precium plus duplo deceptus, rectè petet, vt vel restituatur id, quod vltra verum precium dedit, vel vt totus contractus rescindatur.* [h] *Petitur autem vtrunq; alternatim: sed in arbitrio rei conuenti est, alterum eligere. 6 Sed quomodo probabitur [iustum precium,] ad quod exigatur quantitas iniusti precij. Et primum quidem æstimanda est qualitas rei ex communi hominum opinione,* [i] *non verò ex priuato affectu. Deinde consuetudo loci, in quo contrahitur, respicienda est. Tertiò tempus venditionis adhibendum est in æstimatione.* [k] *7 Quænam igitur erit æstimatio in emptore, & quæ in venditore minoris precij, vt censeantur decepti? Respondeo: si venditor non accepit dimidiam partem veri precij, dicetur deceptus: vt res si valeat ducentis, quam vendidit quinque & nonaginta. In emptore verò alia ratio est. Nam is non potest decipi vltra dimidiam iusti precij, præterquam si plus duplo emat: puta si rem centum aureorum iusti valoris emat ducentis, & aliquanto pluris. Siquidem æstimatio deceptionis in emptore non aliter potest æquare æstimationem in venditore, nisi sic ineas rationē: vt diserte Old.* [l] *considerauit: tametsi Accursius* [m] *(quem alij sequuntur) suo more ponat exemplum, vt si quis emat rem sedecim, quæ decem valeat. Sed ad textum reuertamur.*

b *Consistere debet.] 8 Satis autem est si in numerata pecunia precium consistat ipsius conuentionis tempore: postea enim ex interuallo poterit loco pecuniæ conuentæ etiam alia res dari* [n] *pro precio.*

c *Valde querebatur.] Hanc totam quæstionem, & veterum disceptationem pluribus verbis Paulus* [o] *tractat, ex cuius responso hic locus desumptus videtur.*

d *Sabinus & Cassius.] 9 Hi duo iureconsulti putabant, emptionem & venditionem cum permutatione idem esse, atque id confirmabant autoritate Homeri lib. 7. Iliad.* [p] *vbi versus hic inserti habentur: quos ita vertendos duxi:*

Hinc sibi criniti redimebant vina Pelasgi,
Hi certè ære dato, ferro hi splendente, bouinis
Tergoribusque alij, atque ipsis plerique iuuencis,
Mancipijs alij.

10 *Atque hinc discis, magnam apud veteres fuisse Homeri autoritatem, non modo in scholis, sed & in foro, & controuersijs ciuilibus: adeo vt Solon dicatur aliquando in iudicio vno versu Homerico euicisse, Salaminem insulam fuisse Atheniensium.*

e *Vetustissimam esse.] 11 Nam & suprà* [q] *diximus, eam dudum in vsu fuisse, antequam emptio cœperit.*

f *Diuersa schola.] 12 Nempe Proculus, & qui cum antecessit Nerua, quiq; eum secutus est Pegasus, qui omnes emptionem putabant diuersum esse contractum a permutatione: neque obstare prædictos Homeri versus, quoniam hi non ad venditionem, sed magis ad permutationem rerum referendi videantur.*

g *Alijs Homericis versibus.] Permutationis illius commeminit etiam Iustinianus Imp. in procemio Digest. quo loco versus Homeri refert, qui hic deficiunt, & lib. 6. Iliados* [r] *extant: sunt autem illi.*

Ενθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ος πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Hos Latinè sic reddideris.

Iuppiter hinc Glauco mentem de pectore ademit,
Aurea Tytidæ, quod demens arma dedisset,
Pro factis ex ære, boues centumque nouenis.

a vt hic
b l. eleganter. §. qui reprobos de pig. act.
c l. si certos numos. de verb. oblig. l. sed etsi certu. de leg. 1.
d l. vlti. de cond. cau. da. cau. nō sec.
e l. naturales. §. etsi quidem. de præs. ver.
f l. 2. C. de resc. ven.
g d. l. 2.
h d. l. 2. & l. si voluntate. C. de resc. ven. c. cum dile. de empt. & vend.
i l. precia rerum. ad leg. Falcid.
k sic Old. Clas. 4. act. j. alleg. l. si ser. in princ. de cond. fur. l. si vēdideto. §. 2. l. si quis vx. §. fi. de fur. l. 1. §. si heres. ad Tre. cum sim.
l Clas. 4. act. 1.
m d. l. 2. & c. cum causa. de emp. & vend. Bar. l. 1. C. de senten. quę pro eo qđ inter.
n l. precij causa. C. de resc. vēd.
o l. 1. de contrah. empt.
p circa finem.
q ad rubr. huius tit.
r iuxta Alc. lib. 2. Prætermiss.

h Vila-

b *Validioribus rationibus.*] 13 *His videlicet, quia in permutatione discerni non potest, vter emptor sit vter venditor: item non potest inueniri, quid eorum merx, quid precium sit: necque etiam ratio patitur, vt vna eademque res veneat, & sit quoque precium emptionis.* [t] *In emptione omnia cōtra: istibus enim alius emptor alius venditor, aliud merx, aliud precium est. Sunt & aliæ inter vtrumque contractum differentiæ. Nam in emptione ex solo consensu nascitur obligatio: sed permutatio non contrahitur, nisi* [t] *re ab altero data. Item in emptionē venditor tenetur solum ad possessionem præstandam: at in permutatione rei dominium transfertur. In emptione denique venditor vna tenetur actione, nimirum eius, quod interest: in permutatione qui rem accipit, duabus actionibus: vt condictione, aut præscriptis verbis in factum, qua quis quid ex bona fide dari fieri oportebit, postulabitur.*

i *Anteriores.*] 14 *Nempe Diocletianus & Maximianus, qui rescripserunt,* [u] *pridem placuisse, emptionem rebus fieri non posse.*

x *In nostris Digestis.*] *Sub tit.* [x] [*De contrahenda emptione.*]

[ʃ] l. 1. de rer. permut.
[t] l. 3. ex placito. C. de rer. perm. vid. etiā l. 1. §. itē emptio. 2. ff. eo. vid. Cuiac. li. 11. obs. 17.
[u] l. 7. emptionē. C. de rer. perm.
[x] l. 1. de contrah. empt.

§. Cum autem.

1 *Perfecta emptione, rei emptæ periculum statim ab emptorem pertinet.*
2 *Quibus casibus hæc regula non procedat. & nu. 3. 4. 5. 6.*
7 *Si res, quæ consistunt in pondere, numero, mensura, post contractam emptionem pereant cuius id fiat periculo.*
8 *Quid item si in rebus ex conuentione degustandis.*
9 *Emptio in scriptis quando perfecta dicatur.*
10 *Fructus post venditionem nati ad emptorem pertinent.*
11 *Post contractam emptionem omne commodum vel incommodum ad emptorem spectat.*
12 *Eum sequitur commodum, quem & incommodum: & contra.*
13 *Si res empta furto pereat, cuius sit periculum.*
14 *Culpam à custodia differre.*

a Cum autem emptio & venditio *b* contracta sit, (quod effici diximus, simulatque de precio conuenerit) cum *c* sine scriptura res agitur: periculum rei venditę statim ad emptorem pertinent, tametsi adhuc ea res emptori *d* tradita non sit. Itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ędes totę vel aliqua ex parte *e* incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totius, vel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiam inundatione aquę, aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est, cui necesse est licet rem non fuerit nactus, precium soluere. Quicquid enim sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid *f* per alluuionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. *g* Nam & commodum eius esse debet, cuius periculum est. Quod si fugerit homo, qui vænit, *h* aut subreptus fuerit, ita vt neque dolus neque culpa venditoris interuenerit: animaduertendum erit, an custodiam eius vsque ad traditionem venditor susceperit. Sinè enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet: *i* si non susceperit, securus est. Idem & in cęteris animalibus, cęterisque rebus intelligimus. *k* Vtique tamen vendicationem rei & condictionem *l* exhibere debebit emptori: quia sanè, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & *m* de damni iniuriæ actione.

a *Cum autem.*] *Agitur hoc §. si post perfectam venditionem res empta pereat, cuius sit periculum, emptoris an venditoris? quod argumentum* [a] *suprà quoque perstrinximus.* 1 *Et pro regula seruandum est, statim atque contracta est emptio per conuentionem precij rei emptæ, licet nondum tradita, periculum ad emptorem pertinere, ita vt is precium integrum venditori soluere actione ex vendito compellatur. Quicquid. n. post emptionem contractam sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus* [b] *est.* [c] *Hęc tamen regula non est perpetua.* 2 *Primum enim excipitur emptio ex scripto contracta: quia tunc periculum non prius spectat ad emptorem, quàm si scriptura absoluta fuerit, & in mundū redactam, vt alibi* [c] *dictum est.* 3 *Deinde si sub conditione contracta sit emptio,* [d] *& pendente ea res interierit, non emptoris periculum:* [d] *nam nec prius est emptio.* [e] 4 *Tertiò ex pacto speciali potest oē periculum, etiam casus fortuiti, ad venditorem pertinere, qui non nisi ad custodiam tenetur, qualem bonus vir & paterfamilias suis rebus adhibere* [f] *solet.* 5 *Quartò, cum non in specie, sed generaliter aliquid venditur, veluti bos, equus, si ante traditionem pereat, venditoris, nō emptoris damnum erit, quippe cum genus perire* [g] *nequeat.* 6 *Quintò, si sub alternatione facta fuerit venditio, vt [Stichus aut Pamphilus e tio tibi emptus domus hac vel illa, equus vel mulus:] tunc prioris rei periculum venditorem, posterioris emptorem* [h] *respiciet. Sextò, si res vendita publica fit ob delictum venditoris, periculum est delinquentis.* [i] *Vltimò, dolus vel culpa a venditore commissa, in ipsum transfert* [k] *periculum. Octauò, si venditor moram fecit in tradenda re empta, ipsius erit periculū: & si vterque in mora fuerit, emptor in accipiendo, venditor in tradendo, tunc posterior* [l] *nocet.* 7 *Nonò, in his rebus quæ*

Ee mensuran-

a in pri. huius ti.
b l. necessario 8. de peri. & com. rei vend. l. 1. C. eod. tit.
c sup. eo. in pr. & l. cōtractus. C. de fi. instr.
d d. l. necessario. §. q. si penden. & l. 5. cum speciem. C. illo ti.
e l. 8. nec emptio, de cont. empt. l. 213. cedere diem. de ver. si.
f hic & l. 10. si in venditione. in prin. de peri & com. rei vend.
g l. in ratione. §. verum est ad l. Fal. l. 12. lectos. l. q. si neq. 14. de peri. & cō. rei vend.
h l. 34. si in emptione § si emptio. 6. de contrahen. emp.
i l. 33. si fundus. loca.
k l. 2. hoc ita verum. §. custodiam autem. de pere. & com. rei vend.
l l. 17. illud. d. ti.

m l. qđ sæpe 35. §. si res vend. de con. empt.
n l. 1. in princ & §. 1. l. 10. si vna in pri. de peri. & com. rei vē.
o sup. eo. in prin.
p l. 4. cum inter. l. vl. C. de peri. & com. rei vē.
q l. 3. §. 1. de offi. præf. vig.
r l. si modo. d le. 1
ſ l. si vendita. de per. & com. rei vend.
t l. si steriles. §. cū per venditorē. de acti empt. l. si ea res eo. tit.
u l. 1. C. de peri. & com. rei vē.
x l. 10. secūdum naturā. de reg. iur. l. is qui in potestate. §. vl. de leg. præstā. cum si.
y l. qđ sæpe. 35. §. si res. de con trah. empt.
z l. si cū. de pig. act. & hic.
a l. si seruum. de verb. oblig.
b l. 1. de cōd. fur. l. in rem. de rei vend.
c d. l. quod sæpe. §. si res vēdita. in fi.
d l. item Mela. §. legis. ad leg. A. qui. §. ex maleficiis. if. de act.

mensurantur, appenduntur, numerantur, sic distingui solet. Si in vniuersum, quantacunque fuerint, vno precio venierint, perfecta est venditio: ideoq; periculum statim ad emptorem spectat, iuxta prædictam regulam. Sin autem in pondera, aut mensuras, vel pro numero corporum statuatur precium, tunc non antea perfecta censetur emptio, quam adpensa, admensa, adnumerata sint: & propterea omne periculum interim siue in totum pereant, siue deteriores fiant, [m] venditorem respicit. 8 *Sed quid iuris in reb. ex conuentione degustandis obseruetur, pulcre [n] Vlpianus tradidit bisce verbis. [Aut igitur] (inquiens) [conuenit quoad periculum vini sustineat, & eatenus sustinebit: aut non conuenit, & vsque ad degustationem sustinebit. Sed si non sunt degustata, signata tamen ab emptore vasa vel dolia, consequenter dicemus, adhuc periculum esse venditoris, nisi aliud conuenit.*

b Contracta sit.] Pure scilicet: secus si sub conditione, vt paulo ante dictum est.

c Sine scriptura.] 9 *Nam si in scriptis sit venditio, priusquam recitata sit scriptura cōtrahentibus, vtriusque consensu probata, perfecta non est, vt merito periculum ad emptorem non respiciat.*

d Tradita non sit.] Dummodo nulla venditoris mora id [p] acciperit.

e Incendio.] Quod scilicet sine culpa venditoris contigit. Quamuis enim plerunque incendia culpa inhabitantium [q] fiant, potest tamen & sine culpa [r] accidere. Itaque etsi ædes inhabitarit venditor, si probarit se culpa carere, [ſ] non tenebitur.

f Per alluuionem accesserit.] Idem iuris obtinet, etsi quid ex fundo prouenerit: 10 *Nam fructus post venditionem nati ad emtorem pertinent: adeo vt si moram in tradenda re vendita commiserit venditor, non eos tantum quos percepit, sed etiam eos qui percipi poterant, præstare [t] teneatur.* 11 *Quinimo generaliter rescriptum est ab Imp. Alexandro. [u] [post perfectam venditionem omne commodum vel incommodum, quod rei venditæ contigit, ad emptorem spectare.]*

g Nam & commodum.] 12 *Pro regula enim traditur, secundum naturam esse, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequūtur incommoda: [x] & contra, eum qui fert incommodum, debere sentire & commodū.*

h Aut subreptus fuerit.] Quod Imp. hoc loci refert, iam antea Caius [y] quoque definiuit bisce verbis: 13 *[Si res vendita per furtum perierit, prius animaduertendum erit, quid inter eos de custodia rei conuenerat: si nihil adpareat conueniße, talis custodia desideranda est a venditore, qualem bonus paterfam. suis rebus adhiberet; quam si præstiterit, & tamen rem perdiderit, securus esse debet, tantum vt vendicationem rei & condictionem exhibeat emptori.*

i Si non susceperit.] Venditor qui non suscepit in se custodiam rei venditæ, tamen præstare debet dolum, latam & leuem culpam. 14 *Illud obseruandum est, culpam a custodia differre, quòd custodia sit specialiter in seruanda re, ne vel intercipiatur uel fugiat: [z] culpa latius pateat tam in faciendo quàm in negligendo. Sic mora in tradendo a culpa circa interitum rei alibi distinguitur: licet mora etiam culpa [a] sit.*

k Vtique tamen.] Quoniam perfecta venditione periculum respicit emptorem, licet res tradita non sit: re intercepta, vel possessa ab alio, emptor furti agere, condicere, aut vendicare eam non prius potest, quàm venditor ei cesserit actiones, [b] quæ ipso iure domino competunt. emptor autem ante traditionem nō est dominus. Aequum igitur est, venditorē tali casu actiones cedere emptori, & tū virtute illius cessionis vti illis poterit.

l Exhibere.] Id est cedere, si modo eas habuerit: quod si non habuerit sua culpa, vt quia dominus non sit, remque alienam uendiderit, tenebitur hoc nomine emptori [c] ex empto.

m De damni iniuriæ.] Si forte in re vendita damnum iniuria datum [d] sit. Sicut enim condictio furtiua, & rei vendicatio, ita & hæ furti, aut legis Aquiliæ actiones tantum domino competunt: ideoque non possunt concedi emptori ante traditionem, nisi ei cessæ fuerint a venditore domino.

§. Emptio.

1 ***Emptio pure, in diem, & sub conditione contrahi potest: & quando id fiat.***
2 ***De conditione addictionis in diem: & addicere quid sit.***
3 ***Emptio in ementis voluntatem collata, an & quando valeat.***
5.4 ***Lex siue conditio commissoria in emptionibus valet: secus in pignoribus.***

a Emptio tam sub conditione, quàm pure cōtrahi potest. Sub conditione: veluti, si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.

a §. omnis. cū §. seq. sup. de verbo. oblig.
b l. necessario. 8. §. q̄ si pendente. de peri. & con. rei vend.
c vide tot. tit. de in diem addict.

a Emptio.] 1 *Emptio non solum pure, sed etiā in diem, & sub conditione potest contrahi. [Pure] contrahitur, quando neque dies, neque conditio adijcitur, sed simpliciter fit. [In diem] vero, quando adiecto die, quo emptio perfici debet, contrahitur. [Sub conditione,] cū in aliquem casum differtur [a] emptio, ante cuius euentum emptio perfecta non est. Quo fit, vt si res vendita intra id tempus intereat, perimatur emptio: quemadmodum & stipulationes, legataq; conditionalia, nō existente cōditione perimūtur. [b] Dicitur & illa conditionalis emptio, quando exprimitur, quòd si quis meliorem conditionem addixerit, res sit inempta; [c] & hæc conditio adiectionis in diem receptissima est in venditione. [Addicere] est, licitanti rē auferendam promittere,*

quod

quod aliàs fit pure, aliàs conditionaliter. Purè hoc modo: [Fundus iste centum esto tibi emptus, sed ita vt meliore allata conditione, ab emptione discedatur:] & hoc casu pura erit emptio, quę sub conditione resoluitur. Conditionaliter autem ita fit. [Hęc emptio sit contracta, si non melior conditio adferatur intra Kalendas Ianuarias proximas:] hac specie erit emptio conditionalis, [d] *nec antea perfecta censebitur, quàm cõstet, elapso die meliorem condictionem cessare. Verum de ista Imp. in praesentia non agit, sed illud quaerit, an res vendi possit sub hac condictione, [Si intra certum diem tibi placuerit.] Et validam esse huiuscemodi venditionem constat.* 3 *quamuis enim emptio in vendentis vel ementis voluntatem simpliciter collata nullam pariat obligationem:* [e] *vt si dicam, [Vendo tibi fundum si voles?] vel ita, [Quanti velis, quanti aestimaueris, habeto emptum, propterea quod non adstringit necessitate* [f] *contrahentes. At tamen si tempus adijciatur (vt in exemplo textus nostri) valida erit* [g] *obligatio: nimirum quod iste contractus non habet perpetuam causam nullitatis,* [h] *& per haec verba (Si res illa tibi placuerit.) de qualitate magis, quàm de substantia actum esse* [i] *videatur. Porrò conditioni hic memoratae dissimilis est, [Si intra illum diem displicuerit inemptus* [k] *sit.]* 4. *Cui similis est lex conditione commissoria, quae resoluit venditionẽ pure* [l] *contractam, est autem [lex commissoria in emptionis contractu, cum sic venditur. Nisi intra certum tempus precium exsoluatur, res sit inempta. Et hoc pactum, quoniam neque emptorem damno afficit, neque lucro venditorem, sed omnia in pristino statu manent, permissum est iure.* 5 *In pignoribus autem aliam naturam habet pactum legis commissoriae, scilicet vt debitore ad praestitutum tempus non soluente pecuniam, pignus maneat creditoris. Unde cum tunc inhumaniter grauet debitorem, qui egens pecunia adiecisset etiã duriora, meritò reprobatur.*

d l.2. de in diem addic.
e l.in vendentis. in pr. C. h t.
f ibi. & l quod si pe. §.1. de cõtr. empt.
g Fab. hic.
h Bal. d. l. in vendentis.
i Bal. ibi. Ang. & Cantiunc. hic.
k l.3 de contrah. empt.
l l.1. de leg. commis.

§ Loca.

1 *Emptio rei sacrae aut publicae valet, si inter ignorantes contracta sit.*
2 *Idem si emptor tantum ignorent.*
3 *Quid vterque sciat, rem commercio hominum exemptam esse?*
4 *Quarum rerum nulla sit emptio, per epitomen explicatur.*

Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit, quę tamen si pro profanis vel priuatis deceptus a vẽditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, vt consequatur, quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro seruo emerit.

1 *Cum super rebus, quae non sunt in nostro commercio, (quales sunt res sacrae, religiosae, publicae) stipulatio interposita sit inutilis:* [a] *videbatur nec emptionem harum rerum valere: verius tamen est, valere eiusmodi emptionem, si inter ignorantes contrahatur,* [b] *non quo ad hoc vt emptor consequatur rem venditam, sed quo ad obligationem eius,* [c] *quod interest.* 2 *Idem quoque est, si venditor sciat, emptor autem ignoret rem extra commercium positam esse: adhuc enim emptori dabitur ex empto actio aduersus venditorem ad consequendum, quatenus sua interest, ab illo se non esse* [d] *deceptum.* 3 *Quod si emptor quoque sciat rem, quam emit, commercio hominum exemptam esse, preciique nomine quid dederit, illud perdit: sua enim imprudentiae imputet, quod soluerit. Itaque eo casu melior erit conditio possessoris, si modò ille vitium ignorauerit: alioqui aequius fuerit, vtrunque iacturam sentire,* [e] *emptorem precij dati, & venditorem paris quantitatis, vtrunque autem fisco inferetur. Et haec quidem ad textus declarationem.* 4 *Hic vice corronidis addere lubet, quod licet regulariter omnium rerum quas habere, vel possidere, vel persequi possumus, venditio rectè fiat: tamen quas natura vel mores hominum nostro commercio exemerunt, earum nullam esse* [f] *emptionẽ. Sic res aliena efficaciter emi non potest mala* [g] *fide sic res minorum preciosae, quas seruari expedit, sine necessitate & iudicis decreto prohibentur* [h] *vendi. Sed nec res litigiosa emi* [i] *potest: nec fundus dotalis passim uendi: quoniam Reipub. interest, dotatas esse* [k] *foeminas. Sic suam rem emens, nihil agit, siue sciat, siue ignoret suam* [l] *esse: sic rei, quae non fuit vnquam in rerum natura, vel ante venditionem esse desiit, frustra fit emptio. Idem est de ijs rebus, quas nemo potest tradere,* [m] *vt sunt luna, sol mare, & caetera id genus. Res quoque ad vsum sacrum vel publicũ destinatae non venduntur:* [n] *veluti templa, forum, basilica. Denique feudum sine permissu domini non potest vllo modo* [o] *alienari.*

a §.1. sup. de inutil. stip.
b l. & liberi. cum l. seq. l. liberi hominis de cõ trah. empt.
c gl. in d. l. liberi Bar. l. cõtinu. §. cum quis de verb. oblig.
d d. l. liberi. & l. officii. eo. Bar. d. §. cum quis.
e l. vl. C. de litig. & ibi Dd.
f l. si i emptionẽ. §. 1. & §. sed Celsus. de con trah. empt.
g l. 1. l. nemo. de reb. ali. nõ ali. l. rem alienam. de cõtra. empt.
h l. 1. de reb. eor. qui sub tut. l. 3 C. de pręd. mi.
i l. vl. C. de litig.
k l. 1. sol. matrim.
l l. 1. si in emptione. §. rei sue. & l. si debitor. de contrah. empt.
m l. si duos l. domum. de cõtrahen. empt.
n vt hoc §.
o tit. de prohib. feu. alien. per Loth. & tit. de prohi. feu. alie. per Frid.

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE. TIT. XXV.

1 *Locatio & conductio alia temporanea, alia perpetua, quę emphyteusis dicitur.*
2 *Locatio temporanea describitur.*
3 *Locator, conductor.*
4.6 *In quo differat locatio à commodato & emptione.*
5 *Locatio requirit pecuniariam mercedem.*
7 *Locatio temporanea alia expressa, alia tacita.*
8 *Locationis causa efficiens, materialis, effectus.*

Secundus] contractus, qui solo consensu perficitur, est [locatio & conductio.] 1 quæ est duplex. Quædam enim temporanea est, quæ fit ad certũ tempus, & illa retinuit [Locationis] nomen. Quædam verò est perpetua: & illa sortita est aliud nomen, vt [Emphyteusis] diceretur. De vtraque præsenti titulo agitur. 2 Expediatur autem priori [locatio temporanea,] quæ rectè sic describitur, quòd sit rei vel operæ pro certa & numaria mercede ad vsum facta concessio. Tum enim locatio contrahi intelligitur, cum inter locatorem & cõductorem de certa mercede pecuniaria cõuenerit. 3 [Locator] est, qui mercedem accipit: [conductor,] qui dat. Nonnunquam verò hæc figura loquendi conuertitur apud Latinos, quatenus ad opus aliquod parandum attinet. Nam qui operatur, is dicitur conduxisse opus: & contra, dominus qui dat mercedem, censetur id ipsum [a] *locasse. 3 Ad definitionem locationis redeundo, dixi primum, [pro mercede:] ad differentiam scilicet commodati. Nam si gratis mihi vsum concesseris, commodatum erit,* [b] *aut precarium. Deinde hac ipsa differentia secernitur locationis contractus ab emptione & venditione, vbi pretium, id est, æstimatio totius rei persoluitur. 5 Addidit, [certa:] si enim non constituitur certa merces, sed conductor dixerit post rem factam de mercede conueniemus: non erit locatio, sed contractus innominatus, dabiturque actio [præscriptis verbis.]* [c] *quemadmodum ex ingressu huius tituli mox cognoscemus. Item adposui, [numaria:] qui si aliam rem loco mercedis promiseris, si conueniatur, vt vna res detur vsui pro alia, veluti si tibi equos hodie concederem ad opus faciendum, vt sequenti die tuos haberem: non esset locatio, sed contractus innominatus, [Facio, vt facias:] & rursus actio [præscriptis verbis] competeret:* [d] *nisi forte lex patriæ sineret & in specie mercedem constitui,* [e] *quod potest. 6 Postremo subiunxi, [ad vsum:] vt rursus emptionem excluderem, in qua res non conceditur ad vsum tantum, sed dominium transfertur,* [f] *si vendens & tradens fuit dominus rei. 7 Porrò hæc temporanea locatio duplex est, expressa, & tacita. [Expressa est, quando verbis expressis partes conueniunt de re aliqua, constituta certa mercede locanda. [Tacita] est, quando conductor finito tempore locationis retinet rem locatam sine noua conuentione. Vtriusque tamen eadem est natura: quoniam & in tacita censetur repetitum id, de quo in expressa locatione conuenerat. 8 Vides, quod causa efficiens locationis est, mutuus contrahentium consensus: quamprimum enim de mercede pro re vsui danda conuentum est, efficit ille consensus contractum, qui locatio dicitur. Causa materialis est merces, & res, quæ locatur. Effectus est, parere obligationem ex qua deinde nascuntur duæ actiones, locati scilicet, & conducti, quarum naturam* [g] *suo loco ostendemus.*

a l. 2. C. vbi Bar. hallucinatus ẽ sicut & Accur. in l. 2. §. si con seruatis. ad le. Rho. de iactu.
b dixi sup. in ti. q b. mo. re cõ. obli. §. item. is cui.
c l. 22. si tibi polienda. de psc. verb.
d §. præterea. J. hoc tit.
e gl. in rub. C de decie. decur. li. 10. Ias. hic ad Porc.
f l. 11. ex empto. §. & in primis. de actio. empt. l. 2. pro empt. l. 39. nõ solet. h. t. l. 10. qui rẽ C. locat.
g in §. rei persequendæ. J. de act.

Princip. tit.

1. 2 *In quibus conueniant emptio & locatio.*
3 *Actio locati cui, & ad quid detur.*
4 *Actio conducti cui, & ad quid competat.*
5. 6 *Conductor an & quando ad remissionem mercedis agere possit.*
7 *In locatione mercedis constitutio rectè in arbitrium tertij confertur.*
8 *Si in locando nulla prorsus merces constituta sit, mandati actio competit.*
9 *De actione præscriptis verbis.*
10 *Emptio in quibus differat à locatione.*

Locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemque iuris regulis consistit. *a* Nã vt emptio & venditio ita contrahitur, si de precio conuenerit: sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit. *b* & competit locatori quidem *c* locati actio, conductori verò *d* conducti. Et quæ suprà diximus, si alieno arbitrio precium permissum fuerit, *e* eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. *f* Qua de causa si fulloni polienda curandaue, aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea *g* tantum daturus, quantum inter eos conuenerit: non propriè locatio & conductio *h* contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis verbis datur.

Ostendit] mox à principio Iustinianus magnam esse similitudinem inter emptionem & locationem: & in quibus huiusmodi similitudo consistat in specie expendit. Et obserua, sicut in venditione vnius verbi appellatione totus contractus continetur, ita quoque idem est, cum locatio dicitur duntaxat, vel conductio, [a] *propter relationem.*

a Nam vt emptio.] 1 Primum ergo cõueniunt hi contractus in eo, quod sicut in venditione tria sunt, res, precium & consensus, ex quibus contractus substantia consistit, [b] *ita & in locatione, res, merces & consensus desiderantur.* [c] *Est enim contractus naturalis, & omnium gentium moribus introductus, vt nihil verbis solennibus in his opus* [d] *sit.*

b Et competit.] 2 Altera similitudo inter vtrunq; contractum est in eo, quod vt constituto precio certo in pecunia numerata, ita emptio perfecta sit, vt emptor ex empto, venditor ex vendito agere possit, ita hic mercede similiter constituta [e] *locator ex locato, conductor ex conducto experiatur, nec alterutri recedere liceat.*

a l. 23. & ideo. ff. hoc tit.
b l. 8. necessario. ff. de peric. & com. rei vend. l. in venditione. 41. cum ll. seq. & act. emp.
c hic. & l. 2. eo.
d d. l. 1. loca. l. ex hoc. de iusti. & iur.
e l. naturalis. de præscr. verb.

Locati

c *Locati actio.*] 3 *Et locatori conceditur, qua petit mercedem promissam, quàm si conductor non soluit, potest expelli: sunt etiam omnia inuecta & illata tacite obligata locatori.* [f] *Deinde agit hac actione ad restitutionem rei locatæ, quæ consequitur etiam æstimationem* [g] *destructorum: & in ea præstatur dolus, lata & leuis culpa,* [h] *id est, si res conducta dolo vel culpa conductoris perierit, periculum conductoris erit.*

d *Conducti.*] *Actio* [*ex conducto*] *datur conductori alicuius corporis vel rei, ex his fere causis: vtputa, si re, quam conduxit, non liceat ei vti, quia possessio totius agri, vel partis eius non præstetur conductori, aut domus non reficiatur, &c. Et potest agere ad remissionem mercedis. In qua tamen videndũ est, an conductor impediatur vti re locata impedimento locatoris, an cuiusdam alterius: quoniam priori casu tenebitur locator ad interesse, scilicet, quanti conductoris interefuit, re conducta vti non potuisse: Altero vero casu, si tertius quisquam conductorem impediat, rursus videndum est, an locator prohibere potuerit, ne impediatur conductor, & rursus tenetur, quatenus interest, si non prohibuit: an vero non potuerit, & remittitur pensio pro rata. Item agit conductor pro remissione mercedis siue pensionis propter sterilitatem: vbi scilicet recompensari non potest cum vbertate reliqui te uporis.* [i] 6 *Remittitur quoque conductori pensio propter vim fluminum, graculorum, sturnorum, hostium, vel si vredo fructum corruperit, aut solis feruore non assueto id acciderit, vel ager terræmotu ita corruerit, vt nusquam sit: vel domus sine culpa conductoris incendio perierit:* [k] *& in summa propter omnem vim, cui resisti non potest, agit conductor ad remissionem mercedis. Agit etiã conductor hac actione aduersus locatorem, si seruum furem, vel vitiosum, aut vasa vitiasa* [l] *scienter vel ignoranter locauerit.*

e *Eadem & de.*] 7 *Tertia similitudo in eo versatur, quod sicut in emptione precij definitio, sic & in locatione mercedis constituto in arbitrium tertij recte confertur,* [m] *non in voluntatem alterius contrahentium locutionem.*

f *Qua de causa.*] *Infert ex prędictis.*

g *Tantum daturus.*] 8 *Quid si prorsus nulla merces eo nomine pręstanda designetur? & magis est, ea specie* [*mandati*] *actionem competere.* [n]

h *Contrahi intelligitur.*] *Sed potius contractus innominatus, ex quo deinde actio in factum* [*præscriptis verbis*] *competit.* [o] 9 *quæ ideo sic appellata est, quod non liceat statim dicere: Ex locato ago, vel alio certo contractu, sed factum, id est, gestum, inter nos negocium exponatur Prętori, qui varie pro modo contractus verba actioni prescribebat olim, cum ab eo iudicia impetrabantur: cum alioqui ex nominatis contractibus certis formulis ageretur. Verum de contractibus innominatis, &* [*prescriptis verbis*] *action. infra* [p] *suo loco commodius agemus.*

f l. 5. certi. C. h. t.
g l. 29. cum conductorem. C. de. tit.
h l. si quis 6. §. si fundum colonis. cum l. seq. l. ex conduct. t. 15. §. 1. si merces. 25. §. vi maior. ff. h. tit.
i l. licet. C. h. tit.
k l. ex conducto. loca.
l l. sed addes. §. r. locati.
m l. 2. locati.
n l. si tibi polien da. h 1. & § vlt. inf. mandati.
o l. iuris gentiũ. de pac. l. oatur. de præscr. ver.
p § actionum. infra de act.

§. Præterea.

1 *Alia similitudo inter emptionem & locationem.*
2. 3 *Rursus ostenditur in quibus hi duo contractus conueniant.*
4 *In quibus differant emptio & locatio.*
5. 6 *Quatuor genera contractuum innominatorum & quæ actiones ex illis nascantur.*

a Prętere a sicut vulgò quærebatur, *b* an permutatis rebus emptio & venditio contraheretur; ita quæri solebat de locatione & conductione, si forte rem aliquam vtendam siue fruendã tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam siue fruendam aliam rem acceperit. *c* Et placuit non esse locationem & conductionem, sed proprium genus *d* contractus. veluti si cum vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, *e* placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud alterum alterius *f* bos perierit: *g* neque locati, neq; conducti, neq; commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum, verum *h* pręscriptis verbis agendum est.

a *Præterea.*] 1 *Aliam similitudinem subycit inter hunc contractum, & venditionem, & speciem exponit, quæ ad locutionem non pertinet, quo mercede in pecunia numerata cureat: nec ad commadatum, quod gratuito non commodetur, & proprie commodatum sit* [a] *gratuitum. Quia tamen negocium simile est ijs contractibus, qui in proprium nomen transeunt & gestum est, re tradita acceptaque, aliquid inter vtrunque,* [b] *ideo* [*præscriptis verbis*] *actio datur, in quam venit dolus & culpa, quod vtriusque gratia negotium contractum* [c] *sit.* 2 *Suntne autem præter supradictas & aliæ similitudines inter contractum emptionis & locutionis? Vtique: constat enim vtrunque, iuris gentium & bonæ fidei,* [d] *& similis libertatis, Nam vt nemo solet cogi emere aut vendere: ita nec locare, vel* [f] *conducere.* 3 *Item sicut emptio, ita & locatio sub conditione contrahi potest: & sicut emptio donationis causa non fit,* [g] *sic nec locatio. Item in vtroque contractu deceptus vltra dimidium, vel plus duplo iustæ æstimationis, condictione ex lege* [h] *Iustiniani agere potest: idque Bartalus* [i] *probat porrigens hoc generaliter ad oẽs contractus bonæ fidei. Prętere a quemadmodũ emptio ex minimo pretio simulata reputatur,* [k] *& donatio potius est: ita & locatio.* [l] *Quare Vlpianus.* [m] [*Si quis* (*inquit*) *cõduxerit vno nummo, conductio nulla est: quia & hoc donationis instar inducit.*] *Postremo sicut in emptione põt peti, vt res tradatur, aut id quod interest:* [n] *ita in legatione recte petitur, vt frui liceat,*

a § ite 11 eas. sup. qui. mo. re cõt. oblig.
b l. naturalis. de præscri. ver. l. r. de estima. ac.
c l. contractus de reg. iur. l. fi. cõmod.
d § actionũ. inf. de act.
e l. nec emere. C. de iur. delib.
f l. inuitos. l. oe cui liceat. C. de locat.
g l. sicut loca. l. si quis donationis. de contra. empt.
h l. 2. C. de resc. vend.
i secundum Accur. in l. item si precio. §. vlt. locat.
k d. l. si qs donatiõis. & l. si spõsus. §. circa. de dona. in vi. & vxo.
l l. si quis ante §. vl. de ac. pos.
m l. si quis locati.
n l. 1. in princ. & l. ex empto. 10 si. de act. empt.

alioqui vt soluatur id, quod interest, [o] 4 Et in prædictis quidem conueniunt emptio & locatio: quia tamen & nomine & re ipsa diuersi sunt contractus speciesque separatæ, necesse est eosdem in multis etiam differre. Ecce enim emptio alienat rem, ac perpetuo titulo transfert de vno ad alium: at locatio temporariã præstat vtilitatem in rebus ad certum vsum concessit. Deinde periculum rei venditæ statim pertinet ad actiorem, atque de precio conuentum [p] est in locatione aliud [q] obseruatur. Tertiò, venditor tenetur rem tradere, si potest, alioqui præstare id, quod emptoris interest: [r] locator verò haud rarò, vel non tradit rem locatam, vel traditam [s] reuocat. Quartò, locator si præstet rem hæc bonam conductori, quæ ab alio prohibetur vti, liberatur: [t] at venditor non potest emptori aliam rem, quam comparauerit, tradere nolenti. atque ita Bartolus [u] affirmat. Quintò, emptio & venditio parat causam vsucapiendi; [x] locatio autem nullo modo. sed hæc differentia dependet ex prima, eamque explicat. Postremò in emptione si res tradatur semel, non amplius ad tradendam rem agi potest: [y] quia vno actu expediri potest effectus negocij. At in locatione si fuerit tradita, nec liceat frui re, iterum agitur, vt tradatur: [z] quoniam actus successiuus requiritur ad implendam locationem.

b *An permutatis.*] Hæc tamen quæstio supra definite est, nempe permutatione rerum emptionem & venditionem non censeri fieri: [a] eadem ergo ratione nec locatio & conductio est, cum species inuicem [b] conceduntur.

c *Et placuit non esse locationem.*] Ea quidem ratione, quia merces in locatione constitui debeat, & quidem in pecunia numerata, vt suprà dictum [c] est.

d *Contractus.*] Nempe contractus innominatus, non habens speciale & proprium nomen à iure gentium vel ciuili inditum. 5 Sunt autem genera contractuum innominatorum quatuor, [do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias:] [d] quorum natura est, vt non pariant actionem, nisi habeant causam, hoc est, nisi in eis ab altera parte aliquid datum factumue sit. Nam quandiu res est integra, licet partibus pœnitere, & alterutri à contractu discedere [e] (si non interuenerit stipulatio) etiam altero inuito. 6 Oriuntur autem ex huiusmodi innominatis contractibus duæ actiones: prima est, actio in factum [præscriptis verbis,] qua petimus: vt aduersarius etiam ex sua parte contractum adimpleat: hoc est, vt det, vel faciat aliquid, aut soluat quatenus interest. Nam in his contractibus contra vulgarem regulam actio procedit ad interesse: idque est, quod dicitur, [non tantum rem ipsam esse in obligatione, verum etiam id, quod [f] interest.] Deinde actio siue condictio [ob causam,] qua petimus, quod datum est quasi ob rem datam, re non [g] secuta. Excipitur tamen contractus innominatus [facio vt des,] ex quo actio de dolo [h] nascitur.

e *Placuerit inter.*] Et sic contractuum innominatum, [facio vt facias,] celebrarint.

f *Bos perierit.*] Vel in alio opere, vel culpa eius cui datus erat: alioqui vix est, vt vllo modo teneatur, cum nihil ei possit imputari.

g *Neque locati.*] Quia neque locatio neque conductio est, cum certa & numeraria merces non sit constituta.

h *Præscriptis verbis.*] Quæ actio ex tali innominato contractu competit, vt iam dictum est.

o l. si tibi alienã. loca. & ibi Bar.
p §. cum adr. sup. emp. & vend.
q l. ex conducto. §. 1. loca.
r Bar. l. 1. de act. empt. & §. precium. sup. tit. proxi. præced.
s l. 3. C. h. t.
t l. si quis domũ. in pri. locat.
u in d. l. si quis domum. vide tamẽ l. si duos de ac. empt.
x l. vsucapiendi conditionem. §. exceptio. de act. empt. l. nõ solent. loca.
y l. qui pẽdẽtem in fi. de act. empti. l. ab emptione. de pac.
z d. l. si quis domum. & d. l. ex conducto.
a §. item preciũ. sup. tit. præce.
b hoc §.
c fa. l. 1. §. si quis seruum. depos. & l. si conuenerit. de cõd. ind.
d l. naturalis. de præscrip. verb.
e l. iurisgentium. de pact.
f d. l. naturalis. §. etsi quidem.
g d. §. etsi quidẽ.
h d. l. naturalis. §. quod si faciã & ibi Bar.

§. Adeo.

1 *Emphyteusis est per se contractus proprius.*
2 *Emphyteusis vnde cœperit.*
3 *Ius perpetuum siue perpetuarium.*
4 *Melioratio, emponema.*
5 *Contractus emphyteuticus an sit iuris gentium vel ciuilis. & num. 25.*
6 *Eundem contractum nominatum esse.*
7 *Emphyteusis definitio, siue descriptio.*
8 *Emphyteusis in quibus differat ab emptione & locatione.*
9 *Feudum in quo differat ab emphyteusi.*
10 *Contractus censualis an distet ab emphyteusi.*
11 *De contractu libellario.*
12. 13 *De contractu superficiario: & quis dicatur superficiarius.*
14 *De contractu præcariæ: & in quo differat ab emphyteusi.*
15 *Bartoli opinio de prædictis contractibus: & de contractu pecuniariorum redituum.*
16 *Emphyteusis varijs modis concedi solet.*
17 *Emphyteuta non soluens canonem triennio, cadit a iure suo.*
18. 19 *An possit solutionis moram purgare.*
20 *Propter deteriorationem rei emphyteusis perditur: & quando id procedat.*
21. 23 *Vendens emphyteusim irrequisito domino eam perdit.*
22 *Dominus an propria authoritate emphyteutam expellere possit.*
24 *Emphyteusis legari, obligari, in dotem dari potest, ignorante & inuito domino.*

26 Emphy-

26 *Emphyteusis scripturam requirit.*
27. *Emphyteuta tenetur domino scriptum edere.*
28.29 *Ad quem pertineat periculum rei emphyteuticæ.*
30 *Commodum rei emphyteuticæ accedens pensionem non auget.*

a Adeò autem aliquam b familiaritatem inter se videntur habere emptio & venditio, itē locatio & conductio, vt in quibusdam causis quæri soleat, vtrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio, vt ecce de prædiis, c quæ perpetuo quibusdā fruenda traduntur, id est, vt d quamdiu pensio siue redditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque hæredi eius, cuiue conductor hæresue eius id predium e vendiderit aut f donauerit, aut dotis nomine dederit, alioue quo cunque modo alienauerit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & g à quibusdam locatio, a quibusdam h venditio existimabatur: i lex Zenoniana lata est, quę emphyteuseos contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantē, sed suis pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, k ac si naturalis esset contractus: si n autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc l siquidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum: m sin autem particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure vtimur.

a Adeò.] *In hoc §. agitur de locatione perpetua, de qua tamen veteres plurimum dubitarunt, an ad venditionem, vel potius locationem referenda esset, quemadmodum Iustinianus hic refert* 1 *hodie autem ex Zenonis cōstitutione censetur proprius cōtractus, & [emphyteusis] dicitur, ab ἐμφυτεύειν, (vt Accurs. existimat) quod plantare & inserere significat: habetque hic contractus suas actiones contrahentium, vel (ijs deficientibus) interpretationes à iure, sicut alij contractus.* 2 *Cumprimis autem sic cœpit hic contractus, vt sterilia tantum concederentur in perpetuum, in meliorem statum plantationibus reddenda: atque ita olim & Byzantios pecunijs egentes, de publicis eorum agris fecisse, et fertiles quidem ad tempus, steriles verò in perpetuum locasse, Aristoteles* [a] *autor est. In perpetuum autem ideo sterilia prędia locabantur, quia alioqui inuentus nemo fuisset, qui in agriculturam, cuius certam non habuisset possessionem, tantum laboris, impendiorumque voluisset* [b] *conferre.* 3 *Vnde quod in perpetuum solerent olim prędia, atque etiam num soleant, ex colenda fruendaque collocari, appellarunt id genus contractus Archadius,* [c] *Gordianus* [d] *& Theodosius* [e] *Impp. [ius perpetuum] siue [perpetuarium.]* 4 *Ius autem quod ex huiusmodi contractu emphyteuta acquirit, f vocatur [melioratio,] Gręcis ἐμφύτευμα. Postea verò receptum est, vt & fertiles agri sic darentur perpetuo colendi: quare mansit nomen, vt contractus diceretur emphyteuticus.* 5 *Prędicta igitur satis ostendunt hunc contractum non lege ciuili, sed iure gentium introductum esse, quo cęteræ quoque conuentiones & obligationes institutæ* [g] *sunt. Et quod Zenoniana lex propriam contractus emphyteuseos statuit naturam,* [h] *fecit non instituendo nouum conuentionis genus, sed incertum & confusum ab illis distinguendo, quibuscū omnino conueniri videbatur. Est ergo origine iuris gentium hic contractus, licet Zenon formam illi addiderit:* 6 *& cum proprium habeat, certumque nomen alteri non conueniens, rectè eum nominatum* [i] *dixerimus, atque ideo parere actionē:* [k] *quam quid vetat ab ipso contractu [emphyteuticam] siue [emphyteuticariam] dici,* [l] *sicut ex alijs contractibus actionem empti, locati, commodati? tametsi alij* [m] *condictionem ex lege appellent, alij* [n] *præscriptis verbis.* 7 *Potest ergo [emphyteusis] sic rectè describi, quòd sit contractus, quo res soli, siue immobilis sub annua pensione in perpetuum plerunque colenda fruenda traditur, cum retentione tantum directi dominij, alterius cuiusuis iuris in recipientem translatione* [o] *facta.* 8 *Hęc descriptio satis demonstrat, hunc contractuum à venditione & locatione differre, quæ in rebus quoque mobilibus iure contrahuntur. Et quoniam venditor nihil retinet, sed omne omnino ius transfert in emptorem:* [p] *conductor verò non modo dominium non acquirit:* [q] *sed nec vllum quidem ius in re:* [r] *nec possessionem, etiā naturalem, nisi nomine domini. Porrò sunt & alij quidam contractus, qui similitudinem quidem habent cum emphyteusi, & magnam conformitatem, reuera tamen differunt; vt est. [Feudum, contractus censualis, libellarius, superficies & concessio precaria.* 9 *Feudum] in primis licet hoc habeat cum emphyteusi commune, vt penes dantem directum dominium remaneat:* [s] *in hoc tamen differt, quia gratis conceditur* [t] *propter militaria officia, adeo, vt si propter pecuniam daretur, tunc amitteret naturam feudi, cum contra emphyteusis concedatur propter annuam pensionem siue canonem. Item & in eo discrepat, quia res emphyteutica alienari potest inuito directo domino, modò is requisitus fuerit, & intra bimestre tēpus emere distulerit, eique pręstetur pars quinquagesima:* [u] *quam interpretes vulgo [Laudemium,] Budæus [Laudatiuum.] Gręci eleganter ἐγκτητικὸν appellant, secus est in cliente* [x] *siue vasallo.* 10 *Deinde contractus, quē [Censualem vocant, tametsi in hoc similis sit emphyteusi, quòd penes dantem remaneat dominium directum, eique debeatur ius annuę cuiusdam pensionis:* [y] *tamen in hoc discrepat, quia non tribuit ius commissi propter pensionem triennio,* [z] *& si ecclesiæ sit, biennio* [a] *non solutam, aut propter alienationem inscio domino directo factam. Item ex alienatione dominus Laudimiorum loco duodecimum precij numū exigere pōt cum ex emphyteutico prædio (vt prædictum est) quinquagesimus tantum debeatur.* 11 *Sic [contractus libel-*

a lib. 2. Oecono. b l. mediterraneæ C. de anno. & trib. lib. 10. c l. 1. C. de offic. Com. sac. pala. d l. priuatę. C. de excus. mun. li. 10. e l. vlt. C. de loc. pręd. ciui. li. 11. f in l. vl. C. de iu. re emph. g l. ex hoc iure de iust. & iur. h l. 1. C. de iure emph. & hic. & vide item tenē tem Coras. l. 1. Misc. cap. 21. i Ang d. l. 1. n. 1. Ias in præiud. feud. n. 24. i fi. k l. iurisgen. in prin. de pac. l Bar. l. 1. de cōd. ex leg. m Accu. hic. n gl. pen. & circa l. 1. C. hoc t. de iure emph. o l. 1. §. 1. si ager vect. l. 1. l. possessores. C. de fun. patri li. 11 p l. ex empto. de act. emp. & § p traditionē. sup. de re. diui. q l. nō solet. loc. r l. non solū. §. qp vulgo. de vsuc. s c. 1. §. in primis. in qui. cau. feu. amit. u l. vlt. C. de iur. emphy. x de prohib. feu. ali. per totum. y c. constitutus. de reli. domi. Bart. l. 1. §. 1. de pub. in rē act. z l. 2. C. hoc tit. a Aut. qui rē. C. de sac. ecc. c. vl. de loca.

larius] *magnam affinitatem cum emphyteusi habet: imo quid aliud* [*est concessio libellaria,*] (*sic enim appellant, cum emphyteuta transfert ius suum in alium*) *quàm substantia quadam emphyteusis: in hoc tamen ab emphyteusi secernitur, quod in hac concedens est dominus directus: in illa vera re, qui concedit, vtile tantum dominium habet. Item in hoc differunt quod non soleat* [*Emphyteusis*] *renouari non mutato possessore:* [*Libellaria*] *renouatur statisque temporibus etiam non mutato possessore, data certa pecunia, vel quā bonus vir arbitratus fuerit, secundum qualitatem rei in libellariam datæ. Præterea Emphyteusis contrahitur sub lege melioranda rei, puta ædificij in area ponendi vel reficiendi, vel agri excolendi, &c.* [*Libellaria*] *hanc legem non habet. Sed & is, qui libellariam a domino possidet, vendere potest sine consensu domini: emphyteuta non item. Denique libellaria in perpetuū fit semper, emphyteusis interdū ad tempus.* [b] *Hæc tamē duo, libellus & emphitensis, moribus hominum plerunque confunduntur, & promiscue solent* [c] *accipi.* 12 *Patratione* [*contractus superficiarius*] [d] *habet quidem similitudinem cum emphyteusi: interim tamen multis etiā nominibus ab eodem differt. Emphyteuta enim cum superficie solum, & meliorationes a domino recognoscit,* [e] *certamque quotannis ex hac causa pensionem honoris gratia præstat.* [f] *At vero superficiarius interdum sine vllo pensionis onere superficiem possidet,* [g] *nec meliorationes a domino habere dicitur,* [h] *sed a se ipso. Quocirca potest sine domini consensu eas alienare, finitoque contractu, quamuis nesciat aut nolit dominus, illinc auferre.* [i] 13 *Definitur autem* [*superficiarius*] *is esse, qui in alieno solo ædificauit, quod quidem a domino conduxit ea lege, ut in eo ædificaret, & sibi haberet ædificium in perpetuum, vel in plures annos sub annuo salario. Hic plus est quàm inquilinus. nam ius habet in re, quod ius superficiariū dicitur* ἐμφυτευτικὸν [k] *vel, vt in Basilicis,* ἐμβατικόν. [l] *Igitur vere & proprie dominus non est, quamuis in alieno ædificarit, sed potius ut inquilinus,* [m] *tametsi quasi dominus utilibus actionibus adiuuetur.* [n] 14 *Est denique & alius contractus, quem* [*precariæ*] *siue ad* [*precariam*] *nuncupant, vulgo,* [*ein Herrn gnad:*] *uelut cum fundus datur in aliquot annos, quibus elapsis ad precariam postulationem coloni, dominus vel hæres tenetur huiusmodi cōtractum semper deinceps in totidem annos reuocare.* [o] *Sane hic contractus non alio nomine ab emphyteusi distare videtur, nisi quod in precaria semper fit pactum de renouando, de certo tempore in tempus, ne temporis diuturnitate contractus memoria* [p] *pereat.* 15 *Amplius Bartolus* [q] *censuit, practicas cōuentiones de colendis agris appellari quidem diuersis nominibus: rem tamen esse eandem, nempe emphyteusim, & omnes huiusmodi qualitates conuentionum reducendas ad contractum emphyteuticum. Tametsi enim hi contractus circumstantijs quibusdam discedant pluscului ab emphyteusi: eodem tamen tendunt, ut agri ad vtilitatem utriusque, scilicet & concedentis & accipientis bona fide colantur. Potest hac quoque referri frequentissimus ille contractus, quo reditus pecuniarij constituuntur. nam & hunc emptionem, & venditionem esse ex eo constat, quod pecunia, cuius annuas pensiones stipulamur, omnino fiat accipientis, ita tamen, vt eam quandocunq; voluerit, reddere possit, & se liberare illa pensionum præstandarum obligatione: eam tamen is qui dedit, non possit eam repetere. Qua ratione adparet, hunc contractum non esse vsurarium. Sed de hac contractus specie cum doctiss. extet tractatus Moderni Paris. Iuris studiosos ad eundem remittimus. His sic prælibatis, videamus textum.*

b *Familiaritatem.*] *Id est, similitudinem & conformitatem.*

e *Quæ perpetuo.*] *Ita quidē olim in perpetuum, fundi steriles dabantur in emphyteusim: sed tamen postea rei etiam fertiles & cultissimæ in perpetuum, & ad tempus, sub emphyteuseos lege locari inceperunt.* 16 *Varijs itaque modis iure, quo nunc vtimur, emphyteusis concedi solet: aliàs ad tempus simpliciter, puta annos quinquaginta: alias ad tempus cum clausula vt eo lapso renouari debeat contractus, & innatitura: alias datur in perpetuum emphyteuta, & hæredibus eius: alias nulla hæredum facta mentione: alias denique in tertiam vel quartam generationem. quod vulgare est in ecclesiastica emphyteusi.* [s]

d *Quandiu pensio.*] 17 *Cæterum si colonus cessat triennio continuo pensionem, siue canonem pensionarium soluere de emphyteusi priuata, vel post biennium de ecclesiastica, amittit emphyteusim: modo tamen dominus ita voluerit. Communis enim omnium interpretum,* [t] *& vera sententia est,* [*emphyteutam non cadere iure suo, nisi dominus declaret voluntatem suam:*] 18 *imo admittendus etiam est ad purgandam solutionis moram,* [t] *cum pauculis post triennium diebus offert pecuniam. Intra quod autem tempus sit faciendū, relinquitur arbitrio* [u] *iudicis: quia propter varias personarū & rerū circunstantias certa regula præscribi non possunt. Consultum etiam fuerit, si emphyteuta non tantum offerat, sed etiam consignet ac deponat* [x] *pecuniam.* 19 *Non solum enim emphyteuta, si triennio non soluit canonem, expelli potest ab emphyteusi:* 20 *verumetiam cum facit rem multo deteriorem.* [y] *Oportet tamen magnam esse deteriorationem,* [z] *& quæ inferat perpetuum damnum: nam de momentanea malæ culturæ deterioratione non auditur dominus, vt emphyteutam expellat. Item deterioratio exigit culpam latiorem coloni: quia ob leniorem culpam non protinus amittit emphyteusim, cum illa gratia vtriusque* [a] *concedatur.* 21 *Sed & tum emphyteusis perditur, cum colonus eam alienat non requisito domino,* [b] *& prorsus ignorante. Cum itaque emphyteuta voluerit vendere ius suum, requirere debet, ac interrogare dominum, an velit emere eo precio, quod alius offerat non simulate, tum si dominus intra duos menses non emat, postea recte vendetur. Sed emphyteuta iurandum est, vt probari pos-*

b vide tit. 8. li. 1. feu.
c Bar. l. si finita. §. si de vectig. de dam. infec.
d l. superficiario. de rei vend.
e l. 2. & 3. C. de iur. emph.
f l. 1. § si ag. vec. l. item verberatū. §. 1. ibi Bal. de rei vend.
g l. j. §. 1. ď supf.
h l. bonorū. ver. pen. de ver. sig.
i l sed addes. §. si inquili. loc. & d. l. bon.
k l. 3. ff. de reb eo. qui sub tur.
l l. in spāli. cū l. seq. ff. de rei ven. & in l. dā. de dam. infec.
m l. 3. § pe. de oper. non nun.
n l. 1. § vlti. & l. vlt. ff. de supfi. & l. 18. § ei q. ff. de dam. inf.
o huius fit mentio in c. p̄carię 12. q. 2. & extra tit. de p̄ca. c. 1.
p c. longinquitate. 12 q. 2. Pan. d. c. 1.
q l. si finita. §. si de vectigal. de dam. infect. l. 1. C. ď iure emp. cui subscribit ēt Old. Class. 4. actio. in pri. de act. emphy.
r §. emphyteusim. & §. neq; illud. No. de non alien. aut permu.
s Barto. l. 2. C. de iur. emph. l. 2. de exce. rei iu. l. 1. si ag. vecti. quibus adde q̄ in obser. meis Camera li. annotaui cent. 3. obser. 65. & cē. 6. obser. 83 vbi hr̄, q̄ ante domi. declarationē non incurrat caducitas & quod cū primis a tpe declaratiōis dn̄t fructus debeātur: sicq; in Camera Imp obseruatur.

t c potuit. de loc. u l. 1. §. vlt. de in. delib. l. 1. §. affractores. de effra. & expli. x d. l. 2. de iur. emph. y §. si q̄s verò colonus. No. de alie. & emp. z l. Scio de in inte. rest. a arg. l. si vt certo §. nūc videndum. cōmo. b l. vl. C. de iu. emp. c d. l. vlt. & c. potuit. de loca. & cond.

ri possit oblatio. [c] *22 Illud quæsitum est, an in his casibus ad expellendum emphyteutam necessaria sit sententia & executio iudicis, an potius dominus possit autoritate propria eum statim eijcere? Es plerique volunt, sententiam iudicis interuenire debere: idque adeo verum esse, vt etiam si instrumento emphyteutico adiectum sit, quod non soluto per triennium canone liceat domino propria autoritate rem concessam ingredi: neque tunc possit dominus, contradicente emphyteuta, exercere violentiam,* [d] *sed adeundus sit magistratus. Contrarium tamen Iason* [e] *post prolixam disputationem relatis varijs opinionibus concludit: itemque Decius,* [f] *& Corneus:* [g] *vbi hoc crebrius receptum aiunt.*

c Vendiderit.] 23 Modo in fraudem sit domino consentiente: nam si eo irrequisito alienet emphyteusim colonus, iure suo cadit, vt paulo ante diximus.

f Donauerit autem.] 24 Quod potest etiam sine consensu domini. Tametsi enim (vt prædictum est) emphyteusis vendi non possit, legari tamen & obligari etiam inuito domino posse, crebrius obtinuit: [h] *refertque Iason hanc sententiam probari trium & viginti doctorum autoritate, respondens etiam abunde rationi, quæ Bartolum in diuersam partem valde mouit. Cæterum quod emphyteusis in dotem vel in donationem propter nuptias a colono dari possit filijs suis, naturalis & ciuilis ratio dictat. Quis enim non recte suppeditet liberis ad honestam vitæ conditionem, quicquid possit? Et fere semper sub prohibita per legem alienatione non continetur dotalis* [i] *largitas. Sed etsi dominus & colonus pacti sint tempore contractus, quod emphyteusis posset irrequisito eodem domino alienari, excusatur emphyteuta ignorante domino alienans.*

g A quibusdam locatio.] Huic enim assimulatur emphyteusis, propter annuam pensionem, sub qua exemplo locationis [k] *contrahitur.*

h Venditio.] Habet enim hic contractus & cum venditione communia quædam, sed præsertim dominij translationem, [l] *vtilis scilicet: nam directum manet apud concedentem.*

i Lex Zenoniana.] Extat hæc Zenonis constitutio in Codice, quæ anno Christi 477. promulgata est.

K Ac si naturalis.] 25 Ex his verbis plerique euincere conantur, contractum emphyteuseos de nouo a Zenone inductum esse, sicq; hunc origine esse iuris ciuilis. Verum hæc verba [ac si naturalis esset contractus] vt et Theophili interpretatio indicat, aliam longe sensum habent: nempe, vt si nonnihil inter contrahentes conuenerit, id ita iustum sit ac firmum, ac si naturalis contractus esset, id est, quasi esset ea certa natura contractus: quippe [pacta] (inquit Theophilus) [naturam contractibus in tribuunt.] 26 Illud quoque circa hunc contractum vel imprimis sciendum, ad eius substantiam necessario scripturam exigi. quod communi Doctorum calculo receptum est, probaturque rationibus. Primum, quia memoria testium, vitaque est labilis & [m] *bulla: possent itaque faciliter perfidi emphyteutæ, vel hæredes eorum inficiari domino ius suum, & rem adserere propriam. Deinde Imp. Zeno in sua lege dicit [scriptura interueniente.] Sed duo ablatiui resoluuntur in conditionem:* [n] *conditio autem implenda est omnibus modis, & in forma, vt vocant, specifica:* [o] *ergo lex scripturam interuenire vult: 27 Quare emphyteuta tenetur domino tale scriptum edere, iuratis tamen prius,* [p] *quod exemplum non habeat, alioqui cum emphyteuta recusat scripti editionem, præsumitur emphyteusim esse finitam. Excipe tamen, si reus neget actori vllum ius emphyteuticum, vel aliud competere: quia potest tunc cogi ad editionem suis* [s] *tituli.*

L Si quidem.] 28 Si in contractu emphyteuseos nihil expressum fuerit de periculo rei, si quidem res data in emphyteusim perijt tota, tunc periculum pertinebit ad dominum, nec ad pensionem vrgeri emphyteuta poterit. Sed qua ratione hoc? [quoniam] (aiunt) [periculum amissæ rei semper dominum sequitur. [t] *saltem vbi nihil est, quod alteri imputemus. Verum hæc ratio non satisfacit. Cum enim damnum pro parte periculo quoque domini contingat,* [u] *hac ratione attenta sequeretur, re pro parte pereunte, in damnum pariter dominum vocari, quod tamen est* [x] *falsum. Dicendum ergo, quod cum pensionẽ præstet emphyteuta propter rem ipsam in emphyteusim concessam,* [y] *& quo in ea dominum alium agnoscat,* [z] *re prorsus extincta, tamquam cessante causa, ratione cuius debebatur,* [a] *debet emphyteuta pensione liberari.*

m Sin autem.] 29 Si pars rei in emphyteusim concessa intereat sine culpa emphyteutæ, non fit remissio pensionis: quod verum est, etsi pereat vltra dimidiam, dum tota res non sit absorpta: quia puta, maxima agri portio chasmate parierit. Vnde consequitur, emphyteutam ad solidam teneri pensionem, quandiu superest res emphyteutica, nec tam eius fructũ quàm substantiam [b] *spectari. Nam etsi fuerit prouentus sterilis, non minuet pensionem: Bartolus tamen contra censuit, nempe, si pars rei emphyteuticæ tantum pereat, & ex reliqua parte emphyteuta non possit percipere id, quod æquet pensionem annuam, tunc remitti eam. Sed hæc sententia nullo iure confirmatur, generalibusque Zenonis* [c] *verbis repugnat. [Sin vero] (inquit) [particulare, vel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.] Hoc tamen ius non obtinet in colonis, qui fructuum nomine obligantur: hi enim tametsi rei substantiam integram habeant: tamen propter sterilitatem minus* [d] *pendunt. 30 Porro quemadmodum damnum, ita & emolumentum quodcunque rei emphyteuticæ accedens: spectabit ad emphyteutam,* [e] *nec ideo augebitur pensio:* [f] *nam nec contra, propter damnum particulare minuitur. Et idque locum habet, siue commodum illud latenter obuenerit,* [h] *veluti per alluuionem: siue a solo appareat separatum, vt insula in flumine* [i] *nata.*

d Bar. in l. alia. §. eleganter. sol. mat. per l. 137. non est singu. de reg. iu.
e in l. emphyteu ticariis. nu. 10. & multis seq. C. de iu. emph.
f cons. 146 nu. 7
g cons. 271. vol. 3. & vide in d. cē. 3. obser. 65.
h in d. l. vlt
i l. vlt. C. d' litig. §. alienationis. No. de oõ alie.
K l. 2. loc. l. si vir & vx.
l l. 1. si ag. vect.
m l. 1. §. si conuenial. depo
n l. peregre i pi. de acq. poss.
o in d. l. 1. C. de iur. emphy.
p l. ab emptore. de pac. l a testatore de condi. & demõ. l. cur- ctis. d euictio.
q l. g hæredi. & l. Mæuios. d co di. & dem.
r iuxta. l. Prætoris. §. 1. de edē.
s Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. vers. 142.
t l. pignus. C. de pig. act.
u l. vlt. §. vl. h. t.
x vt hic. & d. l. 1. in fi. C. de iure emph.
y hic. & h. l. §. 1. si ag. vectig.
z c. 2. de censib.
a l. gñaliter. C d epis. & cler ca. magnæ. in fi. d vot. & voti.
b Ias. & Sali. in d. l. 1. Panor. c. fi. de loca.
c io d. l. 1.
d l. licet: de loc.
o l. 25. si merc. §. 6. vis maior. locat.
f c. prohibemus de censib. & d. §. vis maior.
g l. 3. C. de fundis patrim. lib. 11.
h c. 1. §. pen. si de inuē. feu. con. or. gl. l. de quibus. de ll.
i §. insula sup. de rer. diuis.

Item

§. Item quæritur.

1 *Locatio non potest esse, vbi corpus ipsum non datur ab eo, cui id fieret.*
2 *Toties conductio est alicu.us rei, quoties materia in qua q.id præstatur, in eodem statu eiusdem manet.*

a Item quæritur, si cũ aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem: Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est, b quin locatio & conductio sit.

a *Item.] Aliam hypotesim refert Iustinianus, de qua dubitabatur, emptione an locatio contrahi videretur: vt si decem paciscar aurifici, vt suo aureo annulos mihi faciat. Sed definit tãtu n emptionem esse, non locationem. 1 Rationem* a *Pomponius reddit. [quoniam reuera nulla potest esse locatio, vbi corpus ipsum, seu materia non datur ab eo, cui id fieret, a sed a conductore et domino.] In quam sententiam* [b] *Iauolenus quoque respondit: Si conuenit mihi tecum, vt certum numerum regularum mihi dares certo precio: si quidem ex tuo fundo, emptionem esse. toties enim emptionem esse, quoties materia, in qua aliquid præstatur, & immutatur, & alienatur.*

b *Quin locatio.] Cum operas suas mihi locasse videatur, vel con iuxisse annulos faciendos 2 Toties enim conductio est alicuius rei, quoties materia in qua aliquid præstatur, in eodem statu eiusdem* [c] *manet.*

a l. Sabinus. 20. & l. conuenit. 65. de cõt. em.
b d. l. cõuenit. 65
c l. 2. ff. loca. & d. l. conuenit.

§. Conductor.

1 *In locatione seruari debeat expresse conuenta.*
2 *In locatione multa veniunt præstanda ex bono & æquo, de quib. expresse non est conuentum.*
3 *Idque exemplis declaratur.*
4 *Ex re locata nemo ante tempora expellendus. fallit tamen, vt num. 5.*
6 *In dubio contra locatorem & venditorem interpretatio facienda.*

a Conductor autem omnia secundum legem conductionis facere debet, & si quid in lege prætermissum fuerit, id b ex bono & æquo præstare.

a *Conductor.] Ex Paulo* [a] *hic locus descriptus est: 1 vnde discis, in locationis contractu primum seruanda esse ea, de quibus expresse inter contrahentes conuenit. Legẽ enim cõductionis seruari oportere, ab Imp.* [b] *quoque rescriptum est. 2 Deinde quia hic contractus est bonæ fidei,* [c] *multa veniunt præstanda ex bono & æquo, de quibus nominatim conuentum non est, nec fortassis cogitatum: 4 veluti, vt conductor suis impensis sarciat damnum rei, quod intulit:* [d] *contra vt rem locatam reficiat suo sumptu locator,* [e] *si nihil est, quod imputetur conductori. idque si locator facere detrectet, potest ipse conductor facere, & in deminutione m mercedis imputare, vel rem ipsam, qua commode vti non potest, relinquere, detracturus pensionem eius temporis, quo non fuerit* [f] *vsus. 44 Porro lex huius contractus continet, ne intra tempora quis expellatur: sed ex æquo & bono certæ causæ exceptæ intelliguntur, quibus eijci potest conductor.* [g] *5 vt quia proprijs vsibus eam necessariam esse locator probauerit, aut ruituram domum instaurare voluerit, aut si conductor male in re locata versetur.* [h] *Illud pro coronide addendum, si res dubia sit, contra locatorem & venditorem (qui legem maxime ex contractu facere videntur) ambigua & obscura interpretanda esse.* [i] *vt in stipulatione contra stipulatorem.* [k]

b *Ex æquo & bono.] Est enim hic contractus* [l] *bonæ fidei: ideoque multa, quæ nec dicta, nec forte cogitata sunt, ex æquo fieri debent.*

a l. si in lege. 24. §. cõduct. loca.
b l. legem. C. h. t.
c §. actionum. if. de actio.
d l. 43. si vulneraueris loca.
e l. ædiles. §. construat autem. vers. quicunq; autem mercede. de via pub.
f d. l. si merces. 25. si vicino. loca.
g l. 3 de loca.
h l. ęde quam. C. h. t. l. quæro. §. inter locatorẽ. eo.
i l. 39. veterib. de pact. l. Labeo scripsit 31. & l. 34. si in emptione. de contra. empt.
k l. 99. quicq; de verb. obl. l. 38. stipulatio ista. §. 18. eo. tit. & l. 26. ff. reb dub. l. 47. De act. & obl.
l § actionum. if. de actio.

§. Qui pro vsu.

1 *Conductor præstat dolum, latam, & leuem culpam.*
2 *Superlatiuus quandoque pro positiuo ponitur in legibus.*
3 *Quandoque etiam leuissimam culpam præstat conductor.*
4 *De casu fortuito conductor non tenetur.*
5 *Interdum casus etiam fortuitus præstatur.*

a Qui pro vsu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumẽti mercedem aut dedit aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualẽ b diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

Qui

a [Qui pro vsu.] Explicatur hoc §. ad quod conductor teneatur. 1 Praestat autem conductor in re conducta tantum dolum, latam, & leuem culpam: quia sicut venditio, pignus, emphyteusis, societas, ita & locatio vtriusque contrahentis gratia initur, cum autem vtriusque vtilitas vertitur in contractus, tunc dolum, latam & leuem culpam tantum praestandam, communiter traditum [a] est. Sed si contractus alterutrius duntaxat gratia fit (vt depositum, gratia deponentis) tunc solus dolus, [b] & latior culpa, qua fraude non caret, [c] praestatur. At cum eius duntaxat vertitur vtilitas, qui ex contractu conuenitur, tunc praeter dolum & culpam, talis etiam diligentia praestanda est, qualem diligentissimus quisque paterfamil. in rebus suis [d] adhibet. Exemplum est in commodatario: is enim ad custodiam rei commodatae exactissimam [e] tenetur. Nam licet [exactam] Iustinianus supra [f] dixerit, ita tamen post declarat, vt conflet exactissimam intellexisse: [Si modo] inquit, [alius diligentior, &c.]

b [Diligentissimus paterfamilias.] Cum Iustinianus culpam conductoris ad diligentissimi patrisfamil. diligentiam dirigat, ergo non solum dolum & culpam praestare tenetur, sed etiam leuissimam quamque cessationem. 2 Respondeo, superlatiuum, [diligentissimus,] hic pro diligenti interpretandum esse, id est, pro eo, qui nõ potest inter negligentes haberi, curatque res suas, vt bonus prudensque paterfam. solet: non pro eo, qui praecipuum gradum diligentiae obtinet. Neque vero raro accidit, vt in iure ciuili superlatiuus positiui significationem referat: sicut eleganter Alciatus [g] non vno in loco declarat. praedicta tamen obtinent, si de communi rerum vtendarum fruendarum conductione loquimur. 3 Secus si locata est opera in tractandis rebus, quae summam cautionem singularemque industriam desiderant, ne pereant: Veluti si quis conduxit transportandã columnam, vel dolia, vel tignum, & ea dum tolluntur, aut portantur, aut reponuntur, fracta sint: tunc culpa non aliter abesse intelligitur, nisi omnia facta sint, quae etiam diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. quoniam in his rebus, quae leuiter & facillime franguntur, leuissima etiam culpa praestari debet. [h] quae sententia crebrius obtinuit, [i] & ab Alciato [k] etiam confirmatur. 4 De casu autem fortuito conductor non tenetur. Hoc enim regulare est in omnibus contractibus, vt fortuitus casus non praestetur. [l] 5 Excipe tamen, nisi casum culpa eius, qui debuit custodire, notabiliter praecesserit: [m] aut conductor fuerit in mora: [n] vel ẽt nominatim se illi ex pacto subiecerit. nam his casibus non excusatur, si res inopinato periculo interijt.

a l. contractus. & ibi Dd. de reg. iu. & Ang. hic.
b l. si vt. commodati.
c l. quod Nerua. depos.
d l. in reb. cõmo.
e §. nẽ is cui. sup. qui. mo. re cõtra. oblig.
f d. §. item is cui. & d. l. in reb.
g l. 39. proxim. l. proxim. 155 l. illa verba. 161 & l. in vulgari 163. de verb. si.
h l. si merces. 25. § qui. colũnã. h. t. l. qui mercedem. ibi gl. & l. seq. eo. tit. l. 3. § sed si tota. nau. cau. sta. gl. & Bald. l. in iudicio. C. de loca.
i l. iuxta Porc. hinc.
k l. ab 6. mag. negligẽtia. de verbo. sig.
l si fundus. in fi. h. t. l. 1. §. si conuenitur. dpos.
m d. l. vt si certo. commod.
n l. si ex legati. d. verb. oblig.
o gl. vl. l. in iudicio. & ibi etiã Dd. C. de loc.

§. Mortuo.

1 Obligatio ex locato transit ad haeredem conductoris. fallit, vt num. 2.
3 Fructus locati ad conductoris haeredes pertinens.
4 Remanens in re locata post finitam conductionem, reconducere videtur.
5 Explicatus §. qui impleta l. item quaeritur. locat.

Mortuo conductore intra tempora conductionis, haeres *a* eius eodem iure in conductione succedit.

Haeres eius.] 1 Obligatio ergo ex locato existens, ad haeredem conductoris transmittitur, si intra quinquennium conductionis conductor decedat. [a] Nam cum in perpetuum locatio sit vectigalis agri vel emphyteutici, dubium non est, quin ad haeredem transeat obligatio: si modo pensio soluatur, vt supra [b] annotauimus. 2 Sed hoc non procedit in vsufructu locato: nam eo qui conduxit mortuo, saepius euenit, vt dicamus vsum fructum extingui [c] oportere. 3 tametsi in fructibus locatis aliud obseruatur. nam & hi ad conductoris haeredes [d] pertinent. Caeterum inuitos conductores seu haeredes eorum post tempora locationis finita non esse retinendos, Imp. Philippus rescripsit. 4 Si tamen post impletum conductionis tempus maneat conductor in re locata, patiente locatore, reconducere in annum videtur, etiamsi lustrum, aut longius tempus praescriptum sit locationi. idque in praedijs rusticis absque controuersia est. [e] De vrbanis autem praedijs durissima est Doctorum altercatio, quantum tempus tacitae conductionis censeri debeat. 5 Nam cum Vlpianus sic [f] respondisset: [In vrbanis autem praedijs alio iure vtimur, prout quisque habitauerit, ita obligetur: nisi in scriptis certum tempus conductionis comprehensum est.] Doctores haec verba [prout quisque habitauerit) [g] varie torquent. Veritas est, ea sic accipienda (prout quisque habitauerit) scilicet post primum conductionis tempus, vt in illud posterius teneatur. [h] Cum enim in vrbanis praedijs non vno tempore anni magis, quam alio percipiatur vsusfructus rei locatę: ideo videtur iustum, ut tacita reconductio, si inquilinus in pręedio post finitam conductionem maneat, non diutius obliget vtrunque contrahentem, quam conductor habitauerit post tempus primae conductionis. Prospectum enim in hoc est non solum conductori, vt is quando voluerit, soluta illius temporis pensione, migret: verum etiam ut dominus subinde praedium suum pro arbitrio alij possit locare. Caeterum quoniam ex praedijs rusticis singulis semper annis vno tempore omnes nati fructus percipi solent, ideo recte [i] Vlpianus voluit, vt tacitus consensus manentis conductoris obligaret eum ad annum integrum: vt integra essent omnia & locatori & conductori, ne quis detrimento afficeretur.

a l. viã. 10 C. eo.
b §. adeo. hoc ti.
c l. necessario. §. vlti. & peri. & com. rei vend.
d l. arborib. §. vsufructuarius de vsufruc. Ang. & Fab. hic.
e l. legem. C. h. t. l. item quaeritur. §. qui impleta. eo.
f d. §. qui ĩpleta.
g vide Bar. ibid.
h vide Old. d. §. q. impleta. sit interpretantẽ, Class. 4. act. 9.
i in d. §. qui impleta.

DE SOCIETATE. TIT. XXVI.

1 Societas alia publica, alia priuata.
2 Societatis priuatae descriptio.

Si plu-

3 *Si plures res communes habeant non animo contrahendæ societatis, non dicitur societas.*
4 *Malorum nulla est societas.*
5 *In societate requiritur, vt ad quæstum sit inita.*
6.7 *Societatis causa efficiens, eiusque effectus.*

Subiungitur] tertius contractus, qui solo consensu fit, nempe [societas.] 1 Societatis autem duplex consideratio est, altera [publica] altera [priuata. Publicam societatem] natura constituit inter omnes homines, quæ nihil aliud est, quàm naturalis omnium hominum cognatio, cuius Florentinus alibi [a] *meminit, eamq; grauiter Cicero in Officijs tractat. Et hac societate publica velut fonte, considerari debet, quomodo propter communicationem rerum introducti sint omnes contractus, omnia commercia, omnes actiones: quomodo item ad coercendos malos exerceantur accusationes & publica iudicia: totius denique Iuris sanctio non spectet alio, quàm ad conseruandam inter homines naturæ societatem. Sed de hoc aliqua supra diximus, & forte alias plura dicemus. [Priuata] vero est, quæ ciuili hominum autoritate in quandam contractus formulam producta est, imitatione publicæ societatis: quæ sic recte describitur, 2 [quod sit duorum pluriumue conuentio animo contrahendæ societatis honeste contracta, de fortunis suis operisue inter se communicandis, ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum.] Dixit primo, [duorum pluriumue,] quia contra naturam istius contractus est, quod vnus tantum societatem contrahat. Deinde adiunxi, [animo contrahendæ societatis:] 3 si enim res communes habemus non affectione societatis: vt si vna res duobus legata fuerit, aut si duobus hæreditas communiter obuenerit, vel a duobus etiam res simul empta sit, non contrahitur societas, neque competit actio pro socio, sed familiæ erciscundæ, item communi diuidundo* [b] *iudicium. Addidi etiam, [honeste contracta:] 4 quoniam malorum nulla est societas.* [c] *Itaque si duo conuenirent de communicando lucro ex causa prohibita, puta furto, vel simili maleficio, societas non* [d] *est. Præterea subiunxi, [de fortunis operisue, &c.] quia si neque pecuniam, neque operam in societatem contuleris, magis erit donatio.* [e] *Postremo annexum est, [ad vberiorem quæstum:] ad differentiam eorum, qui simul habitant in vna eademque habitatione. qui licet large, loquendo pro socijs haberi possint, re ipsa tamen veri socij non sunt: ideoque nec eis directa actio [pro socio] conceditur,* [f] *sed tantum vtilis. 5 Vides, quod causa efficiens societatis sit consensus contrahentium: quamprimum enim partibus placuit de societate ineunda, societas perfecta est,* [g] *licet in commune nihil dum sit collatum. 6 Effectus vero est parere obligationem, ex qua deinde nascitur actio post societatem finitam, quæ [pro socio]* [h] *dicitur. Est autem hic contractus non minus vtilis, quàm frequens, propter rationem commerciorum, præsertim inter Mercatores, qui quotidie societates contrahere solent: Quemadmodum & apud veteres* [i] *crebra est iudicij societatis mentio.*

a l. 3. de iust. & iu.
b l. 31. vt sit cũ l. seq. pro soc. & inf. de obli. q̃ ex qua. cont. nasc.
c l. 57. nec prætermittendum & l. 53. quod autem ex furto hoc tit.
d l. si a reo. de fideiu. cum sim.
e l. societates: in si. hoc tit.
f Spec. ti. de iud. §. generalia. ver. hoc etiã.
g l. 19. qui admittitur. hoc tit.
h eius explicatioñe vide inf. de act. §. rei persequendæ. n. 54.
i vt apud Cicer. in ora. p Quintio: & pro Roscio: itẽ in Verrinis.

Princip. tit.

1 *Societatem expresse & tacite contrahi.*
2 *Expressa societas quatuor modis fit.*
3 *Societas tacita quando coiri dicatur.*
4 *Quandiu contrahatur societas.*
5 *Si inter socios nihil conuentum sit, seruatur æqualitas lucri & damni.*
6 *De actione pro socio & quando detur.*
7 *κοινωνία, κοινοπραξία.*
8 *Socij in genere qui dicantur.*

Societatem coire solemus *a* aut totorum bonorum, quam Græci specialiter *κοινωνίαν* appellant: aut vnius alicuius *c* negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit: *d* æquales scilicet partes & in lucro & in damno *e* spectantur. Quod si *f* expressæ fuerint partes, hæ seruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

Aut totorum bonorum.] Quamuis hic tradatur, societatem bifariam contrahi, aut in omnibus bonis, aut in vna tantum negociatione: 1 tamen adaptando nos ad generaliorem iuris ciuilis diuisionem, dicimus coiri societatem aut expresse, aut tacite. [Expresse] contrahitur, quando duo pluresue deliberate & consulto de suarum rerum communione expressis verbis conueniunt. [a] *2 Et illa fit quatuor modis: Primo de omnibus bonis, in qua veniunt ipso iure omnes res corporales, quo ad dominium & possessionem: deinde hæreditates, & legata, & donationes causa mortis. Nomina tamen non veniunt ipso iure sed alter alteri cedit actionem.* [b] *Non tamen veniunt, quæ ex prohibitis causis, furto scil. vel maleficio acquisierunt. Delictorum enim turpis atque fœda communio est.* [c] *Secundo simpliciter sine mentione omnium bonorum: & tunc solum illa veniunt, quæ ex quæstu, id est, opera personali quæruntur, vt si quod lucrum ex emptione vel locatione de-*

a l. 4. societatem coire. ibi gl. l. vt fic. & l. nam cum tractatur. pro socio.
b l. 1. 2. & 3. pro socio.
c l. si fratres. §. vlti & l. seq. h. ti.

descendit. Hæreditates autem, legata, & donationes mortis causa non veniunt, quia illa non ex quæstu, sed ob meritũ aliquod, vel ex prospera fortuna obueniunt. [d] *Tertio si vnius alicuius negotiationis, vt vini, frumẽti, olei, & tunc solum veniunt quæsita ex illa negociatione.* [e] *Quarto denique contrahitur in vna tantum re, vt in equo emendo, aliaue re: et tum quoque vltra illam rem societas non extenditur.* [f] *3 [Tacite] vero coitur societas, veluti si duo fratres ætate maiores negociati fuerint, & contulerint quidpiam in commune, videtur tacitè contracta societas, in hoc scilicet negotio, in quo facta est communio: secus tamen esset, si ad communẽ hæreditatem paternam vocarentur* [g] *prout supra diximus. 4 Coitur etiam societas vsque ad certum tẽpus, vel vsque ad mortem alicuius ex socijs: pure, vel sub conditione:* [i] *in perpetuum autem nullo modo coiri potest. Est autem de natura istius contractus, quod seruetur id, de quo expressim partes conuenerunt: 5 sin autem nihil conuentum est, seruatur æqualitas lucri & damni, secundum proportionem geometricam.* [k] *Exẽplum: Si Titius & Seius contraherent societatem, & Titius conferret ducentos aureos, Seius vero centum; eo casu spectarent ad Titium duæ partes lucri & damni, ad Seium vero pars tertia. 6 Porro supra admonui, ex hoc societatis contractu dari actionem [pro socio,] quæ post finitam saltem societatem competit. Excepta vectigalium societate, in qua locum habet hæc actio etiam societate consistente: ideo quod propter varios contractus neutri expediat recedere a societate,* [l] *Agitur autem hac actione ad collationem rei lucri & damni faciendam, iuxta distinctionem supra traditam: vt si sit omnium bonorum societas; agatur ad collationẽ omnium bonorum: aliàs secus. Datur quoque hæc actio socio & hæredibus eius contra socium, eiusque hæredes: & directa est ab vtraque parte. verum hanc* [m] *alibi diffusius explicabimus.*

d l. 7. coiri. cum l. seq. h. t.
e vt in hoc prin.
f l. 5. hoc ipso ti.
g Bar. l. cum duo hoc tit.
h ad rub. hu⁹ ti.
i l. 1. h. t.
k in hoc pr. ver. 5. & quidem si nihil.
l l. 65. actione. §. 15. nõnunquã. pro socio.
m §. rei persequẽdæ. à nu. 45. vsque ad nu. 62. inf. de act.

b *κοινωνίαν.] 7 Id est, communionem, & indiuiduam rerum omnium societatem. Alij legunt, κοινοπραξίαν sed hæc proprie appellatur, quæ re ipsa magis contrahitur, quam consensu: vt magis videatur esse communio, quam societas.*

c *Negotiationis,] Vel etiam rei vnius,* [n] *vt prædictum est. Dicitur hæc etiam [Societas conuentionalis,] vt quæ conuentione partium existat, tractatu desuper habito. 8 Aliàs, & qui in communionem inciderunt, & generaliter qui quod communiter possident, [Socij] dicuntur. Ita communium prædiorum dominos Iurisconsulti* [o] *socios appellant.*

d *Aequales scilicet partes.] Si modo æqualia in societatem contulerint: neque enim hic aliter æquales partes sunt, quam iuxta proportionem.*

e *Spectantur.] Idem etiam in legatis,* [p] *& hæredum institutionibus,* [q] *quibus partes adscriptæ non sunt, obseruatur.*

f *Expresse.] Vel etiam alterius definitioni relictæ, qui eas expresserit.* [r]

n l. societates cõtrahuntur. pro socio.
o l. 19. & l. 34. de serui. rust.
p l. legata inutiliter. §. vl. de le. 1.
q l. quoties. §. hæredes. de hære. insti.
r l. 75. si coita. hoc tit.

§ De illa sanè.

1 *Societas valet, si partes lucri & damni diuersæ sint inter socios: & quæ sit ratio. nu. 5.*
2 *Non est contra naturam societatis dispar ratio damni & lucri.*
3 *Pecunia principales dicitur sors, vel caput.*
4 *Exemplo declaratur hic §.*
6 *Valet societas, vt alter nullam partem damni ferat, lucrum vero commune sit.*
7 *Societas coiri nequit, vt vnus tantum lucrum sentiat & de damno non teneatur: esset. n. Leonina societas.*
8 *Lucrum intelligitur, omni damno deducto.*

a De illa sane conuentione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit, *b* & ob id non esse ratam habendam. *c* Seruius Sulpitius (cuius sententia præualuit) contra sensit, quia sæpe quorundam ita preciosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti: Nam & ita coire posse societatem *d* non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, *e* & tamen lucrum inter eos commune sit: *f* quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mutij sententiam obtinuit: vt illud quoque constiterit, posse conuenire, vt quis *g* lucri partem ferat, de damno non tenetur. quod & ipsum Seruius conuenienter sibi fieri existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit: *h* compensatione facta, solum quod superest, intelligatur lucro esse.

a *De illa sane.] Totus hic locus ex Pauli* [a] *responso descriptus est. 1 ex quo discimus, societatem ita coiri posse, vt partes damni & lucri diuersæ inter socios sint, puta ut alter duas partes lucri habeat, tertiam damni: alter vero duas damni, & tertiam lucri. Qua autem ratione id receptum sit, mox subijciemus.*

b *Et ob id.] Recte quidem hoc sequebatur, si fuisset assumptio vera: quia non valet vlla conuentio ab initio contra substantiam, vel naturam ipsius contractus adiecta.* [b] *Sed parum constare assumptionem Mutij intellexit Seruius. 2 Reuera enim non est contra naturam societatis dispar ratio damni & lucri.*

a in l. Mutius. 30 hoc tit.
b l. cũ precario. de precar.

Seruius

c *Seruius Sulpitius.*] *In notis Q. Mutij, quarum etiam alibi* [c] *non semel fit mentio.*

d *Non dubitatur.*] *Sic enim Imp. Diocletianus & Maximianus etiam* [d] *rescripserunt. Huius etiam societatis exemplum Ciceronis oratio pro Q. Roscio suppeditat: vbi C. Fannius seruum suum Panorgum Q. Roscij communem fecerat ea lege, vt eum Roscius arte histrionica institueret, quaestusque inter eos communis esset.*

e *Et tamen lucrum.*] 3 *Non etiam ipsa pecunia principalis (quã [Sortẽ] vocant, aut caput,* [e] *[das haupt gelt oder die haupt sum]) ab altero collata: neque enim ea quoque communicatur, sed tantum [lucrum,] quod ex ea prouenit. Exemplo res fiet clarior.* 4 *Titius & Seius contulerunt in societatem 24. lucrum est 12. Titij (qui duas partes lucri ex conuentione ferre debet) capiet 20. nempe 12. pro capitis portione vel sorte, et 8. lucri nomine: Seius autem feret 16. puta 12. sortis seu capitis vice, & lucri tertiam partem, nempe 4. Et quod de lucro dictum est, idem etiam in damno, pari analogia vtrique imponendo,* [f] *seruandum est.*

f *Quia saepe.*] 5 *Hac est decidendi causa in nostra hypothesi: cui aequipollet, quod Vlpianus:* [g] *[Plerunque (inquit) tanta est industria socij, vt plus societati conferat, quàm pecunia: vt si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus.*

g *Lucri partem.*] 6 *Valet ergo societas sic coita, vt nullam partem damni alter socius sentiat, lucrum vero commune sit, scilicet si tanti sit opera, quanti damnum est. Vt autem alter omne lucrum sentiat, alter de toto damno teneatur, societas coiri non potest: atque ita Aristo refert Cassium respondisse, hancque [Leoninam] societatem appellasse. Nam leo (vt est in Apologo) communem ex venatu praedam sic diuidebat cum vulpe, vt sibi ferme totam retineret: vulpi vix minimam concedens partem.*

h *Compensatione.*] *Neque enim [lucrum] intelligitur in societate, nisi omni damno deducto: neque contra [damnum,] nisi omni lucro deducto.* [h] *sed lucrum vel damnum ex eo, quod compensatione facta superest, appellamus. Sic & in negocijs gestis,* [i] *si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum, compensatur lucrum cum damno.*

c d.l. Mutius. & l.vlt. C. de sen. pass.
d l.2.h.t.
e ita sortem appellat Liuius Dec.1.li.6. vbi de Licinij leg.
f Fab. hic.
g l. si nō fuerint 29. §.1. pro socio.
h d.l. Mutius. 30 l. si negocia à absentis. de neg. gest.

§. Illud expeditum.

1 *In societate pactum de lucro intelligitur etiam de damno, & contra.*
2 *Contrariorum eadem est disciplina.*
3 *Quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.*

Illud expeditum est, *a* si in vna causa pars fuerit expressa: veluti in solo lucro, vel in solo damno, in altera vero omissa: in eo quoque quod praetermissum est, eandem partem seruari.

a *Si in vna.*] *Obserua,* 1 *quod in societate pactum de lucro, intelligitur etiam de damno, & è contra. Quare si ea lege societas coitur, vt duae partes lucri ad alterutrum pertineant: tacite actum intelligitur de eisdẽ partibus damni. Nam aequum est, vt qui sentit lucrum, & damnum sentiat,* [a] *eadem ratione:* 2 *& contraria etiam non priuantia, sed aduersa tantum (qualia sunt damnum & lucrum) eadem disciplina contineri solent, & quo ad cognitionem, & quo ad iuris dispositionem, in suo cuiusque casu, si modo par vtrobique ratio subest: sicut in nostro* [b] *casu.* 3 *Huc etiam facit trita regula. [Quod operatur propositum in proposito, idẽ etiam operatur oppositum in opposito,* [c] *de qua* [d] *alibi tractatur.*

a l. verum. §. vlt. pro soci. & ll. seq.
b Fab. hic in fi.
c l. vlti. §. vlti. de le. 3. & l. cū pro pecunia. C. de solut.
d Vide Topi. Cãtiun. in loco à contrario.

§. Manet.

1 *Societatem quinque modis dissolui.*
2 *Renunciatione soluitur societas: eamque expresse & tacite fieri: & nu. 3.*
4 *Vt renunciatione soluatur societas, necesse est, certiorem factum esse alterum socium.*
5 *Societas totorum bonorum quid contineat.*

a Manet autem societas eo vsque, donec in eodem consensu perseuerauerint. At cum aliquis renũciauerit societati, soluitur societas. Sed plane si quis callide in hoc *b* renunciauerit societati, vt obueniens aliquod lucrum solus habeat: veluti si totorum bonorum socius, *c* cum ab aliquo haeres esset relictus, in hoc renunciauerit societati, ut haereditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifacias, *d* quod non captauerit, ad ipsum solum pertinet. Ei vero cui renunciatum est, quicquid omnino post renunciatam societatem acquiritur, soli conceditur.

a *Manet.*] *Hactenus, quomodo societas coiri soleat, dictum est: nunc quibus modis finiatur, subijcit.* 1 *Referuntur autem quinque modi, quibus id contingit: puta renunciatione, morte, finita negociatione, publicatione, & cessione bonorum.* 2 *Soluitur ergo primum societas [renunciatione] siue [voluntate sociorum,] de qua hoc loci agitur. Fit autem ea bifariam, scilicet expressim, & tacite. Expressim fit, quando renunciant socij nominatim contractui, bona fide tamen. Nam si vnus sociorum callide renunciauerit, vt obueniens lucrum*

quod

quod ipse fortassis sciat, cum alij ignorent, habeat solus: is nihilominus communicare tenetur. Praeterea omnes socios renunciare oportet: alioqui vnus dissentiendo, socios suos a se quidem liberare, se autem ab illis non potest. Ideoque si quid lucri postea factum fuerit, eius partem non feret: at si dispendium fecerint, & damnum, aeque praestabit. [a] *quippe quod renunciatio eius temeraria est, & intempestiua. 3 Tacite autem fieri censetur, cum separatim socij agere,* [b] *hoc est, vnusquisque eorum sibi negotiari coeperit.*

b *Renunciauerit societati, vt.*] *Expresse, vel tacite, vt iam dictum est. 4 Oportet autem certionem factum esse alterum socium: quia si [ignoranti renunciata sit (inquit Paulus* [c]*) quoad sciuerit, quod is acquisiuit, qui renunciauit, in commune redigi debet: detrimentum autem solius eius esse, qui renunciauerit: & quod absens acquisierit, ad eum solum pertinere, detrimentum ab eo factum commune esse.] Quod si procuratori absentis fuerit renunciatum, non oberit absenti renunciatio, priusquam eam procuratori suo factam habuerit* [d] *ratam.*

c *Cum ab aliquo haeres.*] *Nam vniuersorum bonorum societas adeo late patet, vt etiam haereditates, & legata, & quaecunque ex prospera fortuna obuenientia, communioni acquirantur, vt &* [e] *supra ad principiũ huius tituli diximus. quod verum est, si expressim de omnium bonorum societate conuenerit. alioqui societates simpliciter coitae complectuntur solum ea, quae ex opera, & sociorum industria acquisita* [f] *sunt.*

d *Non captauerit.*] *Sicque accipiendum est, quod* [g] *Paulus dixit: si quid post renunciationem acquisierit, non erit communicandum: quia nec dolus est admissus in eo.*

a l. actiones. 65. §. item qui societatem. h. t.
b l. ita quoq;. 64. hoc tit.
c l. sed & socius. §. 1. hoc tit.
d l. actione. 65. §. item scriptum d. tit.
e nuo. 2.
f sicque non obstat l. nec adiecit. hoc tit.
g d. l. actione. § dicimus.

§. Soluitur adhuc.

1 *Societas morte alterius ex socijs finitur.*
2 *An pacto societas ad haeredem transire possit.*
3 *Societas perimitur finito negocio.*
4 *Item publicatione bonorum.*
5 *Fiscus est haeres eius, cuius bona publicantur.*
6.7 *Item cessione bonorum: & ea ad quid fiat.*
8.9 *Item interitu rerum, & actione.*

Soluitur adhuc societas *a* etiam morte socij: quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. sed etsi consensu plurium societas contracta sit: morte vnius socij soluitur, *b* etsi plures supersint: nisi in coeunda societate *c* aliter conuenerit. *d* Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est: finitur societas. *e* Publicatione quoque distrahi societatem, manifestum est: scilicet si vniuersa bona socij publicantur. nam cum in eius locum alius succedat, pro mortuo habetur. *f* Item si quis ex socijs mole debiti praegrauatus, bonis suis cesserit, & ideo propter publica aut priuata debita substantia eius vaeneat, soluitur societas. sed hoc casu, *g* si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas.

a *Etiam morte.*] 1 *Secundo finitur contracta societas, si alter ex socijs moriatur: idque non solum de naturali morte intelligendum est, verumetiam de ciuili, vt quia socius maximam aut mediam capitis deminutionem passus* [a] *sit. 2 Morte autem ita dissoluitur societas, vt nec pacto quidem ad haeredem transire possit:* [b] *nisi si quid ignorata morte socij sequatur: vel societas vectigalium haeredi nominatim adscripta sit.* [c] *Certam enim personam eligit, qui contrahit societatem: & non raro accidit, vt haeres tam idoneus non sit ad societatem, atque defunctus socius.*

b *Etsi plures.*] *Neque enim, vt de societate, quae corpus aliquod vniuersum constituit, & in vno reliquo persistere posse* [d] *videtur: ita de hoc genere societatis, quod consensu in certas personas electas collato constat, iudicandum* [e] *est.*

c *Aliter.*] *Nempe, vt si plures supersint, inter hos, submotis mortui socij haeredibus, societas firma* [f] *maneat. Nam & defunctorum sociorum haeredes possunt in ea haereditate noua consensu societatem velut prorogare, & omnia, quae ipsis obuenerunt, in pro socio actione deducere.*

d *Item si.*] 3 *Tertio perimitur societas, si finitum sit negotium, propter quod societas contracta* [g] *est.*

e *Publicatione.*] 4 *Quarto publicatione dissoluitur societas: scilicet, si vniuersa bona socij publicentur propter delicta. Nam cum in eius locum (quantum ad bona attinet) alius, puta Fiscus, succedit: pro mortuo habetur. 5 Est enim Fiscus verus successor eius, cuius bona publicantur, adeo vt etiam tanquam haeres tenetur creditoribus* [i] *haereditarijs.*

f *Item si quis.*] 6 *Quinto finitur ius societatis, si alter ex socijs grandi aere alieno pressus, bonis cesserit:* [k] *nec refert, an id ob publica, siue ob priuata fiat.*

g *Si adhuc.*] *Scilicet post factam cessionem. 7 Fit autem cessio bonorum ad hoc, vt quis liberetur a carcere, non autem a creditoribus: habet tamen cedens in post quaesitis beneficium, ne conueniatur, nisi in quantum facere* [l] *potest. Porro praedictis quinque modis dissoluendae societatis adde, 8 societatem quoque distrahi, rebus, quae in societate sunt, omnino peremptis. Sicut enim sine personis nulla est societas: ita nec sine reb. exer-*

a l. reum. §. societas. ꝑ socio.
b l. nemo. 35. h. t.
c l. adeo 59 l. verum 63. § i haeredem. h. t.
d l. sicut. § fi. quod cuiusque vniu. nom.
e Fab. hic.
f gl. hic bene declar.
g l. actione 65. §. item si alicui. hoc tit.
h ead. l. actione. § publicatione. & l. 1. in princ. de bon. dam.
i l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. si vt ꝓponis. C. de bo. proscri.
k d. l. actione. §. 1.
l vide quę dicã inf. de actio. §. fi.
m iuxta. l. 2. ꝯ no.

ceri

ceri potest. [m] *9 Porro actione quoque soluitur societas, hoc est, aut stipulatione, aut iudicio. Quod sic intellige, Per stipulationem interrogando & respondendo contractus societatis transfunditur in nouam obligationem, & conuentionis formulam, priori peremptae: vel si alius socius delegatur,* [n] *Per iudicium, si actio [pro socio] ideo intendatur, vt societas distrahatur, nam tunc hoc ipso, quod agitur ad communicanda omnia, videtur renunciari coitae* [o] *societati.*

n l. delegare. e. ti.
o atq; hic est sensus d. l. actione § pr. pro socio.

§ Socius socio.

1 *Societas praestat dolum, & culpam etiam leuem.*
2 *Socius etiam de furto tenetur.*
3 *Leuissimam culpam socius non praestat.*

Socius socio vtrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is qui deponi apud se passus est: an etiam culpae, id est, desidiae atque negligentiae nomine, quaesitum est: a praeualuit tamen, etiam culpae nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se queri, sibique hoc imputare debet.

a Praeual.] *Ex Vlpiano* [a] *& Caio* [b] *hic locus transcriptus est: 1 ex quo annotandum, quid praestet socius socio. Tenetur autem praestare non tantum dolum, sed etiam culpam, & quidem leuem. In huiusmodi enim contractu omnium cōtrahentium vertitur vtilitas: quo casu etiam leuem praestari culpam,* [c] *vulgo obtinuit. 2 Proindeque socius de furto quoq; tenebitur, nam custodiam praestare debet:* [d] *quia praesumitur culpa ipsius factum esse, qui rem tam negligenter habuit, vt furto surripi posset.* [e] *Ad culpae tamen purgationem, si hoc a iudice petieris, socius admitti* [f] *debet. Modum autem probandi, culpam abfuisse, Baldus alibi* [g] *ponit. 3 Leuissimam verò culpam socius ad instar depositarij, non praestat: quod hic textus satis docet.* [h] *In qua tamen re videndum est, an socius post contractam societatem negligentior euaserit in rebus proprijs, an verò diligentior: vt hoc casu praesentem diligentiam, illo vero priorem in re communi praestare, debeat quam sis diuersum sit in depositario: quoniam in re deposita praesens cuiusque temporis diligentia* [i] *sufficit. Ratio autem est, quia hic vtriusque gratia negotium contractum est, quo fit, vt bona fides maiorem in socio curam desideret.*

a l. cum duob. 52 § venit. p soc.
b l. socius socio. 72. eo. tit.
c l. cōtractus. ibi Dd. de reg. iu. l. si vt certo. § nunc videndū. commod.
d l. cum duob. § damna. Dec. d. l. contractus.
e Bar. ī d. § dāna.
f Bald. l. si creditor. in fi. C. de pig. act.
g in d. § damna.
h & habetur ī d. l. socius socio. 72.
i glo. hic. verbo, solet. gl. in d. l. cum duob. § venit. quā Fab. & Ang. ad hoc commendant.

DE MANDATO TIT. XXVII.

1 *Verbum mandare.*
2 *Mandata alia publica, alia priuata.*
3 *Mandatarius dicitur procurator.*
4 *Mandati descriptio.*
5 *Mandatum rei inhonestae non obligat.*
6 *Mandatum gratuitum esse debet.*
7 *Qui praesens patitur sua negotia geri, mandare censetur.*
8 *Mandati causa efficiens, & effectus.*
9 *Locus ex Cicerone de mandati contractu.*

Sequitur] *quartus contractus, qui solo consensu initur, nempe [Mandatum 1 Mandare] autem a manu dando compositum est: quod in mandatis dandis accipiendisque manus sibi inuicem dare mos erat,* [a] *quem iam in mutuis promissionibus vulgo videmus obseruari: Sunt autem pleraq; verba simili modo ab vsu porrigendae manus producta. Itaque [mandare] generaliter significat, alicui personae gerendum aliquid exequendumque committere:* [b] *quod quidem alias fit publice, alias priuatim. 2 [Publica mandata] dicuntur propriè praecepta magistratuum, quae sunt necessitatis: sicque Iustinianus quandoque* [c] *accepit. [Priuata] vero vulgo vocantur [Commissiones:] quae vt late patent, ita etiam multa comprehendere, eleganter Old.* [d] *ostendit. Mandare autem solemus ei, cui negocium aliquod in iudicio, vel extra iudicium nostro nomine conficiendum amice & bona fide commendamus. Nam & commendare a mando, fit: atque ita hoc loco accipiendum est. 3 Vnde [mandatarius] dicitur procurator, a pro, & curo: non enim otiosum est istud (Pro) sed diligentiam quandam, & prudens amici officium significat. 4 Potest ergo [Mandatum,] quo de hic agitur sic rectè describi: quòd sit contractus, [quo quis officium honestum, & lege permissum gratuito tacite vel expresse exequendum suscepit.] Dixi primo, [officium:] quia hic contractus est beneuolentiae, quam reddit amicus amico: nam originem ex officio atque amicitia trahit.* [e] *5 Addidi, [honestum:] quoniam in rebus inhonestis & turpibus non est mandatum* [f] *obligatorium. Subiunxi, & [lege permissum:] quia vtcunque mandatum sit honestum, tamen si sit contra leges, non valet. Veluti si quis mandaret filiofamilias dari pecuniam mutuo, inutile esset mandatum: repugnat enim senatusconsultum Macedonianum.* [g] *6 Adieci, [gratuito:] quia si merces interuenit*

a Old. Clas. 4. act. 24. mox ab initio.
b ita verbis Quintiliani. refert Valla li. 5. Ele.
c in tit. C. & Nouel. de mand. prin.
d in loco sup. citato, & in suo Lexico iuris.
e l. 1. mandati.
f § illud quoq; inf. hoc tit.
g l. 1. ad S. C. Mac.

teruenit, mandatum non est,[h] sed locatio operarum. Ratio autem, quare gratuitum esse debeat, hæc est: quia huic contractui potissimum locus est inter amicos: violat autem ius amicitiæ, qui pro officio mercedem accipit. Aliud est, si pro officio remunerandi causa quippiam à mandatore acceperit, cui alioqui fuisset gratificaturus.[i] nam hoc non impedit mandati actionem. Adposui, [tacitè vel expresse.] 7 Neque enim expressim tantum fit hic contractus, sed etsi me præsente patior quem gerere mea negotia, mandare videor. Postremo attexui, [exequendum suscepit:] quia si quis negotium in alicuius absentia sua sponte sine mandato suscepto gereret, mandatum non esset, sed quasi contractus, neque competeret mandati iudicium, sed negociorum gestorum actio. 8 Causa efficiens istius contractus est consensus: effectus verò, si mandatum a mandatario est susceptum, quod pariat obligationem. ex qua deinde duæ proficiscuntur actiones, [Actio mandati directa, & contraria,] quas suo loco [K] enarrabimus. Non possum autem hic non adscribere elegantissimum locum Ciceronis pro Sex. Roscio, in quo mandati contractum quam grauiter depinxit. 9 [In priuatis (inquit) rebus si quis rem mandatam non modo maliciosius gessisset sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius: eum Maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium non minus turpe, quàm furti: credo propterea, quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his opera nostræ vicariæ fides amicorum supponatur. quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, & (quantum in ipso est) disturbat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere, alius in alia est re magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutui officij gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum cõmodũ conuersurus es? Cur mihi te offers, & meis commodis officio simulato officis, & obstas. Recede de medio, per alium transigam. Suscipis enim onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minimè videtur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas violat, amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quisquam ferè, nisi amico: neque credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiã dissoluere, & fallere eum, quæ læsus non esset, nisi credidisset. [Hæc Cicero, cuius verba referre volui, quia grauissime huius contractus totam vim explicant.

K in §. rei persequendæ. inf. de actio. n. 46. & aliquot seq.

Princip. tit.

1 *Mandatum quinque modis contrahi.*
2 *Mandatum expresse & tacite contrahitur.*
3 *Mandator & mandatarius qui dicantur.*

a Mandatum *b* contrahitur quinq; modis: siue sua tantum gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantum, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantum gratia tibi mandatũ sit, superuacuum est mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati *c* inter vos actio nascitur.

a Mandatum.] 1 Vt huius solennis contractus vim & potestatem rectè intelligerent tyrones, mox ab initio declarat Imperator, quinque modis mandatum contrahi, & postea cuiusque modi exempla subiungit. Est autem totus hoc principium ex Caij [a] responso huc translatum: cuius verba si conferantur, non parũ lucis adferent.

b Contrahitur.] 2 Consensu [b] scilicet vel expressõ, vel etiam tacito. Si enim passus sum, aliquem pro me interuenire, Mandati teneor, [c] quia videor mandasse. [d]

c Inter vos.] Mandantem scilicet, & mandatarium. 3 Mandans siue mandator is dicitur, qui aliquid mandat alicui, vt sibi vel alij aliquid faciat, Mandatarius verò est, qui mandatum suscipit adimplendum.

a l. 2. h. t.
b l. 1. eod.
c l. si remunerandi. 6. §. si passus. eod.
d l. 61. semper qui non prohibet. de reg. iur.

§. Mandantis.

1. 2. 3 *Exempla, vbi tua & mandantis gratia mandatum fit.*
4 *Exemplum, vbi tua & aliena gratia fit.*

a Mandantis tantum gratia interuenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, vt negotia eius *b* gereres, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo sponderes. Tua gratia & mandantis: *c* veluti si mandet tibi vt pecuniam sub vsuris crederis ei, qui in rem ipsius mutuaretur: *d* aut si volẽte te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: *e* vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id quod tibi debuerat. Aliena tantum causa interuenit mandatum: veluti si tibi aliquis mandet, vt Titij negocia gereres, vel vt Titio fundum emeres, vel vt pro Titio sponderes Sua & aliena; veluti si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel vt sibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio sponderes. *f* Tua & aliena: veluti si tibi mandet, vt Titio sub vsuris credere: quia si sine vsuris crederes pecuniam, aliena tantum gratia intercedit mandatum.

a l.2.h.t. a *Mandantis.] Exemplis post Caium [a] illustrat diuisionem mandati, quæ nihil habent negotij.*

b *Gereres.] Quo casu non ob id teneberis, quòd negotia vel perperam gesseris, vel prorsus non administraris: sed ideo quod mandatum susceperis.* [b]

b l.si remunerandi.6.§.1.h.t.

c *Veluti si] 1 Ergo tua gratia & mandantis mandatum esse dicetur, si Sempronius tibi mandet, vt stipulatione interposita pecuniam tuam sub vsuris Titio credas, mutuò accipienti in ipsius Sempronij mandantis rem & vtilitatem. Neq; enim hoc casu potest negari, quin vertatur in hoc vtilitas tua, quòd vsuræ tibi obueniunt tanquam ex mora, loco eius, quod tua interfuerit, moram non esse commissam,* [c] *quin potius tanquam merum lucrum, cum ex stipulatu potius debeantur.* [d]

c l.cum quidam. §. si pupillo in fi.de vsur.

d Porc.hic.

d *Aut si volente.] 2 Exempli gratia: Debeo tibi centum ex empto, & constituo tibi fideiussorem Sempronium: tu instituis actionem aduersus ipsum, quia fortasse times, me non esse soluendo: Sempronius mandat tibi, vt suo periculo me conuenias, id est, vt à se petas, quod a me consequi non possis actione contra me intentata, tu consequeris ex me centum aureos. Vides hic contrahi mandatum, primò mandantis causa: nam post quam ego reus tibi satisfeci, Sempronius fideiussor quoq; liberatur. Deinde mandatarij causa, qui ex mandato debitum suum consequitur.* [e]

e l. si mãdauero 22. §. interdũ. h.t.

e *Vel vt ipsius] 3 Veluti Caius debet Seio centum, & vult alium delegare, qui pro eo promittat, ita vt fiat nouatio. Seius autem creditor recusat: ideoq; Caius principalis debitor mandat Seio creditori suscipere promissionem a delegato, suo periculo: nempe vt id, quod a delegato consequi nequeat, a Caio petat. Hoc mandatum fit vtiq; gratia mandantis & mandatarij.*

f *Tua & aliena.] 4 Titius pecunia indiget: mandò tibi, vt ei sub vsuris credas: hic enim & tibi res proderit propter vsuras, & Titio, cuius necessitati succursum erit: mandatum ergo & tua & aliena, nempe Tua gratia intercedit.*

§. Tua tantum.

1 *Si mandatarij tantum gratia mandetur, consilium potius est, quàm mandatum.*
2 *In contractibus ex consilio quis non obligatur: fallit, vt nu.3.4.5*
6 *Ociosa pecunia quæ dicatur: quæ item Occupata.*

a Tua tantum gratia interuenit mandatum: veluti si tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quàm fœneres. Vel ex diuerso, vt pecunias tuas fœneres potius, quàm in emtiones prędiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis consilium, quàm mandatum est, & ob id non est obligatorium: quia nemo *b* ex consilio mandati obligatur, *c* etiam si non expediat ei, cui mandabatur: cum liberum cuiq; sit, apud se explorare, an sibi expediat consilium. Itaq; *d* si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emisse, vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita sunt, vt quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam *e* Titio fœnerares, sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse *f* in hoc casu mandatum: quia non aliter Titio credidisses, quàm si tibi mandatum esset.

a *Tua tantum.] 1 Additur hic sextus modus contrahendi mandati, nempe si mandatarij tantum gratia mandetur. Et hoc magis consilium esse, quàm mandatum, ac ferè ex eo nec obligationem, nec mandati actionem inter mandantem, ac talem mandatarium nasci, hoc §.* [a] *ostenditur.*

a l. 2.§.vlt.h.t.& l. consilij. de reg.iur.

b *Ex consilio.] 2 Pro regula traditur, [in contractibus ex consilio neminem obligari:] vt si mandem tibi indefinitè, vt pecunias des fęnori. 3 Quod non habet locum, si certam personam adieceris: quoniam ea specie mandans indistinctè tenetur, siue mandatarius alias fuisset crediturus,* [b] *siue non: idq; crebrius obtinuit. Faber tamen non aliter huiusmodi mandatum, vel consilium potius esse obligatorium censet, nisi quando aliàs crediturus non fuerat, si mandatum non esset: tunc enim desinit habere naturam meri consilij, quæ assertio textui nostro videtur amicior, quàm & Cantiuncula hic tenet. 4 Deinde cessat regula, si consilium tuum fuerit tanti ponderis apud mandatarium, quod non fuisset facturus, nisi tu mandasses. 5 Denique non obtinet, si consilium fuerit fraudulentum: vt quia consulens sciebat quem breui cessurum bonis, & mandauit tibi, vt illi crederes pecuniam, hoc casu tenebitur actione de dolo.* [c] *Quemadmodum & si quis dolo consuluerit mihi repudiare hæreditatem, quasi minus soluendo esset.*

b l.si remunerandi. 6. §. planè. mandati.

c l. quòd si cum scires.de dolo. Dec.l.consilij. de reg.iur.

c *Etiamsi non expediat ei cui] Sępe enim etiam benè consulta vel casus aliquis repentinus immutat, vel culpa eius, qui ea susceperit facienda, peruertit.* [d]

d l.si quis affirmauerit. §.1. de dolo.

d *Ociosam pecuniam.] 6 Ociosam pecuniam appellant iureconsulti, quæ in arca sterilis iacet, nullum suo domino fructum afferens: Eiq; respondet Occupata. Nam occupare pecuniam alicui, est fænori apud aliquem collocare, & quasi exercere, ne ocio & inertia languescat.*

e *Titio fęnerares] Et sic persona certa.*

f *In hoc casu.] Quando scilicet certa persona designatur.*

§. Illud

§. Illud quoq;.

1 *Rei turpis nullum mandatum est: nec inde actio nascitur.*

Illud *a* quoq; mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est: veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen vllam habes aduersus Titium actionem.

a Generaliter] pacta contra leges, senatusconsulta, & bonos mores non valent. [a] *id quod de stipulatione suo loco* [b] *declaratum est,* 1 *Sic ergo & mandatum turpe, aut contra bonos mores, aut ad publicam læsionē spectans, non est obligatorium: & per consequens nec mandati actionem parit.* [c] *Unde Paulus:* [d] *[Si ædem (inquit) sacram spoliandam, hominem vulnerandum, vel occidendum mandato suscipiat, nihil mandati iudicio consequi potest, propter turpitudinem mandati.] Sane alij ex mandato turpi vel consilio alia actio in me competere potest:* [e] *sed mandatario mandati actio negatur.* [f]

a l. 3. de ne. gest.
b §. quod turpi ex caus. sup. de inuti. stip.
c l. si remuneran di. 6. §. rei turpis. h. t.
d l. si mādauero tibi. §. qui ædem. h. t.
e l. damni. de da. infec. l. in furti de fur.
f hic.

§. Is qui exequitur.

1 *Fines mandati diligenter custodiendi.*
2 *Mandatarius quatenus fines excedit, non habet mandati actionem contrariam.*
3 *Mandatarius quatenus excedit mandatum, an neg. gest. actionem habeat.*
4 *Quando mandatarius non excedat mandatum.*
5 *Mandata iurisdictione, omnia mandata censentur, sine quibus expediri nequit.*
6 *Venditio minoris facta quàm mandatum sit, non valet.*
7 *Mandati actio directa: Item contraria.*
8 *In hac materia multa arbitrio boni viri relinquenda esse.*

a Is qui exequitur mandatum, *b* non debet excedere fines mandati. vt ecce, si quis vsque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio sponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem. adeo quidem, vt Sabino & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed *c* diuersæ scholæ autores rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant. quæ sententia sanè benignior est. *d* Quod si minoris emeris, habebis scilicet cum eo *e* mandati actionem: quoniam qui mandat, vt sibi cen tum aureos fundus emeretur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur.

a Is qui exequitur] Naturam contractus mandati latius explicat Imp. hoc loco: ex quo duo axiomata reponenda sunt. 1 *Primum est, [fines mandati diligenter esse custodiendos, a nec ab eis discedendum.] Quod procedit, quando mandatum habet specificam & determinatam formam:* [b] *aliud seruatur si non fuerit, forma rei gerendæ præscripta, sed fidei mandatarij negotium commissum. vt quia mando tibi, rem aliquam mihi emere, nec tamen ex primo precium: valet emptio, pro quocunque etiam precio, saltem iusto, res empta sit.* [c] *Id enim actum esse intelligitur, vt iusto precio, arbitratu scilicet boni viri, emeres.* 2 *Secundus axioma est, quòd [Mandatarius quatenus excedit mandatum, non habeat mandati actionem contrariam.] Nam qui excessit mandatum, aliud quid facere* [d] *videtur.* 3 *Disceptant autem interpretes, an saltem eo casu [negotiorum gestorum] actio mandatario competat, quasi negotium meum absque mandato vtiliter mei compellatione gesserit? Et constat, si me specialiter prohibente emas, nec directam, nec vtilem negociorum gestorum contrariam actionem tibi competere, quamuis rem benè gesseris: quod Iustinianus vna ex quinquaginta decisionibus secundum Pomponium, & Iulium Paulum* [e] *definiuit. Si specialiter non prohibuerim, & vtiliter negotium meum a te gestum constiterit, verius est, negotiorum gestorum actionem tibi competere: neq; opus est, vt ratum habeā negotium, si modo meum sit.* [f] *Quid enim, si in ducentos aureos fideiusseris, ne bona mea a creditoribus distraherentur in actione? Si verò meum non fuerit negotium, vel malè gestum est, ratihabitione tibi opus erit, vt mecum agas.* [g]

b Non debet.] 4 Non excedit autem, qui id agit, quod mandato cohæret, eoq; videtur comprehensum, cū non posset alioqui mandatum commodè impleri; vt si mandarim Titio, rem mobilem vendicare, vel legatum petere: poterit petere ipsum rem, vel testamenti tabulas exhiberi. [h] 5 *Quemadmodum & mandata iurisdictione, omnia mandata videntur, sine quibus non potest exerceri* [i] *iurisdictio.*

c Diuersæ scholæ authores.] Nerua scilicet, & Proculus.

d Quod si minoris.] Illum etiam ipsum fundum, qui mandato continetur, nam si alium etiam fortè meliorem, æquè minoris emeris, nullo modo videris implesse [k] *mandatum, & per consequens nec actionem habebis aduersus mandantem.* 6 *Quod autem de rei emendæ mandato diximus, id etiam locum habet, si quis contrà rem tuam vendiderit minoris, quàm ei mandaras, non enim videbitur alienata, sed eam vendicare rursus poteris. neque obstabit tibi rei venditæ exceptio, nisi & reliquum, quod mandato tuo deest,*

a l. diligenter. §. h. t.
b ita text. hic intelligi debet.
c l. præterea. e. t.
d d. l. diligēter. 6.
e l. vlt. C. de ne. gest. l. si pro te. ff. mandati.
f l. Pompon. de neg. gest.
g d. l. Pōponius.
h l. ad rem mobilem. & l. ad legatū. de proc.
i l. 2. de iurisd. om. iud. ibiq; late Dd. hoc axioma tractans.
k d. l. diligenter. §. 1.

l d.l. diligenter. & l. 1 §. Cels. ait. de excep.

a mandatario, vel emptore praestetur, & indemnis per omnia [l] *serueris.*

c Mandati actionem.] Contrariam scilicet. 7 Sicut enim [directa mandati] actio mandanti datur, ad petendam rem ex mandato suo emptam, vnà cum fructibus: vel si mandatum semel susceptum non est impletum, ad id quod mandantis interest, negocia sua gesta non esse: Sic ex diuerso, mandatarius actionem [mandati contrarium] habet, aduersus mandantem, postquam mandatum impleuit, ad consequendum id, quod mandantis nomine necessariò & vtiliter impendit. Vtriusque actionis naturam & vim, alibi [m] *latius declarabimus. 8 Porrò hac in materia mandatorum multa sunt relinquenda arbitrio boni viri, qui omnes rei, de qua quaeretur, circumstantias conferet. ab ijs enim potiss. videtur pendere definitio huius rei: quemadmodum etiam A.* [n] *Gellius sentire videtur: qui exactè hunc articulum discutit, variasque Philosophorum sententias recenset.*

m §. rei persequẽdæ. inf. de act. a numero. 46. vsq; ad nu. 53.
n Gelli. li. 1. noc. Att. cap. 13.

§. Rectè quoq;.

1. 3 *Mandatum extinguitur reuocatione, modò res sit adhuc integra: & nu. 4. 5.*
2 *Quando res dicatur esse integra.*
6 *Mandatum soluitur morte mandantis & mandatarii.*
7 *Quibus casibus mandatum morte mandantis non perimatur.*
8. 9 *Dispensator seruus, quis dicatur.*

Rectè quoque mandatum contractum, si dum adhuc integra res sit, *a* reuocatum fuerit, euanescit. Item si adhuc integro mandato, *b* mors alterutrius interueniat: id est, vel eius qui mandauerit, vel illius qui mandatum susceperit: soluitur mandatum. Sed vtilitatis causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decessisse, executus fueris mandatum: *c* posse te agere mandati actione: alioqui iusta & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. *d* Et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispẽsatore Titij, per ignorantiam liberto soluerint, liberari eos: cum alioqui stricta iuris ratione non possent liberari: quia alij soluissent, quàm cui soluere debuerint.

a l. 8. si procuratorem. §. mandati. ff. h. t.
b l. 4. more. cum l. seq. vbi Bart. & Dd. de iur.
c l. 30. vbi cœptũ. de iud.
d l. 16. ante litẽ. l. post litem de proc. l. nulla. C. eod.

a Reuocatum fuerit.] Duo hic modi explicantur, quibus mandatum finiri solet. 1 Extinguitur enim primò reuocatione, si res adhuc integra sit. 2 id quod tunc sic habere intelligitur, si nondum cœperit interesse eius, qui mandatum suscepit, perfici quod mandatum [a] *est. Hoc tamen in articulo, ne impingas, distinguendi sunt tres casus. 3 Aut enim est mandata iurisdictio: & tunc res integra censetur, quando is, cui mandata est iurisdictio, citationem in ea causa non decreuerit.* [b] *Caeterum ea iam emissa, res integra esse cessat: ideoq; nec poterit in eius fraudem reuocari, sed omninò vbi ceptum est iudicium, ibi debebit finiri:* [c] *4 Aut mandata est procuratori lis exercenda, constitutus est procurator ad iudicia: & eo casu desinit res esse integra per litis constitutionem, si de actoris procuratore loquimur.* [d] *nam in rei procuratore satisdationem attendimus.* [e] *5 Aut denique mandatum fuit datum procuratori ad negotia, fuit alicui mandatum gerendum negotiũ: & res dicitur non amplius integra, cum mandatarius cœpit illud negotium gerere, vel si necessarias impensas ad id negotiũ fecerit: vt si susceperis mandatum aedificandi domum, & iam lapides, vel ligna comparaueris.* [f] *Sanè hac specie mandatori permittendum non est, mandatum reuocare, nisi paratus sit restituere, quod mandatarii interest.*

e las. hic ad Por. Bal. in l. mandatum. colu. 5. C. mand.
f l. 1. § cœpisse. de pollicit.
g 26. l. inter cau. h. t. l. & quia & iurisd. & l. vlt. de solut.
h l. 57. tã ex contractib. de iud.
i l. si eum fundũ. de pec.
x l. 12. si verò nõ remunerandi. § vlt. h. t.

b Mors alterutrius.] Secundo soluitur mandatum morte mandantis, vel mandatarii, si res adhuc sit integra. [g] *6 Quod tamen in procuratore ad iudicia non obtinet: mortuo enim eo, mandatum morte ipsius dissoluitur, siue res sit integra, siue non sit. quia industria personae ibi eligitur, quae non transit ad haeredes.* [h] *7 Interim non est ignorandum, non paucas esse mandatorum formas, quae etiam post mortem mandantis durant; vt si quid mandatum sit in rem ipsius mandatarii:* [i] *vel mandatum contineat aliquid, quod omnino post mortem mandantis exequi debeat.* [x] *Sed nec mandatum dotis vel libertatis dandae expirat morte* [l] *mandantis.*

l l. si ego. §. 1. de iur. do. l. si pater. de man. vin.
m to. tit. de iur. & fac. igno. & l. idemque. § generaliter. mãd.

c Posse te agere.] Scilicet aduersus defuncti mandatoris haeredes. Aetiologia est, quia vtcunque mandatum fuerit solutum morte domini: tamen quia mandatarius ignorauit dominum decessisse, probabilis facti ignorantia veniam meretur: [m] *secus si improbabilis foret.* [n]

n l. 1. §. causa. de ẽdi. ed. l. quisquis. C. de resc in. vend.

d Et huic simile. Probat superiorem decisionem a simili, siue ab exemplo, in quo etiam reiecta iuris subtilitate aequitati adhaeretur. vt est in dispensatore, qui ignorans se manumissum a suo domino, exegit a debitoribus pecunias. [o] *8 Appellamus enim hic [dispensatorem] seruum, qui fœnori dare consueuit pecuniam domini, vel eam a debitoribus exigere, aut stipulari, aut pignora accipere: nam ista propemodum est summa in negociatione quaestuum. Theophilus hic dispensatorem definit, οἰκέτην ὃς εἰώθει ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. 9 Sic quoque alibi* [p] *dispensator seruus appellatur, qui familiae rationes dispensat, peculiiq; administrationem habet. Hinc Martialis:*

Dispensatorem fallax spoliauit amica.

Hinc & apud Suetonium in vita Vespesiani Caes. [dispensationem impetrare quidam dicitur fratri suo voluisse.] neq; enim de ea ibi loquitur, quam vulgò nunc dispensationem vocant. nam veteres id legib. solui dicebant,

o quem casum habes etiam l. eius qui. si cer. pet. & l. si quis seruo. de solu.
p in l. dispensatori. § 1. & l. 62 ff. de solut. & Quint. l. lib. 6. cap. 4.

dicebant. Huiusmodi ergo dispensatori, qui mandatum habuit a domino recipiendi solutionem a debitoribus, si facta sit solutio post ipsius manumissionem a se ignoratam, seu post mortem sui domini, summo iure debitores non essent liberati: quoniam mutato serui statu, vel etiam per mortem domini, mandatum solutum fuit, proinde non potuit ei amplius rectè solui. Quia tamen & hic probabilis ignorantia veniam promeretur, ei ex æquitate succurritur.

§. Mandatum.

1 *Mandatum ab initio est voluntatis, postea fit necessitatis: fallit, vt nu. 2.*
3 *Omnes contractus nominati ab initio voluntarij sunt, deinde fiunt necessarij.*
4 *Mandatum in quo differat ab alijs contractibus, qui consensu fiunt.*
5 *Mandatarius quid præstet.*

Mandatum non suscipere, cuilibet *a* liberum est: susceptum autē consummandum est, aut quàm primum renunciandum, vt per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, ut integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: *b* nisi iusta causa intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestiuè renunciandi.

a Liberum est.] Ex Pauli & Vlpiani responsis [a] *hic § desumptus videtur, quorum verba huc collata nō parum lucis adferent.* 1 *Discendum autem hinc est, quod mandatum ab initio potest non acceptari: eo autem semel suscepto, non poterit renunciari, si mandatoris cœperit interesse, hoc est, si per renunciationem mandator damno aliquo afficeretur.* [b] 2 *Quod tamen ita moderādum est, nisi iusta causa intercesserit: puta si valetudinis aduersæ, vel capitalium inimicitiarum causas, seu ob immanes, rei actiones, seu ob aliam iustam causam excusationes mandatarius alleget, audiendus est:* [c] *Aliàs verò vbi iusta causa desunt, locum habet mandati actio aduersus mandatarium, vt is, quanti mandatoris interest negotia sua confecta non esse, damnari debeat.* [d] *Cæterum quod diximus, mandatum ab initio voluntarium esse, hoc & in alijs contractibus nominatis locum habet.* 3 *Omnes enim contractus nominati a principio ex voluntate contrahentium pendent: vbi autem iam obligatio contracta est, alter sine alterius voluntate discedere non* [e] *potest.* 4 *Cæterum mandatum hoc speciale habet, quòd mandatarius etiam suscepto mandato, re existente integra, pœnitere potest, & renunciari: idq; ea ratione, quoniam ex mandato tum demum datur actio directa, postquam mandantis cœperit interesse: sed re integra mandantis nihil interest: ergo adhuc nulla actio competit, & per consequens locus est reuocationi. quæ ratio cessat in alijs contractibus.*

b Nisi iusta causa.] Vt si per publicas necessitates, vel casum improuisum factum sit, quo minus renunciauerit. [f] 5 *Dolum enim & culpam omnem, id est, latam & leuem quouis modo admissam, mandatarius, qui salarium accipit mandatori præstat.* [g] *vt procurator: qui salarium non exigit, vt fideiussor, dolum tantum, & latam culpam, quę fraude non* [h] *caret.*

a in l. si mādaue ro. 22. §. vlt. &. l. si quis alicui. 27. §. qui suscepit. dict. t.
b dictis iuribus.
c l. sane 23. cum ll. seq. hoc tit.
d d. §. qui suscepit.
e l. sicut. C. de actio. & oblig.
f Theo. & Baro hic.
g l. a procur. & l. in re. C. hoc t.
h l. si fideiussor. hoc. tit. l. 1. de pos. & l. si procu. mand.

§. Mandatum. 2.

1 *Mandatum & in diem, & sub conditione fieri potest.*
2 *Quibus verbis mandatum concipiatur.*
3 *Mandatum potest etiam per nuncium vel epistolam fieri.*

Mandatum & *a* in diem differri, & sub conditione fieri potest.

a In diem.] 1 *Obserua mandatum & in diem differri, & sub conditione contrahi posse.* [a] *In diem: vt [Mādo Kalendis illis equum mihi emas:] sub conditione, [Mando emas, si ad nundinas proficiscaris.] Pauci enim actus sunt legitimi, qui diem & conditionem non recipiant.* [b] 2 *Illud non omittendum, quo ad formulam concipiendi mandati, nihil referre, quibus verbis mandantis voluntas, & consensus mandatum suscipientis exprimatur. Nam siue rogo, siue volo, siue mando, siue alio quocunq; verbo idoneo vsus sit mandans, mandati actio est.* [c] 3 *Et cum mandati obligatio merè a consensu pendeat, potest per nuncium quoque vel per epistolam mandatum fieri ac suscipi.*

a l. 1. hoc tit.
b l. actus de reg. iur.
c d. l. 1.

§. In summa.

1 *Mandatum debet esse gratuitum: fallit, vt nu. 3.*
2 *Actio mandati contraria cur inuenta.*
4 *Et procuratores & aduocati honorarium petere possunt.*
5 *Si merces ex conuentione accedat mandato, locatio est, non mandatum.*
6 *Incertâ mercede constituta in mandato, fit contractus innominatus.*

In summa sciendum est, mandatum, *a* nisi gratuitum sit, in aliam formam negotij cadere. Nam mercede constituta, *b* incipit locatio & conductio esse. Et (vt generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati siue depositi contrahitur negocium: ijs casibus interueniente mercede, locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo sit fulloni polienda, curandaue quis dederit uestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta, neque promissa, *c* mandati competit actio.

a *Nisi gratuitum.*] 1 *Gratuitum ergo debet esse mandatum, aliàs nullius momenti est, nec ex illo oritur mandati actio, vel obligatio: quippe quod originem ex officio & amicitia trahit:* [a] *officio autem gratuito nihil magis contrarium est, quam merces & salarium. Hoc tamen non eò spectat vt mandatarius damno aliquo affici debeat: ob id enim reperta fuit actio mandati contraria, vt is qui mandatum susceperit exequendum, sumptus bona fide, ac necessariò factos consequi valeat.* [b] 3 *Honorarium tamen siue honor, vt Vlpianus appellat, remunerandi gratia interuenire potest, petiq; vel actione mandati,* [c] *vel extra ordinem:* [d] *modo non incerta pollicitatione promissum fuerit.* 4 *Sanè non tantum procuratores, sed aduocati, hoc est, omnes omninò, qui causis agendis quoquo studio operantur, Honorarium pro modo litis, pro facundia, pro consuetudine fori & iudicij, vbi erat acturus, intra legitimum modum petere* [e] *possunt. Vnde est manifestum, mercedem non peti a procuratore, sed honorem pro remunerando labore.*

b *Incipit locatio.*] 5 *Si mandato ex conuentione merces accesserit, deserta est mandati natura, & ad locati conductiq; mercenariam causam factus transitus. Hoc tamen de mercede certa & pecuniaria, id est, quæ pecunia continetur, intelligi debet:* 6 *nam incerta mercede constituta, erit contractus innominatus, competetq; actio præscriptis verbis in hoc quod interest, vel ad repetendum* [f] *condictio.*

c *Mandati competit.*] *Nam vbi aliquis gratis quid faciendum suscipit, Mandati parit ea res* [g] *obligationem.*

a l.1.h.t.
b l.si verò non remunerandi. §.si mihi h.t.
c l.si remunerandi. in prin. h.t.
d l.salarium 7. hoc ti. & l.salarium. C.eod.
e l.1.§. in honorarii. & §.aduocat. de var. & extraor. cogn.
f l.naturalis. §.at cum do. & l.si tibi 22. de præscri. verb.
g d.l. si tibi.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX QUASI CONTRACTU nascuntur. Tit. XXVIII.

In rubr. & princip.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quasi contractus vnde sic appelletur.*
3 *Quinque species esse quasi contractus.*

Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de ijs obligationibus, quæ quidem *a* non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

Quatuor]. 1 *genera contractuum in superiorib. titulis exposita sunt, qui re, verbis, literis, aut consensu fiunt: ordo propositionis iam exigit,* [a] *vt [de obligationibus ex quasi contractu] subijciatur.* 2 *Hæ autem ideo sic appellantur, quòd non propriè ex contractu, vel maleficio, aut quasi maleficio veniant.* [b] *Contractus enim propriè non est, nisi inter duos aut plures, maleficium absq; negotio contractum sit eo animo, vt alterutrer vel vterque* [c] *obligetur. Nec maleficiū aut quasi sine peccato esse potest, id est, dolo vel culpa.* [d] *Cōtinetur tamen plerumque quasi maleficium appellatione maleficij, & quasi contractus appellatione contractus.* 3 *Habet autem [quasi contractus] quinque species, siue exempla: Negotiorum gestionem, Administrationem tutelæ, Communionem rerum, Additionem hæreditatis, & Solutionem indebiti. Et hæ in progressu tituli nostri singulatim explicabuntur.*

a *Non propriè.*] *Nam ex vero contractu nemo obligatur: nisi qui consensit:* [f] *hic autem obligantur etiam ignorantes.* [g]

a §. vlt. sup. de oblig.
b l. ex maleficiis. de act. & oblig.
c l. Labeo. de ver. sig. l. rogasti. de præscr. verb. l. si in area. de cō dic. ind.
d inf. de obl. quæ ex qua. del. nasc. & d.l. ex malef.
e ibidem.
f l.1. de pact.
g l.2. neg. gest.

§. Igitur.

1 *Negotiorum gestio explicatur.*
2 *Negotiorum gestor substituit instar procuratori.*
3 *Alienum negocium quot modis geratur.*
4 *Verbum, gero.*
5.6.12.13 *Actio neg. gest. directa & contraria.*
7 *Differentia inter Mandatū & mandato.*
8 *Quandoque plures actiones ex vno negotij gestu dantur.*
9 *Sufficit ab initio vtiliter gessisset.*
10 *Vtilitatem vnde metiri oporteat.*
11 *Cautela, ne coniuncta personæ sumptus donasse videatur.*
14 *Negotiorum gestor quid præstet, iuxta negotij qualitatem iudicandum.*

a Igitur

a Igitur cum quis *b* negocia *c* absentis *d* gesserit, vltrò citroq; inter eos nascuntur actiones, quę appellantur negociorum gestorum, sed domino quidem rei gestę aduersus eum qui gessit, *e* directa competit actio: negociorum autem gestori *f* contraria, quas *g* ex nullo contractu propriè nasci, manifestum est; quippe ita nascuntur istæ actiones, si *h* sine mandato quisque alienis negociis gerendis se obtulerit: ex qua causa ij, quorũ negotia gesta fuerint etiam ignorantes obligantur. *i* Idq; vtilitatis causa receptum est: ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demãdata negotiorum suorum administratione, peregrè profecti essent, desererentur negotia: quę sanè nemo curaturus esset, si de eo quod quis impendisset, nullam habiturus, esset actionem. Sicut autem is, *k* qui vtiliter gessit negotia, *l* dominum habet obligatum *m* negociorum gestorum: ita & contra *n* iste quoque *o* tenetur, *p* vt administrationis reddat rationem, quo casu *q* ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modo alius diligentior eo commodius administraturus esset negocia.

a *Igitur.*] 1 *Prima species siue exemplum obligationis ex quasi contractu hic exponitur, nempe [negotiorum gestio:] quæ tum existit, cum te absentem mihi obnoxium facio, mea sponte vtiliter gerendo negocia tua. Præsumitur enim & iudicatur negotiorum gestor eo animo negotium gerere, vt ex dolo & culpa obligetur, vicissim etiam dominus eo animo esse iudicatur; vt libenter se negociorum gestori obligatum velit, si quid suo nomine impenderit. quare nasci dicitur obligatio quasi ex contractu.* [a] *id est, non ex vero & gesto (vt sic dicam) contractu, sed ex tacito & præsumpto. Est autem totus hic locus ex duobus Caij* [b] *responsis huc transcriptus, ex quorum collatione magis elucescet methodus huius loci, qua Iustinianus omnia a Gaio vberius tradita, breuiter solum complexus est.*

a l. 5. ff. de act. & obl. l. 2. & l. 6. ff. neg. gest.
b l. ex maleficiis. §. 1. de act. & ob. & l. 2. neg. gest.

b *Negotia.*] *Siue vnum siue plura sint: item, siue in iudicio gesserit, vel extra* [c] *iudicium.* 2 *Sed nec refert, vtrum per se, an per alium gesserit. Potest enim negotiorum gestor, (sicut & procurator) substituere aliquem ad negotia gerenda: suo tamen* [d] *periculo. Neq; enim excusatur, si dicat, se credidisse idoneum, quem substituerat. Unde solet euenire, quòd ex vno eodemq; negotij gestu diuersæ personæ diuersas acquirant actiones: quod* [e] *alibi explicatur.*

c l. 3. in pr. & l. soluẽdo. de neg. gest. & d. §. 1.
d l. nam & Seruius §. vlt. e. t.
e exempla vide in l. ait Prætor. §. vlt. & seq. ff. c. sup. de verb. obl. in pri. & l. si mandatum. C. de neg. gest.

c *Absentis*] *Requiritur enim hic absentia. nam si præsens fueris, paterisq; alium tua gerere negotia, mandare* [f] *videris.* 3 *Cęterum quatuor modis alienum negocium geritur.* 8 *Primò, cura & solicitudine, vt in tutoribus, curatoribus, procuratoribus, administratoribus. Deinde reipsa: cum in rem tuam impendo, etsi tuo intuitu non fecerim. Tertio ratihabitione, cum quod tuo nomine gessi, ratum habes, & nisi ratum haberes, nihil ad te pertingeret. Deniq; ipso gestu, cum creditori tuo soluo, te ignorante vel inuito.* [h]

f l. si remuneran di. §. si passus. mandati.

d *Gesserit*] 4 *Verbum hoc, [gero,] cum plures habeat acceptiones, hic tamen pro administrare sumitur: sicut & in vulgata regula, [Qui per alium gerit, per seipsum gerere videtur. Nihil autem refert, an quis aliqua necessitate vrgente negotia absentis gesserit, vel etiam sponte* [i] *quia fauebat absenti. & humaniter cum Papiniano* [k] *iudicabat, [hominis interesse, hominem beneficio afficere.*

g l. ita mandans. §. gessisse. de ad mi. tut.
h Vide gl. in l. si pupilli tui in fi. § pe. ff. neg. ge.

e *Directa competit*] 5 *[Directa negotiorum gestorũ] actio domino conceditur, cuius negotia gesta sunt aduersus gestore, vt reddat rõnẽ administrationis: itẽ vt prestet, si quid dolo, aut negligẽtia eius* [l] *admissũ est.*

f *Contraria,*] 6 *[Contraria negotiorum gestorum] actio datur ipsi gestori, qua repetit sumptus factos in rebus amici, cuius negotia sine mandato gessit. Utramque actionem commodius alibi* [m] *enarrabimus.*

i l. 3. §. hac actio. ne. neg. gest.
k l. seruus ea lege in fi. de ser. expor.

g *Ex nullo contractu.*] *Neque enim interuenit vllus contractus aut consensus partium.*

h *Sine mandato.*] *In aliquibus exemplaribus legitur, [Sine mandatu:] & non malè meo iudicio.* 7 *Mãdatorum enim differentiam vt exactius significarent veteres, solebant dicere [Mandatu,] in ablatiuo, cum mandatum priuatum intelligi uolebant: Mandatum verò publicum per ablatiuum [Mandato] denotabant frequẽter. Et hanc locationem Haloander diligenter obseruauit in Pãdectis vbiq; Mandatu meo, mandatu Titij, vt & in Pand. Flor. sępè legimus. Ad propositum si mandaueris alicui, vt negocia tua gerat, mandati actio* [n] *cõpetit: Sine mandato autem intellige, saltem illius, cuius sunt negotia gesta. Nam si quis alius mandarit, nihilominus dabitur negotiorum gestorum actio: id quod Marcellus* [o] *tradidit, licet aliquantum obscurius. potest tamen ea tota res tribus verbis expediri.* 8 *Primò, si cum proposuissem tua negotia gerere, Titius mihi mandauit, vt geram: inter me & te erit actio negotiorum gestorum, inter me verò & Titium, mandati. Secundò si cũ non proposuissem tua gerere negotia, Titius mihi mandarit, vt geram: inter me & Titium erit actio mandati: inter te & Titium negotiorum gestorum, si modo ille tuus procurator non fuerit: nam alioqui erit actio mandati. Inter me vero & te nulla erit actio, nisi gesserim contemplatione tui, & in tuam omnino* [p] *gratiam. Tertiò, si mihi mandaris, vt geram negotia tua, & ego non tua tantum, sed etiam Titij ignorans gesserim: si quidem eius Titij tutela vel cura ad te pertineat, vtriusq; negotij gesti nomine erit inter nos actio mandati: sicut esset negotiorum gestorum, si sine mandat* [q] *gessissem.*

l d. l. ex maleficiis. §. si quis. & d. l. 2.
m inf act. §. de actionum. a nu. 31. vsq; ad n. 48
n supr. de mand. eod. tit.
o l. 3. §. vlt. neg. gest.
p l. nã & seruius. in fi. l. item si. §. nam etsi cui. l. si quis mandato. neg. gest. l. si mandatum C. eod. tit.
q l. liberto. §. 1. dic. tit.

i *Idq; vtilitatis.*] *Aetiologia est quare legislator motus fuerit ad hanc speciem obligationis ex quasi contractu introducendam.*

k *Qui vtiliter gessit.*] 9 *Etsi effectum non habuit negotium: sufficit enim ab initio vtiliter gessisse. Et ideo si insulam fulsit, vel seruum ægrum curauit, etiamsi insula exusta est, vel seruus obijt:* [r] *aget nihilominus ad impensas.* 10 *Vtilitatem aũt metiri oportet non ex opinione gerentis, sed ex re illius, cuius negotia*

r l. sed an vltro. §. 1. hoc tit.

gesta sunt. Quid enim si quis putauerit se vtiliter facere, sed patrifamilias non expediebat? verumtamen vbi gerens ostenderit, quod fecit, reiiciet onus probandi in dominus, vt is doceat rem gestam sibi in speciem onerosam esse, vel saltem non necessariam, neque [s] *vtilem.*

s d §. 1.
t l. sed videa. dic. tit.
u l. si paterno. l. si alimenta. C. eo. l. quæ pater filio. ff. fa. ercisc.
x l. quod in vxorem. C hoc ti.
y l. Nesennius. c. l. at si quis. de rel. & sumpt. fune.
z l. ex duobus in pr. hoc t. l. quæ vtiliter. in princip. eod.
a l. si mãdata. d. tit. per l. 2. C. de sen. quæ si. cert. quant.
b l. 2. hoc tit.
c l qui alienæ. in pr. neg. gest.
d d. l. 3. §. interdum. eod. tit.
e l. tutoris. C. de neg. gest.
f l. si pup. in pr. d. t.
g l. si pupilli. §. sed & si quis.
h l. negot. C. eo.
i l. negotiũ. C. e.
k l. siue hær. & l. debitor eius. ff. hoc tit.
l l. cum res. §. vl. de leg. 1.

l *Dominum habet obligatum*] *Nempe vbi non adparet, hunc qui gessit, habuisse animum donandi* [t] *cuiusmodi animus vel ex paterna pietate,* [u] *vel ex maritali affectione* [x] *facile colligitur.* 11 *Quare consulunt Doctores: si coniuncta persona absentis negocia gerat, vt protestetur se non donandi animo, sed vtilitatis causa pro absente negotium* [y] *gesturum.*

m *Negot. gest.*] 12 *Actione contraria, vt scilicet repetat, quod impendit necessario, vel vtiliter,* [z] *sed non voluptatis causa: item vt liberetur ab obligatione pro domino negotiorum suscepta. & generaliter, vt præstetur ei indemnitas rerum* [a] *gestarum.*

n *Iste.*] *Negotiorum gestor.*

o *Tenetur.*] *Directè negotiorum gestorum actione.*

p *Vt administratio red.*] 13 *Id est [actus sui,] vt Caius inquit: cõdemneturq; in id, quod non, vt oportuit, gessit: vel quod ex huiusmodi negotiis* [b] *retinet: item vt vsuras quoq; præstet, eius scilicet pecuniæ, quæ demptis necessariis sumptibus* [c] *superest.*

q *Ad exactis.*] *Nec tamen hoc est perpetuum.* 14 *Quare ne fallaris, sciendum hic est, negotiorum gestorem variis modis teneri hoc iudicio, secundum qualitatem negotii. Primò enim venit dolus malus duntaxat & latior culpa, si affectione permotus, ne bona amici distraherentur, neue aliud damnum accideret, negotiis eius vltrò se obtulerit* [d] *gerendis. Deinde leuioris culpæ etiam rationem reddet, nedum fraudis regulariter ex natura* [e] *actionis. Tertiò casus fortuitus tum venit, cum geruntur negotia pupilli, qui nullo modo tenetur nisi locupletior* [f] *factus sit. Item si negotiorum gestorum non alterius contemplatione, seu sui lucri causa administrationem* [g] *suscepit. Item si nouum negotium, & ab vsu absentis prorsus alienum* [h] *gesserit. Item si pacto in se recepit casum* [i] *fortuitum. Item si culpa gestoris casus* [k] *eueniat. Deniq; si negotiorum gestor in restituendis rebus domini admiserit* [l] *moram.*

§. Tutores.

1 *Secunda species quasi contractus, est administratio tutelæ.*
2 *Ex qua actio tutelæ nascitur, tam directa, quàm contraria.*
3 *De actione rationum distrahendarum & pro tutelæ.*
4 *Contrariam tutelæ actionem quare Prætor induxerit.*

a l. ex maleficiis. §. tutel. de act. & oblig.
b l. nec non. de tut. & cur. da. ab his.
c l. si finita. de tu. & rat. distr. & in rub. ff. de cõ. & vti. acti. tut. & l. 1. eod.
d d. l. ex malefic.
e supr. de tut. in prin.

Tutores quoq; qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati esse intelliguntur *a* *b* (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) sed quia sane *c* non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu *d* mutuæ sunt actiones. Non tantũ enim pupillus cum tutore habet *e* tutelæ actionem: sed & contra tutor cum pupillo habet *f* contrariam tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus eius obligauerit.

a *Tutores.*] 1 *Et hic locus ex eiusdem Caii* [a] *responso descriptus est, secundam speciem quasi contractus continens, nempe [administrationem tutelæ.] Tutor enim & pupillus dicuntur quasi contrahere, quia adeò non requiritur consensus pupilli, vt & ignoranti & inuito tutor* [b] *detur. Oritur ergo inter tutorem & pupillum obligatio, pupillo etiam ignorante, & non consentiente, imò etiam inuito. Quia autem inter se nihil contraxerunt, neq; ex delicto, vel quasi ex delicto obligati sunt: dicitur hæc obligatio ex quasi contractu procedere.* 2 *Ex qua deinde actio nascitur, quæ tutelæ vocatur. Et hæc pariter est duplex, directa scilicet, & contraria: quarum prior pupillo datur in tutorem, vt reddat rationem suæ administrationis finita iam* [c] *tutela: posterior tutori datur in pupillum, iam adultum, qua repetit, si quid impendit de suo in rem pupillarem, aut se, remue suam pro eo* [d] *obligauit.*

b *Nullum enim.*] *Saltem quod ad iudicium tutelæ pertineat, de quo hic agitur. Cæterum nemo negat, contrahi aliud negotium inter pupillum & tutorem, nempe ex stipulatione, rem pupilli saluam fore.*

f l. actione. de tut. & rat. dist.
g l. 1. de eo, qui pro tut.
h §. actionũ. inf. de act. a n. 49. vsq; ad nu. 60. & ff. de tut. & ratio. distr.
i l. 1. de cõtr. tut. & vti. act.
k sup. de aut. tut.

c *Non ex maleficio.*] *Vel quasi maleficio: neque enim tutela maleficii, sed beneficii nomen* [e] *est: sed nec dolum vel culpam admittit alteruter, quòd vel tutelam suscipiat, vel in tutela sit.*

d *Mutuæ sunt actiones.*] *Nempe tutelæ directa & contraria, vt paulò ante dixi.* 3 *Ab his autem actionibus diuersæ sunt, actio [de rationibus* [f] *distrahendis,] si quid tutor dicatur ex bonis pupilli abstulisse: & actiones [pro tutelæ,] directa & contraria, si quis quasi tutor gesserit negotia impuberis, licet verus tutor non* [g] *fuerit. Verum de his opportunius* [h] *suo loco agemus.*

e *Tutelæ actionem.*] *Directam scilicet.*

f *Contrariam tutelæ.*] 4 *[Quam Prætor proposuit] (inquit.* [i] *Vlpian.) induxitq; in vsum, vt facilius tutores ad administrationem accederent, scientes pupillum sibi quoq; obligatum fore ex sua administratione.] Quanquam enim sine tutoris autoritate pupilli non* [k] *obligentur, nec in rem suam tutor pupillum obli-*

obligare possit: attamen receptum est, vt tutori suo pupillus sine tutoris autoritate ciuiliter, ex administratione scilicet. Etenim prouocandi erant tutores, vt promptius de suo aliquid pro pupillis impenderent, cum sciunt se recepturos id, quod impendissent.

§. Item si inter.

1 *Tertia species quasi contractus, est communio rerum; ex qua actio communi diuid. nascitur.*
2 *Actionem commu. diuid. duplicem esse.*
3 *Inter cohæredes ex quasi contractu obligationem nasci.*
4 *Ex qua oritur familiæ ercisc. actio.*
5 *Familia pro hæreditate: & de pluribus huius verbi acceptionibus, & nu. 6. 7. 8. 9.*
10 *Erciscere significat diuidere.*
11 *Actio fami. ercis. quomodo differat à communi diuid. actione.*
12 *Actio. famil. ercisc. duplex.*

a Item si inter aliquos communis res sit b sine societate, veluti quòd pariter eis legata donataue esset: & alter eorum alteri ideo teneatur cõmuni diuidundo iudicio, c quòd solus fructus ex ea re perceperit, aut quòd socius eius solus in eã rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus esse, quippe nihil inter se contraxerunt, sed quia ex maleficio nõ tenetur, quasi ex contractu teneri videtur. d Idem iuris est de eo, qui cohæredi familiæ erciscundæ iudicio ex his causis obligatus est. e

a *Item si inter.] 1 Tertia species quasi contractus hic enarratur, nempe [communio rerum:] ex qua manat actio, quæ [communi diuidundo] [a] appellatur, quæ competit pro rebus singularibus diuidendis, vel pro his, quæ in re communi expensa sunt, vel si quis solus ex re communi fructus percepit: Vt si duobus fundus esset legatus, & vnus solus ex eo fructus percepisset, certè obligatus esset alteri. quia autem neq; contraxit cum eo, neq; deliquit, aut quasi deliquit, id est, nec dolum vel culpam admisit: ex quasi contractu dicitur obligatio nata. 2 Est autem hæc actio duplex, [directa] scilicet, & [vtilis. Directa] illis competit, qui habent rerum dominium in re communi. [Vtilis] vero his, qui habent quasi dominium: quales sunt qui rem communem bone fide à non domino acceperunt.*

b *Sine societate.] Rectè inquit sine societate, id est, sine animo & conventione societatis ineundæ. Ea enim si nominatim contracta esset, eius obligatio referri deberet inter eas, quæ propriè nascuntur ex contractu: licet tum quoq; communi diuidundo iudicium locum [b] habeat: sicut [c] alibi dicemus.*

c *Quod solus fructus.] imp. notanter hoc loci accessionum duntaxat meminit, [d] veluti fructum & impensarum, non etiam rei principalis: quia scilicet tum demum quasi ex contractu nasci intelligantur. Nam quod attinet ad ipsam rem principalem, cum de eius diuisione agitur, videtur hoc iudicium nasci ex consensu, nempe volentium a communione discedere.*

d *Idem iuris.] 3 Inter cohæredes vltrò citroq; nascitur quasi ex contractu obligatio. Nam simulatq; adierunt hæreditatem, videntur quasi contraxisse alter cum altero, ita quòd alter alteri sit obligatus in mutuis præstationibus. Et dicitur quasi contractus, quia isti cohæredes nihil verè contraxerunt, sed iuris potestate habentur pro contrahentibus, qui dicitur quasi contractus: 5 ex quo deinde prouenit Actio [familiæ erciscundæ,] id est, hæreditatis diuidendæ. 5 Nam antiqui familiam pro hæreditate accipiebant: [e] vt in lege XII. tab. his verbis: [Proximus agnatus familiam habeto:] cuius non semel Cicero in Topicis meminit. 6 Cæterum [Familia] (inquit Festus) in liberis hominibus dicebatur: vnde familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, &c. Et Familiares ex eadem familia. 7 Postea [Familia] appellatio cum rebus ipsis & personarum circunstantia variata est. Primum enim serui tantum significabantur per familiam, nempe a famulando, litera i cum u mutuata. [f] Denique liberi quoque, vxor & omnes qui sub vnius potestate in eadem domo natura vel iure viuunt, comprehendit [g] ceperunt. 9 Tandem translata est [Familia] significatio ad totam cognationem sanguinis. Et quoniam agnatis tantum prisco iure debebatur hæreditas, lex XII. tab. proprietati deseruiens, familiam pro hæreditate accepit; atque ita hic, sicut etiam in Pandec. tit. Famil. ercisc. intelligi debet. [10. Erciscere] autem verbum est vetustate ornatum, & pro diuidere accipitur, ab ἑρκίζειν, quod intersepire & diuidere significat. Sicut ergo iudicium de hæreditate inter cohæredes diuidenda ex antiquissima XII. tab. lege proficiscitur, vt caius scribit: ita quoq; antiquam illam & natiuam inscriptionem [familiæ erciscundæ] obtinuit. 11 Differt autem hæc a [communi diuidundo] actione, quod illa datur tantum pro rebus singularibus diuidendis: hæc autem pro vniuersitate. 12. Et pariter duplex est, directa & vtilis. Directa datur hæredibus siue testamentarijs, siue legitimis vtilis verò bonorum possessoribus competit, quia de iure ciuili hæredes non sunt. Harum tamen vim et naturam alibi [h] locu pletius enarrabimus.*

a eam inf. explicabo in §. quędã. de actio. à nu. 28. vsque ad nu. 39.
b l. 2. com. diui.
c inf. de act. § quędam. num. 32.
d Bald. hic.
e l. pronũciatio. 159. §. familia de verb. sig.
f l. 1. de ui & ui arma.
g l. detestatio. 40. §. familiæ de verb. signif.
h d. §. quædam nu. 15. & seq.

§. Heres

§. Hæres quoq;.

1 *Quarta species quasi contractus, est aditio hereditatis.*
2 *Quare hæres cum legatario quasi contrahere dicatur.*
3 *Ex hoc quasi contractu quæ actio detur.*

a Hæres quoq; legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur (neq; enim cũ hęrede, neq; cum defuncto vllum negotium legatarius gessisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractus *b* debere intelligitur.

a Hæres quoq;.] Quarta species quasi contractus hic exponitur, [Aditio hæreditatis] scil. qua hæres legatarijs obligatur. 1 Ecce enim hæres cum legatario non contraxit aliquod negotium, quo inuito legatum relinquitur: nec testator cum eodem contraxit, cum nesciente fortè legatario relictum sit: contractus autem sine consensu nullus esse [a] potest. Sed nec dolo hæres, vel culpa legatario obligatur, nisi fortè post dolum vel culpam [b] admiserit: quippe qui nihil in eum peccauit sicque nullus subest maleficij vel quasi maleficij prætextus. Reliquum est igitur, vt ex quasi contractu hæredem obligatum [c] dicamus. 3 Et ex tali obligatione actio [legatorum] vel ex [testamento] [d] in personam descendit. Cæterum [rei vendicatio] vel [hypotecharia (quam legatario quoq; interdum dari [e] constat) ex obligatione, vel ex quasi contractu non venit, sed ex dominio, quod lex adscribit legatario. Quanquam hanc hypotechariam actionem, quæ legatario competit, esse personalem, nonnulli [f] voluerint: quod an verum sit subsisto.

b Debere intelligitur.] Ideoq; aduersus eum legatarius actionem personalem ex testamento habet, vt iam dictum est.

a l. 1. de pac.
b l. cum res. de leg. 1.
c l. ex maleficiis §. §. hæres. de act. & obl. l. apud Iulianum §. vlt. ibi gl. & Barto. quib ex cau. in poss.
d §. nostra. supra de leg.
e dixi in d. §. nostra.
f Cautiunc. hic.

§. Item si quis.

1 *Quinta species quasi contractus, est solutio indebiti.*
2. 4 *Indebitum quare supra reseruatur inter contractus qui re contrahuntur.*
3 *Quæ actio ex hoc quasi contractu competat.*

a Item is cui quis *b* per errorem non debitum soluit. *c* quasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus esse, vt si certiorem rationem sequamur, magis (vt *d* suprà diximus) ex distractu, *e* quàm ex contractu possit dici obligatus esse. Nam qui soluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt distrahat potius negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur, & ideo *f* condictione tenetur.

a Item is cui.] Quinta & vltima species quasi contractus adtexitur, scilicet [solutio indebiti.] Sed an non Imper. hanc obligationem inter contractus, qui re contrahuntur. suprà [a] recensuit 2 Recensuit quidem, non tamen eo fine, quod esset verus contractus, sed quod non possit esse efficax, nisi res, id est, numeratio pecuniæ interueniant. Hic verò eadem reperitur, & origo eius indicatur. Quantum enim ad obligandum eum attinet, qui bona fide accepit indebitum, verum est, nihil cum eo contractum esse, quia substantia contractus, nempe consensus abfuit: quoniam qui per errorem soluit, magis distrahendæ obligationis animo, quàm contrahendæ dare [b] videtur. Ad paret ergo repugnante partium intentione, obligationem isthinc non posse introduci: [c] attamen cum is, qui indebitum soluit, hoc ipso aliquid negotij [d] gessit: tum verò ne accipiens iste, contra naturalem æquitatem, cum alterius iactura locupletur, [e] videtur sic accipiens omninò ad reddendum quasi ex contractu obligari. Nam nec verè contractum est, nec vllus subest delicti vel quasi delicti color seu prætextus. 3 Ex hoc ergo quasi contractu introducta est ex bono & æquo [condictio indebiti], qua quis repetit id, quod indebitè per errorem alicui soluit. Hanc actionem suprà [f] explicauimus.

b Per errorem.] Tametsi hic solum mentio fiet erroris soluentis: idem tamen in accipiente intelligi debet. Nam is alioqui magis videbitur ex maleficio obligari, cum responderit Pomponius. [g] [Eum qui rem alienam ab errante sciens accepit, furtum facere.

c Quasi ex contractu.] Qui quidem intelligitur re fieri: quia (vt supra dixi) qui soluit indebitum, hoc ipso gerit aliquid [h] negotij.

d Vt supra.] nempe in titul. quibus modis re contra. obligatio. Eum scilicet, qui non debitum accepit, re obligari. deinde addidit, sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui soluendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere, quàm contrahere.

e Quam ex contractu.] 4 Nam si obligationem indebiti species, gestum negotium contractumq; dixeris: si consensum & conuentum, distractum, vt non sine causa & sub hoc titulo memoretur.

f Condictione.] Scilicet indebiti, quæ pro indebito datur.

a §. is quoque. supra qui mo. re. con. oblig.
b l. ex maleficiis §. § is quoque de act. & obl.
c l. nõ om. si certum pet.
d l. si in area. de cond. indeb.
e l. nam hoc eo.
f in d. §. is quoq;
g l. si iussu. §. 1. de furtis.
h d. l. si in area.

§. Ex

§. Ex quibuſdam.

1 *Quædam actiones in confitentem dantur in ſimplum, in negantem in duplum: & quæ ſint illæ.*
2 *In his actionibus etſi quid indebite ſoluatur, tamen condictio non habet locum.*
3.4 *Idque exemplis declaratur.*
5 *Hodie tantum in legatis ad pias cauſas creſcit lis per inficiationem.*
6 *In reliquis legatis, ſi indebitè ſoluantur, habet locum condictio.*

a Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit. ſic namque definierunt, veteres: ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis non debitum ſolutum repeti non poſſe: *b* veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, *c* per damnationem cuiq; legata fuerant. *d* noſtra autem conſtitutio, cum vnam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis *e* indulſit, huiuſmodi *f* augmentum in omnibus legatis & fideicommiſſis extendi voluit: ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, *g* ſed tantummodo in his legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, *h* non repetuntur.

a *Ex quibuſdam.] Imperator digreditur a propoſito: hic enim §. tantum ad materiam indebiti facit, & præcedentis §. exceptiones complectitur. 1 Ad euidentiam autem non eſt ignorandum, quaſdam actiones eſſe, quæ in confitentem dantur in ſimplum, in negantem verò in duplum: quoniam inficiando lis dicitur creſcere. Quales ſunt, actio [damni iniuriæ] ex lege Aquilia: actio [depoſiti] ex quatuor cauſis, ſcilicet ex incendio, ruina, naufragio, tumultu: actio [ex teſtamento,] quæ legatariis competit pro legato ad pias* [a] *cauſas. 2 [In prædictis actionibus (inquit hic Iuſtinianus) ſi quid indebite ſeruatur, non poteſt repeti per condictionem indebiti.] Exempli cauſa: 3 Si quis ageret contra me, quòd penes me depoſuerit in incendio centum aureos, licet penes me non ſint depoſiti, ſed penes alium: ego ne condemner in duplum pro inficiatione, ante cōdemnationem ſoluo indebitum. iam quæro: ſi deinde conſtiterit, actorem penes me nihil, ſed penes alium depoſuiſſe, vtrum ego illud ſimplum, quod indebitè ſolui, condictione indebiti repetere poſſim? Et decidit Imperator, condictionem mihi non dari: videor enim tacitè tranſegiſſe cum deponente: & potuit fieri, ſi litigaſſem, quòd fuiſſem damnatus in duplum: quare contentus eſſe debeo, me ſolutione ſimplici liberatum eſſe.*

a §. ex maleficiis verſ. item mixta. i. de act.

b *Veluti ex lege Aquilia.] Exempli gratia: 4 Mandaui procuratori meo, vt tibi damnum daret: alius autem tibi damnum intulit, non meus procurator. Ego abs te in ius vocatus, damnum quod a meo procuratore datum aſſerebas, metu augmenti per inficiationem futuri, ſolui ac repoſui indebitè; verebar enim, ne in iudicio propter meam inficiationem fieret condemnatio in duplum: etiam ſi poſtea appareat, damnum illud ab alio tibi illatum fuiſſe: tamen hoc indebitum repetere prohibeor, propter conuentionem noſtram, quæ habet ſpeciem* [b] *tranſactionis. Poſſum tamen poſtea ab eo, qui damnum dedit, quod ita indebitè ſolui,* [c] *obtinere. Quòd ſi ſupradicta præſumptio tranſactionis ceſſauerit, putà ſi in eodem caſu ego, qui damnum non dederam, duplum ſoluero, locus erit condictioni indebiti* [d] *etiam in ſolidum.*

c *Per damnationem.] De hoc legati genere, quod olim [per damnationem fiebat,] ſuprà* [e] *abundanter diximus.*

d *Noſtra autem conſtitutio.] De qua etiam ſuprà* [f] *diximus pluribus verbis, vt hic repetitione non ſit opus.*

e *Indulſit.] Tollendo ſcilicet verborum ſolennitatem, quæ olim in legatis obſeruabatur: vt alibi* [g] *quoque enarratum eſt.*

f *Augmentum.] Videlicet, quòd legatum creſcat in duplum, ſi hæres illud inficietur, & in iudicio conuincatur mendacii.*

g *Sed tantummodo.] 5 Et ſic hodie tantum in legatis ad pias cauſas creſcit lis per inficiationem; 6 ac per conſequens alia legata ſi indebitè ſoluantur, condictione indebiti repeti poſſunt,* [h] *ſi modò per errorem facti ſoluta fuerant.*

h *Non repetuntur. Neq; datur indebiti condictio: quod ideo eſt, quoniam ceſſante debiti cauſa, adhuc tamen cauſa pietatis* [i] *ſupereſt.*

b l. ea quæ & ibi Dd. C. de cond. indeb.
c l. qui ſeruū. de inter actio.
d Fab. hic, quem omnino vide.
e ſup. de lega. §. ſed olim.
f §. noſtra autem ſup. de leg.
g §. ſed non vſq; ſup. de leg.
h l. fideic. C. de cond. ind. vide etiā in d. §. ex mal. inf. de ac. nu. 42. & ſeq.
i arg. l. cum, ιι. §. ſi mulier. de condic. ind.

PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQVIRITVR. TIT. XXIX.

1 *Quæ ſit differentia inter hunc titulum, & eum qui libro 2. ſuprà ponitur eadem inſcriptione.*
2 *Dominia rerum etiam per procuratorem acquiruntur, ſecus eſt in obligationibus.*

1 Diffe

1 *Differentia] inter titulum, [Per quas personas nobis acquiritur,] suprà lib. II. explicatum, & hunc nostrum, hæc est: quia in superiori quidem titulo tractatum est, per quas personas nobis res ipsæ, earumq; dominia adijciantur: hic verò disseritur, per quas personas obligationes, & consequenter actiones nobis acquirantur. Aliud autem est [dominium,] aliud [obligatio,] cum diuersas causas habeant, diuersaq; officia: quemadmodum superius suis locis, a vbertim demonstratum est. Et constat aliàs hic tractatus eisdem fundamentis, quibus superior: quamobrem paucis nos expediemus. 2 Illud tamen non est omittendum, vel hoc solo nomine inter hosce duos titulos interesse, quòd etiam per procuratorem nobis acquirantur rerum dominia: obligationes verò non item, b quæ magis adhærent personæ ipsius acquirentis. ideoq; traditum est, per liberum hominem nobis non acquiri actionem, nisi ea c cedatur.*

a in rubr. sup. de rer. diuis. & in. de obl.
b l. 1. C. per quas pers. no. acqui. l. poss. de acq. poss.
c l. soluta m §. p liberam. de pi. act.

§. Princip. tit.

1 *Quadruplex peculium filijfamilias.*
2 *Ex quibus peculijs obligationes patri vel filiof. acquirantur.*
3 *In peculio aduentitio pater exercet actiones nomine filij: secus in castrensi, vel quasi.*

Expositis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus, a acquiri nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas quoq; personas, quæ b in nostra potestate sunt, veluti per seruos & filios nostros: vt tamen, quod per seruos nostros nobis adquiritur, c totum nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, obligatione fuerit acquisitum, d hoc diuidatur secundum imaginem rerum proprietatis, & vsusfructus, quam nostra decreuit e constitutio: vt quod f ab actione commodum perueniat, huius vsumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio seruetur: g scilicet patre actionem mouente, secundum Nouellæ nostræ constitutionis diuisionem.

a *Acquiri nobis.] Scilicet obligationes, & per consequens actiones: vt sic huic titulo conueniat. nam de dominiorum acquisitione suprà tractatum est.*

b *In nostra potestate. Dominica, vel etiam patria.*

c *Totum nostrum.] Seruus ergo actiones in solidum domino acquirit, [nisi (vt mox subijcit) ab alio bona fide possideatur.] Quid ni? sibi enim nihil acquirere a potest: nec quicquam sibi possidere: nisi fortè aliquid peculij, domino permittente.*

d *Hoc diuidatur.] Olim quicquid acquirebat filiusfamilias, in solidum patris erat: postea discrimen factum est inter peculia. 1 Cum enim filiusfam. quadruplex peculium habeat, profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense, sicut alibi b annotauimus; constitutum est, c vt in peculio profectitio habeat pater proprietatem & vsumfructum, in aduentitio proprietas ad filium pertineat, vsusfructus ad patrem: in castrensi & quasi castrensi pater nihil iuris habeat. 2 Ideoq; si filiusf. ex castrensi vel quasi castrensi peculio contraxerit, pleno iure obligationes sibi acquirit: si autem ex peculio aduentitio contraxerit, proprietas obligationis spectat ad filium, exercitium autem actionis ad patrem. In peculio verò profectitio obligatio indistinctè patris quæritur.*

a sup. per quas perso. &c.
b §. igitur. supr. per quas pers. &c.
c l. cum oportet 6. C. de bono. quæ lib.

e *Constitutio.] Quæ in Codice d extat lib. 6.*

f *Ab actione.] Subaudi, rerum aduentitiarum.*

g *Scilicet patre actionem.] 3 Nam in peculio aduentitio pater exercet actiones nomine filij, e tanquam legitimus administrator: neq; in eo filius potest agere sine consensu f patris. In peculio autem castrensi vel quasi castrensi filiusfam. sine patris consensu agere potest: quia pro patrefamilias g habetur.*

d d. l. cum oportet. 6.
e l. 1. C. de boo. quæ lib.
f l. cum non solum §. ubi autem. C. eo. tit.
g l. 2. ad Mac. & sup quib. non est pateif. test. in princ.

§. Item per liberos.

1 *Ex serui vsuarii operis an acquirimus.*

a Item per liberos homines, & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant. Per eum quoq; seruum, in quo vsumfructum b vel vsum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

a *Item per liberos] Totum hunc locum Iustinianus suprà a pluribus explicuit: & quæ ibi ad textus enarrationem annotauimus, huc quoq; referri debent, sicq; superuacanea hic repetitione nihil erit opus.*

b *Vel vsum.] 1 Sed videtur ex operis serui vsuarii nihil nobis acquiri, cum eas ipsi locare non possimus: b & suprà id de vsufructuario tantum Iustinianus constituit. Respondet Theophilus si seruus ipse se locet, ex hac causa vsuario quæri. Equidem puto seruo vti posse ad stipulandum, & alioqui contrahendum, non vsque ad compendium, sed ad vsum sibi & familiæ necessarium. c Et ideo Imp. non scribit, quicquid ex operis eius quæratur vsuario quæri: quod alibi d scribit de seruo fructuario. Nonnulli tamen Codices hæc verba (vel vsum) non agnoscunt.*

a. §. de his autẽ. supra, p quas pers. no. acq.
b l. per seruum. de vsu & hab.
c Baro hic. qui alle. l. plenum. de vsu & hab.
d d. §. de his autem.

§. Com-

§. Communem.

1.2 *Seruus communis vt acquirat.*

a Communem seruum pro *b* dominica parte dominis acquirere certum est: excepto eo, quod nominatim vni stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit. veluti cum ita stipulatur, Titio domino meo dare spondes: sed si domini vnius iussu seruus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur: tamen *c* post nostram decisionem res expedita est, vt illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, *d* vt suprà dictum est.

a *Communem.*] 1 *Qualiter communis seruus acquirat dominis stipulando, suprà* [a] *diximus: eodem modo eis acquirit ex alijs contractibus, vel quasi contractibus, vt hic Iustinianus ait. Et quæ ibi adducta sunt. ad hunc locum conferri possunt.*

b *Pro dominica.*] *Id est, pro rata dominij parte.*

c *Post nostram decis.*] *Quæ adhuc lib. 4. C. tit. 27.* [b] *extat, & duos casus continet.* 2 *Nam posteaquam Imp. definijt, seruum etiam simpliciter stipulatum, illi soli acquirere, qui nominatim sibi iussit eum stipulari, addit: Quod si ab vno dominorum simpliciter iussus sit stipulari, & simpliciter quoq; stipulatus sit, nullo dominorum speciatim nominato, soli nihilominus iubenti acquiri: Sed si vnius nomen expresserit siue iubentis, siue alterius domini: ei soli, qui nominatus est, acquiri.*

d *Vt supra dictum.*] *Nempe in tit. de stipula.* [d] *seruo.*

a §. pen. & vlt. sup. de stipul. ser.
b l. 5. & 7. ff. de stipul. ser.
c l. vl. C. p quas pers. no. acq.
d in §. seruus comm.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO. Tit. XXX.

1.3 *Continuatio huius tituli.*
2 *Exceptio, Tibi non competit actio.*
4 *Contractus & quasi contractus bifariam tolluntur.*
5 *Obligationes quando tollantur ope exceptionis.*
6 *Quot modis tollatur naturalis obligatio, ciuili remanente. & nu. 7. 8. 9.*
10 *Quando obligationes dicantur ipso iure tolli.*

Hactenus,] 1 *tractauit Iustinianus, quibus modis obligatio ex cõtractu, vel quasi ex cõtractu introducatur: nunc iusto ordine, qua ratione ex illis duabus causis obligatio constituta rursus tolli possit, annectit, non ignorans naturale, esse, vnumquodq; dissolui, prout contractum* [a] *est.* 2 *Quod cognouisse vel ad hoc longe vtilissimum est, vt opportunè sciamus locum illum, [Tibi non competit actio.] non secus, quam scutum aliquod in aduersarium prætendere: quoniam obligatione deficiente, nullus actioni locus est.* 3 *Cæterum quia obligationes ex delicto vel quasi ex delicto proficiscentes non simili modo tolluntur: ideo eis hunc titulum praeposuit. quomodo autem hæ dispereant, infra suo loco discutietur.* 4 *Quod igitur ad priores duas obligationũ species attinet, nouisse cum primis oportet, illas duobus modis perimi, aut ope exceptionis, aut ipso iure. De priori hic non agitur, nos tamen aliquid dicemus: ex altero hic titulus enatus est.* 5 *Dicuntur autem [ope exceptionis] tolli obligationes, quando naturalis obligatio sublata est, remanente ciuili, ex qua adhuc competit actio, quæ tamen per exceptionem eliditur.* 6 *Fit autem hoc multifariam. Primo ratione pacti vt si creditor facit debitori suo pactum de non petendo. liberat enim ipsum a naturali obligatione: quia autem ciuilis obligatio per hoc nudum pactum euerti non potuit, competit creditori adhuc actio aduersus debitorem, tametsi ea per exceptionem pacti de non petendo elidi possit: & ita actio ope exceptionis tollitur.* 7 *Secundò, ratione doli vel metus: vt si quis dolo vel metu inductus est ad promittendum per stipulationem, propter dolum vel metum iam liberatus est a naturali obligatione: quia defuit consensus, promissionis tamen ratione adhuc durat ciuilis obligatio. quæ tribuit stipulatori actionem. Ad hoc ergo vt omnino liberetur promissor etiam a ciuili obligatione, doli vel metus exceptio ipsi conceditur.* 8 *Tertio, ratione rei iudicatæ: vt si quis me conueniat in iudicio, petendo centum, & iudex ferat pro me sententiam absolutoriam, quæ transeat in rem iudicatam: per illam sum liberatus a naturali obligatione, ciuilis tamen remanet, quam per exceptionem rei iudicatæ pariter submoueo.* [b] 9 *Postremo ratione temporis, vt si emissem bona fide a creditore hypothecam aliquam, posset debitor, cuius est hypotheca, eam a me vendicare, tamen si possideo eam triginta annis, liberor, ita vt si me postea conueniat, exceptione præscriptionis possim me defendere.* 10 *[Ipso] autem [iure] dicitur tolli obligatio, quando ea omnino extinguitur, ita vt nullæ reliquiæ vel naturalis vel ciuilis obligationis durent, idq; hisce fit modis, qui hoc in titulo recensetur, puta solutione eius quod debetur, acceptilatione, nouatione, & contrario consensu, quos sigillatim examinabimus.*

a l. prout. 80. de sol. d. nihil tã naturale. 35. d reg. iur.
b l. 3. de except.

Princip. tit.

1.3 *Solutione ipso iure tollitur obligatio, tam naturalis quam ciuilis.*

2 Et

3 *Et quæ ad talem solutionem sint necessaria.*
4 *Verbum solutionis quomodo accipiatur.*
5 *Aliud pro alio, inuito creditori non soluitur.*
6 *Quibus casibus cesset hæc regula.*
7 *Solui potest pro alio, etiam ignorante & inuito.*
8 *Soluens pro inuito nihil repetit: secus in eo qui pro ignorante soluit.*
9 *Sublata obligatione per solutionem, etiam accessoria tolluntur.*
10 *Fideiussor soluens an liberet debitorem principalem.*

a Tollitur autem omnis obligatio b solutione eius quod debetur: vel si quis c cõsentiente creditore, aliud pro alio soluerit. Nec interest, d quis soluat: vtrum ipse qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio soluente: siue sciente, e siue ignorante debitore, vel inuito eo solutio fiat. Itẽ si reus soluerit: etiam ij f qui pro eo interuenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, g si fideiussor soluerit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.

a *Tollitur.*] 1 *Primus modus tollendæ obligationis ipso iure, est* [*solutio*] *quæ nihil aliud est, quàm rei debitæ per se ipsum debitorem vel alium eius nomine, creditori idoneo facta actualis satisfactio. Hæc descriptio crassa est; omnia requisita ad iustam solutionem continens.* 2 *Primum enim necesse est, vt persona soluens sit idonea & habilis: quia prodigus, furiosus, pupillus quamuis debeant, non tamen sine tutorum curatorumue autoritate rectè soluunt. Deinde hinc discis alium posse debitoris nomine soluere, nam tutores & curatores soluunt loco pupillorum, aut adultorum: item procuratores, & quicunq; administratores nomine suorum dominorum: deniq; quilibet pro alio soluere potest. Præterea exigitur, vt creditori idoneo fiat solutio: pupillo enim, furioso, & similibus solui non debet, sed ijs, in quorum tutela curaue consistunt. Demum actualem oportet esse satisfactionem, propter res incorporales, quæ sicut tradi non possunt, ita nec solui. Adde, quod omnis satisfactio, quæ fit siue pignoribus siue fideiussoribus volente creditore, pro solutione* [a] *habetur.* 3 *Sic itaq; solutione tollitur ipso iure omnis obligatio, cuiuscunque generis sit, tam naturalis quàm ciuilis, adeo vt non opus sit soluenti, se defendere exceptione. Naturalis quidem ideo, quia tacitè actum est ab initio contractus, vt debitor non esset perpetuò obligatus, sed tantisper, donec non esset solutum debitum, vtq; solutione ista tolleretur obligatio. Ciuilis verò ideo, quia legislator adprobat solutionem, atq; hanc ei vim tribuit, vt etiam ciuilem obligationem tollat. Si tamen debitor exceptionem solutionis obiecerit, non dicitur* [*exceptio iuris,*] *sed tantum* [*facti*] *siue* [*intentionis.*]

b *Solutione.*] 4 *Quanquam* [*solutionis*] *verbum ad omnem liberationem quoquomodo factam pertinet:* [b] *tamen hoc loco, cum adijciatur mentio eius, quod debetur, strictiori significatione ad numerationem præstationemq; rei debitæ refertur. Quemadmodum & Marcellus* [c] *ait.* [*Solutam pecuniam intelligi vtiq; naturaliter, si numerata sit creditori.*]

c *Consentiente creditore.*] *Secus si non consentiat.* 5 *Nam Paulus* [d] *alibi in vniversum tradidit,* [*Aliud pro alio inuito creditori solui non posse.*[e]] *Puta pro pecunia frumentum aliudue: sed si species debeatur, eadem soluenda est non deterior facta & cui nihil desit:* [e] *si quod numero, pondere, mensura constat, debeatur, idem genus solui debet. Creditore autem consentiente aliud genus pro alio, & aliam speciem pro alia solui posse, hic locus satis* [f] *docet.* 6 *Aliquoties tamen etiam inuito creditori aliud pro alio rectè soluitur. Primò quando factum est in obligatione.* [g] *tum enim obligatio post moram succedit ad interesse. Secundò quando res, quæ debet restitui, est perempta, tum quoque licet soluere æstimationem, vtcunque res ipsa* [h] *petatur. Tertio venditor non habens facultatem tradendi, soluendo interesse liberatur. Sunt & alij, quos* [i] *Doctores suis locis examinant.*

d *Quis soluat.*] *Modò semper ipsi creditori, vel cui is velit,* [k] *soluatur.*

e *Siue ignorante.*] 7 *Obserua ergo, solui posse pro alio, licet inuito et ignorante. Aetiologia est, quia naturalis & ciuilis ratio suadet, alienam conditionem meliorem etiam ignorantibus atque inuitis facere nos posse.* 8 *Multum tamen interest, an quis vltrò soluat ignorante debitore, an vero eo inuito: quia soluens pro inuito non potest vlla actione solutum repetere:* [m] *donare enim videtur. secus est in eo, qui pro ignorante bona fide soluit,* [n] *quia actionem negotiorum gestorum habet.*

f *Qui pro eo.*] 9 *Quales sunt fideiussores, mandatores, & id genus alij: quinimo & ipsa quoque pignora atque hypotecæ soluuntur, adeo vt persoluta sorte retineri non possint ob solas* [o] *vsuras. Simul enim cum ipsa obligatione tolluntur omnia, quæ ei accedunt, & veluti appendent.*

g *Si fideiussor soluerit.*] 10 *Videlicet pro debitore, & eius nomine: fideiussore enim suo proprio nomine soluente, non erit ipso iure liberatus apud creditorem debitor, tametsi exceptione se tueri possit, quam ex facto fideiussoris* [p] *habet. Ipsi autem fideiussori soluenti semper obligatus manet debitor: vel mandati, vel negotiorum gestorum iudicio.*

a l. 52. satisfactio cum gl. de sol.
b l. solutionis 54. de sol. l. liberatio. 57. & l. soluti. 176. de ver. sign.
c l. soluta de soluti.
d l. 2. §. 1. si cert. pet.
d d. l. 2. & l. Iul. de verb. obl. l. 3 commo.
f & d. l. 2.
g l. stipulationes non diuidũtur 72. §. Celsi de verb. obl.
h l. si in re furti. de cond. fur.
i Fab. & Ang. hic Dd. d. l. 2. §. mutui. ibi Alc.
k l. solutam. de sol. l. disp. e. ti. l. soluẽdo 39. neg gest.
l l. soluere. 53. de solu. & d. l. soluendo. 39.
m l. vl. C. de neg. gest.
n l. si pro te præstante. mand.
o l. per retentionem. C. de usf. l. solutum. §. si in sortem. de pig. act.
p l. Papinianus. 28. mand. l. Stichum aut Pamphilum 95. §. si mandata. de solut. l. si quid possessor. de pet. hæred.

§. Item per acceptilationem

1 *Acceptilatione ipso iure tollitur obligatio eiusdemque descriptio.*

2 *Acceptilatio vnde dicta: & cuius sit iuris.*
3.4 *Acceptulatio differt à stipulatione, nudo pacto, solutione.*
5 *Acceptilatio duplex.*
6 *Imaginaria venditio, imaginaria solutio.*
7 *Acceptilatio potest etiam Græcè fieri.*
8.9 *Acceptilatione tollitur solum verborum obligatio, non etiam cætera.*
10 *Acceptilatio per Aquilianam stipulationem qualiter fiat.*
11.13 *Acceptilatio partis an & quando vtiliter fiat.*
12 *Alia differentia inter acceptilationem & solutionem.*
14.15 *De Gallo Aquilio: & Aquiliana stipulatio vnde dicta sit.*
16 *Verbum, Oportet.*
17 *Actio, petitio, persecutio differant.*
18 *Habere, tenere, possidere differunt.*
19 *Dolo possidere desiutus pro possidente habetur.*
20 *Rem propriam nemo stipulari potest, sed eius æstimationem.*
21 *Formula Aquilianæ stipulationis an ad amussim seruanda sit.*
22 *Restituta huius §. lectio.*

a Item per acceptilationem *b* tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, *c* imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, vt patiatur *d* hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promisi, Habesne acceptum? & Titius respõdeat, habeo, *e* Sed & Græcè potest acceptilatio fieri; dũmodo sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi, *f* ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα, ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus) tantum eæ soluuntur obligationes: *g* quæ ex verbis consistunt, *h* non etiam cæteræ. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem, alijs posse verbis dissolui. Sed & id quod *i* alia ex causa debetur, potest *k* in stipulationem deduci, *l* & per acceptilationem dissolui. Sicut autem quod debetur, *m* pro parte rectè soluitur: *n* ita in parte debiti acceptilatio fieri potest. Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quam contigit, vt omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & *o* a Gallo Aquilio ita composita est: *p* Quicquid te mihi *q* ex quacunq; causa *r* dare facere *s* oportet, *t* oportebit, *u* præsens in diemue, aut sub conditione: quarumcunq; rerum mihi tecum *x* actio est, quæq; aduersus te petitio, vel aduersus te persequutio est *y* eritue: quodue tu meum *z* habes, tenes, possides, *a* doloue malo fecisti, quo minus possideas: *b* quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius. (quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id haberetne a se acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.)

a *Item per accep.]* 1 *Secundus modus tollendæ obligationis ipso iure, [est acceptilatio,] quæ sic rectè describi potest: vt sit distractus quidam obligationis, in qua ad similitudinem stipulationis interrogatio debitoris, & responsio creditoris intercedere debent, ad hoc, vt debitor à naturali & ciuili obligatione liberetur.* 2 *Origo autem huius vocis est, ab [acceptum ferre,]* [a] *quod Latini adscribebant rationibus receptorum: quasi creditor dicat, Habeo pro accepto, & fateor, me accepisse abs te, quod mihi debebas: quod tamen reuerà non accepit: cum nulla solutio interuenerit. Est ergo [acceptilatio] modus planè ciuilis tollendæ obligationis, sicut solutio,* [b] *naturalis. Solutio enim debiti rudior planiorq; est, omnibusq; gentibus non incognita: acceptilatio verò exactior subtiliorq;, & a Romanis legumlatoribus inuenta.* 3 *Ad descriptionem reuertendo, dixi in ea primum, quòd sit [distractus:] ad differentiam stipulationis, quæ etiam per interrogationẽ & responsionem fit,* [c] *sed ea tendit ad obligandum: hæc autem ad liberandum. Addidi, ad [similitudinem stipulationis:] vt nudum pactum de non petendo excluderem, per quod tollitur tantum naturalis obligatio, ciuili remanente integra: à qua tamen ope exceptionis quoq; liberamur. Subiunxi, [interrogatio debitoris, &c.] quia in hoc distractu debitor interrogat creditorem, acceptumne habeat id quod debet? & is respondet, se acceptum habere, vtcunq; reuera nihil solutum sit.* 5 *Adposui demum, [vt debitor a naturali & ciuili, &c.] quia acceptilatio est propriè imaginaria solutio: & quemadmodum per veram ac realem solutionem omnis tollitur obligatio:* [d] *ita per hanc imaginariam, obligatio verbis contracta, id est stipulatio dissoluitur. Et sic rursus differentiam habes inter solutionem & acceptilationem, quòd illa omnem obligationem dissoluit: hæc stricta ratione iuris ciuilis eam demum, quæ verbis contracta est. Ita enim placuit, vt verbis colligata, verbis etiam tolleretur.* [e] 5 *Et hæc [simplex acceptilatio] dicitur, tantumq; aufert & adimit, quantum stipulatio introduxit. Est & alia [acceptilatio,] quæ fit per [Aquilianam stipulationem,] multò pinguior priore, vt quæ in omnibus contractibus iuris gentium locum habeat: sed de ea commodius infra agemus.*
b *Tollitur.] Quæ tantum aufert acceptilatio, quantum stipulatio introduxit.*

a vide huius vocabuli deriuatione latius apud Bud. in l. si prior. §. po. uo. 1 pig. hab. & Ferra. hic.
b De qua in pr. huius tit.
c l. 5. §. stip. de verb. obl.
d sup. e. in princ.
e l. prout. 80. de sol. l. 36. nihil tam naturale. de reg. iur.

c Ima-

c *Imaginaria.*] 6 *Quemadmodum, cum non verè venditur precio non accedente, imaginaria venditio est: ita similiter cum non interuenit, quod soluendum est, sed ita accipitur, ac si solutum sit, imaginaria solutio est. rectè ergo Acceptilationem Iustinianus dicit esse imaginariam solutionem: quoniam & exemplo veræ solutionis liberare solet*, [f] *& soluisse is videtur, qui acceptilatione liberatus est.* [g] *Quia autem hic nulla interuenit realis numeratio, æquum est, vt & fideiussor gratuita liberatus acceptilatione, nihil repetat à debitore.* [h]

d *Hæc verba.*] *Vel alia similia: nam & hoc modo fieri* [i] *potest acceptilatio: [Accepta facis decem? Facio.]*

e *Sed & Græce.*] 7 *Quemadmodum & ad constituendam stipulationem nihil interest, qua lingua vtare, vtrum Latina an Græca, vel alia qualibet,* [k] *dummodo vterq; alterius linguam intelligat, siue per se, siue per interpretem. Sed & fideiussor Græcè rectè accipitur, vt supra* [l] *dictum est.*

f ἔχεις λαβών.] *Id est, acceptos habes tot denarios? acceptos habeo.*

g *Quæ ex verbis.*] 8 *Qualis est stipulatio: ea enim quia solennibus verbis constituta est, aliis & contrariis effectus verbis* [m] *dissoluitur. Idq; naturali quadam ratione euenit, vt eodem genere quodque dissoluatur, quo colligatum* [n] *est.*

h *Non etiam cæteræ.*] 9 *Quæ scilicet ex re, literis, aut consensu proueniunt. Interdum tamen fieri potest, vt diuersum obligationis genus adiunctum verborum obligationi, simul per ipsam acceptilationem tollatur cum obligatione verborum. Sic enim Vlpianus* [o] *respondit: [Si fideiussori accepto fuerit latum, cum reus re, non verbis fuisset obligatus: an reus quoq; liberetur? Et hoc iure vtimur, vt licet reus non sit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiussorem liberetur.*

i *Alia ex causa.*] *Id est, ex alio genere obligationis.*

k *In stipulationem.*] *Aquilianam scilicet, de qua mox subiicit.*

l *Et per acceptilationem.*] 10 *Et hæc [acceptilatio] dicitur per [Aquilianam stipulationem] fieri, habetque locum in omnibus obligationibus, quæ ex contractibus iurisgentium sumpserunt originem. Transfunduntur enim primum hæ obligationes in [Aquilianam stipulationem,] et verborum obligationem: cuius per hoc naturam assumunt, vt sic acceptilatione sopiri queant. Exemplum. Si Titius deberet mihi centum ex causa mutui, esset item mihi obligatus ex causa emptionis: illæ obligationes non possunt tolli per acceptilationem, quia re & consensu contractæ sunt si tamen ita stipulor a Titio debitore: [Titi, promittis mihi ex causa stipulationis omne id, in quo mihi ex quibuscunque aliis causis obligatus es.] Si Titius promittat, iam omnes illæ obligationes, quibus mihi obstrictus erat Titius, siue re siue consensu contractæ fuerint, deductæ sunt in stipulationem: adeo quod iam non amplius habeantur pro obligationibus re vel consensu contractis, sed pro verborum obligatione. Iam itaq; post illam obligationem transfusam Titius debitor interrogat me creditorem: [Habesne acceptum, quod per Aquilianam stipulationem tibi hodie promissi? si respondeam: [Habeo, acceptumq; fero:] iam Titius debitor omnino liberatus est. Primum enim omnes obligationes sunt deductæ in Aquilianam stipulationem: obligatio autem ex illa stipulatione, contrariis verbis, nempe per acceptilationem, sublata* [p] *est.*

m *Pro parte.*] *Si ita conuentum est, vt particulatim liceat* [q] *exsoluere: vel si partem neget se debere is, vnde* [r] *petitur.*

n *Ita in parte.*] 11 *Quoties ergo patris solutio admittitur, toties & partis acceptilatio vtiliter fit. Verbi gratia: Qui decem debet, pertem soluendo, in partem obligationis liberatur, & reliqua quinque sola in obligatione remanent: item qui Stichum debet, parte Stichi data, in reliquam partem tenetur: ita etiam quinq; ex decem per acceptilationem tolli* [s] *possunt:* 12 *In hoc tamen differt acceptilatio a vera & reali solutione, quòd partis solutio in his quæ partium præstationem recipiunt fieri potest etiam creditore* [t] *inuito: sed partis acceptilatio fieri non potest, nisi creditore consentiente: propterea quod nulla acceptilatio existit, in qua creditor a debitore an acceptum habeat rogatus, non respondeat habeo, vel acceptum* [u] *fero,* 13 *Ex quo etiã illud liquet, non faciendam esse differentiam, circa partis solutionem in his, quæ suapte quidem natura diuidua sunt, sed legis decreto indiuidua, vt cum homo in genere debetur: quia ille casus euenire nequit, vt inuito creditore pars obligationis auferatur: ideoq; solum alteri facultati solutionis in ea specie consistentis æquiparatur acceptilatio, nempe vbi creditor scienter cõsentit, vt debitor in parte obligationis, qua hominem generaliter, aut lancem, aut aliquod aliud eiusmodi corpus* [y] *debet, liberetur: nam & tunc debitor eatenus, id est, in parte per solutionem liberatur, atq; imputet sibi creditor, qui partem accepit, cum non* [z] *cogeretur. In his autem, quæ natura sui partis præstationem non recipiunt, vt solutio, sic & acceptilatio in partem non valet: vt puta si seruitus prædii rustici vel vrbani debeatur. Aliud est in vsufructu,* [a] *cum is suapte natura diuiduus* [b] *sit.*

o *A Gallo Aquilio.*] 14 *Fuit ille Gallus Aquilius maximæ autoritatis Iurisconsultus apud veteres Romanos, quem Cicero* [c] *iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate seiunxisse, præclarè scriptum reliquit:* [d] *quiq; cautiones, & formulas protulit non paucas, quibus adiuuit ius ciuile: & quod adhuc dubium fuerat, ad consequentiam leges producendo interpretatione auxit.* 15 *Is ergo stipulationem hanc composuit, quæ ab ipso autore [Aquiliana] dicta est: qua creditor, qui debitorem omni obligatione exsoluere vellet, alias obliga-*

f l. in diem. de acceptil.
g l. si ex plurib. eo. tit.
h l. si vero non remuneuerandi. mandati.
i l. sanè 3. de acceptil.
k §. 1. sup. de verbor. oblig.
l §. Græce. sup. de fid.
m l. 1. ibi glo. de accep.
n d. l. nihil tam naturale.
o l. & per iurisiurandum. §. etsi fideiussori. h. t.
p vide l. & ex vno. §. eius rei. de accep. l. donatio. C. eod. Dd. in l. si de certa. C. de trãsact.
q l. tutor. §. Lucius. ff. d' vsur.
r l. quidã existimauerũt. ff. si cert. pet.
s l. quidã existimauerũt. si certum pet l. 1. §. & harum. de ver. obl. l. si stipulatus. 1. §. decem. de sol.
t l. qui hominẽ. 17 iuncta glo. de acceptil.
u d. l. quidã. vbi Alcia. hoc pro regula tenet.
x Cauriunc. hic.
y d. l. 1. §. & harum.
z Alc d. §. & harum. tex. l. 13. & per iurisiurandum. §. 1. de accepti.
a eod. §. 1.
b l. 5. vsufr. & ab initio. de vsuf.
c in Orat. pro Aul. Cæcin.
d l. Gallus. de li. & post. Cic. li. 3. Offic. & de Orat.

obligationes in verborum obligationem transferret nouareque, & stipulatione ea, quae acceptilatio dicitur verborum obligationem ipso iure perimeret. De hac satis paulo ante diximus.

p Quicquid te.] Haec est formula Aquilianae stipulationis, cuius verba ponderemus.

q Ex quacunq; causa.] Sic ergo tres obligationes ex contractu, vel quasi, maleficio, vel quasi, cōplectitur.

r Dare facere oportet.] Hic omnes obligationes personales compendit, quae vel dandi sunt vel faciendi. [e]

s Oportet.] Ad veritatem obligationis refert, non ad iudicis facultatem [f] *neque enim quicquid permissum est iudicis potestati, id statim necessitati iuris* [g] *subijcitur.*

t Oportebitur.] 16 Verbum, [oportet,] non significat futurum tempus, quo dari fieri oportebit, ex conditionali contractu: ideo addendum fuit, [oportebitue,] licet econtrario verbum, [oportebit,] praesens etiam tempus demonstret. [h]

u Praesens in diem.] [Aut sub conditione:] quae verba in vulgatis Codicibus adiecta habentur, vtcunque Haloander [i] *omiserit. Acceptilatio enim cum sit actus legitimus, non potest fieri sub conditione.* [K] *nam actus legitimi neque diem, neq; conditionem recipiunt. Certum autem est, & condicionali obligationi Aquilianam stipulationem, & deinde acceptilationem accommodari posse.* [m]

x Actio est.] 17 Actio in personam datur, [petitio] in rē [persecutio] in rem vel in personam rei persequendę gratiae: & sic ad vtrunque pertinet, & simpliciter ad id, quod cognitione Praetoris vel praesidis persequimur extra [n] *ordinem. Receptum tamen vsu est, vt Actionis verbo omnis contineantur.*

y Erituc.] Actio mihi tecum est, quae iam nata est: ex obligatione in diem, vel sub conditione nondum nata [o] *est.*

z Habes, tenes, poss.] 18 [Habere,] generale verbum est, [Tenere] facti, [Possidere] etiam iuris [p] *est. Tenet tam liber homo, quàm seruus naturaliter: possidet solus liber homo ciuiliter. Possidet ciuiliter, qui animo domini tenet, & vti possidetis interdicere potest: possidet naturaliter, qui depositum, commodatum, vi raptum aut possessum tenet: & hoc [vnde vi] interdici potest, & in rem* [q] *agi.*

a Doloue malo.] 19 Qui dolo possidere desiit, pro possidente habetur, teneturque in rem [r] *actione.*

b Quanti quaeque earum rerum. 20 Rem suam nemo stipulari potest, sed ęstimationem rei suę potest, & eam sibi restitui: [f] *ideo ad aestimationem omnium actionum, petitionum, persecutionumque reducit obligationes praecedentes, vt actiones in rem contineantur.* [t] *21 Quanquam autem multa in Aquilianae stipulationis formula verba exprimuntur non tamen opus est creditorem omnibus verbis in ea comprehensis sic vti, vt hic referuntur, sed satis est interrogari de sua obligatione. Quid enim, si tantum facere, vel dare tenearis? vtrunque sanè frustra comprehenderetur. Verum Gallus Aquilius verbis latissimè patentibus eam formulam concepit, vt scilicet nullum genus obligationis ex contractu, vel quasi contractu, proueniens praetermissum videretur.*

c Quod Numerius.] 22 Haec in parenthesin inclusa ad verbum desumpta sunt ex Florentini [u] *responso: Vetusti tamen libri sic habent, & meo iudicio rectius. Item ex aduerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium,] Quicquid tibi hodie per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum? Respondit Agerius, Habeo, acceptumque tuli,*

e l.2. de ver. obl.
f l. verbum oportet. 8. de ver. si.
g l. 40. non quicquid de iud.
h d.l. verbum opor. 8.
i l. sicut. & in l. 18. & ex vno §. 1. vers. quicquid te. de accept. omittunt
K l. acceptilatio. 4. ff. de accept. & ibi lati vid. Dionys. Gott.
l l. 77. actus legitimi. De R. I.
m l. 51. si sub cōditio. de accepttil. l. 12. l. 77. de reg. iur.
n l. 28. actio. de act. & oblig. l. 178. pecunia. §. actionis verbū 2. de ver. sig l. 37. de ob. & ac. l. 3. §. 6. De bo. poss. li. 23. ff. rē rat. hab.
o l. 72. stipulationes non diuiduntur. & l. interdum. 73. de verb. obl.
p l. stipulatio ista. 83. de ver. oblig.
q l. 9. officium. d rei vend. l. 1. d vi. & vi ar.
r l. 27. sin autem de rei. vend.
s l. 28. nemo. de ver. obl.
t ita eleg. hic Egui. Baro explicat.
u l. & ex vno. 18. de acceptil. ad finem.

§. Praeterea.

1 *Nouatione tollitur ipso iure obligatio.*
2 *Nouatio genericè & specifice accipitur: eiusdemque descriptio.*
3 *Delegatio quid & quid in ea requiratur.*
4 *Nouatione tolluntur etiam accessoria cum obligatione.*
5 *Nouatio ita demum valet, si sequens obligatio valeat.*
6 *Nouatio cum seruo facta inutilis est: cum pupillo verò valet: & quae sit diuersi iuris rō.*
7 *Quid si cum adulto fiat nouatio?*
8.9 *Quomodo fiat nouatio sine interuentu nouae psonae, & ea in re triplex ius cōsiderādū esse.*
10 *Interdum nouatio fit, etsi non exprimatur.*

a Praeterea nouatione *b* tollitur obligatio: *c* veluti si id quod tibi Seius debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nā interuentu nouae personae, noua nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: *d* adeo vt interdum licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti si id quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris autoritate stipulatus fueris: quo casu res amittitur. nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est. Non idem iuris est, si a seruo fuerit quis stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. *e* Sed si eadem persona sit à qua postea stipoleris: ita demū nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit: fortè si conditio, aut dies aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adiiciatur, nouationem fieri sic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, *f* si conditio extiterit, alioqui si defecit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem in-

per veteres constabat tunc fieri nouationem, cum g nouandi animo in secundam obligationem iret: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio, quæ apertissime definiuit, tunc solum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes h expressum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt. alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere: vt maneat ex vtraque causa obligatio, secundum i nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

a Præterea.] Tertius 1 modus, quo obligatio ipso iure tollitur, est [Nouatio:] quæ quasi affinitatem habet cum acceptilatione, in eo, quod & ipsam per interrogationem & promissionem fieri [a] oportet. non tamen liberandi duntaxat animo, vt istic, imo etiam nouæ obligationis inducendæ gratia. 2 Est autem [nouatio,] genus, continens sub se [delegationem & nouationem specificam. Nouatio] in genere est prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem transfusio: hoc est, vt ex præcedenti causa ita noua constituatur, vt prior perimatur, & nomen a nouo accepit, [b] atque a noua obligatione. 3 [Delegatio] vero est, cum quis vice sua debitorem suum consentientem delegat creditori suo, ita vt debitor promittat per stipulationem debitum creditori. Primum hic requiritur mandatum delegantis. [c] Deinde, vt is, qui delegatur, sit debitor delegantis. Tertio voluntas & consensus delegati. [d] Postrema vt debitor promittat debitum creditori per stipulationem nomine delegantis. [e] Vbi autem tantum vnum ex his requisitis deficit, potius nouatio quàm delegatio dici debet.

b Tollitur obligatio.] 4 Nec solum ipsa principalis obligatio extinguitur, sed etiam eius accessiones, veluti hypothecæ, [f] pignora, [g] fideiussores, [h] stipulationes vsurarum, [i] & pœnæ; [k] denique & periculum moræ commissæ. [l] Atque hæc quidem omnia pertre intelligimus, nisi in nouatione repetantur, veluti excipiantur. Interim tamen sciendum est, semper manere prioris obligationis priuilegia iure concessa, nisi nominatim aliter conuenerit in ipsa [m] nouatione.

c Veluti si id quod.] Plærique textus legunt: Veluti, si id quod tu Seio debebas, a Titio dari stipulatus sit, atque ita legendum esse, sequentia satis indicare videntur.

d Adeo vt inter.] 5 Debet scire, nouationem ita demum valere, quando sequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter: [n] & si neutro modo teneat, nouationem nullius prorsus momenti esse, prioremque obligationem ratam manere. 6 Recte ergo hic docet Imp. [nouationem cum seruo factam esse inutilem, cum pupillo autem celebratam valere:] quoniam seruus, saltem extra causam sui peculij, [o] fideiubendo pro alio ne naturaliter quidem obligatur, cum lex prohibeat eum pro alio intercedere. Intercedere enim est species donationis, seruus autem cum nihil habeat, etiam nouandi animo pro alio intercedere [p] vetatur. Cæterum pupillus vel sine autore tutore obligatur, saltem naturaliter: [q] atque ita capax est prioris obligationis, prondeque ipsius nulla restitutione opus est: cum naturaliter tantum atque ita inefficaciter ad agendum ex nouatione teneatur. Ex quo consequitur, quod & creditor frustra nouarit, nec ad veterem actionem redire possit: sibi enim imputet, quod cum pupillo sola nouatione vsus sit. [r] Si vero cum adulto, minore tamen XXV. annis facta sit nouatio, & ipse per ætatis beneficium restituatur in integrum, creditor similiter, qui ipsum efficaciori actione obligatum habuit, ad eandem redire poterit: [s] nisi forte minorem dolo malo ad obligationis veteris nouationem induxisset: quia tum secus [t] erit.

e Sed si eadem.] 8 Dixit supra, quomodo fiat Nouatio interuentu nouæ personæ: iam explicat, an & quo pacto introducatur Nouatio, quando non intercedit noua persona, sed ea, quæ prius obligata erat. 9 Circa quod triplex ius considerandum est. Iure enim vetustissimo, quod ante Pandectarum autores in vsu fuit, præsumebatur Nouatio tacite facta, quoties secunda promissio noui aliquid adferebat: siue fuisset aliquid additum siue detractum priori obligationi. [u] Atque ita loquitur hic Iustinianus. Iure vero Pandectarum fiebat Nouatio, quando secunda stipulatio plus primo continebat: vt si addebatur aliquid in quantitate, vel etiam noua persona accedebat, aut prorsus noua qualitas interueniebat, quæ tamen solum firmandæ obligationis gratia non adhiberetur: [x] secus si secunda promissio minus, vel tantundem comprehendebat. Iure vero nouo, quo a Iustin. Imp. introductum est, [y] non fit Nouatio, nisi contrahentes hoc expresserint, quod secundam magis pro anteriore elegerint. Et huius iuris paulo post [z] fit mentio.

f Si conditio extite.] Quoniam ea specie Nouatio est in pendenti, nec perficitur nisi completa conditione.

g Nouandi animo.] Quia animus colligebatur, & præsumebatur ex verbis contrahentium.

h Expressum fuerit.] Quòd scilicet partes expresse Nouationis fecerint mentionem. 10 Sane quando ex verbis necessario colligitur animus nouandi, vtcunque non fuerit facta expressa mentio nouationis, nouationem tamen fieri crediderim. Verbi gratia, [Pro centum solidis, quos mihi debes promittis quindecim?] hic vtcunque non fiat mentio nouationis, tamen ex verbis necessario colligitur, contrahentes id voluisse, vt prima obligatio mutaretur in secundam; quod & Salicetus prodidit. atque ita hic accipiendum est.

i Nostræ constit.] Quæ in codice [a] lib. 8. tit. 42. extat: vbi statuit, nisi stipulantes remiserint priorem obligationem, & hoc expresserit, secundamq; magis pro anteriori elegerint, nihil penitus prioris cautelæ innouari. deinq; voluntate tantum, non lege nouandum, etsi non verbis exprimatur, vt sine nouatione causa procedat.

§. Hoc

a gl. in l. 1. de noua.
b d. l. 1. de noua.
c l. quamuis. §. simile dict. tit.
d l. 1. C. de noua.
e l. delegare. d. ti. & d. l. 1. C. eo.
f l. nouatione. 18. de noua.
g l. vnica. C. etiam ob chiro. pec.
h l. nouatione. C. de fideiuss.
i d. l. nouatione.
k l. si creditor. de noua.
l l. si Stichum. 8. eo. tit.
m l. 2. §. pe. de priuil. cred. l. alia de noua
n l. 1. §. 1. & l. seq. de noua.
o l. 19. seruus in seio. de fideiuss. l. licet. §. si filius fa. de pecul.
p d. l. seru. i scio. & l. seq
q l. 1. de noua & not. in l. vlt. de tutelur.
r & hoc vult. gl. hic in effectu verbi. nulla est & à Dd communiter recipitur.
s l. 1. C. de reputat. l. si Titius & Seia. 48. §. huic similis. de fideiuss.
t d. l. si Vinus. §. quod si dolo.
u Bar in l. qui vsumfructum de verb. obl. Dd. l. fi. C. de nou.
x Propter l. 6. si ita fuero. & l. seq. de nou.
y in l. vlt. C. de noua.
z vers. ideo nostra. in hoc §.
a d. l. vl. C. de nouat.

§. Hoc amplius.

1 *Contrario consensu ipso iure tollitur obligatio, quæ consensu constat.*
2 *In emptione quando res desinat esse integra.*
3 *Donatio hodie nudo consensu contrahitur.*
4 *Compensatio ipso iure minuit obligationem.*
5 *Confusione rerum tollitur ipso iure obligatio.*
6 *Item & oblatione, depositione, & consignatione debita pecuniæ.*
7 *Item interitu speciei debitæ.*
8 *Item & transfusione.*

a Hoc amplius, eæ obligationes quæ consensu contrahũtur, contraria voluntate dissoluuntur. Nã si Titius & Seius inter se consenserint, vt fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis, deinde *b* re nondum sequuta, id est, *c* neque precio soluto, *d* neque fundo tradito, placuerit inter eos, vt discederetur ab ea emptione et venditione, *e* inuicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnib. contractibus, *f* qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est.

a Hoc amplius.] 1 Quinto tollitur obligatio ipso iure, [contrario consensu] contrahentium. Omnes enim obligationes, quæ consensu constant, in quibus scilicet neque scriptura neque præsentia omnimodo opus est, ac ne dari quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio, contrario consensu, re integra, dissoluuntur: quod eleganter Neratius iurisconsultus in Pandectis [a] *explicat, cuius responsum huc referri potest. Etenim secundum naturam est, vt quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissoluatur.* [b] *Neque tamen hic contrarius consensus nouus est aliquis contractus, sed merus distractus ad dissoluendam priorem contractum.*

b Re nondum sequu.] Id est, re adhuc existente integra.

c Neq; precio.] 2 Explicat quando res adhuc dicatur integra: nampe si preciũ necdũ sit solutũ, quod non solum de toto precio, sed etiam eius parte intelligendum est: nam & ea soluta, desineret res integra esse. Sed etsi quid arrharum nomine datum sit, saltem ea lege, vt cederet in partem precij efficit, ne sit amplius integra, [c] *secus si simpliciter datum esset. Datus tamen fideiussor non efficit, quo minus res sit integra.* [d]

d Neque fundo tradito.] Nullo scilicet modo: nam etsi imaginaria tantum interuenisset traditio, vt quia vel per precarium, vel constitutum intelligitur res tradita, res non diceretur amplius integra. [e]

e Inuicem liberantur.] Nec solum ipsi liberantur inuicem, sed etiam ab aliis, quibus ius aliquod ex huiusmodi contractu quæsitum est.

f Qui ex consensu.] Qualis est mandatum, societas, item & donatio hodie. 3 ea enim ex Nouella Iustiniani constitutione nudo consensu contrahi potest, [f] *vt alibi* [g] *annotauimus. Porro pro corronide addẽdum huic titulo, vltra quinque modos tollendæ obligationis, ipso iure, in hoc titulo comprehensos, etiam alijs modis obligationes dissolui posse. 4 Nam & [compensatio ipso iure minuit obligationem:* [h] *veluti si Titius deberet mihi centum, & ego illi vicissim totidem aureos, facta compensatione Titius ipso iure liberatum est, 5 item si reus debendi creditori hæres existat, aut contra, creditor fiat hæres debitoris, confusione tollitur obligatio,* [k] *confunduntur enim ea specie ipsorum bona, dissoluunturque obligationes, quæ inter eos contractæ erant. 6 Præterea oblatio debitæ pecuniæ, depositio & consignatio pro solutione habetur, & od id ipso iure liberat debitorem.* [l] *7 Sed & interitu speciei debitæ tollitur ipso iure obligatio, si nec in mora, nec in culpa fuerit debitor.* [m] *8 Postremo & transfusione obligatio soluitur, vt cum debitor deportatur, aliudue delictum committit, propter quod omnia bona ipsius publicantur. eo casu transfunduntur obligationes in fiscum, ita vt debitor ipso iure liberetur, Fiscusque obligetur creditoribus tanquam successor.* [n] *Sunt & alij modi, quibus obligatio tollitur, suspenditur, minuitur, eliditur: de quibus sub titulo, [De exceptionibus,] infra, Deo dante, videbimus.*

a l. ab emptione. 58. de pact.
b l. 2. C. quan. lic. ab empt. disce.
c l. vlt. C. quan. lic. ab empt. disce.
d l. 3. de rescin. vend.
e l. 47. emptor de pact.
f l. si quis argentũ C. de dona.
g §. perficiuntur sup. de donat.
h §. in bonæ fidei. inf. de act. vbi dicam.
i l. 4. verum. de compensat.
k l. 50. debitori creditor. de fideius.
l l. 1. depos. l. ob signatione. C. de solu. l. acce. ib. gl. C si vsu.
m l. 5. quod te. si cer. pet. l. 23. si ex legati cau. de verb. obl.
n vid. l. 47 si debitori. de fideiuss.

INSTITVTIONVM III. LIBRI FINIS.



IOACHIMI MYNSINGERI

A FRUNDEK, IURISCONSULTI,

SCHOLIA IN LIBRUM QUARTUM

Institutionum Fl. Iustiniani Cæsaris.

DE OBLIGATIONIB. QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

Titulus Primus.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Delicta alia publica, alia priuata.*
3 *Delicta alia capitalia, alia non capitalia.*
4 *Delicta alia ordinaria, alia extraordinaria.*
5 *Priuata delicta persequimur vel ciuiliter, vel criminaliter.*



Quoniam 1 priores duæ causæ, ex quibus obligationes nascuntur, absolutæ sunt, [Contractus] scilicet, & [quasi contractus:] restant posteriores duæ, [delicta & quasi delicta,] quas Imp. subsequentibus titulis explicat. Et primum de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, generalem concepit rubricam: mox tamen de furtis duntaxat disserit, & constituit, propterea quod nihil ferè habuit generaliter tractandum de omnibus, quod supra de obligationibus ex consensus factum est: in Pandectis tamen titulus est generalis, [de priuatis delictis,] vbi latius omnia pertractantur. 2 Hoc tamen ad euidentiam non est omittendum, delictorum alia esse publica, alia priuata. Dicuntur autem [publica,] quorum ius ad dissipationem status publici tendit: vt sunt seditio, homicidia, peculatus, ambitus, & alia multa his similia: de quibus agitur in libro pandectarum 48. & infra sub tit. [de publicis iudicijs. Priuata] verò sunt, quibus priuata vita affligitur commoditas: [a] vt est furtum, rapina, damnum, & iniuria: de quibus in hoc, & aliquot sequentibus titulis disseritur. 3 Deinde & inter publica crimina, & inter priuata, quædam sunt [capitalia,] quæ pœna mortis aut exilij vindicantur: quædam [nõ capitalia,] quorum pœna aut est pecuniaria, aut coërcitio quædam [b] corporalis. 4 Rursus & priuatorum & publicorum delictorum quædam sunt [ordinaria,] quædam [extraordinaria. Ordinaria] dicuntur, in quibus certa pœna à legibus constituta est: [Extraordinaria] verò, quibus imponitur pœna pro modo delicti [c] ex arbitrio iudicantis. Et hæc quidem de differentijs delictorum obiter. 5 Persequimur autem delicta bifariam, ciuiliter & criminaliter: [d] ciuiliter, quando petimus pœnam nobis adiudicari: criminaliter, quando petimus, vt reus vel luat pœnam in corpore, vel quid Fisco inferat. Sic ergo ex quocunq; maleficio duplex iudicium nascitur, ciuile & criminale: nec vnum consumitur altero, [e] sed non potest vtrumque simul proponi: quod suo loco vberius discutietur. Nunc de furti obligatione videamus, quam hoc in titulo Imperator tractat.

a l. 4. ex maleficijs de act. & oblig.
b l. 2. de publ. iu.
c l. 1. de effract. & expil.
d l. vlt. de priua. delict.
e l. prętor edixit. §. 1. de iniur.

Princip. tit.

1 *Differentia inter obligationes ex contractu, & eas quæ ex maleficio descendunt.*

Quum sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, & quasi ex contractu: sequitur, vt de obligationibus ex maleficio, & quasi ex maleficio dispiciamus. Sed illę quidem (vt suo loco tradidimus) *a* in quatuor genera diuiduntur: *b* hæ verò vnius generis sunt, nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, *c* veluti ex furto, rapina, damno, iniuria.

a In quatuor genera.] Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut nudo [a] consensu: id quod superius dictum est.

b Hæ verò.] Quę scilicet ex delicto, aut quasi ex delicto nascuntur. 1 Vult enim differentiam attendere inter has & superiores obligationes: quasi diceret: Obligationes ex contractu descendentes non sunt vnius generis, quia non oriuntur, nisi vel res interueniat, vel verba, aut litera, aut consensus accedat. Obligationes autem ex delicto sunt vnius generis: hoc est, statim oriuntur, postquam delictum priuatum commissum est. nam deliquens statim obligatur naturaliter & ciuiliter, vt pęnam luat: primum naturaliter, quia naturalis ratio inter omnes gentes constituit, vt delicta [b] puniantur: deinde ciuiliter, quoniam & legislator seu ius ciuile delicta punire iubet.

a §. vl. sup. de obl.
b §. ius autem gẽtiũ. sup. de iur. na. gen. & ciui.

c Ve-

c Veluti ex furto.] Sunt ergo priuata delicta quatuor c generum. Nullum enim est aliud, de quo priuatum iudicium constituatur. Quæ singula delictorum genera specialibus titulis explicantur.

§. Furtum.

1 *Furti definitio explicatur.*
ibi. *Sola cogitatio non facit furtum.*
2.3 *Contrectare quid: & sola contrectatione furtum fieri.*
4 *In rebus soli & incorporalibus non fieri furtum.*
5 *Furtum non fit sine dolo: & fraudulenta contrectatio, etiam sine auersione, furem facit.*
7 *Nec, si iniuriæ causa contrectem rem alienam, fit furtum.*
8.9 *Furtum non committi, nisi lucri faciendi causa res contrectetur fraudulenter.*
10 *Propriæ rei non fit furtum.*
11 *Quomodo ipsius vsus furtum fiat.*
12 *Item possessionis.*
13 *Furtum prohibitum iure naturali.*
14 *Apud Ægyptios & Lacedemonios furari impune licuit.*
15 *Furtum apud Scythas grauiss. fuit punitum.*
16.17 *Furtum vnde dictum.*

a Furtum est cõtrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessione, quod lege naturali prohibitum est admittere. Furtum autem vel *b* a furto, id est, nigro dictum est, quod clam & obscure fiat, & plerunque nocte: vel *c* a fraude, vel a ferendo, id est, auferendo, vel a Græco sermone, qui *d* Φῶρας appellant fures. Imo & Græci a ferendo Φῶρας dixerunt.

*a Furtum est contrectatio.] Furti definitionem præmittit Iustinianus, quam ex a Paulo mutuatus est, vt cognoscatur id, de quo agetur, eam breuiter & populariter explicabimus. 1 Dicitur primum [contrectatio,] quoniam sola cogitatio furti faciendi sine reali siue actuali contrectatione non facit b furtum. Quare si quis furti faciendi causa conclaue ingressus est, si nihil contrectauerit, fur non est, nec furti tenetur: licet extraordinem puniendus sit, vt respondit c Vlpianus de Dialarijs, hoc est, ijs qui in aliena cœnacula se dirigunt fraudi animo. 2 [Contrectare] autem dicitur, qui rem mobilem de loco in alium locum d mouet: 3 tametsi furtum sola contrectatione etiam sine auersione vlla fieri, ex * Vlpiano constet. Ait enim: Eum qui vas, quod tollere potuit, aperuit, & res contrectauit, quamuis partem tantum earum auerterit, omnium tamen furem esse. Et paulo post. Earum quoque rerum, quas qui non abstulit, sed contrectauit tantum, furti tenetur. 4 Ex quo apparet, in rebus soli immobilibus furtum non fieri, e quia contrectari nequeunt: nec item in reb. incorporalibus, quæ nec tradi nec possideri f queunt. Sequitur in definitione, [fraudulosa,] 5 quoniam non fit furtum sine dolo & improbo furandi animo, quare si quis lapsus errore putet id sibi licere, quia res sua sit, aut dominum facile permissurum, g furti non obligatur. 6 Non ergo quæuis contractatio, sed ea demum, quæ fraudulenta est furem facit. Additur, [lucri faciendi gratia.] 7 si enim iniuriæ causa contrectē alienam rem. h furti non teneor. Item si fructus immaturos decerpam, damni iniuriæ obligor, i non furti: quoniam non decerpsi eos lucri faciendi causa, & voluntas ac propositū distinguunt k maleficia. 8 Vnde discis, etsi fraudulosa contrectatio sit, nisi lucri faciendi causa fiat, furtum non esse. Possunt enim alienæ tabulæ contrectari, non lucri, sed lituræ faciendæ causa: possunt alienæ vestes contrectari non lucri faciendi, sed maculæ imponendæ gratia. Itaque necessario hæc verba (lucri faciendi gratia) adijcienda fuerunt. 9 Recte igitur l Vlpianus: Verum est, inquit, si meretricem alienam ancillam rapuit quis, vel celauit, furtum non esse: nec enim factum quæritur, sed causa faciendi. Causa autem faciendi libido fuit, non furtum. Et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit libidinis causa, & fures non ab eo inducti, sed aliam ingressi, meretricis res egesserunt, furti non teneri. Quod adijcitur in definitione, [vel ipsius rei,] hoc de re aliena accipiendum est, & quæ certum habeat dominum. 10 Nam neque propriæ, neque pro derelicto habitæ rei furtum fit: etiamsi quis furendi animum habuerit: neque enim furtum fieri potest, nisi sit, m cui fiat. Vnde & rei ex hereditate iacente subtractæ furtum non est fere, n quod nullius sit. 11 Subiungitur, [vel etiam vsus eius:] nam si aliter vteris re, quam tibi concessa est, o furtum committis: sed etsi creditor vtatur pignore, vel depositarius re deposita, furti tenetur. Annectitur, [possessionisue:] 12 quia si surripuisti mihi rem, cuius tantum possessionem habui, furti obligaris: veluti si debitor rem pignori datam subtrahat creditori: vel si colonus, qui fundum conduxit, eo vendito dominum possessionem p fraudet. 13 Apponitur tandem, [quod lege naturali, &c.] secunda enim lex naturæ est: neminem lędere, sub qua comprehendit etiam, Furtum ne facias. Quare q Vlpianus quoque ait, furtum sicut adulterium, natura turpe esse. Naturalis siquidem ratio idipsum dictat, cum etiam tueatur priuatorum proprietates & dominia. Vnde in Decalogo legitur: [Nõ furtũ facies.] 14 Nec ad rē pertinet, quod r scribitur, fuisse aliquos po-*

a l. 1. de fur.
b d. l. 1. §. 1.
c l. pen. de extraor. crim. fac. et l. vulgaris. 21. §. qui furti. de fur.
d l. possideri. §. si rem apud te. de acq. poss.
* in d. l. vulgaris. 21.
e §. abolita. sup. de vsucap. §. quod ad eas res. ver. abolita. l. si is qui. 75. hoc ti.
f Accur. hic l. seruus. §. incorporales. de acq. re. domi.
g §. placuit. 7. eo.
h l. 63. qui iniuriæ. h. tit.
i l. 27. si seruus seruum. §. 25. si oliuã. ad leg. Aqui.
k d. l. qui iniuriæ.
l l. verum est. 39. hoc tit.
m l. falsus. 43. §. q. alienam. h. tit.
n l. 68. hæreditariæ. dic. tit.
o §. præterea. & d. § placuit. infra. eod.
p Gell. li. 11. c. vl.
q l. 41. probrum. de. ver. sig. vbi tñ Alci. defendit furtum nõ naturali, sed ciuili lege prohiberi.
r Gell. dic. loco.

 pulos,

s Gell. ibidem. pulos, apud quos furari impunè licebat, vt Aegyptij: & apud Lacedæmonios etiam laudi datum fuisse, esse furem, nec reprehendi, quod hoc potissimum exercitamento cautiores diligentioresque adolescentes fierent. Hæc enim quarundam gentium barbaries non puniendi furta, legem naturæ non immutat: & parum iusta fuit hæc politiæ continendæ ratio. nam seueritate coercendum, non alendum indulgentia, malum est. 15 Sanè apud Stycharum gentem, alioqui feram & barbaram, nullum delictum grauius punitum fuit [t] quàm furtum: & Draco Atheniensis etiam furtum olusculi, morte iudicauit [u] expiandum.

t Iustinus lib. 2. suæ hist.
u Gell. eo. loco.
x lib. 18.

b A furuo.] 16 Quæ fuit M. Varronis sententia Rer. diuina. lib. 14. vt [x] Gellius refert: quam tamen ipse reprehendit. Seruius vero in lib. Aeneid. 9 Fures, inquit, ideo dicti sunt, quod furuo, id est, nigro tempore furta committunt.

c A fraude.] 17 Masurius Sabinus furtum à fraude, sed remotius, deriuasse legitur, ob id fortè, quia & Græci φῶρας ἀπὸ τοῦ φέρειν dicunt.

d φῶρας.] Sic Gellius scribit, [Quod a Græcis (inquiens) nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua φὼρ est dictum: hinc per affinitatem literarum, quia φὼρ Græce, est Latine fur.

§. Furtorum.

1 ἐπ' αὐτοφώρῳ quid significet.
2 Contrariorum eadem disciplina.
3 Furtum nec manifestum.
4 Nec, pro non, olim dictum.

Furtorum autem *a* duo sunt genera, manifestum, & nec manifestum. Nam conceptum & oblatū species potius actionis sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: sicut inferius apparebit. Manifestus fur est, quem Græci *b* ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus ianuam, deprehensus fuerit: & qui in olíueto, oliuarum, aut in vineto, vuarum furtū fecit, quamdiu in eo oliueto aut vineto deprehensus fuerit. Imò vlterius furtum manifestū est extendendum, quandiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit siue in publico, siue in priuato, vel a domino, *c* vel ab alio, antequam eò peruenit, *d* quo deferre vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quò destinauit, tametsi deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur. *e* Nec manifestum furtum quid sit, ex ijs quæ diximus, intelligitur. nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

a Duo sunt genera.] Furtorum genera quatuor recenset Paulus lib. 7. Senten. cap. 3. quæ Iustinianus hic ad duo reduxit. Hodie tamen hæc furtorum genera non attenduntur, sed eadem est ratio de furto quocunque modo commisso: quod infra suo loco annotabimus. Itaq; nihil opus est, hic multum insistere. Porrò totus hic locus ex Caio, & [a] Vlpiano huc transcriptus est.

b ἐπ' αὐτοφώρῳ.] 1 Id est, in ipso facto, in ipso actu furandi. Solent autem hoc verbo generaliter uti Græci, quoties de ijs loquuntur ita deprehensis, vt factum inficiari non possint: vt in D. Ioanne Euangelista cap. 8. de muliere in adulterio deprehensa legitur. Huius enim accusatores dicebant, ipsam deprehensam ἐπ' αὐτοφώρῳ hoc est, in ipso actu adulterij. Papinianus [b] appellat deprehensos in [admisso.]

c Vel ab alio.] Qui modo se non occultarit, sed occurrerit ad deprehendendum, vel inclamauerit vicinos.

d Quo deferre.] Hoc est, vt [c] Paulus ait, [quo destinauerat eo die manere cum eo furto.

e Nec manifestum.] 2 Contrariorum enim eadem est disciplina, vt [d] alibi diximus. Sic ergo nec manifestum furtum ex manifesti, tanquam contrarium ex contrarij sui definitione [e] intelligitur. 3 Est ergo furtum nec manifestum, cum fur non deprehenditur cum furto, antequam in ædes suas intulerit, vel alioqui quò destinauit. 4 Dicitur autem [nec manifestum,] ad imitationem legis XII. tabularum. Olim enim [nec] pro [non,] dicebant.

a l. 2. 3. & 8. ff. h. t.
b l. 8. si dominus de præscr. ver.
c l. 4. hoc tit.
d in pr. supra. de his qui sui vel alien. iu.
e l. 8. ff. h. tit

§. Conceptum.

1 Conceptum & oblatum furtum quid?
2 Concepti, oblatique furti pœna.
3 6 Furtum conceptum an & quomodo à furto per lancem liciumque concepto differat.
4 Lanx & licium, quomodo & cur in eo furto vsurpata fuerint.
5 Veteres religiosè suas vxores & filias obseruasse, ac custodisse.
7 Concipere verbum, pro inuenire sumi.
8 Reperiens rem furtiuam, eamque celans, hodie furti tenetur.
9 An in domo aliena rem furtiuam quærere liceat.
10 Furem suscipiens, eumque celans, tenetur Edicto De receptatoribus.
11 Rem furtiuam scienter in pignus accipiens, vel eam emens, furti obligatur.

Conce-

a Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiua res quæsita & inuenta sit: nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te *b* concepta sit: vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eum, qui dedit, cóciperetur. nam tibi apud quem concepta sit, propria aduersus eum qui obtulit, quamuis fur non sit, cõstituta est actio, *c* quæ appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti actio aduersus eũ, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti aduersus eum, qui furtiuam rem apud se quęsitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. *d* Quum enim requisitio *e* rei furtiuæ hodie *f* secundum veterem obseruationem non fiat: merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab vsu communi cesserunt: *g* quum manifestum sit, quod omnes, qui *h* scientes rem furtiuam *i* susceperint & cælauerint, furti non manifesti obnoxij sunt.

a Conceptum.] Videntur hæc ex Caio iurisconsulto desumpta esse, qui lib. 11. Institutionum scribit, 1 [conceptum furtum] dici, cum apud aliquem alterum res furata inuenitur. [oblatum] vero, cum res furtiua alicui a fure ita datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit. Quod & Sententiarum lib. 11. Paulus tradidit, vbi, [concepti,] inquit, [actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inuentum est: oblati, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud se inueniretur.] 2 Porro vtriusque furti & concepti & oblati pœnam iure Prætorio tripli fuisse, [a] Gelius scribit: vbi etiam meminit furti concepti per lancem & licium, quod perinde, ac si manifestum esset, lege Decemuirali coercitum fuisse memorat. 3 Furtum autem conceptum, cuius hic Imp. mentionem facit, non esse diuersum a furto [per lancem liciumque concepto.] [b] Alciatus, & alij non nulli voluere, eaque verba [(per lancem liciumque concepto.)] duntaxat addi ad indicandum ritum quærendi furtum, sicut æs & libra vsurpabantur causa ritus in venditione immaginaria. 4 Quomodo autem, aut cur sit vsurpata lanx & licium, Sex. Pompeius, & nouissime [c] Alciatus ostendunt. Nam lictores, qui furtum ibant quærere in domo aliena, in primis licio cincti intrabant, vt se iure publico, & tanquam magistratibus obsequentes, non autem propria autoritate alienas domos ingredi, significarent. Lancem item secum ferre solebant, quam oculis obijcerent, ne qua ex parte materfam. mulieresue conspicari poßent. Hincque tracta videtur appellatio, per lancem & licitum rem perquirendi. 5 Sane religiose admodum ac seuere olim Grꝙcos & Latinos suas vxores aut filias obseruasse & custodijse, patet ex hoc Phocylidis.

a lib. 11. cap. 18.

b lib. 5. Parerg. cap. 8.

c in d. loco.

Παιδὸς δ' εὐμόρφου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην — Μὴ δέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι, — Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος,

Et hoc Horatij: Prima, nocte claude, neque in vias, Sub cantu querulæ despice tibię.

a Quodque diuus Paulus fœminas vult οἰκουρούς *esse: ad præter alia multa, pręsens adhuc Italorum consuetudo copiose testatur. 6 Alij [d] vero maluerunt furtum per lancem liciumq; conceptum diuersum fuiße, ac omnino separatam speciem a furto concepto. Scribit enim Titius Alpinus: assessor olim & meus collega in supremo Imp. Germanici Tribunali Spirę, illud fuisse furtum sacrilegio proximum, nempe rerum, non quidem ad ministerium Dei rite sacrarum, sed collectarum potius ad sacrificia. Ministri sacrorum licio succincti gestabant lancem ad comportandas stipes, quas ad Dei cultum conquirebant. Deinde quas ostentu sacri ministerij congesserant, ipsi surripiebant scelerati impostores. Quorum autem hac in re opinio sit verior, alijs dijudicandum relinquo. de viris enim tam excellentis doctrinæ non meum iudicium est.*

d Mar. Titius Alpino in libello quẽ hac de re edidit.

Vide hic Bal.

b Concepta sit:] 7 Id est, quęsita & inuenta: sic enim hoc loco verbum, Concipere sumitur. Nam & Paulus lib. 2. senten. tit. 31. de furtis, furtum concipere, pro inuenire vsurpauit.

c Quæ appellatur oblati.] 8 Hodie vero reperiens furtiuam rem, & cælans scienter, tenetur actione furti, [e] quia auxilium præbuit.

d Quum enim requisitio] 9 Inhumanum enim est, aliquem inuito domino secreta domus [f] perscrutari, & admodum graue, vel rei familias vilitatem detegere, vel diuitias inuidiæ subijcere. Si tamen certa adsint indicia, rem furtiuam esse in domo alicuius, tum implorari potest officium iudicis, vt detur familia pro quærendo [g] furto.

e Rei furtiuæ.] Inanimatæ scilicet. nam seruum fugitiuum, qui sui furtum domino facere dicitur, [h] semper licuit in alienis ædibus perquirere.

f Secundum veterem obseruationem.] Quam supra retulimus.

g Manifestum.] Ex rescripto [*] scilicet Imp. Diocletiani & Maximiniani ad Dionysium. cuius verba sunt hæc. [Eos qui furtim ablata scienter susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potes.

h Rem furtiuam.] 10 Si vero quis furem ipsum susceperit, et cælauerit, fur non est, sed receptator, teneturque edicto, De [i] receptatoribus.

e l. eos. C. de fur.

f l. quosdam. C. de metal. l. me minimus. C. quã & q quat. pars. li. 10.

g Io. de Plat. hic.

h l. 1. de ser. fug. l. requirendi. C. de fur.

* in. l. eos 14. C. de furt.

i l. 1. de recept.

Susceperint.] *Quocunque id fecerint titulo.* 11 *Nam etsi creditor rem alienam scierit apud se deponi pignori,* [k] *furti tenetur. Idem etsi quis rem furtiuam sciens emerit: Certe etsi emisset ignorans, non poterit a venditore* [l] *Domino precium petere.*

k l. seruus. 6. de cond. indeb.
l l. 2. C. de furt.

§. Pœna.

1 *Varia pœna furtorum olim fuerant: & nu. 2. 3. 4. 5.*
6 *Friderici I. constitutio de furibus.*
7 *Quæ pœna hodie in fures exerceri soleat.*

Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex serui, quàm ex liberi persona: nec manifesti, dupli.

De Pœna] *furti valde variatum esse, ex Aul. Gellio lib. 11. cap. vlt. colligi potest.* 1 *Nam Athenienses cuiuscunque furti reum ex Draconis sanctione capitis supplicio afficiebant.* 2 *Deinde hæc pœna, velut nimis acerba, Solonis persuasu mitigata est, & reducta in mulctam pecuniariam, scilicet Dupli: nec erat diuersum in furto manifesto.* 3 *Decemuiri vero, cum viderent alterum in puniendis omnium generum furibus nimis seuerum, alterum nimis remissum esse, furem manifestum furto deprehensum tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum, nox esset, aut interdiu se telo, cum deprehenderetur, defenderet.* [a] *Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari, addicique ei iusserunt, cui factum furtum esset: si modo id luce fecissent, neq; se telo defendissent. Seruos verberib. affici, & de saxo præcipitari: sed pueros inpuberes Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri.* 4 *Postea vero a lege illa Decemuirali discessum est, & furti manifesti pœna quadrupli, nec manifesti, dupli constituta: idque siue in seruo, siue in libero sit homine. & de hoc præsens §. meminit.* [b] *spectat autem tam duplum quàm quadruplum ad pœnæ solius persecutionem, cum præterea res ipsa furto subtracta per dominum aut vendicari aut condici possit, vt infra* [c] *videbitur.* 5 *Porro Moses quoque apud Hebræos, vt diuinus, ita omnium antiquissimus legislator, Exod. 22. bouis furto ablati et occisi, venditiue quintupli, inuenti autem penes furem atque viuentis, dupli mulctã esse voluit.* 6 *Tandem Fridericus Imp. eius nominis primus* [d] *constituit, eum qui quinq; solidos, aut plus furaretur, laqueo suspendendum esse: si minus, scopis & forcipe excoriandum & tondendum. Quanquam idẽ Fridericus postea in eadem constitutione. [Iniuria (inquit) seu furtum legitime puniatur.] Quibus verbis putant plerique rescriptum superius exautoratum esse per hanc constitutionem, quasi verbum [(legitime)] non pertineat ad suas, seu ad alias Romanorum leges. Verum quid prohibet etiam de sua eum lege loqui?* 7 *Quicquid sit, hodie communiter in Germaniæ prouincijs & ciuitatibus videbimus, aduersus insignes fures, id est, qui magnum furtum fecerunt, aut sæpius furati sunt, pœnam capitalem furcæ exerceri: ob leniora furta abscissionem aurium, & virgarum castigationem consuetam esse.*

a vide etiam in l. 54. si pignore. § furẽ. de furt. l. furẽ nocturnum. ad l. Cor. de sica.
b vide etiã §. ex maleficijs. §. dupli. § quadrupli. inf. de actio. l. 50. in furti actione. de furt.
c fa l. 7. si pro fure. de cõdi. fur.
d §. si quinq; solidos. de pace tenen.

§ Furtum.

1 *Exempla furti vsus rerum.*
2 *Inuitus quomodo hic accipiatur.*
3 *Vsum rei alienæ in suum lucrum conuertens, furti tenetur.*
4 *Gestari hoc loci quid significet.*

a Furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amouet: sed generaliter cum quis alienam rem *b* inuito domino contrectat. Itaq; *c* siue creditor pignore, siue is, apud quẽ res deposita est, ea se vtatur; siue is, qui rem vtendam accipit, in alium vsum eam transferat, quàm cuius gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentum vtendum acceperit, quasi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregre secum tulerit: *d* aut si quis equum *e* gestandi causa commodatum sibi, lõgius aliquo duxerit: quod veteres scripserunt de eo, qui in aciem equum perduxisset.

a *Furtum.*] 1 *In hoc §. exempla ponuntur furti vsus rerum. veluti si quis re deposita, pignoriue data vtatur, quod iure non potest:* [a] *aut rem commodatam in alium vsum transferat, quàm cuius gratia accepit.*

b *Inuito domino.*] *Hoc est, non consentiente.* [b] 2 *Sic enim hoc loco [inuitus] dicitur etiam qui ignorat, nec expresse consentit.* [c] *Sed etsi sciuerit, nec prohibuerit, adhuc non videbitur consensisse. qua in re Pauli contrariam sententiam reiecit* [d] *Iabolenus.*

c *Siue cred. pig.*] 3 *Ex istis exemplis colligitur, furtum fieri, etsi quis vsum alienæ rei in suum lucrum conuertat.*

d *Aut si quis equum.*] *Sic apud* [e] *Gellium testatur Brutus, olim quendam furti damnatum fuisse, quod iumentum aliorsum duxisset, quam quo vtendum acceperat: idque Mutium Scæuolam respondisse. Quod &* [f] *Val. Maximus refert de eo, qui equo, cuius illi vsus vsque ad Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus esset.*

a l. qui iumẽta. l. si pignore. 54. h. t. vnde hic §. videt sumpt⁹.
b Bald. hic.
c l. qui vas 48. §. valere. eo. & vide Alcia. lib. 1. disp. cap. 10.
d l. pen. dic. tit.
e lib. 7. cap. 14.
f lib. 8. c. 2.

Gestandi

e *Gestandi causa.*] 4 *Gestari hoc loco est,* [g] *vel voluptatis gratia, vel valetudinis, sella gestoria aut lectica portari.*

g Baro hic.

§. Placuit.

1 *Etiam stulta credulitas excusat a furto.*
2 *In dubio præsumitur furtum, si res aliena contrectata sit.*

a Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere, b si se intelligant, id inuito domino facere, eumque si intellexisset, non permissurum. at si permissurum credant, extra crimen videri, optima sane distinctione: quia furtum sine effectu furandi non committatur.

a *Placuit tamen.*] *Exceptio est, siue limitatio ad superiora, quæ ex* [a] *Pomponio desumpta videtur.*
b *Si se intelligant.*] *Itaque sese intellexisse, bonaque fide credidisse, iustis coniecturis probent: nec erubescat vel stultam agnoscere credulitatem.* 1 *Nam & ea a furto excusabit, quæ a dolo* [b] *excusat.* 2 *Cæterum in dubio periculum est, ne valeat præsumptio furti, saltem vbi nulla est coniectura, nullusq; fidei color, qui prætexi honeste possit rei temere* [c] *ablatæ.*

a l. 76. qui re. de furtis
b l. igitur. §. pōn. de lib. cau.
c Bald. hic. & vide Bar. in l. inter omnes. 46. §. rectè. h. ti.

§. Sed etsi credat.

1 *Putans se domini voluntate rem alienam contrectare, fur non est.*
2 *Dominus confessione sui consensus furem obsoluere potest.*
3 *Casus, vbi effectus sine effectu punitur.*

a Sed etsi credat aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Vnde illud quæsitum est, cum Titius seruum Mæuij solicitarit, vt quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius autem, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo, quasdam res ad eum perferre: vtrum furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque serui corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodo, nos huiusmodi calliditati obuiam euntes, b per nostram decisionem c sancimus, non solum furti actionem, sed d & serui corrupti contra eum dari, licet enim is seruus deteriora sollicitatore minime factus est, & ideo non concurrant regulæ, quæ serui corrupti actionem introducunt tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est, vt sit ei pœnalis actio imposita, e tanquam si re ipsa fuisset seruus corruptus, ne ex huiusmodi impunitate, & in aliū seruum, qui facile posset corrumpi, tale facinus a quibusdam perpetretur.

a *Hic §. sumptus.*] *videtur ex* [a] *Vlpiano, qui & superiora, & quæ sequuntur, eleganter complexus est. eius itaque verba adscribere lubet:* 1 [*Rectè dictum est (inquit) qui putauit se domini voluntate rem attingere, non esse furem. quid enim dolo fecit, qui putauit dominum consensurum fuisse, siue falso id, siue vere putet? Is ergo solus fur est, qui id attrectauit, quod inuito se domino facere sciuit. Per contrarium quæritur, si ego me inuito domino facere putarem, cum dominus vellet, an furti actio sit? & ait Pomponius, furtum me facere. verum tamen, vt, cum ego velim te vti, licet tu ignores, ne furto sis obligatus.*] *Hæc Vlpianus, quem satis adparet, improbasse Pomponij opinionem: sicut & alio loco,* [b] *vbi ait:* [*Qui ex voluntate domini seruum recipit, quin neque fur, neque plagiarius sit, plus quàm manifestum est. quis enim voluntatem domini habens, fur dici potest?*] 2 *Vnde discimus, dominum confessione sui consensus furem absoluere posse, ac liberare, vt nullus eum ad pœnam ideo possit vocare.* [c] *vt nec alius est, qui furti reum peragere possit, quam is cui iniuria facta est.*
b *Per nostram decisionem.*] *Quæ lib. 6. Codicis* [d] *extat, quaque reformatur ius in Pandectis congestum, cum seruo demum corrupto, & deteriore facto, illo iure actio* [e] *competeret.*
c *Sancimus.*] *Alij Codices habent, sanximus: & forte melius.*
d *Serui corrupti.*] *Hanc actionem infra* [f] *suo loco abunde explicabimus.*
e *Tanquam si reipsa.*] *Damnatur hic Titius & furti, & serui corrupti, quamuis neque furtum commissum, neque seruus corruptus fuerit. Aetiologia est, ne scilicet alius illud imitaretur, sic secum cogitans: Vtcunque res ceciderit, nihil damni feram, si consilium processerit, lucrum faciam: sin minus, tamen inpunis euadam, cum neutra aduersus me competat.* 3 *Vides ergo hic puniri affectum sine effectu secuto: punitur. n. Titius de seruo corrupto, cum tamen corruptus non sit. Neque pugnat hoc cum* [g] *Paulo, [qui solum cogitationem furti faciendi non facere furem respondit,] quoniam in præsenti specie actus per signa exteriora demonstratus fuit, ideoque punitur.*

a l. inter omnes. 46. §. rectè. h. t.
b l. 48. qui vas. §. qui ex voluntate. eo.
c l. diuus. ad S.C. Sillein. & vide etiam Bar. ī d. §. rectè.
d in l. si quis seruo. 20. C. de furt.
e l. 1. & 2. de ser. corrupt.
f §. in duplum. inf. de actio.
g l. 1. §. eod.

§. Inter-

§. Interdum.

1 *Etiam liberorum hominum furtum fit:*
2 *Aetiologia huius dicti.*
3 *Si abducatur filiusfam. committitur plagium.*
4 *Mater & frater non habent furti actionem pro filio vel fratre surrepto.*

a Interdum etiam liberorum hominum furtum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, *b* qui in potestate nostra sunt, surreptus fuerit.

a Interdum.] 1 Hinc annotandum, etiam liberorum hominum fieri furtum, si surripiantur inuito eo, in cuius potestate sunt, veluti si patri filiusfamilias surriperetur. furtum enim fit, daturque patri furti actio [a] *in surripientem. 2 Aetiologia ex ciuili Quiritium iure sumenda est, qui suos liberos in manu ac potestate sua habebant. qua de causa adiecta ea clausula, [vendicari poterant,] vt* [b] *Pomponius ait: &* [c] *Paulus, Matrem, inquit, filij surrepti nomine non habere furti actionem: quippe quæ in sua potestate illum non habeat. 3 Plagium quoque committitur, si celandi animo liberi nostri abducantur: quare plagiarius lege Fauia accusari potest, vt extra ordinem* [d] *coerceatur.*

b Qui in potestate.] 4 Hinc ergo vt dixi adparet, quod nec mater, quæ filium in sua potestate non habet, multo minus frater (tametsi is lege [fabia de plagio] accusare [e] *possit) hanc furti actionem* [f] *habeat, sed solus pater iure patriæ potestatis, qui aget, vt præstetur duplum vel quadruplum, non quidem ipsius filij, quoniam libera persona non recipit æstimationem,* [g] *sed eius quod interest, non fuisse surreptum, vel abductum.*

a l. 27. si filiusfa. de fur. l. eũ qui emit. 4 si filiusfam. eo. tit.
b in l. 1. de rei vẽ.
c in l. mater 38. d. tit.
d l. pen. & vlt. ad l. Fab. in plag.
e l. si fratrem. C. ad l. Fabi. de plag.
f l. mater. ℸ. illo tit.
g l. 1. §. sed cũ liber homo. de his q deie. vel effud. §. ob hominem. inf de obl. q ex quasi del. nas.

§. Aliquando.

1 *Quandoque propriæ rei furtum fit.*
2 *Extensio huius §.*

Aliquando autem etiam *a* suæ rei furtum quis committit, veluti si debitor *b* rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

a Suæ rei.] 1 Obserua etiam rei propriæ quandoque furtum fieri: vt est in debitore surripiente rem pignoratam creditori: furti enim [a] *tenetur. Res tamen ipsa non fit furtiua, ideoque nihilominus ab alio vsucapi* [b] *potest. 2 Et quod de re pignori data hic dicitur, hoc etiam producitur ad rem, quam creditori iure quasi pignoris retinere poterat: veluti rem commodatam, ob impensas* [c] *necessarias.*

b Rem.] Etiam vnam aliquam rem ex pluribus rebus pignori datis. Nam etsi reliquæ res sunt soluendo, furti tamen agetur. [Neque enim (inquit [d] *Papinianus) debemus respicere pignus, quod surreptum non est, sed id quod subtractum est.*

a l. itaque 12. §. sed si res. de fut. l. in actione. 19. §. vl. d. t.
b l. sequitur. §. si rem de vsuca. Accur. hic.
c l. creditoris. §. vlti. & l. si is q rem ℸ. eo.
d l. cũ qui emit. §. Papinianus. eo. tit.

§. Interdum 2.

1 *Cuius ope & consilio furtum fit furti tenetur.*
2 *Quis dicatur consilium dare, opemque ferre.*
3 *Celans furem, vel rem furtiuam, furti tenetur.*
4 *Tauros rubro colore terrere: & de alijs quibusdam animantibus.*
5 *In delictis vno pœnam soluente, alij non liberantur: fallit venu. 6. 7.*
8 *An qui consilium tantum dedit ad furandum furti teneatur.*

Interdum quoque furti tenetur, qui ipse furtum non fecit, qualis est is, *a* cuius ope & consilio furtum factum est. *b* In quo numero est, qui tibi numos excussit, vt alius eos taperet, aut tibi obstiterit, vt alius rem tuam exciperet aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eos exciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, *c* qui panno rubro fugauit armentum. Sed si quid eorum per lasciuiam, & non data opera, vt furtum admitteretur factum est: in factum actio dari debet. At vbi ope Mæuij Titius furtum fecerit: *d* ambo furti tenentur. Ope & consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras, vel ostium effringit, vt alius furtum faceret: quiue ferramenta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, commodauerit, sciẽs cuius rei gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tãtum consilium dedit, *e* atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

a Cuius ope & consilio.] 1 Hinc ergo discis, non solum eum, qui animo intercipiendi alienam rem surripit, aut alio modo contrectat, sed etiam qui opem & consilium præstat, furti obligari saltem nec manifesti. Reuera enim hic fur non est, ideo manifestus esse [a] *non potest. Solum tamen consilium non sufficeret. 2 Consilium autem dare videtur,* [b] *qui persuadet & impellit atque instruit ad furtum faciendum. Opem fert, qui*

a l. is qui opem. 34. hoc tit.
b l. in furti. 50. §. recte.

minist-

ministerium atque diutorium ad surripiendas res præbet: item qui ferramenta commodat ad effringendum ostium, [c] vel scalam ad ascendendum, sciens cuius rei gratia id fieret. Nam sicut nemo furtum facit sine dolo malo: ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo potest.

b In quo numero] Exempla sunt, vbi quis non principaliter consilium aut opem fert, hoc tamẽ per fraudem agit, vt alij porrigatur ansa & commoditas subtrahendi. 3 Huc etiam referendus est is, qui celat furem, vel rem furtiuam apud se: tenetur enim furti nec manifesti. Verum si, cum sciret apud alium esse, non indicat, [e] fur non est.

c Qui panno rubro.] 4 Naturales philosophi scribunt, maxime tauros rubro colore efferari & terreri, vt Seneca li. 2. de ira testatur: Tauros, inquiens, color rubicundus excitat: ad vmbram Aspis exurgit: vrsos leonesque mappa proritat, sicut elephantes colore albo: lynces tympanorum strepitu, leones vero si quis eos limis oculis aspiciat, terrentur.

d Ambo furti tenentur.] Et singuli quidem in solidum, ita vt solutio vnius alterum nõ liberet sed debeat quisque pro se pœnam soluere. 5 Est enim regulare, [f] vt quoties aduersus plures ex maleficio actio pœnalis instituitur, vno pœnam soluente alij non liberentur, sed debeant singuli in solidum pœnam suam pendere: 6 licet si de eo, quod interest, ageretur, & non de vera pœna, sit secus: [g] quia si id semel fuerit solutum, amplius peti non potest: quia nec amplius interest. 7 Rursus non habet regula locum in familias seruorũ. nam plures serui furtũ committentes, etsi summo quidem iure omnes teneãtur, tamẽ Prætor ex bono & æquo statuit [h] vt dominus liberetur, si eius furti nomine præstiterit, quantum præstaretur, si vnus aliquis liber homo furtũ fecisset. Quanquam aliud sit in albo [i] corrupto.

e Atque hortatus est.] 8 Ergo qui consilium tantum dedit, vel hortatus est aliquem ad furandum, nec tamen opem tulit, furti non [k] obligatur. Hoc plerique verum exaudiunt, si furtum nõ sit secutum: nã si secutum sit, censent consultorem atque hortatorem teneri ob consilium malignum: quod & mihi placet, præsertim si absque consilio furtum facturus non erat, qui surripuit: tametsi [l] alij non distinguant, an alioqui furtum facturus fuisset, nec ne, si contrectatio secuta sit. Sane in seruo corrupto non distinguitur, vtrum alioqui facturum hortati simus, an frugi corruperimus: vt [m] Vlpianus scriptum reliquit.

c l. si pignore. 54 §. qui ferramenta. eo. tit.
d d. §. recte.
e §. conceptum. §. eo. l. qui vas 48. §. 1. de fur.
f l. rem Mela. 11 § sed si plures. ad leg. Aquil. l. pen §. vl. ne quis eum qui in ius voc. est. l. adep. d nitif. om. iu.
g l. 1. § si plures. de eo per quẽ fac. erit.
h l. illud. 32. ad leg. Aquil. l. si familia. si fa. fur. fec.
i l. si famil. de iurisd.
k hic. & l. qui seruo. 36. ff. eod.
l Baro hic per l. sæpe 53. d verbo. sign.
m l. 1. §. vtrum. d ser. corru.

§. Hi qui.

1 *Epitome huius §.*
2 *Furtum esse vitium reale, rei semper inhærens.*
3 *Quando res dicatur in potestatem domini redijsse.*
4 *Inter partem & filium, dominum & seruum nulla est furti actio.*
5 *Furta domestica leuia publice non vindicantur.*
6 *Inter virum & vxorem nulla furti actio est, sed rerum amotarum.*

Hi qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eius surripiunt, furtum quidẽ faciunt & res in furtiuam causam cadit, (nec ob id ab vllo *a* vsucapi potest, antequam *b* in domini potestatem reuertatur) *c* sed furti actio nõ nascitur: quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. *d* Si vero ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conueniẽter ille furti tenetur: quia verum est, ope & consilio eius furtum factum esse.

1 Docet hic Imp. ob furtum a filiofam. sermone factum, nec patri, nec domino furti actionem dari: nisi forte aduersus eum, cuius ope consilio furtum factum probabit.

a Vsucapi potest.] 2 Est enim furtum, reale vitium, quod ipsi rei furto subtractæ semper [a] inhæret: vitia autem realia impediũt vsucapionem, vt suo [b] loco annotauimus. Est autẽ hic locus ex [c] Vlpiano descriptus.

b In domini potest.] 3 Tunc autem res in potestatem domini reuersa intelligitur, cum possessionem eius nactus est, vt iuste auelli non possit: sed & tanquam suæ rei, vt [d] Paulus alibi declarat.

c Sed furti actio.] 4 Inter patrem ergo & filium in potestate, [e] dominum & seruum, furti actio nulla est: vt nec alia inter parentem & filium esse potest, [f] nisi ex causa castrensi, vel quasi castrensi. Quanquã furti actione pater vel dominus opus nõ habeant, cũ sibi consulere suo iure possint per deductionem ex peculio: nec quod surripuit seruus domino, [g] fiet peculij. Sed nec accusatione criminali hic opus est. 6 [quoniam furta domestica] (inquit [h] Marcellus) [si leuiora sint, publice vindicanda non sunt, nec admittenda est huiusmodi accusatio.] 6 Ceterum quod hic de his, qui in aliena potestate sunt, disponitur, hoc etiam ad vxorem producendum est, [i] nam inter virum & vxorem pariter nulla furti actio est, licet ipsa furtum faciat, sicut filia patri facit: sed cum ea rerum amotarum [k] agitur, idque in honorem [l] matrimonij. Et ideo si post diuortiũ easdem res contrectet, eam furti teneri, [m] Paulus respondit.

d Si vero.] Hic vers. ex alio responso [n] Vlpiani huc translatus videtur, vbi ait: [Placuit eum, qui filio, vel seruo, vel vxori opem fert furtum facientibus, furti teneri, quamuis ipsi furti actione non conueniantur:] & quæ ibi sequuntur, hucque transferri possunt.

a l. vitia. 11. C. de acq. poss.
b §. furtiuę. sup. de vsucap.
c l. serui & filii. 17 hoc ti.
d l. sequitur. 4. §. rũe in potestate. 12. de vsuc.
e l. qui seruo. 36. hoc ti.
f l. lis nulla. 4. de iud.
g l. 4 §. ex his. de pecul.
h l. percipiendũ. 11. §. furta. de pœn.
i l. si quis vxori. 52. de furt.
k ff. re. amot. l. 1.
l l. 2. rer. amo.
m l. 3. eod.
n l. qui seruo. 36. §. itẽ placuit. de fur.

§. Furti

§. Furti autem,

1.6 *Actio furti datur ei cuius interest, rem non fuisse surreptam.*
2.4.5 *Interesse autem oportet ex causa honesta propter damnũ datum, & ratione iuris realis.*
3 *Casus, vbi fur furti agit.*
7 *Furti actio qualiter creditori detur de pignore.*

Furti autem actio ei competit, *a* cuius interest rem saluã esse, *b* licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quàm si eius intersit rem non perire. *c* Vnde constat, creditorẽ de pignore surrepto furti actione agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat: *d* quia expedit ei, pignori potius incumbere, quàm in personã agere: adeo quidem, vt quamuis ipse debitor eam rem surripuerit, nihilominus creditori *e* competat actio furti.

a *Cuius interest.*] 1 *Hinc discendum,* [a] *[actionem furti] competere ei, cuius interest rem non fuisse surreptam: vel aliquando interfuit, nec dum desiit interesse:* [b] *vt si res furto sublata perierit. Sed si desierit omnino interesse, vt nec appareat aliquando interfuisse,* [c] *furti actio expirat.* 2 *Interesse autem oportet ex honesta causa: secus si ex inhonesta causa intersit. Itaque neque furi, neque malæ fidei possessori furti actio* [d] *datur: quoniam nemo de improbitate sua consequitur actionem, quamuis intersit eius, rem non surripi.* 3 *Est autem casus, quo etiam fur furti agere potest: vt si ego tibi poliẽda vestimenta locauero, tu vero inscio aut inuito me cõmodaueris Titio, & Titio furtũ factum sit: nã tibi cõpetit furti actio, quia custodia rei ad te pertinet: & mihi aduersus te nihilominus, quia nõ debueras rem cõmodare: quod faciendo furtum* [e] *commisisti.* 4 *Præterea hic vt furti agatur, interesse oportet non modo propter ereptam lucri occasionem, sed etiam damnum datũ. Nã ei, qui de lucro captando, aut turpiter dicit sua interesse, non competit hæc actio. Et propterea pro hærede possidens non habet eam: [quia] (inquit* [f] *Marcellus) [furti agere potest is, cuius interest rem non surripi. Interesse autem eius videtur, qui damnum passurus est, non eius, qui lucrum facturus esset.]* 5 *Postremo interesse debet ratione iuris realis, veluti proprietatis intercepte, vel pignoris, vel possessionis, vel vsus. Cæterum rei tantum promissæ, aut debitæ ratio non habetur. Ideoque is, cui ex stipulatu res debetur, furti agere non potest,* [g] *si ea surrepta sit: quemadmodum & is, qui emit, si non est tradita ei res, furti actionem non habet,* [h] *sed venditoris est hæc actio.*

b *Licet dominus non sit.*] 6 *Ad hoc ergo, vt furti iudicium detur alicui, non requiritur, quòd sit dominus rei sublatæ, sed satis est, quod sua intersit, rem non fuisse subtractam: quemadmodum contra, etsi quis est dominus rei furtiuæ, si sua non intersit, rem non fuisse surreptam, ex solo dominio furti actio nõn conceditur: quod & Angelus hic docet.*

c *Vnde constat.*] *Videtur hic locus ex* [i] *Vlpiano descriptus:* 7 *ex quo colligendum, furti actionem etiam creditori competere de pignore. Et* [K] *hac quidem specie, si pignus surripiatur per ipsum dominum, creditori furti actio datur ad duplum vel quadruplum sui crediti, non autem valoris siue æstimationis rei surreptæ. Cæterum extraneo aliquo pignus surripiente, distinguitur: aut enim interest creditoris tantum, habere pignus, vt ei creditum sit in tuto, & agit furti iudicio creditoribus,* [l] *id est, in summam sui crediti: aut interest creditoris, quia pignus sua culpa lata vel leui surreptum est, quod actione pignoratitia restituere cogitur, & agit in summam pignoris,* [m] *id est, quanti valoris pignus fuit.*

d *Quia expedit.*] *Plus enim cautionis in rem est, quam in* [n] *personam.*

e *Competat.*] *Contra debitorem scilicet, qui subtraxit.*

a l. is cuius interest. 85. de fur. l. vlt. C. eo. ti.
b l. inter omnes. 46. hoc tit.
c l. si vendidero. 80. §. si Titius. 5. eod.
d l. itaque. 12. §. sed si furti. l. eũ qui 14. §. is autem. hoc tit.
e l. qui vas. 40. §. si ego. l. fullo. 82. de furt.
f l. si is cui 71. in fi. hoc tit.
g l. is cui 13. d. ti.
h l. eum q emit, 14. eo.
i l. itaque fullo. 12. §. sed etsi res. illo tit.
K Io. de Pla. hic.
l l. eum qui. 14. §. idem scribit. eod.
m l. creditori 15. sæpe di. ti. l. pl' cautionis. 25. de reg. iur.

§. Item si fullo.

1 *Fullo & sarcinator furti actionem habent.*
2.3 *Item bonæ fidei emptor furti agit: non autem malæ fidei.*
4 *Inanis est actio contra eum, qui nihil habet.*
5 *Quis dicatur soluendo esse.*

Item si fullo pollenda curandaue, aut sarcinator sarciẽda vestimenta mercede certa cõstituta acceperit, eaque furto amiserit: *a* ipse furtĩ habet actionem, non dominus: quia domini nihil interest, eã rem nõ perire, quum iudicio locati a fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ fidei emptori surrepta re, *b* quam emerit, quamuis dominus non sit, omnino competit *c* furti actio, quemadmodum & *d* creditori. Fulloni vero & sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm si soluendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem soluere possint. *e* Nam si soluendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest, rem saluã esse. *f* Idẽ est, & si in parte soluẽdo fuerit fullo aut sarcinator.

a *Ipse.*] 1 *Scilicet fullo & sarcinator: Ideo autem hi furti actionem habent, quia eorum interest, rem non fuisse surreptam,* [a] *cum domino teneantur ex locato. Quare si priusquam agant, absoluantur liberanturque*

a l. itaque fullo. 12. hoc tit.

a domi-

a domino, quia tum non amplius ipsorum interest, desinit ipsis furti iudicium competere: [b] *adeo quod etsi cœperint agere, absolutio tamen sequi debeat.* b l. si fullo. § pe. eo. tit. Ioan. de Pla. hic.

*b Quam emerit.] A non domino, quem tamen bona fide credebat esse dominum: & emptam acceperit, aliàs venditori * daretur actio.* * l. eū qui emit. de fur.

c Furti actio.] 2 Ergo bonæ fidei quoque emptor, qui a non domino emit, furti agit: habet enim in rem Publicianam. [c] *3 Cæterum malæ fidei possessori furti actio non datur, etsi intersit eius, rem non surripi: quippe cum res eius periculo sit. sed nemo de improbitate sua actionem consequitur.* c §. namq; si cui. inf. de act.

d Creditori.] Cui pignus est surreptum. de quo paulo ante dixit.

e Nam si soluendo.] Sic & [d] *Vlpianus, de fullone loquens, inquit:] Si autem soluendo non est, ad dominum actio redit. Nam qui non habet, quod det, eius periculo nihil est.] 4 Sic enim vulgo dicitur* [e] *inanem esse actionem, quam inopia debitoris excludit.* d d. l. itaque. e l. nam is. 6. de dolo.

f Idem est.] Vt scilicet domino furti actio detur: 5 quia soluendo nemo esse intelligitur, nisi qui solidum soluere [f] *potest: & compelleretur dominus ex vno iudicio duo facere. Contra fullonē enim ex locato teneretur agere, & quanto minus consequeretur, oporteret eum aduersus furem condicere, quod ei damnosum foret.* f l. soluendo. 114 de verb. sig.

§. Quæ de fullone.

1 *Eadem custodia conductoris & commodatarii.*
2 *Re commodata commodatario surrepta, dominus vel contra commodatarium, vel contra furem agit.*
3 *Si plures actiones dentur eiusdem rei nomine, vnius electio alteram consumit.*
4 *Cautela si dominus differat eligere, qua velit actione vti.*

a Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum vtendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra prouidentia *b* etiam hoc *c* in nostris decisionibus emendauit, vt in domini voluntate sit: siue commodati actionem aduersus eum qui rem commodatam accepit, mouere desiderat: siue furti aduersus eum, qui rem surripuit: & *d* alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alterā venire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum qui rem vtendam accepit, penitus liberari: sin autem commodator veniat aduersus eum, qui rem vtendam accepit, *e* ipsi quidem nullo modo competere posse aduersus furem furti actionem: eum autem qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem: ita tamen, si dominus sciens rem esse subreptam, aduersus eum, cui res commodata fuerit, *f* perueniat. sin autem nescius & dubitans rem esse surreptam, *g* apud eum commodati actionem instituerit: postea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, *h* ad furti autem actionem peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam *i* incertus constitutus mouit aduersus eum, qui rem vtendam accepit, commodati actionem, nisi domino *k* ab eo satisfactum fuerit. tunc etenim omnino furem a domino quidem furti actione *l* liberari: *m* suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: quum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse surreptam, postea autem hoc ei cognito, aduersus furem transierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunq; *n* causæ exitum dominus aduersus furem habuerit: *o* eadem definitione obtinente, *p* siue in parte, siue in solidum soluendo sit is qui rem commodatum accepit.

a Quæ de fullone.] Prolixus est hic contextus, quem si in epitomen contrahas, 1 ex eo discis, eandem custodiam conductoris esse, [a] *quæ commodatarii: etsi remissius paulo cum conductore agetur, quam cum eo, cui res* [b] *commodatur. 2 Et ideo ex noua Iustiniani* [c] *decisione, dominus in commodatarium omnimodo agit, si res commodata ei surrepta sit: aut si mauult, in furem furti: ita tamen, vt altera scienter electa, ad alteram redire non possit. & si commodatarum elegerit, vel sibi ab eodem satisfactum sit, commodatarius furti aget: Nec distinguitur, vtrum commodatarius soluendo sit, nec ne, vt in conductore. Quæ singula Iustinianus in præfata sua* [d] *decisione, cuius hic mentionem facit, pluribus verbis explicat.* a l. si merces 25. locat. l. in reb. 18. commod. b l. si seruus. 42. de furt. c l. fi. C. eod. d d. l. fin.

b Etiam hoc.] Quod scilicet hic veteres commodatarium conferebant fulloni: Visum enim est Iustiniano, multum inter eos esse discriminis: quia cum fullone contractus ineatur vtriusque gratia, at cum commodatario eius vnius ergo: vt æquius hic sit, liberalis domini arbitrio saltem relinqui electionem actionis. e d. l. vlt. f l. quod in hęrede. §. 1. de tribu.

c In nostris decisionibus.] Quæ libro sexto [e] *Codicis extat.* g l. sed si ex parte 4. §. vl. quod cū eo q in ali.

d Alterutra earum electa.] 3 Quoties enim duæ competunt eiusdem rei nomine actiones, vnius electio alteram consumit, [f] *nec ad aliam regressus patet: nisi quis errore deceptus sit.* [g] *atque ita Vlpianus quoque respondit. 4 Cæterum si dominus & furem & commodatarium diu suspenderet, nec eligeret, quam vellet actionem instituere: poterit illi certus dies præfiniri a iudice, quo teneatur omnino alterutram* [h] *eligere.* h l. quandiu instituttus 69. de acqui. hæred.

Ipsi

e Ipsi quidem.] Commodatori scilicet, seu domino.
f Peruenit.] Intentando aduersus eum commodati iudicium.
g Apud eum.] commodatarium scilicet.
h Ad furti autem actionem.] Agendo contra furem ipsum.
i l.vl.C.de cōdi. indeb. *i Incertus constitutus.*] Id est, nesciens & dubitans rem esse furto subtractam. & notum est, [i] etiam dubitantem pro ignorante haberi.
k Ab eo.] nempe Commodatario.
K §.furti autem. hoc tit. *l Liberari.*] Neque enim amplius ipsius interest, cum rem suam, commodato alteri concessam, rursus habeat: furti autem actio ei datur, cuius interest, vt [K] supra audiuimus.
m Suppositum.] Scilicet furem obligatum esse ipsi commodatario furti actione.
n Causæ exitum.] Id est, siue vicerit, siue succubuerit & victus sit.
l §.proximè pc. *o Eadem definitione obtinente.*] Et in hoc differt commodatarius a fullone & sarcinatore, qui polienda, curandaue, aut sarcienda vestimenta sub certa mercede acceperant: quoniam ibi distinguitur an soluendo sint, [l] nec ne.
p Siue in parte.] Hoc est: non distinguitur, vtrum soluendo sit commodatarius, nec ne: & si soluendo est, vtrum in totum an ex parte. nam vtrocunque modo semper datur optio domino, vel furem, vel commodatarium persequendi &c.

§. Sed is apud.

1 *Depositarius dolum tantum præstat & latam culpam versutiæ.*
2 *Depositarius non agit furti, etsi res deposita sit ei surrepta. fallit, vt num. 4.*
3 *Culpa lata versutia dicitur dolus præsumptus.*

a Sed is apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse *b* dolo fecerit: qua de causa si res ei surrepta fuerit, quia restituendæ eius rei nomine depositi non tenetur, *c* nec ob id eius interest rem saluam esse, furti agere non potest, sed furti actio domino competit.

a §. præterea. su. qui. mo. re cōtra. obl. b in pr. intel. fin. c l. si vt cert. 5. §. nunc videndū. commod. l. qđ Nerua. 32. depos. *a Sed is apud quem.*] 1 Alibi [a] docuimus, depositarium regulariter dolum præstare duntaxat, & latam culpam, quæ dolo fraudeue non careat: quam [b] Zasius [culpam latam versutiæ] appellat. de lata autem culpa, quæ dolo caret, id est (vt Zasius nuncupat) [socordiæ,] item leui & leuissima non tenetur [c] depositarius. 2 Ergo si res deposita sit surrepta apud depositarium, denegatur ipsi furti actio aduersus furem, propterea quod eius nihil interest: cum restituendæ eius rei nomine depositi non teneatur, vt qui nec dolum, nec latam culpam dolo proximam commiserit. Domino autem rei depositæ merito conceditur hoc casu furti iudiciū, quoniam ipsius interest, rem non fuisse furto ablatam.
d in d. l. qđ Ner. e l. eum qui §. is aūt de fur & l. vlt. §. vl. C. e. *b Dolo malo.*] 3 Vel etiam culpa lata, quæ dolo, fraudeue non caret, quam ob id [d] Bartolus dolum præsumptum vocat. Videtur autem hic contextus ex [e] Vlpiano sumptus esse, qui sic ait: [Is autem apud quem res deposita est, videamus an habeat furti actionem? Et cum dolum duntaxat præstet, merito placet, eum non habere furti actionem. quid enim eius interest, si dolo careat? Quod si dolo fecit, iam quidem ipsius periculum est: sed non debet ex dolo suo furti quærere actionem.
f vid. hos casus ī d. §. præterea. g l. 2. §. generaliter. vi bo. rapt. *c Nec ob id eius interest.*] 4 Quandoque tamen etiam ipsius depositarij interest, rem depositam non fuisse surreptam: vt [f] si de custodia vel culpa præstanda pactus sit, vel quid pro custodia acceperit, depositoue sese obtulerit. Istis enim casibus, quia etiam leuem ac leuissimam culpam præstat, sicque ipsius interest, merito ei furti actio cōcedēda erit. atque ita Vlpianus [g] alio loco docuit, et docet sequenti titulo Iustinianus.

§. In summa.

1 *Impubes quando furtum faciat.*
2 *Furtum non committitur sine dolo.*
3 *Impubes quando dicatur pubertati proximus.*

a In summa, sciendum est, quæsitum esse, an impubes rem alienam amouendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum *b* ex affectu furandi consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si *c* proximus pubertati sit, & ob id intelligat, se delinquere.

a l. impuberē. 23. hoc ti. l. pupil. 3. de reg. iur. *a In summa.*] Hunc locum ex Vlpiano descripsit Imp. qui [a] alibi ait: 1 Impuberem furtum facere posse, si iam doli capax sit, sicque Iulianum lib. 22. Digestorum scripsisse. Et A. Gellius lib. 11. cap. 18. meminit, lege 12. tab. constitutum fuisse, vt impuberes, qui furtum fecissent, arbitratu prætoris virgis cæderentur, noxamque a se factam sarcirent.
b Ex effectu.] idest contrectando. 2 Furtum enim (vt sæpe diximus) sine fraude & dolo malo non committitur.

mittitur. Impubes ergo qui doli adhuc capax non est, furtum non facit: licet in impubere pubertati iam proximo, & doli capace sit aliud.

c Proximus pubertati.] Ut scilicet videatur doli capax: alioqui enim impubes non dicitur delinquere, quòd non censeatur intelligere; ᵇ quod agit, eiusque ætas mereatur ᶜ excusationem. 3 Quando autem impubes dicatur pubertati proximus esse, dolique capax, Lex nusquam definit: forte ideo, quod tota res pendeat ex varijs rerum circumstantijs, sintque & delictorum mille formæ & ingeniorum: & ideo iudex æstimabit, non tam annorum numerum expendendo, quàm ætatis doli capacis malitiam.

b l. sed etsi quécunq; 5. §. vlt. ad leg. Aquil. l. infans. ad le. Cor. de sic.
c l. 1. § impubes. ad S.C. Syile.

§. Furti actio.

1 *Furti actio mere pœnalis est, fallit, num. 2.*
3. 4 *Rei vendicatio, & condictio furtiua, domino cui furtum factum est, dantur: & quæ sit ratio.*
5 *Re furtiua recepta aut extincta, furti agi potest, sed non condici aut vendicari.*
6 *Furti actio an in heredes furis detur.*

Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantum *a* ad pœnæ persequutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem *b* extrinsecus habet dominus, quam aut vendicando, aut condicendo potest auferre. Sed rei vendicatio quidem *c* aduersus possessorem est: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. condictio autem aduersus furem ipsum, *d* hæredemue eius, licet non possideat, competit.

a Ad pœnæ persecutionem.] 1 Furti ergo actio meram pœnam persequitur, sic vt totum duplum vel quadruplum pœna sit, & simplum, id est, ipsa res furtiua, in duplo aut quadruplo non contineatur. 2 Excipitur tamen vnus, atque alter casus, vbi aliud traditum est. Nam in duplo, ᵃ quod publicanus pendit ob rem iniuria extortam vectigalis prætextu, res ipsa annumeratur, vt solum simplum pœna sit: quemadmodum & in duplo, quod debet tutor intervertens res pupilli. ᵇ imò & in eo quadruplo, quo raptor violentus mulctatur.
b Extrinsecus.] id est, 3 extra ipsam pœnam dupli vel quadrupli potest rem furto sublatam persequi: sed quo remedio? [Aut vendicando (inquit ᶜ Imperator) aut condicendo:] hoc est, potest dominus vel rei Vendicationem intendere aduersus quemlibet possessorem rei furtiuæ: vel Condictionem furtiuam aduersus furem ipsum, hæredemue eius, aut quemlibet successorem, siue extat res, siue perierit: ita tamen vt altera harum eligatur, atque ita textum hic intelligendum est. 4 Sed quomodo hæ duæ actiones domino rei furtiuæ dari possunt, cum reuera sint penitus contrariæ? [Vendicamus enim,] quæ nostra sunt, & quorum iam habemus dominium: [condicimus] nobis debita, & quorum necdum sumus domini. Verum aduersus furem degenerat condictio. quo magis pluribus teneatur actionibus: quod ᵈ suo loco latius declarabimus 5 Illud addendum est, cum furti actio ad pœnæ persecutionem spectet: Condictio vero ad rei persecutionem, consequens esse recepta re, aut perempta, nihilominus furti actionem competere: Condictionem vero & Vendicationem tolli. Sicut ex diuerso post solutam dupli aut quadrupli pœnam, salua est Vendicatio & condictio, vt tamen altera eligatur per dominum. Cæterum is, qui non est dominus, & afficitur damno per furtum, incerti condictionem habet ad persequendam rem ᵉ furtiuam.
c Aduersus possessorem.] Vel eum, qui dolo possidere desijt: quoniam pro possidente habetur, ᶠ & perinde conuenitur, ac si adhuc possideret.
d Hæredemue eius.] 6 Pœnalis tamen furti actio in hæredem furis non exercetur, nisi de eo, quod ad ipsum ex furto peruenit scientem & ᵍ contrectantem: vel lis cum fure superstite contestata fuerit. Hæredi vero eius, qui passus est furtum, ʰ non denegatur. Porro de his omnibus actionibus ⁱ infra pluribus agemus.

a l. hoc edic. 5. §. vlt. d publica.
b l. actione. 2. i fi. de tut. & rat. distrah.
c hic. & vide l. si pignore 54. §. cū furtis. h. tit.
d §. sic itaq; inf. de act.
e l & ideo §. Neratius. de cond. furt.
f l. qui dolo 131. & l. parem 150 de reg. iur.
g §. non aūt inf. de per. & tēp. act.
h d. §. non autē.
i §. sic itaq. & §. ex maleficijs de act.

DE VI BONORVM RAPTORVM TIT. II.

1 *Rapinæ descriptio.*
2 *Res mobiles rapiuntur, immobiles inuaduntur.*
3 *Rapina requirit dolum.*
4 *Item vt ex composito fiat.*

Sequitur in hoc titulo altera species delicti priuati, [Rapina] scilicet. 1 Est autem [rapina,] contrectatio rei alienæ mobilis, vi vel dolo malo ex composito facta. Explicatio priorum verborum ex definitione furti repeti potest. ᵃ Deinde dixi [rei mobilis:] quia res immobiles soloque hærentes rapi non possunt, sicut nec occupari sed propriè inuadi ᵇ dicuntur. Adieci, [vi:] ad differentiam furti, quod clam fit. 3 Item addidi, [dolo malo:] quia si quis rem alienam rapuerit, suā esse putans errore ductus, ᶜ sicque desit dolus, vi bonorū raptorū non tenetur, nec rapina seu violentia dicitur esse commissa: alia tamen pœna sic rapiens punitur, vt infra videbimus. 4 Deinde adiunxi, [ex composito facta:] nam qui non inducit in animum, quod velit res alienas vi

a sup. in rub. tit. prox. præced.
b § sed nedum. inf. cod.
c §. quia tamen inf. h. tit.

rapere,

rapere, sed furtum & clandestine, furti iudicio obstringitur. Præsumitur autem quis ex composito rapiendi animo res mobiles vti, & dolo malo rapuisse, quando armatus accessit.

Princip. tit.

1 *Raptor quibus teneatur actionibus. & nu. 37.*
2 *Raptor tenetur etiam actione furti nec manifesti.*
3 *Actio furti quando concurrat cum actione vi bonorum raptorum.*
4 *Actio vi bonorum raptorum.*
5 *Annus vtilis & continuus quis dicatur.*
6. 8. 9 *Raptor cur mitius puniatur, quam fur.*

Qui vi res alienas rapit, tenetur quidem *a* etiam furti (quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quàm qui vi rapit? Ideoque *b* rectè dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur, *d* vi bonorum raptorum, & est *e* intra annum quadrupli post annum simpli. quæ actio *f* vtilis est, etiam si quis vnam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in quadruplo *g* inest & rei persecutio: vt pœna tripli sit, siue *h* comprehendatur raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum enim esset, leuioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amouet.

a Etiam furti.] 1 *Ex hoc loco colligimus, raptorem duplici actione teneri, furti, & vi bonorum raptorum: quanquam etiam pluribus alijs iudicijs obstringatur, vt infra mox subyciam. nunc de furti actione videamus.* 2 *Potest itaque raptor furti iudicio conueniri: an autem furti manifesti, vel nec manifesti, longa est altercatio, nec satis explicatum a Doctoribus. Sciendum ergo, quòd omnes raptores, qui omnimodo, id est, consilio & re furtum faciunt, manifesti quidem fures sint, id est, manifeste fures sint: (ita enim* [a] *Papiniani verba accipienda esse sequentia apud eum indicant) tamen non teneantur furti manifesti, sed tantum in duplum quasi non manifesti, vt Paulus* [b] *ait. Nec distinguendum est, an raptor sit deprehensus in rapina, nec ne, quia forte nemo in domo* [c] *fuerit: nam etsi in rapina deprehendatur, non ideo furti manifesti aduersus eum agetur, cum Prætor ita pœnam edixerit,* [d] *vt non nisi in quadruplum raptor conueniretur.* 3 *Tenetur ergo raptor furti nec manifesti actione vtroque casu, eaque cum Vi bonorum raptorum iudicio concurrit: si furti prius agatur, vt saltem id, quod amplius in eo est, consequatur is, cui rapina fuit facta. Sin vero contra vi bonorum raptorum ante agatur, denegatur furti nec manifesti actio: cum quadruplum ex priore actione liceat consequi.*

b Rectè dictum est.] *a Saluio Iuliano scilicet, quem testatur Vlpianus* [e] *scripsisse. [Eum, qui vi rapit, furem esse improbiorem.] & huius furti improbioris Alexander* [f] *quoque Imperator meminit.*

c Prætor introduxit.] *Edicti prætorii verba sunt hæc:* [g] *[Si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum esse dicetur, siue cuius rapta bona, ei intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit, in quadruplum: post annum, in simplum iudicium dabo.] Horum verborum interpretationem si quis desideret, eam ab Vlpiano ibidem petat.*

d Vi bonorum raptorum.] 4 *Et hæc est specialis & propria actio, quam Rapinæ nomine Prætor introduxit, eaque ex delicto rapinæ nascitur, illi competens, cuius interest vel modice, rem non* [h] *fuisse raptam: aduersus eũ, qui dolo malo violenter rapuit. huius actionis explicationẽ* [i] *infra cõmodius suo loco tractabimus.*

e Intra annum.] *quo scilicet rapina facta est, & sic intra annum vtilem, non continuum.* 5 *[Annum] vero [vtilem] intellige, in quo saltem illi dies, quibus iudicia celebrantur, agique potest, non etiam illi, quibus agere quis impeditur, computari solent. Sicut contra [annum continuum] dicimus, in quo omnes dies connumerantur, siue experiundi atque litigandi potestas sit, siue non: quasi continuo de momento in momentum currat.*

f Vtilis est.] *Id est, proficit: ne quis accipiat pro ea, quæ* [K] *directæ opponitur.*

g Inest & rei persecutio.] *Id est res ipsa rapta in quadruplo connumeratur: ideoque hęc de bonis raptis actio* [*] *mixta quoque dicitur: quippe quæ vno iudicio simul & rem & personam exigat.* 6 *Vides ergo, mitius agi cum raptore, quam cum fure manifesto, qui meram quadrupli pœnam* [l] *debet vltra rem surreptam: quod & absurdum, & mirabile videtur, cum longe improbius sit rapere,* [m] *quàm furari. Sed hoc ea forte ratione factum est, quia raptor multis nominib. grauius punitur, pluribusq; actionibus implicatur, quàm fur.* 7. *Primum enim hęc tripli pęna perpetua est: cum furti nec manifesti pęna sit dupli tantum. Deinde cũ in furem criminaliter accusatum nõ nisi extra ordinem* [n] *animaduertatur, arbitrio* [o] *iudicis. Raptoris certa est pęna vltimi supplicii ex lege Iulia de vi.* 8 *Præterea aduersus raptorem vltra criminalem accusationem publicumque iudicium de vi publica vel priuata, potest rerum raptarum nomine etiam furti vel damni iniuriæ, vel condictione agi, vel certe singulę res* [p] *vindicari: sicque raptor multis implicatur actionibus.* 9 *Non ergo inconueniens est eum in altera ex actionibus* [q] *alleuiari, mitiusque quàm furem coerceri. Accedit postremo*

pre-

[a] l. si vendidero. 80. §. cum raptor. de furt. Baro hic.
[b] l. j. vi bon. rap.
[c] l. si quis ex dom. 52. de fur.
[d] d. l. 1. vi bono. rap. & hic.
[e] l. 2. §. et quis. h. tit.
[f] l. si te. 12. C. ex qui. cau. infa. irro.
[g] in l. prætor ait 2. ff. h. tit.
[h] §. sane. 7. eo. & l. 2. §. si in re deposita ff. eo.
[i] inf. de act. §. ex maleficiis. nu. 25.
[K] §. 1. sup. de ob. lig. quæ ex q del.
[*] d. §. ex maleficijs.
[l] §. vlt. sup. titu. prox. præce.
[m] l. 2. §. et quis. hoc tit.
[n] l. vlt. de furt.
[o] l. interdum 56 §. qui furem. de fur.
[p] l. 2. §. cæterũ. & §. pen. eo.
[q] arg. l. cum qui. 30. in pr. de iu reiur.

prędictis, r quòd raptor non tam nocens atque infestus videtur, vt qui palam grassatur, & quasi facinoris sui index facile repelli, aut euitari potest.

b Comprehendat.] Id est inueniatur, & pręsentibus testibus conuincatur; non autem iniecta manu obtorto collo in carcerem rapiatur, vt quidam volunt.

r Ferra.hic.

§. Quia tamen.

1 *Actio vi bonorum raptorum dolum requirit.*
2 *A pœna delicti quæuis ignorantia, credulitas, error excusat, sed non a mulcta.*
3 *Rapina etiam absque dolo commissa hodie punitur.*
4 *De constitutione l. si quis in tantam.*
5 *Pœna vis ablata, requirit iudicis sententiam.*

Quia tamen ita competit hæc actio, *a* si dolo malo quis rapuerit: qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre a possessoribus, *b* absolui debet. Cui scilicet conueniens est, *c* nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. *d* Sed ne, dum talia excogitantur, inueniatur via, per quam raptores impune suam exerceant auaritiam: melius Diualibus cõstitutionib. pro hanc parte prospectum est: vt nemini liceat *e* vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licet suam eandem rem existimet. sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suę dominio cadere: si autem *f* aliena res sit, post restitutionem eius, etiam æstimationem eiusdem rei *g* præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in inuasionibus, quæ circa res soli fiunt, vt ex hac causa ab omni rapina homines abstineat.

a Si dolo malo] 1 Vt ergo actio Vi bonorum raptorum competat, dolũ malum interuenire a necesse est, id est, vt quis violentiam dolo committat, & callido consilio, sciens rem, quam rapit, alienam esse. Si quis autem, vel errore facti ductus, vel iuris, cum crederet rem suam esse, & licere rem propriam ui rapere, rem alienam rapuerit, hoc iudicio non tenetur, [sed tamen aliter mulctatur,] inquit Vlpianus. b 2 Vnde colligimus, quod vbi pœna infligitur propter delictum aliquod dolo commissum, quæuis ignorantia, credulitas, & error ab ea excusent: quia cessat dolus, ob quem delictum dolo patratum punitur. mulcta tamen illi pecuniaria c infligetur. Non tamen statur assertioni dicentis, se ignorasse, seu putasse sibi licere, nisi appareant aliqua indicia & coniecturę, ex quibus verisimiliter credere potuit: veluti si quis rapiat equum suum ob ignoto aliquo d possessum.

b Absoluti debet.] Neque enim aduersus ipsum competit vi bonorum raptorũ actio, cũ nihil dolo fecerit.

c Nec furti.] Nam & furti actio dolum exigit. e & improbum furandi animum, vt supra diximus.

d Sed ne, dum.] Meminit huius loci Iustinianus etiam f postea, eiusque sententiam totam paucis inculcat, ac repetit. 3 Sane constat, rapinam hodie etiam absque dolo, & calido consilio admissam coerceri pœnalibus g iudiciis, siue rem mobilem quasi suam, cui aliquis rapuerit, siue rem soli inuaserit. Extant enim multa ea de rę Principum h constitutiones: 4 Sed Iustinianus earum constitutionum vim vnius argumento hic perstringit, i quam Imp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius ediderunt.

e Vi rapere.] Hoc est, possessionem rerum apud alios constitutarum violenter inuadere: vt est in præfata constitutione, de qua hic agitur. Et sane nisi res ab aliquo fuerit possessa, non potest dici, vi erepta.

f Aliena res sit.] Etiamsi vim facienti debita. tum eius ius, quod in eam rem competebat, amitti, D. Marcus k dixit. Excusari tamen potest creditor, qui præsenti periculo motus, extorserit rem a debitore fugam parante, l omnibus bonis suis conuasatis. 5 Vnde consequitur, pœnam vis illatæ non ipso statim iure infligi, sed cognitionem ac sententiam iudicis m requiri. Et hoc in summo Imp. Germanici Tribunali sic decisum esse memini.

g Pręstare.] Ei scilicet, qui damnum passus est: vt Iustinianus n alibi addit. Quanquam Nouella constitutio o etiam tertiam bonorum vim facientis partem Fisco applicet.

h Inuasionibus.] Hoc verbum de immobilibus proprie dicitur: capiuntur enim & [Occupantur] mobilia, [inuaduntur] immobilia.

a hic. & l. 2. §. 1. hac actione. ff. eod.
b d. §. hac actione.
c ibidem.
d vide Bart. in l. pen. ad le. Iul. de adult.
e dixi §. 1. & §. placuit. sup. ti. proxi. proced.
f §. sed ex constitutionib. infr. de interd.
g l. inuasor. §. l. meminerint. 6. l. vlt. C. vñ vi.
h dictis ll. & l. si cõstituerit. C.
i l. si quis in tantã. 7. C. vñ vi.
k d. l. extat. & l. pen. ad l. Iul. de vi pri.
l l. ait pretor. §. si debitor quæ in frau. cred.
m Bald. hic.
n d. §. sed ex constitutionibus.
o in ordine 6o.

§. Sane.

1 *Actio vi bon. rapt. omnibus datur, quorum interest.*
2 *Res quando dicatur in bonis esse, uel ex bonis.*
3 *Etiam pro re minima hac actio competit.*

a Sane in hac actione non vtique expectatur, rem in bonis actoris esse. nam *b* siue in bonis sit, siue non; si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare siue locata, siue commodata, siue etiam

Hb pigno

pignorata, siue deposita sit res apud Titium, sic, vt c intersit eius, eam rem per vim non auferri (veluti in deposita re d culpam quoque promisit) siue bona fide possideat, siue vsumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt intersit eius non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat: sed illud solum, quod ex bonis eius, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia eius, ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere actionem.

a Sanè.] 1 Actio vi bonorum raptorum omnibus illis conceditur, quorum interest, res raptas non [a] fuisse: quod exemplis Iustinianus hic docet. Neque enim requiritur, quod intendens hanc actionem sit dominus: sed satis est, si ipsius intersit aliquoo modo. Est autem totus hic locus ex [b] Vlpiano descriptus ad verbum ferè: cuius collationem huc addere, cuique liberum est.

b Siue in bonis.] 2 Dicitur autem [res in bonis] alicuius esse, quando pro ea possessa habet exceptionem, & pro ea amissa [c] actionem: nec refert, siue dominium rei habeat, siue bona fide possideat. [d] [Ex bonis] verò alicuius dicitur esse res, in quam nonnihil iuris qui habeat, quaque ad eius custodiam & periculum [e] spectat: sic vt intersit ipsius, eam sibi non auferri.

c Intersit eius.] 3 Vel modicè saltem secundum [f] Vlp. nam etsi quis vel minimam rem rapuerit, vi bonorum raptorum agi potest: & vbi hic cessaret furti actio, nihilominus de vi bonis raptis actio dabitur. [quia (inquit idem [g] Vlpianus) non minima differentia est inter eum qui clam facit, & eum qui rapit: cum ille celet suum delictum, hic publicet, & crimen etiam publicum admittat. Non enim rei & pecuniaria æstimationis, sed vis ac furti ratio ducitur.]

d Culpam quoque.] Idem iuris est, si se deposito obtulit: quia tunc non dolum tantum sed etiam culpam & custodiam præstat, vt [i] alibi annotatum est.

a De quo interesse, vide quę dicta sunt in tit. proximè præced. & quæ habentur in l. 2. §. & generaliter. h. t. & §. ex maleficiis. ibi. Dd. inf. de act.
b d. l. 2. §. in hac act.
c l. rem in bonis 52. de acqu. re. dom.
d l. bonorum 49 §. an bonis. de verb. sig.
e d. l. rē in bonis. d. l. 2. §. si in re deposita.
g ibidem.
h l. 1. §. sępe. de pos.
i §. pen. sup. qui. mo. re cō. obl.

DE LEGE AQVILIA. TIT. IIII.

1 *Damnum quomodo hic accipiatur.*
2 *Damnum vnde dictum.*
3. 4. *Dolus culpaue in lege Aquilia requiritur.*
5 *Quadrupes pauperiem faciunt, non damnum.*
6 *Liberum hominem occidens vel vulnerans, quomodo teneatur.*
7 *Actio damni iniuriæ, & legis Aquiliæ, sunt idem.*
8 *De Gallo Aquilio.*
9 *Lex Aquilia cur ab Vlpiano plebiscitum dicatur.*

Sequitur] tertia delicti priuati species, nempe [Damnum,] quod per legem Aquiliam punitur. 1 Est autem [Damnum] propriè, sicut hic accipitur, quando quis dolo siue culpa, siue iniuria, seruum aut quadrupedem alterius occidit, vulnerauit, vel alioqui res eius fregit, rupit, aut læsit. 2 inde nomen habens, quasi sit ademptio seu deminutio [a] patrimonij. Explicemus ad euidentiam hæc verba crassius. 3 Dixi, [dolo siue culpa,] dupplici ratione: primò, quia si quis seruum alienum insidiatorem, vel quadrupedem ad sui defensionem, aut casu occiderit, lege Aquilia non tenetur. nam quod quis ad corporis seu vitæ suæ defensionem facit, iustè fecisse [b] censetur. Deinde propter infantes & furiosos: hi enim quia carent iudicio animi, non possunt dici damnum dare. 4 Porro sub culpa comprenditur etiam imperitia, & negligentia: vt si quis foueam lupis fecerit eo loco, quo frequenter homines ire solent: vel si quis equos commiserit illi, qui propter imperitiam non potuit eos gubernare, siue retinere. Idem est si quis suam stipulam, siue spinam incenderit, & ignis latius euagatus vicini segetem adusserit: obligatur enim lege Aquilia ob damnum datum, [c] nisi subita vis venti id effecisset. Addidi, [siue iniuria:] ad excludendas quadrupedes, 5 quæ dicuntur pauperiem facere, & non damnum, cum in eis nulla sit iniuria, sensu enim rationis carent. [d] [Seruum] dixi, aut [quadrupedem, &c.] 6 quia si quis liberum hominem occiderit, hac actione non tenetur, sed lege Cornelia de Sicarijs, [e] punitur que ferro: si liberum hominem vulnerauerit, iniuriarum actione [f] obstringitur. Addidi, [vel alioqui res eius fregit, &c.] vt ostenderem omnia damna quibuscunque modis fiant in rebus nostris, huc referenda esse. 7 Ex hoc igitur delicto damni oritur actio, quę dicitur [damni iniuria,] estque introducta a Gallo Aquilio Tribuno plebis, a quo & denominationem habet, vt dicatur [actio legis Aquiliæ.] Atque ob id ita hic titulus inscribitur. 8 Fuit autem Gallus Aquilius vir maxima & probatissima scientia, Q. Mutij Pont. Max. auditor, & eloquentissimi Seruij Sulpitij præceptor, Ciceronis amicissimus, de quo multa Cicero in oratione pro Au. Cecinna, & ad Atticum [g] prodidit, potissimum, quod ille Aquilius contentus regno suo iudiciali Prætoriam Tribunitiamque dignitatem tantum gesserit. 9 Atque hinc est, quod Vlpianus [h] legem Aquiliam plebiscitum appellet, vt quæ ab Aquilio Tribuno plebis rogata sit. Lege ergo & hic lex pro plebiscito accipitur.

a l. 3. de dā. infe.
b l. vt vim. de iu. sti. & iu. cū si.
c l. q occidit. 30. §. in hac. ff. h. t.
d inf. & ff. si qua dr. pau. fe. di.
e §. item lex Cornel. inf. de pub. iud.
f vt inf. de iniur.
g lib. 1. epist. r.
h l. 1. hoc tit.

Princip.

Princip. tit.

1 *Tria fuisse legis Aquiliæ capita.*
2 *De primo capite legis Aquiliæ.*
3 *De tertio eiusdem legis capite.*
4 *De verbo Ruperit.*
5 *Occidens seruum communem vel suum, qualiter teneatur.*
6 *De verbo pecudum varia.*

Damni iniuriæ actio constituitur per legem Aquiliam, *a* cuius primo capite cautum est, vt *b* si quis *c* alienum hominem, alienamue quadrupedem, quę pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum *d* domino dare damnetur. Quod autem *e* non præcise de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cauetur, eo pertinet, vt neque *f* de feris bestijs, neque de canibus cautum esse intelligamus, sed de ijs tantum, quæ gregatim proprie pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. De suibus quoque idem placuit. Nam & suos pecudum appellatione continentur, quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus *g* in Odyssea ait, sicut *h* Aelius Martianus in suis institutionibus refert.

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ κόρακος πέτρη, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

a *Cuius primo.] Totus hic locus ex Caio* [a] *descriptus est, qui etiam interpretatur legis Aquiliæ verba.* 1 *Fuerunt autem olim eius legis tria capita: hodie sunt saltem duo. secundum enim in vsu esse desiit, vtpote sub alijs satis comprehensum. Primi capitis verba Caius in huncmodum refert.* 2 *[Qui seruum seruamue, alienum alienamue quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto.] Inde ergo adparet seruis olim exæquatas fuisse quadrupedes, quæ pecudum numero sunt, & gregatim habentur: veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues. Quare liberi homines quia huiusmodi æstimationem nullo modo recipiunt, huc non pertinent: nisi ratione sumptuum in sanitatem* [b] *factorum.* 3 *De tertio capite, quod in secundi locum surrogatum est, infra* [c] *agitur: quod punit non occidentem, sed vulnerantem seruum vel animal pecudum nomine contentum, vel etiam occidentem animal pecudum verbo non comprensum, aut damnum dantem in alijs rebus inanimatis. Huius tertij capitis verba talia extant. [Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quidue vsserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res fuit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto.]* 4 *Verbum autem [(ruperit)] pro corruperit, intelligendum est, vt contineantur omnium rerum qualescunque corruptiones, quæ damna dant, & dolo vel culpa* [d] *contingunt.*

a l. 2. hoc tit.
b l. si seruus 27. §. rupisse 17. e. tit.
c §. c. 3. h. tit.
d l. si seru. §. huius leg. & §. ing lex. ad leg. Aquil.

b *Si quis.] Siue liber homo sit, siue etiam seruus, modo sciens dominus permiserit,* [e] *alioqui damnum a seruo datum pertinet* [f] *ad noxalem actionem.*

c *Alienum hominem.] Id est, seruum.* 5 *Idem est, et si quis communem seruum occiderit: nam eum teneri lege Aquilia Celsus* [g] *scribit. nempe pro ea parte, pro qua dominus est, qui agit, vt Vlpian.* [h] *interpretatur. Cæterum si dominus seruum proprium iniuria occiderit, in factum actione bona fidei tenebitur possessori, & ei, qui pignori eum* [i] *accepisset.*

e l. in lege Aquilia. 44. §. 1. h. t.
f l. 2. de noxa. ac.
g l. sed etsi commune. 19. h. ti.
h l. scilicet. 20. e.
i l. si dominus seruum 17. d. tit.

d *Domino dare.] [Dominum] autem, Pomponio teste, lex Aquilia appellat, non vtique eum solum, qui fuerit tunc, cum damnum daretur, sed etiam eum, qui postea dominus factus est.*

e *Non præcise.] Id est, non simpliciter, non indefinite. Græci dicunt* ἁπλῶς *latini, omnino.*

f *De feris bestijs.] Ergo si vrsus vel canis tuus sit occisus, non licet agere ex hoc primo capite legis Aquiliæ, quanti in eo anno plurimi* [l] *valuit. Feræ enim bestiæ & canes pecudum numero non continentur, quia gregatim non pascuntur.* 6 *[Pecudũ] enim numero eæ quadrupedes sunt, quæ gregatim habentur, velut oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues. Valla vero [Pecus est omne animal, quod sub hominis imperio pabulo terræ pascitur, vt sunt oues, asini, equi, cameli, boues, capræ. Plinius etiam Elephantes vocat pecudes, cum ait: Qui cum elephanto congressus, gemino ictu pecudem exanimauit.] Ex Modestinus,* [m] *[Pecudibus legatis, & boues & cætera iumenta continentur.] Ex tertio tamen capite, quanti plurimi valuit intra 30. dies proximos, actio* [n] *permittitur. Cameli quoque & elephanti, quorum opera homines iuuantur, licet feræ naturæ sint ad primum caput* [o] *etiam pertinent.*

k l. ob id quod 33. hoc tit.
l l. 2. hoc tit.
m l. seruis 81. ff. de leg. 3.
n l. si seruus seruum. 27. d. hac actione. h. tit.
o Baro hic.

g *In Odyssea.] Nempe lib. 13. vbi Minerua Vlissem in patriam ex longo errore reductum mouet, vt priusquam ædes suas adeat, quas proci occupabant, ignoto habitu petat subulcum suum, qui Eumeus vocabatur, a quo de rebus omnibus interea edoceatur, dum ipsa Telemachum filium reducat. [Hunc autem inuenies (inquit) assistentem suibus, qui gregatim pascuntur iuxta Coracis saxum apud Arethusam.] Vel si mauis carmine vertere.*

Sectantem videas, qui errant per pascua porcos,
Ad Coracis saxum, iuxta fontemque Arethusam.

Alciatus tamen lib. Prætermiss. 2. tit. De legat. 3 alia substituit carmina: quæ huc referri possunt.

h *Aelius Martianus.] Extat adhuc lib. 32. Pandectarum.* [p] *Marciani responsum: quod huc referri potest.*

p in. l. legatis. 65 de leg. 3.

Hh 2 §. Iniuria

§. Iniuria.

1 *Iniurię verbum quomodo hic accipiatur.*
2 *Actio legis Aquiliæ & iniuriarum quandoque concurrunt.*
3 *Insidiator, insidiari.*
4 *Casus fortuitus extra dolum & culpam.*

a Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem *b* insidiatorẽ occiderit, *c* non tenetur: vtique si aliter *d* periculum effugere non potest. At ne is quidem hac lege tenetur, qui *e* casu occidit: si modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui nõ minus ex dolo, quàm ex culpa quisq; hac lege tenetur. Itaque si quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntẽ seruũ tuum traiecerit: distinguitur. Nã si id à milite in eo campo, vbi solitum est exercitari, admissũ est: *f* nulla culpa eius *g* intelligitur. *h* si alius tale quid admiserit: *i* culpæ reus est. Idem iuris est de milite si in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.

a l.5.h.t. l.si cuius de vsufr. l. si seru⁹. §.si fornicarius. d.tit. ad leg. aquil.
b l.sed etsi quemcunque.h.t.

a *Iniuria autem.*] *Interpretatur cum Vlpiano verbum, [iniuria.] 1 Neq;.n.hic [iniuriam] accipere oportet quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam: sed quod non iure factum est, hoc est contra ius:* [a] *puta si culpa quis occiderit, vel aliud damnum dederit. Et vt paucis dicam, iniuria in hac lege est, non cauere, quod caueri & debuit & potuit. Itaque medicus imperitus, tametsi non dolo, sed optimo animo vtens, imperitè venam secuerit, iniuria damnum dedisse dicitur, quia satis cauisse non videatur. 2 Hincque est quod interdum vtraque actio concurrat, & legis Aquiliæ, & iniuriarum: duæ item fiant æstimationes, vna damni, alia* [b] *contumeliæ, ob id certè, quoniam plerunque solet accidere, quod plus sit in vna, quàm in alia æstimatione: ideoque altera non consumit alteram.*

c l. 3. de iusti. & iure.
d l. in lege. eo.
e l.4.eo. tit. & l. 5.ibi.
f Pla. hic. Bar.& alij.i l.vt vim. de iust.& iu.
g l.quę fortuitis C.de pig.act.
h l.item si obstetrix. §. sed etsi per lusum h.t.
i d.l. item si obstetrix.9.
K l.idem iuris.d. tit.

b *Insidiatorem.*] *3 [Insidiator] propriè dicitur, qui vias insidet, vt ex improuiso securum opprimat viatorem: hic tamen generalius insidiatorem accipiemus eum qui vitę nostræ periculum intentat. [Insidiari] pro ex animo nocere, [einem auff sein leuen stellen:] ex interpretatione Salomonij super illud vulgatum,* [c] *Hominem homini insidiari nefas esse:] Theophilus tamen hanc voculam (insidiatorem) non agnoscit: & in plerisque codicibus deficit.*

c *Non tenetur.*] *Quia dolo & culpa caret, qui aliter euadere periculum non* [d] *potuit. Nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se* [e] *defendere.*

d *Periculum effugere.*] *Personæ, rerum, vel etiam famæ.*

e *Casu.*] *4 Casus enim fortuitus etiam extra dolum est & culpam, quod humana diligentia prouideri non* [g] *possit.*

f *Nulla culpa.*] *Imo læsus est in culpa, qui non debuit per campum iaculatorium intempestiuè iter* [h] *facere.*

g *Intelligitur.*] *Nisi probetur, data id opera* [i] *eum fecisse quia tum Aquilia tenetur.*

h *Si alius.*] *Qui miles non est, & in loco militum exercitationi constituto iaculetur.*

i *Culpæ reus est.*] *Quæ in faciendo consistit, quia fecit, quod non debuit: vt is, qui propter imperitiam vel infirmitatem equi impetum retinere non* [K] *potuit.*

§. Item si putator.

1 *Via publica, & vicinalis quę dicatur.*
2 *Proclamatio vt excuset, tempestiuè fieri debet.*

a Item si putator ex arbore deiecto ramo, seruum tuum transeuntem occiderit: si prope *b* viam publicam aut vicinalem id factum est, *c* neque proclamauit, vt casus euitari posset, culpæ *d* reus est. sed si *e* proclamauit, nec ille curauit præcauere: extra culpam est putator. Aequè extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via fortè vel in medio fundo cædebat, licet non proclamauit: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

a l.si putator.31 hoc tit.
b l.2.§. viarum. ne quid in lo. publ. vide etiã Alc. lib. Prętermis. 2.ti. ne quid in lo. pub.

a *Item si putator.*] *Exempla alia ex Pauli* [a] *responso subiungit, cuius collatio non parum lucis huc adferet.*

b *Viam publicam.*] *Quæ dicatur via publica, & quæ vicinalis, eleganter Vlpian.* [b] *exponit. 1 Est enim [via vicinalis,] quę vel in vicis est, vel in vicos ducit: quæ si non ex collatione priuatorum fiat, publicę viæ loco habetur. [Publica] verò est, quam Græci βασιλικὴν, Iurisconsulti Prætoriã & Consularem, et etiam militarem dicunt,* [c] *Germani, [fren offnt,] et quidem appositè, [des heyligen Reichs strass,] nuncupant: quoniã vniuersæ ditiones per sacrum imperium ab Imperatore dependent, partim mediatè, partim immediatè. Sic etiam Isidor. lib. 15. cap. vlt. publicas vias definit, quæ in solo publico sunt, per quas iter populo patet, quæ vel ad mare vel ad oppida pertinent. Vide Theophil. hic de hoc viarum discrimine latius differentem. Cęterum si nullum iter sit, nec proclamare quidem oportet.*

c *Neque proclamauit.*] *Scilicet in tempore: 2 non enim sufficit omnis acclamatio, vel denunciatio, sed*

cam

eam loco & tempore congruo fieri oportet, ita vt periculum euitari [d] queat.

d Reus est.] Et per consequens tenetur lege Aquilia.

e Proclamauit.] Subaudi tempestiue, non post factum, vt agazones Ferrarienses facere consueuerunt, qui (Platea hic refert) post illatam percussionem homines monent. Et narrat Cicero [e] alicubi, quod cum olim Romæ percussus esset Cato ab eo, qui grandem ferebat arcam, cum ille diceret, [Caue:] rogauit, [Nunquid aliud fers præter arcam?] quasi diceret, de arca, quam fers, serò me monuisti. Vnde hodie videmus in ciuitatibus Germaniæ benè constitutis aut pertica, aut fune admoneri transeuntes, quibus in locis ædificatur, aut tecta domorum reficiuntur, vt sibi caueant transeundo.

d fa.l.si solutionem. de solut. & l. quæ pupillo.§.in plurius. de no. ope. nun.
e lib. 2.de Orat.

§.Præterea.

1 *Medicus susceptam serui curam deserens culpæ reus est.*
2 *Imperitia culpæ adscribitur.*

Præterea si medicus, qui seruum tuum secuit, *a* dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus: culpæ reus erit. *b* Imperitia quoque culpæ adnumeratur: veluti si medicus ideo seruum tuum occiderit, quia malè eum secuerit, & perperam ei medicamentum dederit.

a *Dereliquerit.] Magis scilicet ex negligentia, quàm curandi desperatione. Porrò huc pertinet, quod Caius [a] scribit: [Qui bene secuit (inquiens) & dereliquit curationem, seruus non erit: sed culpæ reus intelligetur.] nempe sunt quidam contractus ab initio liberi, sed ijs semel initis necessariò standum [b] est. Equidem ægroto valdè periculosum esset, mutare medicum: susceptamque serui curationem deserere nihil aliud est, quam mortis causam adferre.*

b *Imperitia quoque.] 2 Imperitiam culpæ annumerandum, [c] pro regula traditur: vt non solum in medico locum habeat, sed etiam in Assessore, [d] & quibuscunque artificibus, [e] quamlibet artem etiam vilissimam profitentibus. iustissimè autem medio imputatur, qui quod non benè didicit. tam graui multorum periculo profitetur, & de vita hominis tam temerè [f] ludit. Excusatur tamen, si diligentiam adhibuit secundum præcepta [g] artis: nec tum imputandus est ipsi euentus mortalitatis. nam, vt Poeta canit.*

Non est in medico semper, releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.

a l.idem iuris.8. hoc tit.
b l.sicut. C de act. & oblig.
c l.174. imperitia. de reg.iu.
d l. 2.quod quisque iu.
e l.si seruus. §. si calicem. h.tit.
f l.illicitas. §.secuti. de offi.pf.
g ea.ad aures. de ęta. & quali.c. tua nos. ibi Inno. de homici.

§.Impetu.

a Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit: *b* culpæ reus est mulio. Sed etsi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior eas retinere potuisset: æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur, impetum eius, aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

a *Impetu.] Eadem est horum exemplorum ratio, quę superiorum: quod affectare quis non debeat, in quo intelligit, vel intelligere debet, imperitiam vel infirmitatem suam alij periculosam fore: vt Caius [a] inquit, ex quo totius hic locus descriptus est: cuius verba si huc referantur, iustæ interpretationis loco esse possunt.*

b *Culpę reus est mulio.] Vt scilicet lege Aquilia teneatur: sicut & qui vitulos pascendos conduxit, culpam præstat.*

a l.idem iuris. §. mulionē. h.ti.

§.His autem.

1 *Annus in lege Aquiliæ retrorsum computatur.*
2.3 *Aestimatio in lege Aquilia fit, quanti res communiter valuit: & quid inde deducēdū sit.*
4.5 *Actio legis Aquiliæ pœnalis est.*
6 *Vera inficiatio non habet pœnam.*
7 *Actio leg. Aquil. an in hęredes transeat.*

a His autem verbis legis, quanti id eo in anno plurimi Fuerit, illa sententia exprimitur: vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer aut preciosus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. *b* qua ratione creditum est, *c* pęnalem esse huius legis actionem: quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longè pluris. *d* Ideoque constet, in hæredem eam actionem non trasire: quæ transitura fuisset, si vltra damnum nunquam lis æstimeretur.

a His autem verbis.] In primo suo capite loquitur [lex Aquilia, quid teneatur occidens praestare: nempe quanti plurimi res eo anno valuit. 1 Quare hic ostendit Imp. annum reputari retrorsum a tempore vel die occisionis, aut vulneris illati: quod Ulpianus [a] etiam ante scripsit. 2 Hoc tamen ita accipiendum est, quod aestimatio fiat, quanti res communiter valuit, non ex affectione eius, qui damnum passus [b] est: Ait enim Sex. Pedius. [c] [Precia rerum non ex affectione nec utilitate singulorum, sed communiter fungi: quandoquidem nemo locupletior est eo, quòd rem aliquam plurimo, si alius possideret, redempturus esset, cum interim caeteri omnes tanti non emerent.] Semper autem res aestimatur cum suis qualitatibus, sive bona illa sint, sive [d] minus, & secundum quod emi vendive potuit homini scienti qualitatem rei vendendae. 3 Ab hac tamen aestimatione damni semper deducendum est, quicquid dominus ex rebus corruptis, animatis vel inanimatis in utilitatem suam verterit: puta ex bove carnem & corium, ex scypho argenteo vel stanneo particulas [f] collisas.

a l. ait lex 21. h. t.
b glo. sup. verbo plurimi. in pr. huius tit. & ibi Plat.
c l. si seruus. e. ti.
d l. 1. § haere ibi. Bar. ad Trebe.
e l Seia § vlt. de do cau mort.
f l. si seruus. § bone surrepto. d cond. fur.

b Qua ratione.] 4 Observa actionem legis Aquiliae sui origine poenalem esse: cum res non de praesenti aestimetur, sed quanti plurimi valuit retro intra annum. Aliquando vero in plus accusanti non competit, si res non pluris valuit: ob id tamen non desinit poenalis esse, quia propriam & primaevam actionis naturam conspicimus, ac secundum illam iudicamus, [g] non autem secundum accidentale. Porro dicitur poenalis esse haec actio etiam alio respectu, quia crescit per inficiationem in duplum. [h] Reus enim qui damnificavit aliquem, si confiteatur damnum datum simplum praestat: sin vero conventus in iudicio neget se damnum dedisse, donec convincatur, in poenam mendacij duplum solvere [i] cogitur. Atque hoc est, quod supra [De obligationibus, quae ex quasi contractu nascuntur,] causas esse ait, ex quibus lis inficiando crescit: 6 Vera tamen inficiatio non habet poenam; adeo, ut si quis hominem vivum falso confiteatur se occidisse, & postea paratus sit ostendere, hominem vivum esse, aut mortuum, non tamen occisum, certe audietur, & cessabit Aquilia. Hoc enim solum remitti actori ius, quod ex confessione adversarij consequitur, ne habeat necesse probare, cum occidisse: Caeterum occisum esse hominem, si non ab adversario, saltem ab alio quocunque [k] oportet.

g sie gl. hic accipias, in verbo, aestimaretur.
h §. ex maleficiis inf. de act.
i l. inde Neratius 23. §. haec actio. hoc tit. L. cõ negantem. C. de l. Aquil.
K d. l. inde Neratius. §. vlt. & l. seq.

c Poenalem esse act.] Poena autem non singulis factis, sed generaliter in universum genus huiusce delicti constituta est.

d Ideoque.] 7 Cum ergo actio Aquiliana sit poenalis, consequitur eam non transire in haeredes damnum dantis: tametsi haeredibus eius, qui passus est damnũ, concedatur, atque ita Imp. hic refert. Actiones enim poenales non sunt ad haeredes transitoriae, [l] nisi lite contestata. Ergo pro damno a defuncto dato haeres non convenitur, nisi vel coeptum sit iudicium, vel ex dãno dato factus sit locupletior: [m] quo nomine Aquilia tenetur.

l l. 1. C. ex deli. defun.
m d. l. inde Neratius. §. hanc actionem.

§. Illud

1 Quid veniat in actionem legis Aquiliae.
2 Regula, habendam esse rationem circa, non extra rem, cessat in lege Aquilia.
4 Uno ex his, qui coniuncti usum praestabant, occiso, damni totius aestimatio debetur.

a Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit: nõ solum perempti corporis aestimationem habendam esse, secundum ea quae diximus, sed eo amplius, b quidquid praeterea perempto eo corpore damni nobis illatum fuerit: veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum, ante quis occiderit, quàm is iussu tuo haereditatem adierit. nam hereditatis quoque amissae rationem esse habendam constat. Item si ex pari mulatum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comoedis unus occisus fuerit: non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius id quoque computatur c quanti depreciati sunt, qui supersunt.

a Illud.] Illa verba legis Aquiliae (Quãti id in eo anno plurimi fuit) non, significant omnem utilitatem, etiam quae extra rem sit, venire in hoc iudicium: sed iurisconsulti produxerunt ad consequentiam, sua interpretatione supplentes, quae ad eandem utilitatem tendunt. 1 Non solum igitur aestimationem corporis, ut servi, vel pecudis, hoc iudicio consequimur: sed etiam quod praeterea extra rem principalem interest nostra: id est, quod nobis abest, quoque adesse potuit, abest autem nobis, quod erogare [a] cogimur. 2 Ex predictis sequitur, quod regula, dictans, habendam esse rationem circa rẽ, non extra rem, in lege Aquilia non habeat locum: [b] quemadmodum & in alijs plerisque casibus non obtinet. quos Accursius alibi refert.

b Quidquid praeterea.] Et sic non animantis tantum occisi, sed etiam damni, cuius causa caedes fuit, aestimatio initur.

c Quanti depreciati.] 3 Eiusdem generis sive officij plures res, quae non nisi coniunctae usui esse possunt, si separentur, redduntur fere inutiles. Ideoque una perempta, etiam caeterarum damnum sarciendum est ab eo qui unam peremit: Unde & Aedilitio edicto permittitur ob unius vitium omnes redhiberi, etiam si singula diversis precijs empta sint, nempe cum manifestũ est, non nisi omnes quem emptarum: [ut pleruaque] (inquit Africanus [d]) [circa comoedos, vel quadrigas, vel mulas pares accidere solet, ut non nisi omnes habere expediat.]

a l. ait lex. 21. h. t. & ll. seq. l. si cõ missa. rem rat. hab. l. si seruũ meum. ad leg. Aqui
b l. ratio. §. cum per venditorẽ. de act. emp.
c gl. in d. §. cum per venditorẽ. Bart. l. pen. C. de sent. quae p eo quod inter.
d l. cum eiusdẽ. de edil. ed. &. fac. l proinde 22. h. t.

§. Libe-

§. Liberum.

1 *Quando ex vno delicto ciuilis & criminalis actio oritur, vna non consumit alteram.*
2 *Declaratio præmissæ regulæ.*
3 *Explicata l. interdum. de publi. iud.*
4 *Ex rapina duas dari actiones.*

a Liberum autem est ei, cui seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum præsequi, & capitalis criminis eum reum facere. Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

a *Liberum.] Ex Vlpiano* [a] *videtur hic §. desumptus, qui sic scribit. [Si dolo seruus occisus sit, & lege Cornelia agere dominum posse constat: & si lege Aquilia egerit præiudicium fieri legi Corneliæ non debet.] In quam sententiam & Imp. Gordianus rescripsit* [b] *Caidam Dolenti. 1 Vnde optimam colligimus regulam, [quando ex vno delicto duæ oriuntur actiones, ciuilis, & criminalis, vna intentata alteram quoque competere: & est liberum actori, a qua actione incipere velit.* [c] *2 Hoc tamen cum temperamento accipiendum est. Nam si vtraque actio tendat ad vindictam, tunc vna peracta alteri non est locus. Exempli causa: Si liber homo iniuria esset decisus teneretur occidens, primo actione iniuriarum, deinde & de homicidio ex lege Cornelia De sicarijs. Hæ ambæ actiones ad vindictam tendunt: quare vna intentata alteri non est locus. Debet tamen accusatio criminalis primum* [d] *eligi. Quod si vna ad persecutionem rei familiaris, altera vero ad vindictam tendit, eo casu quamuis non possint in eodem libello simul* [e] *proponi: vna tamen peracta: altera nihilominus durat. Sic in textu nostro primum agi potest ciuiliter ad æstimationem serui occisi ex lege Aquilia: qua actione finita potest nihilominus institui criminalis actio ex lege Cornelia De sicarijs. 3 Atque ita Pauli responsum* [f] *in eadem re accipiendum est, qui præiudicium fieri publico iudicio ait. Non enim ita præiudicatur, vt agi amplius non possit, sed ad probationem delicti quod attinet, iudicium priuatum ante finitum vrgebit, aut iuuabit reum in criminis* [g] *executione. Idem dicendum est de rapina, furto, & similibus. 4 Ex rapina enim dantur quoque duę actiones: prima est in quadruplum, in quo inest rei persecutio: secunda criminalis [de vi publica] ex lege Iulia, quę tendit ad vindictam.*

a l. inde Nerat. 23. §. si dolo.
b l. 3. C. eo. titu.
c per tex. hic. & l. vnicã. C. quã ciui. act. crimi. præ.
d l. prętor edixit §. si dicatur. de inia.
e l. interdum. de pub. iud.
f in d. l. interdũ.
g sup. de his qui sui vel alie. iu. l. si quis. de lib. agno.

§. Capite tertio.

1 *Tertium legis Aquilię caput quando locum habeat.*
2 *Cur minus tempus in 3. cap. leg. Aqui. constitutum sit, quam in primo.*
3 *De alio quodam leg. Aqui capite.*
4 *Rupti appellatione quid veniat.*
5 *Vinum spurcatum quid.*

a Capite tertio de omni cętero damno cauetur. Itaque si quis seruum, vel eam quadrupedem, quę pecudum numero est, vulnerauerit: siue eam quadrupedem, quę pecudum numero non est, veluti canem, aut feram bestiam vulnerauerit aut occiderit, hoc capite actio constituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vstum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur: quanquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. b Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Vnde non solum fracta, aut vsta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo cõtinentur. Denique c responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occisus occisaue fuerit: ita ex hoc capite non quanti in eo anno sed quanti in triginta diebus proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit. At nec plurimi quidem verbum adijcitur. d Sed Sabino recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimum verbum e adiectum fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo vsa esset.

a *Capite tertium] 1 Tertium ergo caput legis Aquilię (cuius verba supra* [a] *retulimus) ad cætera damna pręter hominis vel pecudis occisionem, spectat: vt si damnum in his citra cædem datum sit, si alia animalia, pecudum numero non comprehensa vel deteriorata sint, si res aliæ, quæ anima carent, ruptæ, &c. Quapropter quisque alteri vrendo, frangendo, depascendo, secando, rumpendo, & alijs id genus modis damnum fecerit, quanti ea res in diebus triginta retro proximis fuerit, tantum domino dare tenetur. 2 Minus ergo spacium constituitur in tertio capite, quàm in primo, quoniam minus ibi delinquitur: plus enim est occide-*

a ad prin. huius tit. & l. si seru. 27. §. 3. ad leg. Aquil.

2 *Inter verberare & pulsare quæ sit differentia.*
3 *Conuicium vnde dictum.*
4 *Qui scienter se patitur mitti in alterius bona, qui nihil debet, iniuriarum tenetur.*
5 *Discrimen inter scribere, componere, edere.*
6 *Prætextati qui fuerint: & prætexta quid? itemque anni prætextæ.*
7 περιπόρφυρος *quid sit.*
8 *Assectari prætextatum prætextatamue, quid?*
9 *Attentari pudicitia quando dicatur.*

a Iniuria autem committitur, non solum cum quis b pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiã verberatus erit: sed etsi cui c conuicium factum fuerit, d siue cuius bona quasi debitoris qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut historiam e scripserit, composuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret: siue quis f matremfamilias, aut g prætextatum prætextatamue ad sectatus fuerit: siue cuius h pudicitia attentata esse dicetur: & denique alijs plurimis modis admitti iniuriam, manifestum est.

a *Iniuria autem.*] 1 *Iniuria quatuor modis dicitur committi, re, verbis,* [a] *literis, & gestu.* [*Re,*] *quoties manus inferuntur: quod fit, quando quis se pulsatum, aut verberatum, vel domum suam vi introitam dicit.* [*Verbis,*] *cum alicui conuicium fit: veluti si quis fur, nequam aut latro nominetur.* [*Literis,*] *cum quis carmen, vel historiam ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, vel componi curauerit.* [*Gestu:*] *vt si quis vtatur veste lugubri vel squalida ad iniuriam alicuius.*

a l.1.§.1.h.tit.

b *Pugno pulsatus.*] 2 *Offilius scribit* [b] [*inter verberare & pulsare hanc esse differentiam, quod verberare sit cum dolore cædere: pulsare, sine dolore.*] *Et hanc differentiam Alciatus quoque lib. 4. De verb. signific. aduersus Vallam, qui eam damnat, satis superque defendit. Hinc abusiue dicitur verberasse, qui pugnis ceciderit. Plerique tamen inter vtramque uocem hoc discrimen faciunt: quod verberare proprium sit virgarũ & flagrorum: pulsare vero generalius sit, & ad quoduis tale genus pertineat, siue gladijs, siue lapidibus, siue hasta quis vsus sit.*

b l.itẽ apud Labeonem. 15.§. verberasse.e.t.

c *Conuicium.*] 3 *Conuicium a vocum concertatione, quasi conuicium dici, Labeonis sententia est: quam idem Alciatus contra Vallam tuetur, monetque per* [c] *conuicium, non per* [t] *conuitium scribendum esse. Siue autem plurium voces, siue vnius tantum plures & crebræ voces contumeliosæ in aliquem mittantur, conuicium recte dicitur.*

c l.2.§.1. C.quã. & qui. quar. pars db.ex bo. dec.li 10.

d *Siue cuius bona.*] 4 *Qui scienter petit se mitti in bonorum possessionem alicuius, forte absentis, tanquam debitoris, cum in veritate nihil debeat, quia vel solutio facta sit, aut pactum de non petendo initum: iniuriarum actione obstringitur ei, in cuius bona missus est. Sic enim facit, quòd homines assertũ debitorem existiment non esse soluendo: vilitatemque rei familiaris detegi, ignominiosum* [e] *est. Potest & de falso puniri, tã quam obrepserit* [d] *iudici. Quod si uerus erat debitor, & iudicis autoritate intrauit possessionem, eo casu quia creditor iure suo* [e] *vtitur, nullam facit ei iniuriam: secus si propria autoritate sigillari faceret debitoris domum: tum enim iniuriarum iudicio tenetur,* [f] *& ius quoque suum perdere* [g] *uidetur.*

d l.si quis obrepserit.ad l.Cor. de fal.

e vt p Ang.l.eũ qui.C.d bo.auto.iud. possid.

f l.si iniuriç h.t.

e *Scripserit, composuerit, ediderit.*] 5 *Scribere commune est & eorum, quæ nos ipsi composuimus, & aliorum, atque ad scripturam tantum refertur: componere uero, rei est ingenij: edere est inuulgare, copiamq; describendi facere.*

g l.nam eiuium. ff. d his q sunt sui vel alie.iu.

f *Matremfami.*] *Ingenuam scilicet, et suæ potestatis fœminã: nam, ut scribit* [h] *Vlpianus, Patresfamiliarum sunt, qui suæ potestatis sunt, siue puberes: simili modo & modo & matresfamiliarum.*

h tex.& glo.in l. vlt.§.vlt.quod me.cau.

g *Prætextatum.*] 6 *Prætextati pueri dicebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebantur: quod fiebat vsque ad annum XVII. quo tempore togam uirilem sumebant deposita prætexta* [i] *puerili: ut meminit Cicero in proœmio Lelij. Erat enim* [*prętexta*] *ea uestis seu toga, cuius circuitus purpura prętextus erat, hoc est, limbus purpureus: 7 ideoque a Plutarcho appellatur* περιπόρφυρος *Factum est autem regnante Romulo,* [k] *ut matronis, quarum interuentu prçlium sedatum fuit, honoris causa inter cætera tributum sit, ut earũ pueri bulla aurea ornarentur, & purpurea prætexta. Hinc* [*anni prętextę*] *a Plinio* [l] *dicuntur pro annis pueritię: &* [*ętas prętextata, & mores prętextati.*] *Unde Iuuenalis:* [*Sic prętextatos referunt Artaxata mores.*] *Prętextatę etiam puellę dicebãtur a prętextis, quas nubentes deponebant. 8 Dicitur itaque hic a Iustiniano,* [*assectari prętextatum aut prętextatam,*] *pro eo, quod est pudorem pueri ingenui aut puellę sugillare, & notam infamiæ tanquam scorto masculo fœmineoque inurere, sicut rectè hunc locum Budæus explicat. Accursius certe non intelligens hoc uerbum, non parum hallucinatur, cum de ueste in alterius contumeliam assumpta, adeoque mentio habita hic* [m] *nihil tractetur.*

i Bud.in l.vlt.de senat.

k Plutar. in vita Romuli.

l lib 33. na.hist.

m sed magis in l. apud Labeonẽ §.hoc aũt. e.ti. & in l. minæ. C.d epis. aud. & §. oẽs Nou. de san.epi.

h *Pudicitia attentata esse.*] 9 [*Attentari pudicitia*] *dicitur, cum id agitur, ut ex pudica impudicus fiat: & attentans alicuius mulieris pudicitiam, iniuriarũ illi tenetur. Paria et de eo dicas, qui insequitur mulierẽ, quocunque uadit: quia & is iniuriarum obligatur, cum propter assiduam ipsius frequentationem & affectationem inferatur mulieri infamia.* [o] *Quod procedit, quando illa esset honesta. Cęterum si quis uirginem meretricia*

n l attentari.h.t.

o per tex. in d l. apud Labeonẽ § ap, ellare. Nouel.de san. episco.

retricia veste indutam assectaretur aut appellaret, id est, blandis verbis eius pudicitiam attentaret, non teneretur [d] *iniuriarum.*

§. Patitur,

1 *Iniuriam bifariam fieri.*
2 *Ex iniuria filiofam. illi datur actio tam patri quàm filio.*
3 *Quid in filio emancipato, vel naturali tantum.*
4 *Quid in fratre, affine, aut aliàs coniuncto.*
5 *Ex vna iniuria interdum tribus oritur actio.*
6 *Vxor mariti iniuriam non potest persequi: & quæ sit ratio.*

a Patitur autem quis iniuriam non solum per semetipsum, sed etiam *b* per liberos suos, quos in potestate habet: item per vxorem suam, id enim magis præualuit *c* Itaq; si filiæ alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiæ nomine tecum iniuriam agi potest, sed etiam patris & mariti nomine. *d* Contra autem si viro iniuria facta sit, vxor iniuriarum agere non potest. Defendi enim vxores a viris, non viros ab vxoribus, æquum est. *e* Sed & socer nurus nomine, cuius uir in eius potestate est, iniuriam agere potest.

a *Patitur autem.] recte Vlpianus* [a] *docet, quod aut per semetipsum alicui fiat iniuria, aut per alias personas. Per semetipsum, cum directo ipsi patrifamilias vel matrifamilias fit iniuria: per alias, cum per consequentiam fit, vt cum fit liberis, vel seruis meis, aut vxori, nuruiuè. Spectat enim ad nos iniuria, quam patiuntur hi, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt. 2 Ex iniuria ergo filiofam. illata nascitur iniuriarũ actio ciuiliter tam patri quàm filio: potestq; pater & filij, & sui ipsius nomine iniuriarum* [b] *experiri. Quãuis enim filiofam. pro sua persona competat hæc actio:* [c] *pater tamen habet exercitium actionis intuitu potestatis patriæ. 3 Vnde consequitur, pro filio emancipato patrem nomine proprio hoc iudicio agere non posse: vt alibi* [d] *Accursius censuit, vtcunque hic contrarium asserat. Consequitur item, quod pater non agat pro filio naturali tantum, vel spurio: 4 nec consanguineus pro fratre aut affine. Certæ enim sunt personæ determinatæ, propter quas pro iniurijs ipsis illatis quæritur etiam alteri hæc actio ciuiliter: nempe pro iniuria facta filiofam. nurui, seruo,* [*] *vxori: idque & Bartolus* [e] *voluisse videtur, dum scribit, vni ex cognatione irrogatam iniuriã, videri illatam toti cognationi: nõ tamen vt quilibet ciuiliter, sed tantum criminaliter agere possit, veluti quiuis extraneus. Vnde & illud adparet: si fiat iniuria monacho, clerico, ciui, feudatario, seu vasallo (vt vocant) non aliter iniuriarum actionem abbati, episcopo, ciuitati, vel domino feudi competere, quàm si facta sit in coutumeliam dominorum, hique ciuiliter agere velint: nam si criminaliter intendant accusare, non sunt prohibendi, quod Angelus hic pluribus docet.*

b *Per liberos.] Etiam impuberes, qui vt iniuriam facere non possint, pati tamen* [f] *possunt.*

c *Itaque si filiæ.] 5 Hinc discis, ex vna iniuria interdum tribus oriri actionem, ita vt nec vnius persecutio per aliam consumatur. Ut ecce:* [g] *si vxori meæ, filiæfa. iniuria facta sit, & mihi, & patri eius, & ipsi competit iniuriarum actio.*

d *Contra autem.] Ex Paulo* [h] *hic locus descriptus est. 6 Unde discis, vxorem, iniuriam marito factam persequi non posse: ea forte ratione: Quia vxores virorum, non viri vxorum dignitatem participiant. Ideoque vxoris dignitatem violans, simul mariti dignitatem, quæ in ea in est, violare censetur, sed non econtra.*

e *Sed & socer.] Ecce quarta actio ex eadem iniuria: sicque pro iniuria vxori illata quadruplex oritur actio. prima datur vxori, secunda marito, tertia patri, quarta socero: & vna intentata, reliquæ salua* [i] *manet.*

a l. 1. §. item aut. de iniu.
b l. pater. 41. h. t.
c l. filiusfamilias de act. & obl.
d vt per glo. in l. sed si seruus. §. filiæ vers. sed si pater. de iniu.
* d. l. 1. in fi. cum l. seq.
e in l. lex Cornelia. h. tit.
f l. illud. §. 1. eo.
g hic. & d. l. 1. §. vlt.
h l. 2. hoc tit.
i d. §. vlt.

§. Seruis autem,

1 *Pro iniuria facta seruo, quando domino agere liceat.*
2 *Seruus non agit iniuriarum.*

a Seruis autem ipsis quidem *b* nulla iniuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur, non tamen ijsdem modis, quibus etiam *c* per liberos & vxores: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum seruum atrociter verberauerit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis seruo *d* conuicium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit.

a *Seruis autem.] Hunc locum Vlpianus* [a] *alibi multis verbis enarrat, quæ ad lucidiorem declarationem huc trãsferri possunt. 1 Cæterum in summa sciendum, pro iniuria facta sero non competere domino iniuriarum actionem, nisi duobus casibus. Primus, quando iniuria atrox fuerit: alter, quando non est atrox, in contumeliam tamen domini facta. aliàs si serui tantum contumeliam respiciat, dominus non agit. Iudex tamen ex officio iniurianti pœnam* [b] *infligit. Nullum enim maleficium impunitum remanere debet in* [c] *rebus publicis.*

b *Nulla iniuria.] 2 Propter quam scilicet ipse seruus agere possit: adeo vt nec manumissus agere ipse possit ob iniuriam, quam in seruitute* [d] *passus est.*

a l. item apud Labeoné. 15. d. ti.
b gl. hic in verbo aperte.
c l. item vulneratus. ad le. Aql.
d l. seruo autem. illo tit.

c Per

c Per liberos & vxores.] Subaudi, iniuria infertur.
d Conuicium.] Id est, verbalem iniuriam intulerit.

§. Si communi.

1.3 *Iniuria seruo communi illata quomodo æstimanda.*
2 *L. sed non. de iniur. quomodo accipienda.*

a Si communi seruo iniuria b facta sit, æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem iniuriæ fieri: sed c ex dominorum persona, quia ipsis fit iniuria. Quod si vsus in seruo Titij est, proprietas Mæuij magis Mæuio iniuria fieri intelligitur.

a l. 1. & per totũ tit. ff. de stip. ser.
b l. sed non. 16. hoc c tit.

a Si communi seruo.] Seruus communis tametsi acquirat dominis pro portione [a] dominica: 1 iniuria tamen ipsi illata æstimatur ex personis dominorum, attenta scilicet ipsorum qualitate & dignitate. Quod enim, si alter ex dominis senator sit, alter plebeius? certe hæc iniuria ex persona senatoris pluris æstimabitur, quàm plebeij, vtcumque æquales habeant partes in seruo. 2 Nec obloquitur, quod Paulus [b] scribit, [non esse æquum pro maiore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri.] Loquitur enim ibi Iurisconsultus, quando seruo communi simpliciter. & sui ipsius contemplatione iniuria fit: tum enim condemnatio fiet pro partibus dominicis: hic autem quando ad contumeliam dominorum seruus iniuria affectus est, dominatio fieri debet secundum dignitatem dominorum.

c l. item apud 15 hoc tit.

b Facta sit.] Ab aliquo extraneo scilicet: nam si vnus ex dominis communis serui, vel proprietarius vsufructuariusue seruo iniuriam fecerit, naturaliter non tenebitur: quia suo iure fecisse [c] videtur.

d d. l. ité. & l. seq.

c Ex dominorum persona.] 3 Ita vt dignitas dominorum spectanda sit, & plurius agat, qui maiori honore præditus est. Item proprietarius magis agat, quam fructuarius: nisi in contumeliam fructuarij id factum [d] conficit.

§. Sed si libero.

1.2.3 *Pro iniuria libero homini, vel seruo alieno bona fide a me possesso, iniuriarum agi quomodo possit, tribus axiomatis declaratur.*

Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit: nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo est & in seruo alieno, bona fide tibi seruiuente: vt toties admittatur iniuriarũ actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta sit.

a l. item apud. 17 §. 35. h. t.
b d. l. item apud §. 35.
c d. §. item si. 35.

Tria ex hoc §. axiomata colligenda sunt. 1 Primum quod persecutio iniuriæ homini libero bona fide seruienti factæ ipsi soli [a] detur. Ideo enim seruis iniuria fieri nequit, quia eripi eis dignitas non potest, sed cum liberis hominibus directo, & propter ipsos contumelia facta est, quia recte eecidit res, & reuera dignitas illorum imminuta est, merito illis ipsis actio conceditur. 2 Alterum est: cũ libero bona fide seruienti iniuria in possessoris contumeliam facta est, vtrique datur actio, neque enim alterutrius tantum dignitas imminuta est, [b] sed possessori: quoniam is fuit animus iniuriam inferentis libero homini, quia recte res eecidit: hoc est, quia capax iniuriæ fuit, cum seruis (vt dixi) inferri iniuria nequeat. 3 Tertium, vltio iniuriæ alieno seruo bona fide possesso factæ, soli possessori [c] datur. Nam iniuria seruo illata, quatenus seruo facta est, non vindicatur, sed quatenus domino facta est. Quia ergo hoc casu dominus petitus non est, sed possessor solus, æquum est, ei soli iniuriæ actionem concedi, cui soli facta intelligitur.

§. Pœna autem.

1.2 *Lex 12. tab. de iniuria.*
3 *De L. Neratio.*
4.6 *Prætores quid statuerint circa iniuriæ maleficium.*
5 *Recuperatores qui dicantur.*
7 *De Talionis pœna, & an hodie adhuc locum habeat.*
8 *Lex Mosaica de eadem pœna.*
9 *Seruus actoris quis dicatur.*
10 *Seruus mediastinus vnde dictus, & de eius officio.*

Pœna autem iniuriarũ a ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptũ b talio erat: propter os vero fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, c quasi in magna veterum paupertate, d Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eã æstimare: vt iudex vel tanti

teum

reum condemnet, quanti iniuriã passus æstimauerit, vel minoris, *e* prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege XII. tab. introducta est, *f* in desuetudinem abijt: quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam *g* honoraria appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ. qui gradus condemnationis, & in seruili persona non immerito seruatur: vt aliud in *h* seruo actore, aliud *i* in medij actus homine aliud in vilissimo vel compedito ius æstimationis constituatur.

a *Ex lege XII. tab.*] 1 *Aul. Gelius* [a] *autor est, Lege XII. tabularum ita sancitum fuisse de iniuria: [Si mẽbrum ruperit meum, e pacto talio esto. Si iniuriam alteri faxit, XXV. asseres æris pœna sunto. Os fractum impensiore damno vindicantur.] Hanc legem Phauorius philosophus ibidem grauiter impugnat: sed eandem non minus grauiter defendit Sex. Cecilius: quorum docta concertatio plurimum lucis adferret huic loco. Ea tamen, quia prolixior est, & apud Gellium omnibus obuia, huc adscribere consulto prætermisi.*

b *Talio erat.*] 2 *Statuebat enim hæc lex (vt dixi) pœnam talionis [e pacto:] hoc est, si ita maluisset inferens iniuriam, & nisi paciscendo redemisset pecunia iniuriam. Primum ergo tribuebatur facultas paciscendi, vt nõ omnino necesse esset, pati talionem. Quod si reus nec pacisci volebat, nec iudici talionem imperanti parebat: æstimata lite iudex hominem damnabat: atque ita si reo & pactio grauis, & acerba talio visa fuerat, seueritas legis ad pecuniæ mulctam* * *redibat.*

c *Quasi in magna vet. pauper.*] *Nam XII. tabul. tempore propter rei numariæ penuriam exiguæ multæ constituebantur: quia de re vide Gelli. l. 11. noct. Atti. cap. 1. Plinium lib. 18. cap. 3. & Halicar. lib. 1. Antiq. Roma.*

d *Sed postea prætores.* 3 *L. Neratius (vt idem* [b] *Gellius meminit) homo egregie improbus, pro delectamento habebat, os homini liberi manus suæ palma verberare. Eum seruus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, & quemcunque depalmauerat, numerari statim secundum XII. tabulas quinque & viginti asses iubebat. 4 Propterea Prætores postea hanc legem abolescere, & relinqui censuerunt, iniurijsque æstimandis Recuperatores se daturos edixerunt. 5 [Recuperatores] autem dicebantur, quibus Prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum: a recuperando, seu iterum acquirendo, quod amissum erat, dicti, quos nunc iudices delegatos appellamus.*

e *Prout ei visum.*] 6 *Ergo æstimantem iniuriam non semper audiet Prætor, sed vel pluris, vel minoris damnare poterit,* [c] *pro qualitate personarũ & iniuriæ. Quare Martianus,* [d] *[Et si iuratum fuerit, inquit, [licebit iudici vel absoluere, vel minoris condemnare.] Neque enim tenetur obsequi iuramento affectionis, ne in immensum iuretur, sed liberum ei est, rem totam* [e] *æstimare: tametsi in iuramento, quod ab aduersario defertur, non affectionis æstimandæ, sed veritatis certo prodendæ causa, sit secus: quia necessaria est condemnatio, quanti iuratum* [f] *fuerit.*

f *In desuetudinem abijt.*] 7 *Adeo quidem, vt vix in toto iure ciuili vllum supersit Talionis vestigium præter id, quod calumniator subeat idem iudicium, quod innocenti reo* [g] *intẽdit: & iudex, qui delatum ad se crimen negligit, Talionis periculo subijciatur.* [h] 8 *Hanc tamen Talionem & lex Mosaica statuit,* [i] *his verbis, [Sin autem mors eius fuerit secuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Hodie multæ ciuitates ex statutis suis modica pecuniæ pœna grauẽ iniuriam punire solent, qua lenitas plane effecit, vt nunc frequentissimum sit iniuriæ beneficium. Quod si talio, & supplicij similitudo, ad membrum pro membro reduceretur, parcius forte admitterent iniuriam, qui nunc modica pecunia eam redimunt, vel etiam derident iniuriatum.*

g *Honoraria.*] *Ab honore scilicet prætorio, vt alibi* [K] *diximus.*

h *Seruo actore.*] 9 *Serui actoris* [l] *Papinianus etiam alibi meminit, & passim legitur secus actor in libris ciuilibus. is autem erat, cui rationis aut mensæ, aut rerum omnium, aut bonæ partis procuratio mandata & credita erat: Idem ergo erat, qui nunc dispensator dicitur.*

i *In medij actus.*] 10 *Id est, in seruo mediastino: sic enim vno verbo Latini mediastinum appellant, vel quod medium statum tenebat, vt Vlpianus* [m] *dixit, vel certe, quod in media domo ad imperia omnium, nutusque excubare solebat, vt Budæus ex Columella refert. Cogebatur enim vilissima & sordidissima quæque ministeria domi obire, domum verrere, purgamento efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere. Indicat autem etiam alibi Vlpianus, vilem fuisse operam mediastinorum, veluti atriariorum, & focariorum,* [n] *atque his similium: quod genus Ferratile Plautus appellat in Mostellaria, [Cis hercle,] inquit, [paucas tempestates Tranio: augebis ruri numerum, genus ferratile.]*

[a] li. 10. Noct. Attic. cap. 1.
* vide Gell. in loco alleg.
[b] d. lib. 20. c. 1
[c] l. itẽ apud 15. hoc tit.
[d] l. in actionibus de in lit. iur.
[e] l. videamus. §. vl. de in lit. iu.
[f] l. non erit. §. dato. de in lit. iu.
[g] l. pen. de accus. l. 3. C. qui acc. non pos.
[h] l. vlt. C. ne sac. bapt. iter.
[i] Exod. 21.
[K] §. prætorũ. 5. de iur. na. gen.
[l] l. Lucius. ff. de poss.
[m] vide l. item aliud. do inia. l. cum de serui. de ope. ser.
[n] l. 1. §. cæterum nau. caup. stab.

§. Sed & lex

1 *Omnis iniuria, quæ manu fit, lege Cornelia continetur.*
2 *Prætoria iniuriarum actio a ciuili differt.*
3 *Domus cuique tutissimum refugium.*
4 *Ad loca meritoria hæc lex non pertinet.*

Sed

a Sed & lex Cornelia de iniurijs loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quod se pulsatum quis, verberatumue, vel b domum suam vi introitam esse dicat. c Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta: siue gratis, d siue hospitio receptus sit.

a Sed & lex.] Hæc actio iniuriarum, de qua præcedenti §. diximus, Prætoria est, & spacio vnius anni cōtinui [a] tollitur: in tribus tamen casibus est quoq; ciuilis, hoc loco recensitis nempe si quis pulsatus, verberatusue, domusue eius vi introita sit. 1 Vnde liquet omnem iniuriam, quæ manu fit, lege Cornelia contineri. 2 Prætoriarum autem iniuriarum bifariam secernitur a ciuili ex lege Cornelia: primo quod prætoria est annalis tantum: ciuilis vero perpetua, tametsi nonnulli [b] reclament. Deinde Prætoria generaliter de omnibus iniurijs intelligitur: ciuilis pertinet tātum ad iniuriam in corpus admissam, in tribus scilicet casibus hic [c] relatis.
b Domum suam vi introitam.] 3 [Si quis domum alienam inuito domino introijt, quamuis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere.] [d] Offilius ait. Rationem addit Caius [e] [quod domus cuique tutissimum refugium & receptaculum sit.] Vnde perpaucis casibus aliquem de domo sua vi extrahi, leges [f] patiuntur: quos suis locis annotarunt interpretes.
c Domum autem.] Ex Vlpiano [g] descriptus est hic locus.
d Siue hospitio receptus.] Ad longius aliquod tempus, vt intelligas hic agi de certa fixaque habitatione. 4 Nam ad meritoria loca hæc lex non pertinet, nec ad eos qui inhabitant momenti [h] causa. Itaque vnius aut alterius diei hospes hic non aget, quia ibi non habitat, sed paulisper [i] hospitatur.

a l. si non conuicij. ibi Cyn. & alij. C. de iniu.
b in d. l. si non cōuicij.
c cōcordat l. lex Cornelia. §. 1. eod.
d l. si quis domū 23. h. tit.
e l. plerique. de in ius voc.
f vide l. nemo. ibi Deci. d' reg. iu. & l. dies cautioni §. prætor ait. de dā. inf.
g d. l. lex Cornelia §. domum.
h l. 1. §. ergo. h. ti.
i d. l. 1. §. habitare.

§. Atrox.

1 Atrox iniuria quid: & quibus modis fiat.
2 Circunstantia, ex quibus delictum augetur vel minuitur.

a Atrox iniuria æstimatur b vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona: veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti patronoue fiat a liberis. Aliter enim senatoris & parentis patronique, aliter extranei & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. c Parui autem refert, vtrum patrifamilias, an filiofa. iniuria facta sit, nam & hæc atrox iniuria æstimabitur.

a Atrox.] 1 Hunc locum ex Vlpiano [a] descripsisse videtur Iustinianus, inquiente: [Atrocem iniuriam quasi contumeliosiorem & maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri, Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit, cum magistratui, cum parenti patronoue fit: tempore, si in ludis, & in conspectu Prætoris, re si vulnus illatum, vel alicui percussum sit.] [Vulneris enim magnitudo, inquit Paulus [b] [atrocitatem facit & nonnunquam locus vulneris: veluti oculo percusso.] Quorsum attinent etiam ea, quæ in eandem sententiam Quintilianus [c] non inscite scribit: [Atrocitas,] inquiens, [crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quod modo: quæ omnia in finitos anfractus habent.] [& quæ ibidem latius sequuntur. Nam graphice admodum exemplis singula demonstrat, quæ plurimum lucis huic loco adferent, & a iuris tyronibus facile huc adscribi possunt.
b Vel ex facto.] 2 Claudius Saturninus [d] enumerat, lateque explicat septem factorum circūstantias, quibus crescit vel minuitur delictum, nempe causam, personam, locum, tempus, quantitatem, qualitatem, euentū. & adfert exemplum ex oratione Demosthenis contra Midiam: cum ab eo cæsus esset in malo, quo tēpore ludorum Bacchi curator erat.
c Parui autem.] Et hic locus ad verbum ex eodem Vlpiano [e] desumptus est.

a l. prætor edixit 7. §. posse. de iniu.
b l. vulneris. eo.
c lib. 6. Orat. Instit. cap. 1.
d l. aut facta. §. 1. de pœn.
e in l. sed est quæstionis. 9. §. parui.

§. In summa.

1 Iniuriarum & ciuiliter & criminaliter agi potest.
2 Quando dicatur ciuilis et iniuriarum agi.
3 Quando item criminaliter.
4 Et vna intentata, ad alteram non datur recursus.
5 Quando ex eodem delicto & ciuilis & criminalis actio datur, an vna consumat alterā.
6 Potest etiam iniuriarum agi ad reclamationem: ex ord. Imp. Cameræ.
7 Et hunc modum agendi etiam ciuili iure fundatum esse.
8 An actio iniuriarum reclamatoria sit ciuilis, vel criminalis.
9 In causis criminalibus num appelletur.
10 In criminalibus an procurator interueniat.

In

11 *In camera Imperiali criminalis accusatio non admittitur.*
12 *Criminali causa pendente, ciuili non est locus.*
13 *Forma petendi in actione iniuriarum reclamatoria.*
14 *Famosæ actiones non semper sunt criminales.*
15 *Procurator nec in publico, nec priuato crimine admittitur: fallit, vt num. 16.*
17 *In actione iniuriarum ciuiliter intentata admittitur procurator.*

In summa sciendum est, *a* de omni iniuria, eum qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel ciuiliter. Et si quidem ciuiliter agatur: æstimatione facta, secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis *b* extraordinaria pœna reo irrogatur, hoc videlicet obseruando, quod Zenoniana constitutio introduxit, vt viri illustres, quique super eos sunt, *c* & per procuratores possint actione iniuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

a De omni.] 1 *De quauis ergo iniuria, siue leui, siue atroci, potest is, qui eam passus est, (non etiam quilibet de populo, cum iniuria sit crimen priuatum.)* [a] *agere vel ciuiliter vel criminaliter: vtroq; tamen modo ad vindictam.* [b] 2 *[Ciuiliter] agitur, quando actor petit pœnam sibi adiudicari: daturque actio in tantum, in quantum iniuriam passus eam ad animum reuocauerit. Vt cum dicit in libello, se malle tot vel tot aureos amittere, quàm eiusmodi iniuria affici. Hanc tamen æstimationem iniuriæ iudex deinde moderatur, prout ei visum fuerit ex facto, ex loco, vel ex* [c] *persona.* 3 *[Criminaliter] agitur, quando affectus iniuria petit iniuriantem puniri in corpore, vel agit ad pœnam pecuniariam Fisco inferendam: qua specie potest iudex pœnā ex arbitrio imponere, adeo quod suum arbitrium vsque ad mortem extendere* [d] *queat: modo facti qualitatē diligenter perpendat, quod fit, si dignitatem eius, qui iniuriam passus est, consideret: ex ea enim augetur, vel diminuitur pœna.* 4 *Vna autem harum actionum intentata, non potest recursus ad aliam fieri, cum vtraque tendat ad vindictam, & non rem, sed pœnam contineat.* 5 *Nam cum duæ actiones ex vno eodemque delicto nascuntur, si vna pro re familiari competat, altera pro vindicta, vna per aliam non consumitur: veluti si quis egerit actione legis Aquiliæ propter seruum occisum, non prohibetur deinde publicum instituere iudicium ex lege Cornelia, de* [e] *Sicarijs. Quando autem vtraque ad vindictam datur, sicut est in actione iniuriarum tā ciuili quā criminali, tunc vna per alterā tollitur: quia æquum non est, idem admissum pluribus legib.* [f] *puniri. Et hæc quidem iure ciuili obtinent.* 6 *Est etiam alia agendi de iniurijs formula apud nos in vsu, admodum frequenti, nempe vt is, qui passus est iniuriam, ad reuocationem siue reclamationem iniuriosorum verborum agat: [Das der geschmæcht auff einen widerruff klage.] quæ formula licet iure Romano videatur incognita, notissima tamen, ac multis annis præscripta consuetudine in omnibus fere iudicijs est recepta, & ab Imperatore Carolo V. hodie in noua Imperialis Cameræ ordinatione* [g] *comprobata: vbi disponitur, libellos super reuocatione iniuriosorum verborum recipiendos esse, & super illis pronunciandum: ita quod hodie velut iure scripto hæc agendi formula in causis iniuriarum sit licita.* 7 *Quanquam, si quis diligentius rem examinet, hic modus agendi ad reclamationem iniuriæ, videatur etiam fundatus esse in iure* [h] *communi, neque etiam ea re ratione. Cum enim ad restitutionem famæ non minus, quam ad alterius rei, iniurians teneatur* [i] *iniuriato, cur non satisfactio de fama læsa hoc modo fieri deberet? Sicut enim publice diffamat iniurians: ita publice quoque reclamare debere, & fateri, se mendacium dixisse, sicque infamato suum honorem reddere, veniamq; ab eo* [k] *petere æquum esto.* 8 *An autem talis actio, quæ ad reuocationem iniuriæ hoc modo instituitur, censeatur criminalis vel ciuilis esse, non modicæ dubitationis est. Sed mihi videtur, eam ciuilem esse potius, quàm criminalem. Primum ideo, quia etsi petatur reclamatio iniuriæ, tamen non potest dici, quod ad aliquam pœnam agatur Fisco applicandam, quod in criminali omnino est* [l] *necessarium.* 9 *Deinde notū est, quod tametsi iure communi in criminalib. appellatio nō sit* [m] *interdicta: moribus tamen Germaniæ contrarium obseruari, & in criminalibus appellationem prorsus esse illicitam: Idque adprobat etiam ordinatio Cameræ* [n] *imperialis, quod tamen in mulctis, vel si de nullitate causæ principalis agatur, non procedit, vt* [o] *alias a me annotatum est. Iam si actio iniuriarum ad reuocationem instituta inter criminales censenda esset, sequeretur, in ea appellari non posse. cuius tamen contrarium quotidie in iudicijs seruatur, appellationesque in huiusmodi causis reclamatorijs recipiuntur: quod non fieret, si pro criminali æstimaretur.* 10 *Tertio, in criminalibus controuersijs uel ad crimen persequendum, uel ad defendendum regulariter procurator interuenire* [p] *non potest. Cuius contrarium obseruatur passim in iudicijs, quando ad reclamationem iniuriæ agitur.* 11 *Prædictis accedit, quod in Imperiali Camera nulla criminalis accusatio admittitur: interim tamen in comperto est, hanc iniuriarum reclamatoriam actionem in ea quotidie recipi.* 12 *Postremo, expediti iuris est, criminalem causam eo priuilegio frui, ut ea pendente, nulli ciuili quæstioni sit* [q] *locus. Quod si actio iniuriarū reclamatoria criminalis esset, sequeretur, cū ea ciuili, qua ad æstimationē iniuriæ agitur, cumulari non posse: cuius tamen contrarium vsu frequentatur. Sane Ioan. Barberius in tractatu, quē De Viatorio iuris* [r] *inscripsit, in forma libelli iniuriarum utrumq;, & ciuilem & hanc reclamatoriā iniuriarum actionem coniunxit: Sic enim conclusionem libelli, siue petitionem format:* 13 *[Quare petit actor, per uos, uestramque diffinitiuam, pro suorum nominis & famæ restitutione, dictum reum ad publice dissonandum, profitendum, & decla-*

a l. iniuriarū. & l. vlt. C. de iniu.
b l. 2. §. emancip. de colla. bono.
c §. pœna. & §. atrox. Inst. e. l. constitutionib. 37 § 1. ff. de tit.
d glo. hic verbo, extraordinaria
e §. liberum. sup. de leg. Aquil.
f l. senatus. de custo. & exhi. re.
g In ordi. fol. 112 Vide quæ annotaui in obser. Cam. Imp. cent. 2. obser. 98.
h Dd. c. 1. de lib. obla. pręter. ibi. ver. reclamationis.
i Petr. de Anc. c. peccatum. 45. de fama aūt lę sa. de re. iu. i 6.
k fa. c quidā malign. 5. q. 1 c. deterior. & c. somma iniquitas. ibi Archi. 6. quæst. 1.
l gl. in l. Prætor. & ibi Bar. ff. de sepul. vio.
m l addictos. C. de episco. aud. Auth. sed hodie. C. de app.
n par. 2. tit. 28. §. itē nach dem auch.
o Cent. 4. obser. 41. & 42.
p l pen. §. vlt. ibi Bar. ff. de pub. iudi.
q l 2. §. sed ets agāt. ff. de iud.
r in 4 parte. de iudi.

& declarandum, dicta verba diffamatoria & iniuriosa fuisse per eum inconsultò, & contra veritatem dicta & prolata, ac pro satisfactione iniuriarum prædictarum ad dandum & soluendum eidem actori summam prædictam. 1000. librarum.] Parem conclusionem in actione iniuriarum præscribit is, qui libellos in Curia Romana frequentatos conscripsit. Sed & Boerius in Comment. Consuetudinum Bituricen. [s] *tradit, quod in causa iniuriarum possit agi ad binas emendationes, vtilem scilicet, & honorabilem.* 14 *Neque aduersatur, quod nonnulli hanc reclamatoriam actionem ideo criminalem censent, quia infamet. Nam & depositi, & Mandati, & de Dolo, & aliæ quàmplurimæ actiones infamant: neque tamen eos propterea criminales rectè dixeris. Sic & iniuriarum actio semper infamat, siue criminaliter* [t] *instituatur: vt ex eo, quòd actio aliqua infamet, inferri nullo modo possit, ideo eam criminalem esse. Hæc aliquanto vberius huic loco addere volui, vt tyrones huius reclamatoriæ iniuriarum actionis, quæ in tam frequenti est vsu, gustum saltem aliquẽ haberent.*

s Consi. 1. fol. mihi 78.

t l. athletas. §. fi. ff. de ijs q̃ not. infa. §. ex quibusdã. inf. de pœ. tem. litig.

b *Extraordinaria.] Illa extraordinaria pœna arbitrio iudicis relinquitur, qui ex facto, loco, & person a pœnam statuere solet: serui quidem flagellis cæsi dominis suis restituuntur: liberi vero homines humilioris conditionis fustibus subijciuntur: cæteri vel exilio temporali, vel indictione certæ rei* [u] *coerceantur.*

c *Et per procuratores.] Sicut in crimine publici iudicij non admittitur* [x] *procurator: ita etiam in crimine priuato, vt in actione iniuriarum criminaliter intentata idem* [y] *obtinet. Debet enim is, qui criminaliter experiri vult, per seipsum comparere, & reum criminis facere eum, quem in ius vocauit.* 16 *Excipiuntur tamen illustres, aut maiore præditi dignitate, eorumque liberi, & vxores viuente marito illustri, qui causam iniuriarum etiam criminalem exercere possunt per procuratorem tam agendo, quàm defendendo: modo se subscribant, & in eos, non in procuratores feratur sententia. Atque hic est effectus Zenonianæ* [z] *constitutionis, cuius hic fit mentio.* 17 *Si tamen iniuriarum actio ciuiliter intenderetur, admittendus esset procurator etiam generale mandatum* [a] *habens.*

u l. vl. & ibi Bar. hoc tit.

x l. pen. §. 1. de publ. iud.

y hic. & l. vlt. C. eod. tit.

z quæ habetur. in d. l. vlt.

a l. licet. §. ad actionem. de procur. & l. sed si vnus. procurator. h. tit.

§. Non solum.

1 *Iniuriam procurans fieri, perinde tenetur iniuriarum, ac iniurians.*

Non solùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam, *a* vel qui procurauit, vt cui mala pugno percuteretur.

a *Vel qui procurauit.] 1 Ergo qui procurat fieri iniuriam, perinde obligatur iniuriarum, atque is qui dolose eam infert: quod & Vlpianus* [a] *iam antea tradidit, ex cuius responso hic §. ad verbum descriptus est: & vterque tam mandans, quam mandatarius conueniri potest & prætoria & Cornelia directa. Verba enim legis Corneliæ scripta sunt in rem ex parte iniuriantis, vt sic comprehendant & facientem per alium: licet ex parte eius, qui passus est iniuriam, sit in personam scripta, sicut Bartolus* [b] *aduersus Accursium defendit: vbi etiam docet, qualiter mandans, & qualiter persuadens fieri delictum obligetur.*

a l. non solum. 11. h. tit.

b in d. l. non solum.

§. Hæc actio.

1 *Iniuriarum actio dissimulatione tollitur.*
2 *De lege obliuionis apud Athenienses, quæ ἀμνηστία dicebatur.*
3 *Idem a Senatu Rom. factum post interfectum Iulium Cæsarem.*
4 *Item pacto, transactione, iureiurando, tollitur iniuria ipso iure.*
5 *Tollitur item lapsu anni, sed tantum ope exceptionis.*
6 *Item satisfactione.*
7 *Denique morte, tam iniuriati quàm iniuriantis.*

a Hæc actio dissimulatione aboletur: & ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit, postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

a *Hæc actio.] 1 Nempe iniuriarum actio dissimulatione aboletur. Nam si quis iniuriam passus statim ad animum suum non reuocauerit: hoc est, non ostenderit vllum de se indicium, quod huiusmodi iniuriam ægre tulerit, ac pro contumelia secum reputauerit, quin potius statim familiarem sese iniuriatori exhibuerit: non censetur iniuria. atque ita hunc locum, qui ex Vlpiano* [a] *desumptus est, accipere oportet. Et habes certè hic modus tollendæ actionis iniuriarum grauem causam, & Christiana mansuetudine dignam rationem tollendorum facile odiorum: 2 vt quantum licet, in republica probemus veterem illam Atheniẽsium ἀμνηστίαν. Trasybulus enim, cum Athenienses ex summis olim dissidijs reconciliati tandem essent, legem tulit, [ne cui] iniuriarum vel vno verbo meminisse impune liceret:] quam ideo ἀμνηστίαν appellabat. 3 Senatus quoque Romanus interfecto Iulio Cæsare, introduxit obliuionis legem suasu Ciceronis: quæ tamen non fuit diuturna.*

a l. non solũ 11. §. 1. de iniur.

Quanto

Quanto magis hodie inter nos Christianos opus esset bona obliuionis lege: cum iudicia passim scateant iniuriarum litibus, praesertim inter multos vel praecipui nominis viros? Porrò; sunt & alij modi, quibus haec actio perimitur. 4 Nam & pacto, & transactione, & iureiurando (quia scilicet iuramento asserat iniurians, se non intulisse iniuriam, aut non animo iniuriandi fecisse) ipso iure [b] tollitur. 5 Item lapsu vnius anni [c] continui extinguitur, non tamen ipso iure, sed tantum ope exceptionis. Sicut enim tempus non est modus inducendae obligationis: ita nec [d] tollendae. Excipiuntur tamen tres casus, in quibus perpetua est haec actio: scilicet quando quis est verberatus, pulsatus, domusue sua vi [e] introita. 6 Porrò satisfactione quoq; finitur, vt scilicet non possit amplius ad vindictam agi, licet ad damna possit. Nam remissa iniuriarum actione, non statim intelligitur quoque remissa Aquilia actio ob damnum datum. Et hic obserua optimum consilium, si agitur aduersus aliquem iniuriarum, & timet condemnationem futuram, quòd soluat ante condemnationem id, in quo damnari timet: sic enim euitabit infamiam, absolueturq; per sententiam interlocutoriam ab obseruatione iudicij, quae tamen vim diffinitiuae habet: vt Bartolus [f] docet. 7 Postremò tollitur haec actio morte illius, qui passus est iniuriam, lite nondum contestata: & morte iniuriantis etiam post litis [g] contestationem.

b d.l. nō solum. §. 1. & l. si tibi. de pact.
c l. si non conuicij. de iniur.
d De quo dixi in §. at si ita. sup. de verb. obl.
o §. sed & lex. supra. eod.
f l. infamem. de pub. iud.
g l. si eum. t. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX QVASI DELICTO nascuntur. Tit. V.

In Rubricam argumenta.

1 *Quasi delictum describitur.*
2 *Epitome, ac diuisio huius tituli.*

Absolutis] tribus prioribus obligationum speciebus, nempe ijs quae ex contractu, vel quasi ex contractu, aut ex delicto proficiscuntur, postremam quoq; speciem subiungit, quae quasi ex delicto descendit. 1 Est autem [quasi delictum] propriè, quando quis neque ex dolo, nec lata culpa, sed magis ex imperitia, siue negligentia sua, suorumue conueniri potest. 2 Eius ponuntur hoc in titulo tria exempla, & subinde, qua actione his casibus agatur, connectitur: atq; ita duas hic tractatus parteis comprehendit.

Princip. tit.

1 *Iudex malè iudicans, quasi delinquit.*
2 *Quid sit, litem suam facere.*
3 *Iudex malè iudicando litem suam faciens, quomodo puniatur.*
4 *Iudex scienter & dolosè malè iudicans, quas pœnas sustineat.*
5 *Tabellio malè faciens instrumentum, tenetur parti.*
6 *Notarius iura ad ipsius officium spectantia scire debet.*

Si iudex litem suā fecerit, nō propriè ex maleficio obligatus videtur. sed quia neq; ex maleficio, neq; ex cōtractu obligatus est; & vtiq; peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiā: ideo videt quasi ex maleficio teneri. & in quantū de ea re æquū religioni iudicantis videbitur, pœnā sustinebit.

1 Primum] exemplum quasi delicti, est in iudice, qui malè iudicando litem suam facit. Iudex enim siue ordinarius, siue delegatus, qui per imprudentiam vel imperitiam perperam pronunciat, condemnat aliquem, cum nihil deberet, quasi delictum committere dicitur. Quod Imperator a sufficienti partium enumeratione probare nititur. Non enim ex contractu obligatur, quia contractus vtriusque consensum requirit: sed de consensu meo iudex mihi non fecit iniuriam. Nec ex quasi contractu: quasi enim contractus quamuis vtriusque consensum non requirat, tamen eum iure ciuili licitum esse, ac permissum oportet: vt videmus in obligationem negotiorum gestorum. quae ratio hic cessat, quoniam non est permissum iudici, vt quem velit litigantium, iniuria afficiat. Sed nec verè delinquit, quia fortè legem habens non sanè intellectam, aut Iureconsulto duce a communi legum tramite, receptaue consuetudine aberrans, sibi persuadet, se iustam ferre sententiam. 2 Quo casu litem suam facit, hoc est, damnum partis laesae in se transfert, damnatur ad interesse partis laesae, sustinetque pœnam, in quantum ea de re aequum religioni iudicantis visum fuerit: 3 atque ita non condemnatur in solidum, siue [a] in aestimationem totius causae, sed iudicans, vel syndicator rationem habere debet sumptuum, damnorumque laesae partis: quam rem in quadam sua [b] quaestione Bartolus vberius pertractat. Habetur tamen ratio, an errauerit in lege facili & aperta, an in difficili atq; obscura. quoniā posteriori specie [c] mitius punitur. 4 Porrò notanter supra dixi, [per imprudentiam.] nā si iudex dolo malo, scienter, & ex proposito, vel etiam pecunia corruptus, perperam ius dicit, verè delinquit: & si quidem causa ciuilis fuerit, ignominia notatus, triplum litis rependit: in quaestione verò criminali confiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur: de quo latius videre est in tractatu Codi. [de pœna iudicis, qui malè iudicat.] vnde discere potes. quae hic desunt. 5 Quae autem hoc loci de iudice traduntur, eadem in tabellio-

a l. si iudex. de va. & ext. cri. l. ex maleficiis. 5. §. si iudex. de act. & ob. vnde hic locus est descriptus. & l. si expressim. de ap.
b inc. si iudex per imperitiā, &c.
c de quo late Bar. & alii in l. fi. C. de pęn. iud. qui male iudi. & qualiter declaratur interesse contra iudicē in causa syndicatus, vide In. in c. super eo. quod me. cau. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. de offi. procon. & leg.

& declarandum, dicta verba diffamatoria & iniuriosa fuisse per eum inconsultò, & contra veritatem dicta & prolata, ac pro satisfactione iniuriarum prædictarum ad dandum & soluendum eidem actori summam prædictam. 1000. *librarum.] Parem conclusionem in actione iniuriarum præscribit is, qui libellos in Curia Romana frequentatos conscripsit. Sed & Boerius in Comment. Consuetudinum Bituriten.* [s] *tradit, quod in causa iniuriarum possit agi ad binas emendationes, vtilem scilicet, & honorabilem.* 14 *Neque aduersatur, quod nonnulli hanc reclamatoriam actionem ideo criminalem censent, quia infamet. Nam & depositi, & Mandati, & de Dolo, & aliæ quàmplurimæ actiones infamant: neque tamen eos propterea criminales recte dixeris. Sic & iniuriarum actio semper infamat, siue criminaliter* [t] *instituatur: vt ex eo, quòd actio aliqua infamet, inferri nullo modo possit, ideo eam criminalem esse. Hæc aliquanto vberius huic loco addere volui, vt tyrones huius reclamatoriæ iniuriarum actionis, quæ in tam frequenti est vsu, gustum saltem aliquē haberent.*

s Consi. 1. fol. mihi 78.
t l. athletas. §. fi. ff. de ijs q. not. infa. §. ex quibusdā. inf. de pœ. tem. litig.

b *Extraordinaria.] Illa extraordinaria pœna arbitrio iudicis relinquitur, qui ex facto, loco, & person a pœnam statuere solet: serui quidem flagellis cæsi dominis suis restituuntur: liberi vero homines humilioris conditionis fustibus subijciuntur: cæteri vel exilio temporali, vel indictione certæ rei* [u] *coerceatur.*

c *Et per procuratores.] Sicut in crimine publici iudicij non admittitur* [x] *procurator: ita etiam in crimine priuato, vt in actione iniuriarum criminaliter intentata idem* [y] *obtinet. Debet enim is, qui criminaliter experiri vult, per seipsum comparere, & reum criminis facere eum, quem in ius vocauit.* 16 *Excipiuntur tamen illustres, aut maiore præditi dignitate, eorumque liberi, & vxores viuente marito illustri, qui causam iniuriarum etiam criminalem exercere possunt per procuratorem tam agendo, quàm defendendo: modo se subscribant, & in eos, non in procuratores feratur sententia. Atque hic est effectus Zenonianæ* [z] *constitutionis, cuius hic fit mentio.* 17 *Si tamen iniuriarum actio ciuiliter intenderetur, admittendus esset procurator etiam generale mandatum* [a] *habens.*

u l. vl. & ibi Bar. hoc tit.
x l. pen. §. 1. de publi. iud.
y hic. & l. vlt. C. eod. tit.
z quæ habetur, in d l. vlt.
a l. licet. §. ad actionem. de procur. & l. sed si vnus. procurator. h. tit.

§. Non solum.

1 *Iniuriam procurans fieri, perinde tenetur iniuriarum, ac iniurians.*

Non solùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam, **a** vel qui procurauit, vt cui mala pugno percuteretur.

a *Vel qui procurauit.]* 1 *Ergo qui procurat fieri iniuriam, perinde obligatur iniuriarum, atque is qui dolose eam infert: quod & Vlpianus* [a] *iam antea tradidit, ex cuius responso hic §. ad verbum descriptus est: & vterque tam mandans, quam mandatarius conueniri potest & prætoria & Cornelia directa. Verba enim legis Corneliæ scripta sunt in rem ex parte iniuriantis, vt sic comprehendant & facientem per alium: licet ex parte eius, qui passus est iniuriam, sit in personam scripta, sicut Bartolus* [b] *aduersus Accursium defendit: vbi etiam docet, qualiter mandans, & qualiter persuadens fieri delictum obligetur.*

a l. non solum. 11. h. tit.
b in d. l. non solum.

§. Hæc actio.

1 *Iniuriarum actio dissimulatione tollitur.*
2 *De lege obliuionis apud Athenienses, quæ ἀμνησία dicebatur.*
3 *Idem a Senatu Rom. factum post interfectum Iulium Cæsarem.*
4 *Item pacto, transactione, iureiurando, tollitur iniuria ipso iure.*
5 *Tollitur item lapsu anni, sed tantum ope exceptionis.*
6 *Item satisfactione.*
7 *Denique morte, tam iniuriati quàm iniuriantis.*

a Hæc actio dissimulatione aboletur: & ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit, postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

a *Hæc actio.]* 1 *Nempe iniuriarum actio dissimulatione aboletur. Nam si quis iniuriam passus statim ad animum suum non reuocauerit: hoc est, non ostenderit vllum de se indicium, quod huiusmodi iniuriam ægre tulerit, ac pro contumelia secum reputauerit, quin potius statim familiarem sese iniuriatori exhibuerit: non censetur iniuria, atque ita hunc locum, qui ex Vlpiano* [a] *desumptus est, accipere oportet. Et habet certe hic modus tollendæ actionis iniuriarum grauem causam, & Christiana mansuetudine dignam rationem tollendorum facile odiorum:* 2 *vt quantum licet, in republica probemus veterem illam Atheniēsium ἀμνησίαν. Trasybulus enim, cum Athenienses ex summis olim dissidijs reconciliati tandem essent, legem tulit, [ne retro iniuriarum vel vno verbo meminisse impune licere:] quam ideo ἀμνησίαν appellabat.* 3 *Senatus quoque Romanus interfecto Iulio Cæsare, introduxit obliuionis legem suasu Ciceronis: quæ tamen non fuit diuturna.*

a l. non solū 11, §. 1. de iniur.

Quanto

Quanto magis bonae inter nos Christianos opus esset bona obliuionis lege: cum iudicia passim scateant iniuriarum litibus, præsertim inter multos vel præcipui nominis viros? Porrò, sunt & alij modi, quibus hæc actio perimitur. 4 Nam & pacto, & transactione, & iureiurando (quia scilicet iuramento asserat iniurians, se non intulisse iniuriam, aut non animo iniuriandi fecisse) ipso iure [b] *tollitur. 5 Item lapsu vnius anni* [c] *continui extinguitur, non tamen ipso iure, sed tantum ope exceptionis. Sicut enim tempus non est modus inducendæ obligationis: ita nec* [d] *tollendę. Excipiuntur tamen tres casus, in quibus perpetua est hęc actio: scilicet quando quis est verberatus, pulsatus, domusue sua vi* [e] *introita. 6 Porrò satisfactione quoq; finitur, vt scilicet non possit amplius ad vindictam agi, licet ad damna possit. Nam remissa iniuriarum actione, non statim intelligitur quoque remissa Aquiliæ actio ob damnum datum. Et hic obserua optimum consilium, si agitur aduersus aliquem iniuriarum, & timet condemnationem futuram, quòd soluat ante condemnationem id, in quo damnari timet: sic enim euitabit infamiam, absolueturq; per sententiam interlocutoriam ab obseruatione iudicij, quæ tamen vim diffinitiuę habet: vt Bartolus* [f] *docet. 7 Postremò tollitur hęc actio morte illius, qui passus est iniuriam, lite nondum contestata: & morte iniuriantis etiam post litis* [g] *contestationem.*

b d.l. nō solum. §.1. & l.si tibi. de pact.
c l.si non conuicij. de iniur.
d De quo dixi in §. at si ita. sup. de verb. obl.
e §. sed & lex. supra. eod.
f l. infamem. de pub. iud.
g l.si eum. 1. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX QVASI DELICTO nascuntur. Tit. V.

In Rubricam argumenta.

1 *Quasi delictum describitur.*
2 *Epitome, ac diuisio huius tituli.*

Absolutis] tribus prioribus obligationum speciebus, nempe ijs quæ ex contractu, vel quasi ex contractu, aut ex delicto proficiscuntur, postremam quoq; speciem subiungit, quę quasi ex delicto descendit. 1 Est autem [quasi delictum] propriè, quando quis neque ex dolo, nec lata culpa, sed magis ex imperitia, siue negligentia sua, suorumue conueniri potest. 2 Eius ponuntur hoc in titulo tria exempla, & subinde, qua actione his casibus agatur, connectitur: atq; ita duas hic tractatus parteis comprehendit.

Princip. tit.

1 *Iudex malè iudicans, quasi delinquit.*
2 *Quid sit, litem suam facere.*
3 *Iudex malè iudicando litem suam faciens, quomodo puniatur.*
4 *Iudex scienter & dolosè malè iudicans, quas pœnas sustineat.*
5 *Tabellio malè faciens instrumentum, tenetur parti.*
6 *Notarius iura ad ipsius officium spectantia scire debet.*

Si iudex litem suã fecerit, nō propriè ex maleficio obligatus videtur. sed quia neq; ex maleficio, neq; ex cōtractu obligatus est; & vtiq; peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiã: ideo videť quasi ex maleficio teneri. & in quantũ de ea re æquũ religioni iudicantis videbitur, pęnã sustinebit.

1 Primum] exemplum quasi delicti, est in iudice, qui malè iudicando litem suam facit. Iudex enim siue ordinarius, siue delegatus, qui per imprudentiam vel imperitiam perperam pronunciat, condemnat aliquem, cum nihil deberet, quasi delictum committere dicitur. Quod Imperator a sufficienti partium enumeratione probare nititur. Non enim ex contractu obligatur, quia contractus vtriusque consensum requirit: sed de consensu meo iudex mihi non fecit iniuriam. Nec ex quasi contractu: quasi enim contractus quamuis vtriusque consensum non requirat, tamen eum iure ciuili licitum esse, ac permissum oportet: vt videmus in obligationem negotiorum gestorum. quę ratio hic cessat, quoniam non est permissum iudici, vt quem velit litigantium, iniuria afficiat. Sed nec verè delinquit, quia fortè legem habens non sanè intellectam, aut Iureconsulto duce a communi legum tramite, receptaue consuetudine aberrans, sibi persuadet, se iustam ferre sententiam. 2 Quo casu litem suam facit, hoc est, damnum partis læsæ in se transfert, damnatur ad interesse partis læsæ, sustinetque pœnam, in quantum ea de re æquum religioni iudicantis visum fuerit: 3 atque ita non condemnatur in solidum, siue [a] *in æstimationem totius causę, sed iudicans, vel syndicator rationem habere debet sumptuum, damnorumque læsæ partis: quam rem in quadam sua* [b] *quęstione Bartolus vberius pertractat. Habetur tamen ratio, an errauerit in lege facili & aperta, an in difficili atq; obscura. quoniã posteriori specie* [c] *mitius punitur. 4 Porrò notanter supra dixi, [per imprudentiam.] nã si iudex dolo malo, scienter, & ex proposito, vel etiam pecunia corruptus, perperam ius dicit, verè delinquit: & si quidem causa ciuilis fuerit, ignominia notatus, triplum litis rependit: in quęstione verò criminali confiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur: de quo latius videre est in tractatu Codi. [de pœna iudicis, qui malè iudicat.] vnde discere potes, quę hic desunt. 5 Quæ autem hoc loci de iudice traduntur, eadem in tabellione*

a l.si iudex. de va. & ext.cri. l. ex maleficiis. 5. §. si iudex. de act. & ob. vnde hic locus est descriptus. & l. si expressim. de ap.
b in c. si iudex per imperitiã, &c.
c de quo late Bar. & alii in l. fi. C. de pœn. iud. qui male iudi. & qualiter deducatur interesse contra iudicē in causa syndicatus, vide In. in c. super eo. quod me. cau. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. de offi. procon. & leg.

ne malè faciente instromentum, ob ( ) net, tenebitur enim ad interesse [d] parti, quam damnificauit. 6 Atque hinc est, quod notorium iuro scire debeat, saltem ad ipsius officium spectantia, vt a contractibus illicitis, abstinere queat.

d l.fi.C.de pactis conue.
e notat.glo.in l. generali. C. de tabel.lib. 10.

§. Item is, ex.

1 In homine libero nullo corporis æstimatio fieri potest.
2 Edictum, qui deiecerunt vel effuderunt, duo habet capita.
3 Si effundendo deijciendoue rebus nostris sit nocitum, æstimatio in duplum soluitur.
4 Pro libero homine occiso est pœna quinquaginta aureorum.
5 Pro libero homine læso est pœna arbitraria.
6 Quando supra viam positum est quid, quod nocere potest, pœna est decem aureorum.

Item is, ex cuius cænaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, *a* deiectum effusumue aliquid est, ita vt *b* alicui noceret. quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerunque ob *c* alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest *d* (si ceciderit) alicui nocere: quo casu pœna decem *e* aureorum constituta est. De eo verò quod deiectum effusumue est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem verò liberum occisum, quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò viuat, nocitumque ei esse dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis est factus.

a Deiectum.] Puta corpus solidum & durum, vt est tegula, lapis, & similia. Effusum verò intellige liquidum quippiam, veluti oleum, aquam, & id genus alia.
b Alicui noceret.] In persona, rebus, vel vestibus.
c Alterius.] Nam si ipse deiecisset, teneretur ex maleficio, Fabro autore.
d Si ceciderit.] Si facilè potest nocere: secus si cum difficultate, vt quia sunt horti pensiles, [a] benè adfixi parietibus.
e Aureorum.] Nempe pro culpa deijcientis, non pro æstimatione [b] occisi. Liber enim homo si perit, non fit æstimatio in duplum: quia in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest: sed tamen ne impunè ferat, cuius culpa liber homo occisus fuit, leges constituerunt pœnam [c] quinquaginta aureorum: quemadmodum in textu sequitur.

a Ang. per l. si verò. §. prætor. de his qui deie. vel effud.
b Platea hic.
c l. 1. §. sed cum liber homo. de his qui deie. vel effud.

Ad hunc locum titulus pertinet, qui est in Pandectis, [de his qui deiecerunt, vel effuderunt: in eoq; secundam quasi delicti exemplum continetur. Nam cum publicè intersit, sine metu & periculo per itinera commeari, Prætor summa planè vtilitate eis, qui ædificia vel domos prætereunt, aut circa ea iter faciunt, aut consistunt, edicto suo prospicere voluit, ne noceretur ipsis a domibus. 2 Et habet hoc edictum duo capita, siquidem dupliciter ex domibus noceri potest. vtrunq; hoc in §. tangitur. 3 Primo capite, si ex ædificio effundatur, vel deijciatur, si quidem rebus damnum datum sit, æstimatio in duplum soluetur: dupli, quantum damni datum erit, actio competet. 4 Si liber homo perierit, quinquaginta aureorum pœna imposita est, annalisq; hæc est actio, nec hæredi, [d] nec in hæredem datur. 5. Sin verò liber homo vel vulnere, vel alio modo in corpore lædatur, curationis, operarumq; præteritorum & futurarum amissio in æstimationem veniet, in quantum videbitur iudicanti æquum. Quæ pars edicti non solum ad ciuitates, & vicos, sed etiam ad vias in agris, si fortè illic sint ædificia, extenditur. Diei autem tantummodo ratio habetur, [e] non etiam noctis: tunc enim impune est, quod nocebitur. 6 Posteriore verò edicti parte, si in suggrunda, seu protecto, id est, in tectis procul eminentibus, si porrò in pergula & ante ambulatorio, quod ad murum domus exporrigitur ac propendet, siue etiam in reticulo, hoc est, in proiecturis, ædium, quæ ad modum retis factæ sunt (vt sunt cancelli) aut aliàs in superioribus domus partibus aliqua posita habeantur, quæ nocere possunt: tunc siue noceatur, siue non, pœna decem aureorum est: nec refert, habitator ædium posuerit, siue alius. [f] Quæ verò suspensa sunt ante ædes, aliquando in priore parte edicti, aliquando in posteriore concluduntur: vt si fortè homo quis mortuum fune suspendat, qui cadens noceat. Quanquam autem certa pœna hac edicti parte constituta est, crediderim tamen, si liber homo rebus huiusmodi decidentibus periret, vel plus læderetur, quàm præfata pœna efferret, officium iudicis pro ista æstimatione interuenturum. hoc enim & ius & æquitas efflagitat: idemque Zasius [g] aliquando sensit.

d Placen. hic in sua summa.
e hæc habentur in l. 1. in prin. §. sed cū liber. §. hæc in factū. l. hoc edictum & l. si ff. h. t.
f hæc habentur in l. si verò. §. prætor. §. id positum. h. t. d. l. 1. §. quod cum. iuncta d. l. si verò. §. fin. Ex superiore parte edicti agitur, si nocitum sit: ex altera, si nocere possit.
g in summa. ff. de his qui deie. vel effud.

§. Si filiusfam.

1 Si ex domo filiif. seorsim à patre habitantis proijciatur vel effundatur, pater non tenetur.

2 *An pater pro filiosfa. per imperitiam malè iudicante teneatur.*
3 *Cautela pro filiofam. Iudice.*
4 *Regulariter ex maleficio, vel quaſi non datur actio de peculio contra patrem.*

Si filiusfamilias ſeorſum a patre habitauerit, & quid ex cænaculo eius deiectum effuſumue fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumue habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrem nullam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandũ eſt, qui litem ſuam fecerit.

Tametſi] paterfamilias. ex cuius domo aliquid proijcitur, vel effunditur, pro tota familia, & liberis & ſeruis, alijsq; ſecum habitantibus, ex quaſi maleficio [a] *obligetur: 1 tamen pro filiofamilias ſeorſim a patre in aliqua domo habitent, ſi quid ex ipſius familia proiectum, effuſum ſuſpenſumue fuerit, non pater, ſed ipſe filius obſtringitur, daturq; contra eum ex quaſi maleficio in factum actio: & id textus hic ait. 2 Idem quoque iuris obtinet, ſi filiusf. iudex per imperitiam malè iudicando, litem ſuam fecerit, damnum partis læſæ in ſeſe tranſtulerit: adhuc enim pater excuſabitur, filiusq; in tantam quantitatem tenebitur, quæ tunc in peculio* [b] *fuit, cum ſententiam dicebat, quę aſſertio verior eſt. Nam cum hęc actio detur, in quantum religioni iudicantis* [c] *videtur non debet videri ęquum iudici, vt puniatur in plus, quàm habeat in peculio, quando per imperitiam malè iudicat: ſecus ſi* [d] *dolo, quia condemnabitur in vera æſtimatione litis. 3 Filiusf. ergo iudex cautus eſſe debet, quando in ſyndicatu ſententiam veretur cõdemnatoriam, quòd alleget ſe filiumf. idq; doceat. ſic enim niſi aduerſarius probet, quod habet aliquid in peculio, remanebit deluſus. 4 Regulariter certè ex maleficio, vel quaſi ex maleficio non datur actio de peculio contra patrem, niſi quatenus peculium eſſet locupletatum, condemnatuſue iam eſſet filius: tum enim daretur aduerſus patrem actio per ſententiam, non quidem ex maleficio,* [e] *ſed quaſi ex contractu.*

a vt ſup. § prox.
b tex. & ibi Bar. in l. ſi filiusfa. 13. de iud.
c l pen. de var. & extr. cogni. & ſup. eod. in pr.
d d. l. ſi filiusfam. in ſecundo reſponſo.
e l. 3. §. ſi filius. & §. ex cauſa. de minorib. Reliqua vide apud Dd. in d. l. ſi filiusfa. Inn. inc. ſuper eo. quod me. cau.

§. Item exercitor.

1. 4 *Edictum, Nautæ, caupones, ſtabularij, vt recepta reſtituant.*
2 *Nautę ſunt, qui naues exercent: & nauigium quid contineat.*
3 *Caupones & ſtabularij qui dicantur.*
5 *Quando nautę, caupones, & ſtabularij non teneantur ex quaſi maleficio.*

Item exercitor nauis aut caupone aut ſtabuli de dolo aut furto, quod in naui aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur: ſi modo ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum, quorum opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exercet. Cum enim neque ex maleficio, neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

1 Tertium] exemplum quaſi ex maleficio habetur in hoc §. quòd nautę, caupones, ſtabularij ex culpa eorum, quorum opera vtuntur, quaſi ex delicto obligantur. Et ad hunc locum referendus eſt titulus in Pandectis, [Nautę, caupones, ſtabularii.] Sanè Prętor hoc edictum ex euidenti vtilitate propoſuit, quia nautis, cauponibus, & ſtabularijs ſępenumerò res ſeruandæ traduntur à viatoribus, & his qui naui vehuntur: vnde neceſſe erat lege prouideri, ne fidem, quam hoc hominum genus recepit, fallat. Nam & lege cauta necdum eorum improbitas [a] *coercetur. Niſi enim hoc edicto obuiam iretur, colluſione facta cum furibus frequenter viatores læderentur. 2 Ad rem quod attinet, [nautas] accipere debemus eos, qui naues exercent, id eſt, patronos nauium, qui ſoliti ſunt magiſtros* [b] *prępονere. [Nauigij] autem appellatione intellige rates, lintres, & cætera id* [c] *genus. 3 [Caupones & ſtabularios] differenter accipe: apud hos enim iumenta ſtabulantur: apud illos viatores* [d] *diuertunt. Putarim tamẽ caupones & ſtabularios pro dominis diuerſoriorum ſine delectu intelligendos eſſe. & ita apud idoneos autores inuenies. 4 Hoc hominum genus, ſi vel ipſi vel hi, qui eorum nomine huiuſmodi negotijs præficiuntur, res quaſcunq; viatorum, eorumue, qui naui vehuntur, in cuſtodiam receperint, ſaluas reſtituere debent ijs, qui tradiderit, ſiue ſint propriæ eorum, qui cuſtodiendas tradunt, ſiue alienæ. etiamſi aliqui gratis* [e] *diuerterint. Et ſufficit, ſi nautæ, & alij ſciant res eſſe inuectas, quamuis aliter in cuſtodiam non* [f] *recipiantur: 5 niſi prædixerint caupones & alij, ſe nolle cuſtodire,* [g] *eorumque proteſtatio ni viatores vel vectores, qui naui vehuntur, conſenſerint. Tum autem intelliguntur quaſi ex maleficio obligati, ſi prætextu officij ſeu ædificij rem receperint: nam ſi tanquam vicini vel amici cuſtodiendam recepiſſent, hoc edicto* [h] *non adſtringerentur. Reliqua huc pertinentia, in præfato Digeſtorum* [i] *titulo requirere diligens lector debet.*

a l. 1. nau. cau. ſtab. ff.
b l. 1. §. exercitorem. de exerci. & l. 1. nau. cau. ſtab.
c d. l. 1. §. de exercitoribus.
d l. nauta. h. t.
e d. l. 1. §. itẽ Põp. l licet. in prin. h. t.
f d. l. 1 in fi. ſecundum gloſſ.
g l. fin. §. 1. eod.
h l. & ita. §. eadẽ modo. h. t.
i ff. nau. cau. ſta.

§. In his autem.

1 *Pænalis actio non tranſit in hæredes: idque exemplo declaratur.*
2 *Differentia inter actiones ex vero delicto, & quaſi delicto deſcendentes.*
3 *De actione in factum: & quando detur.*

In his autem casibus in factum actio competit; quæ hæredi quidem datur, aduersus hæredē autem non competit.

Complectitur hic §.] officium, siue effectum obligationum quasi ex maleficio descendentium. Is autem effectus est, quòd producunt actionem in factum, competentem hæredi patienti iniuriam: aduersus hæredem vero obligati quasi ex delicto, non item: 1 quia pœnalis actio non transit [a] ad hæredes. Exempli gratia: Tu commisisti contra me quasi delictum per imprudentiam, tu & ego morimur: quæritur, an illa actio detur cōtra hæredem tuum? Respondeo, eam vnà tecum interire, nec contra hæredem tuum competere, tametsi hæredi meo aduersus te detur. 2 Obserua quoque hic differentiam inter actiones ex vero maleficio proficiscentes, & quasi ex maleficio descendentes, ab Accursio [b] eleganter traditam, tam in modo conueniendi, quàm etiā in modo liberandi, actionesq; cedendi. Et dum dicit, secus in hac, intellige quasi ex maleficio: ita nanque & Bartolus [c] censuit. 3 Hoc in genere non est omittendum, actionem in factum tunc intendi, cum alia actio deficit, æquitasq; suadet actionem dari: nulla tamen lege actionem dandā esse, nominatim exprimitur. Quoties enim deficit actio vel exceptio, vtilis actio vel exceptio, id est, [d] in factum competit. Tum autē propriè actio in factum datur, cum quasi ex maleficio agitur, vt si quid effusum, deiectumue est, vel perperam per imprudentiam iudicatum, &c. in ijs enim casibus nulla ex nomine prodita actio nascitur, sed nec ex lege condictio, seu de dolo præscriptis verbis actio. Cum itaq; cæteræ actiones deficiunt, & necesse est, aliquam competere, [e] in defectum non immerito decurritur ad actionem in factum.

a §. non autem. inf. de perp. & act.

b gl. in verbo, hæredi.

c in l. eandem de duo. reis. & l. ne in plures. ff. de exerci.

d l. qui seruum. de inter. actio.

e l. quia. l. quoties. de præscr. verb. vide Placen. lib. 4. de reven. tit. 1. doctè & copiose hoc edisserentem.

DE ACTIONIBVS. Tit. VI.

In Rubricam argumenta.

1 *Vtilitas præsentis tituli de Actionibus.*

2.3 *Quare tanta in tractandis actionibus iuris difficultas reputetur: & vnde ea prouenerit.*

4 *Autoris propositum in enarrando hoc titulo.*

5 *De continuatione huius tit. & nu. 8.*

6.11 *Obligatio est causa actionis.*

7 *Causæ obligationum proximæ & remotæ.*

9 *Libellus debet continere causam suæ actionis.*

10 *Causa proxima licet taceri possit in libello, remota tamen semper est exprimenda.*

12 *Reales actiones ex dominio & quasi dominio enascuntur.*

13 *Actionis in rem causa proxima est dominium, vel quasi dominium.*

14 *Actionis in rem causa remota est titulus dominij.*

15 *In libello realis actionis, causa proxima semper est exprimenda.*

Nihil 1 Opus est huius tituli vtilitatem commendare, cum de actionibus bona iuris parte disputet. quare cognitio quàm vberes iuris alumno allatura sit fructus et commoditates, non est vt quisquam dubitet. Primum enim, etsi omne ius, quod vel ad personas, vel ad res pertinet, assequamur, parum proderit, nisi et acquirendi rationem, quæ actionibus maximè comparatur, habeamus. Deinde constat, sine actionum notitia non posse iudiciorum strepitus vllo modo cognosci: harum autem cognitione adepta, videmus omnia iudicia pulcherrimè distingui. Nam si capita iudicandi sunt actiones, & exceptiones, id quod nemo inficiari potest: consequitur, cum qui has nescit, totum etiam progressum iudicij nihilo certius intelligere, quàm cæcus colorem. Ex hoc porrò tractatu disces non modo ad tuum vsum, quanam ratione rite ipse agere, verum etiam quomodo aliorum ignorationem scientia tua illuminare possis, & in controuersijs litibusq; iudiciarijs consequi victoriam. 2 Neq; verò te absterreat, quòd tanta in tractandis actionibus iuris difficultas reputatur: id enim non materiæ, sed hominum vitio contigit. Siquidem nulla prorsus disciplina tam est facilis, plana, & expedita, quin si concertationes ingeras, parum ad rem pertinenteis, facturus sis eam omnibus modis difficilem ac obscuram. Id autem quàm importunè, quantaq; studiosorum iactura & dispendio, cum in toto iure Ciuili, tum maximè in hac actionum materia & vtili & necessaria factitatum sit, omnes docti iure queruntur. 3 Videmus enim primum in scriptis eorum, qui superiori seculo commentarijs hunc titulum illustrare nisi sunt, methodum desiderari, ac iustum ordinem explicandarum rerum. Deinde simplicitatem docendi, quæ potissimè ad interpretes spectat, deesse: quam adeò non retinent, vt integris sæpè paginis aliud faciant nihil, quàm opiniones recensere, quas ipsi tandem falsas pronunciant. Ad hæc, si veterum Iurisconsultorum traditiones ex illorum scriptis demantur, ac resecentur, nihil ferè est reliquum, præter opinionum congeriem & syluam. Denique multa tractant, quę nullum in foro nostro habent vsum, commoditatem nullam. 4 Hunc errorem, qui non tantum in Romani iuris contemptum, sed etiā in Republica detrimentum non mediocre vergit, vt quantum in nobis est emendemus, constituimus,

præcisis

præcisis Doctorum argutijs & altercationibus, hanc actionum materiam crassius, & (vt Ciceronis verbo vtar) popularius aliquantu tractare: neque adstringemur vel accursij aut aliorum glossematis & commentarijs nisi quando id ipsum pro rei qualitate & conditione conferre poterit: sic interim ea, quæ ad calamum dictare intendimus, moderantes, vt si ad illa deinde glossariorum commentationes diligenti a quoquam animo expendatur, facilè & sine magno negotio sit sese iuris studiosus ex ipsis extricaturus, vtcunque alias implicitæ, aut parum sibi constantes esse videantur. Quod vt fiat, mea quidem vobis ingenij atque doctrinæ non deerit mediocritas: studio quidem, labore, vigilijs, industria ita me omnes fidei numeros in hoc actionũ titulo enarrando completurum polliceor, vt si non doctrinam, quę sanè exigua est, operam certè sitis commendaturi: ad quod nos sancti Spiritus gratia adiuuet & confirmet, intellectumq; nostrum cælesti suo rore fœcundet. 5 Quoniam verò solenne est, in rubricarum declarationẽ ostendere, quo nexu præcedentibus sequẽtes cohæreant tituli: vt ordini atq; [a] methodo satisfactum esse appareat, dicendum est, præsentem hunc titulum [de Actionibus,] superioribus obligationum rationem continentibus congruè subnexum esse: si quidem (vt vulgo dicitur) obligatio causa, & velut mater actionis est. Ex obligatione enim nascitur actio, causaque actionis est obligatio, nempe proximior. 7 nam & [contractus & delictum,] cæteraq; ex quibus obligationes descendunt, dicuntur esse causæ actionum, cæterum [b] remotiares. 8 Coniungitur itaq; hic titulus superioribus, sicut causæ & effectus cohęrent, absolutisq; causis, scilicet obligationibus, meritò de ipsarum effectu, nempe actionibus, dicendum erat. Et hęc causarum distinctio diligenter obseruanda est in libellis quarumcũque actionum. 9 Quilibet enim libellus causam actionis, quę in eo intenditur, complecti debet. 10 Et quamuis causa proxima, ipsa scilicet obligatio, omitti possit, vt si dicam, [Mutuaui Titio decem, peto eum condemnari:] hic causam proximam taceo, quia non dico, in quibus est mihi obligatus, concludisq; eiusmodi libellus saltem præsumptiuè: iudex enim ex causa remota, nempe facto & contractu, præsumit causam [c] proximam, idest, obligationem. Remota tamen causa, vt est, contractus, conuentio, vel factum, nunquam prætereunda est, vtcunque causa proxima exprimatur; veluti si dicam, [Ago ad decem, ad quæ Titius est mihi obligatus:] sanè hic libellus tanquam nimis effusus, incertus, ac generalis omnino reijciendus est, si tamen reus conuentus de eo quicquam obijciat: eo enim tacente, regulariter [d] valeret, cum is, qui non excipit, videatur acquiescere, fauoriq; suo renuntiare. Sępenumerò tamen vtramque causam libellus simul connectit, & remotam & proximam, vt si dico: [Ago cõtra Titium mihi obligatum ex mutuo ad decem, quæ ei dedi.] 11 Quod autem suprà dixi, [obligationem actionum causam esse,] hoc ad actionem personalem coarctandum est: ea enim sola oritur ex contractu & delicto, mediante obligatione. Verbi gratia, Dedi tibi mutuò centum: ex hoc contractu oritur obligatio, qua tu mihi obstringeris, vt mutuum reddas: ex obligatione fluit actio, nempe condictio [e] certi, qua illud ipsum in iudicio abs te peto. Item dedisti mihi damnum, ex hoc delicto progreditur obligatio, qua sis mihi obnoxius damnum datum resarcire: ex obligatione nascitur actio, qua ego idipsum abs te in iudicio postulo. 12 Cęterum reales actiones non ex obligatione, sed ex dominio potius, vel ex quasi dominio [f] enascuntur. Exempli causa: tu nullo iure possides ædes meas, quarum ego sum dominus: ex hoc dominio oritur ius petendi, vt ædes meas mihi restituas, quod ius dicitur actio realis, siue in rem: & sic deinceps. 13 Vides ergo, in actione reali causam proximam esse dominium vel quasi dominium: quia enim actor est dominus rei, vel quasi dominus, ideo agit & petit. 14 Sed causa remota est titulus dominij, vt si dicat: [Sum dominus, quia successi vt hæres, quia res mihi donata est, vel in dotem data, legatione relicta.] 15 Debet autem necessariò semper in libello exprimi causa proxima, si actionem realem intendere velis, nempe, quia sum dominus: tametsi causa remota [g] omitti possit, conuersa rota quò ad actionem personalem.

a Arg. l. a. ff. de stat. hom.

b gl. pulcra in l. 1. ff. de edend. in l. & an eadẽ ff. de excep. rei iud.

c Iaſ. hic pulcre. fac. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. vbi sufficit libellũ præsumptiue concludere.

d c. abbate sane. vers. secus. de re iud. lib. 6. Bar. in l. exceptionem. C. de probat. & l. 3. ff. de eden.

e §. e. sup quib. mod. re cont. oblig.

f l. vnica. C. de alien. iud. mu. cau. fa. & l. in rem. in prin. ff. de rei vend.

g de hoc tamen vide cautelam in §. omnium nu. 27. & 28. infr. eod.

In Princip. tit. argumenta.

1 *Actionis deffinitionem ab effectu & officio conflatam esse.*
2 *Quare actio dicatur esse ius.*
3 *Diuersa est facultas in actore & reo.*
4 *Actio an sit iuris ciuilis vel gentium.*
5 *Antiquę actionum formulę hodie sublatæ.*
6 *Nomen actionis in libello omitti potest.*
7 *Actio & obligatio quomodo differant.*
8 *Exceptionem reo dari ad defendendum.*
9 *Exceptio est actionis exclusio.*
10 *Reus dicitur in iure pars fugiens.*
11 *Reus excipiendo dicitur quasi actor.*
12 *Nonnullę exceptiones naturam actionum sortiuntur.*
13 *Qui potest tantum excipere, exceptiones, quæ sunt, proximè actionibus obijcere nequit.*
14 *Exceptio compensationis an excommunicatus obijcere possit?*
15 *Si persequamur aliquid extra iudicium, non dicimur agere: quia actio exigit iudicium.*

16 *Nocturnum furem licet occidere, diurnum non nisi telo se defendat.*
17 *Creditor potest propria autoritate capere debitorem fugitiuum.*
18 *Omnes personæ quæ perpetuam debent obedientiam, si aufugiat, propria autoritate possunt capi.*
19 *In actione reali subest quædam quasi obligatio.*
20 *Obligatio in proprie accepta.*
21 *Obligatio in propria significatione quid notet.*
22 *Vtramque actionem, & realem & personalem, hic diffiniri.*
23 *Persequendi verbum continet actionem in rem, & in personam.*
24 *Verbum, debetur, omnem actionem complectitur.*
25 *Quæ actio dicatur natiua, quæ item datiua.*
26 *Verbum, debetur, quomodo in textu accipiatur.*

Superest, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quàm ius *a* persequendi *b* in iudicio, *c* quod sibi debetur.

Diuus Iustinianus methodica sanè ratione actionum species tractaturus, diffinitionem [actionis] præmisit, vt intelligitur id, de [a] *quo agendum esset.* 1 *Est autem hæc definitio* [b] *Iuh. Celsi, constatque ex effectu & officio: quod genus diffiniendi est* [c] *in legibus frequens.* 2 *Genus in hac diffinitione est, [ius,] cuius species sunt, dominium, obligatio, actio, possessio, & similes. Vel est [ius,] id est, res incorporea, quia omnia incorporalia sunt iura: atque ita res corporales secluduntur, quæ in iure consistere non* [d] *possunt. atque ita Zasius præceptor meus interpretatur. Vel potius expone [ius,] id est, legitima facultas: sicut dicimus ius condendi, agendi, ambulandi, ius vtendi, fruendi, ius postulandi. qua interpretatione sublata vtrique omnem illam controuersiam, quæ hic ab interpretibus mouetur, quale scilicet ius, & cuius iuris sit actio, an gentium vel ciuile ius hanc introduxerit.* 3 *Præterea tali expositione optime explicabitur natura actionis:* [e] *nam alia est facultas agendi ipsi actori, alia parandi defensionem reo. Est enim in arbitrio actoris, quandocunque velit litem mouere & agere: sed non est in arbitrio rei, quando velit se defendere exceptionemque obiicere. Is nanque tantum conuentus in iudicio se defendit, &* [f] *contra sistit.* 4 *Cæterum an actio sit originis iuris gentium, vel Ciuilis, magnus est Doctorum conflictus. Communi tamen* [g] *calculo in hoc itum est, quod putent actionem etiam origine & inuentione esse iuris Ciuilis.* 8 *Zasius, reiecta hac opinione, existimat actionem ipsa origine esse iuris gentium, conceptionem verò & formam superadditam esse iuris ciuilis, atque id solidis rationibus conuincit: in quam sententiam & ipse inclino potissimum: quia etiam ante legem 12. Tab. frequentabantur iudicia, & habebant actiones a Romulo* [h] *institutas, satis tamen informes, rudes, & confusas. Postea verò ius Ciuile superuenit, & eas actiones in ordinem redegit, certisque formis atque conceptionibus adaptauit, & illas certo ordine composuit.* 5 *Huiusmodi autem formulæ olim visitatæ, in quibus cadens a syllaba, causa cadebat, ex constitutione* [i] *Constantini sublatæ sunt hodie. Gellius* [k] *eas lib. vlt. Noctium Attic. refert, &* [l] *Alc. in tit. de verb. sig. Quinimo iure* [m] *Pontificio nec ipsum nomen actionis in libello est proferendum: quod an & iure Ciuili obtineat, variatum est.* 6 *Ego putarim, nec eo iure nomen actionis necessario inserendum esse, motus doctrina* [n] *Iasonis, qua adstruit: vbicunque aliquid clare decisum sit lege Pontificia, in quo iuris Commentatores dubitent atque disceptent, in iure Ciuili, omissis illorum altercationibus, standum esse iuri Canonico clare decidenti.*

a *Persequendi.]* 7 *Hac differentia secernitur primum actio ab obligatione, qua nihil petimus, sed aduersarium saltem stringimus, vt debere aliquid incipiat, non vt soluat quod debet. Deinde ab exceptione, qua nihil petimus, sed tantum nos defendimus.* 8 *Exceptiones enim dantur reis, non vt persequantur, sed vt se contra actores defendant.* 9 *Exceptio nanque est actionis* [o] *exclusio, & reus non dicitur iudicio persequi, sed fugere.* 10 *Ideo frequentissimè in legibus appellatur [pars* [p] *fugiens.* 11 *Et quanquam interdum reus pro actore* [q] *habetur, verè tamen actor non est, vtcunque videatur esse actor impropriè. verbum enim, [videtur,] impropriietatem significat. Videtur autem actor ea similitudine, quia sicut actor suam intentionem fundare probareque debet: ita reus fundata intentione actoris, suam debet* [r] *exceptionem plenè docere,* 12 *Hoc tamen negari non potest, quin aliæ exceptiones alijs propius accedant ad naturam actionis, videlicet illæ, quæ continent quandam quasi reconuentionem (vt est exceptio compensationis: nam ille qui eam obiicit, videtur quoque in effectu petere, & sic quasi agere) non tamen sunt* [s] *actiones. Et hæc exceptionem distinctio vel ob id mente tenenda est:* 13 *quia hi qui non possunt agere, sed tantum excipere, (vt est excommunicatus* [t] *) non poterunt obijcere exceptiones illius naturæ, quæ sunt proximiæ actionibus.* 14 *Itaque & de compensationis exceptione dubitatum est, an illa ab excommunicato conuento possit obijci, & crebrius obtinuit, non posse, quia reconuentioni* [u] *comparatur, quæ excommunicato est interdicta: quam sententiam vt veriorem, & nos alibi* [x] *defendimus.*

b *In iudicio.] Hoc verbum, [in iudicio,] adiectum est, loco differentiæ,* [y] *vt discernamus solennes actiones, ac iudiciales, quæ ex forma legis dependent, ab extraiudicialibus hominum postulationibus, quæ neque solennitatem, neque formam requirunt cognitioni deseruientem, sed plerunque ex priuato constant arbitrio,*

a Cicero li. 1. Officio.
b in l. nihil aliud. 51. ff. de act. & oblig.
c Sic tutela diffinitur. § 2. sup. de tut. sic iustitia. l. iust. ff. de iust. & iur.
d sup. de reb. corpo. & incorp. per totum.
e Ista fuit consideratio. l. pure. in fi. de dol. ex cept.
f Bart. in l. frater a fratre. de cond. indeb. idem Bal. luc post Ang. Pau. Cast. & omnes Dd. f. l. ex hoc iure. de iust. & iur.
g Tum hic. tum in l. 2. §. ex his legib. de orig. iur. vide eundē Zas. lib. 2. singul. resp. c. 5.
h Ita testat. Dionysius Halicar.
i in l. 1. & 2. C. de for. & imp. sub.
K Cap. [illegible]
l in l. pecuniæ. verbum. de verbum signi.
m Cap. dilecti. ex tra de iudi.
n in l. edita. C. de edendo.
o l. 1. de except.
p l. properandū. §. etsi qui. C. de iud. § i summa. sup. de in. iur. & aliis plurib. locis passim obuiis.
q l. 1. & l. in exceptio. ff. de prob.
r l. 1. C. de prob.
f l. amplius. in fi. ff. rem rat hab. quia tex. ibi vtilis in verb. uidetur, quæ est nota impropriietatis.
t c. cum inter. de except.
u l. neque. C. de compens.
x in d. c. cū inter. de except.
y Old in com. lo. actio.

trio,

rio. 15 Si enim extra iudicium aliquid ab aduersario requiram, quamuis eadem verborum forma qua fuerit apud iudicem postulandum, non tamen dicor agere, quoniam actio exigit iudicium. Sic etiam sunt casus, quibus permissum est se vindicare [z] *sine iudice, vt hic eos recenset Accursius: quemadmodum est in fure nocturno & diurno. 16 Nocturnum licet occidere, diurnum non, nisi telo se defendat: tenetur tamen occidens lege Cornelia, cum posset apprehendere,* [a] *maluerit eum occidere. 17 Item licet creditor propria autoritate capere debitorem fugitiuum:* [b] *dummodo ipsum vltra horas 20 non retineat, alioqui diceretur priuatum habere carcerem, contra dispositionem* [c] *iuris. 18 Et in summa, omnes qui ad perpetuam obedientiam obstricti sunt, quales sunt vxores, liberi, serui, monachi, & similes, hoc, si aufugiant, propria autoritate possumus capere & persequi. Cæterum nihil extraiudiciale nomen actionis meretur.*

z vt C. quam, licet. vin. se. fine iud.
a l. 4. eum l. seq. ff. ad l. Aquil.
b l. ait Prætor §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred.
c C. de priu. car. per totum. l. general. C. de decur. lib. 10. & l. capitalia. §. ff. ad l. Iuliã de adult.

e *Quod sibi debetur.] Hæc differentia nobis exhibet causam, officium, atque exitum actionis: neq; enim ob aliud introducta fuit, neque aliò pertinet: quàm vt vnicuiq; tribueretur ius suum: quia actio est executio iustitiæ. Cæterum Azo putat verbum, [Debetur,] positum esse ad remouendam actionem realem, in qua nihil debetur, sed petimus id, quod prius nostrum est. Verum in hoc reprehenditur: 19 quia vtcunq; in actio ad reali propriè nulla sit obligatio, subest tamen quadam quasi obligatio. [Obligationem enim bifariam accipi, suprà quoq;* [d] *admonui, 20 primum pro cõmuni quodam vinculo, quo omens homines obligantur, vt honestè viuant, neminem lędant. Sed hoc vinculum impropriè vocatur obligatio, cum neque causas, neque officia veræ obligationis habeat, idest, neq; ex contractu, neq; ex delicto fluat, neq; pariat ius petendi, actionẽ scilicet. Sic in actione reali accipitur, vbi quis obligatus est, ne locupletetur cũ alterius iactura, sed domino res suas restituat. 21 Deinde obligatio propriè dicitur, quæ ex contractu, vel quasi siue ex delicto vel quasi nascitur atque ita in actione personali sumitur. In diffinitione itaque actionis verbum. [Debetur,] lata significatione & impropriè* [e] *vsurpatur, vt comprehendat etiam realem actionem, quam etiam in diffinitione contineri voluit Imperator; cum paulò post eam ponat in diuisione statim subsequenti. 22 Vtraque ergo hic diffinitur actio, & realis & personalis, quod & ['Persequendi] verbum satis significat: 23 cum eius appellatione & petitio & actio in specie contineatur. Petitio, in rem est, actio in personam. 24 Idem probat verbũ, [Debetur,] quod omnem omnino actionem comprehendere intelligitur. 25 Infertur quoq; hac diffinitione non solum natiuam, sed etiam datiuam actionem contineri. [Natiua] est, quæ præiacentem habet materiam, eamq; sufficientem & efficacem, vt inde actio deriuetur, sicut sunt contractus & conuentiones legitimæ. [Datiua] est, quæ materiam quidem præexistentem habet, sed non idoneam ad producendam actionem perfectam, nisi nominatim adiuuetur lege, Prętore, ęquitate, consuetudine, quemadmodum Zasius hic* [f] *pulcrè explicat. Quod autem hoc loco Accursius, longius sese extendit, opponendo multa & varia, quòd non solum persequamur, quod nobis debetur: hoc, Zasio autore, resolui potest vno verbo, 26 si dicamus, verbum, [deberi,] hic extentè & generaliter accipi pro eo, quod nobis debetur actu, vel habitu, hoc est, quod vel in præsentiarum, vel futuro tempore debetur. Nam si res in habitudine ipsa, statuq; suo talis est, quæ nobis deberi possit ex stata præsenti,* [g] *satis dicetur nobis deberi, quo ad veritatem huius definitionis. Exempli gratia: Aliquis est mihi obligatus ad decem in diem: ego ista decem peto: ecce peto, quod mihi iam non debetur, sed status præsens indicat, in futurum mihi debiti tum iri. Sic si pater contemplatione peculij ipsius filij conueniatur a creditoribus, nihilq; sit in peculio, pater nihil debebit soluere: iam res est petita, quæ non debetur actu. Cæterum fieri potest, vt filio obueniat peculium, & tum pater tenebitur, sicque habitudine fuit debitum, non actu. Et hæc quidem ad definitionis explicationem sufficiant.*

d supr de oblig. in pr.
e l. pecuniæ verbum. 178. §. vlt. de ver. sig.
f & latius idem zas. lib. 2. sing. respon. cap. 5.
g Ita disolues totam istã gl. magnã in ver. debetur.

§. Omnium.

1 *Actionum diuisio, in tex. posita, sit sufficiens*
2 *Mixta comprehenduntur sub simplicibus.*
3 *Qualitates non constituunt specificam differentiam.*
4 *Sub contractu continetur quasi contractus: sub delicto, quasi delictum.*
5 *Verbum, intendere, cuius significationis in legibus.*
6 *Actiones dari ex varijs figuris causarum, quomodo accipiendum.*
7.10 *In reali actione reum nullo iure obligari, quid denotet.*
8 *Diuisio actionum materialis in hoc §. tractatur.*
9 *Personalis actio explicatur.*
10 *In reali actione non versatur propriè obligatio.*
11 *Realis actio præsupponit obligationem supposititiam.*
12 *Obligatio propria non abdicatur per alienationem rerum: secus in obligatione per suppositionem.*
13 *Dare & tradere quomodo differant.*
14 *Actio realis contra quemuis possessorem datur, personalis verò contra obligatum tantum.*

15 *Actionum personalium duas esse causas.*
16 *Actiones personales tam ex parte rei, quàm actoris, sunt infixa in personis litigantium.*
17 *Personalis actio transit in hæredem obligati.*
18 *Directa actio per cessionem non transfertur.*
19 *Realis actionis explicatio.*
20 *Dominij appellatione quid contineatur.*
21 *Actio realis inheret rei, ad quemcunque vadat.*
22 *Possesoris verbo quid comprehendatur.*
23 *Dolo malo possidere desinens conuenitur, ac si adhuc possideret: & quis dicatur desiisse dolo possidere.*
24 *Omnes qui restituendi potestatem habent, actione in rem conueniuntur.*
25 *Dominium & possessionem requiri in actione reali coniunctim.*
26 *Actionis realis causa proxima & remota.*
27 *Utile esse actori, si in actione in rem exprimat causam remotam.*
28 *Cautela in actione reali.*
29 *Quę sint species actionis in rem.*
30 *Rei vendicationis declaratio.*
31 *Publicana datur quasi domino.*
32 *Res incorporales non vendicantur seorsim.*
33 *Rei vendicatio directa, & vtilis.*
34 *Medium concludendi in rei vendicatione.*
35 *In rei vendicatione ex parte actoris requiritur dominium, ex parte rei possessio.*
36 *Actio ad exhibendum.*
37 *Conuentus rei vend. si negat se possidere, & conuincitur, aufertur ab eo rei possessio, & in actorem transfertur.*
38 *Acturus rei vend. tria inspicere debet.*
39.41 *Dominium quomodo probari possit.*
40 *Rem in nullius esse, tribus modis contingit.*

Omnium autem actionum, quib. inter aliquos apud iudices, *a* arbitrosue *b* de quacunq; re quęritur, summa diuisio *c* in duo genera deducitur. Aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit vnusquisq;, aut cum eo qui ei obligatus est, vel *d* ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personã, per quas *e* intẽdit aduersarium ei *f* dare, aut facere oportere, & *g* alijs quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui *h* nullo iure ei obligatus est, mouet tamen illi de aliqua re controuersiam; quo casuproditę actiones in rem sunt: *i* veluti si rem corporalem *k* possideat quis, quam Titius *l* suam esse affirmet, possessor autem *m* dominum eius se esse dicat, nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

a *Arbitrosue.*] [*Arbitros*] *hic intelligit, in quos tanquam iudices partium voluntate fit compromissum, vt eorum sententiæ stetur metu pœnæ.* [*Compromissum*] *aut est pactum illud, quo aliquem iudicij causa assumimus, addita per stipulationem pœna, si eius sententiæ paritum* [a] *non sit. Doctores arrepta huius vocabuli occasione, satis hic impertinenter materiam arbitrorum expendunt. Angelus plures cognationes inter iudicem & arbitrum, & plerasque item differentias colligit. Nos hæc omnia* [b] *suis locis bene discussa relinquimus.*

b *De quacunque.*] *Dummodo sit in commercio* [c] *nostro.*

c *In duo genera.*] 1 *Non videtur sufficiens hęc diuisio, nam sunt quadam actiones mixtę, quę de vtriusque actionis tam personalis, quàm realis natura participant. Accursius* [d] *putat sufficiẽtem esse. voluit enim Imperator tantum duo illa extrema respicere, scilicet in rem, & in personam, ex quibus illę quę dicuntur mixtę, conflantur.* 2 *Et traditum est, mixta comprehendi sub simplicibus, quibus* [e] *participant, sicut participium* [f] *sub nomine & verbo. Faber vero ait, omnem actionem totam & integram: vel esse in rem, vel in personam origine, licet aliqua actio habeat quędam communia cum alijs, sed est tantum adiectiua qualitas:* 3 *& per manus traditur, qualitates* [g] *non constituere specificas differentias. de hoc tamen infra* [h] *dicemus plura.*

d *Ex contractu.*] 4 *Sub contractu intellige quasi contractum, sub maleficio quasi maleficium. Ita enim in legibus hęc verba sępenumero vsurpantur, prout Doctores hic late expendunt.*

e *Intendit.*] 5 *Id est, experitur, vel agit. Est enim* [*intendere,*] *verbum iudiciale, & capitur pro* [*iudicialiter petere,*] *vel* [*actionem instituere.*] *Vnde fit, vt quandoque* [*intentio*] *nominetur* [i] *actio.*

f *Dare aut facere oportere.*] *Dare, puta centum: facere, vt ędificare domum, scribere librum: & sic includuntur obligationes dandi & faciendi.*

g *Alijs quibusdam modis.*] *Accursius hanc particulam variè interpretatur. Ego Zasij expositionem ample-*

a l. 2. de arbitr.
b in l. societatẽ. 76. §. arbitr. ꝑ socio. & to. tit. de recept. arb. Can. c. quinta vallis de iu. iu. cum simil.
c Ang. hic.
d glo. hic in ver. summa.
e gloss. in l. 2. in prin. & ibi zasius. de verbo. obl. Ang. hic.
f zas. hic.
g Bart. in l. 1. in princ. de acqu. poss.
h in §. quædam. h. tit.
i l. si quis intentione. de iudi. zas. l. vbi. §. qui illud. de ver. oblig.

amplector, per quam omnes & glossa, & commentatorum fatigationes sedantur. Quod enim text. dicit, [& alijs quibusdam modis,] hoc intellige, qui non competunt nec ad dandum, nec ad faciendum, sed tamen diriguntur in personam. 6 Atque hoc est, quod alibi I.C. [k] ait, [actiones dari ex varijs figuris causarum,] quasi diceret, & alijs modis personaliter agi posse, quum nec dari petitur, nec fieri, sed prout controuersia varios habent status, ita sunt variæ figuræ causarum. Potest enim aliquando agi, vt Titius cesses ab iniuria: hic neque datio, neque factum est. Potest silentium imponi aduersario, qui me molestat: potest prohiberi aduersarius, ne iurisdictionem meam turbet, ne ædes meas circumeat, ne per plateam meam vadat. Hos & similes modos Imperator hic, & ante ipsum [l] Paulus quoque comprehendere voluerunt.

k in l.1. post pri. de act. & obl.

l in d. l. 1. post princ.

h Nullo iure ei obligatus.] 7 Id est, vt ego intelligo, nulla ciuili vel naturali obligatione descendente ex contractu, vel quasi ex contractu, delicto, vel quasi ex delicto: impropriè tamen obligatus esse dici potest, vt domino rem suam restituat, secundum ea, quæ suprà in [m] definitione diximus. Persona ipsa nullo iure obligatur, ratione tamen rei restituendæ quis obligatus est.

m Circa verbũ, debetur.

i Veluti si rem.] Exemplum est rei vendicationis, quæ consistit tantum in rebus corporalibus. Nec refert, an rem singularem possideat, vel etiam vniuersalem: veluti gregem, qui dicitur continere quandam vniuersitatem rerum corporalium.

K Possideat.] Quicunque ille fuerit, quacunq; etiam fide, licet bona fide emerit & possederit. Nam sua bona fides non tuetur eum aduersus dominum repetentem rem suam, sed hoc ei tribuis, quòd re euicta agat euictionis nomine contra venditorem.

l Suam.] Se habere rei dominium, quod est præcipuum fundamentum, & causa rei vindicationis, sicut infra mox ostendam.

m Dominus eius.] Sufficit tamen, si dicat reus simpliciter, [Nego rem, quam petis, tuam esse.] Neque enim asseret suam esse reus, quia fortè neutrius est, sed quia diu iam fuit in possessione, est in ea retinendus, donec contrarium doceatur. Sic ergo possessori nullum onus incumbit probandi, sed actor ostendere debet, se esse dominum rei, si obtinere [n] velit. Quòd si possessor iactauerit se velle probare dominium, nec tamen illud docuerit, non succumbet, sed remanebit in sua possessione, donec actor probet [o] se esse dominum. Vide tamen ne nullis verbis (possessor autem dominum esse se dicat) exceptionem rei conuenti statuere voluerit, quando scilicet excipiendo dicit, [fundum petitum ad se pertinere iure dominij, &c.] & per hoc cessarent inanes Doctorum concertationes. Et hæc ad textus declarationem sufficiant.

n §.commodum. inf. de interd. l.fin. C. de rei vend. l.minus graue. C.de testi. l qui accusare. C.de ed.

o glo. in l.circa. de probat.

Porrò] quia species actionum propter immensam negotiorum diuersitatem mirificè variantur, voluit Imperator eas post præmissam definitionem actionis generaliter propositam commodis diuisionib. explicare. [p] Quo magis autem rem latissimè patentem ad certos locos contraheret, voluit singulas diuisiones ex singulis quarumlibet rerum causis producere, vt hoc modo ad certam actionum cognitionem perduceremur. Per totum ergo hunc titulum sex diuisionibus actiones partitur, quarum nos suo quanque loco expediemus. 8 Prima diuisio, quæ causam materialem respicit, hoc §. tractatur, quia aliquæ actiones sunt personales, aliquæ reales. Omnium enim actionum, quibus vtimur, materia hæc est, vt aut in personam dirigantur, aut in rem: atque ob id nominat istam diuisionem summam, id est, præcipuam seu potiorem. Nos vtriusq; actionis naturã concisè quidem ac breuiter, sed tamen dilucidè aperiemus. Et primò de personali videamus. Est autem [personalis actio, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum: & semper aduersus eundem locum habet.] Ita [q] Vlpianus definit. Et quòd primò dicit, [qui obligatus est:] intellige ex contractu, vel ex delicto: quoniam personalis actio datur tantum contra eum, quem ex obligatione propriè accepta deuinctum habemus, ex contractu scilicet, vel quasi ex contractu: delicto, vel quasi delicto: 10 atq; ita excluditur realis actio, in qua non versatur obligatio propriè loquendo: reus propriè nobis non est obligatus, cum neque deliquerit, neque nobiscum contraxerit: sed persequimur ius, vel res nostras. Et hoc est quod suprà, [r] obligationem in reali actione impropriè accipi, diximus. Sic ergo textum hic exaudio, dum dicit, [qui nullo iure ei obligatus est.] Accurs. verò aliter. [s] [Si is,] inquit, [quem reali actione impeto, tenetur mihi restituere, quod meum habet: ergo est obligatus.] Quomodo ergo Iustinianus asserit, quòd actione in rem aduersus eum agamus, qui nullo iure obligatus est? Communiter Interpretes hunc obicem in hunc modum tollunt, quòd non teneat consequentia: [Tenetur restituere, ergo est obligatus.] hanc enim consequentiam si voles validam reddere, & firmam, necesse est sic dicas in antecedenti: [Tenetur iure actionis rem restituere, ergo est obligatus. sed iam illud antecedens non est verum in casu nostro, quia in actione in rem non tenetur restituere iure actionis, sed tantum officio iudicis. Iure enim actionis solum petit, vt declaretur dominus, & ex consequentia iudicis officio venit [t] restitutio, in executione. Iam officium iudicis nullam præsupponit [u] obligationem, sed ex æquitate fluit, quæ est affine siue cognatum ipsius obligationis, sicut quasi dominium affine est dominij. 11 Zasius verò aliter dissoluit, qui fatetur, quòd vt tenetur, ita obligatus est, sed per accidens: & suppositiuè, id est, per suppositam rem. quæ obligatio non est vera & propria, quia non nascitur ex vera conuentione, sed tantum per accidens & suppositionem rei constat, per quam adstrictus est rem restituere, a qua obligatione liberatur per abiectionem rei, si ab eo res decedat. Et quod minutius quidpiam hæc obligatio habeat, ex eo liquet: 12 quia ea obligatio, quæ est vera & propria, non potest tolli & abdicari a se per abiectionem, & alienationem rerum, quarum ratione erat obligatus. nam vtcunque alie-

p argu. l.pen. de uar. & extraordin. cogn.

q in l. actionum genera. 25. §. in personam. de act.

r in definitione actionis, i verbo, debetur.

s glo. verbi, nullo iu.

t l.ex diuerso. de rei ven: Ias. in l 15. si prin. de oper. no. nunc.

u l. 49. qui per collusionem. in fi. de actio. empt.

net,

ner, non eximitur a sua [x] obligatione. Secus in hac obligatione, quæ fit per suppositionem rei, quia tamdiu obligaris ad restituendum, donec res penes te est: si desieris rem habere, amplius non teneris. Sic ergo obligatus es per accidens & suppositiuè, non verè. Subijcit, [ad faciendum aliquid: vt scilicet domum ædificet, proficiscatur Brisacum: [vel dandum,] id est, vt non solum tradat rem debitam, verumetiam in nos eius rei transferat dominium. 13 hoc enim, [dare,] proprie significat. Dat nanque is, qui transfundit in alium dominium rei: tradit, qui [y] non transfert dominium. Et per hæc verba rursus remouetur actio realis, quoniā in ea neque datio, neque factum versatur, sed tantum petitur, vt domino res sua restituatur. Quod postremò annectitur, [Et semper aduersus eundem locum habet:] hoc quoque ad differentiam fit realis actionis, quæ datur contra quemuis possessorem. 14 Actio verò personalis tantum aduersus eum competit, qui est obligatus, etiamsi res interim cœperit ab alio possideri. 15 Ex prædictis colligere licet, actionem personalem duas habere causas, propinquam & remotam. Propinqua est obligatio, ea enim immediatè parit actionē. Remota est contractus, siue delictum. Contractus enim & delicta producunt quoque actionem, sed mediante obligatione, sicut emptio, mediante traditione, procreat dominium, de quo ad rubricam satis multa diximus: 16 Sunt autem huiusmodi actiones personales omninò infixæ in personis litigantium, tam ex parte rei conuenti, quàm ex parte actoris, vt hic Iason docet. Ex parte quidem rei ideo, quia reus semper est adstrictus ad id, quod in obligationem deductum est: atque ob id [personalis] dicitur, quòd nunquam excedit personam obligati, sed quocunque vadat, quemcunque constituat procuratorem, semper cum comitatur: semper aduersus eum eiusue hæredem competit: 17 nam & in hæredem transit obligatio, cum in vniuersum ius defuncti [z] succedat, eademq; persona cum defuncto [a] censeatur. Hinc vulgò dici solet, [tales actiones sequi personam obligati, sicut lepra [b] leprosum.] Ex parte verò actoris ideo, quia personæ suæ ita inhæret, vt ab eo auelli non possit, & in alium transfundi, præsertim directa actio: est enim affixa in ossibus actoris, sicut character [c] baptismi in anima. 18 Et quamuis aliquando cedatur, sola tamen vtilis transfertur, directa autem nunquam ab actore [d] diuellitur.

Nunc ad realem.] 19 [Actio realis est [e] per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est, qui rem possidet.] Dixit, [rem nostram:] quia agens hac actione debet esse dominus rei petitæ. 20 Sub dominio autem comprehenditur non solum directum, sed & vtile dominium. Nam & vtilis dominus pro re sua amissa realem habet actionem, [f] puta emphyteuta, feudatarius, [g] superficiarius. Deinde quasi [h] dominium: postremo ius in re specificum, quale habet is, cui debetur [i] seruitus. Addidi, [possidetur ab alio,] ad differentiam actionis personalis, quæ non respicit possessorem alicuius rei, sed solum personam, ex contractu vel delicto obligatam. 21 Hæc autem, nempe realis actio propriè rei inhæret, & quemcunque possessorem sequitur, etiamsi res per mille manus ambulet. 22 [Possessoris] autem verbum extentè & generaliter accipimus, eoq; complectimur in primis tam naturalem, quàm ciuilem possessorem: deinde eum, qui desinit dolo malo possidere: 23 qui perinde conuenitur, [K] ac si adhuc possideret. Quod procedit, si dolo possidere desijt post litis contestationem: secus si ante, quia tum aduersus eum non competet rei vendicatio, sed actio in factum [l] ad interesse, ex tit. De alien. iud. mutandi causa facta. Sic enim dicet actor ea specie: [m] [Tu possederas ab initio rem meam, & statim eam desiisti dolo possidere. per hoc factum sum damnificatus in centum pro interesse: vnde peto ex tit. De alien. iud. & c. vt mihi hoc interesse reponas.] Tum autem dicitur quis dolo desijsse [n] possidere, si ei denunciatum fuerat a domino, se velle talem rem vendicare, & ipse postea alienauit: vel si post datum libellum, vel postquam dominus rei dixit se porrecturum libellum, ipse alienauit. Porrò & eum possessoris nomine comprehendimus, qui detinet tantum aliquam rem: qualis est colonus, depositarius, conductor, & alij similes. Item & quasi possessorem, rerum scilicet incorporalium, vt seruitutum. 24 Et breuiter, omnes qui habent restituendi potestatem, hac actione [o] conueniuntur. Ex quibus colligitur, 25 duo coniunctim in reali actione requiri: primum, vt actor sit dominus rei petitæ, vel quasi dominus: deinde quòd reus, contra quem agitur, sit possessor. 26 Ex prædictis quoque apparet, actionem realem etiam duas habere causas, propinquam & [p] remotam. Propinqua siue proxima est dominium: remota sunt modi acquirendi dominium de iure gentium: ut occupatio, inuentio, alluuio, traditio, & id genus alij. Item tituli iuris ciuilis tam vniuersales quàm singulares. vt est legatum, fideicommissum vsucapio, præscriptio, & reliqui, de quibus omnibus in secundo Instit. lib. iuncta parte tertij, disseruimus abunde. 27 Porrò non est omittendum, circa realem actionem, quòd utcunq; actor in libello huius actionis, causam remotiorem omittere possit, nempe titulum [q] dominij, ex qua origine competat ei dominium: vtile tamen esse illi, & proficuum, si eam exprimat, dicendo, Sum dominus huius fundi, quia eum emi, quia legato mihi relictus est, aut in dotem datus. Sic enim etiamsi in iudicio succumberet, quia titulum dominij in libello adsignatum docere nequiret, poterit tamen deinde nouum suscitando iudicium, rem denuo vendicare ex alia causa, in qua esset fundatior: nec obstabit exceptio rei iudicatæ, si saltem istam sequentem causam ignorans prætermisit in priori iudicio, petita tamen in integrum restitutione. secus si sciens, causa fatigandi aduersarium, [r] eam omisisset. Quòd si actor causam remotam non expressisset, sed solum proximam (peto, quia sum dominus, vel quasi dominus,) ea specie licet persequatur in iudicio vnam tantum causam, & condemnetur, id est, reus absoluatur, quia non probet actor rem esse suam: non potest ad aliam deinde confugere: ob id certè, quia eo ipso, quod astruit se dominum rei petitæ, cum dominum non nisi vna ex causa [s] competere

x l. si in fi. de cōtrah. empt.
y §. sic itaq. infr. hoc tit.
z l. hæreditas. 62 de reg. iur.
a §. 1. de iureiur. a mor. præst.
b Arg. l. j §. si hęres pcepto. ad Tre & est tex. in d. l. actionū post prin.
c vt dicit elegāter glo. l 3. p soc.
d d. l. 3. & l. Sticho. de pecu.
e d. l. actionū generа. in prin.
f De directo & vtili dominio, qs illud hēat, vide hic Fab. Bar. ī l. si qs vi. §. differ. d acq. pos. Bal. & Sal. in l. tradit. C. de pac. glos. & Bart. in l. min. §. si seruus. de euict.
g l. 1. si ag. uect. vel emph. pet.
h §. nanq. si cui. inf. de quo dominio dixi in §. si quis a non domino. supr. de re. diu.
i §. item Seru. inf h. tit.
K l. qui dolo. & l. parē. de reg. iu. l. fin aūt. §. sed etsi q. & l. is qui dolo. de rei vendic.
l ita Pan. in c. r. in 3. col. vt eū allegat hic Ias. de al. iud. mut. cau. fa.
m ita Zas. hic elegāter docet, dicens, hāc Pan. doct. esse nor. & per eam limit. l. qui dolo de reg. iur.
n Fab. hic. Bart. in l. petitorio. in prin. de rei uen. & Ias. hic sequitur.
o l of de rei vēd.
p de hoc dixi ēt sup. ī expl. rub.
q Prout sup. ad rub. declaraui.
r Arg. l. de rebus de arb. tbi ta- lis malitia punitur.
s Res non potest esse mea ex plu

petere queat: in effectu vtique & ex ipsa omne ius suum, omnemque titulum deduxisse [t] *intelligitur.* 28 *Cauti ergo aduocati esse debent, quando vident aliquem in actione reali se simpliciter fundare in iure dominij, vel quasi dominij, vt obtineant, nec per ius cogi actorem, quòd causam remotam exprimat. Nam si exprimeret, succumbens aliam prætendere* [u] *non vetaretur: secus si eam omiserit, quia ad aliam redire nequit. Et hæc quidem in genere de actione in rem dicta sint.* 29 *Cæterum quia [realis actio] generalis est, & plerasque sub se species complectitur, nempe [rei vendicationem] tam directam, quàm vtilem: item [Publicianam,] quæ ei datur, qui habet quasi dominium, vt qui cœpit vsucapere. Et actionem [hypothecariam,] quæ competit habenti ius in re, putà ius pignoris vel hypothecæ. præterea [confessoriam,] qua is agit, qui prætendit sibi competere ius seruitutis: & postremò [negatoriam,] qua experitur, qui negat alteri seruitutem competere. Omnes enim hæ actiones in rem diriguntur, quare & illarum tractatio in subsequentibus annectitur. In hoc autem textu quia vltra prædicta, & rei vendicatio* [x] *tangitur, eiusdemque materiam hoc loci interpretes satis diffuse, & multas quæstionum inuolucra expediunt: quare & nos aliqua de huius natura subiungemus.* 30 *Est autem [rei vendicatio,]* [y] *actio realis, quæ datur domino contra possessorem quemlibet, ad vendicandum rem suam corporalem. Quod sit realis actio, satis est manifestum: persequitur enim tantum rem: & in hoc differt ab actionibus personalibus.* 31 *Adieci, [domino,] ad differentiam Publicianæ. quæ datur quasi domino, ad vendicandam rem suam, quam nondum vsucepit: item ad excludendam actionem confessoriam & negatoriam, quæ non propriè domino competunt, sed illis qui habent ius in re aliena, puta seruitutem. [Contra possessorem,] dixi, partim ad remotionem personalium actionum, partim rerum incorporalium: quæ sicut non possidentur propriè, ita nec vendicantur.* 32 *Incorporalia enim iura, vt est iurisdictio, ius patronatus, atque id genus alia, seorsim & per se vendicari non possunt, sed alijs* [z] *actionibus petuntur: nisi per consequentiam rei corporali accederent, vt si castrum vel villam cum iuribus* [a] *& pertinentijs petiero.* 33 *Est autem duplex rei vendicatio, directa & Vtilis. Directa illi competit, qui plenum habet alicuius rei dominium, vel saltem directum, qualis est dominus feudi, siue emphyteusis. Vtilis autem illi, qui vtile dominium alicuius rei* [b] *habet, qualis est vasallus, vel emphyteuta. Causa istius actionis est quoque dominium: is enim qui dominus rei, quam petit, non est, ab agendo repellitur.* 34. *In libello ergo huius actionis necessum concludendum est, quòd actor sit rei petitæ dominus, reus verò possessor. Tenetur itaque actor hæc duo coniunctim probare, nempe se esse dominum rei, quam vendicat, iure gentium* [c] *vel ciuili: ipsum verò aduersarium esse possessorem. aliàs rei vendicatio non procedit.* 35 *Præcipuum enim fundamentum, & causa rei vendicationis ex parte conuenti,* [d] *est [possessio,] quia semper ex parte rei desideratur possessio: in agente verò dominium præsupponitur. Hinc ait Iurisconsultus: [Non compellimur inuiti subire hoc iudicium, quia possumus respondere, non possidere, & sic agentibus satisfacere.] Sed ne hoc casu semper temerè subterfugiamus iudicium, actori prospectum est plerisque remedijs.* 36 *Nam & [ad exhibendum] agere potest, vt res exhibeatur: quæ actio maximè inuenta est propter rei vendicationem, vt esset experiendi copia, dum constaret aliquem detinere rem. Et item alio modo consultum est actori repetenti rem suam, aduersus calumniatores, qui negant se possidere, cum tamen possideant.* 37 *Nam si conuincatur aduersarius mendacij, quia actor probet eum possidere* [e], *confestim ab eo debet auferri possessio, & in actorem transferri, etiam nihil de iure suo* [f] *probantem.* 38 *Consultè tamen aget actor rei vendicationem intentare volens, si tria prius prospiciat. In primis an non ipse possideat rem, quam parat petere: quia præter hoc, quod frustratorium erit petere rem, quam tute habes, etiam punieris damno amittendæ possessionis, si sciens te possidere,* [g] *ab alio petas. Secundò, si ipse non possideat, videat primò, an alia via possit consequi possessionem suæ rei, quàm rei vendicationis iudicio, vtputa aliquo interdicto. Nam difficile est probare dominium: quod tamen facere oportet in rei vendicatione. Tertiò, si ipse non possideat, nec prospiciat aliam viam, qua possit possessionem recuperare, tunc primò inquirat, an is, quem conuenire vult, rem possideat, & detineat, ne si res penes reum non sit, iudicium reddatur* [h] *elusorium.* 39 *Cæterum quomodo dominium probari debeat, satis hic Faber & Iason docent. Vt tamen & illud succinctè doceamus, crediderim circa dominij probationem (quæ difficilis esse censetur) distinguendum esse. Nam si de his loquamur rebus* [i], *ex quarum qualitate constat, eas ante actoris occupationem, siue apprehensionem, in nullius bonis fuisse: quales sunt feræ bestiæ, gemmæ, lapilli in littore maris inuenti, item insula in mari* [l] *nata, & si quæ sunt id genus alia: harum planè dominium per occupationis, apprehensionisue allegationem probatur: propter iuris regulam, volentis, [ea quæ in nullius bonis sunt* [K] *occupantibus concedi.] atque hæc quidem probatio plana est, ac facilis. Quòd si de rebus disputetur, ex quarum qualitate non potest colligi, quòd antea nullius fuerint, sed certum est eas fuisse sub alicuius dominio, quales sunt fundi, animalia mansueta, domus, omnes denique species siue res opera hominum factæ,* [l] *atque in esse productæ: eo casu si quidem ostendatur, quod in nullius bonis aliquandiu fuerit, interest quonam pacto id contigerit.* 40 *Contingit autem id tribus modis. Primò, si prior dominus illius rei pro* [m] *derelicto habuerit, qua specie probatur dominium per solam apprehensionem, siue occupationem. Deinde si res erat tributaria, & vacauit biennio, censetur quoque pro derelicto habita, probaturque dominium eius per apprehensionem, &* [n] *possessionem biennalem. Postremò, si officio iudicis res proclamata fuerit, affiguntur enim publica edicta hoc modo: quòd si quis velit dicere, hanc vel illam rem suam esse, intra terminum præfixum id faciat, & si nemo aduenerit,*

t rib. causis. tex. in l. 3. §. ex pluribus. de acq. poss.

u Tex. elegans in l. scientiam. §. eadem de exc. rei iud.

... ita Cyn. in l. edita. C. de ed. vbi dicit, aduersarium proprio ligone pede vulnerari, qui petit exprimi causam remotam.

x Ponitur enim eius exemplum in vers. videlicet si rem corporalem.

y De rei vend. Ol. cl. 3. act. 2.

z sicut in sequenti §. ostendemus.

a Bal. in l. 1. de rei vend. Alex. post Bar. in l. vend. e tit. Bal. in l. j. in fi. si cert. pe. Can. in c. examinata, extra, de iud.

b l. 1. si ager vec. vel emph. pet.

c l. in rem. in prin. de rei vend.

d l. vnic. C. de al. iud. mut. caus.

e in l. fi. de rei vend.

f tex. in l. fi. ibi late Doct. de rei vend. Pao. in c. pe. in 6. col. de iu. calu. vbi ponit requisita ad hoc, vt fiat translatio in agentem. ita Ias. hic late

g Dd. in l. 12. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poss.

h l. qui petitorio de rei vend.

i §. feræ. cum §. seq. sup. de re. diui.

K d. §. feræ igitur & l. 1. & l. 3. de acq. rer. do.

l de quib. loquit. l. adeo. § cum quis. de acq. re. dom. & §. cum ex alien. cum multis sequentib. de re. diuis.

m Vt ff. pro dere. per totum.

n l. quod agros. C. de om. agr. deser. lib. 11.

uerit, censetur quoque res pro derelicto habita, eamque postea occupans eius dominium, [o] *per apprehensionem firmat ac docet: Istis tamen tribus casibus, probatur tantum utile dominium, non directum.* 4 *Caeterum si nequeat ostendi, quòd aliquandiu res in nullius bonis fuerint, subdistinguendum est. Nam si de utilis dominij probatione quaerimus, tunc si quis astruat ac demonstret, se rem immobilem decem annis inter praesentes, vel viginti inter absentes, cum titulo & bona fide possedisse, utile dominium ostensum est: in quod procliuior est* [p] *Doctorum sententia. Sin verò de probatione dominij directi inuestigamus, videndum rursus est, an de rebus tantum mobilibus, an simpliciter de quibuscunque rebus loquamur: nam priori specie probatur dominium, si possessio cum titulo & bona fide per triennium continuum euidenter commonstrata fuerit, altera vero specie probatur dominium directum bifariam, primò per praescriptionem tanti temporis, cuius initij non extet* [q] *memoria: deinde, per allegationem alicuius tituli, puta si quis dicat, rem sibi donatam, vel venditam, &c. Sed hoc casu tria coniunctim sunt necessaria: primò ipse titulus, puta emptio, vel alius: secundò quod res fuerit tradita: tertiò quòd tradens habuerit rei dominium. Adducuntur & alia secundum naturam cuiusque contractus, vt in emptione requiritur probatio numerationis* [r] *precij & sic de alijs. Per haereditatem vero aditam, & similia dominium non probatur simpliciter, sed ita demum, si defunctus fuit rei dominus, tunc enim & haeres fit dominus: sin minus, nec in haeredem transfertur dominium: cum nemo plus in alium iuris transfundere* [s] *possit, atque ipse habet. Et ita imponimus finem huic primo §.*

o Secúdum Ias. hic. qui multa ad hoc allegat.

p Gl. & Dd. in l. traditionibus. vbi Alc. in cótrarium nititur. C. de pac. & dixi de hoc sup. d. vsucap.

q Bald. & Dd. in d. l. traditionibus.

r l. cum res. iuncta glo. & Dd. C. de prob. vid. Spec. in tit. de loc. §. fi. vers. 56.

s l. nemo plus. de reg. iur.

§ Aequè si agat.

1 *Continuatio huius §.*
2 *Seruitutum alia personalis, alia realis.*
3 *Realis seruitus diuiditur in vrbanam & rusticam.*
4 *Pro seruitutibus duae actiones prodita, confessoria & negatoria.*
5 *Res sua nemini seruit: & num. 26.*
6 *Si quis acquirat fundum qui seruitutem debet, extinguitur seruitus.*
7 *Seruitus itineris.*
8 *Seruitus actus.*
9 *Seruitus altius tollendi aedes, quomodo accipienda.*
10 *Iure libertatis altius aedificare licet.*
11 *Origine omnia aedificia sunt libera.*
12 *Statutis prohibetur, ne altius tollantur aedes.*
13 *Seruitus altius tollendi, est vera seruitus.*
14 *Prospicere quid: & seruitutem prospiciendi, triplicem esse.*
15 *Seruitus luminum.*
16 *Seruitus, ne luminibus officiatur.*
17 *Seruitus, ne prospectui officiatur.*
18 *Seruitus proijciendi.*
19 *Differentia inter proiectum & immissum.*
20 *Maeniana & suggrundia.*
21 *Quorundam interpretum ad proijciendi seruitutem declarandam intellectus reijcitur.*
22 *In omnibus praedictis seruitutibus confessoria competit actio.*
23 *Confessoria in rem actionis definitio.*
24 *Confessoria quare dicatur realis.*
25 *Pro quolibet iure incorporali confessoria agi potest.*
27 *Confessoria actio inter duo extrema versatur.*
28 *Cognatio & item differentia inter rei vendicationem, confessoriam & Publicianam.*
29 *Confessoria duplex, directa & utilis.*
30 *Causa actionis confessoriae.*
31 *Agens confessoria quid probare debeat.*
32 *Effectus actionis confessoriae.*
33.34 *Praedicta procedunt, quando iudicio petitorio agitur: secus si possessorio.*
35 *In confessoria non requiritur probatio tituli.*
36 *Confessoria actio quomodo tollatur.*
37 *Libellus in actione confessoria.*
38 *Actio in rem negatoria definitur.*
39 *Negatoria actio vnde dicta, & quibus verbis institui possit.*
40 *In quo differant inter se negatoria & confessoria actio.*
41 *Quae requirantur, vt locus sit negatoria.*

42 *In*

42 *In omnibus actionibus actor probare debet.*
43 *In negatoria actor non probat, sed reus.*
44 *Unaquæque res præsumitur libera, donec probetur seruitus constituta.*
45 *Quibus modis seruitus constituta probari debeat.*
46 *Agens negatoria an dominium suę rei probare debeat.*
47 *In negatoria quomodo ponenda sit actio, vel formandus libellus.*
48 *Casus, vbi asserens libertatem sui fundi, eam probare tenetur, & nu. 49. 50.*
51 *Excussa l. si priusquam. de no. oper. nunc.*
52 *Propter contumaciam eius, qui conuentus est negatoria, inualidatur præsumptio naturalis libertatis.*
53 *Contumax in non respondendo, intelligitur respondisse in eam partem, quę sit illi deterior.*
54 *Etiam contra præsumptionem iuris, & de iure, admittitur probatio in contrarium per confessionem partis.*
55 *Hęc verba (ius non esse) ad omnes seruitutes in textu relatas, repetenda esse: contra Accurs.*
56 *Duplici ratione agere possum, tibi non esse ius altius tollendi.*
57 *Quare in rebus corporalibus tantum confessoriè agatur.*
58 *In pari causa melior est conditio possidentis.*
59 *Differentia inter res corporales & incorporales.*
60 *Sententia super actione confessoria lata, tollit impedimentum seu turbationem seruitutis.*
61 *Explicatio vers. sanè vno casu. in §. nostro, & de vario eius intellectu. & num. 62. 63. 64 65. 66*

Aequè si agat quis, *a* ius sibi esse fundo fortè vel ædibus *b* vtendi fruẽdi, vel *c* per fundũ vicini *d* eundi *e* agendi. vel ex fundo vicini aquam ducendi: *f* in rem actio est. Eiusdẽ generis est actio de iure prædiorum vrbanorum: veluti si quis agat ius sibi esse *g* altius ædes suas tollendi: *h* prospiciendiue, vel *i* proiiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. *K* Contra quoque de vsufructu, & de seruitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum vrbanorum, inuicem quoque proditæ sunt actiones: vt si quis intendat ius non esse aduersario vtendi fruendi, eundi agendi, aquamue ducendi, item altius tollendi, prospiciendiue, vel proiiciendi, immittendiue: istæ quoq; actiones in rem sunt, sed negatiuę. *l* Quod genus actionis in controuersijs rerum corporalium non proditum est. Nam in his *m* is agit qui non possidet: ei vero qui possidet, non est actio prodita, *n* per quam neget rem actoris esse. *o* Sanè vno casu qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet: sicut in latioribus Dig. libris opportunius apparebit.

n *Quia*] 1 *realis actionis plures sunt species, quas* [a] *suprà recensui, & prima, rei vendicationis scilicet exemplum proposuit Imperator: nunc ad alteram speciem, nempe actionem [confessoriam & negatoriam,] quæ pro rebus competit incorporalibus, puta seruitutibus tam personalibus, quàm realibus, exponendam transit. 2 Et pro euidentia non est omittendum, seruitutem, cuius hic fit mentio, duplicem esse,* [b] *personalem & realem siue prædialem. [Personalis] est, cum res personæ seruit, & vnà cum persona intermoritur, vt est vsusfructus, vsus, habitatio. [Realis] est, vbi res inseruit rei, puta prædium prædio: & realis dicitur, quia in re, id est, prædio radicatur. 3 Et hæc subdiuiditur in vrbanam & rusticam, sicut prædiorum alia sunt vrbana, alia rustica. Ea enim ędificia, quæ habitandi, immorandique gratia parantur, prędia vrbana sunt, siue in agro,* [c] *siue in ciuitate fiant. Quæ verò gratia colligendorum fructuum habentur, ea rustica* [d] *dicuntur. Singulorum ergo prædiorum suę quoque sunt seruitutes, aut iura. Vrbanorum sunt, altius tollendi, tignum immittendi, proijciendi, protegendi, prospectus. Rusticorum verò, iter, actus, via, aquęductus, & si quę sunt alia. 5 Deinde prę cognoscendum est, pro his seruitutibus duas actiones esse proditas, confessoriam & negatoriam. [Confessoria] est, qua asserimus nobis competere seruitutẽ in re alterius: [negatoria] verò, qua negamus alteri in re nostra* [e] *competere seruitutem. Quia propter prędium quod seruitute vtitur, dicitur [dominans:] illud autem quod patitur eam, [seruiens] nominatur.* [f] *Vtriusq; actionis naturam euidenter discusso prius textu, elucidabimus. Et quia tex. ex sententia Iason. quatuor partes complectitur, quamq; singulatim explicemus. Ad primam ergo.*

a *Ius.] id est, facultatem: prout aliàs sępè accipitur.*

b *Vtendi fruendi.] Intelligit vsumfructum, qui est personalis seruitus, cuius explanationem* [g] *suprà docui abundè.*

c *Per fundum vicini.] Notanter [vicini, 6] quia res* [h] *sua nemini seruit. 7 Unde si aliquis acquirat dominium illius fundi, qui debet sibi seruitutem statim illa seruitus extinguitur, & euanescit.* [i] *nec si postea rursus vendatur, reuiuiscit illa seruitus semel extincta, nisi de nouo eidem fundo imponeretur.*

d Eundi.]

a In §. præced. num. 29.
b Dixi latè in rubr. & prin. sup. de ser rust. pd.
c §. prædiorum vrbanorũ sup. de serui. & l. 1. de seru. vrban. præd. & l. vrbana prædia. de verb. signif.
d l. eo iure. §. tabula. i quibus cau. pign. vel hyp. cont.
e l. 2. si ser. vend.
f l. 1. in fi. sup. cõ. præd.
g in tit. de vsufr. lib. 2.
h l. vti frui. in prin. si vsusfr. pet.
i l. si ædes. de ser. vrb. text. pulcherrimus i l. Papinianus. de seruit. & l huiusmodi. §. si ędes. de leg. 1.

d Eundi] Seruitutem itineris. Est autem [iter,] [k] quo quis pedes vel eques commeare potest.

e Agendi.] 8 Seruitutem actus notat, diciturque ab agendo iumento, cum & pecus, vehiculumque agere, ne dum ambulare possum.

f In rem actio.] Scilicet confessoria.

g Altius ædes.] 9 In hoc exemplo multum se distorquent interpretes, vt ostendat congruum esse confessorię actioni. Videtur enim quòd non possit dari seruitus, quod tibi altius tollere & ædificare liceat, cum hoc non ad seruitutem pertineat, 10 sed iure libertatis naturalis facere permissum sit. Si ergo hoc vnicuique non seruitutis a vicino imposita, sed libertatis iure permittitur, * quæ competit omnibus ędificijs. 11 (nam origine omnia ædificia sunt libera, nisi expressè constet, eam seruitutem vicino constitutam, vt non liceret [m] altius tollere) quorsum hic dicitur esse seruitus? Ad quid vtilis mihi erit ista seruitus, si vicinus dicit, [dabo tibi facultatem altius tollendi ædes?] nonne erit superflua? Verum prætermissis varijs Doctorum expositionibus, ex Fabri sententia dicendum est, illam libertatem altius ædificandi non esse perpetuam: 12 quia in ciuitatibus benè institutis sæpenumerò ius municipale [n] prohibet, ne ædes vltra viginti, seu triginta vlnas siue cubitus inuito, & contradicente vicino extollantur: quemadmodum & in quibusdam Sueuiæ ciuitatibus obseruatur. 13 Et sic vides, illam libertatem altius tollendi, per generalem consuetudinem siue statutum ademptam esse, & funditus extinctam, ita quòd ab initio ipsa origine non dicantur liberę, propter statutum. Si hoc casu, vel ex testamento, vel ex pactionibus consecutus es a vicino, vt liceat tibi vltra constitutam mensuram ędes altius eleuare, ecce iam habes seruitutem illam, vt iure seruitutis altius ædifices, & non libertatis naturalis, si quidem impositam est seruitus per vicinum, qui illam seruitutem suis ædibus iniunxit. Non enim fuit liberum a principio altius tollere, quia cessabat [o] regula, origine omnia ędificia esse libera propter statutum scilicet: tantummodo ergo iure seruitutis altius ædificare potuisti. Iam hæres vicini postquam te prohibet, ne domum altius eueheas, datur tibi Confessoria, qua agis tibi seruitutem competere, vltra pręscriptam mensuram extollendi ędes atque hoc Fabri exemplum appositissimum. Aretinus hic amplectitur. quod & Zasius tum hic, tum in suis [p] intellect. aduersus Ias. satis tuetur. Possunt & alia dari exempla quotidiana: quia sæpè fit, quòd vicinus ędificare non audeat, ne obscurentur lumina vicini, ne prospectui noceatur: et sępe per Aediles, ędificare altius prohibemur, ne vicino incommodemus, his & similibus casibus si a vicino impetrares facultatem altius tollendi, nonne est etiam seruitus altius tollendi vicino?

h Prospiciendi.] 14 Prospicere est aduersum videre, inquit Nonius. Itaque Prospectus seruitutem debere dicitur, cui non licet id facere, quod alterius gratiorem & liberiorem Prospectum * impediat. Hęc seruitus pertinet ad lumina, circa quę communiter tres sunt seruitutes, nomine quidem vicinæ, re tamen multum differentes, & ordine. Alię enim aliis commodiores sunt, & plus vtilitatis habent: 15 veluti [seruitus luminum,] ea est infima & minimę conditionis, totaq; arcta & stricta, vt solum lumen recipias. 16 Seruitus [ne luminibus officiatur,] est paulò amplior, quę pertinet etiam ad gratius lumen, non tantum ad necessarium, 17 Et amplissima, [ne prospectui officiatur:] vt scilicet non cælum tantum videatur, sed & procul spectemus [q] etiam alia ædificia.

i Proijciendi.] 18 Seruitus [proijciendi] est, cum habitaciunculas prominulas exporrectas habemus in muro: istę enim habitatiunculę, quę Meniana nominamus, ita proijciuntur extra murum, ac si in muro non requiescant. 19 Inter proiectum enim & immissum hoc interesse [r] Labeo ait, quòd proiectum esset id, quod ita proueheretur, vt & nusquam requiesceret. 20 Qualia sunt [Meniana,] id est ędiculę pensiles, vnde nobis aspectus est in aliam plateam: item & [suggrundia, id est tecti partes prominentiores, quibus stillicidia a parietibus arcentur. Immissum autem, quod ita fieret, vt in aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quę immitterentur. 21 Interpretes etiam alio modo hanc seruitutem accipiunt: nempe, cum ius est alicui ex ędibus suis proijcere aquam, vel fimum in ędes vicini, quod non videtur ad textum quadrare. Hanc enim expositionem nec verba patiuntur, neque subiectę conuenit materię, quoniam de ędificijs loquimur [s]. Imò talis seruitus constitui non posset, vtilitate publica reclamante. [t] Nam & Lex ędilitia vetuit ante proprias ędes congerere stercora: quod & hodie in benè institutis ciuitatibus (quemadmodum hic Friburgi) obseruatur. 22 [In omnibus seruitutibus supra enumeratis siue sint personales, siue reales, vrbanę, vel rusticę, si quis in eis indebitè turbatur aut molestatur, confessoria in rem experiri potest, non solum contra eum, cuius prędium seruit, sed etiam contra quemcunque alium [u] impedimentum. Huius ergo actionis naturam vt ostendamus, cum primis eius definitio est inuestiganda. 23 [Confessoria] ergò, [est actio realis, qua agimus contra impedientem nos vti iure, siue seruitute competenti nostrę personæ vel rebus nostris ex re alterius.] 24 Quæ ideo sic dicitur, quòd ad seruitutes confitendas conducat, potestq; quibuscunque verbis aptis ad intentionem nostram constitui, dum in ea appareat, quòd vendicem seruitutem, quam tu contradicis: quod & in negatoria [x] obtinere, mox ostendam. Ex hac definitione primum disce, quòd confessoria sit actio realis: tum quia datur ei, qui habet ad fine dominij, scilicet ius in re: tum quia rei, id est, fundo siue domui inhæret, & rem sequitur, a quocunque cœperit [y] possideri. 25 Deinde addidi, [iuri:] quia hæc actio non competit tantum pro seruitutibus, sed pro quolibet iure incorporali, sicut Faber hic rectè prodidit. Hinc est, quòd si quis impediret me recipere [z] decimas, vel redit9 ex re aliqua, aut uti [a] iurisdictione, seu [b] pascuis, cōpeteret mihi aduersus impedientem vti, [c] actio confessioria. Datur etiam hæc actio pro iure præsentandi, pro iure

patronatus,

k De hoc in prin. supr. de seruit.
l in præd. princ. de hac seruitu te dixi.
* l. cum eo 9. & l. cuius 24. de serui. vrb.
m l. altius. C. de ser. & aqua. l. cum eum. 9. l. Imperatores. ff. de ser.
n iuxta l. qui luminib. in prin. de ser. vrb. ibi. gl. & l. 1. de ædi. pri.
o d. l. altius.
p Eo capite, quo docet, duplicē esse altius tollendi facultatē quem vide
* l. inter seruitu. 15. de seru. urb.
q vide hoc grad' in l. 3. & l. inter seruitutes cū l. seq. de ser. vrb.
r in l. malum §. inter proiectū. de verb. sign.
s l. si quando: ff. ser. vend.
t arg. l. si alius. §. si quis aceruū stercoris. quod ui aut clam. l. pen. & l. vlt. ne quid in loc. publ.
u l. vti frui. d. 1. ff vsusf. per. l. si qui diut. §. agi. si seru. uend.
x Sic intelligas. gl. in l. 2. ff ser. uend.
y l. uia constitui §. si fund. de ser. rust. præ.
z Dd. in c. tua. & c. prohibemus. de decim.
a Bal. in rub. C. de vsufr.
b c. constitutus. ibi Can. de relig. dom.
F aber hic.

patronatus, & omnibus alijs iuribus incorporalibus. [d] Subiunxi, [vel seruitute:] propterea quòd hæc actio, pro omnibus seruitutibus, tam personalibus quàm realibus vrbanorum, rusticorumque prædiorum datur. Adposui, [nostræ personæ:] propter vsumfructum, vsum, habitationem, quæ sunt seruitutes personales, & personis inhærent: quibus nonnulli [e] operas seruorum adnumerant. Subieci, [vel rebus nostris:] propter seruitutes vrbanorum & rusticorum præd. quæ non personis, sed rebus, id est, prædijs, siue ædificijs debẽtur. Postremò dixi, [ex alterius.] 26 partim quia res alicuius propria [f] ei non seruit: 27 partim quia seruitus est relatio, versaturq; inter duo extrema, fundamentum scilicet & terminum. Fundamentum est res aliena seruiens, terminus verò est res siue persona dominans, quo respicit illa seruitus. 28 Cõuenit autem hæc actio cum rei vendicatione, item & Publiciana: quia sicut prior datur domino, & hæc quasi domino: sic quoque confessoria illi competit, qui habet ius in re. Differt tamen ab eis, quòd illæ dantur pro rebus corporalibus, hæc autem pro rebus incorporalibus. 29 Est autem duplex actio confessoria, directa & vtilis. Directa datur illis, qui habent directum dominium in prædijs siue domibus, quibus debetur seruitus, daturque contra eum, qui est directo dominus illius rei, quæ seruitutem sustinet. Vtilis verò illi competit, qui vtile dominium habet, siue ius aliquod in illa re, cui debetur seruitus, id est, in prædio dominante: quales sunt, creditor pignoris, qui pignus possidet: nam potest asserere seruitutes pignori debitas, [g] per confessoriam: vsufructuarius, qui in fundo fructili habet ius fruendi, nam ei datur [h] confessoria. item emphyteuta, vasallus, & si quæ sunt similes personæ. 30 Causa vero huius actionis est, quòd in re alterius, vel per pactiones inter viuos, vel per vltimam voluntatem, iuncta patientia domini rei seruienti (quæ traditionis loco [i] habetur) constitutum est. 31 Probat ergo actor in hac actione, quòd ipse dominus est directus vel vtilis fundi, siue re illius, cui debetur seruitus. si enim esset quasi dominus, locum haberet [K] Publiciana. Secũdo, quòd illi rei, vel ipsius actoris personæ in re alterius per domini patientiam seruitus sit constituta. Vltimò, quòd aliquis impediat eum vti iure illo. 32 Effectus est, quòd reus conuictus, ad petitionem actoris, & implorationem officij iudicis, cũ restitutione interesse, fructuum & damnorum, ab impedimento [l] abstinere cogitur. Præterea obligatur reus conuictus præstare cautionem, [quòd in futurum nec ipse, nec hæredes eius impedituri [m] sint actorem vti tali seruitute.] Nisi enim & sententiæ paruerit aduersarius, & de non impediendo in futurum cauerit, in litem contra eum iurabitur. Cæterum si rem præstiterit, id est, seruitutem, cauere autem noluerit, hic iuramentum in litem cessat, ad cautionem autem coercebitur captis pignoribus, vel alijs iuris [n] remedijs. 33 Prædicta tamen vera sunt, quando quis agit iudicio petitorio, hoc est, quando dicit actor, hoc ius vel illam seruitutem in re alterius, sibi competere virtute alicuius pactionis, & quasi traditam per patientiam domini; qua specie tenetur illam probare. 34 Secus autem si ageret iudicio possessorio, id est, diceret se quasi in possessione alicuius seruitutis in re alterius fuisse, & de facto eiectum, siue in ea turbatum. sicque se spoliatum proponeret, & ageret ad restitutionem possessionis: eo certè casu non competit actio confessoria, sed pro spoliatione vtile interdictum [vnde vi,] vel vtilis actio in factum, surrogata in locum illius interdicti, vel etiam actio ex [o] constitutione Imp. Valentiniani, Theodosij, & Archadij, qua specie obligaretur tantum probare, se in quasi possessione fuisse, & per reum eiectum. Pro turbatione autem quasi possessionis istius modi iuris [p] competeret interdictum [quasi vti possidetis.] 35 Porrò in confessoria, quæ super seruitutibus datur, non est necesse probare titulum: sufficit enim, si constiterit, per multos annos non vi, non clam, non [q] precario possedisse. 36 Tollitur autem hæc actio eisdem modis, quibus amittuntur seruitutes, quos [r] suo loco enarrauimus. 37 Ex prædictis omnibus colligimus, quòd confessoria agere volens, debeat proponere, [se esse dominum vel quasi, prædij illius, vel in eo ius habere, cui seruitus illa vel alia debeatur.] vel dicat: [Sibi tanquam domino, vel quasi, ius esse, hac vel alia seruitute vtendi: in quo iure eum aduersarius eum turbet, impediat, contradicat, petat decerni, hoc ius sibi deberi, & præfatum aduersarium condemnari, vt patiatur eum huiusmodi seruitute vti, implorato iudicis officio, quòd caueatur de in posterum non impediendo, &c.

K Contra quoque.] Nunc alteram text. nostri partem aggrediamur, quæ de negatoria in rem actione tractat: ea in omnibus suprà allegatis iuribus domino fundi vel ei, qui ius in re habet, vt est creditor, conceditur: veluti si contendam vicino ius non esse, vti seruitute in fundo meo, vel in quo ius habeo. Explicemus ergo eam. 38 [Actio negatoria est realis, qua agimus, res nostras non seruire rebus, siue personæ illius, qui intendit ius sibi in eis competere.] Per negatoriam enim prædia nostra, si fortè quis ea seruire prætendat, in libertatem asserimus: 39 ideo sic dicta, quòd seruitutem à prædijs nostris defendamus, id est, auertamus. & potest quibuscunque verbis aptis ad intentionem nostram institui, dum appareat, quòd tueatur libertatem prædij mei, quam seruitutis onere alius [s] infringere nititur. Neque enim refert, negatiuis proponatur verbis hæc actio, an affirmatiuis, dum tamen vim [t] negatiuorum habeant, priuationemque complectantur. Falsum enim est, negatoriam dici, quia verbis negatiuis intentetur: vel confessoriam, quod verbis affirmatiuis concipiatur, nam quælibet earum potest dari per verba affirmatiua & etiam per negatiua. 40 Non ergo sumunt differentiam hæ duæ actiones, Confessoria scilicet & Negatoria, per formam verborum, sed differunt ratione materiæ. Vnde siue per affirmationem, siue per negationem dentur, tantum in hoc differunt, quia confessoria datur ad tuendam seruitutem debitam: & negatoria conceditur ad defendendam libertatem suam. Exempla in quibus con-

fessoria

d vide Ias. in l. si priusquam n. 3. & 4. de oper. no. nu.

e disputat Iason hic ad princ. §.

f l. vti frui. in prin. si vsusfr. pet.

g l. ei qui. de ser.

h l. 1. si vsusfru. pet.

i l. quoties. de ser.

K §. nanq. inf. eo.

l l. loci corpus §. in confessoriã. cum §. seq. & l. etsi fortè. §. fi. si seruit. vend.

m l. harum. cum simil si seruit. vend.

n d. l. harum. ibi gl. sing. & leg. si ser. vend.

o l. si quis in tantã. C. vnde vi.

p l. sicut. §. Arist. si ser. ven. Spe. in tit. de restit. spol. §. nunc dicemus.

q l. si quis diutu. si ser. vend.

r Vide sup. de seruit. §. fin. & tit. de vsufr. &c.

s gl. ita loquitur in l. 2. si ser. uẽ.

t gl. approbat in l. si § fi. in ver. exceptio. de except. dol: ibi Barto. & Ang. hic. Ias. in d. l. si priusquam. num. 33.

fessoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria affirmatiuis, Dd. [u] alibi recensent. Ad definitionem reuertendo, dixi [negatoriam esse actionem realem:] quia datur domino illius rei, quæ contenditur esse libera, & in qua negatur seruitus. Adposui, [rem nostram:] vt confessoriam excluderem, qua intentamus rem alienam nobis seruire. Reliquæ partes definitionis omnes positæ sunt ad differentiam confessoriæ. Datur & hæc actio non tantum pro seruitutibus, sed etiam pro alijs iuribus, veluti si quis neges ex rebus suis deberi reditus, & sic deinceps. 42 Ad hoc autem, vt ipsa locum habeat, duo sunt necessaria: primum quod actor habeat dominium, vel ius aliquod in illa re, in qua negatur seruitus. Alterum, quòd reus prætendat, seruitutem sibi esse ea in re constitutam. 42 Et quanquam in omnibus actionibus, onus probandi regulariter actori incumbit, & non reo, adeo quod si actor in probatione deficeret, [x] reus ab ipsius impetitione absolui debeat: 43 in hac tamen actione diuersum obseruatur, quia actor non obstringitur actionis suæ intentionem probare, videlicet rem suam non seruire rebus alienis, sed satis est, si se dominum illius rei esse commostret. Hanc nanq; specie eius intentio est fundata per probationem dominij, 44 quum vnaquæque res præsumatur [y] libera, donec doceatur seruitus constituta pactionibus, aut vltima voluntate, per aduersarium: quæ præsumptio transfert onus probandi in reum conuentum, vt probet in rebus actoris seruitutem sibi iure constitutam, liberatque ipsum agentem negatoria a necessitate probandi. Et hoc ideo, quia actor agit negatiuè, reus autem excipit affirmatiuè: affirmatio ergo probanda [z] est, & non negatio. 45 Probat itaque hoc casu reus seruitutem sibi constitutam in rebus actoris multis modis, puta per actiones, stipulationes, contractus, [a] vltimas voluntates. Item per præscriptionem, quæ habetur loco [b] constitutæ: vel donationem, aut [c] consuetudinem. Et reus in actione negatoria discrepat in effectu ab actore in actione confessoria. 46 An autem dominium ab agente negatoria probandum sit, in facto controuersum memini plerisque id asserentibus. Nam cum dominium sit causa negatoriæ actionis, sicut & rei vendicationis, ideo ab agente probandum [d] videtur, vt Specul. [e] censuit. Sed magis est, vt distinguamus, an negatoriam intendens sit in possessione fundi, vel non: Quia priori casu sufficit, si possessio probetur. nam & de dominio sic præsumendum est, cum solum incidenter de eo [f] quæratur: altera verò specie, si agens non sit in possessione, ei domini siue allegati iuris probatio incumbet. Quam sententiam velut æquiorem Iudices Camerales pariter olim secuti sunt sicut [g] alibi annotaui. 47 In negatoria ergo sic proponetur actio, [quòd licet prædium meum iure dominij, vel quasi, nulla sit seruitute aduersario obligatum, ipse tamen me molestet, hanc vel illam seruitutem vsurpando temere, & de facto, &c. quare peto declarari, aduersario ius non esse me turbandi, & eum prohiberi, ne me molestet, cum omnibus clausulis, & cum cautione, quòd in futurum non turbet &c.] Nec ignoro, etiam alijs verbis, alio ordine agi posse, sed effectus vbique idem est. Plurima quoq; in hanc partem [h] & disceptari & congeri possent, quæ tanquam parũ vtilia transeo. 48 Aduerte tamen, vtcunq; supra dixerim, reum negatoria conuentum seruitutem sibi constitutam probare debere: est tamen casus, vbi res aliter sese habet, nempe quod is, qui asserit libertatem sui fundi, debeat eam docere. Vt ecce si aliquis sit conuentus actione confessoria, qui dicat nullam nunc deberi, quia iam extincta sit, & hoc in defensione adducit: sic enim confitetur eam aliquando competijsse aduersario, comprivatio [i] præsupponat habitum. 49 Vnde impetitus confessoria probare debebit, quonam modo, quaue ratione ea nunc extincta sit, atque amissa. sicque docebit ipse libertatem fundi sui. Cautus ergo sit, qui confessoria impetitus est, ne tali simplici defensionis forma vtatur, sed potius ita dicat, nullam vnquam etiam ab initio illi competijsse seruitutem, vel si aliqua olim competierit, eam nunc præscriptione, vel alio quouis modo peremptam esse. Sic ergo casum habes, vbi grauatur probandæ libertatis onere is, qui illam tuetur & asserit. 50 Est & alius casus, in quo necesse est probare libertatem, eam asserenti, quando conuentus actione confessoria, factus est propter contumaciam actor actionis negatoriæ, iam debet ipse probare [K] libertatem. 51 Sic enim Africanus contumaciã refert in vtraque actione. [Et is,] inquit, [de suo iure docere debet, qui contumax fuit:] id est, actoris partes sustinebit. Atque ita eius [l] responsum aduersus communem calculum accipit Ias. Sed obijciat quispiam, quis iam erit effectus naturalis libertatis? neque enim propter meam contumaciam poterit inualidari præsumptio naturalis libertatis: ideo videtur, quòd adhuc incumbat onus probandi asserenti. 52 Fortè huic impugnationi sic responderi poterit, per contumaciam non respondentis extinctam esse vim illius præsumptionis, quæ militabat pro naturali libertate. 53 Nam ille qui contumax est in non respondendo, intelligitur respondisse in eam partem, [m] quæ sit illi deterior: si deterius sit negasse, habebitur tanquam negasset. Euoco igitur modò aliquem ad iudicium confessoria actione, & in libello pono, seruitutem mihi competere, ille contumax est, igitur videtur propter contumaciam tacitè confessus seruitutem. 54 Nam & contra præsumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem partis. Et hic est illa tacita confessio, quæ elidit illam præsumptionem naturalis libertatis, [n] quæ est iuris tantum: putoq; hanc esse veritatem rei, vt est ibi sententia Ias. atque idem hic Faber censuit. Hoc tamen non est ignorandum, quod licet ab ipsa origine possit aliquod ædificium seruituti obnoxium esse. tamen illa seruitus non est naturalis, sed impostitia, quia scilicet imponi debet pactis, vel in vltima voluntate. 55 Cæterum quod Accursi. [o] dubitat, an & ad seruitutem [altius tollendi] repetenda sint hæc verba, [ius non esse:] hoc tu audacter affirma, ad omnes scilicet seruitutes in texti [p] nomi-

u in c. cum eccl. Sutrina. de ca. pos. & propr. ibi gl. e exami nata. de iud. & l. 2. ff. si cer. pe.

x Vul. l. qui accus. C. de eden. & l. actor. C. de probat.

y l. altius C. de seru. l. cum eo. & l. Imperatores. ff. eod.

z d. l. actor. & gl. in l. sicuti. §. si quæratur. i. verbo possessoris. si ser. ven. Bar. in l. in ædib. C. de seruit.

a §. fi. vbi de hoc dixi sup. de seruit.

b l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqu. quot. & æsti. & l. si quis diuitur. in pr. si seru. vend.

c l. 1. in fi. ibi gl. de acq. plu. ar. l. 2. ibi gloss. & Dd. C. de seru. & aqu.

d per l. doce ancillã. C. de rei vend.

e in ti. de ca. pos. & prop. §. in cõfessoria, ver. & nota quod dominium.

f Iuxta not. in l. quidam in suo de cond. insti.

g Obs. 19. Gent. 1. Cam. obs.

h Vide, si voles, Bar. & Dd. in d. l. si priusquã in 5. oppos.

i l. decẽ. ibi Dd. de verb. obl.

K Hoc probatur ex l. si priusquã de no. op. nũc.

l in d. l. si priusquã. in fi. tex. vide ad d. l. si priusq. nouum intell. Ale. lib. 3. Parerg. item zas. lib. 1. sing. intell. c. 4.

m l. de etate. §. q tacuit. de inter rog. act.

n Gl. est approbata in §. illud in Authen. de æqual. do. col. 1. & gl. in l. in cõtractibus. in verbo nullo modo. C. de non num. pec.

o Glo. in ver. altius tollendi.

p in hac 2. parte.

nominatat repetenda esse prædicta verba [ius non esse.] Sed dices fortè, quo mō possum agere si ita dicam, [ius non esse aduersario, altius tollendi:] nonne dum sic experior, videbor proposuisse actionē q confessoriam? quomodo igitur vnum exemplum vna eadem agendi forma potest ad contrarias pertinere actiones? Hic nodus uidetur inexplicabilis: ita tamen meo quidem indicio dissoluendus est. 56 Duplici siquidem ratione possum agere contra te, non esse tibi ius altius tollendi. Ipsa enim forma agendi potest indifferenter, vel ad confessoriam, vel negatoriam pertinere: sed non ipsa causa agendi, id est, propter quam agens intendo, tibi ius non esse altius tollendi: nam causa agendi diuersitatem inducit. Et propterea posset agi, quia tu eam seruitutem imposuisti ædibus tuis, vel conuentione, vel vltima voluntate: vnde si ex illa causa contendam, tibi non esse ius altius tollendi, quod pactione imposuisti hanc seruitutem tuis ædibus, iam r agam confessoria actione. Sed si alia ex causa intendam, non esse tibi facultatem altius ędificandi, fortè quia statuto prohiberis, iam non ago confessoria: quia non experior virtute seruitutis, sed negatoria, hoc est negando, quod tibi liceat contra statutum s ędificare altius. Et in hanc quidem sententiam videtur quoque t Zasius inclinasse.

l Quod genus.] Venio ad tertiam § nostri partem, quæ differentiam ponit inter corporales, & incorporales res, quo ad agendam. Ait enim primo Imperator [hoc genus actionis,] intellige, negatoriæ, [in rebus corporalib proditū non esse] scilicet, ut in illis negatoriè agi possit. 57 Et sic obserua quod in rebus corporalib. tantum confessoriè agimus, in corporalib verò & confessoriè, & negatoriè, quemadmodū ex his, quæ supra tradidimus, apparet. Ratio autem, quare in corporalib. agatur tantū confessoriè, ea est: Quicunque iudicio contendit, ex eo iure quod ipse habet, causam suam iudici probare debet, non autem ex defectu, seu uitio iuris aduersarij, at hic u Theophilus astruit ut ecce male contenderes si ita agere rei vendicatione: Peto illam rem abs te, quia tua non est. Illa causa agendi infirma est, quia fortè nec mea res erit. Neq; enim, quod tuum non est, id protinus meum est, pōt namque neutrius esse. Unde tu in commodo possessionis me vincere dēt. 58 per regulā, qua dicitur: [In pari cā, meliorē esse cōditionem x possidētis.]

m Is agit, qui non possidet.] Vt scilicet possessionem adipiscatur, & illi res restituatur ex iure suo, qđ in ea re prętendit; quia dicit suam, & perperam ab alio detentam, unde sibi restituendam. Nunc compleamus differentiam, hoc loci per Imp significatam. 59 In corporalib. is agit, qui non possidet: in seruitutibus uero etiam is, qui possidet, quam qui non possidet: & ita completur differentia, quam uoluit hic innuere Imperator y inter res corporales, & incorporales. In corporalib inquam, is agit, qui nō possidet: agimus enim ad id, quod non possidemus, scilicet ad fundum ab alio detentum. Sed hic in corporalibus agimus ad id, quod possidemus, agimus enim confessoria ad ius seruitutis, quod ipsi possidemus, & nihilominus utcunque simus possessores illius seruitutis actione tamen confessoria petimus, per sententiam indicis declarari, illam nobis deberi, sicque hac specie hic ipsum z possidemus, ad quod agimus. Et sanè magna in hoc consistit commoditas, quia licet possideat quis seruitutem, fortè tamen molestatur, & turbatur super vsu, atque exercitio sui iuris. 60 Illa ergo molestia, illud obstaculum siue impedimentum tollitur per declaratoriam sententiam iudicis, qui declarabit, eum debere uti sua seruitute, vel libertate, ut aduersario imponatur silentium, compellaturque præstare a cautionem de non impediēdo. Atque ita hæc verba ego accipienda esse omnino puto.

n Per quam negat.] Et sic in rebus corporalibus possessori non datur actio rei vendicationis. Fallit tamen hoc aliquoties, ut hic. b Glossator apponit, subiungendo deinde triplicem solutionem, quarum prima recipitur, cæteris duabus c reiectis.

o Sanè vno casu.] 61 Hęc est quarta, & ultima pars tex. nostri, in qua excipitur vnus casus. Quis tamen sit iste casus, quē Imperator intelligit. Doct. hic multum se distorquent. Accur. duo ponit exempla: primū est de duplicibus d iudicijs, quæ sic dicuntur: quia in eis vterque litigans est actor, & reus, sicut est [familiæ erciscundę,] quę datur inter heredes; [communi diuidando,] quæ locū hēt inter socios, cū uolūt diuidere, atq; à cōi recedere: [& finiū regund.] cum de finib. est contētio inter vicinos; qđ tñ Petrus de Bella. Pert. Faber, & Angelus impugnāt, quū Imp. de vno tantū casu loquatur, hic aūt essent tres, qui non efficiunt vnum, Iasone interim Accursiū defendēte. 62 Aliud exemplū est de quauis exceptione proponēda, in qua aliqd proponit reus, nā in exceptionib. reus partib. actoris fungitur. Ad hoc equidē textus hic conuenire videtur, dū dicit, [Sanè uno casu qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet] non autem dicit, quod verè sit actor. Sed nec hoc exemplum ad præsentem locū quadrare, præfati Doctores dicunt, quia sic non vnus, sed supra sexcentos casus essent. 63 Ideò Faber aliud adducens exemplum, dicit verè in hoc textu innui: ut si reus sua sponte suscipiat onus in se probandi, quod res ab actore petita sit f sua, nō actoris, tūc sinè dubio partes actoris obtinet, ut hic ait textus. Et quanquam istud Iason damnat, Zasius tamen ipsum sequi videtur, aitque, Imperatorem hic eum casum intellexisse, cum reus via exceptionis contendit se esse dominum, non tanquam actor, sed tanquam exclusurus intentionem agentis. Et potest quilibet reus hoc, conuentus rei vendicatione, sicut ex præcedenti §. liquescit, vbi in fine dicitur, [possessor āt se dominū esse dicat: possessor,] idest, reus conuentus, q possidet [dicat,] scilicet excipiendo, [se esse dominū,] & actorē, sicque argumento est is §. dum ibi Imperator indulget possessori, quod possit dicere se esse dominū, sicque opponere ius dominij, non quidem reconueniēdo actorem

q ita a in d l. si priuilegi. & Dd. gl. & Dd. dicitur, actio in illā, tibi ius nō esse altius tollēdi, ee cōfessoriā: licet negatiuis verbis cōceptā, &cæt.
r ita intellige d. l. si priusquā.
s Et ita hic loqui. Imp.
t Qui satis mādet ad l. si priusquā. de ope. no. nun. q obstare videbatur maximè.
u Probatur in l. vti fiui. in prin. si vsusfr. peta.
Iaf commod. terra. de in.
x S. d.
y l. pe. S. fi. si vsusf. pe. & l. & si forte. S. sciēdū. si ser. ven.
z d S. sciēdum. & d. l. pe. S. fi. vbi est bonus tex. atq; hoc declarat. l. C. fa. l. ait ptor. S. 1. ex q cau. maio.
a l. harū. & l. egi. si ser. uēd.
b In verb. nega.
c Iason hic.
d l. in trib. ff. de iud. S. q dam. inf. hoc titu.
e l. 1. de excep. l. in exceptionibus. de probat.
f l. circa. de probatio.

g d.l.j.de excep. *rem(nam id non liceret) sed excipiendo g ac defendendo: tunc enim vicem actoris sustinet: quod hic Zasius latius prosequitur. Quicquid sit omnia exempla sunt in se vera, quæ iam recensuimus: vtrum autem potius sit ad nostrum textum referendum, de quo verisimilius hic Iustinianus senserit, non leue dubium est.* 44
Ego (venia omnium dixerim) nullum istorum exemplorum posse commodè applicari ad textum nostrum crediderim, ut de eo intellexisse videatur Imperator. In his enim non agitur tali actione, per quam negat. Vnde puto, quod debeat tale exemplum inueniri, in quo negatiue agatur. Mallem ergo hic præiudiciales actiones intelligere, h quæ in rem sunt, & extra ordinem aliarum actionum negatiue intenduntur; cum alijs actionibus principaliter intentatis i obijciantur.† Vel potest, etiam dici (quod k Cor. placuisse uideo) Imperatorem de interdicto [uti possidetis,] sensisse: in quo sustinet uices actoris, qui possidet: non autem ad actionem aliquam referendum esse. [Nunquam enim] inquit l Vlpianus, [datur ultro actio possessori, quippe cum sufficiat ei, quod possideat;] quo responso hic intellectus defendi uidetur. Cęterũ Aemilius Ferretus testatur, in uetustis quibusdam exemplaribus manuscriptis hunc locum cum negatione legi, [Sane non vno casu:] eamque lectionem sequitur, & putat hic agi de mixtis, & duplicib. iudicijs, in quibus manifestum est, eum qui possidet, agere posse. Sunt etiam, qui legendum putent (sanè illo casu) ut superior casus significetur, quo rerum incorporalium nomine negatoria conceditur. Illo namque casu is, qui possidet, nihilominus actoris partes subire cogitur, m probareque aduersarium ius aliquod seruitutis non habere. Sed hac in re liberum sit cuique iudicium, quod velit sequendi.

h Placent. lib. quod uariè. actio. tit. 19.
i l. fundum. de exceptio.
K lib. 3. Miscel. cap. 23.
l l. 1. §. interdictum. uti pos.
m l. uti frui. §. §. ult. si ususf. pet.

§. Sed istæ.

1 *Continuatio huius §. ad præcedentes.*
2 *Ciuiles actiones sunt, quæ ipsa origine sunt à iure ciuili.*
3 *Prætoriæ sunt quas Prætor de nouo induxit.*
4 *Actio commodati est ciuilis.*
5 *Discussa l. 1. ff. commod.*
6. 7 *Rei vendicatio aduersus eum, qui dolo desiit possidere, an ciuilis sit, vel prætoria.*
8 *Actiones ex statutis concessæ, an ciuiles sint, uel prætoriæ.*
9 *Defenditur Accursius à calumnia Dyni.*
10 *Prætoriæ actiones descendunt etiam ex contractu, vel quasi; ex delicto, vel quasi.*
11 *Vocula (quasi) quid significet.*
12 *Lectio huius §. restituta.*

Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, *a* & si quæ sunt similes, ex legitimis, & ciuilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas Prætor *b* ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in rē, quàm in personam, quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere. Vt ecce, plerunque ita permittit Prętor in rem agere, ut vel actor dicat, se *c* quasi usucepisse, quod non usuceperit: *d* uel ex diuerso, possessorem aduersarium suum non usucepisse, quod usuceperit.

a Vsq; ad §. in personã. ins. eodem. in l. actionũ. 25. in fi. de act. & obl.

*Hactenus] Imperator de actionibus ciuilibus, tam in rem, quam in personã desseruit: iam progreditur ad actiones p̃torias, reales, & personales; & primò de realib, a tractat, sicq; latentur ad secundã actionum diuisionem accedit, quę fit respectu causæ efficientis: quia aut ciuiles sunt, aut prætoriæ: sicut b Vlpianus etiam scripsit. Ex textu autem colligendum est, quæ actiones dicãtur ciuiles, & q̃ p̃toriæ. 2 Ego prætermissis Doctorũ altercationib. eas puto [ciuiles] esse, quæ ex ciuilib. causis suã trahunt originem, non quæ sunt approbatæ de iure ciuili. Sic postea ait Iustinianus: 3 eas esse p̃torias, [quas Prętor ex sua iurisdictione propositas habet;] nõ dicit; quas approbauit, vel cõfirmauit, sed quas ipse adinuenit, & ex suis edictis proposuit. Hinc consequitur, si aliqua actio inueniatur origine iuris ciuilis esse, quia eo iure introducta sit, Prætor autem eã approbarit, tum dici debere ciuilẽ, non prætoriã, quia Prętor nihil aliud adiecit, quàm quod approbauit. 4 Vnde actio [cõmmodati] ciuilis esse dignoscitur, qa descendit ex iure ciuili, & ex contractu iuris gentiũ, tametsi * Prætor eã approbauit, edictũ in ea p̃ponendo. 5 Nam quod pretor ait, [iudicium dabo,] c ad approbationem referendum est, non inuentionem, siue originẽ. Voluit enim Prętor suã addere approbationẽ, ut suam ostenderet solicitudinem circa restitutionem d rei commodatæ. Quod si verò aliquib. actionib. à iure ciuili inuentis non nuda Prætoris approbatio, sed & ampliatio quædam, siue extensio, vel etiam adẽptio, seu diminutio accessit, an idẽ obtineat? Exẽpli causa: [Rei vendicatio] est ciuilis, quia suã originem traxit ex l. XII. tab. quæ constituebat eam tantũmodo dari aduersus possidentem. Sed quia multi desinebant dolo possidere, ut subterfugerẽt iudiciũ rei vendicationis; ideò Prętor postea eam sic produxit, ut & cõtra eũ, qui dolo desiisset possidere, detur. Iã si ipsam spectemus originem, quæ ex lege XII. tabul. fluxit, dicendum erit, eã esse ciuilem: sin autem cõsideremus approbationem Prætoris, non illã quidẽ nudam, ac simplicem, sed quæ hẽat aliquid nouæ adiectionis, aut quæ extensionem quandã, siue mutationem à prima huius actionis origine inducit, videtur potius esse pretoria in casu nouato, qui casus nouiter ex Prętoris iurisdictione ad primam actionis constitutionẽ, seu originem adiectus est. Accur. ait. ẽt nihilominus ciuilẽ esse nuncupandam, ea ratione: quoniam ad inspiciendum,*

* In l. j. cõmo.
c d. l. 1.
d l. 3. in princi. naut. caup. stab.

ciendum, an actio aliqua ciuilis sit, vel prætoria, debet intueri personam actoris, ex qua metimur ius. Quam assertionem & Bal. recipit, rationem tamen ipsius damnat, quia ex ipsa potius origine, quàm persona actoris conuincimus, actionem aliquam ciuilem esse, vel prætoriam. Ego Iasonis subscribo sententiæ, quam & vulgo receptam puto, quod ista vtilis [rei vendicatio,] quæ aduersus eum, qui dolo possidere desit, exercetur, inuentione sit ciuilis, per extensionem verò prætoria dici possit idque obseruandum est diligenter per vniuersum ius ciuile. 8 Sed quid dicendum fuerit de actionibus, quæ hoc seculo ex statutis diuersorum magistratuum introducuntur nominatim vel tacitè? Et prætorias actiones censeri Bar. [e] *rectè prodidit: quoniam omnes hodie magistratus, post Imp. proximius accedunt ad exemplum prætoriæ iurisdictionis, quàm vllius alterius magistratus.* e l. vlt. de pœn.

a *Et si quæ sunt si.] Verbo [legitimarum actionum] intelliguntur ll. XII. tabul.* [f] *Accur. hic declarat, quæ sint ita similes actiones, & dicit, [ex contractu, vel quasi, ex maleficio, vel quasi.] 9 Quo loco Dynus calumniandi accepit ansam, quasi Glossator per hanc expositionem negare videatur, Pretorias actiones dari ex contractu & maleficio: id quod verum esse constat. Primũ enim actio [de constituta pecunia]* [g] *prætoria est. Item [actio negotiorum gest.] descendit ex quasi contractu, & apparet* [h] *eam esse pretoriam. Sic furti actio ex delicto profluit, & tamen est prætoria. Præterea actio in factum ex edicto, aduersus nautas, caupones, stabularios, proficiscitur ex quasi delicto, & similiter prætoria est. Vides ergo in his omnib. causis nasci actiones vtriusque generis, tam ciuiles, quàm prætorias. 10 Respondeo tamen huic Dyni calumniæ, Accursium non negasse per hanc interpretationem, quin & prætoriæ actiones ex his causis (nempe, ex contractu, vel quasi, ex maleficio, vel quasi) promanare queant; quia hæc ipsius expositio intelligenda est secundum materiam, in qua loquitur. Fit enim hic mentio de ciuilibus actionibus, ideò quoque exemplum dedit ex contractu, vel quasi, &c. quæ sunt ciuiles actiones; atque ita eum omnes excusant; nec vnquã facile crediderim, Accursium, diuini planè ingenij hominem, & summum iuris apicem aliter sensisse, & in re tam minuta lapsum fuisse.* f gl. uerbi, quorũ mentionẽ. g S. de constituta. inf. h. tit. h l. 3. in prin. de neg. gest.

b *Ex sua iurisdictione.] Id est, ex suis edictis proditas. Sic enim iurisdictionem & alijs in* [i] *locis pro edicto Prætoris, qui ius dicebat, vsurparunt Iurisconsulti.* i d. l. 3. S. 1. de recep. arb. & l. quamuis. de in ius uoc.

c *Quasi vsucepisse.] Hoc est, ut actor quasi vsuceperit, quod tamen non vsucepit, dicat suum esse. 11 Significat enim hæc particula* [k] *(Quasi) propriè idem, quod tanquam* [illegible]*, perinde ac si. Vnde etiam quasi nepotes* [l] *appellatur; perinde quasi ex vero filio nati. Et ita Theophilum quoque hunc locum uertisse video: ait enim,* [illegible] *[Si paret hanc rem meam esse], tanquam vsucaptam a me.]* K Hos. & Bald. hic. l l. adoptiones. scilicet adop.

d *Vel ex diuerso possessorem aduersarium.] 12 Ita hunc locum esse legendum, probat ueterum exemplariorum fides, & ipsius sensus ratio; vt hic Bald. uin. attestatur. Est enim hæc ipsa species, quæ paulò* [m] *post explicatur: nempe cùm agitur aduersus possessorem, qui Reipub. causa abfuit, quasi interim rem non vsuceperit. In vulgatis verò codicibus sic legebatur: vel ex diuerso possessor dicat, aduersarium &c.* m S. rursus. infr. eod.

§. Namque si cui.

1 *Dominium duo habere adfinia.*
2 *Quasi dominium, non esse speciem dominij, sed potius adfine, contra Bar.*
3 *Vocula, quasi significat improprietatem.*
4 *Dominium acquiritur, etiam ignorante domino: secus in quasi dominio.*
5 *Causæ iustæ ad transferendum dominium, sufficiunt etiam ad Publicianam.*
6 *In seruitutibus, patientia habetur pro traditione.*
7 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habuit.*
8 *Non esse dominum, accepisse a non domino, & similia verba, quomodo in legibus accipiantur.*
9 *Publiciana, & directa, & utilis dici potest.*
10 *Qualiter argumentetur in hoc textu Imp.*
11 *De qua duritie loquatur textus.*
12 *Alieni facti probabilis est ignorantia.*
13 *Nemo debet locupletari cum alterius iactura.*
14 *Mendacium ex dolo prouenit ad decipiendum alterum.*
15 *Iure prisco per vsucapionem non contingebat dominium.*
16 *Publicianæ actionis definitio explicata.*
17 *Publiciana quare dicatur actio in rem.*
18 *Publiciana est actio prætoria.*
19 *Causa impulsiua Publicianæ inducendæ.*
20 *Qui denotetur per iustam causam.*

21 Si res tradita a uero domino, amißa sit, datur rei uendicatio.
22 Bona fides neceßaria in Publiciana.
23 Qui potest vsucapere, potest Publicianam intentare: & econtra.
24 Seruitutes discontinuæ, quamuis non usucapiantur, tamen vendicantur Publiciana.
25 Bona fides in emptione duobus temporibus requiritur.
26 Magnus effectus bonæ fidei in emente.
27 Hæredibus post traditionem factam, vtcunque sint in mala fide, datur Publiciana, si defunctus bonam fidem habuit.
28 In bona vel mala fide ratio ementis titularij habetur.
29 In contractibus alijs bona fides sufficit tempore traditionis, excepta emptione.
30 An hodie Publiciana competat, sicut olim: & concludit autor, quod sic.
31 Sine traditione regulariter possessio non procedit.
32 Deficiente vsucapione, nec Publiciana datur.
33 Regula ex proportione circa Publicianam.
34 Vsucapione completa, Publiciana cessat.
35 Publiciana contra uerum dominum non datur, nisi in quibusdam casibus.
36 Affinitas rei uendicationis, & Publicianæ.
37 An etiam verus dominus Publiciana experiri poßit?
38.40 Etiam uero domino Publicianam competere, contra commun, & nu. 62.
39 De dictione, quasi.
41 Explicatur §. merito. l. 1. de public.
42 Interpretatio l. si ab eod. de pignor. & hypot. & nu. 45. 47.
44 Iason reprehenditur.
46 In eadem lege non habere locum argumentum à contrario sensu.
48 Argumentum ab usucapione ad Publicianam affirmatiuè procedit, non negatiuè.
49 In quibus conueniant rei uendicatio & Publiciana.
50 Differentiæ inter Publicianam, & rei vendicationem.
51 Publiciana datur etiam pro rebus incorporalibus.
52 Rei vendicatio datur contra titulo poßidentem: secus in Publiciana.
53 Causa Publicianæ actionis, est quasi dominium.
54 In Publiciana quę requirantur.
55.56 Sufficit in Publiciana, si res pro tradita habeatur.
57 In Publiciana sufficit traditionem & titulum probare: bona autem fides iuramento probatur.
58 Bona fides præsumitur, donec probetur mala.
59 Quid in Public. ex parte rei exigatur.
60 Effectus Publicianæ actionis.
61 Formulæ, instituendæ actionis Publicianæ.
63 Sensus horum verborum, iure dominij vel quasi.
64 Rei vendicatio & Publiciana possunt in libello simul proponi.

Namque si cui *a* ex iusta causa *b* res aliqua *c* tradita fuerit (ueluti ex cā emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum eius rei dominus *d* effectus est; si *e* casu eius rei *f* possessionem amiserit, nullam habet in rem *g* directam actionem ad eam prosequendam *h* quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, ut quis dominium suum uendicet: *i* Sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem, inuenta est a Prætore actio, in qua *K* dicit is, qui possessionem amisit *l* eam rem se vsucepisse, quam usu non cepit, *m* & ita uendicat *n* suam esse. Quæ actio *o* Publiciana appellatur, quoniam primum a Publicio prætore in edicto proposita est,

Superius proposuit Imp. duo exempla Prætoriarū actionum, quæ in rē sunt, generalia; in hoc §. exequitur prius exēplū in specie, nempe Publicianā. Antequam uerò declaremus eā, admonitos esse uolo iuris studiosos, 1 *Dominium duo habere adfinia, ius in rē specificum, & quasi dominium. Ius in re est, quod hēt is cui, uel cuius prædio debetur seruitus: quodq; habet creditor, cui constituta est hypotheca; hoc est immobilis pignus. De hoc in præcedēti* [a] *§. egimus. Hic de altero, nempe quasi dominio, disputabimus.* 2 *Bar. tamen quasi dominium, recenset* [b] *inter species dominij, diuidens illud in directū, utile, et quasi dominium: quod uerum non eße, multis argumentis ostendi potest.* 3 *Primū hæc vocula, quasi, significat* [c] *improprietatem; & quasi tale, non est tale. Deinde vsucapio & præscriptio sunt modi acquirēdi dominiū: ergo is qui vsucapit, uel præscribit, nempe, quasi dominus, priusquam complet usucapionem uel præscriptionē, dominus non est, al ioqui non essent modi acquirēdi dominium, sed potius confirmādi; Hinc ēt consequeretur, duos eē eiusdem rei dominos, eum aduersus quem vsucapitur, & eū qui usucapit, quod cū* [d] *Celso ex diāmetro pugnat,* 4 *Item*

a §. & itē. su. de serui. per totū.
b In l. si minor, §. fi. de euict.
c glo. in l. si cui dotem. §. fi. sol. ma. uide Apell. ī sua Methodica dialect.
d In l. si ut certo §. duob. vehiculū. ff. commo.

4 *Item potest acquiri dominium per procuratorem etiam ignorante domino; quasi dominiũ non potest, nisi domino* [e] *sciente. Postremo, quorsum attinuisset à Publicio prætore nouam actionem introduci? neque.n. vtili domino adiuuenta est noua actio. Proinde nihil aliud est quasi dominium,* [f] *quam ad fine ipsius dominij, sicut & ius in re specificum. Directum verò, & vtile,* [g] *esse ipsius dominij species, indubitatum est. Quocirca Appellus rectè sentit in sua Methodica disputatione. His sic præcognitis, antequam huius actionis naturã inuestigemus, operæ precium fuerit verba huius tex. interpretari παραφραστικῶς* [h] *ex Old cum tota uis, & cognitio Publicianæ ex illis dependeat, quemadmodum ex subiectis apparebit.*

e l.3 § ex pluribus ꝺ acq. rer. pl. l.l. nõ ē no. ... de act. emp.

f Huius explicatione unde p... me in 6. si ... à nõ d... de rer. diui.

g Vtrunq; explicatur supra. de usucap.

h In expl. Publicia. actionis. Claſ 3 act. 3.

a *Ex iusta causa.*] *Id est, ex aliquo contractu, qui descendet ex iusta causa, dum tamen causa, siue contractus sit aptus ad dominij translationem, si uerus dominus tradidisset.* 5 *Quæcunque enim* [i] *causæ iustæ sunt ad transferendum dominium, si res tradatur à uero domino, eædem ad Publicianam sufficiunt, si res à non domino sit tradita.*

b *Res aliqua.*] *Siue corporalis siue incorporalis.*

c *Tradita.*] *Vel quasi tradita,* 6 *propter seruitutes, in quibus patientia habetur loco traditionis. Tradita autem, intellige à non domino, quem tamen accipiens putabat esse dominum.*

d *Effectus est.*] 7 *Per traditionem non, quia tradens non erat dñs, & nemo* [k] *plus in alium iuris transfert, quam ipse habet: Per vsucapionem non, ea enim needũ erat completa* 8 *Hoc quoq; hic obiter obseruandum est, cum lex in hac materia dicit, aliquẽ non esse dominum, vel emisse, aut accepisse à non domino, item non esse factũ dominum, & cætera id genus verba accipienda esse, quatenus ad ipsam legem loquentem attinet, de casib qui sic euenire solent frequenter, & cum eueniunt, apud naturã sunt certi. Nõ autem referenda sunt ad opinionem actoris, qui ignorare põt utrum tradens fuerit. Omnia enim generaliter rerum natura cognoscit, quæ nos plerunque diuinare non possumus, neque tenemus. Itaque autorem traditæ rei non fuisse dominum, ac proinde dominium sibi quæsitum non esse, ignorare debet actor, illud tantum meditatus, quod traditionem, & iustam possidendi causam, quam leges tuentur, nactus sit, & qđ nemo suam probet. Iam pergamus in explicando textu.*

i l. quæcũq;. de publ. in rẽ act.

K l. nemo plus. 54. ꝺ reg. iur.

e *Casu.*] *Vel quouis alio illicito modo. Quibuscunque enim illicitis modis res mihi, vel rapto, vel aliàs auferatur, aut occupetur semper Publiciana competit idque Glossator rectè docet.*

f *Possessionem amiserit.*] *Scilicet ante vsucapionem cõpletam, ea n. perfecta, rei vendicatio daretur.*

g *Directam actionem ad eam.*] *Id est, rei uendicationem.* 9 *Sed nonne, & Publiciana directa est. Quid ni? nam eodẽ planè consilio à prætore introducta est, quo iuris ciuilis autores rei vendicationẽ introduxerunt, quippè vt vnusquisq; rem suam, cuius forte possessionem amisisset, persequeretur. Cæterum sic, ut aliæ actiones: ideò dicuntur utiles, quia porriguntur vltra sententiam autoris: ita hæc actio dici potest vtilis, collatione facta cum rei vendicatione, quæ directa nuncupatur.*

l Old. in expos. huius actionis.

h *Quippè ita proditæ.*]. 10 *Iustinianus utitur enthymemate summi iuris: Reducamus ad formã integri syllogismi,* [l] *hoc pacto: Iure ciuili actiones in rem proditæ sunt ad vendicandũ dominiũ suum: sed bonæ fidei possessor non habet dominium, ante completam vsucapionem: ergo iure ciuili non est ei prodita in rem actio. Illud argumentum cui non imponeret incauto? Audi nunc temperamentum.*

i *Sed quia sanè durum.*] 11 *Vñ colligemus istam duritiam, cui subuenit prætor? ex rationib. vtique naturales iustitiæ. Primum,* 12 *quandoquidẽ alieni facti probabilis est ignorãtia,* [m] *non oportebat regulis stricti iuris nos vrgeri ad impossibilem diuinationem. Deinde iniustitia afficeretur is, qui bona fiducia rem accipiens, proximum acquirendi dominij gradum hoc est usucapiendi conditionem adeptus est, si absque vlla causa defectiu* [n] *actionis, iure suo destitueretur, amissa forte possessione.* 13 *Denique natura hoc æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem: locupletaretur autem is, ad quẽ peruenisset possessio, & damnum ferret ille, qui amisisset eam, si non liceret ei talem rem petere. Nimirũ igitur æquũ & bonum fuit introduci Publicianam actionem, huic casui deseruientem.*

m l in oĩum. de iur. & fac. ig. l. ul. ꝓ suo. ita. Old. in act. publi. ex quo hæc ferè delumpta sunt.

n l. bona fides de reiu.

k *Dicit is.*] *Quasi dominus. Est autem quasi dominus, non qui fermè dominus est, sed qui perinde habetur, atque si dominus esset, eodemque iure utitur, & omnia facit, tanquam si dominus esset.*

o l. nã hoc natura. de cõd. indeb.

l *Eam rem se vsucepisse.*] *Id est, quasi usucepisse, se fuisse in conditione vsucapiendi. Docetne igitur lex mẽtiri, & dicere id, quod uerum non est? Quidã ineptissimè de hoc scribunt: breuiter sic dices?* 14 *Mẽdacium ex dolo pficiscitur* [o] *ad decipiendũ alteru: sed bonæ fidei actor neminẽ vult fallere, sed ius suum ꝓsequi, idque permittit ei lex, ergo non dicit mendaciũ. Porrò cũ sit in conditione usucapiendi propter bonã fidem suam, perinde defenditur à lege aduersus extraneũ, ac si* [q] *vsucepit. Si itaq; nudã facti superficiẽ respicias, apparebit tibi mendacium esse, quoniã tempus usucapionis nondum est expletum. Vbi verò introspexeris autoritatem, & rationes eius, tunc iudicabis uerissimum esse, quod bonæ fidei possessor suscepit. In facto n. & qualitate possidendi nihil* [r] *suppletur, sed in re vsucapiẽda. Unde si quis dicat se possidere bona fide, qui malam fidem habet, is dicit mẽdacium, sed qui dicit se usucepisse iuris autoritate, hoc est, se estimari quasi dominum, perinde ac si usucepisset, is non mẽtitur. Si enim iure uetustissimo completa vsucapione possessor non, nisi sola iuris autoritate, defendebatur.* 15 *(eo enim iure per usucapionem nõ contingebat dominium) quare non etiam posset defendi in conditione usucapiendæ?*

p 4. l. §. 1. de do.

q Iuxta regulã l. bona fides. de reg. iur.

r ad l. bonæ fidei emptor. §. in contrarium. ꝺ acq. rer. do. & ita Old. ex leg. hunc modum explicat cui hæc accepta refero.

m *Et ita uendicat.*] *Ab eo nempe, qui possidet, uel qui habet facultatem rei restituendæ.*

n Suam esse.] Sibi esse debitam, & ad se pertinentem.

o Publiciana.] Ergo ex prisco more, vt alij quoque ad inueniendas res præclaras inuitarentur, ei nuncupata est hæc actio, ut à Publicio Prætore Publiciana diceretur. Vlpianus in primo s huius tituli capite refert verba edicti: quę huc facile adscribi possunt.

Explicito] tex. inquiramus exactius Publicianæ in rem actiones naturã. Non potest autẽ id fieri commodius, quàm si eam definiamus legaliter, singulaque deinde ipsius definitionis verba ponderemus. 16 Est ergo. [Publiciana, actio in rem Prætoria, qua petimus, id, quod ex iusta causa à non domino bona fide per traditionem t acquisiuimus, & nondum vsucepimus.] 17 Dixi, [in rem,] ad differentiam actionũ personalium. Primum enim hæc datur ei, qui habet ad fine dominij, sc. quasi dominium: deinde quia datur contra u quemuis possessorem: postremò, quia rei inhæret, & rem persequitur, x a quocunq; possessa fuerit. 18 [Prætoria] aũt dicitur y à Publicio prætore, qui eam introduxit. 19 Nã cum de iure ciuili nulla extaret actio, qua quis rẽ bona fide, & iusta ex cã sibi traditã, nec tamen vsucaptam, peteret (rei. n. vendicationi, non suffragabatur, quæ solidatur z domino) Publicius ex æquitate motus, hanc actionẽ inuenit, ne quis iure suo, i. quasi dominio & opinione illa, qua se putat quis bona fide esse dominum, temerè priuaretur. Apposui deinde, [ex iusta cã.] 20 ad hoc. n. vt huic actionis locus sit, requiritur iusta cã, quod. s. titulus aliquis ad translationẽ dominij aptus, atq; sufficiens p̃cedat quales sunt emptio, donatio, p̃mutatio, dos, legatũ, & quicunq; alij ad a dominiũ operabiles. 21 Subiunxi, [à non domino:] quia si à verò domino res tradita esset, & postea amissa, rei vendicatio cõpeteret. 22 [Bona fide] dixi; quia necesse est qđ actor æstimauerit, eum à quo accepit, dominũ rei esse. Nam qui sciens rem alienã emit, is non facilè hẽt vsucapiendi causam, ideoq; eam rem amissã hac actione recuperare nequit. 23 Per manus equidem traditur, quicunq; est in conditione, & iure vsucapiendi, is hẽt Publicianam: ex diuerso, qui vsucapere non potest, is non rectè intendit, sibi hac actione rẽ amissã b restitui. Vnde ex vsucapiendi facultate Publiciana nascitur: quod & rõne dialectica comprobatur, qua dici solet, ab eo remoueri causatum, à quo causa finalis remouetur. 24 Excipe tamen seruitutes, quæ continuam causam, i. continuum vsum non habent, vt ire, agere & alias, quęcunque hominis exercitium exigunt: nam hæ non admittunt regulã vsucapiendi, & tamen c vendicantur Publiciana. 25. Bona aũt fides emptoris non solum emptionis, sed etiam traditionis tpe adesse debet; quæ & sufficit, etiam si autor, à quo emit fuerit in mala fide, vtpote quia dolũ vel metum adhibuit: nisi res empta vitio reali afficiatur, maculetur, prematur, vt furto, rapina, spolio, violentia: vel si alienatio legibus esset prohibita, vt in fundo d dotali, & in rebus pupillaribus e sine tutore: in his casibus bona fides emptoris nihil prodest, quia sicut lepra leprosum, ita vitia f realia rem ipsã sequuntur. 26 Et vsq; adeò bona fides operatur in mente, vt si ẽt prędia vectigalia ignorãs emerim, licet vsucapi quo ad directũ dominiũ non possint, tamen Publiciana mihi datur, vtile dominiũ g vsucapiã. 27 Sed & hæredib. atq; successorib. meis vniuersalib. post rei traditionẽ mihi vel eis factã, Publiciana cõpetit, ẽt si ipsi sint in mala fide, dummodo ego defunctus bonam haberim fidẽ. 28 Nam in bona vel mala fide, rõ ementis titularij habetur, non hæredũ. 29 In alijs verò contractib. bona fide sufficit tpe traditionis, quãuis in emptione secus sit, vt iam dictũ est. Sed hic obiter occurit qõ multum intricata & difficilis. 30 [Nũ hodie exerceri possit publiciana?] Nam mala fides autoris h hoc seculo impedit (vt vulgo vocant) p̃scriptionẽ: sed vbi non p̃scribitur, ibi non põt agi Publiciana: ergo Publicianæ non videtur hodiè locus. Ego tamen adhuc, p̃termissis altercationib. respondeo, hodie necessariã esse hanc actionẽ, sicut olim, & p̃pterea rectè exerceri, adeoq; in foro nostro nullã propemodum esse frequentiorem; quam sententiam & Ias. hic rectè probat. Nec obloquitur nouella i constitutio, nec refragantur iura k Pontificum, omnia. n. illa ex naturali certitudine loquuntur, ponunt casus, mouent omnẽ humanæ calliditatis Camerinam. Sed cum ad captum humanum, & rem p̃sentem, quæ incidat respicimus, potestne frequenter euenire, quod autor sit malæ fidei, accipiẽs aũt rẽ nesciat? potestne millies in indicio calũniosè à reo allegari contra actorẽ mala fides, vel sua, vel auctoris? potesne item verè (si naturam spectes) excipi de mala fide, quę tamen non probetur iudici? Certè si his casibus tollas Publicianam, quum rei vend. multo minus competat, facies incerta ferè omnium rerum dominia. Retine igitur semper bonæ fidei actorem: retine, malam fidem actoris non apparere; retine, rem carere vitio, & dic semper Publicianam habere locũ hodie, l non minus quam olim. Ad definitionem reuertendo, addidi ẽt in ea, [per traditionem] 31 quia sine traditione, vel quasi traditione, regulariter possessio non procedit; vbi aũt nulla est possessio, ibi nec vsucapio vel præscriptio oritur; 32 & deficiente vsucapione, & Publiciana remouetur. Nisi in his, quib. dominia sine traditione acquiruntur à verò domino; nam si à non domino causa emerserit Publiciana sine traditione dabitur; ut cũ legatur res aliena, vel donatur m cã mortis. Et vt prædicta clarius intelligas, sume regulam ex proportione. Prima proportio; 33 Vbicunque traditione à domino facta transfertur dominiũ, & amissa possessione rei, datur rei vendicatio; sic traditione à non domino facta, si datur vsucapiendi conditio, amissa possessione Publicianæ locus est. Secunda; Vbi sine traditione à verò domino trãsfertur dominiũ, & vendicatio competit, ibi sine traditione à non domino datur vsucapiendi cõdõ, & Publiciana. Postremò adieci, [& nondũ vsucepimus;] qa si à possessione rei ante vsucapionẽ completã cecideris, hac actione ad possessionem restituendam experieris. 34 secus verò, si res mobilis vsucapta, vel immobilis p̃scripta esset, tũ n. non Publiciana sed rei vendica-

s In l. j. §. ait Prætor. de Publ.
t l. 1. de Publ.
u Tñ cum moderamine. de quo inf. nume. 34.
x l. quæcunque h. titu.
y Vt in fin. huius. §.
z Vt sup. §. omnium.
a l. 1. & l. 3. h. titu.
b l. cum q à furioso. in prin. & l. siue aũt. §. hęc actio. l. si ego emi. §. idẽ Iul. h. tit.
c d. l. si ego. §. j.
d Supra quib. alieg. vel non in princ.
e Supra de aut. tut. per totũ.
f l. vitia. ff. de acqui. poss.
g secundũ cõmunẽ intellectum. l. cum sponsus. §. in vectigal. h. tit.
h Authen. mala fides. C. de p̃scri. lõg. tẽp.
i d. Auth. malæ vit. de p̃scri.
k c. vigilãti. &c. vlt. de p̃scrip.
l Ita Old. class. 3. act. de Publiciana disputans.
m d. l. j. cũ duabus. ll. seq. & hẽs in l. 3. in princ. causas, quib. dñia sine traditione transferuntur. ff. h. tit.

vendicatio competeret, propter usucapionem, longique temporis præscriptione [n] acquisitum dominiũ. 35. Quod autem supra dixi, [Publicanam contra quemcunque possessorem dari] hoc contra uerum dominũ non reciperetur. Nam si forte possessio rei per me emptæ a non domino, in manus veri domini perueniret, hic cessat Publiciana, quippe quod prima æquitas hoc uetat, ne dominus in re [o] sua molestetur. Si tamen verus dominus impetitus per bonæ fidei emptorem non excipiat de dominio, sed taceat, iudicium procedet, cogeturque verus dominus rem actori, si obtineat, [p] restituere. Extat & alius casus, in quo contra verum dominũ Publiciana exercetur: ueluti si Titius non dominus fundũ mihi uendidisset, & tradidisset, q postea ex successione aliaue causa dominus fieret, is Publicianã nõ effugeret si possessionẽ nancisceretur; nã & ipsum vendicantem exceptione [q] repellerẽ. Sunt adhuc pleræque species, quib. Publiciana contra dominum datur, quas Accursius [r] alibi recenset. 36 Ex prædictis apparet, magnam esse cognationẽ, & affinitatem, inter rei uendicationem, & Publicianam. Sicut enim illa de iure ciuili nerò datur domino, sic Publiciana de iure prætorio, quasi domino. 37 Volunt tamen Ultramontani, quod & verus dominus si forte amisit possessionem rei, possit eam recuperare per Publicianã: quod Ias. hic defendit. Faber verò subtili ratione in contrarium nititur, cum uerus dominus propriã, & principem actionẽ rei vendicationis habeat, quæ actiones, utcunque tendant ad eundem effectum, scilicet ad consequendam rem petitam: origine tamẽ sint contrariæ, & per consequens in eadem persona cumulari nequeant: cui sententiæ communis Doct. schola subscribit: Mihi tamẽ prior sententia longe uidetur æquior, & verior. 38 Nã ex his, quæ supra [s] diximus, satis conuinci potest, quod rei vendicatio, & Publiciana non sunt origine contrariæ actiones, sicut interpretes falsò imaginantur, imò tantã affinitatem habent, vt altera alterius supplemento perficiatur, siue originem, siue medium, siue exitum spectes. Quemadmodũ enim Quasi dominiũ non est contrariũ, sed tam adfine dominio directo, ut nonnunquã loco [t] dominij penè situ ta & in actionibus iudicare oportet affinitatem coniunctissimam, non autem contrarietatem. Falsum certè est, quod bonæ fidei possessor ex titulo sit nõ dominus: cõparuit à non domino secundum naturæ certitudinem, sed ipse est quasi dominus, adfinis dominus, vt sic dicam, adeoque vice domini habetur. 36 Adde qđ dictio [Quasi] significat de sui natura [u] diminutionẽ perinde ac si dicamus, penè dominũ, non tameu uerè dominum. Ita Chrysippus dicebat pueros, qui primò iam fari incipiunt, & uocabula, & uerba proferunt, quasi loqui, nequaquam verò dicere aut loqui. Et sanè non oportet ex nuda prorsus naturali simplicitate actiones estimare. 40 Præterea si is, qui iure ciuili hæres est, põt agnoscere bonorũ [x] possessionem pretoriam, quid tandẽ prohibet, verũ dominũ Publiciana experiri? Certe qui uerus dominus est, inspecta rerum natura, & tamen non possit probare dominium directũ autoris sui, is nihil distat ab eo, qui dñs non est, putans tamen se dominũ esse vtrunque. n. est incognitam possessori, qui non potest cogitare. Ergo quare non dicemus utroque casu cõpetere Publicianã, secuti potius humanum captum, quã ut disputemus id, quod in rerũ natura est, aut nõ est? Et in hãc sententiam Zasius quoque inclinasse videtur, tametsi non firmet expressè. Ego aũt censeo eam esse verissimam, & tutissimam. 41. Non obstant huic sententię Vlpiani [y] verba hæc. [Meritò Pretor ait, nondũ vsucaptum: nam si usucaptum est, habet ciuilẽ actionem, nec desiderat honorariam] Hoc enim verum est propriè, & in casu suæ inuentionis: nam ob id peculiariter inuenta est à Pretore Publiciana, ut quasi domino subueniretur, sed propterea non negatur, quin eadem & directo domino competat, si malit ob difficultatem probationis dominij ad hanc confugere. 42. Sed nec Pauli [z] responsum aduersatur, si rectè aduertamus. Ait enim: [Si ab eo, qui Publiciana uti potuit (quia dominium non habuit) pignori accepi: sic tuetur me per Seruianam Pretor, sicut debitorem per Publicianam.] Argumento à contrario sensu mox Iason cum suis infert. [Ergo qui dominium hẽt, Publiciana uti non potest.] 43. Expendit Iason principium legis rationem autem legis negligit, cõtra [a] Celsi iurisconsulti dogma, [qui in ciuile esse] ait, [nisi tota lege perspecta una aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere.] Vt ergo manifestius appareat quid sibi tota illa Pauli lex velit, eius verba ponderanda sunt. 45. His enim (mea quidem sententia [b]) Paulus hoc docet: quemadmodum bonæ fidei possessor tutus est, ita & creditor, qui causam pignoris ab eo habet, defendi potest; nec amplius. Sed ne iurisconsultus ignotum docuisse per ęquè ignotum uideretur, & dubiũ mox esset, quomodo bonę fidei possessor tueri se posset, aut quousque, periphrasi, & circuitione quadam aliquanto eum verbosius, atque ita expressit, vt & tyrones iuris colligere possent ex vno verbo rem omnem. Ait enim: [Si ab eo, qui Publiciana uti potuit, quia dominium non habuit;] Cum meminit Publicianę, ex solo eius nomine illico vides, debitorem non esse tutum aduersus ipsum dominum: & sic nec creditorem in causa pignoris defendi posse aduersus uerum dominum, alioqui satis fuisset eadem opera dixisse: Si bonæ fidei possessor rẽ det pignori, ita tuetur creditorẽ Pretor, &c. Sed eo casu multis fuisset iterũ docendũ Iurisconsulto, quo tandem pacto bonę fidei possessor à Pretore defenderetur; quæ uno verbo ꝓuertit, atque remouit omnia, usus in hoc figura Metalepsi, id est, transsumptione, & pro bonæ fidei possessore dixit, [is qui Publiciana vti potuit:] ne longa opus esset ad reliqua dissoluenda q̃stione, & lector paulò oculatior, ex priori, quicqđ superesset, nullo negotio colligeret. 46. Quapropter in prædicto Pauli [c] respõso nõ hẽt locum argumẽtũ à contrario sensu: cũ minimè id voluerit Iurisconsultus: qđ Iason parũ accuratè ꝓpedit. 47. Idẽ & Accursius in primis huius respõsi verbis sẽsisse videtur: quia dũ Paulus inqt, [Si ab eo, q Publiciana uti potuit, &c.] subijcit Accursius, [nõ rei vẽdicatione] q. &c. quasi velit ipse dicere; Rei uẽdicatio cõ

n l. traditionib. cũ ibi no. C. de pact.
o l. pen. & l. fi. h. t.
p d. l. pe. & fin.
q l. si à Titio. de rei vẽd. l. si à Titio. de ex cess. rei ven.
r In d. l. fi.
s In verb. quia sane duru m.
t l. bone fidei emptor. de acquiren. rer. domi.
u l. in facto. de conditio. & demon.
x § item ab intestato. supra de bon. poss.
y in l. 1. §. merito. de Public.
z in l. si ab eo. de pigno & hyp.
a l. 2 3 inciuile. de legi.
b Quod etiam iã antea. Vol. Hug. clariss. nostri temporis. I. C. tradidit iu suis additionibus de actio.. obseruationib.
c d. l. si ab eo.

petit tantùm veris dominis (quod & verum est) non autem infert ibi Accursius, ita vitissim Publicianā dari directis dominis, & licet ab hac sententia ipse postea recedat, ea tamen longe verior est, & sensui Iurisconsulti multò cōsinior. In summa, nulla lex expressè vetat, quin, si verus dominus velit agere Publiciana, id possit. 48 Huc etiam quadrat, quod [d] Baldus alibi scribit, argumentum illud, [Quibuscunque casib. potest procedere vsucapio, in his Publicianæ locus est:] affirmatiuè quidem valere, nō autē negatiuè. Ideoque fallit argumētatio; Remouetur à uero domino vsucapio remouetur Publiciana; affirmatiuè quidem inter se conuertuntur, negatiuè nequaquam. Sed de hoc satis. Porrò conueniunt prædictæ duæ actiones; & in alijs, 49 quia sicut rei vendicatio aduersus eum competit, qui possidet, vel dolo possidere desijt, vel hēt restituendi potestatem; ita & Publiciana. Subinde, quemadmodū possessor in priore dolum, culpā siue moram præstat, item de damnis, fructibus, & expensis restituendis obligatur; ita quoq; in Publiciana. Demū, sicut in illa petimus nos declarari dominos esse rei petitæ: ita in hac petimus nostrum ius [e] declarari, hoc est, nos esse quasi dominos. Et breuiter in [f] oīb. fere conueniunt. Differunt tamen in quibusdam. 50 Primū enim, rei vendicatio ordinaria, & ex iure ciuili, princeps & directa est actio; Publiciana verò extra ordinem velut in subsidium introducta, utilis respectu uēdicationis dici potest, vt ex tex. nostro apparet, [nullam,] inquit, [habet in rem directam actionem,] sed quatenus ad edictum attinet, utiq; eā directā uocabis; qđ [g] supra docui. 51 Deinde rei vendicatio datur tantùm pro reb. corporalib. Publiciana ēt pro incorporalibus, puta seruitutibus, quæ alicui à non domino constitutæ sunt. Vnde si à quasi possessione seruitutis cadas, priusquam præscriberetur, hac [h] actione experiri posses. 52 Porro rei uendicatio exercetur aduersus oēs possessores, quocunque titulo, aut siue titulo rem tenentes, dummodo possint [i] restituere: Publiciana aūt contra possidentem titulo, & bona fide, hoc est, aduersus eum, qui à non domino ex iusta cā accepit, non datur, nam hoc casu melior est conditio possidentis, [K] quā petentis. Si tamen possessor, intelligens sese in ius vocandum, procurauerit hunc titulum in fraudem actoris, nihil ei prodesse potest, quia petitor aduersus exceptionem habet doli mali replicationem; idque Bar. [l] rectè probat, aloqui possent semper commentitio, seu procurato in fraudem titulo iudicium hoc eludere. 53 Causa istius actionis est, quasi dominium; sicut enim in rei uendicatione requiritur, actorem esse dominum: ita in hac actione oportet agentē, esse quasi dominum. 54 Desiderantur aūt ad quasi dominium, & per consequēs ad Publicianam, potissimū hæc, traditio [m] rerum corporalium, uel quasi traditio incorporalium. 55 Sufficit tamen, si res pro tradita habeatur, licet actu non tradatur, ut si ea res in aliquem iusta ex causa [n] alienetur, cui incūbat naturaliter, quia sit commodata ei locata, vel penes deposita: quid enim hic alia traditione supervacanea fuerit opus, quàm patientia, id est, ut rem apud me manere patiatur dominus? in titulis ēt [pro legato, & pro hærede] non est necessaria traditio, cum etiam sine ea quæratur dominium, apprehensio tamen possessionis sine vitio [o] exigitur. 56 Deinde necesse est, traditionem ex titulo legitimo, & ad translationem dominij apto factam esse, puta ex emptione, donatione, legato vel similibus. Tertiò, quod à non domino rem acceperit. Quartò, bona fides, id est, illæsa conscientia, quia tradentem putauerit [p] esse dominū. Addit Accurs. quintum, quod actor adserat se non esse dominum rei petitæ, quia emerit à non domino. Sed hoc omnino falsum est, & merito à Doctorib. reprehenditur. tametsi Ias. insulsissimè istud defendat. Qua fronte enim dicet actor Christiano iudici: [Ego emi ab eo, qui ius vendendi non habuit, & ille dominium in me transferre non potuit, peto tamen mihi rem restitui:] nonne obstabit huic diuina & humana lex? an non dicet iudex, [Abi in malam crucem, prædo es, [q] qui vendicas id, quod scis non esse tuum?] Reiectis ergo prauis opinionib. dic vno uerbo, tria in Publiciana exigi, titulum, [r] traditionem, bonam fidem. Priora duo probari solent testibus [f] & instrumentis, quæ probatio non habet difficultatem, cum circa ea, quæ sunt facti extrinseci uersetur. Bona fides autem in conscientia actoris intus consistit, ideo per testes doceri non potest, sed regulariter iuramēto probari solet, 58 quoniā ex præsumptiue iuris adminiculū hēt, quod quilibet bonus existimatur iuxta vulgatam regulam. Quod tamen intellige, nisi actor [u] viuat suspectis moribus, aut nisi coniectura legitima refragetur [x] allegatæ bonæ fidei, aut denique nisi reus conuentus dicat, se malam fidē actoris [y] probaturum, his enim casibus non defertur actori iusiurandum de sua conscientia, si reus cōtradicat. Et prædicta quidem, ex parte actoris desiderantur. 59 Cæterum ex parte rei illa ipsa sunt necessaria, quę [z] supra de rei uendicatione recensuimus, videlicet, quod reus possideat, doloue possidere desierit, item quod habeat restituendi potestatem. 60 Effectus Publicianę est, qui & rei uendicationis, quòd scilicet reus conuictus tenetur rem petitam restituere cum oībus fructibus, damnis & expensis. Unde in rei restitutione per Publicianam omnia ea nanciscimur ad vsucapionē, quæ in rei vendicatione [a] ad dominium. 61 Formas verò quib. institui dēat hęc actio, uarias tradit hic Glossator, sed duæ communiter recipiuntur. Vna, [qua narremus, nos à Titio bona fide emisse fundū, & nobis illum traditum fuisse, nosque eum possedisse, cuius tamen possessio ad aduersarium peruenerit, petentes nos declarari quasi dominos, & rem restitui.] Alia communior, & consuetudine magis usurpata, qua dicamus, [fundum iure dominij uel quasi, nostrum esse, & ex titulo emptionis, uel alio sufficienti ad nos pertinere, petentes eum nobis adiudicari, cum fructibus, & omni causa, &c.] Hac [b] formula utimur nunc in foro, siue possimus nos dominos probare, siue non possimus, siue uendicemus ciuiliter, siue Publiciana petamus rem. 62 Est enim verissimum, quod supra diximus, & Dyn. quoque cum quibusdam alijs consentit, uero rei domino competere hanc actionem, si non

facile

d In l. nihil, C. vsuca. pro hære. & l. 1. C. si plures vna sē.
e l. & ex diuerso, §. ubi autē. de rei uen.
f l. eū qui, §. in Publicia. h. ti.
g In uerbo, directā actionē.
h l. si ego, §. si d vsufr. h. tit.
i l. officium, de rei uend.
K l. siue autē §. si duob. h. tit.
l in d. §. si duob.
m l. traditione, h. ti. l. seruit. §. incorporales. de acq. re. dom.
n l. qua ratione, §. hæ quoque res de acq. rei do. §. in secūdū, ubi dixi su. de re. di.
o gl. ī l. Celsus. in uer. existimauerunt. de vsucap.
p l. eū qui a fa sioso. §. ptor. hoc tit.
q Zas. hic. & Oldr. in tract. publ. clas. 3. ubi ēt causam erroris ponit.
r Ita Faber hic.
f l. cum res. C. de probat.
t Bar. in d. l. Celsus. de vsuca.
u gl. in c. significasti. de hom.
x Bar. in l. inter omnes. §. rectè de fur.
y Bart. in l. a §. si a pupillo ꝑ emp. & in l. is pt. ď acq. hæ.
z in §. omniū, nu. 35.
a d. l. eum qui, §. Publiciana.
b Quæ probat per c. abbate sanè. post pri. de re in. h. 6. & ibi glos. & Dd.

facile possit probare dominium. 63 Neque est huiusmodi libellus, alternatiuus, sed disiunctiuus, in conditionem alterius extremi resolubilis: cuius intellectus est, [Peto fundum iure dominij, & si me dominum non probauero, peto me saltem quasi dominum declarari:] quæ disiunctio [c] *admittatur. Quanquã verò leges actori permittant ita petere, quoniam probabili causa incertum est,* [d] *quõ petat: veruntamen in progressu iudicij iudex sommopere animaduertere debet, vtrum directum, an vtile duntaxat dominiũ fuerit sibi probatum, ut* [e] *certam dicat sententiam. 64 Atque ita vides consuetudinem (quæ est bona legum interpres) admittere, vt vtranque actionem, & rei vendicationem, & Publicianam simul proponamus, atque in vnum compingamus libellum: quod ideò fit, quia dominium, est difficilis* [f] *probationis. Et hæc quidem ad Publicianæ actionis cognitionem adipiscendam sufficiant.*

c ca. cõstitutus de resti. in in teg. gl. fi. in l. 1. C. quando prouoc. non est necess.
d Iuxta regulã l. 1. §. vic. si pars her. pe. & l. quæ de tota. § incerte. de rei ven.
e §. curare, inf. hoc titu. nostro.
f Vt tractat in d. l quũ res. de pba. in C.

§. Rursus.

1 *Actio rescissoria durat anno vtili iudicium verò rescindens quadriennio.*
2 *Actionis rescissoriæ descripto in genere.*
3 *Rescissoriam duobus potissimum casibus dari.*
4 *Qui sint absentes, & qui præsentes.*
5 *Rescissoriam esse duplicem, institutoriam actionem & restitutoriam: & quæ sint illa.*
6 *Restitutoria actio habet duas species.*
7 *Iudicium rescindens quod.*
8 *Iudicium rescissorium.*
9 *Rescissoria aliquando est realis, aliquando personalis.*
10 *Rescissoria actio appellatur ab euentu.*
11 *Rescissoria non est propria species actionis.*
12 *Casus §. nostri, quando rescessoria datur præsenti contra absentem.*
13 *Quando præsens contra absentem petit restitui quæuis absentiæ causa admittitur.*
14 *Et eo casu necesse est, quod absens neminem domi reliquit.*
15 *An domi præsens expectare teneatur absentis reditum, vt rescissoria agere possit.*
16 *Ratio, quare in §. nostro rescindat Prætor vsucapionem.*
17 *Quomodo olim & hodie restituatur læsus.*
18 *Rescissoria perpetuatur, lite contestata.*
19 *Rescessoria aliquando competit via exceptionis.*
20 *Quomodo absens restituatur contra præsentem.*
21 *Præsens contra præsentem non restituitur.*
22 *Alienare rem suam videtur, qui præsens patitur eam vsucapi.*
23 *Quando absens contra præsentem restituendus est, non sufficit quæque absentiæ causa, & num. 25.*
24 *Quinque absentiarium genera.*
26 *Captus à prædonibus, vel in vincula coniectus restitui debet.*
27 *In vinculis & eos accipimus, qui sine dedecore in publico apparere nequeunt.*
28 *Quicunque ex necessitate abfuit, restituitur.*
29 *Duo tempora in restitutionibus consideranda.*
30 *Primum tempus, ad quod.*
31 *Si impedimentum sequens absorberet totaliter omne tempus, tunc fit restitutio etiam vltra tempus læsionis.*
32 *Secundum tempus est, infra quod.*
33 *Absens ante completam vsucapionem reuersus, quomodo restitutionem petere debeat.*
34 *Generales quædam doctrinæ circa actionem rescissoriam.*
35 *Rescissoria quando datur pro rebus mobilibus, vtilis est, quando pro immobilibus, est directa.*
36 *Rescissoria est datiua actio, non natiua.*
37 *Aliquando restituitur absens contra absentem.*
38 *De libellis in actione rescissoria.*
39 *Quomodo aptè possit concipi libellus in rescissoria actione.*
40 *Forma libelli in officio rescidente.*
41 *Forma libelli in actione rescissoria.*
42 *Iudicium rescindens, & rescissorium in vno libello cumulari posse.*

Rursus a ex diuerso, si quis cum b reipublicæ cã c abesset, vel in d hostium potestate esset, e rẽ eius qui in ciuitate esset, f vsuceperit: permittitur g domino, si h possessor reipublica causa abesse desierit,

rit, tunc *i* intra annum *k* rescissa vsucapione eam petere, idest, ita petere, vt dicat *l* possessorem *m* vsu non cepisse, & ob id *n* suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & alijs simili æquitate motus Prętor *o* accommodat: sicut ex latiore Digestorum uolumine intelligere licet.

Quemadmodum.] *Publiciana pro re nondum vsucapta recuperanda accõmodatur: ita ex diuerso [actio rescissoria,] in rem quæ vsucapta est, similiter edicto Prætoris datur. Eã in hoc §. qui perplexam & subtilem complectitur materiam, pro virili enodabimus, prius tamen discusso textu.*

a *Ex diuerso.*] *Econtrario, qui ad casum p̃cedentis §. Nam hac particula solet vti Imp eum speciẽ precedenti contrariam exponit. Est autem superiori actioni ea, quæ hic explicatur, plane contraria. In illa nãque imperfecta vsucapio pro perfecta habetur, hic perfecta habetur pro nulla.*

* §. possidere inf. de interd. l. 3. quãadmodũ de acqui. vel amit. pos.

b *Reipub. causa*] *Esset in legatione: animo enim, vt cunque absens corpore,* * *possidebit.*

c *Abesse.*] *Vel ex alia quacunque causa, necessaria, voluntaria, vel probabili. quia hoc casu, quando præsens contra absentem restituitur, non distingui solet, ex qua causa abfuerit.*

d *Hostium potestate.*] *Captus ab hostibus fuisset.*

a Zasius hic.

e *Rem eius.*] *Rem præsentis nobilem, quia in re immobili vix potest* [a] *exemplicari.*

f *Vsuceperit.*] *Intellige, quod ei iusta ex causa, & bona fide tradita fuerit sicque fuerit in conditione vsucapiendi.*

g *Domino.*] *Scilicet vero.*

h *Possessor.*] *Vsucapiens, qui vsucepit in absentia.*

b Io. de Pla. hic. fa. l. fi. C. de rest. in integ.

i *Intra annum.*] 1 *Subaudi, vtilem, debet rescissoria actio intentari, & sic durat anno vtili. [Sed officiũ rescindens] pro restitutione concedenda* [b] *competit quadriennio continuo.*

K *Rescis. vsucap.*] *Id est, rescisso & sublato vsucapionis obstaculo per officium iudicis, quod præsentem impediebat.*

c l. nemo vi. de in integ. rest.

l *Possessorem.*] *Eum qui absens vsuceperat.*

m *Vsu non cepisse.*] *Quoad vtilitatem, vel in effectu, ex quo datur* [c] *restitutio.*

n *Suam rem esse.*] *Quam ob id etiam vendicare studet.*

o *Accommodat.*] *Largitur: & sic refert, Prætorem hanc æquitatem & alijs personis accommodare. Cõmentatores communiter indicant personas, inuertentes priorem casum, nempe si quis præsens vsuceperit res eius, qui abest ob iustam causam: quem casum inferius quoque explicabimus.*

Viso textu.] *ad rescissoriæ actionis declaratiõe procedamus.* 2 *Actio aũt [rescissoria] propriè dicitur, qua quis agit ad rem vsucaptam, quasi non esset vsucapta, conuersa rota quo ad Publicianam.* 3 *Et datur potissimũ duobus, primo p̃sentis aduersus absentẽ, deinde absentis aduersus pręsentem. Primum casum Imp. hic expreßè dixit: alterum verò, qui est longè frequentior, ac vtilior, significauis tantum* [d] *remissiuè. Vtrunque ordine expendemus. Ad euidentiorẽ autem huius rei cognitionẽ videndũ est, qui dicantur absentes, & qui præsentes.* 4 *Et certè qui à loco absunt, in quo aliquid petendũ fuit, extra ciuitatem, vel* [e] *extra continentia ędificia, [absentes] sunt E diuerso [pręsens] dicitur, qui in ciuitate est, in loco moræ, in loco quo petendum fuit, vel in ædificijs* [f] *continentibus.* 5 *Deinde sciendũ est, actionẽ [rescisroriam,] cuius in hoc §. præcipue fit mentio, duplicem esse, institutoriã, & restitutoriam. Actio [institutoria est,] quam dat Prætor illi, cui fuisset nata actio, si domi fuißet; nata tamen non est, p̃p absentiam: quare instituitur, ac si fuisset domi. Exempli causa: Si quis ita disponeret in testamento suo. [Lego Titio centum aureos, si mortis meæ tempore hic Friburgi fuerit.] Iam ponamus, quod Titius post conditum testamentũ cęperit abesse iustam ob causam, & in eius absentia mortuus sit testator, certũ est, ei nullam ex testamento actionem competere, quia deficit conditio: fuisset tamen nata actio ex testamento, si absens non fuisset. Agit itaque hac actione, & restituitur a Prætore rescisso obstaculo,* [g] *ac si non abfuisset: quæ ob id [institutoria] nuncupatur, quia nunquam fuit nata, sed Prætor eam instituit de nouo. Actio autem [restitutoria] dicitur illa, q̃ restituit actionem, quam vsucapio extinxerit. de qua propriè loquitur præsens §. circaque eius cognitionem hic versabimur.* 6 *Complectitur aũt hæc actio duas species, [iudicium rescindens,] quod vna dictione [Rescissionem] vocat Ferrarius, & iudicium. [rescissorium].* 7 *Rescindens iudicium est, quando iudex ex suo officio, vsucapionem, vel alterius generis læsionem rescindendo, restituit læsum in integrum, atque ita tollit impedimentum agendi. Tantum enim adfert restitutio, quantum abstulit* [h] *læsio.* 8 *Iudicium verò [rescissorium,] est actio, quæ competit concessa restitutione, rescissoque vsucapionis obstaculo, ad ipsam rem vẽdicandam, quæ vsucapta erat.* 9 *Et hæc actio interdum est realis, quando scilicet ante completam vsucapionẽ actio realis cõpetebat: vt si rei vendicatio dabatur post rescissionẽ vsucapionis adhuc intentabitur vtilis rei vendicatio, sub nomine actionis rescissoriæ. Interdũ verò personalis, quando cõpetebat personalis actio ante cõpletam vsucapionẽ: veluti si Titius mihi fuißet obligatus ex mutuo, & actio eßet extincta per p̃scriptionem, sustollitur primũ illa præscriptio per iudiciũ rescindens, daturque postea actio p̃sonalis ad mutuum meum persequendum, sub nomine actionis rescissoriæ.* 10 *Appellatur aũt [rescissoria] ab euentu, quia datur in euentum obstaculi, siue impedimenti primũ rescissi sublatique, & propter præambulum* [i] *rescißionis remediũ seu iudiciũ.* 11 *Hinc consequitur, rescissorium iudiciũ nõ esse propriã spe*

d In hoc §. in ver. quod genus.

e l. absentẽ. 199. de verb. signi.

f l. præsens. 5. eum l. seq. de proc. vbi di- ẽt pręsens esse, q in hortis est.

g l. si qs Titio. 41. ex quibus caus. ma.

h l. sed si p Prætorem. 26. h. tit. ex q. caus. maio.

i Ang. & Ias. hic fa. l. fi. qui ex cau. maior.

ciem

ciem actionis per se, sed potius adiectionem declaratiuam, siue cognomen actionis praecedentis: sequitur. n. omnino [k] eius naturam. 12 His sic ꝑlibatis, quod ad priorem §. nostri casum attinet, quando s. præsens contra absentem petit restitui, finge; Titius me præsente à non domino emit rem meam mobilem, puta vasa quædam argentea, quæ mea erant (quia in rebus immobilibus hoc vix procederet, Zasio adstipulante:) interim contingit illum abire, quia mittebatur forte in legationem causa Reipublicæ, deferens secum ista vasa, puta ꝑꝑ pompam, vt solet fieri. Ibi in legatione iste quasi dominus complet vsucapionem, dum absens fuit. Eo reuerso in ciuitatem, volo vasa mea repetere, sanè mihi non cōpetet aduersus eum rei vendicatio, quia illa tantū domino datur, & dominium per vsucapionē translatum [l] est in ipsum Titium; agenti ergo mihi obstabit vsucapionis exceptio. Quia tamen nulla mihi negligentia pōt obijci, potero experiri iudicio rescissorio, quo petam per officium iudicis me restitui in integrum, vsucapionemque rescindi, vt rem meam, cuius dominiū in emptorē per vsucapionē transfusum est, vtiliter vendicare possim. 13 Et hoc casu nō distinguitur, ex qua cā vsucapiens absuerit, an ex causa necessaria, probabili uel voluntaria, seu etiam ex cā improbabili, vt est in relegato, & contumace. Nam si datur aduersus eum actio qui Reipub. causa absuit, quantò magis aduersus eum competere debet, qui absuit ex causa minus iusta? 14 Necesse tamen est vsucapientem absuisse, neque reliquisse domi procuratorem, vel defensorem, quem præsens domi in vsucapientis absentia conuenire potuisset, sicque vsucapionem impedire. Nam si alterutrum factū est, vsucapio non [m] rescinditur. 15 Domi tamen ꝑsens non aliter adstringitur expectare absentis reditum, nisi speretur eum breui reuersurū. Quod si suspicio sit, eum diu absuturum, vt quia sit captus ab hostibus, ea specie curator dandus est bonis absentis, contra quem poterit ꝑcedi ordinariè vsque ad sñiam [n] diffinitiuam, & executionē. 16 Obserua quoque, in præfato themate rescindendi vsucapionem æquitate Prætoris, quia cessat hic ratio vsucapionis: neque. n. obijci pōt domino, cur fuerit adeò negligens, vt rem suam intra triennium non vendicauerit: cum possessor absuerit, nec quenquam domi reliquarit, quem eius loco impetere potuisset. Præterea ex textu colligis, quod olim læsus restituebatur intra annū vtilem à tpe læsionis: sic dictum; quia non currebat à principio, quando esset impeditus petere restitutionem Hodie iste annus vtilis est cōmutatus in qa trienuium continuū, quod semper & continuo profluxu currit, siue læsus impediatur [o] agere, siue non impediatur, vsque adeò, vt si prætor restitueret aliquē post hoc tps, nihil ageretur, & [p] restitutio nullius esset momenti. Hæc tamen anni vtilis correctio ad iudicium Rescindens coarctandum est, i. quo ad impetrandam restitutionem: Secus est in iudicio Rescissorio, i. dum debet opponi actio obtenta restitutione: in eo enim annus vtilis non est emendatus, quinimo ab obtenta restitutione intra annum vtilem intētari dēt rescissoria actio. Atque idem [q] Accursius voluit. 18 Perpetuatur tamen hæc actio [r] lite contestata, postq̄ iudicium captū est. 19 Nisi forte cōpetat via exceptionis (vt plerunque competit;) tum enim vltrò perpetua est, ncē hēt tempus, intra quod [s] proponatur. Veluti similes, vel aliàs iustè impeditus, per absentiam passus sit vsucapi rem suam in absentia. si iste absens reuersus, in ciuitatem, tantum efficiat, quod possessionē rei vsucaptæ sine vitio obtineat, & iste alter, qui vsucaperat, velit eā vendicare, quasi res sua sit vsucapione: ea specie pōt miles excipere de rescissoria, dicendo, actorē iniustè vsucepisse, quare petat se restitui in priorem statum, rescissa vsucaptione. Ecce iam per viam exceptionis rescinditur vsucapio per militem, vel absentem, ad quē reuersa est possessio. 20 Nunc ad alteram speciē, quam remissiuè Imperator hic [t] intellexit, quando absens restitutionem contra præsentem petit: veluti si Titius bona fide emeret à Seio rem meam mobilem, & præsens vsucaperet, quia forte absui triennio, sicq; per vsucapionē amisis dominium rei meę, quare rediens non possum eam vendicare. Imploro itaque primum iudicis officium, vt rescissa vsucapione restituar in integrum: restitutus experior actione rescissoria cōtra Titium præsentem, qua peto, & vendico rem meam à Titio vsucaptam, ac si vsucapta non esset. Idē dicas dę re immobili in absentia alicuius præscripta: nō enim facio hic differentiam. 21 Primum hic requiritur absentia eius, cōtra quē vsucapitur, nā si vterq; fuerit præsens, procedit usucapio, nec tolli, rescindiue potest. 22 Alienare. n. rem suam uidetur, qui ꝑsens [u] patitur eā usucapi. Deinde oportet, ut absit iustam ob cām, alioqui usucapio currit, etiam contra absentem, ut cassari [x] nequeat: Denique ut restituatur in integrū, priusquam [y] agat Rescissoria. Rescinditur aūt hic vsucapio à Prætore: nam valde æquum est, vt Prætor defendat eum, qui iusta ex cā absuit. 23 Quamquam enim, si de restitutione concedenda præsenti contra absentem agitur, non curamus de causa absentiæ: secus tamen obtinet, quando absens contra ꝑsentē restituendus est, quoniam eo casu fit differentia absentiarū. 24 Quod vt apertiùs cognoscat, scire conuenit, quinq; esse absentiarum [z] genera. Prima est probabilis & necessaria, ut in eo, qui abest cā militiæ, causa reipublicæ, causa aduersa valitudinis. Secunda probabilis tantū, ut si quis absit studiorum gratia. Tertia necessaria tantum, vt est in absente causa relegationis, siue exilij. Idem quoque est in illis, qui sunt expulsi ex vrbibus, vel qui aufugiunt ob iustum metum, Quarta voluntaria siue contumacia, vt in absente causa mercaturæ, vel negotiorum. Quinta voluntaria cum contumacia, vt hi, qui contumaciter absunt, nolentes sui copiam facere in iudicio. 25 In priorib generib. regulariter restituitur reuersus in integrum, olim quidem anno, hodie [a] quadriennio: in duob. [b] posteriorib. non item. 26 Si tamen aliquis fuisset captus à latronib. vel prædonib. aut aliàs coniectus esset in vincula ꝑ vim potentioris, ista esset causa [c] cōcedendæ sibi restitutionis, 27 Plus ēt, & præclarius ait [d] iurisconsultus, [in vinculis & eos accipi, qui ita obligati,

sunt,

k Faber hic.

l l. traditionib 20 ibi Dd. C de pact.

m l. itē ait prętor 21. §. hæc aūt restituti. ver. eo potius cū §. seq. quibus caus. ma.

n l. ab hostib. §. ego aūt, h. tit. Bar. in l. ignorare, ad fi. C. de in integr. restit. milit.

o l. si de tēp. in integ. restit.

p arg. eius quod traditur ꝑ gl. in l. properandum. in pr C. de iud. & fa. l. scire oportet. §. consequēs. de excus. tut.

q gl. verbi, annum vtilem.

r gl. in l. fi. & ibi Bal. de tem. in integ. restit.

s tex. i l. nec nō. §. exēplo. qui. ex cau. maior.

t In ver. qđ genus. & de hoc casu multa habentur ꝑ discursum in ff. & C. quib. ex cau. majo.

u l. alienationis. 28. de ver. sig.

x l vlt. C. de ꝑsc. long. temp.

y l. nec non. §. exēplo h. tit.

z gl. hæc genera recēset. in l fi. quib. ea cau. majos.

a Vt sup. nu. 17.

b Ias. hic. & Bar. in d. l. fin.

c tex. in l. succurritur. h. tit.

d in l. in eadem. eodem tit.

sunt vt sine dedecore in publico [e] *apparere non possint.*] 18 *Et generaliter, quotiescunque q ex necessitate, & non voluntate absuit, subuenitur ei per restititutionem* [f] *in integrũ. Denique vbicunq; iudici æquũ videbitur, pôt absentẽ restiture, nisi contrariũ iure cautum sit. Et sanè diligenter hoc loco indagãda sunt restitutionis tpa, intra quæ s. debeat quis restitui: qua* [g] *in re cum commeutatores prope omnes mirificè varient, ego ex mente veritatis (vt puto) succinctè meam depromam sententiam.* 29 *Nouisse autem conuenit, duo tempora in restitutionibus considerari. Primum tempus est, ad quod petit quis se restitui: alterum, intra quod restitutio detur.* 30 *Primum tempus semper vniforme; quia ad tantũ tps petit quis se restitui, in quinto ex absentia fuit læsus, quod potest plus, vel minus esse secundum quod periculũ rei nostræ plus, vel minus, ante vel post proctionem nostram inceperat, & in absentia nostra, vel in impedimento, completa vel non completa* [h] *fuerat vsucapio. Quod autem dixi,* [*ad tantum tempus restitutionem fieri, in quanto quis fuerit læsus & nõ vltrà.*] 31 *hoc uerũ est nisi, impedimentũ sequens ab sorberet totaliter omne tempus. Exemplum. Data est mibi dilatio vnius mensis ad probandum aliquid: cum autem tres adhuc dies istius mensis residui essent, acta sunt casu perdita; sicque impedior probare, propter amissionem actorum; iam peto restitutionem ad tempus lapsum, sed non tantũ ad tres dies, qui restabant, verum ad totum mensem, propter impedimentum amissionis actorum, quod absorbebat totum* [i] *tempus.* 32 *Circa alterum verò tempus dico conclusiuè, quod si res nostra nobis absentibus, vel impeditis vsucapta est, vel iura nostra perierint, à tpe reuersionis, vel cessantis impedimenti olim vtilis annus cõpetijt; hodie verò indistinctè, siue tps læsionis sit magnũ, siue paruum,* [K] *quadriennium continuum datur.* 33 *Imo si nobis reuersis impedimento cessante res nostra nõ omnino vsucapta esset; aut damnũ iacturãue passa, tamen intra modicum tempus post perficeretur: adhuc quadriennium nobis tanquã absentibus, vel impeditis competeret; hoc enim modicum tempus pro absentia cõputabitur. Neque enim illico adstringemur iuri nostro subuenire, quia forte necesse erat, rem domesticam cõponere, aut aduocatos quærere, &* [l] *cætera similia facere. At verò si non modico tempore post nostrã reuersionem, vel impedimento cessante vsucapio siue periculum rei nostræ nobis tacetibus & negligentibus perficeretur, ea specie non audimur, restitutionẽ petentes, ut quibus ius nostrum propria culpa perierit. Hoc tamen totum relinquetur arbitrio iudicis. Atque hanc opinionem, q̃ Placentinus etiam tradidit, puto* [m] *veriorẽ esse, nihil diuinando, vel absurdè supplendo, quã & Castrensis* [n] *sequitur; licet Accursius, Bartolus, Baldus, aliique interpretes crebriore calculo diuersa sentiant, & restitutionem saltem ad tpa absentiæ, tamen compensato tempore negligentiæ, concedant: sed in hoc errorem esse, Zasius hic validis rationib. ostendit.* 34 *Videamus nunc circa rescisoriam actionem generalia quædã. Competit hæc actio Rescissoria non tantum læsis per vsucapionem, verum etiã successoribus eorum, & illis quorum* [o] *interest; daturque non solũ aduersus eũ qui immediatè sentit lucrum ex vsucapione, imò & contra eius successores, & contra tertiũ, ad quẽ res peruenit, maximè quando est actio* [p] *realis; habetque locum non tantũ in rebus mobilibus, verumetiam in reb. immobilibus.* 35 *Quando autem pro reb. mobilibus competit, vtilis est, & non directa. Res enim mobiles vsucapiuntur; per vsucapionem transfertur directum dominium; & Prætor directũ dominium restituere non pôt: quare & directam actionem dare nequit. Dat itaque hoc casu actionem quæ per vsucapionem amissæ erat post rescissionem vsucapionis utiliter. Quando autem pro rebus immobilibus exercetur, directa est, & non vtilis; nam res immobiles præscribuntur, & præscriptione directũ dominium (cõmuni interpretum* [q] *sententia) non tollitur: quare rescissa vsucapione competit adhuc actio directa, quæ ante completam præscriptionem dabatur, licet hic sortiatur cognomen, appelleturque rescissoria, vt si ante præscriptionem competijsset rei vendicatio, eadem rescissa præscriptione cõpetet, sed appellabitur rei vendicatio* [r] *rescissoria.* 36 *Est porro Rescissoria actio Datiua, & non Natiua, non enim habet cãm materialem per seipsam existentem, sed æquitate quadam competit, eique spiraculum vitæ à Prætore datur & inspiratur, quod & Zasius contra Bart. qui eam existimabat natiuam esse, satis defendit.* 37 *Quanquam autẽ cõiter interpretes alteram tex. nostri partem ad eum casum restringant, quando absens aduersus præsentem petit restitui potest tamen & alia specie obtinere: quando s. præsens contra absentem restitutionem petit: vt, si me præsente Titius rem meam bona fide emeret, & post traditionem quoque abesset: donec vsucapio compleretur: si postea ambo reuertuntur, competit mihi contra Titium actio rescissoria, qua ago, vt officio iudicis restituar in integrum, & vsucapio rescindatur; eoque deinde rem meã vtiliter* [s] *vendicare possum.* 38 *Nunc tãdem ad praxim descendamus, aperientes, quanã forma hæc duo iudicia, de quibus in hoc §. agitur, in foro proponi debeant. Et plerique contendunt, materiam Rescissoriæ actionis per vnum libellũ expediri non posse, sed requiri, libellos pponi seorsim, quod s. primò porrigatur libellus in offõ iudicis rescindentem in quo petatur restitutio in integrum, & vsucapionis rescissio: quibus impetratis, proponendus sit libellus, illius scilicet actionis, quæ per vsucapionem sublata erat, sub nomine tamen actionis rescissoriæ. Quorundam verò est opinio, satis esse, si proponatur vnus libellus, qui vtrunque comprehendat, vel saltem liberũ esse, ambos libellos separatim proponere; quam opinionem & Iaf. hic sequitur. Nos formabimus libellos separatim, ex quibus quoque facile colligi potest ratio proponendi cõiunctim. Non autem possunt præscribi certæ regulæ seu formæ libelli in hac actione, cum variarum actionum naturam habeant.* 39 *Is autem, qui aptè libellũ cõcipere velit, primũ obseruet, qualis fuerit actio, quæ per vsucapionẽ extincta erat, narretq; in principio*

e fa. gl. notab. in c. si. quis testiũ in verbo, paupertate, extra, de test.
f l. sed & si p pꝗtorẽ in fi. h. ti.
g Fab & Dd. hic.
h l. sed etsi. §. quoties. quib. ex cau. maio. vbi ad vnum solũ diem fit restõ, l. nec nõ §. si qs sæpius. eo. tit. l. quod tpe. cum ibi plenè not. C. de in integrũ restit. min.
i l. 15. & ideo. cum ibi no. de verb. oblig.
K Quod tenet Bal. in d. l. sed etsi. §. quoties. & fa. d. l. quod tẽpore.
l l. 15. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ex quib. cau. ma.
m Pro qua est tex. aper. in d. §. sed qđ simpliciter; cum l. sequen.
n In l. deuotio. §. non solum. hoc titulo.
o Vt colligitur ex l. patri. in prin. de min.
p l. cum miles. cũ simil. h. tit.
q Dd. in l. traditionibus C. de pact.
r Vt per omnes hic.
s De quo, per Dd hic. & fa. tex. in l. verũ, §. pen. de mi.

cipio libelli impedimentum, sine causam, propter quam in integrum restitutionem desiderat. Deinde petat in libello eo ipso modo, quo peteretur in actione, quę per vsucapionē sublata est, siue sit realis, siue personalis. In reali tamen concluditur ad declarationē dominij, vel quasi dominij, in psonali verò, ad dādum, vel faciendū. Forma itaque libellū in officio rescindente separatim hoc modo: 40. [Quū ego reipub. caussa abessē, nemineque domi, qui negociū meū expediuisset, reliquissem, vendidit Sempronius rem, quæ mea erat, & eam Titio tradidit, quam & vsucepit antequam redirem. Neque enim vsucapionem interrumpere potui, propter iustum impedimentum. Cum aūt iura absentib. vel aliās iusta causa impeditis subueniant, eosque in integrum restitui iubeant, peto per officium vestrum me restitui in integrum, dictamque vsucapionem rescindi, & me ad augendum pro dicta re mea admitti, perinde ac si vsucapta non esset] Et postquam per officium iudicis rescindens restitutio in integrum impetrata fuerit vsucapioque rescissa, potest deinde illa actio intentari, quę per vsucapionem perempta erat, sub nomine tamen actionis rescissoriæ, in hunc fere modum. 41. [Licet Titius rem, quę mea erat, cum ego Reip. causa abessem, emisset, ac vsucepisset, dominiumque huius rei per usucapionem in eum translatum esset, ego quoque propterea impediebar illam rem vendicare: tamen quia illa vsucapio per officium iudicis rescindens, rescissa est, sitq; obstaculū, quo agere impediebar, sublatū: ideo peto per vos declarari, dictam rem ad me spectare iure dominij vel quasi, eamque mihi restitui, ac si vsucapta nunquam fuisset.] Et hæc est actio realis. Eodem modo instituitur in actione personali, dummodo præmittatur causa obligationis, & in fine actionis rescissoriæ petat ad dandum, vel faciendum. Qui verò illa coniunctim velit proponere, potest vtrunque libellū simul in unum conuertere. 32. Nam post uarias Doct. concertationes ad hoc deuentum est, quòd ista duo iudicia cumulari possint simul in uno libello, non tamen simpliciter, sed successiue, & veluti sub conditione, hoc modo: [Domine index, lęsus sum in hac re propter absentiam meam, vnde peto suppliciter, me restitui in integrū: qua restitutione obtenta, peto partē aduersam compelli, ut rescissa vsucapione me in pristinum statum reponat] prout post Iasonem Zasius eleganter probat. Reliqua huc pertinentia Doctores suis locis satis expendunt.

Hæc formula libelli communiter recipitur, quam & probat Pā. in c. cum ex literis de resti. in integ.

§. Item si quis in fraudem.

1 Actionem reuocatoriam habere similitudinem cum recissoria.
2 Varijs modis fraudem fieri, & erga multos.
3 Fraudatores fisci.
4 Fraudatores patronorum.
5 Fraus parentum in necem filiorum.
6 Arrogator fraudans filium arrogatum.
7 Debitore alienante in fraudem creditorum, quę ipsis actiones competant.
8 Vnam esse Paulinam actionem, tam pro rebus corporalibus, quam pro incorporalibus.
9 Edictum fraudatorium quando locum habeat.
10 An Paulinæ locus sit, quando in fraudem creditorum fit remissio debiti.
11 Actionem Paulinam hoc §. explicari, in eoque duo tractari iudicia.
12 Paulina actio personalis, quare inter reales Prætorias immisceatur: & in quo conueniat cum actione scissoria.
13 Textus notabilis explanatio.
14 Paulina tam pro rebus corporalibus, quam incorporalibus datur.
15 Paulina pertinet tantum ad diminuentes suum patrimonium.
16 Verbum possessis, ponitur in tex pro possideri iussis, &c.
17 Fructus quomodo veniant in Paulina actione.
18 Possumus petitionem firmare in fictione iuris.
19 Actionis Paulinæ definitio.
20 Qui in fraudem creditorum rem alienam alienat, Paulina non tenetur.
21 Si debitor citra fraudem alienet, Paulinæ non est locus.
22 Duplicem esse fraudem, consilij, & euentus.
23 Fraus est potissimum fundamentum Paulinæ actionis.
24 In vltima voluntate si fiat alienatio, sufficit fraudis euentus: secus si fiat inter viuos.
25.27 Si ex titulo oneroso facta est alienatio, ab vtraque parte exigitur fraus, secus si lucratiuo.
26 Qui sint tituli onerosi, & qui lucratiui.
28 In patrono non distinguitur, quo titulo libertus alienauerit.
29 Creditores agentes Paulina, fraudem probare debent.
30 Dolus ex multis coniecturis conuinci potest, quæ hic recensentur ordine.
31 Alienatio in fraudem legis facta, ipso iure est nulla.

Quan-

32 *Quando dicetur in fraudem legis fieri.*
33 *Creditorum appellatione qui continentur, quo ad actionem Paulinam.*
34 *Conditio retrotrahitur ad tempus initæ conuentionis.*
35 *Creditor conditionalis fugientem debitorem potest capere, ut securus fiat, &c.*
36 *Creditores futuri an hanc actionem habeant: & quomodo accipiantur.*
37 *Paulina an detur creditoribus, quibus prospectum est per hypothecam.*
38 *Alienatio simulata ipso iure nulla est.*
39 *Paulina directa & utilis quando detur.*
40 *Sine traditione dominium regulariter non transfertur.*
41 *Fictio in Paulina actione, quod res tradita habeatur pro non tradita.*
42 *Alienatio in fraudem creditorum facta, mero iure valet, sed reuocatur.*
43 *An in reuocatione precium sit restituendum.*
44 *Tria requiri ad actionem Paulinam, ut ea locum habeat.*
45 *Conuentus Paulina habet ius offerendi illud, quod debetur.*
46 48. *Excussio bonorum debitoris reuocationem præcedere debet.*
47 *Duo hoc in tex. tangi iudicia.*
49 *In excussionis materia inspicimus quoque facilitatem conueniendi.*
50 *Si sit notorium debitorem non esse soluendo, excussione non est opus.*
51 *Causæ actionis Paulinæ sunt, maleficium, & quasi contractus.*
52 *Actionem Paulinam personalem in rem scriptam esse.*
53 *Paulina actio est annalis: & nu. 56.*
54 55. *Quare Paulina dicatur utilis: & à quo tempore annus incipiat currere.*
57 *Paulina est aliquando perpetua, aliquando etiam indifferens.*
58 *Practica Paulinæ actionis.*

Item *a* si quis *b* in fraudem *c* creditorum *d* rem suam alicui *e* tradiderit bonis eius à creditoribus possessis *f* ex sententia *g* præsidis, *h* permittitur ipsius creditorib. rescissa traditione *i* eam rem *k* petere: id est, dicere eam rem *l* traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

Hic §. 1. Reuocatoriam actionem æquè per Prætorem expositam cõplectitur, in qua agitur principaliter, ut traditio p quam dominium alicuius rei translatum erat, vel transferri debat, in fraudem alienius, quasi facta non esset, reuocetur ad instar actionis Rescissoriæ, per quã usucapio rescinditur ex officio iudicis, resque usucapta, ac si usucapta non fuisset, petitur. 2. Sciendũ aũt est, ueluti in modum õuiæ cuiusdam inspectionis variis modis fieri fraudem, & erga multos. 3. Plerique.n. Fiscũ fraudant si delinquentes, postquã vident bona eorũ Fisco esse deuoluenda, ea alienant, ne ad Fiscũ a perueniant. 4. Item sunt alii, qui defraudant patronos, ut sunt liberti, in quorũ bonis patroni hẽnt b tertiam partem. Et videmus quoq; hodie libertos, propriosq; homines dissipare bona sua, ut noceatur c patronis: & tũc patrono cõpetit actio Caluisiana, vel Fauiana. 5. Plerunq. etiam bona à parentibus alienantur, in necem filiorum, ut noceatur filiis, vel uni consultatur potius quam alii & hoc siquidẽ fiat titulo lucratiuo, reuocantur alienata usq; ad legitimam, ut ea sit salua d filiis. Sin autem titulo oneroso, ut quia pater uenderet, aut contrahendo alienaret, vel aliàs dissiparet bona, ea specie quamuis regulariter reuocationi usq; ad legitimam e non sit locus, possunt tamen filii per officium iudicis ex æquitate petere, ut pater eis in legitimã, vel p alimentis aliquam bonorum partem f separet. 6 Sed & arrogator, qui adstringitur relinquere filio arrogato tertiam partem, interdũ in ipsius fraudẽ bona alienat, tumque illi competit Caluisiana aduersus eos, qui acquisiuerunt, ad legitimam g reuocandã. Et prædicti modi fraudis ad hunc locum non pertinent, sed ille tantum, quando debitor ære alieno grauatus, alienat in fraudem creditorum: quod ipsum cotidianũ est Et hi sunt de puluere nostro, de illis loquitur præsens §. 7. Quo casu tradidit h Iason, pditas esse quatuor actiones, per quas sit prospectum creditorib. Nam vel debitor alienauerit rem corporalẽ, domum scilicet, aut fundum, & tum datur actio Paulina, (vulgo Paulianam nominant, fortè ad imitationẽ Fabianæ, aut Seruianæ, ut cum quis mediotenus similitudinẽ quandam syllabarum habere uideatur; cum tamen diuersa sit deriuandi ratio) quæ est reuocatoria creditori Aut alienauit rem incorporalẽ, remisit ius seruitutis, alienauit aliquã iurisdictionem, quã habuit, fortè eius pedagii, ius vectigalis: hoc casu datur actio in i factum, non Paulina. Et ita quidẽ Iason sentit: mihi tamen non videtur distinguendum in hac inter corporalia, & incorporalia. 8. quinimo reuera una est Paulina, reuocatoria in factũ, tam pro reb. k corporalibus, quã incorporalibus. Tertiò aliquãdo debitor alienat in fraudem creditorũ rem non suã, putat tutor rẽ pupilli, vel curator adulti: 9. & hoc casu dicit Iason, esse spãle edictũ proditũ, quod appelletur [edictum fraudatorium] cuius fit mẽtio in l uno loco, & vix in aliquo alio; atque ideo aũt credit, hunc nostrum §. procedere, quando debitor rem suam alienauerit. Zasius tamen hoc loco reduxit ad generale edictum [de bis, quæ in fraud.] &c. 10 Aliquando & quartò quis suos debitores liberat im fraudem creditorũ, sitque

a de qb. p Bar. in l. post con trac. de don.
b S. sed nña. su. de suc. libert.
c De qb. ff. si qs in fran. pat. & C. eodem.
d De quo habet in C. de inoff. donat.
e gl. i l. 2. ibi Bar. & alii. C. si qd in fran. pat.
f ita Bal. ĩ l. 3. C. si ĩ fran. pa. licet contrariũ teneat ĩ l. nõ põt. de ado.
g Bar. in l. fi. ad fin. si quid in frau. pat.
h ĩ l. nã postea. S. sed et si qs. de iureiur.
i l. hac in factũ actione. & iis q in frau. cre.
K l. ait ptor. S. annus. l. hac ĩ factũ actione Dd. ĩ l. 2. C. si in frau. at.
l ĩ l pupilli debitor. & solu. vbi uide casum singul.

que remissio nominis,si ue debiti in fraudē creditorem:quia potuissem creditorib. soluere, si exegissem à meis debitoribus:& eo casu non debebunt creditores experiri reuocatoria Paulina; nam hoc non est necesse:sed possunt agere rectā viā aduersus eū,cui in fraudē est remissū nomen, ea vtili actione,qua ipse principalis debitor,idēq;creditor potuerat vti directa,si non remisisset suis debitorib. debitum: vt,si iste debitor bēat ante remissionem,actionem ex vendito directā , tunc isti creditores recta via agent actione ex vendito vtili,quæ prius principali debitori directa competebat ante m remissionem . Sic ergo habes quatuor remedia,quibus prouisum est creditori:quorum tractationem ob id prostrinxi,quoniam à plerisq;cōmentatoribus confusè satis,& fermè sine ordine,non absq;tædio lectoris,describūtur: 11 & inter illa actio Paulina ad hunc locum præcipuè pertinet, & de ea verè tractatur in hoc §. Ad cuius enarrationem priusquā deueniam,ēt illud non est omittendum, in eo quoque duo tangi iudicia, quemadmodum & in præcedenti. Vnum,quod præparat aditum ad aliud,& quo non præmisso, non potest alteri esse locus. Et principale iudicium,seu princeps actio,quam hoc loco tractamus,nempe Paulina,sicut infra,ostendam locupletiùs. 12 Nec mireris,quod cū Paulina vulgò personalis actio esse dicatur,Imperator tamen eā inter Prætorias n reales immiscuerit:quia respondeo eam à Iustiniano hic inter prætorias in rem connumerari , non quod sit realis,sicut precedens,sed propter similitudinem generalem,'quam habet cum superiori. In hoc enim cōuenit actione rescissoriæ,quod sicut per illam rescinditur o vsucapio, quæ in se erat valida,summoque iure completa;ita per hanc reuocatur traditio rei in fraudē alicuius facta, quæ ipso iure valida efficaxq;erat. Ergo conueniunt , quod vtrobique effectus iuris ciuilis rescinditur ex beneficio Prætoris. Iason verò putat Paulinam non esse actionem merè personalem,sed personalem in rem scriptam, quia quemlibet p possessorem rei comitatur:de quare infra suo loco q agemus: 13 Iam ad declarationem textus progediamur.

a Si quis.] Subaudi debitor.

b In fraudem.] Vel consilij vel euentus,secundum distinctionem infrà mox tradendam .

c Creditorem.] Quibus ex quacunque causa debetur .

d Rem suam.] 14 Corporalem:quoniam subijcit mentionem traditionis: nihilominus hoc & in incorporalibus locum obtinet: vt si sino perire seruitutem,libero debitorem,sino adimpleri vsucapionem, sino perire actionem: nam & ad hypothecam constitutam r in fraude reuocandam, datur hæc actio,quod est notandum. Idem quoque dicendum est,etsi rem sibi debitam remiserit.

e Tradiderit.] 15 Sicque tradendo alteri suum diminuerit patrimonium , quod omnino necesse est ad hanc actionem,quæ pertinet ad diminuentes suum patrimonium , non etiam ad eos,qui id agunt, t ne acquirant, vt locupletiores fiant. Quare si debitor hæreditatem oblatam , ad quam vocatus est , legatumve sibi relictum repudiarit , nihil potest videri in fraudem creditorum facere : nam hic non u diminuit, sed solum non acquirit. Cæterum etsi nemini tradiderit, sed pro derelicto habuerit , vt quis eam suam faceret , * hæc actio locum habet.

f Possessis.] 16 Id est, possideri iussis , vt sic factum pro decreto facti ponatur , x ipsa executio per figuram loquendi intelligatur pro decreto executionis. Neque enim de facto fuerunt missi in possessionē debitoris,sed iussi per decretum iudicis,vt mitterentur : aliàs namque si creditores essent missi in possessionē bonorū,non potuisset debitor ista bona alienare, cū creditores iam haberent custodiā . Et sic obscura,quod ille debitor in ius vocatus,sui præsentiam non fecerit:quare eo contumace existente , iudex per sententiam vel decretum suum miserat creditores in possessionem bonorum debitoris,vel certè mitti iusserat . Atque hic quidem,obiter tangitur iudicium excussionis , quod sit præparatorium ad actionem reuocatoriam , de quo infra latiùs.

g Præsidis.] Iudicis viui.

h Permittitur.] Intra annum vtilem qui à die excussionis factæ erga principalem debitorem currit .

i Eam rem petere.] Non modò solam nudamque rem,sed & y eius rei fructus. 17 Hic tamen fructus insueto quodam more veniunt,& alio,quàm in reliquis actionibus,nempe hi soli,qui adhærebant rei alienata tempore alienationis;ut si donauerat fundum cum fructibus crescentibus . Item & hi,qui post litis contestationem percepti fuere. Medij uerò temporis fructus non z præstantur .

k Petere.] Petere tamen permittitur non semper totam & solidam rem, sed pro quantitate & modo restantis debiti.

l Traditam non esse.] 18 Possumus ergo petitionem nostram firmare in fictione iuris . Neque tamen ob id putes mentiri actorem falsumue allegare;sic enim ipse dicet;intendo contra te, quod debitor meus in fraudem alienauit rem talem: vnde cum Prætor alienationem rescindat ex æquitate,eamque habeat pro infecta,perinde ac si facta non esset(fictio enim iuris nos eo deducit,quò declinat æquitas)illa rescissa ego,cui de residuis facultatibus debitoris non potest satisfieri,peto,vt restituas rem illam,ac si semper in bonis debitoris mansisset. Atque hoc textus significare videtur,hoc verbo,[rescissa traditione;] non tamen dicit,nō factam esse a alienationem,quia sic mentiretur.

Superest,ut declaratio iam textu,ad Paulinæ actionis explicationem accingamur. Eā sic puto definiri, seu describi posse. 19 Paulina est actio personalis,in rē scripta, qua id quod debitor in fraudem creditorum verè alienauit,tradiditque,petitur, & quasi traditum non esset , reuocatur , habetque nomen à Paulo iuris-

m Ita pulchre deducit Ias. hic, qui potissimum mouetur ex l. nomē C. q̄ res pign. oblig. pos. ibi uide.
n sicut est Publiciana & rescissoria.
o §. praeced.
p l. 1. §. hęc actio post annum. h. ti. uide etiā l. si quis a debitore. hoc tit.
q infr. nu. 19. & 52. nu. 22.
r l. 1. §. vlt. cū aliquot ll. seq. hoc tit.
s l. qđ autem. §. apud Labeonem. in fi. h. ti.
t l. qđ autem. in pr. hoc tit.
* d. l. quod autē & l. sed etsi. h. tit.
u d. l. quod autē in prin. uersi. idemque probant.
* l. sed etsi. h. tit.
x Zas. hic.
y l. 6. §. nō sol. l. ait praetor. §. per hāc actionem. hoc ut.
z d. §. non solū.
a l. si sciēs. ad fi. de contrahē. emp.

lo Iurisconsulto, qui [b] eam inuenit. Dixi autem, quod sit [personalis:] quia ex delicto nascitur, scilicet dolo quasi ex contractu. Deinde, [in rem scripta:] quia rem sequitur, & contra quemuis possessorē datur. Addidi, [id quod debitor:] quia hæc actio proprie locum habet, quando debitor rem suam in fraudem creditorū alienauit: 20 secus si alienaret rem alienam, vt si tutor pupilli debentis rē alienaret, tū enim creditorib. hac actione non subueniretur, sed competeret interdictū fraudatorium aduersus eum in quem facta esset alienatio; de quo & supra admonui. 21 Subiunxi, [in fraudem,] propter alienationē bonorum debitoris, quæ sine fraude creditorū fit, quoniā hac actio tum non obtinet (cuilibet licet rem suā alienare, dum citra fraudem & necem creditoris fiat. 22 Et hic notare oportet, duplicem esse fraudem, vel consilij, [c] vel euentus. Consilij, vt quando adest fraudandi propositum. Euentus, quando ex re ipsa citra fraudulentā machinationē euenit damnificatio creditorib. Obiter ergo tractemus, qualem fraudem hic exigamus, consilijne, an euentus: & penes quos esse debeat, an tantum in alienante, an etiam in accipiente? 23 quoniā potissimū fundamētū Paulinæ actionis, est ipsa fraus. Et optimè hic Accursius explicat, qui apertè distinguit. 24 Primò si quidem fiat alienatio in vltima voluntate, vt legando, fideicommittendo sufficit fraus solius euentus sine aliqua fraudulenta machinatione. Sin autem fiat inter uiuos, tunc euentui & consiliū fraudis accessisse oportet: quæ cum subdistinctione à Glossatore [d] hic tradita, accipi debent. 25 Sin autē quæratur, penes quos fraus esse dēat, titulorum est habenda rō: quia si est titulus onerosus, tunc vtriusq; fraus interuenire dēt, alioqui parcitur possessori, qui accepit ex causa onerosa si non fuit fraudis particeps. In titulo verò lucratiuo sufficit fraudandi consiliū debitoris tradentis, & quod in effectu creditores dānificati fuerint, licet non [e] concurrat fraus ipsius accipiētis. Vnde facilius possessori extorquemus lucra accepta, quā illi dānū infligamus. Occasione huius distinctionis inquirunt hic doctores, qui sint tituli lucratiui, & qui onerosi. 26 Vno verbo, quantum ad præsentia satis est, dicas, [titulum lucratiuum esse] quum aliquid gratis nobis obuenit, vt si rem ex donatione, vel ex legato consecuti sumus, quia donatarius nihil dat, neque etiam legatarius quicquam præstat [Onerosum] autem esse, cum non gratis rem accipimus sed aliquid vicissim rependimus, vt est in emptione, & permutatione, vel similibus titulis: emptor enim pro merce cogitur precium soluere, & sic deinceps. Non illico tamen, si quid numeratum est alicuius rei assequendæ gratia, dicimur adepti titulo oneroso quanquam nobis aliquid absit: 27 sed ita demum constituemus titulum onerosum, si licite & honesto [f] modo rem simus nacti. Quanquam verò quod ad creditorem, in cuius fraudem alienatum est, pertinet suprascripta titulorum distinctio obseruetur, 28 secus tamen fuerit in patrono fraudato; quia in eo nōn distinguimus quo titulo libertus alienauerit, sed indistinctè [g] patronus reuocat, etiam ab eo, qui fraudis particeps non fuit.

Iam videamus, quō oporteat de hac fraude constare, priusquam intentemus Paulinam actionem. 29 Et indubitatum est, creditores agentes Paulina, [h] debere fraudē probare: nam probatio doli incūbit allegānti; atque ex indicijs perspicuis fraudem doceri [i] oportet, eoq; magis, quum hæc fraus, quā hic tractamus, sit dolus non omissionis, sed commissionis, qui difficilius probatur. Siquidē probatio doli in omittendo est facillima; eo ipso quod probas id omissum, quod factum oportuit, dolum ipsum omissionis [k] commonstras. Difficilius autem probatur, quando agitur de dolo in committendo. 30 Igitur dolus ex multis coniecturis redargui, conuinciq; potest, quas late [l] Bartolus alicubi tractat. Ego paucis hic subiungam, quæ sunt huius loci, cætera omittēdo. Colligamus ergo fraudem potissimū quatuor modis. Primò ex parte [m] alienantis, si debitor sciebat se multos habere creditores, & facultates suas ipsis non sufficere. Secundò ex parte eius, cui fit alienatio, ut si in coniunctam [n] personā fiat alienatio. Vel si quis post denunciationē à creditorib factam [o] aliquid emit: ita.n. eius dolus præsumitur, qui emit. Vel etiam quādo emit per interpositam personam, quia & tum ementis [p] fraus colligitur. Tertio ex modo alienandi fraudem conuincimus, & inter illos modos frequentissimus est, si clam [q] fiat alienatio: quærunt.n. tenebras, qui peccare volunt. Et intelligamus contractū clam esse factū, quandocunque adsunt sollennia à iure requisita, vt [r] forte decretum: hæcque res magni est effectus, & ad multa trahi potest. Præsumitur & tum ex modo alienandi fraus, si debitor sic alienauit, ut nihilo minus [s] adhuc possideat. Et sic quandoque vidi de facto contigisse, quod debitores uenditas ædes conduxerint, atque inhabitarint, ut creditoribus imponerent, qui existimabant eos etiam num possidere, nec alienasse. Quartò colligitur fraus ex reb. uenditis, si omnia bona simul [t] alienentur: Item si non omnia simul, sed paulatim, & per minuta separatim, hodie domum, cras fundū, deinde equos, atque alia alienauerit quis, fraudem fecisse [u] intelligitur, dummodo id medico internallo factum fuerit, [x] non longo; quanquam plerique [y] aliter dixerunt. Idem est, si rem preciosam exiguo [z] uendas. Nunc aduerte, quod quandoque singulæ coniecturæ non sufficiunt ad conuincendam fraudem, si simul & coniunctim duæ uel tres conglutinentur, aliæue accedant coniecturæ, tunc apertè conuinces dolum, sicut [a] Bar. etiam docuit. Porrò ad definitionem reuertendo dixi in ea, [in fraudem creditorum,] 31 quia in fraudem legis facta alienatio, non hominis, ipso iure nulla est, nec [b] vllam reuocationem desiderat. 32 Dicitur autem tum fieri in [fraudem legis,] quando actus geruntur inter personas prohibitas; vt si tutor cōtrahat cū pupillo, alterius tutoris, autoritate, uel quando aliàs fit ad excludendam legis prouidētiam, vt si temerè

b l. uideamus. §. in Fauiana. de vsur. & cū à Paulo nomen hēat male & inepte pauliana vulgò dī: cuius admonet & Ferra.
c Tāgitur in l. si quis cū hēret h. tit. & ī fraudē. su. q. man. non li. & l. si qs cū ali. t. 36. de uer. oblig.
d in uer. fraudē hic.
e l. 6. qđ aūt. §. hoc edictū. & §. simili mo. ff. quæ ī frau. cre. & l. fi. C. eod.
f Est dictū Bar. l. l. si qs omis. caus. test. quē Ias. & Zaš. hic probant.
g l. 1. §. dolū. & §. si qd ī fraudē. h. tit. rōnē diuersitatis ui de hic p Dd.
h l. 18. quoties, § q dolo. & l. 6. pat. de v6.
i l. dolum. C. de dol.
k l. 8. si reuirato rē, §. dol. & l. dolus. ff man.
l in l. 15. post cō tract. de don.
m d. l. si quis cū hēret. ibi Bar. & idē in aut. sed cū testator. C. ad l. Fal.
n l. data, C. đ do.
o l. 10. ait ptor. §. si qs particeps quę in frau. cre.
p l. pupillus. §. sed si p inter positū. & ibi Bar. de au. tu.
q l. nō ex istī. de ad. tu. & l. fin. de ti. nup.
r l. 1. de prēd. decu. sine decu. nō alie. li. 10.
s text in l. sicut, §. supuacuū. quib. mo. pig. sol.
t l. 17. omnes §. Lucius. h. tit.
u Bal. in l. 4. q. C. si quid in fraud. pat. x Bar. in l. nomen. 34. §. filio. de leg. 3. y vt hic per Ias. z Arg. l. per diuers. C. mand. a Barto. in d. l. post & Dec. in l. pac. contractum. quod dotali, C. de pact. b l. sed libertus. & Bar. de iur. pat.

temere fundus c *dotalis alienetur. Quãdo autem agitur inter personas non prohibitas in præiudicium tertij, puta creditoris alicuius, ut quia in eius fraudem alienentur aliqua bona, hæc alienatio mero quidem iure obtinet, reuocatur tamen postea per actionẽ Paulinam.* 33 *[Creditores] autem in proposito accipimus, quib. ex quacunque* d *causa debetur, etiam ex* e *delicto: unde & illis dabitur hæc actio, maximè si rẽ familiarem, seu reparationem damni dati* f *persequantur, Sed & hic creditorum noĩe comprehenduntur, quibus sub conditione debetur, quos [conditionales] uocamus [creditores,] si modò appareat debitorem in eorum fraudẽ alienasse, vt si debitor, qui sub condõne obligauit, metu cõdõnis euenturæ alienauit, quia fortè uidet oĩnò verisimiliter, quòd propediem implebitur conditio. Hoc tamen non eo tendit, quòd talis creditor re ipsa, & eum effectu, pendente adhuc conditione, reuocare possit alienata, quoniam necdũ omninò certum est conditionem extituram, sed quod possit securitatem nancisci per reuocatoriam actionẽ etiam pendente conditione intentatam, in eum casum, quo extiterit conditio, & sic quum iam erit purum debitum.* 34 *Nam conditio retrotrahitur ad tempus initæ* g *conuentionis. Et dicit Barto.* 35 *quòd creditor etiam conditionalis potest debitorem fugientem capere, non modò vt assequatur, quod promissum est, sed vt securus fiat, cautionemque præstet soluendi debiti, cum euenerit* h *conditio.* 36 *Quid autem de futuris creditoribus? an hi quoque hanc actionem habeant, variatum est. Ego Zasij subscribo sententiæ, existimantis, eos non includi, nisi in uno casu, scilicet si per pecuniam posteriorum creditorum dimissi essent priores, ita quod debitor* i *versuram fecisset. [Futuros] autem [creditores] intelligit Zasius, quibus est obligatio acquisita post alienationem factam, & bona possessa, id est, post priores creditores, iussos per decretum iudicis, ut mitterentur in possessionem: quamuis Iason aliter intelligat.* 37 *Cæterum an creditores, quibus prospectum est per hypothecam, possint agere reuocatoria bonis debitoris alienatis? non leue dubium est. In hoc tamen communiter est itum, hãc actionem ipsis* k *competere; quòd & ipse probo,* 38 *Adieci quoque; [verè alienauit,] ad differentiam alienationis simulatæ, & imaginariæ, vt si quis simularet se rem uendidisse, cum tamen donauerit, vel etiam retinuerit: ea enim ipso iure* l *nulla est, ideò non opus habet ullo remedio, quo rescindatur, adeò quod nec jsacramento firmari* m *possit. Dixi simpliciter, [alienauit] vt ostenderem non distingui, siue alienatio fiat inter uiuos, siue in ultimis uoluntatibus, ut legando, aut fideicommittendo.* 39 *Priori tamen casu competit Paulina* n *directa, posteriore verò vtilis. Apposui, [tradidit;] nam in alienatione efficaciter traditionem interuenire necesse est,* 40 *cũ sine ea dominium* o *regulariter nõ trãsferatur. Subdidi, [quasi traditum non esset.]* 41 *In hoc enim casu fingitur in odium debitorum, qui fraudulenter alienãt, traditionem factam non esse, quæ iuris fictio præualet ueritati, nosque eò deducit, quò inclinat æquitas. Et in hoc affinitatem quãdam habet, atque similitudinem Paulina cum rescissoria. Subiũxi demum, [reuocatur;]* 42 *quia alienatio in fraudem creditorum facta, summo quidem iure valet: potest tamẽ à creditoribus postea, ac si facta non esset, reuocari. vsq adeò,* 43 *vt nec precium in reuocatione restituẽdum sit emptoribus, siue ab eo quis acceperit rem alienatam, siue ab hæredibus, cuius res petitur: nisi precium extaret, vel esset uersum in utilitatem debitoris: tum enim restitueretur emptoribus, cum hac ratione nemo* p *fraudaretur. Et hæc quidem ad definitionem sufficiãt.* 44 *Porrò notãdum est diligẽter, ad eiusmodi alienationis reuocationem tria coniũctim desiderari. Primò fraudem, de qua suprà disputauimus. Deinde quòd creditores per sentẽtiam iudicis missi sint in possessionem bonorum debitoris. Non tamẽ aliter posset in bona principalis debitoris ẽt iure nouissimo fieri missio, q̃ pro iure sui debiti* q *declarat.* 45 *Ex quo ẽt consequitur, quòd hi possessores bonorum conuenti hac actione, habeant ius offerendi illud, quod debetur, retinẽdiq; rem alienatam. Qua in re eo vtaris consilio, quòd si unus sit creditor fraudatus, offeratur ei solidum debitum: si plures, tunc omnibus, & singulis solidum debitum offeras, si uelis rem tibi traditã retinere: neque enim sufficeret ad ius retinendi, si id vni creditorum offeres, vellesq te ab uno liberare: quia post bona possessa, omnium conditio* r *par facta est. Unde seruatur in hac actione, quòd omnes creditores agant pariter, & aduersus omnes simul, qui quicquam possident ex bonis debitoris in fraudem creditorum, vt vnusquisq. pro rata portione rerum, quibus ipse naturaliter incumbit, soluat* s *creditoribus.* 46 *Tertiò requiritur ad reuocationem alienationis, quòd prius fiat excussio bonorum, an scilicet, quæ alienata non sunt, sufficiant ad dissoluenda debita: nam si sufficerent, reuocatio non* t *admitteretur.* 47 *Atq. hoc est quod suprà ostẽdi, duo tangi iudicia in textu nostro. Unũ quod præparat aditum ad alíud, & quo non præmisso, non potest alteri esse locus. Alterum est principale iudicium, uempè actio Paulina, id est, reuocatoria, qua creditores vtuntur aduersus tertium possessorem bonorum, in quem facta est alienatio. Et in hisce verbis textus nostri (Bonis à creditoribus possessis) significatur iudicium istud præparatorium.* 48 *Necesse est. n. factam esse excussionem principalis debitoris, priusquam possimus obtinere in actione Paulina. Et hæc excussio non* u *voluntaria, sed omnino est necessaria, in quod procliuior est sñia: quia si nõ excusseris residuum bonorum, quomodo apparebit fraudis euentus? Ergo necessaria est excussio, non quidem quodam ordine, sic vt ea fieri debeat, priusquam instituamus Paulinam, sed eam fieri oportet, antequam in ea obtinere valeamus. Possumus nanque recta via intendere Paulinam contra possessores, in quos facta est alienatio, si malè suspicemur de facultatib. debitoris principalis: qui quidem cõuenti, si non exceperint de facienda excussione, & nos non remiserint ad principalem debitorem prius excutiendum,*

c l. non dubiũ. C. de le.
d l. si fideic. §. creditores. ff. q & à qui manu.
e l. sed utrũ. de per. hær.
f Vt l. quid effusum est. &c.
g l. qui balneũ. & l. potior. q po. in dig. hab. Bar. in l. quæsitum. de pig.
h Fa. text. in l. si cum fideicõ. §. penul. qui. & à quibus.
i d. l. si quis cum haberet. h. tit. & d. l. qui aũt. §. sciendum. e. ti.
k Gl. in l. si debitor. hoc. tit. Fa. & Ang. hic.
l l. nulla. de con trah. emp.
m Gl. in l. empt. in fin. C. plus. val. id quod agitur, &c.
n l qui autem. §. item si necessarius. iuncta gl. hoc ti. Ias. post Ang. hic.
o § per traditionem. sup. de re. diuis.
p l. si debitor. l. is. l. ait prætor. l. q̃ Titius. §. hæc actio. h. tit.
q Aut. & qui. C. de bon. autor. iud. poss.
r l. qui autem. §. sciendum. h. t.
s Zas. ita hic format, dũ docet practicã huius actionis. ad quem recurre.
t l. 1. & l. ignoti. C. de reuoc. ijs quæ in frau. cr.
u Quod glo voluit in l. j. C. si quis in frau. cr.

dum, procedet iudicium cum oi habitum. Neque. n. dubium est, quin possit excussionis beneficio [x] renunciari. Si verò exceperint de excussione non facta, poterimus illã mox in hoc ipso iudicio facere adhuc pẽdente, cumq. possessore bonorum conuento disputare de virib facultatẽ principalis debitoris: & hoc [y] iudicium valebit. Quæ excussio crebriore Doctorum calculo requirit sententiã iudicis ad minus declaratoriam: id est, per quam iudex declaret, facultates debitoris non sufficere, eumq. non esse soluendo, qđ [z] sufficis. 49 Hoc tamen addendum, quod in excussionis materia nõ perpendimus solum debitoris facultatẽ, & bona, an scilicet ea sufficiant: sed consideramus ẽt facilitatem cõueniẽdi, an talis sit debitor, qui facilè conueniri queat, & ab eo exigi. Sunt enim plerique ita calumniosi, intractabilesq;, à quibus non nisi difficilissima, lõgissimaq. lite possis [a] tãdem debita consequi: quod nota dignum est. 50 Sed etsi notoriũ est, euidenterq. cõstet principalem debitorem non esse soluendo, nulla excussione [b] opus fuerit. Et. cum hoc temperamento præcedentia intelligas velim. 51 Causæ actionis Paulinæ sunt, maleficium, & quasi contractus. Ex maleficio tum nascitur; quando fraus à patre vtriusque tam alienãtis, quam recipientis interuenit. Fraus enim, siue dolus, est [c] delictum. Quasi ex contractu autem promanare dicitur, quando dolus tãtum intercedit à parte alienãtis: recipiens verò darticeps doli non fuit. hoc enim casu dici non potest, quod ex contractu oriatur, quia recipiens rem alienatam, cum creditoribus nihil contraxit. Et maleficio quoque orta dici nequit, quia in ea dolus recipientis exigitur, qui hic deficit. Sed nec quasi ex maleficio iudicari potest, quia nec culpa quidẽ accipientis, accessit. Cum tamen necesse sit, quòd aliquam habeat causam, quoniam recipiens obligatus est creditorib. concludendum erit, hanc actionem quasi ex cõtractu profectã esse, ad similitudinem indebiti, quod ignorãter solutum est: obligatur enim recipiens quasi ex [d] contractu: & in quasi contractibus obligatur quis. etiam si nõ [e] cõsentiat Ex quibus corroboratur etiam id, quod supra in definitione tradidi, [hanc actionem non esse merè personalem, nec merè realem, sed personalem in rem scriptam] 52 Merè realis non est, quia realium causæ sunt dominium, quasi dominium, ius in re. Sed causa actionis Paulinæ non est dominium, nec quasi dominium: nec ius aliquod in re, sed maleficium, & quasi contractus causæ sunt, ex quibus oritur obligatio, quæ deinde parit actionem personalem Cõsequitur ergò Paulinam nõ esse merè realem. Econuerso nec merè personalis est, quoniam actiones in personam nõ persequuntur rem, nec possessores rerum sequuntur, sed tãtum [f] personas obligatas: hęc autem persequitur rem alienatam, agitq. contra possessores ad reuocandam alienationem. Ex quo liquet, nec merè personalem esse. Est itaque personalis in rem scripta, quod & Ias voluit. Vnde etiam cõstat, eam nõ esse datiuã, vt pleriq. opinãtur, quasi detur simpliciter per Prætorem, nec sit nata ex aliqua causa præexistẽte, quia hoc verum nõ est: quinimò habet tales cãs præexistentes, ex quibus profluit, maleficiũ scilicet, vel quasi contractum. 53 Sed nec illud prætereundum fuerit, hanc actionem esse temporalem: durat enim tantũ anno vtili, eadem ratione, qua Rescissoria: quia datur ad id rescindendum, [g] quod erat de iure ciuili validum. Nam alienatio etiam fraudulenta, eo iure efficax est, dominiumq. [h] trãsfert. Durat ergò tantum anno vtili, quoad initium, seu continuò, quoad cursum. 54 Ideò dicitur vtilis, quia non incipit currere creditoribus, nisi a die excussionis factæ erga principalem debitorem: nam tum primum eis est experiundi potestas, postquam bona debitoris non alienata vendita sunt, & creditoribus necdum satisfactum est, tum primum eis liquet, euenisse dãnum, & [i] fraudem per alienationes. 55 Idq. vulgò contra Accursium recipitur, qui hunc annum à die fraudulẽtæ alienationis currere censuit. Et sanè prior sententia, etsi oĩs lex sileat, magnam habet æquitatem. Creditores. n. dum debitor sua bona alienat, & partim dissipat, possunt esse harum oĩum securi, etsi faciant fieri quarundam rerum alienationes credentes residuum bonorum abundè sufficere ad dissoluenda debita. Quocirca postquam excussione facta redduntur certi, bona reliqua non sufficere creditoribus, ex eo die meditãtur retractationem alienationum facere. 56 Quod aũt dixi, hanc actionem temporalem esse, hoc verum est, quando res corporalis venit ad possessorem bonorum ex cã onerosa: tum enim intra annum vtilem tantum reuocatio [k] admittitur. Sed si res ex causa lucratiua ad aliquem dolosè peruenit, perpetua est, põtque res vsq. ad triginta annos [l] reuocari. 57 Est etiam hæc actio interdum indifferens, in alienationib. scilicet rerum incorporalium: vt, si debitor in fraudem creditorum suum liberaret debitorem: ea specie ad reuocandam illam liberationem datur tantũ tẽpus, quanto illa [m] actio debitoris durasset. Multa alia tractantur hic per Iasonem, & reliquos interpretes, quæ breuiati studentes, commentarijs relinquimus: puto enim ex prædictis satis euidenter naturam Paulinæ actionis cognosci posse. 58 Quod autem ad instituendam hanc actionem pertinet, non potest in ea certa libelli forma tradi, cum multa sint obligationum genera, in quibus debitor in fraudem alienãs creditoribus adstringitur. In initio ergo libelli narrãdũ est, ex quib. causis debitor creditori primò fuerit obligatus: quo facto sequitur narratio alienationis fraudulentæ, cum medio concludendi, & petitione. Quidnam verò in hac actione concludere debebamus, an creditores petere debeant rem sibijpsis, an potius debitori restitui? hoc textu satis aperit, hisce verbis: [In bonis debitoris mansisse.] Concludendum ergo in libello erit, quod res alienatæ reducantur, ac referantur in cumulum bonorum debitoris, ijsque in cumulum reductis pergemus exequi sententiam in eis quam habuimus aduersus principalem debitorem. Formas verò quibus instituitur, apud [n] Speculatorem, Dynum, [o] atque Angelum require, eleganter practicam ponentes.

- x Auth. præsente. C. đ fid. & Dd. hic com.
- y Arg. l. si rẽ. §. fi. de pig. act.
- z Arg. l. tutores à patruo. ibi idoneis ꝓnũciatis. de coo, firm. tut.
- a No. Bar. in l decẽ. đ verb. ob. & hic omnes.
- b Qđ post gl. dicedũ ĩ d. l. de cẽ. cõiter probant.
- c l. itẽ exigit. de dolo.
- d § is cui. su de obl. quę quasi ex contr.
- e Iurib. vulg.
- f l 1. §. si hęres. iũcta gl. cum multis similib. ad Trebel.
- g l. in honorarijs. uerb. sed cum rescissa. de act.
- h l. si sciẽs de cõtrah. emp.
- i Pro hac opinione est tex. expssus ĩ l. ait ꝑtor. §. annus. h. ti. vbi expssè dr, post vẽditionẽ bonorum hunc annu cõpetere.
- k d. §. annus.
- l d. l. ait ꝑtor. §. hęc actio. h. ti. ẽm intellectũ Bar. il lic. & Ias. hic.
- m d. l. ait ꝑtor. §. si condit.
- n De reb. eccl. non alien. §. 1.
- o Vterque hic.

§. Item

§. Item Seruiana.

1 *Seruianæ, & quasi Seruianæ actionis descriptio summaria.*
2 *Pignus triplex, prætorium, iudiciale, conuentionale.*
3 *Conuentionale pignus fit expressè & tacitè.*
4 *De interdicto Saluiano: & nu. 49.*
5 *Et coloni & inquilini res sunt tacitè res obligatæ pro pensione.*
6 *Colonus & inquilinus quomodo differant.*
7 *Duplices esse colonos, propriè colonos, & colonos partiarios.*
8 *Ius colonarium.*
9 *An etiam coloni partiarij bona sint tacitè obligata.*
10 *Differentia inter hypothecam & pignus.*
11 *Seruianæ actionis definitio explicata.*
12 *Seruiana vnde sit dicta.*
13. 28 *Seruiana quare sit actio realis.*
14 *In Seruiana locator scire debet, quæ sint illata.*
15 *Differentia inter colonum & inquilinum, quoad res illatas & inuectas.*
16 *An Domini scientia sufficiat ad obligandum illata.*
17 *Ad Seruianam actionem necesse est res eo animo illatas esse, ut perpetuò illic maneant.*
18 *Res conductoris non illatæ, pro pensione obligatæ non sunt.*
19 *Quæ res tacitè obligentur pro pensione conductionis.*
20. 21 *Merces venales obligari pro pensione.*
22 *Pecunia conductoris an locatori obligetur.*
23 *Res omnes quotidiano vsui destinatæ non obligantur.*
24 *In locatione merces debet esse pecuniaria.*
25 *Res illatæ à colono partiario, an tacitè sint obligatæ.*
26 *Seruiana competit etiam pro deterioratione rei conductæ.*
27 *Conductoris bona si expressè obligata sint, cessat Seruiana actio.*
29 *Quæ sit causa Seruianæ actionis.*
30 *Agens Seruiana quid probare debeat, & nu. 31. 32.*
33 *Quid in hanc actionem veniat.*
34 *Seruiana non tantum locatori, sed etiam creditori datur, suppeditanti pecuniam ad refectionem ædium.*
35 *Seruiana datur etiam mulieri ad conseruandam dotem.*
36 *Item marito ad conseruandam donationem propter nuptias.*
37 *Tacita hypotheca quomodo inducatur.*
38 *Formula libelli in Seruiana actione.*
39 *Quasi Seruiana actio cur sic dicta.*
40 *Quasi Seruianæ actionis definitio.*
41 *Quasi Seruiana est actio realis.*
42 *Seruiana datur tantum tacitam hypothecam habenti.*
43 *Differentiæ inter pignus & hypothecam.*
44 *Quasi Seruiana pro reb. expressè obligatis datur.*
45 *Pignoris & hypothecæ finalis causa.*
46 *Creditor an possit alienare pignus.*
47 *Agens quasi Seruiana quid probare debeat.*
48 *Forma libelli in quasi Seruiana.*
49 *De interdicto Saluiano.*
50 *Seruiana actio et interdictum Saluianum, in quibus differant.*
51 *Interdictum Seruianum quomodo instituendum.*

Item Seruiana & quasi Seruiana (*a* quæ etiam hypothecaria uocatur) ex ipsius Prætoris iurisdictione *b* substantiam capiunt. Seruianam autem experitur *c* quis *d* de rebus *e* coloni, quæ *f* pignoris iure pro *g* mercedibus fundi *h* ei *i* tenentur. Quasi Seruiana autem est, qua creditores *k* pignora hypothecasue *l* persequuntur. Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest: nam *m* de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, ut sit pro debito obligata, utraque *n* hac appellatione continetur. Sed in aliis differentia est: nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè si mobilis sit. At

eam, quæ sine traditione, [q] nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

Duæ] 1 reales Prætoriæ actiones hoc in loco exponuntur, in foro passim frequentatæ, quarum prior pertinet ad persecutionem rerum tacitè, & per iuris autoritatem, nullo contrahentium consensu obligaturum, quæ [Seruiana] dicitur; posterior commodatur ad rem per expressam conuentionem iure pignoris obligatā, quæ tamen secundum possessionem non est tradita: & hæc [quasi Seruiana] vocatur, seu [hypothecaria.] 2 Dixi autem alibi pignus esse triplex, prætorium, Iudiciale, & Conuentionale. [Prætorium pignus] est, quando prætor vel alius iudex ordinaria præditus iurisdictione, aliquam in possessionem rei mittit propter contumaciam rei conuenti, quia sibi non caueatur: vt in causa damni infecti, aut quia legatorum conseruandorū gratia cautio non præstatur; ex hac cautione oritur pignus prætorium. [Iudiciale] est, quando iudex tulit sētentiam, & in executione illius mittit victorem in possessionem bonorum condemnati; ex hac missione descendit [b] pignus iudiciale. [Conuentionale] est, quod ex conuentione partium descendit, quod inter debitorem & creditorem [c] constituitur. 3 & hoc fit bifariam; expressè scilicet, & tacitè. Expressè fit, quando verbis expressis partes conueniunt de oppignorandare. Tacitè autem, quando ex vi & potestate legis nascitur, præter conuentionem partium: & ob id à quibusdam [legale pignus] appellatur. De utroq; in nostro §. tractatur. His si ad euidentiam delibatis, textum enarremus.

a Quæ] Nempe, [quasi Seruiana.] Sed nonne & Seruiana id nominis habere potest, quòd hypothecaria dicatur? Et ex [a] Bartolo respondeo, Seruianam impropriè nominari hypothecariam; quasi Seruianā propriè id nominis habere; quod putat Iason esse memorabile.

b Substantiam] Id est, subsistentiam; nam & hæ duæ actiones à Prætore sunt introductæ, ipsiusq; beneficio & subsidio concessæ.

c Quis] Nempe, fundi dominus. Cæterum aduersus quem experiatur, dubitari potest; 4 nam aduersus debitorem, qui ex contractu & conuentione obligatus est, interdictum personale, quod [Saluianū] [e] dicitur competit; aduersus possessores, quoniam illi nullo contractu obligati sunt, in persona nulla iure ciuili actio [f] prodita est. Prætor igitur æquitatem potius, quam ius ciuile secutus, actionem, quæ iure summo deficiebat, huic domino pollicetur, per quam ei permittitur, perinde atq; in ciuilibus vendicationibus, aduersus possessores in rem agere. In quo tamen illa notanda differentia est, quod illæ quidem ciuiles actiones dominiū persequantur, atq; ab eo solo qui se dominum asserit, institui debeant, Papinianus [g] autem de hac Seruiana loquens; [Hæc] inquit, [actio in rem quidem est, nudam tamen possessionem auocat, id est, à proprietate seiunctam]

d De rebus.] vt scilicet earum possessionem auocet, si eam fortè non habet, sicut interdum contingit, vt rerum illatarum, & pignori nobis traditarum possessione excidamus.

e Coloni] 5 Siue etiam inquilini; vtriusq; enim & coloni & inquilini res atq; bona, sunt pro [h] pensionibus obligata tacitè. 6 Est autem [Colonus,] qui prædium rusticum colit, siue in ciuitate, siue [i] in villa, [inquilinus] vero, qui prædium vrbanum conduxit, siue in villa seu in ciuitate, quod I.C. [k] alibi voluit; neq. n. locus facit aliquem colonum, seu inquilinum, sed materia, quæ [l] conducitur. 7 Sunt aūt coloni duplices, primū hi, qui agrum certa pecunia conductum colunt, & hi quidem propriè [coloni] dicuntur, quoniā alienū agrum [m] conduxere, unde in legib. appellantur, [numis colentes] Alij dicuntur [partiarij,] à patiendo, quia dant partem [n] fructuum alieni fundi, non pecuniam numeratam. Hinc [o] Paulus, [Constat,] inquit, [colonum qui numis colit, cum eo, qui fructus stantes surripuerit, acturum. 8 Inde [colonariū ius,] dicitur conditio coloni. 9 An ergo & illata, inuectaq; per colonum partiarium, sint obnoxia promercede, pro pensionibus frumentorum? Et magis est, ea obligata uideri, idq. vulgò recipitur, quia licet nō sint propriè coloni, impropriè tamen & extento vocabulo ideo, quia pensio est in fructibus, & non in pecunia, coloni uocantur.

f Pignoris] Taciti, & per iuris autoritatem, nullo expresso contrahentium consensu introducti.

g Mercedibus.] Et item rei locatæ [q] deterioratione.

h Ei] Locatori, fundi domino.

i Tenentur.] Obligantur: adeò, ut hic etiam præferatur alijs chirographarijs creditoribus, [r] etiam tempore prioribus.

K Pignora.] Expressa per expressam conuentionem & cōsensum inter debitorem & creditorē constituta.

l Persequuntur.] Apud quemcunque tandem sit res, quæ uel expressè uel tacitè obligata est, aut etiamsi quis dolo eam possidere [s] desiit.

m De qua re] Mobili uel immobili: mō non sit ex ijs, quæ prohibentur pignori obligari, ut sunt eæ res, quarum commercium [t] non est.

n Hac appellatione contine.] Sensus est, quæcumq; res, uelut obses supponitur obligationi pro securitate creditoris, siue creditori tradita fuerit, siue nuda conuentione, sine traditione ei obligata, semper potest creditor illam rem à quocunque possessore per hypothecariam actionem auocare, & petere.

o Sine tradit.] 10 Hypotheca propriè dicitur eius rei, quę nuda conuentione obligatur, & rei est immobilis: sicut contra pignus de re mobili dicitur, quæ ad creditorem transit.

a de quo in tit. de dam. infe. ut in pos. leg. tam in ff. quā in Cod. l. 1 & 2. de ptor. pi.
b de quo in tit. de bo. aut. iud. po. ff. & C. & l. a diuo Pio. de re. iu. uide et gl. in d. l. 1. 2. C. de præt. pig.
c Differētias inter hęc tria pignorū genera colligit gl. in l. 5. in uerbo traditum. ibi Bar de pi. ac. Ias. hic aliā vnam addit.
d in l. 1. ad fi. de Salu. interd.
e l. 2. in qui ca. pig. ta. cōtra.
f Contra Accu.
g De quo inf. mox dicem°. & l. 1. C. de pr. & Sal. interd.
h l. 1. §. si hęres ad S.C. Treb.
i l. si cū uēditor 66. de euictiō.
k In l. re pignoris. de ac. pos.
l l. urbana prędia. de uer. sig.
m autore Colu. mel. lib. 1.
n l. si merces. §. uis maior. locati.
o In l. si apes, de fur.
p Zas. post Dd. communiter hic.
q l. cum conductor. C. locati.
r l. interdū. qui po. in pig.
s l. si fundus. §. in uendicatione. de pig.
t l. 1. §. eā rem. quæ re. pign. ob. l. speciem. l. qui filios. eo. illo tit.

p De-

p Declarato.]textu,explicemus Seruianam. 11 [Seruiana est actio realis,qua locator ad res,quæ à conductore scienter in remlocatam, ad hoc vt perpetuò illic essent, inuectæ & illatæ, sibiq; pro pensione,& rei deterioratione tacitè obligatæ sunt,agit,& à quocunque possessore, quasi pignus auocat, retinens illas donec ei satisffiat. 12 Nuncupatur autẽ Seruiana, à Seruio Prætore Romano;non à seruando, vt Accursius comminiscitur: nam omnes actiones nobis seruiant quod debetur;alioqui Seruatoria diceretur. Explicemus definitionis verba. 13 Quod Seruianæ sit [actio realis,]ex eo liquet,quia domino rei locatę cõpetit aduersus possessorẽ rerum inductarum:semper sequitur possessorẽ taciti pgnoris. Nam si locator pro pensione & deterioratione rei locatæ non põt consequi ius, & possessio rerum illatarum perueniret ad aliũ, potest locator eas etiam ab illo altero possessore auocare,locoque pignoris,donec ei satisfiat,retinere. Apposui,[locator;] quia vt huic actioni locus sit, oportet rem locatam esse, nec pensionem solutam. 14 Dixi, [scienter;]quoniã & locator,id est,fundi dominus,scire debet,quæ res illatæ sint vel inuectæ. Nam si quæ fuerunt inductæ,de quibus locatori non constitit,illæ pro pensione, vel deterioratione obligatæ non erunt: quod in his colonis,qui prædia rustica conduxere,locum habet Illi enim nihil possunt inferre,quod non sit exhibitum inspectioni locatoris, qualia sunt aratra, ligones, vomeres, & similia cultui agrum destinata. Cæterum in inquilino, qui prædium vrbanum conducit inhabitandi causa, hoc non seruatur, sed indistinctè omnia importata tacitè & per iuris autoritatem obnoxia sunt ipsi locatoris: Solent nanque ipsi sæpe[t] inferrè non pauca in cistis, quæ non dantur [t] inspectioni locatoris. 15 Et obserua hanc esse præcipuam in vtriusq; & coloni:& inquilini rebus obligandis differentiam:quòd scientia domini [u] in colono desideretur;in inquilino minimè necessaria sit. Neque enim ex conuentione domino obligantur res coloni, sed eo, quòd in fundum inductas,vel inuectas esse,compertum domino exploratumq; sit. 16 Illud etiam quæsitum est, vtrumne scientia domini sufficiat absque voluntate & pactione,ad obligandum inuecta & illata[x] in prædium rusticum? Et verius est, voluntate, id est, pactione tacita opus esse: licet in vrbanis prædijs, nec scientia quidem (vt prędixi) opus sit, tantum [x] abest, vt voluntatem expressam exigamus.[y] Subditi, [perpetuo,] ad differentiam earum rerum quæ inferuntur, vt tantum ad tempus illic maneant. 17 Oportet itaque res eo animo illatas esse, vt illic perpetuo maneant, id est, donec colonus aut inquilinus inhabitauerit,alioqui non essent [y] tacitè obligatæ. 18 Adiunxi,[illatæ & inuectæ;]vt intelligeres res conductoris non illatas, pro pensione obstrictas [z] non esse.[z] 19 Obligantur autem omnes res coloni illatæ,siue in eis dominium habeat,siue ab eo tantum [a] bona fide possideantur. Fructus quoque nati in fundo,extantes tempore pensionis soluendæ,tacitè obligantur, tametsi inquilinus interim eos impunè possit [b] vendere.[a] Item & nomina debitorum, si colonus multas habeat cautiones obligatorias: quod Zasius aduersus Angelum & Iason. satis tuetur. 20 Sed an merces illatæ (vt si fortè inquilinus[b] sit mercator, qui domum conducat pro mercibus vendendis) fiat tacitè obstrictę? Et non videtur, cum non inferantur in domum conductam, vt perpetuò ibi sint, sed vt quotidie vendantur: est enim proprium rei venalis, vt vendatur: in eamque sententiam vulgò post multas fatigationes itum est. 21 Ego crediderim & illas pro pensione affici tacitè, non quidem specie & particulariter, quò ad indiuidua, sed[c] in genere & vniuersaliter: quia licet species mercium vendantur, semper tamen substituuntur aliæ:commercium enim est negotium emendi & [c] vendendi. Vtcunque ergo res particulatim vendantur: tamen cum aliæ substituantur, officina semper reponitur mercibus, iam merces extant, perpetuoque, hoc[d] est, quamdiu durat locatio, in genere sunt in domo ista conducta. Ista tamen reducimus, semper ad tempus, quo pensio soluenda est, quia merces tum extantes [d] sunt in obligatione. 22 Ait porrò Zasius, pecuniam quæ reseruatur pro substantia patrimonij, inductam tacitè obligari, quia eo animo inducitur, vt perpetuò, & tempore locationis ibi maneat. Pecunia tamen quæ destinatur ad quotidianum[e] vsum,quia ad hoc nata formataq; est, ut expendatur potius, qua retineatur, sub tacita obligatione non [e] venire,crebriùs traditum est. 23 Quinimò omnes res vsui quotidiano deputatæ eo referri non debent. Hinc est,quod vestes, suppellex, libri eorum, qui literis operam nauant, atque id genus aliæ res, pro [f] pensione tacitè obnoxiæ non sint. 24 Subieci, [pro pensione;] quia sicut in emptione debet esse [g] precium pecuniarium, ita in contractu locationis merces, siue pensio in pecunia constituenda est, [h] vel secundum quosdam in alia re,quę pondere, mensurave consistit:alias esset societas, vel contractus innominatus,[h] & per consequens hæc actio non cõpeteret, 25 Hincque orta est hæc disputatio, an res coloni partiarij illatæ, sint tacitè obligatæ pro pensione,de qua in textu diximus. 26 Adiunxi[pro deterioratione rei:][i] quia ex naturæ locationis & conductionis est, rem conductam retinere integram. Si verò ex negligentia conductoris destructa fuerit, tenetur instaurare, etiamsi expressè in ipsa locatione de hoc non est actum. Si quid ergo destructum, deteriorationemve fuerit, nec refectum, omnes res illatæ pro deterioratione[k] affectę tacitè, obligatæque sunt, [k] donec reficiantur; potestque eas locator retinere non tantum pro pensione, seu deteri oratione, verumetiam pro alio debito chirographario autore [l] Angel. Si tamen expressa hypotheca velpignus locatori constitutum esset:[l] res illatæ inuectæque tacitè obnoxiæ non essent, quia prouisio hominis tollit [m] prouisionem legis. 27 Amplius in definitione vsus sum verbo, [tacitæ:] nam conductoris bona expressè obligata essent, diceretur, hypotheca expressa, nec haberet hæc actio locum, sed quasi Seruiana. 28 Addidi, [à quocunque possessore;] quia hæc actio realis est, & dirigitur in rem,[m]

t l. certi iuris. §. C. de loc.
u l. debitor. de pig. l. in prædijs. 7. in qb. cãis pig. &c.
x l. certi iuris. §. C. de loca.
y l. debitor. de pig l. in prædij. 7. ad fi. in quibus cauf. pig. ta. cõtra.
z l. 2. & l. 3. in quibus causa pig. ta. cõtra,
a l. si ab eo. de pignor.
b Ita loquit d. l. in prędijs. & vulgò contra Bar. in l. assiduis C. qui po. in pi. ha.
c l. 3. in fi. C. de com. & mer.
d Tex. expssus pro hoc in l. cum tabernã de pig & fa. ĩ arg. l. ppone. bai. ff. de iud.
e Ita intellige Bal. in l. certi iuris. in 6. q. C. locat.
f l. obl. de pig.
g §. pretiũ. sup. de emp. ven.
h vide quę dixi in §. supr. de locat.
i l. cum conductorem. C. de loc. §. conductor. sup. eo.
k d. l. 2. & 3. in quib. cau. pig. ta. com.
l Hic, qui allegar. l. vnic. C. et ob chi. pec. pig. ret. poss.
m l fin. de pact. conuen.

à quocunque possessa fuerit. Si tamen tertius possessor habeat titulum & bonam fidem, videtur tutus esse ab hac actione, cum nec Publiciana detur aduersus titulo possidentē. 29 *Causa istius actionis est, ius quod in re alicuius obliganda, lex per autoritatem concedit actori, & possessio aduersarij: quare in rem censetur.* 30 *Probat itaque actor, Seruianam intendens, tria. Primò, se locasse illam rem conductori pro certa mercede: nisi enim contractus locationis & conductionis interuenerit, constitutaq; sit merces, quomodo accedet pignus? Quare nec tum obligantur res, cum gratuita conceditur* [n] *habitatio.* 31 *Deinde conductorem res, ad quas agit, eo animo induxisse, vt perpetuo, id est, quoad habitaret, illic manerent, & hoc locatore sciente, si quidem rusticum prædium locatum est: sin verò vrbanum locaretur, docet simpliciter res importatas.* 32 *Demum asserit conductorem habuisse dominium, vel quasi dominium in reb. illatis, vel saltem eas alioqui in ipsius bonis fuisse. Satis enim est, quòd possederit rem bona fide pro sua: hoc enim est, in bonis alicuius rē* [o] *censeri. Vel deniq; probat, quòd res quidē alienæ extiterint, cum consensu tamen domini inductæ.* 33 *Ex prædictis apparet, quid persequamur ista actione, quidue in eam veniat: nempe ius, id est, obligatio earum rerum, quæ in prædia vrbana vel rustica illatæ sunt, non quidem omnium (ibi.n. inciuile esset, tametsi oēs tacitè obligatæ sint) sed quatenus pro securitate pensionis, resarciendisq; damnis sufficere* [p] *videtur. potest ēt peti, vt res in prædio conscribantur per Notarium, & præcludantur, si eas statim vendicare noluerit: quo loco inuecta & illata sic descripta, inclusaq; nexu expressi pignoris tenentur, nec possent inhabitatores alienare ex illis reb.* [q] *quicquam. Quanquā autem supra in definitione docui, Seruianam actionē locatori competere, ei scil. qui ædes, vel horreum, aut diuersorium, vel aream in ciuitate, aut prædium rusticum extra ciuitatem locauerit: sunt tamen & alij, qui hanc exercere possunt.* 34 *Nā & creditori datur suppeditanti pecuniam ad refectionem rei: siquidem ea obnoxia fit pro tali pecunia per autoritatem Senatusconsulti, quod sub* [r] *Marco Imp. factum est.* 35 *Et item mulieri, quoniam pro reb. dotalibus conseruandis habet obligata bona* [s] *mariti: imò est etiam eo casu priuilegiata hæc actio, vt præferatur omnibus alijs creditoribus tacitam uel etiam expressam hypothecam prætendentibus secundum sententiam Martini iure verissimam, vt ut communis Doctorum adsertio non admittat præferri mulierem ijs, qui expressum pignus* [t] *habent.* 36 *Eodem modo conceditur marito hæc actio, ad conseruandam donationē propter nuptias ex bonis* [u] *vxoris. Et his casib. hæc actio sæpe nuncupatur Hypothecaria. Non tamen antea, quàm solutum fuerit matrimonium, aut marito vergente ad inopiam, competit hæc actio, quia nec de dote locum* [x] *antea habet.* 37 *Circa hæc tamen obseruandum, priorem obligationem, qua inuecta & illata domino tacitè obligantur, ipso iure non enasci sine facto hominis, vt quæ non existat, nisi res, siue bona importentur. Itaq; ad istam tacitam hypothecam inuectorum, illatorumq;, duo principia concurrunt, lex & factum hominis: hoc procedit, quia inferuntur & inuehuntur, moxq; disponit lex, & cooperatur tacitam obligationem, quod non est in alijs tacitis* [y] *hypothecis.* 38 *Porro sub hac ferè forma proponi potest hæc actio: [Cum Titius talem à me domum conduxerit, uel fundum tanta pecunia, eiusq; res sint in prædiū conductum me sciente] (si colonus sit: secus in inquilino) [illatæ, inductæ, aut importatæ, sintque tales res, quas quilibet paterf. solet secum eo animo adferre, ut semper retineat: quare peto uestra sententia declarari, res conductoris illatas in prædictam domum uel fundum pro pensione, uel damnis in meis ędibus datis, iure obligatas esse; eoq; nomine reum condemnari, vt mihi easdem res, quoad mihi fuerit de huiusmodi pensione, aut damnis satisfactum, tradat, &c.]* 39 *Expediti de actione Seruiana, ad quasi Seruianā veniamus, quæ etiam Prætoris autoritate constat, sic dicta primum ad differentiam Seruianæ; deinde, quia hæc actio propter expressam conuentionem, & consensum inter debitorem & creditorem magis ex iure ciuili, sicut aliæ contractuum actiones, constare videtur, quàm ex autoritate prætoris. Ueruntamen quia Seruius prætor formam ei dedit, & primus edicto suo in forum produxit, ideò nuncupata illi fuit, hoc temperamento, [Quasi] Seruiana; proprie autē [Hypothecaria] dicitur.* 40 *Est autē quasi Seruiana, siue hypothecaria, actio realis, qua creditor ad rei possessionē, quæ sibi iure pignoris uel hypothecæ expresse obligata est, agit ad hoc, ut id retinere, uel alienare possit, si à debitore non fuerit redempta].* 41 *Primum hinc discis, hanc actionē in rē esse, ex iure pignoris, quod creditor hēt per expressū cōsensū debitoris, qui obligauit eā, idq; respectu actoris. Cæterū quatenus ad reū cōuētū attinet, possessio eius parit hāc* [z] *actionē, et iō ista persecutio in rē est* [a] *creditoris. Ob id aūt ex hmōi expressa cōuentione nō in personā, sed in rē nascitur actio, quia de pignore tractantes, non hoc intendunt, vt persona, sed ut res obligetur, sicq; ius quoddā in re, uelut pars dominij à debitore cōstituitur creditori.* 42 *Subieci, [creditor] ad differentiā actionis Seruianæ, q̄ non à quouis creditore exerceri potest, sed illi tātum datur, qui tacitas hypothecas, ex sola dispositione legis inductas habet. Addidi [possessionem rei;] quia licet hæc actio propriè sapiat naturā iudicij* [b] *petitorij, auocat tamen nudā possessionem rei* [c] *obligatæ. Apposui, [iure pignoris uel hypothecæ,] quia quantū ad hāc actionem attinet, inter pignus & hypothecam* [d] *nulla est differentia, datur enim pro utroq; alioqui tamen est differentia.* 43 *Pignus enim traditione constituitur, hypotheca nudo consensu sine traditione; & sic in pignore transfertur possessio in creditorem, in hypotheca non, sed penes debitorem remanet. Differūt & quo ad actiones, quia actio pignoratitia est personalis, daturq; tantum pro pignore. Hypothecaria uerò tam pro pignore, quam pro hypotheca. Nam ubi pignus à creditore ad tertium quendam peruenerit, tum & hypothecaria exerceri potest, qua creditor ab illo tertio repetit pignus. atque hoc est, quod hic dicit Iustinianus,*

n l. fi. in q. cau. pi. uel hypo. tac. cō. l. 2. loca. accedit. l. eum uitiosa. ff. de pig.
o l. 49. honorū appellatio. §. in bonis. de uer. sig. l. 41. rem alienam de pig. act.
p l. 2. in qui. ca. pig. uel hyp. tac. contrah.
q l. 9. est differenti. in qui. cau. pign. &c. & l. si quasi. 3. de pig. act.
r l. 1. in qui. ca. pi. uel hy. ta. cō. l. 5. inter. & l. seq. q. po. in pig. hab.
s l. 1. §. & ut plenius. C. de rei uxo. act.
t l. in reb. C. de iu. do. l. 12. assid. C. qui po. in pig. i Aut. de equal. do. §. his consequēs. dicam Jasi. int. cc. §. fuerat. nu. 12. 13. uid. Old. cl. 3. act. 11. num. 5.
u d. §. & ut plenius.
x l. ubi adhuc. C. de iur. do.
y Vide Zasium hic pulcre de hoc differentem.
z l. si fundus 16. §. in uen. de pi. & hyp.
a l. pignoris 17. ff. eo. tit. l. 18. Pig. C. eo. l. si cū uenditor. i prin. de euic.
b vt vult Bart. l. 1. de Sal. in terd.
c l. si cum uen. in pi. de eui.
d Ita loquitur. tex. hic i uer. inter pignus.

nus, inter pignus & hypothecam, quantum ad hanc actionem, nullum esse discrimē; hypothecaria enim datur etiam pro pignore, quod ad tertium peruenit. 44 Subiunxi, [expresse obligata est,] vt rursus Seruianā secluderem, quæ pro rebus tacitè obligatis competit. 45 Dixi, [retinere possit,] quia pignoris & hypothecæ finalis cā hæc est, vt creditori saluum [e] sit suum creditum. 46 Adieci, [alienare,] quia si debitores, pignora noluerint redimere, possunt a creditorib. vendi simpliciter, dummodo id pactionib. cautū sit. Quòd si nihil cautum fuerit, post unam denunciationē, elapso biennio [f] quoq; vendi potest, & sic causa istius actionis est pignus seu hypotheca expressa, vt ex superioribus liquet. 47 Quando autem quæritur, quid in hoc indicio actor probare adstringatur: distinguendum est ex communi sententia. Nam si quidem agat aduersus principalem debitorem, qui scilicet obligauit rem iure pignoris, uel hypothecæ eamq; possidet, sufficit probari solam possessionem debitoris; neque enim is negare potest, se fuisse dominum istius rei, cum negando argueretur mendacij. Cautius tamen est in ipsa actione allegare, debitorem dominum pignoris, vel certè id in bonis ipsius esse; nam si hoc astruatur, tunc ex sola possessione dominium eius præsumeretur. Sin verò experiatur actor aduersus tertium possessorem, interest an tertius possessor causam, id est, titulū à principali debitore habeat, an minus; quoniam themate priori non sufficit probare solam possessionem debitoris, sed necesse quoq; est ostēdere, debitorem fuisse dominum illius rei pignoratæ, vel quod saltem in bonis eius fuerit; ob id certè, quia actor hypothecam habens, ius in re tantum habere dicitur ad auocandam nudam [g] possessionem, quod ius non potest ei tribuere vsucapiendi occasionem, multò minus [h] dominium. Tertius autem possessor qui à debitore causam habet, id est, iustum titulum, bonam fidem, & item possessionē, vsucapiendi ius habet, potestq; dominus fieri; ac per consequens plus habet in re hypothecata, quā creditor, qui habet tantum ius hypothecæ. Quare etiam ab eo, qui minus habet, impugnari nequit, nisi creditor probet debitorē fuisse, dominū, & rem alienatā sibi actualiter, & cum effectu ab eo obstrictam, qui eam obligare potuit, quod ius sine eius [i] facto non potuisset tolli. Posteriore verò specie, quando quis hypothecariam actionem aduersus eū intēdit, qui nullam causam à principali debitore habet, obligabitur actor probare debitorem fuisse dominum vel quasi dominum rei hypothecatæ; in quod Angel. Ias. & reliqui hic inclinant. 48 Libellus ergo in hac actione hunc in modum proponi, atque institui potest; [Titius centum à me aureos mutuò accepit, pro quibus obligauit mihi expressè iure pignoris aureum poculum, cuius ipse dominus, vel quasi dominus erat, vel certè habebat id in bonis, aut possidebat. quia autem mutuum non soluit, egoq; detentionem illius poculi expressè obligati non habeo; quare peto reum condemnari, ac legitimè compelli, ut prædictum poculum mihi iure pignoratitio tradat, restituat, donec solutum fuerit debitū, &c.] Et hæc formula procedit, si debitor ipse pignus possidet, si uerò alienasset in tertium, illa alienatio narranda, inserendaq; libello esset. Reliqua, quæ de Seruiana diximus, huc quoque reducenda sunt. 49 Obiter tamen monendi estis, consultus fore, hoc in casu [interdictum Saluianum] intendere, quod solum possessoriū est adipiscendæ possessionis, neque exigit vllam probationem de iure debitoris, qui rem obligauit. cùm alio qui in hypothecaria docere oporteat, rem pignoratam fuisse in bonis [k] debitoris. Habes autem hoc interdictum cum superioribus duabus actionibus magnam similitudinem, adeò quòd indifferenter tum locatori pro rebus inductis, taciteq; obligatis, quàm alijs creditoribus [l] hypothecarijs competat. Si ergo locatori datur, eadem obseruari debent, quæ de Seruiana diximus: si verò alijs creditoribus pro rebus expresso consensu obnoxijs, huc transferenda sunt, quæ de quasi Seruiana notauimus. 50 Interim tamen differūt: quia Seruiana duriores exigit probationes, quàm hoc [m] interdictum. Saluianum quippe interdictum respicit duntaxat id, quod conductor importauerit res, nec admodum curiosè disputat, vtrum fuerint importantis, an non: quod Seruiana secundum ciuiles regulas districtius inquirit: neq; enim is, qui Seruiana agit, duntaxat eam rem sibi obligatam probare necesse habet, verumetiam eam in bonis fuisse debitoris, cum [n] obligaretur: atque ob id commodius fuerit, [o] vt dixi, uti hoc remedio. Deinde huius interdicti iudicium possessorium est, quia fundat se tantummodo in mera & nuda possessione, non faciens mentionem, quòd ei tradatur res. Seruianæ uerò petitorium est, quia ipsam rem ratione pignoris persequitur, & in auocanda possessione proprietatis etiam quæstio vertitur: quod notandum est ad uarium vsum forensem, maxime propter appellationes: quia in Seruiana posset appellari, non autem [p] in hoc interdicto. Demū Seruiana est in rē, hoc uerò remedium in personam, sicut omnia interdicta: 51 Potest autem hoc interdictum propemodum sic institui: [Dico contra Titium quòd tenet talem rem, mihi tacitè obligatam, quia inuecta fuit loco pignoris in talem fundum, quem locaui Sempronio: quare peto eum condemnari ad ipsam rem tradendam, ita quòd ego possim adipisci possessionem ipsius, implorans officium iudicis, ut ad hoc [q] compellatur, &c.] Et hic non fit mentio rei pignoratæ, si res pignorata fuerit coloni, vel non fuerit: unde si tertius excipiat, & velit referre quæstionem dominij, id est, contra actorem controuertere causam dominij: replicandum est, quod agas possessorio, nec intres disputationem rei pignoratæ, [r] an sit debitoris, uel non: quod obserua diligenter.

e S. creditori. supra quib. mo. re contr. obl.

f De hoc dixi S. contra. su. qui. al. lic. uel non.

g d. l. si cum uenditor. in prin. de euic.

h Dixi sup eo. in S namq; si cai. nu. 22.

i Vt colligitur ex l si creditor. S. quæsiti, de distrac. pi.

K l. 1. de Sal. interd. l. 1. C. de prec a.

l. Bart. io d l. 1. de Sal. interdic.

m d. l. 1. S cum prædium. l. & quæ nōdum. S. 1. de pign. fal. l. si ab eo. de pig.

o Et idē Ange. hic contulit.

p Bart. in d. l. 1. de Sal. interd.

q d. l. 1. & l. certi iuris. 5. C. & locat. & conduc.

r Ita Zas. hic admonet.

§. In personam.

1 Actio receptitia est antiquata, & in actionem pecuniæ constitutæ transfusa.

2 *In quo conuenerit actio de constit. pecun. & actio receptitia.*
3 *Item in quo prædictæ actiones differant.*
4 *Quibus casibus hodie agatur actione de constituta pecunia.*
5 *Actio receptitia unde dicta: & recipere quid significet.*

a In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet Prætor: ueluti de pecunia constituta: cui similis uidebatur receptitia. Sed ex nostra b constitutione (cum & si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ cõstitutæ transfusum est) & ea quasi superuacua, iussa est cum sua autoritate a nostris legibus recedere. Item Prætor proposuit c actionem de peculio seruorum, filiorumque familiarum, d & eã, ex qua quæritur, an actor iurauerit, e & alias complures.

a l.2.C.de cõsti. pecun.
b Arg.§.1.supr. de tes.or. uide ibi mo.& Bar. in l. 1.de fals.
c Hæc ex Theophilo fere omnia.

a De actionibus in rem prætorijs visum est, nunc ad personales descendendo, Iustinianus plerasq; enumerat in genere: quarum tractationem priusquam aggrediatur, obiter & quasi perfunctoriè ostendit, 1 *Receptitiam actionem esse antiquatam, atq; in actionem pecuniæ constitutæ* [a] *transfusam. Ut autem intelligatis (quandoquidem & abolitæ leges reuoluendæ sunt, si utilitas inde aliqua, & dilucidior* [b] *sensus hauriri possit) qualis hæc actio fuerit, & in quibus conuenerit, aut etiam discreparit ab actione de constituta pecunia:* 2 *sciendum est, hoc inter vtramq; actionem fuisse commune: quòd utraq; ex constituto nascebatur, id est, postquam argentarius, vel quiuis alius debitor conuentus vt solueret, ita creditorem dimisit, vt se hoc vel illo die soluturum constitueret: ex hoc constituto oriebatur vtraque actio.* 3 *In illo aũt* [c] *differebant, quod actio [de pecunia constituta] locum habuit, quicunque is fuisset, qui constituerat. [Receptitia] verò tum demum procedebat, cum argentarius constituisset. Discrepabant & in hoc, quòd actioni [de constituta pecunia] locus erat, cum res tantum fungibiles, nempe ea, quæ numero, pondere, mensuraue consistunt, constitutæ fuerant. [Receptitia] verò agi poterat, quicquid fuisset id, quod debebatur, mobile an immobile, dum argentarius constituisset. Sic ergo prior actio latius patuit, quod ad personas attinet: nam quilibet constituere poterat, sed in angustius contracta erat, quod ad res pertinet, quia res tantum fungibiles constituebantur. Ex diuerso actio [receptitia] magis coarctata erat si personas spectes, quoniam solus argentarius ea tenebatur; & latius patentem vsum habuit, si res inspicias: nam omnia, quæ cuiquam deberentur, recipiebat: Et hæc quidem obseruabantur. Imperator uerò Iustinianus sua* [d] *constitutione. [Receptitiam] actionẽ sustulit, & id quod plenius habueret receptitia, in actionem constitutæ pecuniæ transtulit, quemadmodum textus præsens satis significat.* 4 *Ex quibus consequitur primum, quòd hodie ex sola actione de constituta pecunia tam cum argentario, quàm cum quouis alio constituente agatur: deinde, quòd hæc actio aduersus quemuis constituentem, & quauis in re debita, siue fungibili, siue non fungibili, locum habeat.* 5 *Dicta aũt est [Receptitia,] eleganti quadam loquendi figura, à recipiendo, id est, accipiendo, seu promittendo. [Recipere] enim inter alia significat, facienda suscipere, & cum obligatione promittere. Sic Cicero Crasso. [Quæ tibi,] inquit, [promitto ac recipio, esse sanctissimè obseruaturum:] quanquam & pro simpliciter promittere, apud eundem non semel ponitur. Recipere ergò dicebatur Argentarius, qui quod alicui expensum tulerat, sine stipulatione promittebat se certa die soluturum.*

d In d.l.2.

b Constitutione.] Quæ etiamnum [e] *in Codice extat.*
c Actionem de peculio.] Quæ altero ab hinc [f] *§. explicabitur.*
d Et eam.] Quæ tertio ab hinc [g] *§. enarratur.*
e Et alias complures] Veluti exercitoriam, Institoriam, Tributoriam, Quod iussu, Depositi quatuor de causis: &c.

e l. pen.C.de cõstit. pec.
f §. action. infra eod.
g §. item si quis postu. inf. h. ti.

§. De constituta.

1 *Vniuersalitas semper in legibus ad personas aptas restringitur.*
2 *Constituere quid in hoc proposito significet.*
3 *Definitio actionis, de constit. pecunia.*
4 *Constitutum fit nudo pacto.*
5 *Nudum pactum qualiter fiat.*
6 *Constitutum quibus verbis fiat.*
7 *Potest etiam inter absentes constitui.*
8 *An factum alienum constitui possit.*
9 *Constitutum præsupponit debitum.*
10.12 *Constituti quæ sit utilitas.*
11 *Super ciuili tantum debito non potest constitutum fieri.*
13 *Quæ sit ratio quòd debito ciuili possit fideiussor accedere, & non possit constitui.*
14 *Potest constituere quis se soluturum quod alius debet.*
15 *In constituto pro alio attendimus solùm, vt obligatio per constitutum transferatur in constituentem.*

16 Causa

16 *Causa actionis de constituta pecunia.*
17 *In constituto ex nudo pacto oritur actio.*
18 *Constituere qui possint.*
19 *Constitutum fieri potest pro omnibus rebus in stipulationem deducibilibus.*
20 *Forma actionis de constituta pecunia.*

De constituta autem pecunia a cum omnibus agitur quicunque pro se, uel pro alio soluturos se b constituerint: c nulla scilicet stipulatione interposita; nam alioqui si stipulanti promiserint, d iure ciuili tenentur.

Iustinianus] actionum prætoriarum in personam exempla in genere proposita, nunc exequitur, quo ad speciem: & primò actionem [pecuniæ constitutę] enarrat, cuius materia perquàm vtilis est, & inter mercatores a *frequentissima. Interpretemur ergo principe loco textum.*

a *Cum omnibus.] Hanc vniuersitatem coercere debes ad personas aptas: quia furiosus, mente captus, is cui bonis interdictum est, item pupillus, per se non possunt vel cōstituere, vel ipsis* b *constitui.* 1 *Et regula traditum est, in legibus nunquam tantam vniuersalem præpositionem esse, quæ vniuersaliter omninò intelligatur, quin accipiat restrictionem ad* c *homines aptos.*

b *Constituerint.]* 2 *Constituere] hoc loci est cum parte ipsa statuere, id est, deliberatè promittere, & se debitorem facere ad id, quod iā debitum est. Debitum enim oportet esse, quod constituitur: [quoniā,] (vt Vlpianus* d *ait) [hactenus constitutum valebit, si quod constituitur, debitum sit:] non quidem in personam, id est, non ab eo præcisè, qui constituit, sed (vt idem* e *ait) in rem, id est, generaliter, siue ab illo, siue ab alio Atque ita hac in materia hoc verbum vbique accipias*

c *Nulla scilicet stipulatione.] Sed duntaxat nudo pacto, & simplici promissione. Est tamen hæc iterata quadam promissio, quoniam promittit quis se soluturum, quod prius aliquo modo debebatur: nam alioqui non constat constitutum, etiamsi ab eo initatus, qui non ignorat; nihil deberi. Ludere enim videtur, & nihil agere, qui promittit debitum alienum, quod scit nullum esse.*

d *Iure ciuili tenentur.] Ex stipulatione, daturq; aduersus eos ordinarium remedium, nempè actio ciuilis, vt conditio certi,* f *vel actio ex stipulatu; quemadmodum suo loco diximus.*

Ex hisce textus nostri verbis, facilè, & sine omni negocio potest actio [de constituta pecunia,] hunc in modum definiri. 3 *[quod sit actio personalis prætoria, qua agimus aduersus eum, qui per nudum pactum constituit se soluturum, id quod ipse prius ex nudo pacto, vel alius quispiam ex quacunq; cā debebat.] Explicemus hæc uerba sigillatim Quòd sit [personalis pretoria,] ex precedenti §. satis constat.* 4 *Dixi, [per nudum pactū:] si enim per stipulationem facta esset obligatio, daretur ordinariū remedium, nempe ciuilis actio, ut Conditio* g *certi, quando certum quid deductum est in stipulationē; vel actio ex stipulatu, quando incertum quid promissum est.* 5 *Fit autē nudum pactum, si sine aliqua interrogatione quis pro se, vel alio pecuniam soluere constituerit, vel spoponderit,* 6 *Satisfaciā tibi, vel soluam tibi, aut per similia congrua,* h *idoneaque verba. Vel si dicat, Salua penes* i *me habes, satisfiet tibi à me, constituo me, quod Titius tibi soluet* k *hoc debitū. Item si constituatur precedente etiam interrogatione, dum tamē ex interuallo* l *respondeatur, absitq; animus inducendæ obligationis. Ex quo apparet, si naturaliter obligatus, fortè ex minus solenni voluntate (quo casu non haberet locum actio ex testamēto) diceret. Soluā tibi, cū teneri actione de constituta. Sed etsi per nunciū, vel epistolam* m *fieret promissio, daretur hoc iudiciū.* 7 *Constituimus enim non inter præsentes modò, verumetiam* n *inter absentes. Et ita differt Constitutū à fideiussione, quia hæc fit per* o *stipulationē, Constitutum verò per nudū pactū. Ad definitionē reuertēdo, dixi, [se constituit.]* 8 *quia si constituisset Titiū, ut solueret id, quod Sempronius dēt, constitutum non valet, esset enim omnino factum alienū. Si autem quis constitueret Titium, ut solueret, quod ipse constituens dēret, constitutum robur hēret, adstringereturq; constituēs, quoniā promisisse intelligitur se facturū & curaturum, vt Titius solueret, & sic promisisse* p *factum propriū. Adiūxi, [ad quod ipse ex nudo pacto:] quia constitui pecunia non potest, nisi ex aliqua conuentione, vel cōtractu præcedente sit debita:* 9 *ergo cum cōstitutū præsupponit debitum: necesse est in constituto, quod prius debitū sit ex naturali, & ciuili obligatione simul, aut ex naturali tantum, quæ* q *ex nudo pacto prouenit. In hoc tamē titulo interest an de eo loquamur, qui constituit se soluturum id, quod ipsemet prius debebat: qua specie, siquidem naturaliter tantum debebat, propter consensum, lege non suffragante (vt est debitum* r *inter fratres, inter patrē, & filium item legatum in non solennis* s *testō relictū)* 10 *illud constitutum magnę est vtilitatis: robur enim accessit debili conuentioni, oratque est actio creditori, quam prius nō hēbat. Quòd si utroq. mō, naturaliter, & ciuiliter debebat, tum nihil, vel parum adiumenti adfert hoc constitutum, nisi qđ creditori alia aduoluitur actio, cum ex priori obligatione, ēt sine constituto experiri posset, & consultum est habere plura remedia Aut verò de eo disputemus, qui constituit se soluturum, quod alius dēbat: & tū nō refert, ex qua obligatione dēatur,* 11 *dummodò non sit ciuilis tantum obligatio, quia super illa constitutū fieri* t *nequit: nisi sit eiuscemodi debitum, ex quo detur actio, ut in debito ciuili ex* u *sñiā. Ex quib. satis deprehendis, ad quid conducat constitutum, qdue constitutæ pecuniæ iudicium cōferat.* 12 *Est & tū*

vtilis

a Bal. in rub. C. de const. pec.
b l. 1. & l. 2. ff. de const. pec.
c Glos. hic & gl. in l. promittendo. ī pr. ff. iure do. et Zas. hic.
d l. hactenus. 11 de const. pec.
e l. eum qui. 5. §. 2. eod. titu.
f Vide su. in ti. de verb. ob. l. si gs certū. si cer. pe. dixi su. de uer. ob. ī prio. Quomō cōstituatur efficaciter. ē tex. opt. ī §. ul. Aut. ut cum de app. cog.
h Auth. si quando. C. hoc ti.
i l. quidam. ff. de const. pec.
k Tex. singul. ī l. cū g. §. sed & certā. ff. e.
l Zas. hic.
m l. eum q. §. Iulianus. l. Titius. l. quidā. hoc titu.
n l. qui āt. §. cōstituere. h. t.
o l. blāditus. C. de fideiussor.
p l qui aūt. §. j. iuncta gl. in uerb. sed etsi gs. hoc titu.
q Gl. hic in uerbo. cōstituerit.
r l. frater à fratre. de condi. indebi.
s Gl. magna ī l j. ff cōd. ind.
t tex ī l j. ad fi. ff. ff cōst. pec.
u l. Iulianus uerū debitorē (scđm cōmuniorem intellectum) de cood. indeb.

vtilis hæc actio, si debito præcedenti accedat qualitas commodi, vt locus, tempus: si constituam me commodiore loco, vel tẽpore soluturum. Item si accedat qualitas monetæ, facilitas soluendi: vt si cum debeas mihi decem in moneta, constituas te in auro soluturum: vel pro frumento constituas te soluturum pecuniã, quia fortè [x] *sim mercator.* 13 *Sed hic pulchræ inquisitionis est quare cum debitum ciuile tãtũ nõ possit* [y] *constitui, ei tamen fideiussor accedere* [z] *valeat? Ut quid tam variè? cum videãtur quodãmodo paria esse, cõstitutũ, & fideiussio. Et dimissis aliorũ responsionib. Zasii solutionẽ amplector. Constitutum enim firmat, & roborat debitum præcedens: eaq; propter actionẽ producit: addit alias qualitates, puta locum, tẽpus, monetam, & his similes, quæ in principali apposita non erant: vnde non mirum, si non potest firmare id, quod est indebitum, quia firmatio succedens præsupponit rem firmandam esse aliquam. Secus est in fideiussore: is enim qualicunque accedit* [a] *obligationi; at non firmat contractum, cui accedit. Neq; enim in plus obligari potest, quam ipsa principalis obligatio polleat. Vtcunq; ergo fideiussor debito tantum ciuili adiungatur, ea tamen exceptio, quæ est contra debitũ ciuile, fideiussori quoq; proficit, ne durius obligetur. Quod tamen dictum est, aliquod robur debito accedere per constitutum potius quam per fideiussionem: hoc procedit, nisi constitutum debito conditionali adijceretur, Zasio adstipulãte; veluti si sis mihi obligatus, si Cæsar Ratis bonam ad comitia veniat, & constituas te soluturum hoc debitum: illud constitutum nihil dat roboris debito principali, quia semper expectandus est euentus conditionis; si extat conditio, constitutum efficax est; si verò defecerit, cadit, & constitutum; & sic hac specie cõstitutum sequitur* [b] *naturã conditionis debiti. Addidi in definitione, [vel alius debebat;]* 14 *quia potest quis constituere, sed id, qđ alius debet, soluturũ; quo casu liberatur principalis debitor; obligatione in* [c] *constituentẽ, eiusq; hæredes trãsfusa.* 15 *Adposui, ex [quacunq. causa,] vt ostenderem in constituto, quod fit pro alio debitore, nõ attendi, siue is naturaliter tantum, siue naturaliter, & ciuiliter debeat: sed id tantũ, vt obligatio per constitutum transferatur in* [d] *constituentẽ.* 16 *Cã huius actionis proximior est obligatio, remotior verò* [e] *nudum, pactum. Et sic dissis, quòd vtcũq. regulariter iure ciuili nudũ pactum non producat actionẽ:* [f] 17 *in cõstituto tamen ex nudo pacto actionẽ nasci, ob id certè, quia hoc nudũ pactum adponitur super debito iam naturaliter contracto, ideò potius operatur productionem actionis, quàm si super debito contrahendo adijceretur, hoc fit propter geminationem promissionis, quod uidelicet per nudum pactum idem bis promittitur. Sunt & aliæ pleræque species, in quib. ex nudo pacto actio nascitur, quas Accursius hoc loci enumerat, & Cõmentatores* [g] *vberius easdẽ extendunt plerisq. in locis.* 18 *Possunt aũt se constituere oẽs, qui alioqui obligari queunt. furiosus autem, pupillus, prodigus, similesque personæ, quia sine tutorum curatorumue* [h] *autoritate non obligantur, nec constituere possunt.* 19 *Obserua quoq; obiter, constitutũ non tantũ pro numerata pecunia fieri, sed pro omnib. rebus, quæ per stipulationem obstringi nobis poterunt: quamcunq. rem, siue mobilem, siue solo hærentẽ quis se soluturum constituit, hac actione tenetur: usq. adeò etiam veteres, pecuniæ appellatione oẽs res patrimonio nostro cõprehensas* [i] *significare statuerunt.* 20 *Videamus nunc quomodo in forum producenda sit hæc actio. Est aũt facilis eius forma, quia ex ipso contractu vltrò enascitur. [Quũ ego, & Titius essemus in eadem negociatione, ipseque pecunia indigeret, rogauit, ut centum ei solidos mutuò darem: quos ita à me accepit, promittens ad proximas Calendas Maij se soluturum. Calendis autem venientibus creditam pecuniam numerare non potuit: ideoque Seius per nudum pactum eosdem aureos se pro Titio soluturum constituit. Quia autem ex illo constituto Seius efficaciter mihi obligatus est, peto eum condemnari ad dandum, & soluendum prædictos centum solidos, &c.] Et sic libellus procedit, si quis constituit se soluturum, quod alius debebat. Facile autem poteris mutare in casu, quando quis constituit se id soluturum, quod ipsemet prius debebat.*

x d. l. 1. §. an potest.
y d. l. 2. ad fi.
z §. 1. cũ gl. su. de fideiuss.
a l. Græcè. §. & generaliter. ff. de fideiuss.
b bonus tex. in l. id qđ sub conditione, ff. hoc ti.
c l. 1. C. hoc tit.
d d. l. 1.
e §. nostro. hic.
f l. iurisgentiũ. §. sed cũ nulla. & §. quinimo. ibi Dd. ff. de pact.
g Ias. hic copiose post alios oẽs, & in d. §. quinimo.
h Dixi suprà, in tex.
i l. talis. de leg. 1. l. 2. §. mutuum. si cert. pet. l. pecuniæ verbum. 187. & l. pecuniæ. app. de verb. sign.

§. Actiones,

1 *Peculium quomodo in hoc §. accipiatur.*
2 *Peculium in personis seruorum erat tantum vnum.*
3 *Filiusfam. habet quadruplex peculium: castrense, quasi castrense, profectitium, & aduentitium.*
4 *Quid iuris pater habeat in peculijs filiorumfam.*
5 *Filiusfam. ex omni contractu, & delicto obligatur.*
6 *Quomodo executio possit fieri contra filiumfam.*
7 *Actio de peculio in profectitio duntaxat locum habet, non etiam in cæteris peculijs.*
8 *Iure ciuili nemo ex alieno contractu tenetur.*
9 *Quamquam æquitatem Prætor considerauerit in actione de peculio.*
10 *Pater etiam inuitus, & ignorans ex contractu filij peculiotenus obligatur.*
11 *De dictione, Tenus.*
12 *Differentia inter patrimonium, & peculium.*
13 *Peculium dicitur veluti patrimonium, & Peculium.*

Definitio

14.19 *Definitio actionis de peculio: eiusdem declaratio.*
15 *Actio de peculio an sit distincta species actionis per se.*
16.18 *Actio in rem verso, & quod iussu, sunt potius adiectiones quam actiones.*
17 *Idque exemplo declaratur.*
20 *Hodie ex contractu filij vel serui oriuntur duæ actiones.*
21 *Pater actiones de peculio conuentus quid deducat.*
22 *Pater conuentus filio mortuo, in solidum tenetur: fallit in peculio profectitio.*
23 *Pater tenetur de peculio ex contractu filij, non etiam ex delicto: secus est in domino.*
24 *Noxæ deditio hodie in seruis tantum durat.*
25 *Actiones de in rem verso, & quod iussu, insolidum intenduntur: actio de peccato tantum peculiotenus.*
26 *Quatenus in peculio sit, tempus sententiæ spectatur.*
27 *Actio de peculio in profectitijs tantum locum habet; secus in castrensibus vel quasi, & aduentitijs.*
28 *Casus, vbi huic actionis etiam in aduentitijs locus est.*
29 *Causa efficiens actionis de peculio.*
30 *Causa materialis.*
31 *Hæc actio ex ciuili & naturali obligatione nascitur.*
32 *Quid in hac actione probare debeat actor.*
33 *Forma libelli in hac actione.*
34 *Si cum filiofam. impubere contractum sit, quomodo detur hæc actio.*

a Actiones autem b de peculio, ideo aduersus patrem dominumue comparauit Prætor: quia licet ex contractu filiorum seruorumue c ipso iure non teneantur: d æquum tamen est e peculiotenus (quod f veluti patrimonium est filiorum filiarumque familias, ita seruorum) condemnari eos.

Exponitur] hoc §. altera actio personalis prætoria, quæ [de peculio] est, non inutilis, quod ad filiosfa. attinet. Accursius, & post eum reliqui interpretes hoc loci quinq; alias actionum formulas partim ex eodem fonte a *profluentes, partim huc impertinentes* b *enumerant; quarũ tractationem nos hic omittemus, ne iis proximè* c *subsequenti dotĕ debitam* d *subtrahamus. Porrò quia peculij crebra hic fiet mentio, pro euidentia admonendi estis, primò peculium variè in Legib.* e *accipi.* 1 *In ea verò, quã tractamus materia, peculiũ dictum est, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium, quod voluntate patris vel domini filiofa. aut seruo permittebatur, separatũ à rationib.* f *paternis & dominicis. Et poterat pater pro arbitrio suo illud augere minuere, aut prorsus adimere, si modò id non fieret* g *in fraudem alicuius.* 2 *Peculium aũt in personis seruorum erat tantum vnum, & dicebatur* h *[dominicum:] id pp abolitam seruitutem gentium nimis duram, in foro nostro non frequentatur. Eius tamen propter cognitionem antiquitatis & multarum legum, mentionẽ pariter faciemus.* 3 *Sed quod filiusfa. habet, est quadruplex [Peculium castrẽse,] quod filiofa. eunti in militiam à parentibus, propinquis & amicis donatũ est, quodq; ipse filiusfam in militia acquisiuit, quod nisi militaret,* i *acquisiturus non fuisset. [Quasi castrense est,] quod acquisiuit filiusfa. ex salario publico, ex artium professione, ex sacerdotiorum prouentibus, ex causarum patrocinijs, vel* k *parsimoniam propria [Profectitium est,] quod ex re patris eiusne occasione ad filiũ proficiscitur. [Aduentitium,] quod filius aliunde consequitur, puta ab auo materno vel paterno, aut ex cognatorum testõ, quòdue aliàs ex prospera fortuna aduenit.* 4 *In castrensi & quasi castrensi filius iure veteri habebat plenum dominium, i. tam proprietatem quam vsumfructum: idq; & hodie obtinet. In aduentitio, Pandectarum lege penes patrem erat plena potestas iuris & administrationis: hodie solus vsusfr. acquiritur patri, proprietate ad filiumfam. pertinente. In profectitio sicut olim, ita & hodie filius neque proprietatem, neq; vsumfructũ habet, sed vtrumq;* l *patris est,* 5 *Deinde præmittendum est, filiumfam. in potestate patris constitutum ex omni contractu & delicto obligari, & quidẽ in solidum etiam* m *viuente patre, adeò vt possit cõueniri à creditoribus, condemnariq; per sententiam ad soluendum.* 6 *Et quamuis nihil proprij habeat, potest tamen executio aduersus ipsum fieri, vt bonis paternis cedat, idque eo facere recusante, careeri* n *mancipetur. Nunc ad textum.*

a *Actiones]Id est, adiectiones, siue qualitates actionum, seu formulas persequendi, iuxta ea quæ mox* o *infra subnectam.*

b *De peculio.]* 7 *Intellige profectitio: de eo enim solum hic agitur. Aduentitiũ huius loci non est, & ex eo pater nisi nomine filij, cuius est proprietas, & tanquam legitimus administrator* p *conuenitur. Multo minus castrense, vel quasi castrense peculium ad hanc actionem petinet, cum eius nomine filius ipse* q *conueniatur, & in eo habeatur pro* r *patrefam.*

c *Ipso iure.]* 8 *Subaudi ciuili, quo quisquis ex proprio contractu, non alieno obligatur, eatenus, vt nec pater pro filio, vel dominus pro seruo, nec è regione filius pro patre obligari* s *queat. Atque hæc est summi iuris regula.*

a Propter actionẽ de in rem verso, & quod iussu.
b Propter actionem exercitoriã, institutoriam, & tributoriam.
c Qui hunc sequitur, quod cum eo, q in alie. pot. est, &c.
d Vt dixit Bal. in l. falsus. C. de furtis.
e Gl. in rub. ff. de pec. vide Bar. in rub. ff. de pe. & Bal. in l. fi. in 2. & 3. colu. ff. quod cum eo, &c.
f l. depositi. §. vlt. ff. de pec.
g l. non statim. & l. peculiũ nascitur. cũ l. seq. & l. summa cum rõne 2. hoc tit.
h Pet. de Bella-Pertica. hic.
i l. castrense. de castr. pe & l. 3. C. de castr. pec. lib. 12.
k Dd. in l. fori. C. de aduo. diuer. iud. & in l. quũ oportet. ibi Bald. C. de bo. q. li.
l l. pater. de acq. hæ. & l. quodcunq. de ver. obl. vide quæ dixi in §. igit sup. per quas pers. no. acq.
m l. filiusfam. de act. & obl. & l. tã ex cõtractib. 56. ff. iu.
n l. pen. & ibid. Bar. & alij C. qui bon. ced. poss.
o nu. 14. & seq.
p l. non solum. C. de bon. quę lib.
q l. ex castrensi. 18. §. vlt. de pecul.
r l. 2. ad S. C. Maced.
s l. 3. C. ne fil. pro pat. & in l. dominium. ibi Dd. C. quod cum eo &c.

d [Aquum.

d *Aequum tamen.*] 9 *Sed quæ fuit hæc æquitas, quam Prætor animaduertebat? Primum, quod iuris ciuilis executio in filiosfam. dura admodum esset, vt aut bonis cederent, aut in carcerem* [t] *detruderētur, vt iā dixi. Deinde cum pater filiofamilias, dominusq; seruo expressè vel* [u] *tacitè certā pecunniæ substantiā concedit, cum qua negotietur, non exprimendo certum negotiationis genus, (aliàs enim esset institor) æquum Prætori visum est ex horum contractu patrē, dominumq; obstringi, ac conueniri posse, tum ne deciperētur bona fide contrahentes cum filijs aut seruis; tum ēt, quia ex ipsorum voluntate præsumpta, propter concessionem peculij (quæ semper durat, donec peculium rursus alimatur) contraxisse videntur.* 10 *Hinc est, quod etiam ignorantes atq; inuiti ex illorum contractu teneantur. Et* [x] *Caius, [Etiamsi phibuerit,] ait, [cum seruo contrahi dominus, erit in eum de peculio actio.] Verum quoniā parentum dominorumq; volūtas non esse simplex & absoluta, sed certa ac limitata, respectu illius quantitatis concessæ in peculiū: ideò induxit etiam Prætor, vt non in solidum, sed quatenus se illa voluntas, & sic peculij quantitas extēderet, parentes, dominiq; de negotijs per filios vel suos gestis obligentur. Idq; propriè vult textus noster.*

e *Peculiotenus.*] *Id est nō vltra peculium, sed quotenus peculij vires essent; vt iam ostendi.* 11 *Et notabiliter, dictionem [Tenus;] contra naturam præpositionis semper postponi, in singulari vtique cum ablatiuo, in plurali verò cum genitiuo etiam, vt Valla docuit in suis* [y] *elegantijs.*

f *Veluti.*] 12 *Patrimonium proprie est liberi hominis: peculium verò his tantum, qui sū aliena ptāte sunt, quæritur, & cum extra ptātem mittuntur, amplius peculium non est.* 13 *Appellat autem illam pecuniam, quam pater vel dominus filio aut seruo ad negociandū permittit, veluti patrimonium filij aut serui, cum non sit sed quia separata est hæc pecunia à rationib. paternis, siue dominicis, pater & dominus non connumerant inter sua bona, seorsumque suas rationes habent: quod signa.*

14 *Excusso.*] *textu, definiamus actionem [de peculio] legaliter [Actio de peculio est personalis prætoria, qua petimus à patre vel domino, vt soluat pro filiofa. viuente, vel seruo nobis ex contractu obligato, quatenus est in peculio]* 15 *Hæc actio ex communi sententia non est propriè distincta species actionis per se, sed potius adiectio, siue formula actionum, ex quibus oritur. Agitur enim contra patrem vel dominum ex eo contractu, qui celebratus est cum filio vel seruo, adiecta tamen illa formula persequendi, de peculio: sine hac enim non concederetur persecutio.* 16 *Sic ēt de actione [in rem verso, & quod iussu,] dicimus, quòd sint adiectiones, seu clausulæ agendi ex quibuslibet negocijs gestis cum ijs, qui sunt in potestate alterius. Et quanquam, vt eleganter* [z] *Old. docet, aliæ actiones ex huiusmodi controuersijs nasci soleant inter contrahentes; aduersus patrem tamen vel dominum absque his adiectionibus seu formulis (quibus vtique rei veritas respondeat) non permittitur vlla persecutio. Exempli causa:* 17 *Filius emit rem, quā vertit in vtilitatem patris, nasciturne venditori actio ad precium consequendum? vtiq; nascitur. Sed quia aduersus patrem intendi non potuisset, nisi re ipsa in commodum eius versa, ideò venditi actio tali formula, [De in rem verso,] exerceri pōt. Hinc* [a] *Vlpianus, [Si à filio meo,] inquit, [fideiussorem accepero, id me non de in rem verso, sed de peculio actione mandati præstaturū.] Et* [b] *alibi: [Depositi nomine,] ait [pater vel dominus duntaxat: de peculio conuenitur.] His enim edictis prætorijs non transferuntur actiones,* [c] *sed adijciuntur.* 18 *Siue ergo actionum nomina dixeris, siue adiectiones siue clausulas, parum refert, modò vt scias, formulas esse agendi, quæ hisce verbis significantur, vt appareat, quid potissimum in persequendo debito spectandum sit, quando contrahitur cū his, qui in aliena sunt potestate. Ad definitionem reuertendo, declaremus eam, more nostro, populariter.* 19 *Quòd ergo sit [personalis] hæc actio, liquet: quoniā in personam est ex contractib. eorum, qui sub alterius potestate, patria vel dominica, gesserunt aliquid obligatorium. [Prætoria] item est: quia eam Prætor ex sua iurisdictione introduxit. Quòd deinde dixi, [qua petimus à patre vel dom.] &c. id omnino cum iure ciuili pugnare, & ex mera æquitate, quam Prætor considerauit, proficisci, ex his, quæ ad tex. diximus colligitur. Subieci, [à patre vel domino.]* 20 *quia hodie ex contractu filij & serui oriuntur duæ actiones; vna est, quæ datur aduersus ipsum filium vel seruum contrahentem in solidū ex suo contractu, adeò quod si insolidum soluendo non sit, detrudi possit in carcerem, nisi cedendo* [d] *bonis se liberauerit. (qua de hic agitur) aduersus patrē, dominumue competit vsque ad vires peculij, & quatenus in peculio est. Vlpianus,* [e] *[Si quis] inquit, [cum filiofa. contraxerit, duos hēt debitores: filiū in solidum, & patrem duntaxat de peculio] Et* [f] *Paul. [Ideò,] ait, [si pater filio peculium ademerit, nihilominus creditores cum filio agere possunt.]* 21 *Deducit tamen pater cōuentus, vel dominus, omne id, quod sibi debetur, vel illis, qui sunt in sua potestate,* [g] *titula, curaue, si tamen aliunde debitū suum consequi nequeat, nec indemnitati suæ* [h] *consulat: & quod reliquum est, in peculium cōputatur. Apposui, [pro filio viuente,]* 22 *quia si pater conueniretur filio mortuo, hodie non peculiotenus, sed in solium obligaretur, maximè aduentitijs, castrensibus, & quasi castrensib. peculijs, quæ pater eo, quo nunc vtimur, iure, post mortē filij occupas, nō vt peculia, sed vt hæreditatem. Quòd si hæres est, satis etiam facere creditoribus* [i] *obstringitur. In peculio verò profectitio, quia nihil innouatum est, pater defuncto filio vsq; ad vires peculij, & intra fines* [k] *eius tenebitur. Subiunxi, [ex contractu obligato:]* 23 *pater enim & dominus propriè tenetur de peculio, si filius vel seruus cōtraxerint, vel quasi contraxerint, vt si* [l] *gesserint negotia absentis. In delictis differentia est inter patrē & dominū: quoniā si seruus deliquerit, noxāue dederit, penes dominū optio est an velit noxam resarcire, vel seruū dedere pro noxa, vt inf.* [m] *suo loco audiemus. Secus est in filio*

t ad l. penul.
u pp l. depositi §. vlt. & l. quæ Tuberonis §. sunt quidā. de pecul.
x In l. si. quis seruum. de pec.
y lib. 2. cap. 9.
z hic i practica huis actionis.
a in l. 3. § cui cōgruit. de pec.
b d. l. depositi. in priu. eo. ti.
c l. eum qui in mea. §. item si seruus & exer. act. l. filiusfa. in fin. de in rem verso.
d l. cum filiusfa. C. qui bon. ced. poss.
e l. si quis cum filiosfami 29. de pec.
f l. & 10. eo. tit.
g l. peculium & l. sed si damnum. de pec.
h l. si nouali. §. idem recte. & quod autem. hoc tit.
i Toto tit. C. de hær. act. & l. vni. C. vt act. ab hær. & cō. hæred. &c.
k Gl. in l. pater. 2. in ver. testamento. de cast. pec.
l l. si filiusfa. ff. de neg. gest.

lio, neq; enim potest pro noxa dedi, si deliquerit, licet olim aliud [n] obseruaretur. 24 sicq. hodie noxę deditio durat in seruis tantum, & quadrupedib. si fortè dãnum fecerint. Interdum tamen pater ex delicto filij conueniri põt, si [o] factus sit inde locupletior. 25 Addidi, [quatenus est in peculio:] ad differentiã actionũ, de in rem verso, quod iussu, exercitoriæ, institoriæ, & tributoriæ, quæ ẽt aduersus patrem, & domi num ex contractu filij, vel serui intendi possunt, nõ tamẽ de peculio tantum, sicut hæc, sed in solidum, sicut titulo proximè [p] sequenti docebitur. 26 Porrò quatenus in peculio sit, tẽpus rei iudicatæ spectatur, ẽtsi cum intenditur actio, nihil aut parũ in eo [q] fuerit. 27 Illud diligenter aduertendum est, qđ & suprà dixi, hanc actionẽ in perfectitio tantum peculio locum habere; in castrensi enim, vel quasi castrensi pater non tenetur, viuente filio, sed ipse filius conuenitur tanquam paterfam. cum plena ptãs iuris, & admini strationis [r] penes ipsum sit. Eo verò mortuo, conuenitur pater in illis, non vt in peculijs, sed velut heres, si tamẽ filius non reliquit liberos In aduentitio verò pater conueniri debet, sicut legitimus [s] administrator, & conuenietur in solidum, non peculiotenus, obligatur. n filiũ defendere in solidum velut, quiuis administrator: atq eo amplius, quòd pater est, sicut alibi Martianus [t] dicit. 28 Si tamẽ pater pmisisset aduentitij peculij administrationẽ filiof tum procederet etiam nunc ista in patrẽ actio, sicut olim. 29 Causa efficiens huius actionis est ipse ptor, qui naturali æquitate motus hanc contra ius ciuile introduxit, vt supra ad textũ diximus. 30 Causa materialis est, ciuilis, & naturalis obligatio. 31 Nã cũ parẽtes, vel domini haberent plenum ius peculij, quod iõ concedebant filijs, vel seruis, vt negociarentur, quare non dicamus filijs ẽt hodie ciuilẽ, & naturalem obligationem introducti edicto Prætoris? [u] Paulus § Qui peculij,] inquit, [administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & spãliter permissurus est.] Et ideò [x] Vlpianus sæpe vtitur verbo [obligationis;] vt nihil opus sit anxia doctorum inuestigatione, vtrum nascatur ex ciuili tantũ, an ẽt ex naturali obligatione, vt non inscitè Old. ẽt docuit. 32 Probat autem in hoc iudicio actor primum, contractũ cum filio vel seruo celebratum fuisse, ex quo principalis obligatio orta est. Deinde apud patrẽ seu dominum peculium extare: vt aliquo mõ possit satisfieri, 33 Ad praxin tandem deueniendo potest sub hac ferè forma proponi hæc actio. [Postquam compertum habebam, Titium filium Sempronij ex eius concessione habere peculiũ, quo posset negociari, contraxi cum eo, & vendidi ei centum modios frumenti triginta aureis, quos hactenus ab eo exigere non potui. Quia autẽ Sempronius pater eius tenet, & possidet hoc peculium, peto eum in prædicta summa XXX. aureorum condemnari.] Exempla aliorum contractuum huc facilè adferre potes. Sunt qui adijciunt hanc clausulam (Quatenus in peculio est.) Sed Iason ait, hanc moderationem penes iudicem esse. Ego amplius, satis eam iure suppleri puto, quia solidum petendo quis videtur secundum tenorem iuris petere, quàm sequitur iudex in [a] dicenda sententia. 34 Illud etiam notandum est, [b] quòd si cum filiofam. impubere fuerit contractum, ita datur in patrẽ actio, si locupletius ipsius peculium factum sit. Itaque in tali specię facienda est mentio de actione, meliorationeue peculij, quę accessit per creditorem: estque probanda.

n §. vlt. inf. de noxal. act.
o Per gl. magnã hic. & q̃ no. dicendum.
p inf. quod cum eod. &c.
q l quĩcũ est. in prin. de pecu.
r l 4 & l. actionẽ. de cast. pecu.
s l. j. C. de bono. mater. l. vlt. §. vbi ãt. C. de bo q̃ li. &c.
t d. l. ex castrensi. 18 §. vlt. de cast pec. gl. in l. pr. qui castrense. ibidẽ.
u in l. qui pecu de pecu.
x in l. 3. §. Iulianus quoq;. ff. hoc in q̃ pec.
y Bar. ĩ l. frater. de con. idebi.
z in practica huius actionis.
a l. pen. ff. quod cum eo qui in al. &c.
b l. j § si cũ impubere. q̃ pec.

§ Item si quis postulante,

1 Quid si iusiurandum: & eius species.
2 Iusiurandum voluntarium.
3 Iusiurandum necessarium.
4 Iuramenti necessarij varia species.
5 Iusiurandum iudiciale.
6 Species huius §.
7 Iuramentum potest deferri, & referri.
8 In causis famosis cessat relatio.
9 Iuramentum ex interuallo susceptum nihil proficit. & nume. 20.
10 Si remittatur iuramentum, habetur pro præstito. & nume. 24.
11 De iuramento formi, & informi, & numẽ. 30.
12 Post præstitum iuramentum, reus denuò admoneri debet, vt soluat antequam agatur.
13 Quam æquitatem considerauit Prætor in actione iuratoria introducenda.
14 Iurans non tenetur probare debitum.
15 Definitio actionis in factum ex iureiurando.
16 Actio ex iuramento quare sit personalis.
17 Quando actio ex iuramento propriè locum habeat.
18 Si actor reo defert iuramentum, isque actione personali conuentus iuret, datur ei regulariter exceptio.
19 Quid item obtineat in actione reali.
20 Iuramentum vltroneum, quod fit nemine deferente, nihil operatur.
21 In quouis iuramento inest tacita conditio, si statim acceptetur.

re:

22.23 *Deferens, nisi iuramentum in continenti suscipiatur, pœnitere potest, & illud reuocare: & defensa ea in re Bartoli cautela.*
25 *Quomodo iusiurandum remittatur.*
26 *Iuramento præstito, illi statur, etiam si deferens periurium probare vellet.*
27 *Condemnatus ob præstitum ab aduersario iuramentum non potest appellare.*
28 *An periurus puniri debeat.*
29 *Intellectus. l. 2. C. de rebus cred. & iureiurando.*
30 *Iusiurandum iudiciale præstatur formiter, & informiter.*
31 *Ex iuramento formi duæ dantur actiones. & nume. 32.*
33 *Quando dicatur informiter iurari: & nume. 36.*
34 *Informe iuramentum producit actionem in factum iuratoriam.*
35 *Doctores errare circa iuramentum informe.*
36 *In iudicijs nihil admitti debet sine causa generali, vel speciali.*
37 *Causa actionis iuratoriæ.*
38 *Actio in factum ex iuramento est natiua, non datiua.*
39 *Quid actor probare debeat in hac actione.*
40 *De forma libelli in hoc iudicio.*
41 *Forma executionis in causa iureiurando definita.*

Item *a* si quis *b* postulante aduersario *c* iurauerit, *d* deberi sibi *e* pecuniam, quam *f* peteret neque ei *g* soluatur: *h* iustissimè *i* accommodat *k* ei talem *l* actionem, per quam non illud quæritur, *m* an ei pecunia debeatur: sed an iurauerit.

Tertia] actio personalis à Prætore introducta, hoc § expenditur, actio scilicet [in factum ex iureiurando] proficiscens. Ad cuius euidentiam præcognosci dẽt, quantum ad præsentia satis est, quid sit iusiurandum, quotq; eius species. 1 *[Iusiurandum] est affirmatio, vel negatio, sacræ rei assertione, vel attestatione firmata. Unde & [sacramentum] dici solet, quasi sacræ rei arctissimũ vinculum, quod nullo mõ sit ludendum, vt grauiter Cicer. lib. 3. Offic. disputat. Est aũt [iusiurandũ] multiplex.* 2 *Quoddã n. [voluntariũ] est, quod & [conuentionale] dicitur, siue iuramentũ ex pactione, quando ex simplici conuentione partium iuratur extra iudicium, ad confirmandũ contractus, pacta, transactiones, & quæcũq; negocia, videlicet vt promissa* [a] *seruentur. Voluntarium aũt ideò dictum est, quia dependet planè ex arbitrio inuicem negociantium, quatenus sit dandum, & accipiendum.* 3 *Deinde quoddã est* [b] *[necessarium,] quod iudex ad præparationem, vel ẽt cognitionem iudiciorum rectè exercendam, nemine impellente defert, ne quid per fraudẽ eorum, qui in iudicio uersantur, incidat, quod euertat veritatẽ; ideò sic dictum, quia plerũque is, cui defertur per iudicẽ, volens nolens iurare cogitur.* 4 *Sub hoc aũt variæ species iuramẽti includuntur: ut sunt, quæ dantur, vel* [c] *calumniæ, vel* [d] *testimonij dicendi, vel cautionis, vel æstimandæ rei* [e] *gratia: itẽ iuramentum iudicis, vel* [f] *aduocati, & si quæ sunt his similia. Et hæc duo iurisiurandi genera nõ sunt huius loci.* 5 *Quoddã deniq. iusiurãdum, [iudiciale] dicitur, qd iudex ipse in iudicio, vel aduersarius iudice approbãte ad explicãdã semel totã litem, alteri defert. Unde ẽt [decisorium] nuncupatur, quòd finem imponat controuersiæ, ut actori decernatur, quod intẽdit, aut reo, quod* [g] *excipit: & de eo solum in præsenti loco disputatio erit.* 6 *Species hic talis proponitur. Cum Titio conuenissem, mihi obligatum in decẽ, is iusiurandũ mihi detulit, vt iurarem, illa mihi deberi. Ego approbante iudice, tantum pecuniam, quantam petij, debere illum mihi, iuraui saltem informiter (quod qualiter accipi debeat, ex infra* [h] *dicendis apparebit.) Titius adhuc eam pertinaciter soluere recusat. Prætor dat mihi in eum actionem in factum, ex iureiurando: quam intendens, planum facere non cogor, debeatur ne id mihi, quod petij, verum, si id solum docuero, me iurasse Titio deferente, & iudicem approbasse tale iuramentum, necesse erit, vt condemnetur: quoniam ab omni controuersia discessum est per iusiurandum, & non aliter censeor vicisse totam litem, quàm si probassem* [i] *intentionem meam: quia iuramentum habet vim* [k] *iudicati. Exponamus textum crassè.*

a *Si quis.] Actor scilicet: nam de eo propriè hic agitur.*

b *Postulante.] id est, iusiurandum deferente reo, vel etiam eius procuratore: siue is vniuersorum bonorum administrationem habeat, siue speciale mandatum habeat, aut in rem suam procurator* [l] *sit. Cæterũ si quis iuraret nemine deferente, Prætor non tuetur hoc* [m] *iusiurandum.* 7 *Potest etiam hoc casu actor si maluerit, referre iuramentum, sicut initio deferre reo conuento talem* [n] *conditionem potuisset. Veruntamen in causis famosis* [o] *cessat relatio.* 8 *Quod si actor primus detulisset iuramentum aduersario, & is neque iurare, neque referre iuramentum vellet, censeretur malam habere conscientiam, ac nolle prorsus actori præstare id,* [p] *quod debet.*

c *Iurauerit.] Ea scilicet forma, qua delatum est, & in continenti, postquã delatũ est:* 9 *nam ex interuallo acceptatum nihil proficit, nisi de* [q] *nouo deferatur.* 10 *Quid si eo iurare volẽti remissũ sit iusiu-*

a de hoc logi. l. j. & Aut. iuramẽta puberũ. C. si ad ue. vend.
b De hoc tractatur in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & iureiu. & in c. ul. extra de iureiur.
c vt C. de iureiu. ppter calu.
d Ale. & Ias. in rub. ff. de iurei.
e Iuxta l. si tutor. de in lit. iuran.
f l. rẽ non nouã. C de iud.
g l. j. in fi. de iureiur.
h inf. nume. 28.
i l. iusiurãdũ à debitore, de iureiur.
k l. 2. de iureiu.
l l. iusiurandum qd ex conuẽtione. §. ult. il lo titu.
m dicã inf. n. 29.
n l. eũ qui iurauit. ĩ prin. h. t.
o c. ul. de iurei.
p l. manifestè turpitudinis. de iure.
q l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit. & iur.

randum? Et perinde est, ac si iurasset, & habetur pro præstito, [r] *nasceturque hæc actio.*

d *Deberi.*] *Non expressa in iuramento causa, ex qua debet.* 11 *quod Doctores vocant iuramentum informe; tum enim huic actioni iuratoriæ locus est. Nam si causa adijceretur, vt* [*Iuro te mihi debere ex cã empti*] (*quod forme iuramentũ appellant*) *agi posset actione vtili ex tali contractu propter iuramentum. De vtroque* [s] *infrà mox videbimus.*

e *Pecuniam.*] *In generali significatione pecuniæ verbũ accipe, vt omnes res comprehendas. Ait enim* [t] *Vlpianus:* [*Iusiurandum & ad pecunias, & ad omnes res locum habet.*] *Et alibi.* [u] [*Quacunque,*] *inquit,* [*actione quis conueniatur si iurauerit ei iusiurandum, &c.*]

f *Præteret.*] *Actor iurans.*

g *Soluatur.*] *Quia reus adhuc soluere pertinaciter recuset.* 12. *Et sic præsupponit admonitum fuisse aduersarium post iuramentum, vt solueret, priusquam hoc iudicium aduersus eum intenderet, quod in foro seruandum esse, suadet Christiana charitas.*

h *Iustissimè.*] *Sed quæ est hæc iustitia siue æquitas, quam Prætor considerauit?* 13. *Respondeo, ipsum iusiurandum, quod vtiq; seruari debet. Nam cum semel iuratũ, est tueri oportet religionem sacramenti, ne ad contemptum diuini nominis perperam retractetur. Rectè enim Cicero ait, nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando Maiores arctius esse voluerunt.*

i *Accommodat.*] *Permittit, concedit. Idq; non ipsi solum, sed & eius hæredi, vel etiam singulari successori ipsius rei, de qua iuratum esset.*

K *Ei.*] *Qui iurauit.*

l *Actionem.*] *In factum ex iureiurando promanantem; quam mox enarrabimus.*

m *An ei pecunia.*] 14 *Iuramentum enim eum exonerat necessitate probandi debitum, postquam præstitum est, tum pp religionem iusiurandi, vt dixi, tum propter consensum mutuum ipsorum litigantiũ.*

Declarato textu,] *definiamus pro more, actionem ex iureiurando legaliter.* 15 [*Actio in factũ ex iureiurando, est personalis, qua agit is, qui deferente aduersario suo incontinenti iurauit informiter, aliquid sibi deberi, vel reum res suas possidere.*] *Explicemus hæc verba.* 16 *Quòd sit* [*personalis*] *hæc actio, patet, cum ex eo, quòd hic inter personales connumeratur: tum etiam quia in personam est, ex quasi contractu. Nam in iureiurando, si autoritatem spectes, instar* [x] *habet rei iudicatæ: si verò respicias conuentionem deferentium, referentiumq; mutuo consensu iusiurandum, tum vim & speciem continet transactionis, nouationis* [y] *delegationis, & solutionis. Sequitur,* [*qua agit is,*] *&c.* 17 *quia hæc actio propriè locũ habet, quando iusiurandum à reo delatum est actori, vt is iuret, sibi quid à reo deberi: tum enim nascitur actio in factum ex illo iureiurando: nec amplius quærendum est, reus ne debeat, & ex qua causa, sed tantum, vt de sacramento constet, id est, quòd actor iurauerit. Et si de hoc constiterit, damnatur reus, sicq; habet hoc casu iuramentum vim & effectum naturalis obligationis, de quo, & alijs quàm plurimis iurisiurandi effectibus, Ias. hic amplè disputat.* 18 *Potest tamen ipse actor in iudicio sacramentum reo deferre, vel delatum et referre: qua specie si reus iurauerit, & quæratur, num ex illo iuramento reo oriatur actio, distinguendum est. Nam si reus conuentus actione personali iurauit, nempe, se non esse obligatum actori, tunc ipsi datur exceptio tantum ex iureiurande, qua scilicet reus actorem denuò aduersus ipsum agentem, & ad eandẽ obligationem adigentem, submouere potest.* 19 *Quod si reus conditione delata iurauit in actione reali, interest an iusiurandum simpliciter & negatiue præstitũ sit, scilicet rem non esse actoris: & ex eo non actio, sed tantum exceptio nascetur; an verò affirmatiuè, nempe rem, quam actor petit, suam esse: tum si ea res aliquo casu ad actorem peruenerit, habet reus ex iuramento actionem in factum, non tamen contra quemlibet possessorem, sed duntaxat aduersus* [z] *eum, propter cuius delationẽ iurauit. Additur,* [*deferente aduersario:*] *id enim necessarium est.* 20 *Nam si quis iuraret, nemine ei iusiurandum deferente* (*quod à Zasio dicitur* [*iuramentum vltroneum,*] *ad differentiam voluntarij*) *Prætor denegat ei hoc iudicium, sibi enim iurauit. Alioqui facilimè quisq; ad iusiurandum decurrens, nemine sibi deferente, oneribus actionum* [a] *se liberauit.* 21 *Dixi,* [*in continenti,*] *quia in quouis iuramento delata inest tacita conditio, vt in continenti acceptetur: nam ex interuallo susceptũ nihil proficit: vt si conditione delata quis deliberare vellet, at deinde paratus esset iurare, quia nihil aget, nisi iuramentũ de nouo* [b] *deferatur, idq; ob religionis eminentiã, & ne illudatur diuino numini. Per quod dogma confunditur notissimus error in iudicijs, vbi etiã ex interuallo præstitum iusiurandum plerunque obtinet, tametsi aduersarius denuò illud non intulerit.* 22 *Hinc colligitur, actorem, qui sacramentum detulit, reo deliberante pænitere posse, delatamque conditionem* [c] *reuocare. Proinde* [d] *Bartolus cautelã tradit, q̃ reliqui omnes exclamant, videlicet,* [*quod reus etiam dubitans de sua exceptione, vtique suscipiat iurandi conditionem sibi delatam, salua deliberatione;*] *sic enim adimetur deferenti facultas pœnitendi. Hanc tamen Old. nostri seculi alter Sulpitius, pulchris rationibus impugnat, eamque cum veterum Iurisconsultorum responsis ex diametro pugnare, grauiter ostendit.* 23 *Quanquam ego Bartolum, & sui sequaces defendi posse existimem. Horum enim mens fuisse uidetur, non quòd reus de sua exceptione dubitans ea ratione peieraturus esset: sed vt interim deliberare posset, & in memoriam reducere veritatem rei, an bona conscientia iurare posset, nec ne. Quia ergo etiamsi in deliberando, inueniret se salua conscientia iurare posse, si non statim iuramentum susciperet, pænitere posset*

r l. non erit. §. vlt. cũ l. seq. h. tit. l. acton. C. de reb. cre. & iureiur.
s num. 16.
t l. iusiurandum & ad pec. h. ti.
u ..
x l. a. de iureiu.
y l. g iurasse. §. vlt. & l. seq. h. tit. vide l. 1. in princ. ff. quarum re. act. non detur.
z Vide text. & ibi Dd. in l. sed & si possessori. in prin. de iureiuran. hoc amplè prosequentes.
a l. 4 §. nec frustra. hoc. tit.
b l. si quis iusiurandum C. de rebus credit. & iureiur.
c d. l. si qs iusiurandum.
d In l. non erit ratum. in fin. hoc tit.
e in practica hu ius actionis.

posset deferentem de lati iuramenti: sicq; causa casurus esset is, cui delata est iurandi conditio, si deferenti pœniteret, nec ipse, cui delatam est, alia; haberet probationes vel adminicula docendi veritatem. Voluit vti que Bart. ad hoc præcauendum, vt quis susciperet iurandi conditionem salua deliberatione, vt sic eo magis veritas elucesceret, & constare alicui posset ex sequenti deliberatione, an sine periculo animæ iurare posset, vel minus. Tendit ergo hæc Bartoli cautela magis eo, vt euitetur periuriũ: quam vt huic causam præbeat. 24 Sequitur in definitione, [iurauit;] quia hæc actio tum demum nascitur, si iuratum fuerit, vel iuramentum à deferente remissum sit nominatim aduersario iurare volenti: hoc.n. perinde habetur, ac si iuratum fuisset. 25 Remittit aũt iusiurandũ, [f] Paulo autore, qui deferente se, cum paratus esset aduersarius iurare, gratiã ei facit, contentus voluntate suscepti iusiurandi. 26 Præstito aũt vel remisso iureiurando nihil amplius de veritate causæ quæritur, an debeatur, & ex qua causa, sed duntaxat hoc versatur in inquisitione, an [g] iuratum sit: quo probato, etiamsi deferens postea detegere periurium vellet, iuramento tamen standum est, neque causa retractanda: quoniam (vt * Vlpianus scribit) qui aduersario iusiurandum defert, eum de causa sua iudicem facit. Aequum agitur arbitratus est, reum ex hoc iureiurando sic obligari, ut non amplius in dubium uocetur, uerumne illud sit, quod iurauit, an non, sed utrũ iurauerit, necne: quasi cum actore ita conuenisset, vt si sibi deberi iuraret, debere se fateretur. 27 Et hinc etiam est, ꝙ nec appellare possit, qui in iudicio propter sacramenti præstationem [h] condẽnatur: quod est mirabile, notatuque dignum, quia sæpe apud laicos seruatur contrarium. 28 Potest tamen is, qui peierauit, imò dẽt ẽt, puniri extra ordinem, [i] saluo interim iurisiurandi vinculo. 29 Nec aduersatur [k] Alexander Imp. [iurisiurãdi] inquiens, [contẽpta religio, satis Deum vltorem habet:] quia loquitur de iuramentis neq; delatis, neq; solenniter præstitis, quæ nunc sunt (pro dolor) in ore hoĩum frequentissima. Subijcitur [informiter,] quia si formiter iurasset, daretur etiam actio vtilis ex tali contractu. Quod vt rectè intelligatur, quia Doctores vulgò [l] errant hac in re, aduertendum est: 30 Iusiurandum quod iudiciale diximus, duplici differentia præstari, formiter & informiter. [Formiter] iuratur, quando ex causa, quæ nominatam formam contractus aut delicti, habet, iuratur, & hoc casu pro iurisiurandi conseruatione competunt duo remedia. 31 Primum est quòd actio, quæ alias directa nascitur ex tali contractu, post iuramentum redditur vtilis: quod quidem iuramentum plenam facit fidem, vtcunque contractus aut delictum non appareat. Exemplum: Peto fundum à [m] Titio, quem ab eo emi, sicut delata mihi ab ipso iurandi conditione, de hoc iuraui, &c. Ista dicitur vtilis ex contractu. Ante iuramentum potuissem agere aduersus Titium directo; sed quia ego, ipso deferente, iuraui, ideò conceditur iam mihi vtiliter propter sacramentum. Et hoc dicor iurasse formiter, quia expressi causam, quæ habet nominatam formam contractus, nempe emptionis, ac sic de reliquis. 32 Alterum remedium est, actio in factum ex iureiurando, & licitum est intendere, quam malueris, idque vulgò receptum est, [n] Iasone frustra reclamante. 33 [Informiter] verò iuratur, quando aliquo facto, siue negotio informi, seu nominato iuratur, quod etsi non habeat propriam actionem, aptum tamen est secundum æquitatem parere obligationem. 34 Et tunc cum nulla sit nominata actio, quæ vtilis dari possit, locum habet duntaxat hæc actio in factum iuratoria. Item ex omnibus realibus actionibus, si iuratum fuerit, nulla præter hanc exerceri potest actio, atque ita nouiter [o] Old. tradidit ex [p] veritate. 35 Malè ergo Interpretes iuris vulgò autumant, informe iuramentum esse, cum causa iuramẽti nulla exprimitur: vt si iurem simpliciter, Titium mihi dare oportere decem: nam tale iuramentum à probo iudice non dẽt admitti, nisi iurans referat se ad acta iudiciaria. Fefellit autem eos, vt idem Old. ait, phrasis horum verborum, [Si iurauero te Stichum mihi dare oportere,] non benè ab ipsis intellecta. Nam Iurisconsulti non hoc volunt, quasi tam nuda iurandi verborum formula sufficiat, sed quòd totam actionem in personam cum sua causa tali compendio loquendi significare solent. 36 [Informe ergo iuramentum] intellige, non quod nullam, sed quod [q] innominatam causam complectatur: quia in iudicijs nihil debet admitti sine causa generali, vel speciali. Ad propositum reuertendo, adieci in definitione, [quid sibi deberi,] propter actiones personales, in quibus maximè iuramenta deferri, referrique solent. Postremò addidi, [reum rem suam possidere:] propter actiones in rem, in quibus etiam iuratur, vt supra dixi,: per nomen enim Suum, præsupponit dominium, vel in re possessa, &c. 37 Causa istius actionis est iusiurãdum ipsum, quod habetur pro quodam quasi contractu, propter rei delationẽ, & actoris acceptionẽ siue præstationẽ, aut è conuerso. 38 Hinc est, quòd hæc actio recensetur inter personales, estque natiua, quoniam ex iuramentento nascitur, quod pro quodam quasi contractu habetur, & vim transactionis obtinet. Et quanquam Zasius datiuam esse contendat, mihi tamen videtur, cum de iurisiurandi religione quæritur, tot concurrere vincula, quæ deferentem vel remittentem aduersarium iuranti obligant, ut omnibus modis nasci oporteat actionem. Vnde [r] Vlpianus: [Nam actionem,] ait, [mihi parit.] Et [f] Paulus dicit; [Et perpetuam certè exceptionem parit.] 36 Probat autem actor in hoc iudicio tria. Primò iuramentum esse delatum à parte. Deinde, sub ea præstitum esse forma, sub qua delatum est. Deinde incontinenti fuisse susceptum, & deinde præstitum, vel à deferente remissum. 40 Non potest autem certa forma libelli in hac actione præscribi, quum multifariam iurari soleat. Nam in personali iudicio & formiter & informiter præstatur sacramentum, & quouis hẽt suam formam libelli. Idem etiam in actio reali est. Deinque potest iurari in quacunque actione, & [t] in omnibus interdictis, & in omni negocio. Itaq; instituendo libellum, [narro primum summatim qualita-

f In l. remittit. ff. de iureiur.

g d. l. non erit in verb. dato.

* l. 1. ff. qua. re. actio non de.

h l. generaliter. C. de reb. cre.

i Atque ita loquitur l. qđ si deferẽte, cũ l. seq. ff. & dol. male. & l. si duo patroni. §. vlt. ff. de iureiuran.

k In l. 2. C. de reb. & iureiu.

l Tum hic oẽs, tum in d. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit.

m Bñ facit tex. in d. §. si quis iurauerit.

n In d. §. si quis iurauerit.

o In explicatione huius actionis.

p Hæc enim oĩa si bene ppendas, ꝓbantur in d. l. sed & si possessori in princ. & in d. §. si quis iurauerit.

q Ad hoc facit ẽt l. iuris gentiũ. de pact.

r In l. n. in postea. p. §. iusiurãdum. ff. hoc tit.

f In l. iusiurandũ à debitore. 24. eo. tit.

t l. 3. §. quæcunque đ iureiu.

tem incidentis: deinde qualiter aduersario iuramentum detulerim, iudice illud approbante, isque iurauerit. Et secundum varietates casuum, varianda est libelli conclusio, vt scilicet agendo realiter concludas, rem petitam cum omnibus accessionibus tibi restitui: agendo verò personaliter, rem tibi dari, & tradi.]
41 Cæterum formam executionis in causa iureiurando diffinita tradit eleganter [u] Vlpianus: [Cum res] (inquiens) [in iusiurandum demissa est, iudex iurantem absoluet, & referentem audiet; & si actor iuret, condemnet reum. Nolentem autem iurare reum, si soluat, absoluet; non soluentem condemnet. Vel ex relatione non iurante actore, absoluet reum.] Ecce quam breuiter & commodè explicat theses omnium casuum, quibus iuratur. Et hæc circa huius § enarrationem sufficiant.

u In l.iusiurandum & ad pecu. §. vlt. ff. de iure iur.

§. Pœnales.

1 Actionum personalium Prætoriarum duæ species.
2 Actiones rei persecutoriæ.
3 Actiones pœnales.
4 Actio pœnalis triplex.
5 Exemplum actionis pœnalis ex parte rei tantum.
6 Actio pęnalis ex parte actoris tantum.
7 Actio de calumniatoribus intra annum datur in quadruplum.
8 Actio pęnalis ex parte actoris & rei.
9 De tribus actionibus in hoc §. tractari.
10 Pęnales actiones quæ dicantur.
11 De aduerbio Penè; & varia huius loci lectio.
12 De albo Prætoris.
13 Error Accursij circa album.
14 Qua ratione prætor de albo corrupto actionem proposuerit.
15 Vocare in ius quid significet.
16 Eripere & eximere quid denotet. & nu. 55.
17 Definitio actionis de albo corrupto.
18 Actio de albo corrupto est popularis.
19 Hæc actio in his locum habet, quæ iurisdictionis perpetuæ causa proponuntur.
20 Ad hanc actionem omnia pertinent, quæ ad vsum perpetuum publicè custodiuntur.
21 Corrumpens edicta iudicium temporaria, extra ordinem punitur.
22 Præteritum aliquando & præsens & futurum continet.
23 Mandans fieri delictum, tenetur ea pęna qua delinquens.
24 Actio de albo corrupto requirit dolum & an in ea culpa lata veniat.
25 Pluribus album corrumpentibus, omnes tenentur.
26 Cui sit applicanda pęna in hac actione.
27 Zasij in ea quæstione distinctio.
28 Causa materialis huius actionis.
29 Quid in hac actione probat actor.
30 Actio de albo corrupto est annalis.
31 Forma libelli in hac actione.
32 Actionis de in ius vocando descriptio.
33 Pœna huius actionis est quinquaginta aureorum.
34 Pęna huius actionis tribus casibus remittitur. & nu. 36. 37.
35 Remittere actionem quid.
38 Venia quomodo impetranda à iudice, vt pęna euitetur. & nu. 39.
40 Aliquæ personæ iure ciuili prohibentur in ius vocari: & tum hoc edictum locum habet.
41 Aliquæ verò iure prætorio; & ad eas propriè actio, de in ius vocando, locum habet: & num. 43.
42 Lis nulla est inter patrem & filiumfam.
44 In incestuosis non habet locum hæc actio.
45 Patronus à liberto non potest in ius vocari sine venia.
46. 47 An hęc actio pertineat etiam ad dominos feudorum, si à vasallis sine venia in ius vocentur.
48 Causa huius actionis.
49 Quid probet actor in iudicio
50 Forma libelli in hac actione.

51 *Si reus conuentus non sit soluendo, quid petendum.*
52 *Castigatio quando succedat in locum pœnæ pecuniariæ.*
53 *Actio in factum ex edicto, ne in ius uoc. vi exim.*
54 *In ea actione sufficit, si uis interueniat.*
56 *Pœna eximentis est, in quantum actor in litem iurauerit.*
57 *Quæ sit obseruanda forma si quis in litem iurare velit.*
58 *Aduersus plures eximentes agitur insolidum.*
59.61 *Casus, in quibus cessat pœna eximentis uocatum in ius.*
60 *Pedanei iudices qui dicantur.*
62 *Causa actionis, ne in ius voc. ui exim.*
63 *Quid probandum in hac actione.*
64 *Forma libelli in hac actione.*
65 *Actio ex edicto, de eo per quem factum erit, &c.*
66 *Edictum ne quis eum, &c. differt ab edicto, de eo per quem factum erit, &c.*
67 *Forma actionis de eo per quem factum erit, &c.*

a Pęnales quoque actiones Pretor b bene multas ex sua iurisdictione introduxit: veluti aduersus eum, qui quid c ex albo eius d corrupisset; e & in eum qui f patronum, vel g parentem h in ius uocasset, cum id non i impetrasset: k item aduersus eum, qui vi l exemerit eum, qui m in ius vocaretur, cuiusue dolo n alius exemerit: & alias innumerabiles.

Actionum] 1 *Personalium, quas Prætor ex sua iurisdictione introduxit, duæ sunt spēs.* 2 *Quędam n. nomen rei persecutoriæ sunt: sic dictæ, quod rem prosequantur debitam, quę actori abest, reo verò adest. Rei enim nomē arctius hoc loci accipitur, tantummodo pro re debita ex contractu, vel negotio. Harum tria exēpla hactenus expediuimus, actionem se de constituta pecunia, de peculio, & iuratoriā.* 3 *Quędā verò pœnales sunt, quibus pœnam persequimur propter aliquod delictum. Et quamuis dici soleat, rei oppel-*
a 23. l. rei appellatione. ď verbor. sign. *lationeē penā a cōprehendi: quia tamē res in illis non petitur, velut principale debitū, sed tantum pœna, & quasi res incidens, de qua in principali negotio ne cogitatum quidem erat, rectè pęnales appellātur, ut hic satis docet Zasius. Quare iusto nexu hic §. præcedentib cohæret: qui ut facilius cognoscatur, non est omittendum pro pręuia quasi inspectione, actionem [pœnalem] esse triplicē.* 4 *Aliqua. n. ex parte rei tantū pœnalis est, & ex parte actoris rei persecutoria, quando scilicet actori aliquid abest. & reo nihil adest, actor petit tantū à reo rem suam, & pœnā: reus verò non habet rem, quæ petitur.* 5 *Exēplum: Tu me violenter deiecisti ex fundo meo, quem possidebā, & per illā deiectionem res mea amissæ sunt, quę tamen ad te inuasorem non peruenerunt: nihilominus datur mihi aduersus te actio, qua peto res meas in deie-*
b Iuxta l. 1. in princ. de vi & ui arm. *ctione amissas, licet ad te non b peruenerint, abs te mihi restitui. Ecce hæc actio pęnalis est ex parte rei, quia reus obligatur mihi restituere singula per alios ablata, quæ tamē ipse nō accepit. Et hæc est quasi quędam pœna deiectionis. Contēplatione verò actoris, rei persecutoria est: agit. n. ad res suas amissas, sicq. od hoc, qđ ei abest.* 6 *Deinde aliqua est pęnalis ex parte actoris, & rei persecutoria ex parte rei, vt quādo actori nihil abest, & reo adest. Exeplum: Accepisti à Titio uiginti aureos, vel aliud emolumentū, ut litē mihi inferes per calumniā, cum scires te nihil prorsus habere iuris, ex quo dictares mihi iudicium. Iam intendo contra te actionem edicti de calumniatoribus ad illa viginti, quæ tu accepisti. Hęc actio respectu rei pœnalis est, agit. n. actor ad id, quod ei non adest, id est, ad uiginti aureos, qui nūquam ipsius fuerunt; actoris autem intuitu rei persecutoria, quia ad illam pecuniam agitur, quam reus accepit, & habet. Et hoc exemplum procedit quando post annum à commisso delicto elapsum simplex petitur.* 7 *Potest nāque hæc pœna in primo anno delicti peti etiam in quadruplo, vt reus quadruplum eius quod accepit calumniosè, obstringatur restituere: sicque Fabro autore, exemplum istud reducitur ad tertiam speciem pœnalis iudicij.* 8 *Tertiò est aliqua actio pęnalis ex parte utriusque, & actoris, & rei, quando scilicet actori nihil abest, & reo nihil adest Exemplum: Cum Titius surripuisset mihi poculum, egi aduersus eum condictione furtiua ad poculum furto subtractum, idque consequor: & sic mihi nihil abest, nec reus quicquā habet amplius, quod sit meum. Postea verò ago ad pęnam dupli, vel quadrupli, secundum quod furtum fuit manifestum, vel nec manifestum. Hac actio pœnalis est, primum ex parte rei, quia contra ipsum agitur, cum tamen nihil habeat, quod sit actoris. Deinde ex parte actoris, quia ei nihil abest, poculum. n. surreptum redditum est Agitur ergo simpliciter ad pœnam.* 9 *Et de hac specie habemus in hoc §. tria exempla. Primum est, actio in factum de albo corrupto: alterum actio de in ius vocando: tertium, ne in ius vocati vi eximantur, aut fraude. Ego vnamquamque actionem sigillatim enarrabo breuiter, & popularibus uerbis, non curans Doctorum syrmata, quæ hic struunt, fusissima Expendamus primum textum.*

c l. seruus. de ser. expor. a *Pœnales.*] 10 *Quę pœnam persequuntur. Quicquid autem ex bonis nostris non est, c appellatur pœna. Ergo pœnales actiones dicuntur, quæ continent aliquid extra nostrum patrimonium; & quibus pœnam persequimur, & ab eo, cui nihil adest, petimus.*

b *Benè.*] 11 *Aduerbiū, Pœnæ, (sic. n. vulgati Codices habent) ornat, & quodā sale temperat, inquit*

Zasius:

Zasius:qui Oratoribus mox est:uerum illa temperatio per leptotem mihi non omnino probatur, propter clausulam in fine huius §. [Et ulias innumerabiles.] Sune tex. Noricus caret hac dictione, Pene:ut omnino expungenda videatur, sicut etiam nonnulli codices omni aduerbio prorsus carent. Tametsi nonnulli codices pro Pene, substitutam habeant uoculam. Bene quam vetustissimo dicendi modo pro, ualde, apud Latinos autores accipi [d] notum est. In plerisque legitur per multas: quod eodem recidit.

d Valla li.2. Elegant. c.52.

c Ex albo] 12 Quum enim Prætores iuri & constituendo & reddendo præessent, [album] habebant, id est, pyctatium. aut tabulæ genus, in quo edicta sua tam perpetua, quàm temporaria describebāt, ac ut omnes scirent, in publicum, proponebant Et huius crebra in iure fit mentio. Usos tamen eos fuisse charta, uel alia materia[e] constat. Præterea [& album iudicum] velut matriculam habebāt, quod λευκωμα Græcis dicitur; in qua nomina eorum, qui vnoquoque tempore iudicare debebant, per ordinem deferebantur, Plinio & Tranquillino testibus. Sic magistratus nostro tempore pro Albo utuntur chartis ad insinuanda mandata sua. 13 Non ergo fuit paries dealbatus, vt Accursius putat: alioqui male dixisset [f] Vlpianus [hoc edicto etiam eum, qui tolleret album, quamuis non corrumperet, teneri;] quum murus humana ui nō tollatur. Ergo consequitur, fuisse aliquid muro appensum, vel affixum.

e Ex l. si quis id quod 7. ff. de iurisd.

f In d. l. si quis id quod.

d Corrupisset.] Vel sustulisset, uel sanè alterum horum fieri mandasset: quia etiam mandans tenetur. 14 Sed quid Prætorem mouit, ut hoc iudicium proponeret? Vtique naturalis & ciuilis ratio. Nam cū edicta & mandata magistratuum non possent commodiùs insinuari omnibus, nisi ex scripto proponerentur in publicum curandum etiam erat, vt in publico diu manerent, & ab iniuria leuiorum hominum vindicarentur, qui ea tollere aut corrumpere temerè solent. Porrò contemptus contra magistratum impunis non esse, sed omnino vindicari debet, ne forte alij exemplo ad contemnendum prouocentur. Quare necessarium Prætori visum est, actionem hanc aduersus dolosè corrumpentes edicta publica, introducere.

e Et in eum.] Altera pœnalis actio, quæ est de in ius vocando. In eum autem intellige, libertum, uel filium emancipatum, quia inter dominum & seruum nullum esse iudicium constat 3 sicut nec inter patrem & [g] filiumfam.

f Patronum] Vel patronum, eorumue parentes & liberos.

g l. 4. lis nulla. de iud.

g Parentem] Vtriusque sexus in [h] infinitum, etiam non legitimum & naturalem tantum: una est.n. omnibus parentibus seruanda * reuerentia.

h l. 4. §. 2, de in ius uoc.

* l. 6. parentes. de in ius uoc.

h In ius vocasset.] Id est, experiendi iuris causa uocasset. 15 Est enim. [In ius vocare.] nihil aliud, quā actorem ad hoc niti, ut ius suum experiatur, et prosequi possit præsente aduersario, quod obtinet, etiamsi procuratorio nomine id faceret.

i Impetrasse] A Prætore scilicet, cuius permissu omnino hic opus [i] est, eoque certo & speciali, Nominatim enim oportet impetrare veniam conueniendi parentes.

i l. 10. sed si hac lege. §. prætor ait. de in ius uoc.

K Item.] Tertia actio pœnalis.

l Exemerit. 16 Vtitur uerbo generali [eximēdi: Eripere] enim est de manib. auferre per raptum; [eximere,] quoquo modo auferre, ut puta si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit, quominus in ius ueniret vt actionis dies exiret. uel res tempore amitteretur, uidetur exemisse, quamuis corpus non [k] exemerit.

k l. 4. ff. ne quis eum qui in ius uo. est ut &c.

m In ius uocatur.] Ob quamcunque causam, & ad quemlibet iudicem ordinarium vel delegatum, modò tamen competentem, alioqui edictum hoc [m] cessat.

l l. 5. §. si quis ad pedaneum, ubi Bartho. hoc nostro. ti.

n Alius exem.] Et sic eadem pena tenetur is, qui mandat, procurat, aut efficit, ut in ius uocatus eximatur, aut impediatur, si tamen hoc dolo faciat.

Inuestigemus nunc has tres actiones sigillatim. [17 Actio de Albo corrupto, est popularis, & aduersus eum, qui id quod in albo Prætoris, iurisdictionis perpetuæ causa est propositum, per se, vel per alium dolo malo corruperit: siue sustulerit, in quinquaginta aureos datur.] 18 Quod sit [popularis,] liquet, quia potest intendi a [n] quouis de populo agere uolente. Quæ uerò sint actiones populares, [o] alibi explicatur. Sequitur, [qui id quod in albo,] &c. quoniam olim ad Prætores ordinario loco utebantur, hodie passim proponuntur in ædibus sacris aliouè loco ex consuetudine. Addidi, [iurisdictionis perpetuæ causa;] quia in albo prætorio describebantur edicta partim perpetua, ut de pactis, de tabulis exhibendis, & similia, partim temporaria, ueluti cum quis in ius uocaretur, aut cum denunciaretur aliquid. 19 Hæc autem actio in corruptione uel læsione eorum, locum habebat, quæ iurisdictionis perpetuæ causa proponebantur, id est, quæ ad usum perpetuo obseruandum pertinebant. Prætores enim non respiciebant, quale esset quod proponeretur in publicum, sed qua distinatione propositum esset, id est, utrum ad usum perpetuum, an uerò ad temporarium pertineret. Hinc communis interpretum schola credit, quod corrumpens statuas [p] publicas, aut ēt libros publicè repositos, teneatur hoc iudicio. saltem utiliter. Ad perpetuum enim iurisdictionem satis pertinent ea, quæ publica autoritate ad perpetuam memoriam decernuntur. 20 In summu, omnia huc pertinēt, quæcunque ad usum perpetuum publicè custodiuntur aut seruantur. 21 Cæterum qui corruperint edicta publicè proposita de rebus incidentib. puta si iudex præcepit aliquid temporarium, uel si uocauerit aliquē in ius, puniendi sunt extra ordinem pro qualitate personarum & admissæ temeritatis, quia ad istum actionem non pertinet talium mandatorum corruptio, Accursio cùm hic tum alibi [q] frustrà repugnans. Subiūxi in definitione, [est propositum,] sic enim edicto erant uerba concepta, [propositum erit,] si tamen cum

m l quod si qs, §. 1. hoc tit.

n l. 7. si quis id quod. ubi est materia. ff. de iurisdict.

o Vid. in sub ff. de popul. act. & in l. 1. & gl. I l. licet. in pri. de prosiur.

p arg. l. eorū. & pe. & l. statuas de acq. re. do.

q d. l. si quis, ff. iurisd. quē Do. communiter reprobant.

proponitur, vel ante propositionem quis corruperit, huius actionis pena tenetur. 22 Quamuis, n. regulariter præteritum nec præsens, nec futurum complectatur: si tamen euentus præsentes vel futuri haberent ex concomitantia eundem effectum, quem habet præteritum, tunc secus est: quia licet verba cessent, seruabitur tamen snia & mens legis, & adhuc directò cõpetet hæc [r] actio. Apposui, [per se, vel per aliũ.] 23 quia idẽ est, si quis mandauerit aliquid fieri, ac si ipse faceret: de quo perplexo, an mandans fieri delictũ, puniatur eadẽ pęna, qua delinquens, longa est materia: ego illud suis [s] locis benè discussum relinquo. Itẽ adieci, [dolo malo,] quoniã hoc edictũ locũ non hẽt, nisi intercedat dolus malus. Nam qui per imperitiã, uel rusticitatẽ, vel casu, vel ab ipso prætore iussus corrupit, non [t] tenetur. Culpa igitur leuis non uenit in hoc iudicium. De culpa uerò lata variant Doctores. Ego puto latam, culpã ignauiæ, [u] vt si quis per naturã ma lamue educationẽ sit supinus, hic nõ habere locum, neq; includi in dolum. Si verò de lata culpa versutiæ loquamur vbi quis versutè negligens est in alienis, & astutè prouidus in suis, hæc quia dolo comparatur, ueniet in hanc actionẽ. Postremo addidi, [in quinquaginta aureos:] quia pęna illa expressè cõstituta est pro tali delicto, atq; ita in [x] Pandectis legendũ esse, Haloandri lectio probat. 25 Si aũt duo pluresue dolosè corruperint, aut corrũpi mãdarint, quilibet tenebitur in solidum: adeò, quod vno pęnam soluente, reliqui [y] nõ liberẽtur. 26 Porrò cui applicãda sit hæc pęna, actori, vel fisco? leges sanè ipsæ nõ satis cõsonare videtur. Cõius receptũ est, pęnã actori, non fisco soluendã [z] esse: quod ferè solet accidere, quoties lex pęnalis mentionẽ facit actionis, siue iudicij, quod verbum præsupponit actionẽ in iure nostro. 27 Ego uerò in hac perplexitate [a] Zasii distinctionẽ reciperẽ, æquitati satis (meo iudicio) cõsentaneã. Si super pęna Albi corrupti agitur, tunc aut partis interest (quia sæpè edicta perpetuę iurisdõnis ad utilitatẽ adfiguntur partiũ; id quod experientia docet) & cõis opinio seruanda est, quòd hęc pęna applicetur parti agenti; aut nullius, nisi Prætoris interest, cuius autoritas vel iurisdõ contemnitur: ea specie pęna ad fiscum pertinebit. Vnde si plures essent edicti corruptores, actor id tantum consequetur, quod sua interest, reliquum pœnæ fisco infertur. 28 Cã istius actionis est, delictũ, ipsa s. corruptio edicti. 29 Probat aũt actor, reũ corrupisse uel sustulisse edictũ, quo probato, præsumitur statim fraus & dolus corrumpentis, neq; actor est alia probatione grauãdus, nisi liquidã adferre possit reus [b] excusationẽ. 30 Est porrò hæc actio tantũ annalis, nec datur contra hæredes corrumpentis. 31 Forma huius instituendæ facilis est. [Cum haud ita pridem magnificus huius Academiæ Rector in valuis huius collegij perpetuũ & generale edictum proposuisset, cõtra eos qui noctu vagantur: Titius istud edictum temerariè & dolo malo discidit, multis lituris & cœno obductum corrupit aut sustulit. Quare cum Prætor contra hmõi corruptores quinquaginta aureorum pœnam cuilibet de populo agenti decreuerit, peto ipsum Titium criminis, & Albi corrupt. reum, vestra snia ad prædictam pœnam condemnari, &] 32 Deuenio ad alteram pœnalem actionem, quæ est [de in ius uocando. Est autem hæc actio pœnalis in quinquaginta aureos, contra eũ, qui sine uenia uocat in ius personas, quas Prætor uocari prohibet.] 33 Dixi primò, [pęnalis in quinquaginta aureos:] quia illa pęna expressè constituta est ea lege, quam ne Imperator quidẽ rescripto suo vult supplicationib. [c] remittere, & cedit parti agenti, [d] & non fisco, id quod vulgò traditũ est. Quanquã aũt hæc pęna ex sola uocatione ipso iure cõmittatur, cũ uerba edicti hoc simpliciter ac præcisè exigant: 34 aliquoties tamen ex æquitate rõnis remittitur. Primò, si filiũ uel libertũ pęniteat uocationis ante litẽ contest. (postea n. pęnitere nequit, quia est cęptũ planè [f] iudiciũ) & actiones remittat, i. exercitiũ actionis in iudicio temerè & contra reuerẽtiã dictatæ; ut si dicat, se nõ prosecuturũ eã in tali iudicio. Põt alio tpe denuò agere impetrata venia. 35 Remittere. n. actionẽ, est querelã intermittere, obligatione interim manente salua. Hoc aũt quanquam in contractib. obtinet, in delictis tamen secus est: nã accusatione remissa, cẽsetur ẽt obligatio & tota cã [g] remitti. Et cũ hac moderatione intelligendũ est [h] Pauli respõsũ, qđ aliàs obstare videtur. 36 Secũdò remittitur pœna, si citatus nõ cõpareat: tũ. n. is, qui in ius uocauit, nullã pęnã meretur, qa terminus est [i] circũductus, & uocatus ipso facto ostẽdit se non curare uocationẽ, quo casu procedente iudice in contumacia, processus erit nullus atq; ita [k] Castrẽsis ait. 37 Tertiò, si nõ inuitis compareat, qui uocatus est: si consentiat in iudiciũ expressè uel tacitè nihil opponens; nã uolenti nõ fit iniuria neq; [l] dolus. Istis n. casib. excusatur à pœna quinquaginta aureorũ is, qui in ius uocauit. Adieci, [cõtra eũ qui sine uenia, si quia uenia à iudice petita uocasset, Prætor denegaret actionẽ. 38 Generalis tamẽ pmissio magistratus nõ sufficit, quũ postulãti iustitiã, decernit citationẽ, ut aduersarius in ius uocetur (quod plerisq; in locis optima consuetudine seruatur.) 39 sed uenia solẽniter est impetranda, hoc est, primò designãda est qualitas personæ, quænam reuerentia illi debeatur. deinde summa controuersiæ est exponenda, quare uelit aduersus talem personam experiri in iudicio, ut iudex cognoscere possit, an actio uel lis sit famosa aut iniuriosa, per quam attentaretur, uel dubitaretur honor maiorum; quo animaduerso, iux permittetur iudicium postremò si iudex causa summatim cognita permittat reum uocari in ius, dicitur impetratã ueniã id fieri, & in actis describendum est. Addidi, [personas quas Prætor; 40 quoniam aliquæ personæ iure ciuili & more maiorum prohibentis in ius uocari ob legitimam causam ad tempus, quæ in aliquæ Pandectis sub titulo de in ius [m] uocando habentur. Et neutra harũ ad hoc edictũ pertinet, neq. ex eo actionẽ habet. 41 Aliquæ uerò personæ iure prætorio uocari prohibẽtur, ob publicã honestatẽ & reuerẽtiã, nisi ueniã legitimè impetratã uocẽtur: & ad illas hęc actio pertinet, ut sunt parentes utriusq. sexus in infinitum, etiam seruilis conditionis. Item & naturales tantum & adoptiui, natura n.

r Ita Zas. fere cõtra gl. d. l. si qs id qđ. in uerb. sententia.

s Vide Alex. & Ias. post alios diffusè hac de re disceptantes in d. l. si quis id quod.

t d. l. si quis id quod in uersi. doli mali.

u Culpæ distinctionẽ per me traditã habes lib. 1. su. de suspect. tut. §. suspectus. uiđ ẽt Zas. in suis Intel. mox a pri.

x In d. l. si qs id quod. ubi alias quingentos, legitur, sed corrupte.

y d. l. si quis id, cum l. seq.

z Iuxta l. 2. in prin. de sepul. uiol. vide Bar. in l. a gratia. ff. de termino moto.

a Hic, & in d. l. si quis id qđ.

b arg. l. tutor q repertorium. in prin. de admin. tut.

c In l. si libert. & l. pe. ff. de in ius uoc.

d l. 2. C. eo. titu.

e Per Doc. hic & in locis alle.

f Vt probatur i l. 1. C. de plus pe.

g l. 1. § vsq; adeo de iniur. & ibi Bar. not.

h In l. quamuis ff. de ius uoc.

i ar. l. edictũ. 37. de iud.

k In d. l. quãuis.

l l. cum donationis. C. de trans.

m In l. 5. cũ duabus ll. seq. usq; ad §. ptor ait.

parentes eos fecit, & ciuilis autoritas, quanquam nuptię [n] defuerint. Hi oēs non possunt à liberis in ius vocari sine venia obtenta. Loquor aūt de liberis extra patriam potestatem constitutis: nam qui sunt in sacris parentum, nec cum venia possunt eos vocare. 42 Lis.n. nulla est inter patrem & filiumfa. nisi exceptis [o] paucis casib. 43 prædictis adde vitricum, nouercam, socerum & similes, qui loco parentum habentur. Item & patrem lustricum, qui aliquem ex sacro baptismate leuauit: nam lex illum patrem [p] appellat, † In incestuosis tamen non habet locum hæc actio, cum inter eos nulla sit appellatio parentum & filiorum. 45 Porrò patronus vel patrona, liberi parentesq; eorum vtriusq; sexus, à liberto sine venia in ius vocari non possunt, propter donatæ donatæ libertatis beneficium longè maximum: qui honor patrono habendus est, ēt si quasi tutor, vel curator, defensor, aut actor [q] conueniendus fuerit. Uxor ēt manumissoris ne à liberto sine permissu vocetur, bonis moribus conuenire, Imperator [r] alibi inquit. 46. Pleriq; * hāc actionē & ad dominos feudorū producunt, si à vasallis sine venia vocentur in iudiciū: quod & ipse recipio, quia cōparantur patronis, quatenus ad collata beneficia attinet. Nam sicut patronus libertatē concedit, ita dominus ex liberalitate sua dat feudū, vnde alatur & viuat vasallus cum vxore atque liberis; qua rōne ēt feudū dicitur [ſ] beneficiū. Præterea iusiurandum domino præstat vasallus, in quo cōprehenditur, se nunq̄ ex persona sua aliquid facturū aduersus honorē & commodum domini. Et hanc sñiam ipsa confirmat honestatis ratio, & disciplina publica, quam Prætor considerauit in hoc edicto. 47 Contrariam tamen sententiam, nempe vasallum sine venia posse dominum vocare in ius, in Camera Imperiali quandoque amplexi sunt Domini Assessores: quemadmodum [u] in meis Obseruationibus annotauimus: quam etiā glo. cōiter approbata tenet: * eandem etiam nouissimè probat Johan Borcholten. tametsi hodie aliter obseruari [x] plerique tradant. Alciatus [y] fędere distinctionis vtramq; opinionem conciliandā censuit: nempe si de ipso fiduciario fundo litigetur, eo in casu impetrari veniam oportere, alioqui extra eam causam secus esse magis.n. hi clientes sunt, q̄ liberti. Ista autem prohibitio vocationis in ius est vtique fauorabilis, ob reuerentiam, quam debemus maioribus, ideoq; producenda potius quam [z] coarctanda videtur. 48 Cā istius actionis est, delictū contemptę honestatis publicæ, seu naturalis rationis, quæ dictat aliquarū personarum discrimen esse habendum, ne hoīes passim, & sine delectu in iudicium vocentur. Hanc enim Prætor in edicto suo secutus est, id quod Paulus [a] iurisconsultus ostendit [Una est enim] (inquiens) [omnib. parentibus seruanda reuerentia.] Et [b] Imperator. [Cum naturali ratione] (ait) [honor hmōi patronis debeatur.] Ecce Paulus appellat reuerentiam. Imperator naturalem rationem. 49 Probat autem actor in hoc iudicio. Primò, se vocatum esse in ius sine venia, ab eo qui ei reuerentiā debet. Deinde, q̄ reus eum actore litem sit contestatus: tum.n. verè in pœnam huius edicti, nec potestatem cępti iudicij pęnitere, vt supra docui. Nec sufficit, si doceas, libellum fuisse porrectū iudici, vel etiam [c] aduersario. 50. Nūc ad libelli formam. [Cum Flaccus filius meus, naturalis æquitatis & iuris scripti oblitus, me parentem suum experiundi causa in ius vocauerit inuitum & nolentem, nulla penitus, vel petita, vel impetrata à iudice venia, litemque mecum, nulla ductus pœnitentiam, contestatus sit; quare peto eum condemnari, vt soluat mihi quinquaginta aureos, nomine pœnæ sanctissimè à Prætore inditæ, &c.] 51 Porrò plerunque accidit, quod is, qui aliquem sine permissu vocauit in ius inopia laborare dignoscatur, vt non habeat, vnde soluat vllam pęnam pecuniariam: & eo quidem casu varianda erit petitio extra [a] naturā huius actionis, & implorandū officium iudicis, vt reum arbitrio suo in corpus puniat, & quasi [b] inofficiosum castiget. 52 Castigatio.n. non succedit in locū pęnæ pecuniariæ, nisi nominatim petatur: atque ita [c] Bartolus ēt docet. Præterea hæc regula de personis [d] viliorib. solū procedit, & in delictis grauiorib. nunquā autem in contractibus. quod hic Iason multorum testimonijs approbat. 53. Sequitur tertia actio pęnalis à Prætore introducta, videlicet, [ne in ius vocati eximantur vi.] de qua dißeritur in pandectis sub titulo, [Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat.] Datur autem aduersus eum, qui vocatum in ius per se, vel alium violenter eximit, quo minus veniat, in quantum actor in litem iurauerit. Dixi, [vocatum in ius simpliciter: quia hæc actio locū habet, ēt si quis exemerit eum, qui per calumniam vocatus [e] est in iudicium. 54 Subiunxi, [violenter: satis.n.est, in eximendo interuenire vim, ēt si dolus non [f] accesserit. 55 Additur. [eximit] quia verbū eximēdi generale est, & significat quoquo modo auferre: vt, si quis non eripuerit quē de manib. sed morā fecerit, quo minus in ius veniret, donec actionis dies finiretur, resue tempore amitteretur, videtur eximiße, licet corpus non [g] exemerit. 56 Postremo appositū est, [in quantū actor in litem iurauerit suo interesse, vocatum in ius non venisse.] & hoc iuramentum non tam respicit interesse actoris, q̄ affectionem ipsius, qui & contemptum sui æstimare pōt, & quod ita vexatus est, Zasio hic testante. 57 Hac autem specie, si propter exemptionem actor per lapsum temporis actionem temporalem uel rem mobilem, quæ spatio triennij vsucapitur, amiserit: iurat primum litem, quanti sua intersit rem non veniße, ut quia magnis fortè sumptib. adduxit aduocatos, aliàsue impensas fecit. Deinde per actionem rescissoriam petit, se ex clausula generali restitui in integrum, usucapionē, rescindi, ac si completa non esset: actum intendit aduersus reū primam actionem. Si uerò ne res propter exemptionē usucapta, neq; actio finita esset, iurat actor in litem

contra

a in d.l. parentes. b In l.2. C h. tit. c l. libertus. de in ius voc. & arg. l. ampl. l. non peti. C. ad l. Iuliam de adul. a Old. b Iuxta l. vlt. ff. h. tit. c In l. quod minor S. si seruus de minor. d Iuxta l. capitali. S. non oēs. ff. de pœn. e tex. in l. sed si quis. ff. ne quis eum, &c. f l. 3. S. vlt. & l. si per alium in prin. h. tit. g d. l. sed eximendi.

n l. 4. S. ait p̄tor & l. parētes. & l. adoptiuum. in prin. ff. h. tit.

o Quos habes in l. lis nulla. de iud.

p 38. q. 2. c. ita diligere.

q l. adoptiuum. S. patronū. & l. sed si hac lege, ff. h. tit.

r l. 1. C. h. tit.

* Spec in tit. de feu. S. quoniā. no 33 ver. 17. q̄ni ibi itē vas. non dēt. Ias. n. 4. Zas. n. 7. in l. generali 13. ff. de in ius voc. & l. si non sortē. S. libertus. de condic. indeb.

V V f. ad d. tit. n. 6 Old. elect. 1. act. 4.

ſ l in c. 1. in glo. eau feud. attit. in vsib. feud.

t c. 1. de for. fidel. & c. 1. de no. for. fidel.

u Cēt. 4. obs 95.

* in c. vn. i ver. reuciēt, de nu. vasal q. contumax est, qua se quuni ibi Bal. Iac. de Bei Aluar Pizo. Affl. Ioan. de Plat. n. 157. Fab. n. 2. Zas. n 26 & in effectu Ias. nu. 72. ad h. S.

* in tract. feu. c. 10. n. 38. quē ibi. vid. p mul. allegat.

x Hart. li. 2 pr. obs. 45. vbi dicit, hodie in Camera imperiali vasallū agere valentem cōtra dom. veniā deb. impetrar. idq. processib inferendū esse vid. et Io. Sch. ad h. S. & in tra. feu. par. 5. n. 115. cum seq.

y in l. 1. nu. 3. in fi. C. de in ius uoc.

z c. odia. de regul. iur. lib. 6. in praxi. huius act. eximendi, S. item.

contra eximentem ad interesse, ac deinde experitur [h] *aduersus vocatũ. Quamuis autem lege Pandectarũ actiones non perpetuabantur, nisi lite* [i] *contestata: aliter tamen* [k] *est hodie.* 58 *Ceterũ aduersus plures eximentes agitur in solidum, nec pœna soluta ab vno, liberat alios.* [l] *Et interim non liberatur principalis debitor exẽptus obligatione sua. Sed contra, si debitor prius soluisset, quàm eximeretur, põt exemptor se tueri* [m] *exceptione.* 59 *Cessat autem pœna istius actionis aliquoties. Primò, si vocatus est in ius, qui vocari non debebat, velut parens, patronus, cæteræque* [n] *personę: nam si delinquit qui vocat, nõ delinquit qui eximit. Eadem æquitas est in eo, qui aliò, quàm quò debuerat, in ius vocabatur. Sed & fortius dicendũ est, non videri ui eximi eũ, cui sit ius ibi non conueniri. Idem obtinet, si quis ad pedaneum iudicẽ vocatũ eximat; quia minimus magistratus est; attamen de dolo actione conueniri, potest, si res fuerit amissa, vt* [o] *Accursius rectè tradit.* 60 *[Pedanei] autem [iudices] dicebantur, qui Pretori à consilio erant, & ad pedes tribunalis assidebant, si ex eius delegatione minores causas cognoscere iuberentur. Vnde postea minores magistratus dicti sunt, quib. præsides alÿ reb. distenti, cõmittebant iudiciorũ cognitiones, non ita* [p] *magni momenti.* 61 *Sed & si quis causa officÿ seu amicitiæ vocatum in ius hospitio susciperet, refoueret fessum, & interea dies iudicÿ vel actionis exiret, eum hoc edicto non, Zasius scribit: idque uerum esse puto, quia edictum de eo loquitur, qui vi eximat.* 62 *Causa huius actionis est delictum eius, qui vi eximit, vel detinet vocatum in ius, ne compareat.* 63 *Probat autem actor in hoc iudicio duo. Primum violentã exemptionem: deinde, quod per aduersarÿ exemptionem factum sit, quominus reus in ius venerit; nã si nihilominus venit, cessat pœna, simulatque persecutio eius quod interest, quoniam verba edicti cum effectu* [q] *sunt accipienda* 64 *Conceptio huius actionis in hanc formam põt institui. [Quum ego in ius vocassem Sempronium debitorem meum ad iudicem competentem, & is ad tribunal ire pergeret, Titius in medio itinere vi eum exemit ac detinuit, ne veniret in iudicium; per quam exemptionem grandis mihi contumelia facta est, præterquam quòd damno affectus sum non mediocri. Quare cum contra eximentes Prætor iudicium polliceatur, vt quanti ea res est ab actore æstimetur: peto vt parato mihi ad iurandum deferatis, & Titium violentum ereptorem præstito iureiurando, quatenus in litem iurauero, vestra sententia condemnetis, &c.] Porrò quia in ius vocati non solum vi eximuntur; sed plerunque etiam versutia, calliditate, suasiunculis auocantur;* 65 *ideo Prætor etiam aliud edictum olim preposuit de hac fraudulenta interceptione, cuius hic post Accursium meminere omnes, & quod in Digestis, [sub tit. de eo per quẽ factum erit,] discutitur.* 66 *Differt autem à priore edicto potissimum, quòd illud competit, quando quis fuit exemptus & ad vindictam datur, nempe quanti in litem iurauit actor; hoc verò, quando dolo est exemptus, daturque ad interesse, quanti actoris interfuit, eum* [r] *iudicio sisti. Detestabilior enim vis quàm dolus; quia in vi inest dolus; ergo pęna in priori grauior. Sunt & aliæ differentiæ inter hæc edicta, quas apud Interpretes hoc loci reperiri licet, eas breuitatis amore prætermitto.* 67 *Aduerte etiam, quod libellus in actione ex edicto, [De eo per quem factum erit,] &c fere formatur vt proximus; nisi quod hic pro violentia dolus est proponendus, & petendum interesse, dicendo: Vocatum Mæuium à me in ius, dolo per Titium retentum, nempe inebriatum, vel aliquo sinistro rumore persuasum, quominus veniret in iudicium; quare cum mea tanti intersit, & cætera, vt in superiori libello.*

h l. vlt. hoc tit.
i vt l. senatuscõ. de offi. præsi. l. constitutioni bus de actio & oblig.
k l. cũ notis. & l. sicut, C. de pr̃script. 30. an.
l l. 5. si p alium §. hoc iudiciũ. ff. hoc eo. tit.
m l. 14. ẽt. §. inẽ si quis dolo. de petit. hęr. l. 95. Stichum aut Pamp. §. dolo fecisti. de solu.
n l. 3. §. Officium. ff. hoc ipso tit.
o In l. 9 si quis §. quis ad pedaneum h. tit. ar. l. si te Titio. de dolo mal.
p vt in tit. C. de pedan. iud. & in l. si quis. §. oẽs. C. de pac.
q l. 3. in fi. quod qsque iuris, etc. & l. 3. §. hæc uerba. ne vis fiat ei qui in ius, &c.
r l. vlt. in princ. de eo per quẽ factum, &c.

§. Præiudiciales.

1 *Præiudicium vnde dicatur & quid propriè significet,*
2 *Præiudicia secundum Iurisconsultos.*
3 *Quorsum spectent pręiudicia,*
4 *Explicatur l. generaliter. de except.*
5 *In hoc §. de eo præiudicÿ genere tractari, quod circa statum personarum versatur,*
6 *Tres actiones pręiudiciales huius §. recensentur.*
7 *Si in iure fiat simpliciter mentio pręiudicÿ, de quo præiudicio id sit accipiendum.*
8 *Actiones præiudiciales à Prætore introductas esse.*
9 *Definitio pręiudicialium actionum,*
10 *Præiudiciales quare sic dicantur.*
11 *Præiudiciales cum de iure personarum tractent, cur non potius personales, quam reales dicantur.*
12 13 *Actiones præiudiciales, ratione contingentiæ exemplis declarantur, & nn. 14.*
15 *Præiudiciales actiones ratione maioritatis quæ sint, exemplis pariter declaratur & numero 16. 17.*
18 *Actio præiudicialis, an quis sit liber vel seruus, propriè liberalis causa dicitur.*
19 *Quomodo ea differat à rei vendicatione.*
20 *Quomodo differat à confessoria & negatoria.*
21 *In hac actione quomodo constare possit, quis sit actor, vel reus.*

Actio

22 Actio praeiudicialis de libertate vel seruitute est duplex, directa & vtilis.
23 Qualiter seruitus & libertas in hac actione accipiantur.
24 Practica huius actionis.
25 Secunda actio praeiudicialis exponitur.
26 Et eu pariter duplex est, directa & utilis.
27 An hac actio contra vasallos detur? & concluditur, quod non.
28 Praxis huius actionis.
29 Aliqua de obsequijs.
30 Tertia actio praeiudicialis, de partu agnoscendo.
31 An hac actio fratri contra fratrem detur.
32 Persequendi forma in hac actione.
33 Posse etiam iudicis officium implorari à parentibus contra liberos: & è contrà, quando solum de alimentis praestandis agitur.

Praeiudiciales actiones *a* in rem esse *b* uidentur: quales sunt, per quas quaeritur, an aliquis *c* liber, an *d* libertus sit, vel *e* de partu agnoscendo. *f* Ex quibus fere una illa *g* legitimam causam habet, per quam quaeritur, an aliquis liber sit. Caeterae ex ipsius *h* Praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

Quanquam] interpretes in huius §. enarratione multa congerunt, quae vel huc non adeò pertinent, uel in pauciora contrahi poterant: & pleriquc actiones praeiudiciales sursum deorsumque versantes, nebula potius obducunt, quàm luce vlla irrudient: nos tamen ea duntaxat in medium proferemus, quae dilucidè harum actionum naturam ostendunt, euidentemque earundem cognitionem faciunt. Vt autem subsequentia clariori trudantur lumine, 1 cum primis non est ignorandum, [praeiudicium] à prae & iudicio, non damnũ, aut iniuriã significare, quemadmodum Accursius & sui sequaces falso interpretati sunt: sed potius ante iudicatũ, quod exemplum postea praebet iudicib. ad iudicandum in eadem, aut pari [a] eã. Unde Asconius Paedianus, [Praeiudicium,] inquit, [dicitur res, quae cum statuta fuerit, adfert iudicaturis, excplũ, quod sequantur: & praeiudicare,] inquit Budaeus, [idem est, quod ante iudicare.] Vnde leges Romanas velut exempla, secundum quae nunc quoque oportet omnes factorum species definiri, rectissimè dixerimus [prae iudicia.] Quintilianus etiam libro quinto multa de [b] praeiudicijs edisserit, horum in tribus generib. uersari elegantissimè (ut & alia omnia) ostendens. 2 In iure autem ciuili, quod non uerborum solum, uerũ etiam rerum significationem, ac illam quidem cum primis expendit, aliquantò crassius accipimus praeiudicia, uidelicet pro cogitationibus causarum, quas ob legitimas rationes praecedere oporteat, si fortè cum alijs concurrunt: vt non admodum referat, ob quam causam praecedant, modo sic exigat iuris autoritas propter iudiciorum ordinem. Ex quibus colligitur omnes actiones, & exceptiones, & replicationes, quae vllis rationibus in cognitione iudiciaria praecedere debent, generaliter dici [c] praeiudiciales. 3 Huc autem spectãt praeiudicia, ut ordo seruetur cognoscendarum causarum ad finiendas eò citius lites. Nã ne omnes simul quaestiones inutili temporis dispendio tractentur, confert ad expeditionem causae solum habere rationem praeiudicij. 4 Huc respexit [d] Vlpianus: [Generaliter,] inquiẽs, [in praeiudicijs actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit.] id est, cum multa & uaria allegantur in iudicijs, tum agendo, tũ excipiendo, aut replicando, tunc semper censetur actor, primoque loco admittendus est is, qui si probauerit intentionem suam, futurus sit in iure superior, vincatque aduersarium. 5 Et cum multa praeiudicialium actionum genera [e] commentatores faciant, hoc tamen loci de eo praeiudicij genere tractat Iustinianus, cũ de statu personam agitur: ea quaestio solet omnibus alijs, quae incidere solent, controuersiis limites praebere, ac formam. Nam cum frequens olim nasceretur controuersia de statu hominum, alijs sibi ius in personam, alijs uerò libertatem asserentibus: 6 Praetor, ne res prodiret ad rixas, neuè vlli fieret iniuria, actiones introduxit tres, quas [praeiudiciales] nuncupauit, quod ante omnes alias actiones siue propositas, siue proponẽdas discutiantur. Omnes enim aliae actiones tantisper silent & conquiescunt, quousque haec status controuersia [f] finiatur. Harum prima est, per quam quaeritur, an aliquis sit liber, an seruus. Altera, utrum ingenuus sit an libertus. Tertia, utrum sit filius, an non sit. Et hae tres actiones dicuntur uerè & propriè praeiudiciales: 7 vsque adeò quod ubicunque fit mentio in iure praeiudiciorum absolutè, nulla addita specificatione, tum regulariter propter eminentiam sint intelligendae tres illae [g] actiones de statu personarum. His sic in euidentiam praemissis, textum explicemus.

a Vide Zas. in rub. de excep. ubi haec omnia ad excpla nostrae disciplinae clarificat.

b li. 5. c. 2 & li. 2. c. 1.

c Exemplum in l. quoniã Alc. C. de adul. & l. Imper. de priu. cred. in l. cum aliqs, C. de iu. delib. l. 2. C. de ord. cog. Et ad de oĩno a al in l peremptorias. C. de sac. sanc. eccl.

d in l. naturaliter. de except.

e Quae apud Fabium Ias. Zas. hic, & Bar. in l. fundum, ff. de excep. rei uen. reperire licet.

f l. 1. & tot. titu. C de ord. cog.

g Vt hic. & l. sed & hae. §. nõ solum. de procu. & l. 1. §. 1. de rei uend.

a Iu rem.] Et sic sunt reales, cum tamen de iure personarum tractent, de quo mox dicemus.

b Videntur.] Hoc uerbum, [videntur,] significat fictionem, & improprietatem, quia praeiudiciales actiones non sunt absolute reales, sed admixtae cum persona.

c Liber.] Subaudi vel seruus. Haec est prima actio praeiudicialis, quae alias causa liberalis appellatur. Ea enim quaeritur, an quis liber sit, an seruus, & asseritur defenditurq; praesens possessio alterius conditionis.

d Libertus. Uel ingenuus, quòd si constet, eũ libertinae conditionis esse, rursus quaeritur, an Titij, an alterius libertus sit: quã rem totam Vlpianus [h] alibi eleganter explicat. Et haec est secũda actio praeiudicialis,

h l. ult si liber, inge. es. dic.

e De partu.] Id est, vtrum sit filius, an non sit: sic enim partum interpretamur. Et hæc est tertia actio præiudicialis.

i l. rectissimè. 14. de lib. cau.

f Ex quibus fere. 8 Has actiones à Prætore introductæ esse, hic locus euidenter probat. [Fere] antè dicit, quia liberalis caussa ex Senatusconsulto quidem est, & sic iuris ciuilis, sed tamen Prætor tam multa [i] adiecit, ut propemodum disputabile videatur, utrum Senatui, an uerò Prætori tribuenda sit hæc actio. Quare Imper. vtitur temperamento, [ferè;] quod Accurs. non intelligens, rem planam inuoluit, quidam vetusti Codices habent; Ferme vna illarum.

k in l. 8. cognitio. ff. de li. cau.

g Legitimam causam habet.] Quia ex Senatusconsulto est, ut dixi. Huius autē Senatusconsulti. [k] Vlpianus in Digestis sub titulo, de liberali causa, meminit, in quo tamen uidemus passim prætoris edictum recenseri: & omnium prope legum inscriptiones ad illud accommodatas esse.

h Prætoris iurisdictione.] Qui eas introduxit, sicque Prætor est causa efficiens harum actionum.

l l. 24. ordinaria ff. de lib. cau.

m Ita Old. in explicatione præiud. act. ex quo hæc ferè de sūpsimus.

n l. 2. C. de libe. cau.

9 Actiones præiudiciales] de quibus hic loquitur, sunt actiones in rem, quibus de statu alicuius personæ contenditur. 10 Et dicuntur [præiudiciales:] quia præiudicant alijs quæstionibus inter actorem & reū, quod decidi non possunt, donec causa status fuerat discussa, quod tamen de sentētia diffinitiua accipiendū est, quæ ferri non potest, illa quæstione pendente. Alioqui etiam inter actorem & reum possunt lites super alijs causis inchoari, modò ante discussionem quæstionis de statu [l] nulla feratur sententia. Ad definitionē redeundo, dixi in ea, [sunt actiones in rem] dantur enim pro rebus incorporalibus, pro iure scilicet, quod alicui competit ex persona sua propria, ut quia quis agit pro iure ingenuitatis: uel filiationis; aut ex persona alterius, vt quia quis agit pro iure seruitutis, competente sibi in persona alterius. 11 quibus satis fit disputationi Doctorum, quare huiusmodi actiones, cum tractent de iure personarum, non potius dicantur personales, quā in rem. Ecce, n. [m] non procedunt ex aliquo facto, vel formula negotij gesti, vnde producatur personalis actio, sed immediatè ac principaliter complectuntur istæ actiones ius ipsum, quod peto in persona alterius, vel ex diuerso libertatē, quā prætendo in persona mea propria, & sic respicitur res in persona potius, quā aliquid extra personam. Sicut. n. vendicatio proprietatis dicitur in rem actio, ita petitio alicuius iuris vel libertatis, in rem censebitur, neque per proprietatis quæstionem etiā in seruo [n] excludatur: atqui ita Old. eleganter explicuit. Deinde adiecit, [de statu alicuius personæ;] 12 ad differentiam aliarum actionū præiudicialium: quæ sic dicuntur uel ratione contingentiæ, vel ratione præeminentiæ, siue maioritatis, vt vulgò loquuntur. Sunt enim aliquæ actiones præiudiciales ita se contingentes, quod sequens iudicium premattur per sententiam prioris iudicij, hoc est iudicium quod sequitur, est accessorium ad causam, quæ primo mota est. ita quod vtræque causæ sese contingunt, & quasi affricant. 23 Exemplum; [o] Ego peto abs te, ut hæreditatem mecum diuidas, tu contra contendis me non esse hæredem: quomodo ergo mecum hæreditatem diuidas? Vides hic duo esse iudicia, scilicet diuisorium hæreditatis, & an sim hęres. quæ ita sese inuicem contingunt, vt quasi cognatione quadam connectantur: quia nō potest diuidi hæreditas, nisi cū hærede. Ergo prius est, ut declaretur hæc quęstio, [an sim hęres,] quia sententia lata adfert pręiudicium alteri petitioni: nam si hęres fuero pronunciatus, meritò mecū diuides; sin minus, rectè nihil diuides. 14 Aliud [p] exēplū. Titius vēdicat fundū, & propterea petit uiā ad eum: cognitio proprietatis pręcedet, allatura formā petendę seruitutis. Neque. n aliter probaturus est actor deberi seruitutem, quàm si probauerit suum esse fundum, cui uia debeatur. 15 Deinde sunt aliquę pręiudiciales, ut dixi, ratione pręminentię: graues etenim controuersię censentur pręiudiciales respectu minorum, [q] Paulus, [Per minorem causam,] inquit, [maiori cognitioni praiudicium fieri non oportet. Maior enim quęstio minorem ad se trahit.] 16 Sic petitio [r] hęreditatis pręfertur alijs causis specialibus. Si aliquis petit hęreditatem à possessore, tunc interim non possunt legata & libertates peti, tanquam minora iudicia, donec expediatur maius. scilicet uniuersale iudiciū petitionis hęreditatis. 17 Sic etiam causa criminalis [s] pręcedit ciuilem, ut criminaliter accusasti Titiū furti, uel alterius delicti, & pendente lite uelis actionem ciuilem super aliquo debito aduersus eū intendere, id facere prohiberis, quia actio ciuilis debet interim quiescere, donec terminetur criminalis, ut quę potētior sit & magis ardua. Hę actiones sunt quidem pręiudiciales, non tamen agitur ex illis de statu alicuius, atq; ob id nec huc pertinent. Porrò supra dictum est, tres esse actiones pręiudiciales de statu personarū, quas sigillatim enarrare, non fuerit inutile. 18 Prima ergo est, qua dominus contendit, Stichum, qui est in quasi possessione libertatis, id est, qui se gerit pro libero homine, seruum suum esse. Vel contrà, Stichus, qui est in quasi possessione seruitutis, agendo aduersus dominum, contendit se liberum esse; & hęc actio propriè liberalis cā [t] dicitur. Datur ergo hęc actio primum dominis aduersus recusantes seruitutem, & gerentes se pro liberis hominibus, deinde seruis aduersus dominos pretendentes seruitutem. 19 Differt autem hęc actio primū à rei uendicatione, quę etiam domino conceditur pro uendicando seruo suo; quia rei uendicatio tum locum habet, quando seruus possidetur ab alio, ut seruus, nec mouet quęstionem seruus de libertate, sed dominus simpliciter asserit seruum illum suum esse, tum demum potest eum dominus uendicare à possessore, tanquam rem suam, in qua dominium habet. Sed actio nostra propriè competit, quando dubitatur de statu serui, an sit seruus, uel liber, qua specie dominus non agit ad ipsum seruum, sed ad ius ipsius seruitutis. 20 Deinde differt ab actione confessoria & negatoria, quę etiam pro rebus incorporalib. dantur, quia illę locū habent pro iuribus debitis ex rebus aut bonis alicuius: hęc autem actio datur pro iuribus competentib. in per

o In l. 2 ff. famil. ercis.

p In l. 24. fundū & in l. 18. fundi. de excep.

q In l. per minorem, ff. de iud.

r In l. vlt. C. de pet. hęre.

s l. ul. C. de ord. cog.

t De qua io ff. & C. de lib. ca.

sona

sona alienius. 21 Vt aũt constare possit, vter illorum actor sit vel reus, attendendum est. Nam is, qui est in quasi possessione libertatis, idest, qui segerit pro homine libero, negatque se seruum, vicem rei obtinet; is verò, qui contendit eum seruum esse, loco actoris habetur, idque eum probare oportet, & si in probatione deficiat, reus nihil praestare obligatur, sed simpliciter absoluendus [u] est. Sed etsi in se onus probandi volens susceperit is, qui se pro libero gerit, & defecerit, adhuc absoluetur, nõ tamen pronunciabitur liber esse: ideoque actor quandocunque vult, põt & denuò mouere quaestionem status, & decore eum seruilis conditionis esse. Sin aũt reus ostenderit se liberum esse (ad quod tamen adstringitur) non simpliciter absoluetur ab impetitione actoris verumetiam liber esse pronunciabitur, quae sententia deinde prohibet, ne illi amplius moueatur quaestio [x] status. 22 Est aũt haec actio [y] duplex, directa & vtilis. Directa conceditur domino & seruo, quia illis ex verbis & mente legis competit, sicque directò procedit à lege, & velut è fonte erumpit. Vtilis verò Principibus, Comitibus, Nobilibus, ac caeteris dominis p̃diorum, aduersus rusticos, colonos, adscriptitios, tributarios, originarios, siue censitos; denique aduersus omnia genera propiorũ hoĩum datur, in quibus hodie secundum diuersam Germaniae nostra consuetudinẽ ius habent; & ex diuerso his, aduersus dominos suos. 23 Nam sub appellatione seruitutis (quae apud nos hodie abolita est) puto oẽs omnino species subiectione esse intelligendas, quae iuris & potestatis aliquid in persona producũt. Et contra libertas accipienda est, non solum quae seruili conditioni opponitur, sed oĩs conditio alieno iuri non subiecta. Dabitur autem his casibus vtilis tantùm actio, vt quae non directò procedat à lege, nec ex verbis, nec ex sñia manifesta, sed quae ex addititia quadã interpretatione propter similitudinem & paritatem rationis receptasit in forum. 24 Praxin tandem huius actionis ostendendo, [petet in libello dominus, seruum qui se pro libero gerit, in dominicam eius potestatem adiudicari: vel hodie aliquem pronunciari rusticum seu (vt vulgò dicimus) hominem proprium esse, & vt condemnetur ad exhibenda ei debita seruitia] E diuerso, si seruus aut homo proprius experiatur aduersus dominum, [petet se delarari liberum planè, ac sui iuris esse, condemnarique reum, ne sua eum libertate vti impediat, desinatque eum per exactionem seruitij operarum molestare.] 25 Secunda actio praeiudicialis datur patrono, qui ex iusta seruitute manumisit, ac libertatis beneficiũ contulit; aduersus libertũ, qui est in quasi possessione ingenuitatis, & negat se libertum eius esse. Vel contra liberto, qui se ingenuum esse dicit, aduersus patronum, qui se talem falsa opinione [z] adserebat. 26 Et tum haec actio directa erit, vt quam lex nominatim ex sententia & verbis adfert. Hodie datur ẽt vtilis ex quadam interpretatione, dominis, qui rusticos siue proprios homines manumiserũt, hoc ẽst, qui liberam facultatẽ praedijs, quò velint migrandi donarunt rusticis; honorem enim debent talibus velut [a] patronis. 27 Quidam hic annumerant vasallos & clientes, quos cõis Interpretum schola libertis comparat: illis tamen non accedo, quoniam de vasallis non ex Romana lege, sed ex consuetudine iudicandum est, nec pertinere putat [b] Old. statum eorum ad has praeiudiciales actiones. Quanquam enim in plerisque pari gradu ambulare [c] videntur, in hoc tamen maximè dissident, nec quicquam cõe habent vasalli cum libertis, quod ille ingenuus est, & homo liber, adeò vt & principes vasalli existant, nec quicquã (feudo excepto) cum dominis participent; feudum enim quasi beneficium acceperunt, quo refutato, omne vinculum inter dominum & vasallum dissoluitur: quod non est in liberto. Is enim est homo per patronum factus, ac si prius in rerum natura non fuisset: quia seruitutem mortalitati [d] cõparamus. Porrò ad hanc secundam actionem repetenda sunt propemodum omnia, quae superius circa domino & seruos diximus. 28 Ad praxin verò quod attinet, aget in hoc iudicio quis pronunciari, se legitimum rei conuenti patronũ, ac illum quidem libertum suum esse, ideò condemnandum eundem reum, vt obsequiia patrono iure scripto vel consuetudine debita praestet. Ex contrario petet is, qui pro liberto habetur, ingenuum se decerni declararique, & ne tali ingenuitate vti praepediatur, neue ad vlla obsequia vocetur. Caeterum de hm̃oi obsequijs sunt peculiares tituli in [e] Pandectis & Cod. 29 Cum aũt olim obsequia respectu p̃stitae libertatis imposita vltra modum excrescerent, premerentque nimis libertatem, ideò Pretor operarum, hoc est diurnorum officiorum & obsequiorum certam [f] rationẽ edixit. 30 Deuenio ad tertiã praeiudicialẽ actionem, [de partu agnoscendo.] nempe, an quis sit filius, vel nõ sit: quae datur parentibus, qui asserunt patriam potestatem aduersus liberos non exhibentes pietatem & reuerentiam, quam [g] debẽt; & contra liberis aduersus parentes, qui nolunt agnoscere partum matris, hoc est sanguinem suum, & ex se procreatos. Et vtroque casu directa est haec actio, competit enim expressè tam ex sententia, quã verbis legis. 31 Certant autem Doctores, an hoc iudicium permittatur etiam fratri aduersus fratrem, & cognato aduersus cognatum de iure familiae? cum praeiudicialis in rem videatur solum habere locum in his personis quae se inuicem contingunt ac referunt. Mihi probatur [h] Bartoli sententia existimantis, confessoriam praeiudicialem saltem vtilem intendi posse, vt pronunciet frater, & cognatus tuus, vel nobilis de familia tua: quae sententia praeiudicat, ut is qui obtinet, ferre possit nomen familiae, & cognationis, possit vti armis & insignibus nobilium, & sperare feuda aut alias successiones. 32 Nunc ad persequendi formam. In hac ergò actione petet pater declarari, se esse verum ac legitimũ parentem filij conuenti, vtique is condemnetur ad omnem pietatẽ, reuerentiam, ac obedientiam, atque ad alia omnia, quę liberi parẽtibus natura praestare [i] debent. Vel ex diuerso aget filius pronunciari, ex tali parente, aut ex tali gente, vel familia legitimè progenitum esse, agnosciq; debere filium, siue cognatum, & ne in tali iure in posterum turbetur; posseque vti imaginibus, cognomine, ac

u l. g a. cusare. C. de edend.

x l. circa ff. de probat.

y Secundum gl. & plerosq. Dd. hic.

z Vt ff. si lib. inge. esse dica.

a arg. l. vnic. C. de in ius voc. & l. liberto. C. de obseq. à lib. & liber.

b in prax. p̃iud. actionum.

c Iuxta ea q̃ tractantur in tit. de for. fideli. & in titu. de no. for. fid. in vsib. feud.

d l. seruitutem. 209. de reg. iu. adde q̃ scrib. Zas. in suis intell. in l. si non fortẽ. §. libertus. de cond. indeb.

e ff de obseq. à lib &c. & ff. & C. de iur. pat.

f Vt est videre in l. 1. & 2. ff. de oper. liber.

g l. pe. ff. de obsc. à li & libert.

h in l. vbicunque. §. iterdũ. ff. de ven. in poss. mit.

i l. lib. & l. seq. ff. de ope. a libe. & liber.

ne, ac alijs iuribus eiusdem familiæ. 33 *Hoc interim memineris quasi pro colophone huius §. posse etiā officium iudicis summariè, & sine libello, aliaue solennitate iudiciaria implorari à parentibus aduersus liberos, vel contra a liberis aduersus parentes, quando hoc solum agitur, ut alimenta præstentur sine vlla status quæstione. Imo per talem iudicis pronunciationem non fit præiudicium causæ status, quin parentes, & liberi vltro citroque uti possint præiudicialibus: nec solum naturales, & legitimi: sed etiam naturales* k *tantum. Eodem modo de patronis agentibus dicendum* l *est, Atque ita finitus sit hic §.*

k l. si iudex. de his qui sunt sui, vel alie.iu. l. si quis à liberis §. si vel parens. & §. idem rescripsit. de lib. agno.

l Vt in eadem. l. probatur. §. solent & §. alimenta. l. 1. C. de oper. libertor.

§. Sic itaque.

1 *Argumentum, siue epitome, & diuisio huius §.*
2 *Actio personalis, conditio, & si paret dare oportere, idem significant.*
3 *Paret, pro apparebit.*
4.7 *Dare importat dominij translationem: aliàs etiam pro restituere, & tradere accipitur.*
5 *Tribus actionibus implicatur fur.*
6 *Actio personalis ad dandum, vel faciendum concluditur.*
8 *Differentia inter rem dari, tradi, & restitui.*
9 *Quod semel nostrum est, amplius nostrum fieri nequit.*
10 *Definitio conditionis furtiuæ.*
11 *Condicere quid?*
12 *Conditio furtiua est rei persecutoria.*
13 *In condictionibus petitur dari.*
14 *Condictio furtiua quomodo degeneret.*
15 *Condictio furtiua durat etiam re perempta.*
16 *Fur semper est in mora.*
17 *Condictio furtiua quibus competat.*
18 *Ei qui non est dominus, denegatur condictio furtiua.*
19 *Condictio furtiua durat, siue res extet, siue non extet.*
20.21 *Re furtiua perempta res tamen ipsa condicenda est, & eo casu alternatiua petitio admittitur.*
22 *Res furtiua quomodo æstimanda.*
23 *Libellus in condictione furtiua.*
24 *Condictio furtiua in duobus fundatur.*
25 *Quinque actiones contra fures dantur.*

Sic itaque *a* discretis actionibus certum est, non posse actorem suam rem *b* ita ab aliquo petere *c* si paret eum dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, *d* vt eius fiat. Nec res, quæ iam *e* actoris est, magis *f* eius fieri potest. Planè odio furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam *g* dupli, aut quadrupli, *h* rei recipiendæ nomine fures etiam *i* hac actione teneantur, *k* si paret eos dare oportere: *l* quamuis sit aduersus eos etiam hęc *l* in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

Actionibus.] 1 *realibus & personalibus discussis, nunc effectum, & uirtutem actionis personalis Imperator docet, ponitque primò regulam, neminem rem suam rectè petere actionis in personam formula, seu conditione. Deinde, actionem subnectit regulæ, quoniam personalis actio concluditur ad dandum, vel faciēdum aliquid: sed res, quæ prius alicuius est amplius eius fieri nequit. Demum exceptionem adiungit, qd condictio furtiua, tametsi personalis actio sit, ad rem tamen repetendam, quæ furto subducta est, cōpetat.*

a *Discretis.*] *id est, Diuisis: nempè in eas, quæ in rem sunt, & quę in personam.*

b *Ita ab aliquo.*] *Id est, suam rem actione personali persequi.*

c *Si paret.*] *Id est, si agat in personam actione. Per hanc enim clausulam Imperator personalem haud dubiè actionem* 2 *significare uoluit, & perinde est, ac si dixisset. Nemo rem suam rectè petit actionis in personam formulà, seu condōne:* 2 *Sunt enim synonyma. Actio in personam, Condictio, & actio, [si paret dare oportere:] quæ sic uocatur, quod his uerbis Prætor in formula personalis actionis uteretur: [Si paret L. Titium centum ex illa causa dare oportere, ille iudex esto:] vel, [ex bona fide indicato.] In actionibus verò realibus hac prætor formula uti solebat: [Si paret hanc rem ex iure Quiritium meam esse,] & c. ex quo constat, clausulam priorem in ijs tantum actionibus, quæ in personam appellantur, vsurpari solitam: alteram verò in actionibus, quę in rem sunt.* 3 *[Paret] autem, pro apparebit, cum veteribus accipere oportet: quod post instrumentis, testibusue efficere conabitur, qui agit. Porrò frequens est phrasis in iure, vt nomen actionis, vel exceptionis per hanc dictionem (Si) denotetur.*

a sicut. & sup. in §. is quoq. g. mó. re con. ob lig. & §. præterea. inf. d' exce.

d *Vi eius fiat.*] *Vt dominium rei datæ in accipientem trāsferatur.* 4 *quia verbū [Dare,] apud Iuriscō*

sultos

sultos dominij translationem significat, & ita duplicaretur dominium: quòd nequit fieri, vt sequitur. Interdum tamen dare dicitur, quasi cedere uel reddere uel restituere. Nam & dare pignus dicimus eum, qui dominium eius nō transfert: & dare rem commodato, vel precario: item utendum dare. Sic Plautus in Trinummo: Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium erit: quòd datum vtendum est, id repetendi copia est, quando uelit. Et in eandem sententiam. Dare, pro tradere, Ouidius dixit lib. 1. de arte amandi:

Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.

e Actoris.] Quæ iam est in dominio actoris.

f Eius fieri.] Et sic cuius rei dominium semel in me transfusum est, in me transferri [a] amplius non pōt. Dominium enim cum sit quędam perfectio, non ex pluribus causis, [b] neque plures causas admittit.

g Dupli uel quadrupli.] 5 Datur enim aduersus furem actio dupli, vel quadrupli, secundum differentiā furti manifesti, vel nec [c] manifesti. Tamen præter hanc potest etiam. Condictio furtina aduersus eum exerceri; quæ actio licet in personam sit, competit tamen domino pro re sua furto sublata, sibi restituenda, sicque degenerat, & naturam realis actionis assumit.

h Rei recipiendæ.] Id est vt res furto subducta per talem furtinam condictionem recuperetur; est enim condictio furtina rei persecutoria.

i Hac actione.] Petitione vel condictione furtina.

K Si paret.] Si agat dominus, cui res sublata est.

l Sit etiam in rem.] Id est, naturam realis actionis assumat, sicque degeneret à personali.

Ex hoc textu sic declarato eliciamus aliqua, ac deinde condictionem speciatim explicemus. 6 Primū ergo hinc discendum, quod actio personalis ad dandum uel faciendum concludit, id est, ad transferendum dominium eius, quod nostrum pleno iure non est: 7 (dare enim, vt vulgò dicimus, est accipientis [d] facere) in hoc ab in rem actione differens, quòd hac experiamur, quando rem eam pro qua agimus, pleno iure ad nos ptinere adseruimus. 8 Est autem discrimen non obscurum, inter rem dari rem tradi, & rem restitui. [Dari res] tunc dicitur, quando dominium eius per omnia transfunditur in accipientem, ut iam dictum est; quę est obligatio dandi, in qua regulariter interesse non uenit, vt alibi [e] abundè tractatur. [Tradi uerò rē,] purum & nudum factum est, neque ullam habet uim [f] annexam, ut cum asino sella traditur; plerunq; tamen traditionis factum causam adiunctam habet, ut si ex contractu emptionis & uēdicationis traditur, quia venditor tradendo rem uenditam, transfert dominium in ementem, si est dominus; sin minus, vsucapiēdi conditionē: quod hic Zasius nō ineleganter plurib. docet [g]. [Rē restitui,] directò pertinet ad reales pręstationes, ut cum restituuntur res commodatæ, depositę, pignora, & cætera [h] id genus. 9 Deinde obseruanda est regula, [id quod iam olim nostrorum est, amplius nostrum fieri [i] non posse;] idque est, quod exprimit textus, [non posse actorem rem suam ita ab aliquo petere, si paret & intendat, cum dare oportere,] sicut ad textum supra annotaui: sicque ridiculæ omnes Doctorum expositiones cessabunt. Cęterum in quib. casib. huic regulæ non sit locus, Zasius post reliquos amplè hic docet. 10 Nunc ad condictionem furtinā explicādā transeamus. [Condictio furtina est actio personalis, rei tamen persecutoria, qua dominus id quod ei furto ablatum est, repetit, uel eius ęstimationem.] Quod sit actio [personalis] constat, quia, aduersus personam, quæ furto rem sustulit, & nobis ex tali delicto obstricta est, hac experimus. 11 Et [condicere] nihil aliud est, quam personali actione petere; unde & personales actiones, [condictiones] [k] dici solent. 12 Deinde subieci, [rei persecutoria:] hac enim actio rem persequitur furto subductam, vtcunque in personam dirigatur; idq; odio furum inductum esse, præsens tex. docet, ut scilicet domino detur conditio furtina, & sic actio personalis, pro re sua, & ad dandum, quod est contra naturam & regulam omnium cōdictionum, siue actionum personalium. 13 In his enim propriè petitur dari, id est, res debita accipiētis fieri: sed impossibile est in iure & per naturam, vt res, quæ iam mea est, amplius mea fieri possit; quod sanè haud iniuria mirum videri studioso potest, & Doctores hac in re uariant mirificè. Ego crebriùs receptam sententiam [l] amplector, in quam pleriq; post multa tandem diuerticula redeunt, quod in genere agatur ea actione personali qua dandum uenit, quæ dandū est, sicq; petitio actoris refertur ad genus actionis, ipsa uerò petitio ad restituendā rem furto subtractam conceditur; hoc est, fur conuenitur in narratione actione personali, sed in petitione res restitui petitur. Etsi etiam dari peteretur, tamen verbum [Dari] degeneraret, & abuteremur eo pro restitui. 14 Atque hoc est, quod vulgò dicitur, [condictionem furtinam degeneraret, nomenque suum perdere.] Et si obijcias, quid hac opus est condictionis degeneratione, cur non inducitur rei uendicatio ad rem furtinam repetendam? 15 Respondeo, condictionis furtinæ proprium est, quod etsi res intereat fortuitò & sine culpa furis, adhuc duret actio ad [m] ęstimationem: Quod in rei vendicatione non recipitur. Quia quando aliquis petit rem sibi restitui à possessore, si res ista absque dolo & culpa apud ipsum esse desiuit, liberatur ab impetitione, ac per consequens condictio furtina arctiùs constringit furem eumque semper obligat, siue res extet siue nō, 16 cum fur semper in mora esse [n] dicatur. Dixi, [qua dominus;] 17 quia domino datur hac actio, eiusq; [o] heredib. & qui loco domini est, ueluti tutori ac [p] curatori; quod Doctores producunt et ad Prælatos & rectores ecclesiarū, si nomine ecclesię agāt, quę est domina: suo. n. nomine experiri nequeunt, [q] cum non sint domini. 18 Ei ergo, qui non est dominus, hoc iudiciū non permittitur, et si ius in re habeat, ut si cui pignori res data est; aget tamē incerti cōdictione, si ea surrepta [r] sit. 19 Sequitur

a l. 3. §. ex pluribus. ff. acq. poss.
b l. 159 nō ut ex pluribus. de reg. iur.
c uide Appellū in sua Meth. c. 3. ad fi. & Fel. in c. inter dile. nu. 17. de fi. inst.
c dicam inf. eo. in §. ex malefic.
d Vt hic, & l. ubi autem. §. fi. de uerb. obli.
e Dd. in l. stipulationes nō diuiduntur. de uer. obl.
f arg. l. traditio. de acq. re. do.
g l. clausb. ff. de contrah. empr.
h vid. latius Bar. de his reb. differentiis in d. l. stipulation. nō diuiduntur.
i d. l. 3. §. ex pluribus in fi. cum si.
K §. appellam. inf. prox. seq.
l Quam Zas. et hic sequitur.
m l. 7 si pro fur. & l. 8. in re furtiua. de cō fur.
n ut per Dd. in l. scire debem. §. ul. ff. h. ti. l. inter stipul. in §. pen. de uer. ob. & l. fi. de in. ac.
o l. 1. ff. hoc. ipso ut.
p l. interdum. §. qui tut. de furtis.
q Faber. hic, & in §. ... eod.
r l. & iō. §. Neratius. h. tit.

tur, [id quod ei furto ablatum est:] nam si res subtracta extat ipsa condicitur cum omni [s] interesse; & nudũ res ipsa, sed & quod factum est ex [t] ipsa, vel quod ex eadem [u] superest, Sin verò desierit esse reb. humanis, durat condictio æstimationis, ita quod æstimatio ipsius rei deperditæ condici possit: nisi forte fur rem obtulerit, & deinde perierit, tum enim nulla erit [x] condictio 20 Dubitant aũt interpretes hac in specie, si res interijt, num ipsa res, an æstimatio rei peti debeat. Quia verò res furtò subducta, sive extet sive deperdita sit semper est in obligatione, adeò vt dicat [y] Iurisconsultus, hominem mortuum condici posse, ipse [z] Bartolo subscriberem, qui post multa tandem in eam divertit sñiam, ipsam rem peti posse, tanq̃ peremptam. 21 Plerunque ferè conclusio fit, si probabiliter dubitatur, num res extet: vt, Peto dari rem si extat; sin minus, rei æstimationem. 22 Æstimatur autem res, quanti plurimi vnquam fuit à tpe commissi furti Et in hanc actionem fructus tam percepti, quam percipiendi [a] veniunt. 23 Ex supradictis forma libelli satis manifesta est. [Verres cum divertisset in ædes meas, surripuit mihi dolo malo codicem meũ talem &c. vnde quum restituere recusat, peto ipsum Verrem furem, vel hæredem, ad dandum meum codicem condemnari, &c.] Potest adijci in libello, [cuius ego sum dominus:] quia condictio furtiva contra naturam aliarum condictionum domino [b] cumpetit. 24 Fundatur ergo hic libellus potissimum in duobus, scilicet, vt actor probet se fuisse dominum ipsius codicis tempore furti commissi, quo probato præsumitur ẽt hodie [c] dominus Deinde, reum rem surripuisse sibi Cæterum quod text aut, [pluribus actionib. fures implicari,] sciendum est, à legibus quinque actiones adversus fures concedi 25 Prima est Condictio furtiva, qua fur infamatur saltem fa.li [d] infamia. Altera, Rei vendicatio, quæ non irrogat [e] infamiam. Tertia, Ad exhibendum actio, quæ est præparatoria rei vendicationis. Quarta, Actio furti, ad duplum vel [f] quadruplum. Quinta, Criminalis [g] accusatio. Et hæ plures actiones gravant [h] fures. sicut è diverso prodest alicui, plures habere actiones.

s l. 3. hoc tit
t l. 13. ex argẽto hoc ipso tit.
u l. si servus. §. bove. cod. tit.
x d. l. 8. in re furtiva ff. hoc tit.
y in d. l. 3.
z in l. stipulationes non dividunt de verb. oblig.
a Quod latius vide in d. l. in re furtiva.
b l. 1. ibi glo. ff. eo. & idem supra docui.
c argu. l. quod nostrum. de regulis iuris.
d l. honor de ob seq.
e l. in re h. tit.
f §. vlt. sup. de obl. quæ ex del. nasc.
g l. fi. de fur.
h argu. l. ne in plures. de exercit.

§ Appellamus.

1 Actiones reales dicuntur vendicationes; & quid sit vendicare.
2.3 De verbis vindicare, vindiciæ, vindicatio.
4 Actiones personales dicuntur condictiones, & condicere quid sit.
5.6.7 Modus denunciandi lites olim consuetus, & de varia acceptione verbi, condicere.
8 Num & hodie denunciatio sit necessaria.
9 In actionibus realibus petimus nos declarari dominos, vel quasi.
10 In personalibus dare aut facere petimus.
11 Personales & reales actiones tripliciter differre.
12 Intendere, verbum iudiciale esse.

a Appellamus autem in rem quidem actiones, vendicationes: in personam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare, prisca lingua. Nunc verò abusiuè dicimus, condictionem, actionem in personam esse, qua actor intendit, dari sibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

a Annectit.] differentiam Iustinianus inter reales & personales actiones in nomine. 1 Nam actiones in rem, dicuntur [vendicationes.] Vendicare enim propria significatione est ad propriare, suum esse dicere, proprietatis affirmatione. Nonnulli legunt [Vindicationes.] 2 Est aũt [Vindico,] concretum verbum, à vim & dico, vt [Indico,] Varro, [a] à ius & dico deriuat: & significat ius aliquod, vel dominiũ sibi asserere. Hinc [Vindiciæ] appellatæ sunt res eæ, de quib. controversia esse [b] Servius tamen in singulari extulit, [Vindicium] esse dicens rem, de qua controversia erat, ab eo quod vindicabatur. Atq; hinc patet, [Vindicias] olim aliud nihil fuisse, q̃ possessionẽ rei controversæ alicui Magistratus decreto vsq; ad finem iudicij attributã. 3 Hinc vindicatio videtur ex antiquis Vindicijs originem duxisse, vt sit ipsa vindiciarũ, postulatio, i. actio in rem, per quã quis rem suam ab alterius possessione in dominium suum vindicat. [c] Atque ita Imp. Iustinianus hic in rem actiones, vindicationes appellari dicit. 4 Cæterum actiones in personam [Condictiones] nuncupantur, eo quod condicere prisca lingua denunciationẽ significaric. 5 Olim cum iudicia à Prætoribus petebantur, actor adversario condicere, i. denunciare consueverat certum diem, quo in ius ad Prætorem [d] iret, vnde datiuo iungitur, vt condico tibi pecuniam. [e] Sic Festus Pompeius [Condictionem] scribit esse, in diem certum eius rei, qua de agitur, denunciationẽ. Sic Cicero. 6 [Condicere alicui cœnam,] p indicere cœnã, & denunciare se affuturũ, dixit. Quo in significatu Sueton ẽt in Claudio libidinoso ac prodigo sent cœnã ea lege condixit, ne qd ex consuetudine iminutaret. 7 Itaq; [Condicere] fere nihil aliud est, q̃ denunciare, vt ex Cic. liquet loco in oratione pro Roscio & apud Plautũ in Curcul. & Gellium lib. 16. c. 3. Sed huiusmodi denunciatio, vna cum interpretatione actionum antiquata est, manente adhuc nomine 8 Sicque hodie non esse denunciandũ debitori ex necessitate, crebrius placuit: tametsi id ex urbanitate [f] fieri possit Verum si rectè perpendatur, dubium non est, quin ex iure diuino & humano oĩbus modis observanda sit hæc [g] admonitio, iuxta illud, [Si peccaverit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum

a lib. 4. de lin. Latin.
b Festus lib. 19.
c l. actionũ. 25. ff. de act. & ob.
d C. de form. impetr.
e l. si indebitũ in princ. rem ratam hab.
f Dd. com. hic.
g De monitione vid. c. nouit. de iud.

& ipsum solum, &c.] Item; [qua de re,] inquit h *Proculus, [volo vt cum Hiberio loquaris, ne rem illicitam faciat.] Ad hęc inter iuris pręcepta primum est, [honestè* i *viuere:] honestati autem ex diametro repugnat, si quis protinus debitorē adigat, imo & seipsum, ad iudiciariam molestiam, quam uno, aut altero verbo fortasse euitare potuisset. Hinc* K *Imperator: [Debitores,] inquit [pręsentes prius denunciationibus conueniendi sunt.] Atq. ita ego ex Old sententia iudico.* 9 *Porrò ex hoc, & præcedenti §. discendum est, vt generaliter, in omnib. actionibus realib. quas [vendicationes] vocant, petamus nos declarari dominos, vel quasi* l *dominos, non aliquid nobis dari. Fallit hoc contra furem, à quo condico rem meam, & dari* m *peto.* 10 *In personalib. autem, quas [conditiones] nuncupant, petimus dare: aut facere. Quod nō procedit in actionibus commodati, depositi, & similib. quæ licèt personales sint, petimus tamen* n *vel reddi, vel restitui. Nouissimè pro actuario præsentis tractatus notabit iuris tyro inter actionē realem, & personalem triplicem differentiam esse.* 11 *Differunt. n. primum origine: nam realis actio ex re, vel iure, qđ in re habeo, oritur; personalis autem ex contractu, vel quasi ex contractu, maleficio, vel quasi ex maleficio. Deinde natura; quia reali quis persequitur rem, quā credit suā esse, à quocunq; possessore, etsi in centesimā migrauerit manū, dummō non sit vsucapione acquisita: in personalib. non ita, quia sola persona obligatur, quæ cōtraxit, vel deliquit. Postremò effectu: actionis. n. realis effectus est, ut petitor declaretur dominus, vel vt pronuncietur res sua* o *esse. Effectus autem actionis personalis est, quòd actor reum conuentum petit condemnari, ut det rem, ut in ipsum dominium rei transferat, vel vt aliquid faciat.*

b *Intendit.]* 12 *Intendere, verbum iudiciale est, & pro iudicialiter petere, vel actionem instituere sumitur. Unde & apud* p *Vlpianum intentio nominatur actio.*

h in l. 13. quidā Hiberius. ff. de ser. pręd. urba.
i l. iustitia. ff. de iust. & iur. §. iuris. fur. eo. tit.
K in l. debito. C. de pi. fa. l. Aemilius Largianus. ff. de min.
l l. & ex diuerso. ff. de rei vend.
m Vt §. pximè præcedenti.
n l. 4. §. si reddita & l. si ut cereo. §. item tibi dedi. ff. commod.
o l. Pomp. §. sed & is. de procu.
p l. si quis intentione. de iud.

§. Sequens.

1 *Prima actionum diuisio ex causa efficiente sumpta est.*
2 *Secunda ex causa materiali.*
3 *Tertia verò diuisio à causa formali.*

Sequens illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequendę gratia comparatę sunt, quędam pęnæ persequendę, quędam mistę sunt.

a *Hactenus in hoc titulo duæ actionum diuisiones ab Impe. nostro tradita sunt:* 1 *quarū prior ex cā efficiente sumpta est, ut aliquæ sint ciuiles, aliæ Prætoriæ.* 2 *Posterior ex materia petita est, quod sint q̄dam in rem, quædā in personā.* 3 *Nunc congruo ordine ad tertiā actionum diuisionem, quæ ex cā formali petita est, procedit Iustinianus in qua maxima vis uersatur, ut cognoscamus, quomodo actio sit edenda apud iudicem; quid ab aduersario petendum, utrum res, an pœna. Quorsum. n. attinet cognoscere, quis sit actionis autor? quid item prodest scire, quem habeamus aduersarium? nisi etiam intelligamus modum, & formam agendi. Hinc ergo illa promanat diuisio, quam hic Imp. tradit, quasdam scilicet actiones rei persequendæ gratia competere, quasdam pœnæ causa dari, quasdam denique mixtas esse Singula autē huius diuisionis mēbra in sequentibus §§. ordine repetuntur, sicut processus ad oculum demonstrabit.*

§. Rei persequendæ.

1 *Actiones rei persecutoriæ quæ dicantur.*
2 *Quatuor modis obligamur alter alteri.*
3 *Tam personalis, quam realis actio est rei persecutoria, diuerso tamen respectu.*
4.5 *Actio depositi in inficiantem fit duplaris; & quæ sit ratio.*
6 *Extensio aduers plane in §. nostro.*
7 *De certi condictione ex mutuo.*
8 *Communis opinio facit duplicem certi condictionem generalem scilicet, & spālem.*
9.10. *Una tantum est certi condictio, contra communem.*
11 *Explicatur principium tit. quibus modis re contra oblig. quomodo certi condictio detur ex mutuo.*
12 *Condictio certi ex mutuo est personalis.*
13 *Mutuans debet esse dominus, vel quasi rei mutuandæ.*
14 *In mutuo res fit accipientis.*
15 *In mutuo idem genus reddendum.*
16 *Interpellatio iudicialis, vel extraiudicialis mutuatario facta, quid operetur.*
17 *Actio mutui quando incipiat competere.*
18 *Quid probandum in actione mutui.*
19 *Libelli forma in actione mutui.*
20 *Condictio certi ex stipulatione, & actio ex stipulatu, quomodo differant.*

Non

21 *Non omnis qualitas rebus addita, facit rem certam.*
22 *Si ad factum agatur, actio ex stipulatu intendi debet.*
23 *Facta sunt incerta.*
24 *Cui, & aduersus quem dentur prædictæ duæ actiones.*
25 *Utranque esse rei persecutoriam; & ad quid utraque detur,*
26 *Actio ex stipulatu vtcunque ad pœnam detur, pœnalis tamen non est,*
27 *Pœnalis actio dicitur, si pœna per legem sit instituta.*
28 *Causa condictionis ex stipulatione, & actionis ex stipulatu.*
29 *Quid probat actor in his iudicijs.*
30 *Libelli forma.*
31. 33 *Commodati actio est directa, & contraria.*
32 *Quæ actio dicatur in genere directa, & quæ contraria.*
34 *Vtraque personalis, & rei persecutoria.*
35 *Quid decreta mandati actione persequamur, & quid contraria; & nume. 36.*
37 *Quando nascantur hæ actiones: quæque earum sit causa.*
38 *Quid probandum sit in his actionibus.*
39. 40. *Forma actionis commodati directæ, & contrariæ.*
41. 42 *Depositi actio directa, & contraria.*
43 *Vtraque personalis est, & ciuilis.*
44 *Directa depositi actio, est etiam Prætoria.*
45 *Actio depositi in duplum datur in quatuor casibus.*
46 *Actiones depositi ciuiles, sunt perpetuæ: Prætoria non item.*
47 *Actio depositi directa, infamat, contraria non.*
48 *Et in ea iuratur in litem.*
49 *Forma directæ actionis depositi.*
50 *Forma libelli in actione depositi contraria.*
51 *Actio depositi Prætoria quomodo proponenda.*
52 *Rofredi opinio defensa circa actionem depositi Prætoriam.*
53 *Acti mandati duplex, directa, & contraria.*
54 *Cui detur vtraque, & aduersus quem: & nume. 57.*
55. 56 *Vtraque est ciuilis, personalis, rei persecutoria.*
58 *Actio mandati directa infamat: non autem contraria.*
59 *De causa vtriusque mandati actionis.*
60 *Mandati actio quomodo differat à negociorum gest. actione.*
61 *Directæ mandati actionis formula.*
62 *In contraria quomodo instituendus libellus.*
63 *Duplicia esse mandata, publica, & priuata, & quæ sit differentia inter has voces, mãdatu, & mandato.*
64 *Actio pro socio explicatur.*
65 *Quomodo ea differat ab actione communi diuidundo.*
66 *Quibus competat actio pro socio.*
67 *Eam esse directam ex utraque parte.*
68 *Quibus casibus detur actio.*
69 *Actio pro socio duplici fine exercetur.*
70 *Actio pro socio infamat.*
71 *Quid in ea actione probandum.*
72 *Libellus in actione pro socio.*
73 *Enarratio actionum ex exempto, & vendito.*
74 *Actio ex exempto cui detur.*
75 *Actio ex exempto tres alias actiones complectitur.*
76 *Quid persequamur ea actione.*
77 *An uenditor teneatur præcisè rem venditam præstare, vel liberetur præstando interesse.*
78 *Actio ex uendito cui competat, & quid ueniat in ea.*
79 *Vasallus, & emphyteuta non alienant sine consensu domini.*
80 *Empti actionis forma.*
81 *Forma actionis ex vendito.*
82 *Declarantur actiones locati, & conducti.*
83 *Actio ex locato cui competat, & ad quid.*

Conducti

84 *Conducti actio cui competat: & ad quid.*
85 *Praxis in actione locati & conducti. & nu. 86.*

Rei persequendæ causa a comparatæ sunt b omnes c in rem actiones. Earum verò actionum quæ d in personam sunt, ex quidem quę ex contractu nascuntur, e fere omnes rei persequendæ comparatæ videntur: veluti quibus f mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. Plane si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit, g in duplum actionem Prætor reddit; si modò h cum ipso apud quem depo tum sit, i aut cum hærede eius, de k dolo ipsius agitur; quo casu l mista est actio.

Enarratur.] hoc loci primū suprascriptæ tertiæ diuisionis membrum, nempe actiones rei persecutor. ę. 1 *Sunt autem [rei persecutoriæ actiones,] Paulo* [a] *autore, [quibus id primus, quod ex patrimonio nobis abest.] Et licet non omnis actio sit in rem prodita sed quædam etiā in personam, vt supra* [b] *ex prima actionum diuisione patet; non tamen ita in personam est, vt per eam solum personę negotium faciamus, nihil amplius cōsecuturi, sed magis, vt à persona id cōsequamur, qđ nobis ex aliqua causa debetur;* 2 *siue hoc sit ex contractu, vel quasi ex contractu, siue ex delicto, aut quasi ex delicto: hinc* [c] *enim alter alteri obligamur.* 3 *Quod fit, vt vtraque actio, tam realis, quàm personalis, rei persequendæ gratia prodita habeatur, diuerso tamen respectu. Sanè actio in rem datur, quando eam prosequi volumus rem, q̄ pleno iure nostrum esse dicimus, vtpote quam iusto aliquo titulo acquisiuimus. ea si fuerit corporea, ad actionem rei vendicationis refertur, sin autem incorporea, ad actionem confessoriam & negatoriā, atq; ijs similes spectat. Actione verò personali id persequimur, cuius non sumus domini, sed nobis ex aliqua causa debetur; qua personā ipsam vrgemus ad id vel dandum vel faciendum, siue debeatur ex stipulatu, siue aliunde. Hinc enim plures in contextu nostro actionum personalium species recensentur, quas deinde sigillatim enarrabimus. Neque verò te moueat, quod actio realis, pariter aduersus personam, puta possidentem,* [d] *intenditur, quasi ob id personalis esse videatur; non enim eo contra possessorem datur, quod ex causa nobis sit obligatus, nisi ob rem illam, quam possidet nobis vendicandam, quam solum expetimus, sed frustrà, nisi edita actione aduersus eum, qui possidet. His sic prælibatis textum excutiamus.*

a l. in honorar. 34. de action. & oblig.
b In §. omniū. hoc tit.
c §. sequēs sup. de oblig.
d iuxta l. officiū. de rei ven.

a *Comparatæ.] Introductæ, positæ, inuentæ.*
b *Omnes.] Tam ciuiles quàm prætoriæ.*
c *In rem actiones] Qui actiones reales sine delectu rem persequuntur. Rem intellige petitam iure dominij, vel etiam quasi dominij, propter Publicianam.*
d *In personam sunt.] Personales enim actiones ad hoc nituntur, vt sint rei persecutoriæ, vt rem persequantur, & potissimè quæ sunt ex contractu.*
e *Fere omnes.] Adiectum est hoc tēperamentum, [Fere,] propter actionē depositi, quæ quatuor casib. per inficiationem* [e] *crescit, & mixtam causam hēt: de qua Prætoris edictum adhuc extat in* [f] *Pandectis.*
f *Mutuam pecuniam.] Mutui contractum à stipulatione euidenter distinguit, potest enim per se sine stipulatione mutuum consistere, vtpote qui re contractus sit, potest & cum stipulatione; quę si ex continenti mutuò subiuncta est (quoniam videtur id agi, vt sola valeat) obligationem simplicem parit: Cæterum duo erunt* [g] *contractus.*
g *In duplum]* 4 *Puta si reus inficietur & neget, rem apud se depositam esse: tum. n. condemnabitur in duplum, sad rem depositam reddendam, & totidem in ęstimatione. Rationem petit Iurisconsultus* [h] *alibi, quam repetit hic Accursius; quia propter casum fortuitum depositionis ex necessitate dependentem hæc res deponitur, nec potest eligere vel experiri fidē depositarij, is qui deponit.* 5 *Duplex ergo huius Edicti ratio videtur: Prior quoniam alijs casibus spatium deliberandi datur, cui res committenda sit, hic verò calamitas nullum ad deliberandum tempus permittit. Altera quod alijs in casibus perfidia nihil eximium habet, præter cæteras, hęc verò singularis est, & maiore aliquo odio digna, quod vbi misericordia opus fuit, ibi crudelitas adhibita est, & calamitati adiecta.*
h *Cum ipso.] Qui scilicet inficiatur depositum; nam nec iudicium suscipietur, nisi reo negante. Vbi enim bonam fidem agnoscit, statim iubetur* [i] *restituere.*
i *Aut cum hærede] Sensus est horum verborum; Si depositarius est in dolo, quia inficiatur, ipse tenebitur in duplū, non eius hęres. Hæres enim eo casu ad id, quod ad eum peruenit, & non vltra obnoxius sit, nisi & ipse hæres dolo fecerit, i. fuerit* [k] *inficiatus.* 6 *Zasius porrò addendum putat, quod si depositarius, eiusue hæres aliàs interuerterit rem depositam, versutè corruperit, vel ex dolo negligenter tractarit, perdiderit, & quicquid eorum simile dici potest, quod etiam eisdem casibus text.* [l] *noster procedat.*
K *De dolo ipsius.] nempe hęredis, qui pariter hoc depositum inficiaretur; nam de dolo hæredis hic agitur, non de dolosa defuncti inficiatione, ea enim ad hæredem non pertinet, cum ipse nōn deliquerit. Itaque liberatur, si rem, quam habet, bona fide restituat.*
l *Mista est.] In re scilicet & pœna; nam habet mixtam causam persequendi rem & pœnam.*
Expendamus.] Modò actiones in textu enumeratas sigillatim, & primò actionē mutui, quæ dicitur certi condi-

e §. sed fur. īf. e.
f l. 1. depositi.
g l. si ita fuero stipulat. & l. seq. de noua.
h in l. 1. §. merito, ff. depos. fa. etiam. l. 1. §. 1. de incen. rui. nauf.
i l. pen. C. depo.
k §. non autē. ver. aliqn̄. inf. de pp. & tēp. action.
l arg. quod Nerua. ff. depos.

condictio ex mutuo, siue specialis. Est autem [condictio certi, quæ specialis dicitur, actio personalis, qua petimus res nostras, quas alicui mutuò dedimus, in eodem genere nobis reddendas.] Dixi primò, quæ [specialis dicitur:] 8 quia ex m cōi interpretum assertione duplex est certi condictio, generalis, & specialis. Generalis est, quæ ex omni contractu competit, datur ex omnibus obligationibus puris, ex quibus quid certi petitur, excepta cā mutui. Specialis est, quæ duntaxat ex mutuo conceditur. Hæc doctrina num vera sit, sanè dubito plurimum. 9 mihique probabilius videtur, vnam tantum certi condictionem esse, generalem scilicet, multas tamen sub se species continentē, vtpote speciales actiones tanquā genus, quod species complectitur: ita quod vbicunque certum petitur, dicatur condictio certi, sed vbi ista condictio ad certum contractū restringitur, tum ex eo contractu detur. Exempli loco: Peto codicem ex commodato certi condictione, iam dicitur condictio certi specialis ex commodato. atque ita de alijs contractib. 10 Sic ēt intelligendus est o Iustinianus dum ait, [certi condictionem dari ex mutuò:] verum est, specialem, non distinctam & separatam à generali condictione certi, vt vulgò eum locū interpretantur; sed quę cōprebendatur sub ea, veluti species sub suo genere. Nam certi condictio generalis concurrit cum omni actione, ex qua certum petitur: o cum omni actione, inquam, in qua venit rem dari vel tradi. Vnde sicut genus non separatur à speciebus, sed eas in se continet (est enim genus in effectu & re ipsa nihil aliud, quam species simul collectę) ita in proposito, hoc genus, scilicet certi condictio, non distinguitur à specialibus actionibus, idest à suis speciebus, sed eas complectitur. 11 Est ergo vna condictio certi, in suo genere, multiplex tamen in speciebus. Item illa generalis condictio per se nihil est, nisi contrahatur ad speciem, nec pōt casus vllus ostēdi, vbi, per se veniat: id quod Bart. p ipse fatetur, vtcunque conetur duas certi condictiones distinctas & separatas probare. In summa, cōis opinio nullo iure fundatur, & eadem facilitate destruitur, qua asseritur. Alteram verò sententiam si sequamur, nihil videbimus in textibus legū aduersum. 12 Ad propositum redeundo, personalem hanc esse actionem constat, quia in personam est ex contractu mutui, qui non nisi re ipsa interueniente certo consensu q perficitur. Addidi. [res nostras:] 13 quia mutuans debet esse dominus vel quasi dominus rei mutuandæ. Nam si rem tibi alienā mutuarem, non esset mutuum, quia non fieret de r meo tuum Debent aūt res esse fungibiles, quæ scilicet in pondere, numero, mensuraq; consistunt; quia mutui datio in his tantum reb. s versatur. 14 Ad posui, [quas mutuò dedimus:] quia vt hęc actio locū habeat, necesse est, rem ita dari accipienti, vt eius fiat, alioqui non posset ea vti. Dare t enim est dominum transferre. 15 Subiunxi, [in eodem genere:] vt commodati & depositi actiones excluderem, in quibus petimus nobis illam speciem reddi, quæ tradita est, & non aliud eiusdem generis. In hoc autem iudicio intendimus, vt reus tantundem soluat, idest, rem eiusdem naturæ & u qualitatis. 16 Vnde si debitor interpellatus legitimè extra iudicium, fuerit in mora soluendi, ac interim minoris valere cœperit res mutuata, tunc peti potest, vt præter rem ipsam condemnatur etiam in id, quod interest actoris, debito tempore fuisse solutam, facta scilicet æstimatione, quanti plurimi valerit à tempore moræ. Si autem nulla interpellatio iudicium antecesserit, & verisimile sit, pendente iudicio variatum iri precium & valorem rei mutuatæ, consultus est, vt etiam hoc casu petatur & mutuum, & quod interest, facta per officium iudicis æstimatione, quanti plurimi fuerit, toto tempre x iudicij. sicque Iuliani y responsum accipiendum est. Porrò ista actio incipit statim ex obligatione mutui pura est. Si autem sub conditione, vel in diem detur mutuum, pendet interim, nec ante diem vel conditionem z peti potest. 18 Probat autem actor in hoc iudicio, contractum mutui effectualiter interuenisse. Est enim mutuum contractus re, ita quod sine re interuentu non subsistat. Cæterùm rem fuisse suam, probare non tenetur, quia iuuatur verisimili coniectura, quod res mutuò data fuerit sua: neque auditur aduersarius, si fortè referret quæstionem dominij, & exciperet contra agentem, ipsum non fuisse dominum rei mutuatæ, vtpote statim suspectus, quod eludere velit debitam a solutionem. Præterea regulariter mutuum fit ad rogatum accipientes: citra verecundiam autem fieri non posset, si mutuatarius diceret, pecunia illa non erat tua tempore mutui dationis. 19 Libellus ita proponatur. [Mutuaui haud ita pridem ex ęre meo Titio centum aureos Rhenenses probos, quos ipse tunc mihi contra bonam fidem reddere negat: qua peto eum mihi ad reddendam & soluendam istam pecuniæ quantitatem iudicialiter b condemnari, &c.]

Altera actio, quæ hic recensetur, est [condictio certi ex stipulatione.] 20 In primis autem alteri debet, aliam esse certi condictionem ex stipulatione, aliam [actionem ex stipulatu] Hæc enim ita demum nascitur, si res in stipulationem deductam, est incerta, vel cum de re certa in genere, sed incerta in specie, fit stipulatio vt si hominem stipuler, aut fundum sine propria appellatione, aut vinum frumentumue sine certa qualitate. Illa autem tum oritur, cum res est certa, cum certū quid deductum est in stipulationē, puta quod continet quid, quale, quantum: vt si stipuler vini Rhenensis optimi amphoras decem, cum aureos Rhenenses probos. Nam in proponenda hac actione cautus sis oportet, ne res petita forte incerta appareat. Ideo in exemplo loquor de vino c optimo; 21 quoniam non oīs qualitas rebus addita, facit rem certam sed ea sola, quę primum & summum locum tenet. Nam si vini boni decem amphoras stipuler, rem incertam sti pulari videor. Vtcunque enim qualitas bonitas adiecta sit, illa tamen est incerta qualitas: quia bona melius inuenitur, & vinū quod melius est, ipsum quoq; bonū est. Quare hoc casu certi condictio non cōpeteret, sed tantum actio ex stipulatu, tanquā ad rem incertam. Sic etiam in altero exemplo dixi, centum au-

reos

m In l. certi condi. ff. si cer. pe. sup. quib. mo. re con. obl. in prin vbi ēt ali qua dixi. & in iob. d. tit. si cert. petat.

n sup. quib. mo. re cōtra. obl. in princ.

o Ita Zas. d. l. certi.

p in d. l. certi condit.

q d pr. q. mo. re cōtra obl. & l. 2. si cer. pet.

r d l. 2. §. appellata.

s in princ. sup. quib. mod. re contra oblig.

t §. sic itaque discretis. supra hoc nostro ti.

u l. 3. cum quid. si cert. pet.

x Iuxta l. ædil. §. sciendū. de ædil. edict.

y In l. 22. vinū. ff. si cert. pet.

z l. 7. omnia q̄ l. proinde. si cert. pet.

a l nec vnde. C. si cer. pet. & l. si quis nec cū dictionis. C. loc. l. ne credi totis. C. de pig. act. latè Bar. in l. nam eisi. fur. in pr. cer. pet.

b Vide Spec. in tit. de solu. §. sequitur.

c Vide D. I. in si certum. & l. certi condi si cer. pet. & quę d x supra de v r. obl. io pr.

reos Rhenenses probos: quia si peterem centum monetæ nostræ Germanicæ, ista stipulatio non diceretur continere certum, cum uaria sint genera monetarum: quamuis ex interpretatione legis satis videatur certum, quia in dubio debet intelligi d de moneta exiguiori: tamen ex interpretatione legis non debet dici certum, quod ex ipsa pronunciatione apparet incertum. Ergo ita certi condictione ex stipulatione agi nõ posset, sed quod ex stipulatu. 22 Hinc cõsequitur, qđ si agatur ad factum; puta domũ edificari, vel describi librũ, id actione ex stipulatu fieri debere, quia hic est q̃dam alternatio, petendo factũ, vel interesse, quod tacitè in stipulationem deductũ videtur, ergo e incertum. 23 Inde est, quòd dicimus facta esse f incerta. Sin autem simpliciter peterẽ interesse (quod facere possũ) nihil obstat, quin agi possit certi condictione ex stipulatione. Interesse enim licet ab initio certum non sit, certificatur tamen ex post facto per sententiam iudicis, quod non est in homine generaliter in stipulatione g deducto. Porrò utraque actio est personalis ex obligatione verbis contracta, quam stipulationem dicimus, quæ tamen eatenus firma est, si fuerit legitima stipulandi causa. Siquidem vbi omnino nulla fuerit causa, vel impossibilis, aut turpis, aut contra bonos mores, ibi non contrahitur stipulatio, nec per consequens actio nascitur, Petro de Bella Pertica frustra h repugnante. 24 Datur autem vtraque stipulanti; prior quidem aduersus promittentem certi aliquid, altera aduersus promittentem rem incertam, siue pro se, siue intercedendo pro i alio. 25 Sunt ambæ rei persecutoriæ, quia prior ad rem certam, altera ad rem incertam promissori condicendam competit, præterea ad pœnam, si qua adiecta fuit, vel ad id, quod interest stipulatoris, cuius æstimatio eo tempore spectanda est, quo dies obligationis k venit. 26 Quamuis autem actio ex stipulatu plerunque persequatur pœnam, maximè cum eam stipulati l sumus, ob id tamen pœnalis non dicitur, 27 quia actionem pœnalem vocamus, si pœna per legem sit instituta. Istæ verò pœnæ, quę plerunque stipulationibus adijciuntur, sunt conuentionales, & induunt nomen rei, propter conuentionem contrahentium, ut ita nihilominus sint rei m persecutoriæ. 28 Causa harum actionum est ipsa verborum obligatio, siue stipulatio, quæ si pura est, statim nascuntur, & exerceri possunt, alioqui veniente die, vel n conditione. 29 Probat autem actor, stipulationem legitimè, & incontinenti factam esse, & ex legitima causa rerum stipulanti promisisse. Quod si etiam interesse petatur, id ab actore probari oportet. 30 Libellus: [Titius promisit per stipulationem mihi dare decem aureos Rhenen. probos, ex causa venditionis fundi mei Tusculani, quem à me legitimè emit, cæterum dare recusat. Quare peto, ut eos mibi det, & ad dandum mihi per vestram sententiam condemnetur. &c.] 31 Nunc ad actionem commodati; quæ duplex est, directa, & contraria. 32 Scire enim iuris studiosus debet, actionem interdum directam dici, prout opponitur contrariæ, & est quæ datur principaliter contrahenti, & aliam partem sibi obliganti. Nã si contractus sint principaliter vltrò, citroque obligatorij, vtrobique directa actio conceditur, & neutrobiq; contraria, sicut alias etiam o docui. 33 Sic actio commodati directa est, quæ commodanti datur, qui non est obligatus ex contractu principaliter ipsi commodatario, quem sibi obligauit ad restitutionem rei commodatæ. Contraria verò est, quæ commodatario ipsi conceditur, qui ex contractu commodati principaliter obstrictus est, contra commodantem, quem habet obnoxium, non quidem ex contractu commodati, sed post contractum, ex æquitate naturali, qua obligatione cogit eum, ut ipsi re commodata uti liceat, ut restituat impensas, si quas maiores in re commodata fecit. 34 Est autem utraque actio personalis, quia in personam datur ex contractu commodati; qui re constat p principaliter. Sunt ambæ rei persecutoriæ multis modis. 35 Directa enim commodati actione persequimur, primò, ut commodatarius rem ipsam commodatam restituat in specie, in hoc differens à mutuò, ubi alia eiusdem qualitatis restituitur. Deinde si res commodata sit reddita deterior, ut præstetur, qđ interest commodantis, propriè enim dicitur res nõ reddita, quæ deterior facta q redditur. Denique si conuenit inter contrahentes, vt res certo loco, vel tempore reddatur, quæ utenda accipitur, huius conuẽtionis rõ haberi dẽt in ẽstimãdo damno non redditi r cõmodati: & sic deinceps. 36 Contraria uerò actione commodati persequimur, primò ut soluatur, quanti interest commodatarij, rem commodatam ante expletum usum non fuisse ablatam. Deinde impensas maiores, & necessariò in re commodata factas, puta in curanda, reficiendaue re. Demum si sciens cõmodauit rẽ vitiosam, rectè agitur, ut damnum s sarciatur. 37 Nascuntur autem hæ actiones post diem in cõmodato expressũ, alioqui post t vsũ rei. Ex prædictis constat, cũm harum actionũ esse, contractũ cõmodati, cuius naturam alibi u explicatã hẽs. 38 Probat aũt actor in his actionibus, primũ, cõtractũ commodati celebratum fuisse: Deinde, quod finitus sit usus, ad quẽ commodatò res data est: hoc enim primum requiritur in commodato, ut ad usum aliquem res detur, qui vel natura intelligatur, vel in speciem sit expressus, adeò ut antea reuocari nequeat, nec rectè agatur ad x restitutionem, & in hoc differt à precario. Ceterum quid præstet commodatarius, & an ad ipsum periculum pertineat, si res commodata periit, y alibi disensũ est. 39 In hanc autem formam proponi potest commodati actio directa [Commodaui nuper Titio equum meum gradarium, quo commigraret Basileam: verum cum ipse redierit, & restituere illum recuset, peto eum ad restituendum mihi condemnari: vel cum illum reddiderit deteriorem, & claudum, me ignorante, peto ut mibi precium soluat, quo deteriorem fecit, &c.] Notanter autem adieci, [me ignorante,] quia si quis rẽ deteriorẽ sciens recipiat, sibi z imputabit. 40 Forma in actione cõmodati cõtraria: [Titius cõmodauit mihi pratũ ad usũ pascendi pecoris per totã æstatẽ, & q̃uis æstatis tempus non sit

d l. 9. semper. in obscuris. de re. iur.
e l. 75. vbi autẽ §. 8. qui illud. aut illud. de uer. ob. l. 72. stipul. non diuiduntur. §. Celsus. eod. tit.
f l. stipulationũ. cum l. seq. e. ti.
g Ad quę vide quę vbertimè scribũt Dd. in d. l. cert. cond.
h Hic tex. est in l. 2. §. circa. de doli. excep. l. impossibilis. l. Generaliter. & l. Titia quę. ff. de uer. obliga.
i l. 1. de uer. ob.
k l. 59. quoties in diem. cum l. seq. de ver. ob.
l iuxta. §. ul. su. de uerb. oblig.
m Atq. ita gl. sol uas hic in uerbo, ferè.
n §. omnis. cum duob. §§. seq. sup. de ver. ob. d. l. certi condictio. & huc sũt referenda, quę sup. de uer. ob. à me dicta sũt.
o in §. itẽ is cui. su. quib. mod. re contr. obli. uideas. etiam rubrum. in §. socius. sup. de societate.
p d. §. itẽ is cui.
q l. 3. §. si reddita. §. commod.
r l. si ut certo. §. princ. commo.
s l. in rebus. §. possunt. ff. hoc titu.
t l. in commodato. §. sicut autem. eodem titulo.
u Vide quæ dixi in dicto §. item is cui.
x d. §. sicut autem.
y In dicto §. itẽ is cui.
z Vide ad hoc Barto. in l. 3. §. si reddidi. hoc titu.

fiuitum, ipse tantum prohibuit me, ne eodem prato vterer, ex qua prohibitione damno affectus sum quinque aureorum; quare peto, vt hos quinque aureos condemnetur mihi soluere, &c.] 41 Sequitur [actio depositi;] quę pariter duplex est, directa & contraria. Directa est, quæ deponenti conceditur aduersus depositarium, & eius hæredes, ad persequendam rem depositam. Nec interest, prædo vel fur sit, qui deposuerit; hos enim depositi rectè acturos dicit Marcellus [a] apud Vlpianum. 24 Contraria autem competit depositarios, penes quem res deposita est, eiusque hęredi aduersus deponentem, & eius hæredem; qua venit, quod est necessario vel vtiliter in rem depositam impensum; nam ęquum est, eum habere actionem, ne obsequendo amico damnum patiatur, & deponens locupletur illius iacturam. 43 Ambę in personā sunt, ex contractu depositi, qui re [b] constat principaliter. Et sunt ciuiles, quia, ciuili autoritate introductæ, vt in rebus depositis regulariter vltrò citroque nobis deseruirent. 44 Cæterū directa est ēt Prætoria, saltem in quatuor specieb. in textu realis, videlicet cum res deponitur, vel tumultus, vel incendij, vel ruinę, vel naufragij gratia; nec dominus vllā aliam deponendi cām habet, q̄ vt euitet imminens ex causis suprascriptis periculum. 45 Illis enim casib. voluit Prætor depositarium inficiantem dolo malo, idest, negantem rem apud se esse depositam, in duplum obligari, cum tamen aliàs hæc actio semper in simplum detur. Merito autem Prætor ita constituit, quia grauius est fidem fallere ei, qui ex necessitate deponit, q̄ qui ex voluntate: cum ex necessitate deponens propter euentum fortuitū nō possit eligere, vel experiri [c] fidem depositarij. 46 Præterea hæc iudicia ciuilia sunt perpetua; Prætoria verò depositi actio annalis est in duplum, alias perpetua ad persequendā [d] rem depositam. Item ciuiles sunt rei persecutorię: directa enim persequitur rē alicui commissam, cum fructib & omni [e] causa; contraria ēt persecutionem expensarum vtilium habet vt si equus deponatur, æquum est, vt suppeditatum equo pastum recuperet depositarius. Prætoria verò in præfatis quatuor casibus mixta est, quia & rem & pœnā persequitur intra annum. 47 Subinde actio depositi directa infamat, quia agitur quodammodo de perfidia; & is notatur, qui suo nomine conuentus & condemnatus est, non qui [f] alieno. 48 Item in ea iuratur in litem ex dolo non [g] restituentis; non autem in contraria, quæ non infamat, quia de fide rupta non agitur, sed de indemnitate [h] depositarij. 49 Directa depositi actio sic instituitur; [Commendaui Sempronio sponte gratisque accipienti centum aureos in sacculo obsignato per Stichum seruum actorem meum, hac lege, vt quando vellem, & vbi vellem, confestim redderentur; postulanti autem mihi restituere recusat; quare peto eum ad restituendum per sententiam [i] condemnari.] Cæterum quid in hanc actionem veniat, & de huius priuilegijs, alibi à [k] me discussum est. 50 Forma proponendę actionis contrariæ facilis est. [Titius apud me duos equos deposuit, quorum custodiam gratis, & amico animo suscepi, & pro pastu eorundem expendi duos aureos, quos mibi reddere recusat. Quare peto eum condemnari, vt mihi duorum aureorum impensas soluat, &c.] 51 Actionem depositi Prætoriam ita propone; [Cum nuper in platea piscaria fuisset ortum horribile incendium, & viderem iam flammam meis ædibus imminere, deposui suppellectilem meam apud Sempronium in tali platea habitantem, quam admonitus restituere, detrectauit id hactenus; quare peto eum sententia compelli, vt prædictas res mihi restituat, & si quas ex illis fuerit inficiatus, peto eum tunc in duplum æstimatarum rerum condemnari, &c.] 52 Sic enim petendū esse in libello huius iudicij, Rofredus ex veritate asserit, reiecta illorum opinione, qui putabant simpliciter res petendas esse, & si depositarius nolit eas restituere, tum in iudicio, si præter recusatam restitutionem cœperit planè inficiari, implorandum esse iudicis officium ad pœnam. Errant enim hi tota via, vt & [l] Old. ait, quippe quòd hęc actio Pretoria principaliter ob pœnam petendam introducta sit, alioqui ciuilis sufficeret. 53 Ad [Actionem mandati] transeamus. Hæc consimiliter duplex est. Directa, prout alium principaliter obligat mandati; & contraria, prout ille alter aduersus principaliter obligantem agere potest. 4 Directa ergo mandati actio, mandatori, eiusque hæredi conceditur, aduersus eum, qui mandatum suscepit, & non [m] expleuit vel illud dolose aut negligenter explicauit, sicq; damno affecit [n] mandantem (illud enim mandatario non imputabitur, si interdum causam mandantis non meliorem fecerit, sed si deteriorem sua culpa reddiderit, semper tenebitur) vel deniq; mandati fines excessit cū detrimento [o] mandatoris. Cōtraria verò competit mandatario & eius hæredi aduersus mandantē, eiusq; hæredes impleto mandatu ad reputationes (ceu Iurisconsultus vocat) & ad omneis impensas necessariò & vtiliter impendit [p] mandatarius. 55 Sunt autem ambæ actiones ciuili autoritate introductæ; & in personam sunt ex contractu mandati, qui consensu perficitur, trahitque originē ex [q] amicitia; cuius contractus vim & pŕātem abundè suo [r] loco ostendimus. Non aūt ideo q obligatur ex hoc cōtractu, qa gessit negotiū, sed qa mandatum suscepit, concessit amico postulanti officium; ideoq; vel hinc apparet. Nā etsi post susceptū mandatū non gessisset plerunq; tamen [s] tenetur. 56 Sunt item rei persecutoriæ, de eo quod interest [t] actoris; nā per directā petitur, vt restituat mandatarius, qcqd ad eum ex mandatu peruenit, si modò possit restituere, qa res ei tradita sit: alioqui vt dat actionem, q̄ habet ad [u] consequendam rem. Si verò suscepto mandatu negligens fuit, petitur eatenus, quatenus mandatoris interest; si nihil interest, cessat. [x] actio. 57 Contraria verò actione persequitur mandatarius, vt restituantur sibi sumptus bona fide ac necessario facti, tametsi negotiū non potuerit conficere, vel infeliciter gesserit sine [y] culpa sua. Item vt vsuras consequatur, sub quibus oportuit fortè eum mutuari pecuniā ad gerendum negotium [z] necessarium. Denique vt sibi pecuniam det mandans, ad exequendum mandatum.

58 Porro

a l. 1. §. si prędo. ff. de pos.
b Vt habetur in §. præterea. & ibi dixi sup. quib. mod. re com. oblig.
c l. 1. §. & meino. ff. depos. fac. c. 2. extr. de verbor. sign.
d l. qd̄ tumult[9]. ff. depositi.
e l. 1. §. hanc actionem. h. ti.
f l. depositū. C. depos. l. furti. §. si quis alieno. & §. vlt. ff. de ijs qui no. inf. & l. nihil. C. de procur.
g l. 1. §. si iē. h. t.
h l. rei apud. d. t.
i Casus est in l. Lucius Titius ff. dep. vbi dr̄ commendare nihil aliud esse, quam deponere; quam sciu dignum est: nā & hodie ē in formulam huius l. tradimus pecunias mercatoribus.
k Vide q̄ docui in d. § p̄terea.
l In praxi huius actionis.
m l. si mandauero §. vlt. & l. inter cās. §. g suscepit ff ma.
n l. præterea. & l. p̄curatorē. § 3. h. ipso tit.
o l. diligenter. d. tit. mand.
p l. idēq. §. idem Labeo. h. t. l si verò nō remunerandi. §. si.
q l. 1. ff. mand.
r sup. de mandato.
s l. si remunerādi. §. 1. h. tit.
t l. ad comparādas. C. hoc tit.
u d. l. si p̄curatorē. §. dolo āt.
x d. l. si procuratorem. §. mā.
y l. qui mutuā. §. vlt. h. ti. l. ētsi cōtrariē. C. e.
z d. l. si verò nō remunerandi. §. si mihi.

58 Porrò mandati directa infamat, perinde atq; depositi actio: non [a] autem contraria. Vnde & eleganter M. Cicero in oratione pro Roscio Amerino scribit, [b] [mandati constitutum esse iudicium non minus turpe, quàm furti. Quib. enim in reb. ipsi interesse non possumus, in iis operæ nostræ uicaria amicorum fides supponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, distribuat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis vtilis, &c.] Et paulò post: [Idcirco turpis hæc culpa est, quòd res duas sanctissimas violat, amicitiam, & fidem: nam neque mandat quispiam ferè, nisi amico; neque credit, nisi ei, quem fidelem putat.] 59 Ex prædictis omnibus satis cognoscitur, quæ sit causa vtriusque actionis ipse scilicet mandati contractus, qui obligationem parit, ex qua deinde vtraque proficiscitur: quidque in quauis probari debeat. 60 Differt autem hoc iudicium ab actione negotiorum gestorum, quæ domino datur etiam ignoranti rem suam esse gestam, nulla præuia iussione siue mandatu. Mandati verò iudicium non competit, nisi præcesserit aliquis iussus ipsum mandatum. Quomodo item à fideiussione, sponsione, constitutione, expromissione discrepet, alibi à [c] nobis explicatum est. 61 Praxis Directa mandati actio sic proponi in iudicio potest: [Mandaui Titio, vt mihi fundum Herderanum in agro Brisgoico mille aureis à me statim numeratis, à Sempronio emeret: quem susceptio mandatu non pridem post emit, & à uenditore per traditionem accepit, ueram mihi mandanti tradere contra bonam fidem, recusat. Quam ad rem peto ipsum Titium reum condemnari, vt fundum Herderanum, cum fructibus ex eo præceptis vadat, & vt euictionis cautioni, quam accepit, cedat: præterea ut caueat mihi, suo facto talem fundum non esse oppignoratum, neque seruitute aliqua oneratum, uel quouis modo [d] deteriorem factum; quàm tempore traditionis fuerit, &c.] 62 In contraria actione sic propone libellum: [Flaccus nuper mihi commisit administrationem bonorum Friburgi, quam ego suscepi, & in eadem bona quæ administraui, quinquaginta aureos impendi. Verum ipse à me admonitus, ut prædictam pecuniam mihi solueret, hactenus recusauit: quare peto eundem Flaccum condemnari, ut prædictos 50 aureos nomine impendiorum exoluat, &c.] 63 Cæterum quod hanc vocem, [mandatu,] superius semper posui, id non otiosè à me factum est. Nam quum duplicia sint [e] mandata, publica scilicet & priuata (publica, quæ propriè præcepta magistratum vocantur, & [f] sunt necessitatis, & priuata, quæ vulgò commissiones dicuntur) ueteres ut hanc differentiam mandatorum exactius significarent, solebant, dicere, [mandatu,] in ablatiuo, cum mandatum priuatum intelligi volebant. publicum verò per ablatiuũ, [mandato,] intelligebant. Inde est illa locutio, quam Haloander diligenter in Pandectis obseruauit [mandatu meo, mandatu Titij, quod signa. 64 Accipiamus actionem pro socio.] Ea est personalis, quia in personam dirigitur, nempe ex contractu societatis priuatæ, quæ fit, cum duo pluresue sic contrahunt, quòd lucrũ & damnum inter eos commune sit, de una re, uel negotiatione, aut omnibus bonis [g] præsentibus & futuris transferunturq; illico dominia rerũ in ipsos socios ipso iure, licet specialiter traditio nõ [h] interueniat. Ex hoc igitur contractu socij inuicem obligantur alter alteri ad mutuas præstationes, s. vt secundum conuẽtionem initam, rem communem generaut, ut omnia communicent bona [i] fide, etiamsi non ita normam mathematicam sit dictum. Ex tali rursus obligatione producitur hæc actio. Atq; huc spectat quod Paulus [k] scribit, actionem pro socio magis ad personales inuicem præstationes pertinere, quàm ad communium rerum diuisionem. 65 Porrò per causam materialem potes hanc actionem ab communi diuidundo iudicio apertè distinguere, quia ut res ex societate communicetur, pro socio agimus, sed cũ iã fuerit cõmunis, nõ ex societate, sed ex alia causa experiri possumus communi diuidundo, vt rectè diuidatur. Idq; est quod [l] Paulus: [Deniq; ait, [cessat communi diuidundo iudicium, si res communis non sit.] quasi diceret; non habet materiam, vnde nascatur actio communi diuidundo, nisi præcedat communio. 66 Competit autem actio pro socio. socijs inuicem, eorumq; heredibus, quoties alterum alteri ex bono & æquo præstare aliquid oportet: 67 estq; directa ex utraque parte, quia vtriq; socio eadem ratione principaliter & directò [m] cõceditur. Et datur in diuersis casibus. 68 Primò societate finita ad personales præstationes, scilicet fructus & reditus inuicem diuidendos & lucra communicanda. Deinde si socius dolum commisit, vel præstare detrectat id, ad quod secundum naturam uel conuentionem societatis initæ tenetur, hanc intendere possum ẽt durante societate. Pro generali uerò ratione lucri & damni non conceditur hoc iudicium, nisi finita sit [n] societas. 69 Et hoc diligenter obserua: quia multi Doctores hoc non satis perspexere hanc actionem duplici fine exercerit: altero, vt socius seruet pactiones contractus, & præstet quod debet in administranda societate: altero, ut actori præstentur omnia ex societate debita, eum noluerint litigantes eam diutius cõstare: 70 Cæterũ cõdẽnatus hoc iudicio fit [o] infamis, si modo suo nomine, non alieno dãnatus [p] fuerit. Rõnẽ Cicero pro Roscio Amerino grauiter assignat, [Cum enim societatem cum aliquo coeo, puto mihi paratũ auxiliũ, quo cũ altero communicem: inde ad eius fidẽ confugio, & neminem minus, quam eũ, cui res meas commisi, cauere possum: quem ẽt si metuimus, ius officij lædimus. Recte igitur Maiores eũ, qui socium fefellisset, in uirorum bonorum numero haberi noluerunt.] Idem pro Roscio Amerino, tria esse priuata iudicia summæ existimationis scribit, fiduciæ, tutelæ, societatis. Hinc est quod [q] Vlpianus societatem ius quodãmodo fraternitatis in se habere dicit: & [r] Iulianus huius contractus fraudatorem nota infamiæ damnauit Causa huius actionis ex suprascriptis satis est manifesta. 71 Probat autẽ hoc in iudicio actor initã esse societatem uel unius negotiationis, uel omnium bonorum. Itẽ speciẽ exercẽdæ societatis esse honestã; quia

a l. in re mandata. C. mãdat.
b Vide & Bud. in priorib. an not. in ff. l. 1. de iis qui no. inf.
c sup. in ti. de fideiuss. ubi & Ang. Are.
d Probantur hæ clausulæ in l. si procuratorẽ. in fi. cũ l. seq. hoc tit.
e Old. in praxi huius actio. mox a prin.
f Sic intelligitur in C. & Auth. de man. prin.
g Iuxta ea quæ uberrim dixi sup. de soc. in prin.
h l. 1. 2 & l. societates. in prin. pro soci
i l. coite societatem cũ l. seq. pro soc.
k In l. 1. comm. diui.
l In d. l. 1.
m §. ex quibusdã. inf. de pœ. teme. litig.
n Quibus autẽ modis finiatur uide in §. manet. su. de soc. & sparsim habes in toto ti. & máxime in l. uerum. §. societas. ff. eod.
o d. §. ex qbusdam.
p l. 1. de his qui notan. infa.
q In d. l. uerum.
r In l. 1. de inf.

rerum inhonestarum nulla est [s] societas. 72 Libellus ita proponendus: [Coita est inter me & Titiũ omnium bonorum societas usque ad decennium, administrante ipso Titio vniuersa societatis negotia, accepti & expensi rationem habendo. Verum cum nunc lapsum sit decennium, finitaque societas, peto eum ad recognitionem & dispunctionem rationum condemnari, & vt quæ supersunt consignet, & nitium secundum leges conuentionis distribuat.] 73 Sequuntur actiones [ex empto & uendito,] quas partim etiam [t] supra explicauimus. Has duas actiones esse iure ciuili introductas, [u] Vlpianus probat: nascunturque ex frequentissimo contractu emptionis & uenditionis, quem pariter [x] supra abundè enarratum habes, ac per consequens personales sunt. Item non sunt contrariæ, sed directæ ex utraque parte, quia æquè principalis est vtriusque contrahentis ratio, & emptoris & uenditoris. 74 Prior autem actio, [ex empto scilicet, datur ei, qui emit rem præsens uel absens, puta per nuncium [y] vel epistolam, aduersus uenditorem, ut rem uẽditam tradat. 75 Et hæc complectitur tres alias actiones, primum actionem [de euictione] qua agit contra venditorem, si non fuit dominus rei venditæ, & res euincatur. Deinde [redhibitoriam,] qua emptor infra sex menses ad rescindendum contractum agere potest, si res vendita habeat latens [z] vitium. Postremò actionem [præscriptis verbis.] si uenditor pacta adiecta emptioni non seruauerit, nec placitis paruerit, tum enim hoc iudicio experiri potest, ad completionem pactorum. 76 Persequimur autem empti actione rẽ venditam, ut uenditor tradat rem corporalem cum fructibus accessorijs, vel vt quasi tradat rem incorporalem emptam, idest, ut cedatur iuri, & præstetur patientia ad vsum liberum. 77 Cæterum, an uenditor obligetur rem ueditã præstare, vel liberetur soluendo interesse, magnus est inter Doctores conflictus, adeò quòd [a] Bartolus triplicem opinionem referat. Mihi videtur æquior esse ista distinctio, quã & ipse probat, videlicet rem præcisè præstandum, si uenditor restituendi facultatem habeat: sin minus, eum condẽnandum in interesse. Et quod [b] alibi dicitur; [Id quod interest, aliquando pretium egredi, si pluris interest quàm res ualeat, emptaue sit:] ibi tametsi Iurisconsul. non statuat apertè summam, ad quam vsq; protendatur, mihi tamen videtur egredi vsq; ad duplum posse, quod hodie [c] palam est. Item aduerte, uenditorem debere vacuam possessionem tradere emptori, id est, quæ à nemine detineatur vel possideatur, aliàs non uidetur rem [d] tradidisse. 78 Actio autem [ex uendito,] conceditur venditori ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet; in qua actione veniunt hæc, primò precium, quanti res vẽdita est, deinde vsuræ precij post diẽ traditionis: nam cum emptor re fruatur, æquissimum est, eũ vsuras precij [e] soluere. Porrò in emptione & uẽditione rerum feudalium [f] secus est, [g] item in emphyteusi. 79 Alienare enim vasallus & emphyteuta nõ possunt, nisi domini consensu. Reliqua huc pertinẽtia require ex Pãdectarũ titulo, De actio. empt. & ex tit. lib. 3. Inst. supra. De empt. & vendit. 80 Forma prioris actionis, ex empto scilicet, [Emi à Seio patrefamilias domum in tali loco, centum aureis ipso apertè, & liberè in talem contractum consentiente & promittente possessionem talis domus tradere uacuam & liberam. Et prædictum precium ego ipse solui, uel eo nomine satisfeci, uel reus fidem habuit, &c. Interpellatus uerò semel atque iterum, non tradidit possessionem uenditæ domus: quare peto eundem Seium condemnari, ut prædictam domum uenditam, eiusque possessionem liberam mihi tradat: quòd si talem traditionem facere non possit, ad id, quod mea interest, quod ad decem aureos æstimo, eum condemnari peto, &c.] Et hæc petendi formula longè æquior tutiorque est, quàm si directò ac simpliciter traditionem [h] petas. 81 Libellus persequutionis ex uendito, [Vendidi Caio equum talis coloris, viginti aureis, & eum illi tradidi. Admonitus autem ut solueret precium, hactenus recusauit. Interest autem mea tantum, fuisse numeratum precium conuentum: quare peto Caium condemnari, ut soluat mihi precium supradictum, & tantum nomine damni.] 82 Deuenio ad [locati conductique actiones.] Vtraque ciuilis est, partim per rationem similitudinis, quam cum actione empti [i] & uenditi habet, partim quia id [k] Vlpianus apertè tradit. Item utraque est directa, quia æquè principalis est utriusque contrahentis ratio. Vtiles tamen aliquando sunt, quum quis rem, quam conduxit, alij locat, id enim permittitur, nisi aliud [l] conuenerit. Ambæ personales sunt ex contractu locationis & conductionis, quia nulla uerborum solennitate, sed consensu solo perficitur, paritque obligationem, ex qua deinde hæ duæ actiones enascuntur. 38 Datur autem prior actio, [ex locato] scilicet, locatori, qui prædium vrbanum uel rusticum, aut rem mobilem, operamue suam locauit, aduersus conductorem pro re locata deteriorata, aut pensione sua mercede [m] operarum soluenda, uel finito cõductionis tempore, possessione euacuanda, ac sine controuersia [n] restituẽda, & si quæ sunt his similia. Non tamẽ ante dabitur hæc actio, nisi usus rei conductæ expletus sit, uel opera, ante enim non compleuit [o] contractũ, nisi fortè consuetudo loci diuersum obseruet. 48 Posterior uerò, [ex conducto actio, conductori competit aduersus locatorem, si re aut opera, quam conduxit, frui ei non liceat, uel vt soluat locator id quod eius interest, vel si, quod in conductione conuenit, non [p] præstetur, item ad restituenda ea, quæ conductor in reconducta sua opera necessario, uel utiliter auxerit uel ædificarit, uel instituerit, cum id [q] non conuenisset. Prætereà ut remittatur ei merces siue pensio propter sterilitatem magnam, ubi scilicet recompensari non potest cum ubertate sequentium [r] annorum: uel propter vim fluminum, graculorum, sturnorum, aut hostiũ, uel si urendo fructus corruperit, aut solis feruore non assueto id acciderit, seu ager terræ motu ita corruerit, ut nusquam sit, vel domus sine culpa conductoris incendio perierit, & summatim propter omnem vim, cui resisti non potest, agit conductor hoc iudicio ad mercedis siue pensionis [s] remissionem, quæ omnia, & horum plura,

s l. nec prætermittendũ. & l. qd̃ ait furto. h. t.
t in §. precium sup. de empt. & uen.
u In l. 33. proinde in pr. de æ. dil. edic.
x In d. ti. de em. & uend.
y Iuxta l. 1. in pr. ff. de contrah. empt.
z l. ex empto. §. redhibitionẽ de act. emp.
a In l. 1. in prin. de act. emp.
b In d. l. 1.
c Per l. unicam. C. de sen. quæ pro eo quod interest, &c.
d l. 2. de act. em.
e l. 13. Iulianus. §. 19. ex uẽdito. h. t.
f Vt patet in cõstitutione imperiali, de prohi. feu. alie. per Fred. &c.
g l. ult. C. de iu. emph.
h Vt probatur in d. l. in prin. de act. emp. & in l. si traditio. C. eod. l. 1.
i Vt su. de loc. & cõd. in pri.
k in l. 1. §. 1. de superfi.
l l. nemo. C. de loc. & cond. l. si locauero. ff. eod. & l. stipulatio ista. §. si insulã. de uerb. obl.
m l. excepto. & l. 3. C. de loc. & cond.
n l. videamus. §. qui uinum. ff. locati. & l. si quis conduct. C. eo. tit.
o d. l. Iulianus. §. offerri. de ac. emp. Bart. in l. seruus Meuii. §. ulti. de stip. ser.
p l. conducto. ff. locati.
q l. domini hor reorũ. § 1. ff. e.
r l. si uno anno. ff e. tit. & l. licet. C. eo.
s l. ex cõduct. e.

plura. vide in vera & pura scaturgine, nempe Iuristonsultorum elegantissimis textibus sub tit ff. [locati & cond] Ex prædictis habes, quæ sit causa vtriusque actionis, & quod hæ inter rei persecutorias rectè numerentur. 85 *Praxim subnectendo, ex locatio in hanc formam agi pōt: [Locaui Titio in hoc consentienti ad anni vnius spacium ædes sub mercede decem aureorum, præstando illi habitandi vtendique patientiam, cum autem locationis tempus iam sit elapsum, peto eum ad dandam & soluendum dictam mercedem condemnari, & mihi p. edictæ domus possessionem restitui. &c]* 86 *Conducti actio sic proponenda est; [Conduxi nuper à Caio domū in tali platea, de cuius pensione conuentum inter nos est in octo aureis; eā tamen sese mihi tradere admonitus recusat: quare peto eum condemnari, vt præfatam domum mihi tradat ad habitandum more consueto, liberè, &c.] Sic etiam conducti operis periri potes. Semper autem memineris, variandum esse libellum secundum veritatem casuum & circumstantiarum.*

§. Ex maleficijs.

1 *Actiones pœnæ persecutoriæ quæ dicantur.*
2 *Pœna quomodo accipiatur.*
3 *Mixtæ actiones quare dicantur.*
4 *Mixta actio tripliciter dicitur.*
5 *Furtum manifestum quod dicatur.*
6 *Quadrupli pœnam Prætor adiecit furto manifesto; ideoq; prætoria censetur.*
7 *Non manifestum furtum quid.*
8 *Actio furti non manifesti est ciuilis.*
9 *In furto simplum, siue res damnificata non inest in duplo vel quadruplo.*
10 *Rei vendicatio datur ad rem furtiuam repetendam.*
11 *Rei vendicationem, itemque condictionem furtiuam Domino aduersus raptorem dari.*
12 *Legis Aquiliæ actio duplici respectu mixta est.*
13 *Actio furti duplex, ciuilis & prætoria.*
14 *Vtraque furti actio personalis est: & quandò furti delictum committatur.*
15.17 *Quibus dentur furti actiones & aduersus quos.*
16 *Consilium dare furti quis dicatur, aut opem ferre.*
18 *Occultans furem aut rem furtiuam furti tenetur.*
19 *An furti actiones aduersus hæredes dentur.*
20 *Furti actio merè pœnalis.*
21 *Ad rei furtiuæ persecutionem quæ actiones dentur.*
22 *Furti actio dupliciter intendi potest, ciuiliter & criminaliter.*
23 *Quæ sit furti pœna hodie.*
24 *Hodie nulla est differentia inter furtum manifestum, & nec manifestum.*
25 *Forma proponendæ actionis furti nostro foro accommodata.*
26 *In omnibus actionibus famosis tempus & locus libello adijcienda.*
27 *Actio vi bonorum raptorum definitur.*
28 *Cui concedatur hæc actio.*
29 *Quando res dicantur esse in bonis, vel ex bonis.*
30 *Hæc actio in eum datur, qui dolo malo rapuit.*
31 *Quomodo puniantur rapientes sine dolo.*
32 *Aduersus quos competat actio vi bon. rapt.*
33 *Actio vi bonorum raptorum intra annum datur in quadruplum, post annum in simplum.*
34 *Libellus in hac actione.*
35 *Actio legis Aquiliæ explicatur.*
36 *Quid sit actio ciuilis; & vnde dicta sit.*
37 *Damnum quomodo hic accipiatur.*
38 *Cui competat.*
39 *Aduersus quos detur.*
40 *Quid consequamur hac actione.*
41 *Qui causam damni dat, damnum dedisse dicitur.*
42 *Quomodo æstimatio fieri debeat in l. Aquil. actione.*
43 *Hæc actio aduersus confitentem in simplum, aduersus inficiantem in duplum datur.*
44 *Libellus in actione l. Aquiliæ.*
45 *Actio ex testamento pro relictis ecclesiis consequendis explicatur.*

46 *Actio ex testamento regulariter tantum in simplum datur; sed quando pro relictis ad pia loca intenditur, est duplaris, &c.*
47 *Aduersus quem concedatur prædicta actio.*
48 *Executores testamentorum de omni culpa tenentur, de qua principalis hæres teneretur.*
49 *Si actio ex testamento ex negatione intendatur, potest eu adi dupli pœna: si ex dilatione, secus.*
50 *Vt locus sit huic actioni, necessaria est hæreditatis aditio.*
51 *Qui detur actio ex testamento pro legatis ad pias causas, &c.*
52 *Priuilegia concessa ecclesiis, habent locum in aliis piis locis.*
53 *Pœnæ non sunt extendendæ ad casus non expressos.*
54 *Legatum a die aditæ hæreditatis debetur.*
55 *Causa huius actionis.*
56 *Libelli forma in actione pro legatis piis.*

Ex maleficiis uerò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, aliæ tam pœnæ quam rei persequendæ; & ob id *a* mistæ sunt. Pœnam tantùm persequitur quis actione furti siue enim *b* manifesti agatur, *c* quadrupli: siue *d* non manifesti, *e* dupli, *f* de sola pœna agitur: nam ipsam rem *g* propria actione persequitur quis, id est, *h* suam esse petens; siue fur ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. Eo amplius aduersus furem etiam *i* condictio est *k* rei. Vi autem bonorum raptorū actio *l* mista est: quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mista est, non solum *m* si aduersus *n* inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat; ueluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni precii fuerit; tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum *o* iam traditam diuisionem. Item mista est actio *p* contra eos, qui relicta sacrosanctis ecclesiis, uel aliis uenerabilib. locis legati uel fideicommissi nomine, *q* dare distulerint, usque adeò, ut etiam in iudicium uocarentur; tunc enim & ipsam rem, vel pecuniam quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantùm pro pœna; & ideo *r* in duplum eius fit condemnatio.

Consequenter] persequitur Iustinianus alia duo suprascriptæ diuisionis membra, quæ scilicet actiones pœnæ persecutoriæ sint, & quæ mistæ. 1 *[Pœnas autem [persecutorias] appellamus] cum præter id quod nobis abest, exigimus aliquid vindictæ uel affectionis causa. Nā quicquid ex bonis nostris non est, pœna sit* [a] *oportet. In quo illud aduertendum est, quicquid partes pro pœna paciscuntur non facere actionem pœnalē, sed rei persecutionem:* 2 *Quia pœna accipitur, quæ legum autoritate irrogatur.* 3 *[Mistæ] verò sunt, quibus rē simul & pœnam persequimur ex quibusdam maleficiis: atque ita hoc in proposito intelliguntur.* 4 *Aliàs enim mixtæ interdum dicuntur, quòd in rem simul & personam sint. Item mixtas etiam uocamus, quòd uterque controuertentium, actoris atque rei conuenti uice* [b] *in eis fungatur.*

a Mistæ sunt.] Quia rem iuxta & pœnam complectuntur.

b Manifesti.] 5 *Manifestum autem furtum is committit, qui deprehenditur* [c] *cum furto: nec refert à quo deprehendatur, utrum ab eo, cuius res fuit, aut ab alio: sufficit si cum re furtiua fuerit deprehensus, etiam alibi, quàm ubi furtum fecit: priusquam tamen eo loci peruenerit, quò destinauerat.*

c Quadrupli.] 6 *Et hanc pœnam quadrupli in furto manifesto Prætor* [d] *adiecit: atq; ob id hæc actio prætoria etiam* [e] *nuncupatur.*

d Non manifesti. 7 *Non manifestum, seu nec manifestum (vt veteres loquebantur) furtum est, quod postea* [f] *quandocunque deprehenditur: & istud etiam is censetur facere, qui consilium uel opem* 8 *fert.*

e Dupli.] Dupli pœnam Solon Atheniensium legislator in fures primus constituit, Gellio [h] *autore. Hinc est quòd actionem furti nec manifesti appellamus ciuilem, quia ex legibus Solonis habet pœnam dupli, cum ad rem ipsam quoque secundum Solonis sententiam, & sic in triplum competeret.*

f De sola.] Ita quod duplum vel quadruplum sit mera & sola pœna, separata à re furtiua. 9 *Vnde simplum idest ipsa res furtiua, in duplo aut quadruplo non continetur: quod in furto est singulare: regulariter enim secus est, ut* [i] *Bar. alibi recte docet.*

g Propria actione.] Scilicet rei uendicatione; 10 *Nam & hanc habet dominus ad rem, quæ furto subducta est, repetendam, per quam uendicatur res à fure, tanquam à quouis alio possessore, nec nominabitur fur, si actor ei parcere uelit, adeò quod & sacerdotes eam intendere queant sine metu irregularitatis.*

h Suam esse.] Præsupponit enim rei uendicatio dominium in agente, sicut [k] *alibi dictum est.*

i Condictio.] Furtiua scilicet, quam [l] *supra explicatam habes.*

K Rei.] Quæ furto subtracta est.

l Mixta est.] Quia uno atque eodem iudicio & rem simul, & pœnam persequitur. At enim [m] *suprà Iustinianus, Rapinæ actionem in quadruplum, triplum pœnæ, simplum rei nomine persequi; nam in quadruplo*

a l. 7. seruus. ff. de ser. ex por.
b Sicut in §. quā inf. proxi. seq. uidebim.
c l. 2. & 3. de furtis.
d Vt est uidere in §. pœna. su. de obli. quæ ex del. nas.
e In §. 1. infr. de perpe. & tēp. actio.
f l. 8. nec manifestum. ff. de fur. uid. Paul. li. 2. sent. titu. 31. §. 2. qui aliter definit nec manifestū furem.
g l. 34. is qui, op. ff. eo. tit.
h lib. 11. ca. 18.
i In l. sanctio legum in 4. col. in uer. quæro an ī duplo. de pen. & fa. rex.
i l. hoc edicto § 1. de pub.
k in §. omniū. sup. hoc titu.
l In §. sic itaque feretis. su. h. t.
m §. 1. su. ui bo. rap.

plo inesse & rei persecutionem. 11 Ceterum si dominus rem solam velit exigere, tum vel rei vendicatione, vel etiam condictione furtiua, agere debebit: & vtramque ipsi actionem dari, [n] Hot. rectè tradidit.

m Si aduersus.] 12 Sensus horum verborum est: Legis Aquiliæ actio duplici respectu mixta est: primũ si detur aduersus inficiantem, id est, eum qui damnificauit, & conuentus in iudicio inficiatur, negans se damnum dedisse, si conuincatur mendacij, propter inficiationem dolo ementitam in duplum condemnatur, In hoc tamen duplo inest rei persecutio: mixta ergo est ex re & pœna: Altero respectu mixta dicitur, non quidem directò & apertè, sed per interpretationem legis, nempe cum actor, cui damnum illatum est, experitur aduersus reum ad simplum, sed ita, ut simplum increscat à iusta æstimatione, in id, quanti plurimi fuit res eadem anno. Iste excursus æstimationis pœnam ingerit, idq; eleganter Imperator etiam [o] supradixisse mihi videtur.

n Inficiantem.] Scilicet, dolo: nam hic agitur de punienda fraude, & improbitate mendacij. Porrò ut ex inficiatione agatur ad duplum, oportet inficiationem esse facti, hoc est, damni dati. Caterum si quis factũ confessus, moueat de iure controuersiam, nulla erit pœna iuxta Bald. hic.

o Iam traditam.] Nempe in tit. [De lege Aquilia,] cum explicarentur hæc verba. [Quanti [p] id in eo anno plurimi fuerit.

p Contra eos.] Vel hæredes, vel curatores testamenti, vel etiam legatarios, si ab ijs relictum sit, ut relinqui [q] potest:

q Dare distulerint.] Intellige fraudulenter: nam si ex iusta & rationabili causa differunt, à pœna [r] excusarentur.

r In duplum.] Cui duplo inest ipsa rei persecutio.

Viso textu, explicemus actiones in eo enarratas sigillatim, quæ in superioribus non sunt expositæ, vt est actio Furti, Vi bonorũ raptorũ, Legis Aquiliæ, & ex Testamẽto pro legatis pijs Primũ videamus [Furti actionem.] 13 Ea duplex est: Ciuilis, ex Furto nec manifesto, ad pœnam dupli, vt ad textum annotatum est. & Prætoria, ex Furto manifesto, ad pœnam quadrupli. Hæc posterior, tametsi ex Prætoris iurisdictione proficiscatur, perpetua tamen est: quia absurdum videbatur, eam anno finiri, quæ tam frequens delictum [s] puniret 14 Vtraq; personalis est, nempe ex delicto fraudulentæ contrectationis rei alienæ. Coniungo autem hæc non ociosè. Nam neq; solus dolus sufficit sine contrectatione, neq; sola contrectatio sine dolo, siue de manifesto, siue de nec manifesto furto [t] loquaris. Quare & opem ferre, vel consilium dare tunc nocet quum sequuta est contrectatio. Quinimò non simplex contrectatio rei alienæ furem facit, sed necesse est, contrectationem inuito domino fieri. Nam qui putauit se domini voluntate rem attingere, fur non est, quia dolo nihil fecit. Si tamen dominus vellet, quum ego putarem eum nolle, non dicitur furtum fieri, propter benigniorẽ interpretationem, [u] Vlpiano autore. 15 Dantur autem hæ actiones omnibus, quorum interest ex honesta & probabili causa furtum non fieri, id est, ad quem redit qualecunque damnum ob rem surreptam, eorumque [x] hæredibus: aduersus eum, qui furandi animo rem alienam contrectat, aut opem & consilium præstat, siue pubes, siue impubes fuerit si tamen impubes fuit, necesse est, quòd sit proximus [y] pubertati, intelligatq; se delinquere. 16 Consilium autem dare videtur, qui persuadet & impellit, atq; instruit ad furtum faciendum Opem fert, qui ministerium atque auxilium præbet surripiendum: item qui dolo malo ferramenta accommodata ad effringendum ostium, vel scalam ad ascendendum, sciens cuius rei gratia id [z] fieret. 17 Deinq; aduersus omneis conceditur, qui eum ipsi furtum non faciunt, nec principaliter cõsiliũ aut opẽ ferant, hoc tamẽ dolosè agunt, ut alij porrigatur ansa & commoditas subtrahendi, ut si quis tibi numos excuteret, [*] vel armento fugaret, quo magis fur abduceret. 18 Quo in numero est is, qui celat furem, vel rem furtiuam apud se tenetur .n. furti nec manifesti. Verum si quum sciret apud alium esse, non indicet fur [aa] non est 19 Contra hæredes aũt furis hæ actiones non dantur, nisi de eo, quod ad ipsos ex furto peruenit scientes & [a] contrectantes: 20 quia sunt pœnales ex utroq; furto, & ad solius pœnæ persecutionẽ [b] spectant. Ideò cautus sit oportet in his proponendis, in vllam facias in petitione de re furtiua restituenda mentionem. 21 Nam ad eius persecutionẽ hẽt dominus rei uendicationem aduersus quẽlibet possessorem; itẽ & condictionem furtiuam aduersus furem ipsum, [c] hæredemue eius & cæteros successores, ẽt post solutam dupli aut quadrupli pœnam, ita tamen, vt altera harum eligatur, sicut ex diuerso recepta re, aut deperdita, nihilominus datur [d] furti actio. 22 Hoc non ignorandum est, has furti actiones (sicut & cæteras ex delictis priuatis descendentes) dupliciter intendi posse, ciuiliter & criminaliter. Cũ ciuiliter seu pecuniariter intẽdũtur, actori pœna adiudicatur; cum uerò criminaliter, & ad publicam uindictam extra ordinem punitur reus. tunc pena ad fiscum pertinet, vel punitur in [e] corpus. 23 Cæterũ quãquã hæc dupli, & quadrupli pena pecuniaria in fures à iure ciuili olim in usũ recepta est, Fridericus tamẽ Imp eius nominis primus cõstituit; [eum qui quinq; solidos, aut plus furaretur, laqueo suspendendum esse, si minus scopis & forcipe castigandum]. Quanquam idem [g] D Fridericus [Iniurias, inquit [seu furtum legitimè puniatur,] quibus uerbis plerique putant superiorem cõstitutionem exautoratam esse, quasi ista uox, [legitimè,] non pertineat ad suas, sed alias Romanorum leges. Quod mihi sanè perdurũ uidetur, nam quid prohibet, etiam de sua eum lege loqui? Quòd si consuetudinem quoque adhibeamus interpretẽ,

n hic per l. 2. §. pe ff. eo. & l. siue manifestus. 10. §. si quoq; de condi. fur.

o In §. his autẽ. sup. de l. Aqui.

p §. his uerbis. &

q l. ab eo. C. de fideicom.

r Arg c. 1. § uasallus. ibi pulchre Bald. ff con. feu. inter do. & uasal. in usibus feud.

s furti quoque infr. de perp. & tem. act.

t Iuxta l. 1. §. 1. ff de furtis.

u in l. 46 inter ocs. §. recte & fur. adde §. placuit. su de ob. q ex del nasc.

x §. non autem inf. de pp. & tem. actio.

y l. 23 impuberem. ff. h. titu.

z l. 50. in furti, § recte Pedius. & l. 54. si pignore. §. qui ferramẽta. h. tit.

* §. interdũ. sup. de oblig quæ ex del. nasc. d. l. in furti. §. vlt.

aa l. qui uas. §. i. eo.

a d. § non autẽ. hic, & §. ultimo su. de ob. quæ ex del. nasc.

b l. 7 si pro fure. de cond. fur.

c Quẽadmodũ su. eo. in §. sic itaq; discretis, factum est.

d Iuxta regulã l. ult. de priu. del. tex. expressus in l. ult. de fur.

e In §. ult. de pace ten & eius uiol. in usibus feud.

f Altero tit. de pace ten.

videmus receptam esse velut iure gentium pœnam furcæ apud omneis: 24 adeoque hodie nullam differentiam esse inter furtum manifestum, & nec manifestum, mutatamque pœnam pecuniariam in pœnam [h] corporalem. 25 Forma huius actionis instituendæ ad nostrum forum accõmodata: [Anno præsenti quadragesimosecundo, Calend. Iulij, abstulit mihi furto Flaccus ex stabulo contiguo ædib. meis equum [i] cisiariam ad pertinentem iure dominij, vel quasi dominij, eundemq; aliquandiu occultauit. Ego verò nunquam consentiens huic contrectationi, tandem resciui, ipsum tale crimen perpetrasse, & reperi apud eum equum prædictum. Quare peto vestra sententia declarari, non licuisse Flacco surripere mihi nescienti rem meam, ideoque eundem reum legitimè puniendum esse, atque illum puniatis, &c.] 26 Vides in libello tempus adijci, & locum: nam id necessariò in omnibus omnium criminum actionibus, quæ iure aut facto infamant, fieri debere, Interpretes rectè [k] probant. Dies autem & hora necessariò non adponitur. Subinde conclusionem libello adposui generalem: sic enim malui, quàm aliquid extra forum petere. Nam cum hodie discrimen furtorum sublatum sit, mutataque pœna pecuniaria in [l] corporalem, sanè nec duplum nec quadruplum rectè petes. Si tamen alicubi obseruaretur etiamnum pœna iuris antiqui pecuniaria, rectè petes furem legitimè puniri, tibique pœnam dari: quod aduerte. 27 Sequitur actio [vi bonorum [m] raptorum: & hæc est Prætoria, daturque ei cuius res est, vel ex cuius bonis est, quæ rapitur aduersus eum qui dolo malo violenter rapuit, in quadruplum. Personalis] dixi: quia in personam est, ex delicto rapinæ, & hanc actionem eius delicti nomine Prætor [n] introduxit. 28 Addidi, [cuius res est:] illi enim primum conceditur hæc actio. Sequitur, [vel ex cuius bonis est:] quia siue commodata res est, siue etiam pignorata, siue deposita (cum depositarius culpam repromiserit) siue bona fide possessa, siue vsumfructum in ea habeat, vel aliud ius, vt intersit eius, huiusmodi rem non rapi, locum habet hæc [o] actio. Datur ergo omnibus illis quorum interest res raptas non esse: nec requiritur, quod intendens hoc iudicium sit dominus, sed sufficit, si ipsius intersit, siue res sit in bonis eius, siue ex bonis. 29 Res in bonis alicuius esse dicitur, quando pro ea possessa exceptionem habet, & pro ea amissa, [p] actionem: nec refert, siue dominium rei habeat, siue bona fide [q] possideat. Ex bonis alicuius dicitur esse res, quæ ad eius custodiam & periculum [r] spectat. 30 Adposui, [dolo malo: quia vt hæc actio competat, dolum malum interuenire oportet, i. vt quis violentiam dolo committat; secus si rem bona fide rapuit, suam esse putans, & imprudẽs iuris eo animo rapuit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus: tum enim hoc iudicio [s] non obstringitur. 31 Sed ne raptores temeritatem suam hoc fuco semper excusentur, cõstitutũ est Imperatores, vt nemini liceat vi rapere quamcunq; rem mobilem, vel se mouentem, licet suam esse putet; & si quis contra fecerit, rei quidem suæ dominium amittit: quòd si aliena res est, post restitutionem etiam æstimationem eiusdem rei præstare debet. Quod generaliter tam in mobilibus quàm immobilib. & soli rebus (in quib. propriè inuasiones fiũt) [t] obtinere voluerunt. 32 Adieci, [violenter rapuit;] primum n. si præcedente consilio coegit ob hoc homines armatos vel inermes, vt raperet res alienas, damnumue inferret, aut etiam qui ab alio coactis vtitur ad rapiendum, in eum datur hoc iudicium. Deinde, etiamsi quis non coactis hominibus sed solus rem rapuit alienam, licet minimam, hac actione [u] tenetur. 33 Postremò dixi, [in quadruplum;] in tantum enim conceditur hoc iudicium, re tamen rapta computata in hoc quadruplo, vt triplum sit pœna; ob id enim [x] mixta dicitur, & hoc intra annum, post annum verò est rei persecutoria, & in simplum competit. Quadruplabitur autem intra annale tempus verum rei pretium, non etiam [y] quod interest. 34 Formula huius actionis; [Anno præsenti, mense Iulio, cum ad nuptialia sacra fratris mei vocatus, itineri me accinxissem, adorsus est me ad radices syluæ Hercyniæ Clodius iste nobilis, & violenter eripuit mihi equum meum coloris rufi pernicem, & annulum signatorium ex auro vnum denique torques deauratos duos, quæ omnia communi æstimatione centum aureis venire potuissent. Proinde abstulit etiam mihi in pecunia parata aureos sexaginta: quare peto, vt reum ad quadruplum, nempe ad restituendum equum annulum, & torques, & in triplum æstimationis dictarum rerum, vestra sententia condemnetis, &c] 35 Accipiamus actionem [legis Aquiliæ,] quæ alias damni iniuriæ] vocetur; [ea ciuilis in personam est, daturque domino aduersus damnificantem, causamue damni præstantem, ut damnum, eiusque æstimationem resarciat.] 36 Hæc actio ciuilis est, ex lege Aquilia, quam Gallus Aquilius tribunus plebis tulit, à quo & denominationem accepit. Fuit ergo lex Aquilia plebiscitum, quia à plebe rogata, Vlpia. [z] autore. 37 In personam,] dixi; quia ex delicto damni iniuria dati nascitur. Damnum autem, sicut hic accipitur, est, quando quis dolo, culpa, siue iniuria seruum alterius aut quadrupedem occidit, vulnerauit, vel alioqui res eius fregit, rapit [a] aut læsit. Addidi, [daturque domino,] generaliter: 38 quia non solum ei qui plenum habet dominium, sed etiam fructuario & vsuario conceditur, item & marito constante matrimonio de damnis rerum [b] dotalium. Commodatario autem nullum est ius agendi de damno dato, sed [c] domino. Subieci, [aduersus damnificantem,] vel causam damni præstantem; 39 quia hæc actio non solum in eum exerceri potest, qui præcipuè damnum dedit, quo casu directa est, ut quæ tam ex mente, quàm ex verbis legis competat, sed etiam in illum datur, qui causam vel occasionem damni præstitit, aut impulit corrumpentem; tunc autem vtilis duntaxat Aquiliæ actio, vel in factum prætoria, secundum specierum diuersitatem [d] competit, sicut [e] alibi locupletius explicui. 40 Adposui, [ad damni dati æstimationem consequendam;] consequimur enim hoc iudicio non solum

damnum

h His osb. adde quæ supra dicta sunt in ti. de oblig. q. ex delic. nasc. p diffcultum.

i l.13. nẽ q̃ritur. in p. ff. locati.

K In l. edita. C de edẽ. p l. libellorum. in pr. & S. quod si libelli. de acc.

l Vt su. dixi atq; eadẽ iõ sit de furto, quocũque mõ contracto.

m Eã explicaui s ti. vi bo. rap. sup. in pri.

n d. pr. & l. 2. in prin & l. 2. S. hęc act. ff. ui bo. rap.

o S. quia tamẽ. sup. eo. & d. l. 1. S. in hac ac.

p Tex. io l. rem io bonis. de acq. ier. do.

q l. bonorũ 49. S. io bonis. de ucib. sig.

r d. l. rem in bo.

s Vt d. S. qa trũ tu in bo. rapt.

t d. S. qa in & l. 2. S. hęc actio vulgo. ff eo. l. si quis in tãtã. C. unde ui.

u d. l. 2. S. dolo autẽ malo. S. hoies. & S. itẽ si proponas. & sq. hoc tit. S 1.

x Hic in tex.

y d. l. 2 S. in hac actione. intra annum. ff. ui bon. rapt.

z In l. 1. ad l. Aquiliã. capita aũt huius l. sup. explicata habes in ti. de l. Aquil.

a Vide quę dix. supr. in pr. de l. Aq.

b l. si serua seruum. ad l. Aq.

c l. itẽ Mela S. legis ãt Aq. d. tit. ad l. Aqui.

d l. qua actionẽ. S. sed & si qs. ff. hoc tit.

e In S. ult. supr. de l. Aquil.

damnum, id est, [f] quod amisimus, sed etiam æstimationem damni, quo afficimur occasione dati [g] damni, tam in perdẽdo, quam in non acquirendo: 41 qui enim cãm damni dat, dãnum dedisse uidetur. In sũma, omnia commoda, quæ intra annũ, quo interfectus est seruus, vel quodcũq; animal pecudum noĩe comprehensum, illud præciosius facerent, hæc ad æstimationẽ [h] accedent. Idẽ dicendum est de cæteris rebus corruptis, vt quanti plurimi in diebus triginta proximis fuerint, tanti conuentus [i] cõdẽnetur. 42 Hoc aũt ita accipe, quòd æstimatio fiat, quanti res communiter valuit, non ex singulari quadam affectione. Itẽ quod deducatur ab hac æstimatione, quicquid dominus ex rebus corruptis animatis, vel inanimatis in vtilitatem suam verterit, puta ex boue carnem, & corium, ex scypho argenteo particulas collisas, & si quæ sunt [k] similia. 43 Est autem hæc actio aliquando in simplum, aduersus confitẽtem damnum datũ: aliquando in duplũ, aduersus inficiantem, & negantem, si corrupisse ab actore [l] probetur. Et utrunq; cõplecti potest actor vna petitione sub alternata condõne, videlicet, ut petat aduersarium cõdẽnari in simplum, & æstimationẽ dãni dati, aut si contra ueritatem negauerit, [m] in duplũ. 44 Nunc ad huius actionis formam: [Nuper quum Titius equum meum commodato à me accepisset, & in iter longius quàm putaram, produxisset, vulnerauit in eo itinere in læuo femore satis atrociter, & inedia ad maciem usque cõfecit, qui in diebus triginta proximis multò erat habitior, & communi æstimatione decem aureis taxatus, quare peto, ut reum confitentem ad dandum, & soluendum illa decem mihi per sententiam condemnetis, vel diffitentem in duplum, &c.] Probatur hic libellus ex 3. legis Aquiliæ capite, de quo tã clarè supra scribitur, ut nihil addi amplius citra mustam possit. 45 Videamus deniq. actionem [ex testamento,] qua relicta ecclesiis, vel alijs venerabilibus locis petimus. [Et illa personalis est, in duplum competens aduersus eum qui negat ex hæreditate, quam ipse adiuit, ecclesiæ quid legatum esse, vel fatetur, & sine causa differt illius legati solutionem 46 Personalis,] dixi: quia in personam est quasi ex [n] contractu. [In duplum,] dixi: quia tametsi actio ex testamento regulariter rem tantũ legatã, vel per fideicõmissum relictã complectatur, sitq; rei tantum persecutoria, & in simplum detur: tamẽ si quis rẽ ecclesiæ, vel alijs pijs scholarum, vel pauperum locis in testõ relictã tantisper tradere differt, donec in in ius vocetur, tunc mixta est, & in duplum datur, quia & rem ipsam, vel pecuniam, & aliud tantundem pro pœna dare, ac soluere [o] condemnandus est. Et ueniunt quoque fructus, siue usuræ rei legatæ. Reliqua verò legata hęres intra annum soluere tenetur. 47 Subieci, [aduersus eum,] simpliciter: quia hæc actio primum aduersus hæredem conceditur ex testõ, siue sit directus hæres, quo casu directa est, siue fideicommissarius, & tunc vtiliter competit. 48 Deinde aduersus executores testamẽti, negantes legata pijs locis relicta esse, vel differentes fraudulenter solutionem, si in testõ non [p] essent scripti hæredes, quia tenentur de omni culpa, de qua principaliter hęres [q] teneretur. Deniq. aduersus eum, qui ab intestato hæres est, nam & ab intestato præsentibus duob. testib. ad pia loca legata destinari posse, crebrius traditum [r] est. Adiũxi, [qui negat,] quia primum propter negationem datur hæc actio. 49 Si tamen à principio negaret, ac deinde reuocando suam inficiationẽ fateretur legatum, releuat eum talis confessio ad euitandam pœnam dupli, si modò actor experiatur aduersus eum ex negatione, & non procrastinatione, sicq. ex sua confessione velit hæc probare. Nam si ex dilatione siue procrastinatione ageret, tum nihil refert, siue neget, siue fateatur reus, semper in pœnam dupli incidit propter dilationem. Adposui: [adiuit:] 50 quia nisi adeat quispiam hæreditatem, vel ex testamento, vel ab intestato, hanc pœnam soluere non obligatur, vtcunque legata pijs locis non [soluerentur.] Subdidi, [ecclesiæ,] 15 hæc enim actio primum ipsi ecclesię permittitur, deinde personis ecclesię, quibus quid legatum est, denique extenditur ad legata pauperum, & pro redemptione captiuorum, ut si ea differantur, dupli pœna inferatur: idque uerum esse puto, quamuis repugnet hic Accursius, per pulchrum illud dogma, quo dicitur. 52 [Priuilegia concessa ecclesiis, habere locum in pauperibus, & alijs pijs locis] In legatis tamen fisci, aut reipublicæ, Glossatori, & Iasoni subscriberem, quod in illis dilatio legati non inferat dupli pœnam 53 quia pęnæ non sunt producendæ ad casus non expressos, nisi prorsus existant similes, præsertim in [t] priuilegijs. Adscripsi, [sine causa;] si enim hæres iustam dilationis causam allegare possit, excusatur à pœna dupli, ut ad textum annotauimus. 54 Annexum est, [differt,] quoniam legatum statim à die aditæ hęreditatis [u] debetur. Dies ergo ipsa loco ecclesiæ interpellat, quare si hæres usque ad iussum magistratus solutionem protrahat, pęnam [x] meretur. Denique dixi, [solutionem,] legatarius enim hæredem cogere potest, vel ad iurandum, vel ad soluẽdum. 55 Vides istius actionis causam esse, delictum mendacij, seu dolum in differendo solutionem. 56 Forma libelli perfacilis est, ut narretur, quomodo ecclesiæ, sit legatum factum, vel pio loco, & hæres admonitus soluere sine causa distulerit, ita quod necessarium sit eum uocare ad iudicium, vel legatum negauerit, vnde petatur duplum eius legati, &c.

f l. ait lex & l. eod. tit.
g l qui occid. §. in hac quoque actione. d. ti. ff. & §. illud non ex verbis. sup. eod.
h l. inde Neratius §. 1. hoc ipso tit.
i Hęc omnia ex §. 3 hoc tamẽ. sup. eodẽ. & l. quemadmodũ. §. vlt. ff. eo. dicta est.
K l. si seruus §. boue surrepto. de cond. furti.
l d. l. inde Neratius. §. hæc actio. & l. contra negantem. C. eod. & hic in tex. nostro.
m Exemplo eius quod notatur in l. conducta res. C. locati.
n §. hęres quoq. sup. de oblig. quæ ex qua. del. nascunt.
o Vt hic in tex.
p Dd. in l. nulli. C. de episco. & cle. Bar. in l. hęreditas. 2. de hęred. inst.
q Ioan. de Imo. i l. cum res. 47. §. culpa. de sle. primo.
r Vt hic communiter per Dd.
ſ Iuxta Bald. in l. vlt. §. cum autem. C. ad S. C. Trebell.
t Atq; ita communiori calculo probari, Zas. hic autor est.
u Bar. in l. unica. C. de cad. toll. cum vulg.
x l. magnam. 12. C. de contrah. & com. stip.

§. Quædam.

1. 2. Tres actiones in hoc §. contentæ, quare dicantur mixtę. scilicet fam. ercis. fin. regund. com. diuid.

3 Quomodo actiones hic recensitæ à personalibus in rem scriptis actionibus.

4. Familia

4 *Familia pro hæreditate accipitur.*
5 *Ercifcere significat diuidere.*
6 *Fam. ercif. actio tam in rem, quam in personam est.*
7 *Diuidundo pro diuidendo.*
8 *Commune qualiter in textu accipiatur.*
9 *Commune ex euentu, vel ex proposito.*
10 *Regere, pro discernere, vel constituere.*
11 *Actio finium regund. dicitur etiam finalis quæstio, itemque limitis actio.*
12 *Verbum, adiudicare.*
13 *Actiones personales quæ dicantur.*
14 *Quæ sint reales actiones.*
15 *Quæ sint mixtæ.*
16 *Quæ dicantur personales in rem scriptę.*
17 *Vera differentia inter actiones mixtas, & in rem scriptas.*
18 *Actio familiæ ercifcundę definitur.*
19 *Actio famil. ercifcun. quomodo sit personalis, mixtam causam habens.*
20 *Actio famil. ercif est ciuilis.*
21 *Aduersus quem detur; & nu. 22.*
23 *Nunc huic famil. ercif. actioni prescribatur triginta annis.*
24 *Hęc actio non nisi inter coheredes locum habet.*
25 *Differunt actio famil. ercif. & commun. diuid.*
26 *Quomodo res diuidantur per actionem famil. ercifc. & quid si res sint indiuiduæ, & nume. 27. 28.*
29 *Quid veniat in hac actione.*
30 *Actio famil. ercif. & directa, & utilis est.*
31 *Causa eius actionis.*
32 *Quando nascatur.*
33 *Libellus in actione fam ercif.*
34 *Actio communi diuidundo diffinitur.*
35 *Quare sit mixta.*
36 *Actio com. diuid. est quasi quædam rei vendicatio, &c.*
37 *Nemo innitus in communione manere cogitur.*
38 *In hac actione non refert, ex qua causa res communis sit.*
39 *Actio communi diuidun pro rebus indiuisis competit.*
40 *In hac actione sufficit possessio rei communis.*
41 *Quid veniat in hanc actionem.*
42 *Differunt actio comm diuid. & fam. ercif.*
43 *Actio comm. diuid. differt ab actione pro socio.*
44 *Actio comm. diuid. est tam directa, quàm utilis.*
45 *Formula actionis com. diuid.*
46 *Actio finium regund diffinitur.*
47 *Quod hęc actio sit mixta.*
48 *Quibus competat.*
49 *Prędia confinia, & uicina differunt.*
50 *Fin. regund actio datur ad nouorum terminorum constitutionem.*
51 *Item ad antiquorum restaurationem.*
52 *Iurisdictionum limites.*
53 *Actio fin. regund. datur etiam ad præstandum interesse.*
54 *Quid de fructibus: an & hi veniant in hac actione.*
55 *Libellus in actione finium regundorum.*
56 *Pro finibus quatuor competere remedia: actio finium regund.*
57 *Condictio. l. si constiterit. C. fi. regund.*
58 *Actio legis Agrarię.*
59 *Accusatio criminalis pro finibus.*

Quædam actiones mistam causam obtinere videntur, tam in rem, quàm in personam: qualis est *a* Familię ercifcundæ actio, quę competit *b* cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item Communi *c* diuidundo, quæ inter eos redditur, inter quos *d* aliquid *e* commune est, ut id diuidatur. Item *f* Finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus iudicijs

g per-

g permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo h adiudicare; & si vnius pars prægauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

Subnectit.] *D. Iustinianus tres alias actiones, quæ pariter mistæ sunt, aliter tamen, quam præcedentes. Hæ enim mistæ dicuntur, quòd simul rem & pœnam cōplectantur, quemadmodum supra vidimus;* 1 *illæ verò ideò, quòd vterque litigantium actoris atq; rei conuenti vice in eis fungitur; quarum tres hoc loci recensentur, videlicet, actio Familiæ erciscundæ, Communi diuidundo, Finiumq; regundorum.* 2 *Quanquam hæ tres actiones etiam alio respectu mistæ dicuntur, quòd scilicet in rem simul & personam sint, quòd & ad reales, & ad personales* a *præstationem dentur. In his enim si eius rei, ob quam controuertitur, respiciamus partem nostrā, in rem actio est; si verò spectemus partem aduersarij, ex qua nobis aliquid adiudicari pōt, vt in pecuniam ei dandā inuicem condemnemur, in personam dicimur experiri; atque ita* b *Accurs. hic non ineleganter declarat. Quod aūt dictum est, has actiones tam in rem, quàm in personam esse, hoc verum est, considerato fine & effectu earum: de sui enim origine siue causa, sunt merè personales, quia oriuntur ex quasi* c *contractu.* 3 *Differunt itaque illæ tres actiones mixtæ ab actionibus personalibus in rem scriptis, q̄ illæ sunt personales origine, & tamen ex propria ipsarum natura, actionum realium effectum habent. Actiones verò personales in rem scriptæ sunt continuo personales tam origine, quàm fine, seu effectu, & tamen ex quadam æquitate, non etiam ex propria ipsarum natura, conceditur aduersus quoscunq; rei litigiosæ possessores: veluti est actio ad exhibendum, præscriptis verbis in plerisque casibus, item interdicto personalia: de quo Ias. hic satis luculenter annotauit.*

a *Familiæ erciscundæ.*] *Idest, hæreditatis diuidendæ;* 4 *nam familia inter reliquas significationes denotat ēt eas res, quæ ad substantiam patrimonij nostri* d *pertinent.* 5 *Erciscere verò ab* ἑρκίζω, *apud veteres Iurisconsultos pro diuidere vsurpatum est. Habet autem hæc familiæ erciscundæ actio id cōmune cum actionibus in rem, quòd per eam petat quilibet hæres suam partem hæreditatis: sed illud est diuersum, quòd sint hic etiam quædam personales præstationes propter rationem fructuum & expensarum.* 6 *Quare hæc actio, quoad diuisionem ipsius hæreditatis, rectè realis censetur, nasciturque ex intentione cohæredum, qui suas portiones petunt; quod verò ad personales præstationes attinet, magis videtur personalis, & oritur quasi ex* e *contractu.*

b *Cohæredibus.*] *Qui scilicet hæreditatem indiuisim possident, & in communi. Nam si alter ex hæredibus possideret, negaretur tamen esse hæres, ea specie iudex diuisionis cognoscit super ista præiudiciali exceptione, an sit hæres,* f *nec ne. Fallit in arrogato, cui hoc iudicium competit, licet non sit* g *hæres.*

c *Diuidundo.*] 7 *Priscus est loquendi modus, [diuidundo,] pro diuidendo* 8 *[Commune] autem hic non accipitur, sicut sub tit. de* h *[rerum diuis.] vbi quædam naturali iure communia sunt omnium: nam talis cōio publica & naturalis non admittit iudicium diuisionis, quia in simplicitate naturali manet; sed de eo hic agitur, quod priuatim commune est, vmbram quandam referens naturalis illius communis ex quacunque legitima causa inter paucos diuidundo. Habet autem hæc actio hoc commune cum realib. actionib.* i *q̄ sequatur quemlibet rei possessorem, etiamsi titulo singulari possideat; veluti eum, qui partem rei communis emerit, & traditam acceperit, si tamen ei nudū esse tradita, conueniretur venditor, q adhuc* k *possidet.*

d *Aliquid.*] *Idest, vna aliqua res particulari & corporalis.*

e *Cōe est.*] 9 *vel ex euentu, vt quia duob. aut plurib. res eadē legata donataue est, aut alias in eos trāslata; vel ex proposito, vt quum inter partes conuenerit, q̄ sint socij omnium bonorum, vel certæ negationis.*

f *Finium regundorum actio.*] *Imitatione vetustatis dicitur [regundorum,] pro regendorum.* 10 *[Regere] autem accipitur in hoc proposito pro discernere vel constituere, quoniam hæc actio propter fines, quorum contentio incideret, discernendos, inducta fuit.* 11 *Ideoq; non inscitè dicitur* m *[Finalis quæstio,] & item [limitis]* n *actio. Quanquam autem oritur hæc actio quasi ex contractu (quod proprium est actionibus personalibus) tamen multa habet communia cum rei vendicatione.*

g *Permittitur.*] *Lege ipsa consente.*

h *Adiudicare.*] 12 *Est verbum peculiare, & ad hoc tantum, vt in his tribus iudicijs vsurpetur; quemadmodum.* n *Accursius alibi rectè dixit. Cæterum quomodo in controuersiis finium pronunciandum sit in 6. cent. Camer. Imp. obser. 27. item quomodo in ijs probandum, obser. 25. & 26. aliqua diximus, quæ huc conducere possunt.*

Antequam] *ad prædictarum trium actionum enarrationē accingamur, operæpretium fuerit discrimen inter actiones personales, reales, mixtas, & in rem scriptas, succinctè & ex veritate tradere.* 13 *Igitur Actiones [Personales] sunt, quæ proueniunt ex contractu, vel quasi ex contractu: maleficio, vel quasi ex maleficio, mediante obligatione, & personæ* p *inhærent inseparabiliter.* 14 *[Reales] sunt, quæ non habent aliq̄ personam obligatam sed competunt ratione, iuris, quod quis habet in re, puta ratione directi dominij, vel vtilis, vel propter ius seruitutis, pignoris, hypothecæ, quod quis habet in re, & semper aduersus rei possessores dātur.* 15 *[Mixtæ] sunt, quæ nec merè personales, nec merè reales sunt, sed mixtam causam habent, quia ad vtrunq; agimus, ad rem, & ad personam: vt sunt actiones in tex. nostro comprehensæ. Verbi gratia: Si ego hæres ago Familiæ erciscundæ iudicio aduersus cohæredē meum, vt tota hæreditas diuidatur, sanè ex eo, quòd partem meam peto, & sic ad rem ago, quæ mea est, dicitur actio realis: ex eo verò quòd includitur in pe-*

a Ioan. de Plat. hic.
b Hic, in verb. familiç.
c §. item inter aliquos. sup. de oblig. quç ex qua cōtra.
d l. vltim. C. de verb. sig. l. 195. pronūciatio. §. 1. familiæ. ff. eod.
e §. itē si inter. sup. de obl. q̄ ex quasi cōt.
f Sicut in §. præiudiciales su. eodem anno tauimus.
g l. 2. per famil. §. si quarta. ff. Fa. ercis.
h In l. 2. de rer. diu. & §. & quidem. sup. eod.
i l. 3. C. communi diuid.
k l. 13. Iulianus. §. idem Celsus de actio. empt. & ven.
l De quo in l. 2. ff. com. diuid. & §. item si inter. aliquos sup. de oblig. quæ ex quasi contra. nasc.
m in l. si cōstiterit. C. fi. regūd.
n c. inter memoratos. 16. q. 3.
o Ita gl. dicit in l. sed & si ser. ff. de publ.
p Dixi in §. omnium. sup. eo.

in petitione portio cohæredis, ex quo ad totam hæreditatem diuidendam ago, vtiq; ad id, quod non est meũ, experior: sed ex eo, quod aliquando fit mihi adiudicatio in parte socij, dicor agere ad rem; quę licet nũ mea, potest tamen mihi deberi. 16 [Personales in rem scriptæ] sunt, quæ origine quidem sunt personales, quia nascuntur ex contractu, vel quasi ex contractu: maleficio, vel quasi ex maleficio, sicut cęteræ personales: tamen quia semper sequuntur possessorẽ rei, ad instar actionum realium, ista rõne dicuntur in rem scriptæ. Exẽplum in actione [ad q exhibendũ] ea non est ex maleficio, r nec quasi, item nec ex contractu: ergo ex quasi contractu, ac per consequens personalis, quia personam obligatam hẽt ex quasi s contractu, tamen quia datur aduersus eum, qui detinet rem, semperq; comitatur possessorẽ rei, dicitur in t rem scripta. 17 Sed quæ sit differentia inter eas actiones, quæ habent cãm mixtam, & quæ sunt in rem scriptæ, Doctores difficulter excutiunt, & pauci ferè sibijpsis u constant. Ego ea in re ita soleo dicere. Actiones cãm mixtã habentes, principaliter & ex sui natura participant cum realibus: nam non possum portionem exigere à cohærede, nisi petam rem, in qua ius habeam; ecce vim realem. Sed quia principaliter quasi ex contractu oritur, & principaliter veniunt personales præstationes, idest, dationes, quib. peto mihi aliquid dari; ecce iam mixtum quiddam. Actiones autem quæ sunt in rem scriptæ, etiam principaliter, & ex sui natura sunt personales, quia ex maleficio, vel quasi ex maleficio descendunt. Quod autem peto rem, non principaliter peto tanquam meam, sed ex occasione, ideo quia ista res mihi nocuit, quia metum fecisti in ista re, quia clam aut vi ædificasti in ista re mea, hoc si non fecisses, iam nihil realiter tecum agerẽ. Et hæc est ratio, cur mixtæ conceduntur tantum aduersus cohæredem, socium, eumue qui controuertit de finibus; ibi enim nullus alius possessor conueniri potest, & si tertius aliquis possideret hæreditatem meam, iam non daretur actio familiæ erciscundę; sed rei vendicatio, aut petitio hæreditatis. Cum ergo comitentur quemcũq; possessorem, ideo si in mille, imam manum veniret seruus, qui mihi nocuit, possem eum petere. Emergit vnũ hac actio contra principalẽ ex maleficio cõtra alios possessores ex quasi maleficio. Nunc ad actiones ex nostris. 18 § [Actio familiæ erciscundæ est personalis, mixtam causam habens, & aduersus heredem competit, qui sine iusta causa cohęredi negat diuisionem rerum hæreditariarum de sui natura diuisibilium, quas pro indiuiso possident, vt diuidat, præstetque x interesse.] Explicemus hæc verba populariter. 19 [Est personalis] origine, quia quasi ex contractu y nascitur; habet tamen mixtam causam, quia principaliter & ex sui natura participat cum reali actione: nam non possum petere portionem à cohærede, nisi petam rem, in qua ius habeam; ecce vim realem. sed quia principaliter veniunt personales præstationes, idest, dationes, quib. peto mihi aliquid dari, ecce iam mixtum z quid tam. 20 Est autem ciuilis hæc actio, quia ex a lege 12. tab. profecta. Dixi [& aduersus heredem competit.] 21 quia hæc actio nõ habet locum, nisi inter cohæredes. Interdum tamen datur aduersus eum qui non est heres; vt si pater habens duos filios, vnũ instituat heredẽ in modica quantitate, & alteri faciat inoffiçiosam donationẽ vltra dodrantem; hac specie & is, qui heres institutus est, aduersus fratrẽ suum donatarium hoc iudicio experiri potest, ad diuisionem b & supplementum legitimæ. 22 Deinde conceditur & aduersus eum, cui cohęres vendidit suam c partem, licet non detur aduersus titulo possidentem, ad similitudinẽ petitionis hæreditatis. Addidi [sine causa.] 23 quia si heres iustè recusaret diuisionem, vt quia lapsi essent triginta anni, sicq; præscriptum esset huic d actioni, tum non cõpeteret; vel certè competeret, sed opponi posset pręscriptio, idest, exceptio triginta annorum. e Atque ita ex Martini sñia ego sentio, vtcunque Accursius, Azo, & cõis interpretum f schola repugnent; quia enim diuisionis negotium ex pura facultate competit, ei non f præscribitur; & legibus expressum, est neminem in cõione g inuitum detineri debere. Denique cum pactum inter cohæredes non possit efficere, vt nunq diuidantur res h cõis; ergo nec tps i efficiet. Subiunxi, [cohęredi] 24 quia non datur hæc actio nisi inter cohæredes; vel eos, inter quos dolo factum est, quo minus sint cohęredes, vt iam dictum de inofficiosa donatione. Ante omnia ergo iudex inquirere debet, an sint cohæredes, k alioqui cessat hæc actio. 25 Adposui, [diuisionem rerum, &c.] ad differentiam actionis communi diuidundo, quę competit pro diuidendis etiam alijs rebus communibus, particularibus siue singularibus, vt fundo, equo &c. illa verò datur pro re vniuersali diuidenda, scil. hereditate. Item hęc sępius conceditur, illa tantum semel nisi causa cognita, & si quia indiuisum manserit, agitur l communi diuidundo. Annexum est, [de sua natura diuisibilium;] quia res debent esse corporales, quę commodam recipiant diuisionem, vt fundus, domus, numerata pecunia, suppellex, & id genus alia. 26 Nam si est res corporalis, quę diuidi nequit, puta certa aliqua species, vt equus, bos, adiudicatur tota res huic, qui grauatur in danda pecunia alteri, vt fiat æqualitas: atq; hoc tex. noster in fine. m innuit. 27 Et idem dicendum de nominibus debitorem, quę pariter non veniunt in hanc actionem: quia lex 12. tab. alioqui facit diuisionem, q scilicet quilibet heredum pro sua portione habet actiones hæreditarias actiuè & n passiuè. 28 Idem quoq; iuris est in alijs reb. incorporalib. vt seruitutibus: hæ enim omnes sui natura sunt o indiuiduæ, excepto vsufructu, qui diuisionem patitur; & in hoc p iudicium venit. Subieci, [pro indiuiso possident:] nam si ex testatore vel ipsis cohæredibus esset facta diuisio, illi standum esset, nec requireretur diuisionis q iudicium. Demum dixi. [præstetq; interesse:] 29 quia in hac actione veniũt ẽt r fructus & sumptus bona fide s facti, & dãna data a vono t herede. 30 Est aũt

hæc

q Vt inf. eo. §. pręterea.
r Vt sup. de ob. q ex qua. cõtra. nat in pr.
s §. oĩum. su. c.
t l. 3. §. est aũt psonalis. ibi gl. 1. & § vlt. ad exhib.
u Vide Z. f. lib. 2. sing. resp. c. 33. vbi fere idẽ, quod ego hic, tradit.
x Ita colligit ex l. 1. ff. fa. ercis.
y item si inter aliquos. sup. de obl. q qua si ex cõ. nas.
z Ita loquitur. l. itẽ Labeo. §. familiari. ter. ff. fa. ercis.
a l. 1. fam. ercis.
b l. 2. C. de in offic. dona.
c l. heredes. §. si testator. ff. fa. erciscund.
d gl. hic in ver. familię.
e In l. j §. ad hęc C. d' ann. exc.
f per ea quę tradũtur in l. si cut. C de psc. 30. annorũ.
g l. vlt. C. com. diu. l. si non fortẽ. §. si cę. tũ de cond in deb. ad p Bu. f l. j. §. ad hęc. C d' ann. exc.
h l. in hoc iudiciũ § si conueniat. cõ diui.
i l. nam satis est, si quemad. seruit amit.
k l. 1. in fin. ff. fam. ercisc.
l l. si filia §. vlt. ff. hoc tit.
m Et ia §. familię if. de of. iu.
n l. ea quæ. C. famil. ercisc.
o l. stipulationes non diuiduntur de verbor. oblig.
p l. sed etsi vsuc. §. vsufr. cum duab. ll. seq. hoc tit.
q l. 1. quoties. fam. ercisc.
r l. inter cohæredes. §. fructus. ff. fa. erc.
s l. 3. §. planè & l. seq. com. diuid. l. his consequenter §. sumptuum. fa. ercis.
t l. & puto. §. sed etsi dolo. cum l. seq. noc ti

hæc actio interdum directa, interdum utilis. Directa, hæredib. conceditur iure ciuili: utilis, bonorum possessoribus iure prætorio, & fideicommissarijs hæredibus, quibus hæreditas ex senatusconsulto Trebelliano [u] restituitur. 31 Cã illius actionis est, quasi contractus, hæredes enim inter se quasi contraxiße [x] videntur. 32 Nascitur autẽ post aditam hæreditatẽ, quo tempore incipisset eße cõmunio, à qua per hãc actionem [y] disceditur. 33 Ceterũ hunc in modũ instituenda est: In testamento Titij ego & Caius æqualiter hæredes sumus instituti: istã hereditatẽ iã pridẽ pro indiuiso possidemus] (non tamen citra discordiã quam frequenter communio excitare solet) in qua sunt multæ res corporales mobiles, & immobiles: vnde ad eius diuisionem dudum prouocare sum coactus, tum quod naturale vitium eße uidebam, negligi quod [z] commune est, tum quòd suam quisque portionem corrumpi patitur, dum inuidet alienæ: Caius autem hactenus temerè recusauit; quare peto, vt prædictam hæreditatem æquis portionibus diuidatis, & speciatim suam cuique partem adiudicetis pro diuiso: quod si in alterutrius persona prægrauare uideatur adiudicatio, ut hunc inuicem alteri certa pecunia condemnetis, & nomine adiudicatorum alterum alteri de euictione sufficienter cauere compellatis, &c.] Sic ferè describit Iustinianus infra [a] iudicis officium, in hac actione, aut verius exitum huius actionis. 34 [Actio communi diuidundo est mixta, & inter eos, qui particulares de sui natura diuisibiles ex aliqua causa habent cõmunes, & pro indiuiso possident, datur ad diuisionem, personalesque præstationes. 35 Quod sit [mixta,] in personam scilicet & rem, ex eo constat, quoniam partim nascitur ex quasi [b] contractu, partim ex impensis factis in rem [c] communem dixi, [res particulares:] vt actionem familiæ erciscundę excluderem, in qua petimus rerum uniuersalium diuisionem, ut suprà dictum est. Adieci, [corporales;] quia iura incorporalia, & seruitutes in hoc iudicio non [d] veniunt, & in hoc conuenit cũ familiæ erciscũdæ iudicio. Subdidi, [de sui natura diuisibilium;] si enim res diuidi non pt, ad iudicẽ pertinet, vni totã rẽ adiudicare, & alteri [e] pciũ suæ portionis. Adposui, [ex aliqua cã;] quoniã si hæres solus possidet rem cõem, detrectat diuisionem, debet exprimere cãm communionis actor. 36 Est enim hæc actio quasi quædam rei uendicatio, competitque in omnibus casibus, in quibus rei uendicatio locum habet, sed non econtra. Sin autem uterque possidet, non est necessaria cãę communionis expressio, sed sufficit voluntatem declarare, quòd nolit in communione perseuerare. 37 nemo enim inuitus in [f] communione manere cogi potest, exceptis plerisque casibus, [g] alibi ab Accursio relatis. Subiunxi, [communes,] simpliciter. 38 quia nihil refert ex qua causa res communis sit, an cum societate, vel sine ea: utroque enim casu huic actioni locus est. Cum societate, veluti si tractu habito lucri, & damni coitur societas, per quã omnia sint in aliqua negotiatione communia, vel etiam in omnibus bonis; nam ex tali consensu nascitur non solũ actio pro [h] socio, verum etiam cõmuni diuidundo iudiciũ non quidẽ ex conuentione societatis, sed ex ipsa communione, quæ paratur per societatem. Sine societate autem, vt si incidimus in cõmunionem, non ex proposito societatis, sed potius re ipsa, atque adeò euentu: veluti euenit in re duobus legata, vel [i] donata. Item si duo vnam rem simul emant, vel si hæreditas nobis communiter obueniat, aut communiter conducamus publica sine animo [k] societatis. Itẽ si uoluntate dominorum, aut etiam casu confundantur, vel confluentur [l] materię: 39 Adscripsi. [pro indiuiso:] quia si extra iudicium res diuisæ eßent, non daretur hæc actio. In certis aũt casibus præsumitur facta diuisio, ut si duo fratres tenuerunt bona tanquam diuisa, pro quibus quilibet per se soluat collectas, & [m] onera. Addidi, [possident,] nam ut hæc actio cõpetat, sufficit possessio rei cõis, mediã te tamen, & accedente aliquo iure reali. Hinc est, quòd si duo fuerint in poßessione rei ex cã pignoris conuentionalis, siue prætorij, possent inter se diuidere res communes oppignoratas, saluo [n] tamen iure debitorum. Duo autem bonæ fidei poßeßores, qui non habent ius aliquod in re, non diuidunt, Platea hic adstipulante. Postremò subnexũ est, [ad diuisionem, personalesque prestationes:]. 41 quia hac actione principaliter agitur ad diuisionem earum rerum, quæ [o] communes sunt: deinde veniũt, & pstationes personales, vt si quid damni datum factumue est, vel si quid abest alicui sociorum, aut aliquid ad eum peruenit ex re communi: denique si sumptus [p] fecerit. Item negans diuisionem, tenetur hoc iudicio, si res cõis eius culpa, dolone facta est [q] deterior. Et in hoc conuenit cum familiæ erciscundæ actione. Conuenit quoq; cum ea, quod ad præscriptionem attinet, quanquam in eum variatum est ab interpretibus. 42 Sunt tamẽ & differentię quædam inter utranq; actionem. Primò, quod famil. ercis. Actio detur tantum hęredib. communi aũt diuidundo actio consortibus alicuius rei, ex quacunq; cã sit communio. Deinde illa datur pro reb. vniuersalibus, hæc pro particularibus. Tertiò, illa tantum semel intendi potest, regulariter, hæc autem sæpius. Quartò, in illa veniunt etiam res depositę, commodatæ, & similes, quamuis non sint hæreditarię: in hac autem non ueniunt. Postremò, in illa statim mota lite prohibetur alienatio rerum: in hac autem non, nisi post litem contestatam. 43 Deinde differt etiam ab actione pro socio; primò, quòd hæc non conceditur, nisi præcesserit tacita, vel expreßa conuentio [r] societatis: actio autem communi diuidundo datur, etiamsi ex incidenti fiat res communis, vt [s] supra dixi. Deinde hæc nõ semper ad diuidendum, sed quãdoque ad [t] communicandum: illa uerò simpliciter ad diuidendum competit. Item hæc merè est personalis & simplex, illa de duplicibus iudicijs una, in quibus uterque litigans actor, & reus est, licèt is pro actore fungatur, qui [u] primò prouocauerit. Denique mixta est in rem, & in personam: conueniunt tamen, quod ad personales præstationes [x] attinet. 44 Est autẽ duplex hæc actio, directa, & vtilis. Directa illis

u l. sed & eius. ff. fam. ercis.
x §. item si inter aliquos. su. de ob. quę ex qu. contr. nasc.
y Tractatur ĩ l. 1. in pr. & l. qui erat in fi. h. t.
z l. 2. §. naturale. C. quan. & qb. quar. pars. lib. 10.
a ĩ §. si familię. ercis. inf. d' off. iud. adde. l. hæredes. §. iudex. fam. & l. Mçu. §. arbiter. fam. ercis.
b §. itẽ si inter. su. de ob. q̃ ex quasi cõt. nasc.
c l. si quis cũ ęstimaret. in pt. ff. com. diuid.
d l. arbor. §. a quã com. diuid.
e l. ad officiũ. §. cũ ãt. C. h. tit.
f l. vl. C. d. t. cõ. diui. cum sim.
g In d. l. vlt.
h De qua dixi ĩ §. rei pseq. su. hoc tit. de act.
i d. §. itẽ si int.
k l. vt sit. p soc. cum l. seq.
l Vt in §. si duorum. & §. quod si frumentum. su. de rer. diu.
m gl. in l. si min. C. com. diuid.
n l. commu. diu. §. iter eas. h. ti.
o l. 3. in prin. & l. 4. in princ. ff. pro soc.
p d. l. 3. & 4. §. sicut autem.
q l. si maio. §. idẽ corũ. C. com. diuid. & l. per hanc. ff. eod.
r l. vt sit. pro soc.
s l. 2. ff. eod.
t l. duo societatem. pro soc.
u ...
x vide Ioan. de Platea. hic.

Cta illis

[y] d.l. per hoc. ff. hoc ti.
[z] Ita Azo i sũ. C.com. diui.

Eta illis datur, qui habent alicuius rei corporalis cõis dominiũ [y] directum. Vtilis verò illis, q utile, vel quasi dominium [z] habent. 45 Libellus ad formam in actione familiæ ercis præscriptam fingẽdus est, dicendo, [me habere cum Titio communem fundum, quem iam dudum communiter possideamus, verum cum nunc à communione discedere sit mihi in animo petam ipsum fundum inuicem distribui; vel si ex illa re Titius percepit fructus, vel ego impensas feci, peto restitutionem fructuum, & solutionem impensarum. 46 Actio finium regundorum est mixta, illis competens, qui habent prędia rustica confinia, aduersus uicinum possessorem ad constitutionem nouorum terminorum, vel reparationem antiquorum, & ad præstandum interesse. 47 Mixta est,] in personam scilicet, & rem. In personam ideò, quia ex quasi delicto, ac temeritate uicinorum nascitur, qui fines vltrò, citroque latius, quàm par sit, [a] producere conantur. In rem uerò ideò, quia domino suum restituit, & fundum sequitur, ideoque fundo magis, quàm personæ adiudicari fines, vel partes intelliguntur, Paulo [b] autore. 48 Adieci, [illis competens, qui habent prædia,] quia hæc actio primum dominis prædiorum directis, & utilibus datur, deinde & emphyteutæ, vsufructuario, creditoribus pignorum, & id genus similibus [c] personis. 49 Dixi, [prędia rustica:] ad differentiam prædiorum vrbanorum, quæ non sunt confinia, sed uicina, & cõibus parietibus plerunq; discriminantur; nec [d] competit hæc actio, nisi ædificium esset loco termini, quia tũc iudicatur de ædificio, quod de termino, & locus est [e] finium regundorum actioni. Addidi, [ad constitut. nouor. termin.] 50 nam si prędia terminis distincta non fuerint accedet iudex personaliter, vel ibit in rẽ præsentem, ut res demonstretur: & tunc sumptibus partim per agrimensorem (iureiurando ei prius delato, quòd in metiendo pro conscientia tua ueritatem sit [f] renunciaturus; nisi tamen aut litigantium consensu, aut publica autoritate sit ad hoc officium destinatus, cui est omnino credendum sine speciali [g] iuramento) diuidet, terminosq; secundum illius [h] declarationem ponet. Et super his admittitur probatio per libros antiquos, testes seniores, [i] & famam. Vbi autem esset obscuritas, & commodè terminare non posset secundum antiquos terminos; iudici permittitur, ex prædio alterius alteri adiudicare, eum damnando in pecunia danda illi, cui pars prædij ablata est; atque ita § noster etiam [k] sentit. In his tamen iudicijs finalibus per inspectionem oculorum terminandis, nõ desideratur solennitas iudiciarij ordinis, sed procedi potest sine libello, litisq; cõtestatione, altera parte cessante, vel se [l] absentante. Subiũxi, [ad reparationem antiquorum:] 51 quia si termini euulsi fuerunt, vel ab hõie, vel fluminis inũdatione, agi põt ad reparationẽ, siue restitutionẽ. Et cõpetit hæc actio non tantũ pro rebus corporalib sed etiam incorporalibus, cuiusmodi sunt [m] iurisdictiones, possunt enim hoc iudicio experiri, vt ponantur limites, & separentur territoria, ẽt inuitis illis, qui prędia possident. 52 Regulariter tamen iurisdictionẽ limites solẽt esse flumina, montes, paludes, vel ẽt certæ arbores ibi natæ, quæ communes, ut plurimũ sunt. Adposui, [ad præstandum interesse:] 53 nam hoc in iudico habetur quoq. ratio illius, quod interest. Quid enim si quis aliquam vtilitatẽ ex eo loco perceperit, quem uicini esse appareat, an iniquè cõdemnatio eo nõie [n] fiet? 54 Fructus quoq. naturales ueniunt quãdocunq. percepti, ut nuces, castaneę, pyra, poma, vuæ. Industriales verò, vt frumentum, post litem cõtestatam duntaxat percepti veniunt; nam ante iudicium, aut bona fide percepit possessor, & lucrari eum oportet, aut mala fide, & condici [o] possunt. 59 Libellãdi modus; [Ego, & Titius habemus agros confines, &c. Verum cũ termini lapidesq. finales, quibus agri utriusq. distinguebantur, moti sint, & Titius in arando, atque fodiẽdo ultrò, citroq. plus ęquo excurrat, de meo præripiat, & negotium faciat; peto ut ueteres fines diligenti inuestigatione quæsitos, vestra autoritate renouetis, vel si inuenti non fuerint, nihilominus tamen præfatos agros commodis, & euidentibus terminis regatis, dirimatis, & separetis, adiudicando, & condemnando secundum iuris, & uestræ iurisdictionis præscriptum, ac prerogatiuam: denique præstita de euictione cautione, alterutrum ad obseruantiam compellatis, &c.] 56 Ceterum pro colophone huius actionis non est ignorandum, pro finibus quatuor competere remedia. Primum actionem [finium regundorum,] de qua hactenus dictum est, quæ datur habentibus agros confines, ut termini euulsi, vel à flumine, vel ab homine relocentur, vel conuenientius reponantur, ne amplius à te turber, &c. 57 Secundò, [condictionem ex lege [p] Constantini:] quia si post litem contestatam occupauerit aliquid de aliena, obligatur hoc restituere, & tantundem de suo. 58 Tertiò, [actionem legis Agrarię] pœnalem quinquaginta aureorum, in eum qui terminum eiecerit, locone mouerit, ex lege Agraria, quam Caius Cæsar [q] tulit: licet olim Numa pœnam capitalem constituerit in eum, qui lapides finibus mouisset: impunè.n. occidi poterat: quare sacros, id est, inuiolabiles esse voluit. Vnde Iuuenalis vlt. Satyr.

[a] l.1. ff. finium reg. quamuis. Rof. eã quasi ex contractu nasci putauerit.
[b] In l. sed & loci. §. si aliter. hoc titu.
[c] l.4. §. finium. dicto titu. fin. reg.
[d] d.l.4. §. hoc iudicium.
[e] l.2. hoc titu.
[f] l. comparationes. §. omnes autem. C. de fid. inst.
[g] Bar. in l. Theopompus. ff. de dote prę leg.
[h] l. si irruptione, cum simi. hoc titu.
[i] Vt no in cap. cum causam. de prob.
[k] Hic in fine.
[l] l.3. hoc tit.
[m] c. super eod. de parochijs.
[n] Paul. in l. sed & loci. §. 1. hoc titu.
[o] l.4. §. in iudicio, cum §. sequen. h. titu.
[p] in l. si constiterit. C. fin. reg.
[q] ff. de termi. mot.

Aut sacrum effodit de limine saxum.

A libi vocantur illi termini [lapides finales.] 59 Quartò, accusationem criminalem ex constitutione Adriani Imper.] qua pro condõne personę, & mẽte facientis [s] permittitur coercitio. Et hactenus quidem de istis tribus iudicijs mixtis. Doctores post Accursium hoc loci pertractant etiam hæreditatis petitionem: nos autem eam actionem infrà [t] suo loco commodius enarrabimus.

[r] in §. vlt. inf. de offic. iud.
[s] l.1. & 2. ff. de termi. moto.
[t] in §. actionum. inf. hoc nost. titu.

§. Omnes.

§ Omnes.

1 *Quarta actionũ diuisio est, quòd aliquæ sunt in simplum, duplum, triplum, quadruplũ.*
2 *Quando in simplum, duplum, &c. agere dicamur.*
3 *Quare ultra quadruplum non extendatur actio.*
4 *Actionem esse rei persecutoriam, & in simplum dari, sunt paria.*
5 *Pœna legalis vltra quadruplum non producitur. Fallit tamen, ut nu. 6.*

Omnes autem actiones uel a in simplum conceptæ sunt, uel in duplum, vel in triplum, uel in quadruplum: b ulterius autem c nulla actio extenditur. In simplum agitur, ueluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, uendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quamplurimis causis.

Subijcitur 1 quarta actionum diuisio, quã occasione suprà scriptæ diuisionis annectit Imperator. Nã quod ibidem de pœna dictum est, latius hac diuisione explicandum erat. Cum enim ex varijs causarũ, & maleficiorum figuris varia quantitas pœnarum statui & exigi possit, statim dubitauerit studiosus, quænã sint istæ pęnæ? Meritò igitur per propriam diuisionem explanare voluit hmôi differentiam. Est autem hæc diuisio quadrifariam collecta, scilicet quia actiones uel in simplum competunt, uel in duplum uel in triplũ, vel in quadruplum: vlterius autem nulla actio producitur. 2 [In simplum] agimus, cum rem nostrã, uel nobis debitam, vel deniq; pœnã aliquam sine vlla re absolutè persequimur. [In duplum] verò, triplum, aut quadruplũ tunc experimur, cum præter rem debitam exigimus aliquid ultra, quod ad æstimationem eius rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat. Quarum actionum exempla subijciuntur in tex. 3 Interim frigida quæstio est, quare vltra quadruplum non extendatur actio pœnalis. Nam cum a veiq; modus aliquis erat statuendus in pœnis, visus est hic sufficere: alioqui omnium pœnarum rationes, etiã quæ in corpus exercentur, eadem curiositate frustra torqueri possent in disputationem, nisi autoritatem sufficere b dicamus. Quod autem c Doctores dicunt, Cõuentionales pœnas vlterius non posse extendi: id uerum non esse, Nizolius in suis d obserua docet: ubi ex Cicerone quinta actione in Verrem, meminit de pęna octupli aduersus Decumanos, qui plus ab Aratoribus exegerant, constituta.

a Old. in 9. act. diuisione.
b l. non omniũ. ff. de leg.
c in §. alteri. de i. nu. stip. eth.
d indicio pęna.

a *In simplum.] Id est sunt rei persecutoriæ: 4 nam actionem rei persecutoriam esse, aut in simplũ dari ferè paria sunt; ac per consequens hæc verba multiplicatiua, [simplum, duplum, triplum, quadruplum,] diuerso modo significant. Duplũ enim, triplum & quadruplum pœnalia sunt: simplum verò rei persecutionem continet. Hinc ait Zasius, mirum esse, quòd Imperator simplum non pœnale adiunxerit pęnalibus. Verum plerunq; ad pœnam aliquam sine vlla re absolutè agimus, & tum etiam simplum persequi dicimur, tamen mera pęna est: atq; ita defendi Imperatur potest.*

b *Vlterius.] Idest, vltra pœnam quadrupli, quæ quidem vera sit pœna, nempe ex ipsius quoq; actoris parte. Cæterum ex parte solius rei, posset ea extra quadruplum longè lateq; extendi, vt si quis clauum aliquem è naui e sustulerit, dederitq; causam naufragij, omnium rerum nomine tenetur. Idem quoq; est, si scienter quis vendiderit morbosum pecus, tignumue vitiosum, & ædes tigni vitio corruerint, aut grex totus contagione morbosi f pecoris interijt: quia ad æstimationem ędium tenebitur, aut ad id quod interest, pecus idoneè vanisse. Atqui certum est, multò plus quadruplo hac obligatione contineri.*

c *Nulla actio.] 5 Hic taler; dogma colligitur [Tametsi pœna legalis ascendere possit à duplo ad quadruplum, tamen supra quadruplum produci nequit.] Rationem frustra inquirimus, vt supra dictum est. Scias tamen prædictam doctrinam varijs modis non procedere. 6 Nam pro seruo fiscali surrepto 12. argenti libræ Fisco inferuntur, quæ quadruplum excedere possunt. Sed & diuersis actoribus supra quadruplum g dependitur interdum: quod tamen huic loco non repugnat, cum vna actio non sit, sed duæ. Denique ex accusatione pęnam supra quadruplum posse excrescere, indubitatum est. Sunt & alij modi, quibus prædicta doctrina non procedit, quos Accursius & Dd. abundè pertractant.*

e l. 3. §. senatusconsul. de incend. ruina, naufrag.
f l. Iulianus 13. de actionibus empt.
g l. si quis de culina. * l. vlt. C. de his qui à non dom.

§. In duplum.

1 *Corrumpere quomodo hic accipiatur.*
2 *Actio serui corrupti diffinitur.*
3 *Hæc actio directa est, & vtilis quandoque.*
4 *Exemplum vbi hac actione saltem ad interesse agitur.*
5 *Adolescenti corrupto & seducto competit hæc actio vtiliter.*
6 *Magistratus & quiuis paterf. hoc iudicium habet.*
7 *Si corpus serui corrumpitur, non datur actio serui corrupti, sed legis Aquiliæ.*
8 *Dolus requiritur, vt actioni ser. cor. locus sit.*
9 *Regulariter ex consilio, & persuasione nemo tenetur; secus in hac actione.*

10 *Quis*

10 *Quis dicatur persuadere.*
11 *Conatus puniendus in his, quæ faciliter trahuntur ad perniciosa exempla.*
12 *Seruus multis modis deterior fit.*
13 *Causa actionis serui corrupti.*
14 *Pœna huius actionis est dupli.*
15 *Libelli forma in hac actione.*

In duplum agimus; ueluti furti nec manifesti, damni iniuriæ a ex lege Aquilia, depositi b ex quibusdam causis. Item serui corrupti: quæ competit in eum, cuius hortatu consilioue c seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominm factus est, aut luxuriosè uiuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. d In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato quod uenerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ supra diximus.

a supr.h.t.§.ex maleficiis.nu. 43.

*a Ex lege Aquilia.] Nempe contra inficiantem, * ut paulò ante dictum est: sicut etiam contra inficiantem in duplum agitur depositi, cum quid propter incendij, ruinæ, uel naufragij causam depositum est, idque non redidерit.*

b Ex quibusdam causis.] Puta incendij, ruinæ, naufragij, & tumultus, ut iam dixi.

c Seruus alienus.] Siue bonus siue malus: nam etsi malum quis hortatus est, ut deliuqueret, & patraret, quod etiam alioqui facturus erat, tenebitur. Neque enim oportet laudando augere malitiam.

d In qua actiones.] Ait enim Paulus: [In hoc iudicium etiam rerum æstimatio uenit, quas secum seruus abstulit, quia omne damnum duplatur.

a in l. 1. de ser. cor.

b d.l. 1. §. sed vtrũ

c Nicol. de Nea. Ang. Fab. hic.

d l. ut tantũ. 14. hoc tit.

Quia una tantum] actio superadditur, quæ in præcedentibus non est enarrata, nempe [actio serui corrupti, ideo eam solam hic explicandam esse duximus. 1 [Corrumpere] autem hic accipitur pro uitiare. Põt autem tam ad animum, quam ad corpus referri: unde dicimus, corrumpere uirginem, corrumpere seruum uel filium, & corruptos esse mores. Nunc ad rem. 2 [Actio serui corrupti est prætoria: & propriè aduersus eum competit, qui serui alterius animum dolo malo persuadendo corrupit, ut deterior fieret.] Explicemus hæc verba. Quòd sit [Prætoria] a Vlpianus in Pandectis sub hoc tit. testatur. Dixi, [serui, simpliciter nihil refert, siue bonum seruum fecerit malum, siue malum persuadendo deteriorem reddiderit: utroq; enim casu corrupisse b dicitur: 3 & tum directo conceditur hæc actio. Vtilis quoq; est. Primò si quis filium vel filiumfa. persuadendo corruperit; quoniam interest nostra, animum liberorum c nostrorũ non deprauari. tum aũt non agitur ad duplum, quia liberi hominis nulla est æstimatio, sed ad interesse ex affectione patris delato iureiurando, æstimatione iudicis accedente. 4 Exemplum: si quis haberet filiam liberaliter institutam, quam leui dote, puta centum aureis in matrimonium elocare posset: verum adolescens quidam eius animum ita corrupit, vt etiam cum dote trecentorum aureorum vix possit alicui nubere: putãt interpretes, corruptorem animi virginis obligari ad præstationem ducentorum aureorum. 5 Deinde vtiliter cõpetit ipsi etiam corrupto; v. g. Quidam bone spei adolescens iubetur cum viatico ad archigymnasium studiorum causa proficisci. Illic persuasione quorundam leuium hominum (quorum magna est vbique in Academijs copia) seductus, viaticum suũ ludendo, potando, & scortando pfundit: decederunt crebriore calculo d Doct. si parens suus illic neq; per se neq; per procuratorem præsens fuerit, adolescenti hanc actionem dari vtiliter aduersus persuasores, ad duplum æstimationis damni sui. Et hanc opinionem ait Faber esse multum equam, tametsi Platea & Iason existiment, eam summo iure vix sustineri posse. 6 Magistratui quoq; & patrifamilias cuilibet de subditis & familia sua saluum est hoc iudicium, saltẽ vtiliter. Adieci, [alterius,] si enim seruum proprium suum quis corrumperet, aduersus seipsum experiri non posset, idq; ad sensum patet. 7 Subdidi, [animũ:] quia si corpus serui corrumperetur, puta vulnerãdo, exercenda esset legis Aquiliæ actio directa, de damno dato. Si autem seruo suaserit, vt in tectum ascenderet, & is ascendendo vel discendendo deciderit, crusque, vel aliud quippiã fregerit, vtili legis Aquiliæ actione conueniri põt. Ita quoque dicendum, si corpus filij filiæue familias vulnerando vel interficiendo corruptũ fuerit, actionẽ iniuriarum dari, vel publicam accusationem ex lege Cornelia de sicarijs. Consimilites si virginis corpus est corruptũ, in foro ciuili publica accusatio exerceri potest, ex lege Iulia de adulterijs & stupro. 8 Subiunxi, [dolo malo:] quoniã si lusus cãm quis seruo alterius quid suaserit, isq; eo animo deterior factus sit, suadens nõ e tenebitur. Unde qui tectum arboremue ascendere, ex ponte salire, in puteum descendere suaserit, si seruus obediat, dum dolus absit, cessat actio, etiam damno secuto. Pari ratione, si alienum quis seruum recepit, ut custodiret, vel humanitate, aut misericordia aliaue probabili atque iusta causa ductus, non obstringitur. Adposui, [persuadendo;] 9 quamuis enim regulariter quis ex consilio & persuasione non f teneatur, hic tamen obligatur; partim quia est consilium fraudulentẽ; partim quia huiusmodi consiliũ, siue persuasio, per se delictũ est. 10 Persuadent aũt, qui seruos suasiunculis pellicitũ & solicitant ad improbè faciendũ; parũq. refert an quis alias facturus esset, nec ne. 11 Tentans enim corrũpere, non minus tenebitur, q̃ si psuasisset: qa conatus puniri oportet in his, quæ faciliter trahuntur ad perniciosa exẽpla. Nã à corrũpente iam, quantum

e l. 1. dolo mal. de ser. corrup.

f §. tua tantum sup. mand.

tum ipse potuit, perfecta [g] *res est, idq; hoc casu speciale est, alioqui in alijs delictis, quæ externum factum requirunt, quid obest simplex* [h] *conatus? Quid subinde adiunxi,* [*corrupit,*] *hoc extendendum est, etiamsi recepit, id est, abscondendi cā seruum suscepit, ac refugium illi præstitit, quocunq; in loco suo vel alieno.* [i] 12 *Addidi,* [*vt deterior fieret:*] *id quod multis modis fit: ut si quis persuadet seruo, ut iniuriā faciat, furtū cōmittat, aufugiat, periculum intricet, amator existat, vel quoduis aliud* [k] *delictū perpetret. Et corrūpēs non tantum domino serui fit obnoxius, sed alijs ēt, quibus ex persuasione damnum datum est.* 13 *Vides cām huius actionis esse ipsum persuasionem, quæ (vt dixi) habetur in hoc proposito pro delicto.* 14 *Pœna verò in duplum est, quanti seruus ob id, quod corruptus est, fit deterior. Admonet autem* [*] *Paulus I.C. hoc duplo pœnā contineri: id. n. quod damni datum est, duplari. Excipitur tamen vnus casus, quo non nisi in simplum hæc actio datur:* [*] *Nempe cum maritus contra uxorem agit. Fit quoque in hoc iudicio æstimatio rerum, quas corruptus secum abstulit: quia omne damnum ex corruptione proficiscens* [l] *duplatur. Est item perpetua hæc actio, daturque hæredibus, non autem contra hæredes* [m] *corrumpentis.* 15 *Cæterum ita poponi potest, si ad nostrum forum* [n] *adaptetur.* [*Cum ego haberem filiumfam. liberaliter & bonis moribus educatum, huicque certam pecuniæ summam studiorum causa concredidissem, Valerius persuasit illi, ut talem pecuniam dilapidaret scortationibus, & alea consumeret. Et filius quidem meus sic solicitatus ab eo, prodegit cum tali scorto quinquaginta aureos* [(*vel si alia vitia corruptus fuerit, nec immediatè secutum sit pecuniarum damnum, tunc sic variabis*)] (*& paratus ego sum iurare me talem corruptionem centum aureis, si possem, in filio meo purgaturum, cum tanto ille factus sit deterior. Quare peto pronunciari non licuisse Valeria, filium meum prædicto modo ad malos mores solicitare, ideoque illum ad soluendum centum, uel* (*secundum aliam clausulam*) [*ad dandos ducentos florenos obligari, vtque ad soluendum eam pecuniam condemnetis, &c.*]

g §. sed & si credat. de obli. q ex del. na. su. & l. si quis seruo. C. de fur. & ser. cor.
h L. 1. ff. qđ quisque iu.
i d. l. 1. §. quod ait. de ser. cor.
K l. 1. l. 2. & l. corrumpitur. d. tit.
* l. ut tantū. §. in hac. ff. h. ti.
* l. ult. eo. ti.
l l. 10. in hoc iudicium. citato tit.
m l. sed & heres 8. & l. 13. hæc act. eo. tit. de ser. cor.
n Ita fere libellum concipit Old. in practica huius actionis.

§. Tripli.

1 *Aliqua de sportulis tractantur.*
2 *Mox in ingressu iudicij præstabuntur sportulæ.*
3 *Explicatio textus huius §.*
4.5 *Viatores quomodo hic accipiantur, & de propria eorum significatione.*
6 *Lictores qui fuerint.*
7 *Actio ex lege condictitia diffinitur.*
8 *Eam personalem esse & mixtam.*
9 *Actio condictitia datur quoties quis damnum patitur ex grauamine sportularum.*
10 *Sportula quid, & unde dicta.*
11 *Recta cœnu sportulæ opponitur.*
12 *Centussis apud Martialem.*
13 *Sportulæ viatorum, iudiciales, & sportulæ sponsoriæ.*
14 *Mos in quibusdam locis deponendi certam pecuniam, priusquam iudicialiter agant.*
15 *Actio condict. non datur, nisi aduersus calumniosos actores.*
16 *Quid sit, quod Accursius ait, textum intelligi causatiuè, non consecutiuè.*
17 *Quacunque ratione plus petatur, huic actioni locus est, excepto si plus tempore petatur.*
18 *Si actor plus tempore petat, hæc actio non datur, sed actori duplicatur tempus.*
19.22 *Actio condict. in triplum competit aduersus actores, & in quadruplum aduersus executores.*
20 *Hæc actio datur aduersus omnes, qui officijs præsunt, si plus debito exigant.*
21 *Quæ sportulæ hodie uiatoribus debeantur.*
23 *Quamuis actio condictitia duplicem habeat officium, una tamen est actio.*
24 *Libellus huius actiones quomodo formandus aduersus actores.*
25 *Item quomodo proponendus aduersus executores.*

Tripli uerò agimus, cum [a] quidam maiorem uera æstimatio [b] quantitatem in libello [c] conuentionis [d] inserunt [e], vt ex hac causa uiatores, [f] id est, executores litium, ampliorem summam [g] sportularum nomine exigerent: tunc enim id, quod [h] propter eorum causam damnum [i] passus fuerit reus, in triplum ab actore consequetur; ut in hoc triplo etiam simplum, [k] in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ [l] in nostro Codice fulget, ex qua dubio procul est, [m] Ex lege condictitiam emanare.

1 *Subnectit*] *Iustinianus exemplum actionis in triplum conceptæ, nempe* [*actionem. Ex lege condictitiam.*] *Vt autem ea, & item tex. præsens eo liquidius cognosci possit, non est ignorandum, quod olim certa*

erant constituta salaria, siue mercedes(quæ [sportulæ]dicebatur)quæ ex causarum quantitate æstimabantur, viatoribus, id est, executoribus litium, vt Iustinianus ipse interpretatur. 2 *Inde eueniebat, ut fraudis occasionem actores hinc arriperent: quare vt incommodarent reis, plus iusto petebāt, maioremq; in libello summā complectebantur, quàm eis deberetur: vt sic executor aut viator partem suam salarij, pro quantitate in libello comprehensa æstimaret, non attendendo, quid deinde consequeretur actor, aut qua in summa reus condemnaretur. Huic agentium & viatorum siue improbitati, siue collusioni & auaritiæ vt obuiaretur, constituit Iustinianus pœnam in exactiones sportularum iniquos, quæ per actionem ex lege conductitia peti exigique potest.*

a Quidam.] Actores scilicet. 3 *Quamuis. n. actio ex lege condictitia duplicem vim habeat, vt & in triplū, & in quadruplū concedatur, priorem tamen solū hic expendit Imp. alteram in sequentem §. reijciēs.*

b Quantitatem.] Idem si plus loco uel causa peteretur: secus si tempore, ut infra dicam.

c Conuentionis.] Iudicij; nam de iudiciali libello loquitur: tametsi satis nouum sit, conuentionalia accipere pro iudicialibus, teste Zasio.

d Inserunt.] Scilicet per fraudem & calumniosè: forte in hoc captantes gratiam iudicis, vel etiam colludentes cum eis, ut eo plus à reo sportularum prætextu adsequantur.

e Vt ex hac causa.] Nota dictionem, [Vt.] Sensus enim est, vt ego puto: Si actores eo animo plus in libello complectantur, vt ex hac causa, id est, ob talem plus petitionem executores ampliorem summam sportularum exigant, ac per consequens damnificetur reus: sicque innuit Iustinianus, calumniosè, & per fraudē id ab actore fieri. Nam si actor verisimili aliquo errore ductus, ultra debitum quicquam petijsset, excusandus esset à tripli pœna.

f Id est executores.] 4 *Hanc interpretationem Iustinianus forte addidit, ut intelligeremus, non tam hic agi de apparitoribus & nuncijs, qui in ius uocant, quàm de ijs, qui causas instruunt, & sentētias exequuntur mandato* [a] *iudicis. Equidem ex* [b] *Vlpiano constat, interdum solitos fuisse magistratus Pop. Ro. viatorem nominatim uice arbitri dare: sed admodum rarò id esse faciendum, & non nisi vrgente necessitate.* 5 *Dicebantur autem olim uiatores ministri, à via dicti, magistratibus parētes, & Senatores ducesq; ex agris ad officia uocantes. Vnde* [*] *Cicero scripsit; [Auia in Senatum accersebantur & Curius & cæteri senes:] ex quo qui eos accersebant, [viatores,] nominati sunt. Et Plinius: [Cincinnato,]inquit, [uiator attulit Dictaturam, dicens: Vela corpus, ut perferam S. P. Q. R. mandata.] Ex quo apparet, fuisse ministros publicos, quorū erat officium, & Senatores, quoties Senatus cogendus esset, uocare, contumacesque citare, & arripere.* 6 *Cæterum qui ex viatoribus ligandi cædendique ius habebant, [lictores]* [c] *nominati sunt.*

a Bald. hic.
b l. ult. de iud.
* in Catone Maio.
c Vide Cataneū in Penegyr. & Ale. Neapol. lib. 2. cap. 27.

g Sportularum.] Mercedis, siue salarij nomine.

h Propter eorum causam.] Id est, plus petitionem ipsorum agentium.

i Passus fuerit.] Quia cum actor calumniosè ultra debitum petierit in libello, & ob id reus maiores sportulas soluere coactus sit: ergo quicquid damni reus inde accepit, debet id ab actore in triplo nancisci.

K Simplum.] Id est damnum ipsum, quod passus est reus.

l In nostro Cod.] Loquitur de priore Codice, qui ante Pandectarum compilationem editus fuit, qui hodie non extat, ac per consequens etiam hæc Iustiniani constitutio, cuius hic mentio fit, desideratur.

m Ex lege condictitiam.] Condictitiam legendum esse, probat textus Noricus, idque Hot. arbitratur: qui addit, [Condictitiam præcisè dici, quemadmodum receptitiam; vtrobique autem nomen actionis [d] *subaudiri.] Licet interdum etiam actionis nomen adijciatur.* [e] *Est igitur actio condictitia, idem quod condictio. Itaque Theophilus pro condictione, condictitiam ubique uertere consueuit. Significat ergo Imperator, [Condictitiam ex lege,] id est, condictionem ex lege a constitutione proficisci, qua condicitur triplum, uel quadruplum. Definiamus eam.* 7 *[Actio ex lege condictitia, est personalis, mixta, & ei competit, qui damnum passus est ex grauamine sportularum, aduersus actorem, qui per fraudem plus complexus fuit in libello, in triplum; & aduersus executores, qui exigunt aliquid ultra debitas sportulas, in quadruplum.] Ponderemus hæc uerba sigillatim.* 8 *[Personalis,] est, quia ex delicto nascitur, quod committunt vel actores summam in libello augendo: uel ipsi executores, aut præsidentes officijs publicis, prætextu sportularum extorquendo pecuniam, ultra id, quod debetur. [Mixta] est, quoniam pœnæ & rei, id est, damni persecutionem habet, sic enim tex. hic inquit, ut in hoc triplo etiam simplum, in quo dānum passus est, connumeretur. Duplum ergo pœna est. Adieci [qui damnum passus est,]* 9 *nam quotiescunque reus damnum patitur ex grauamine sportularum, quas ultra debitū modum soluit, huic iudicio locus est.* 10 *[Sportulas] autem hic dicimus mercedem illam, quam executoribus litium, & præsidentibus officijs publicis, atque nuncijs siue apparitoribus, conuenti in iudicio persoluere tenentur. [Sporta] autem seu [sportula,] uasis genus erat, ab asportando, vel à sporta herba deductum uocabulum, ex qua contexebatur, cuius meminit Plinius lib. 14. Inde sportula dicta est obsonium, quod diuites Romani salutatoribus sub limine portæ dabant, secretò ipsi cœnantes:* 11 *[& recta cœna] sportulæ opposita erat. Liberaliores siquidem diuites, ciuilioresque salutatorib: suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ [recta cœna] dicebatur. Sordidi autem & maligniores, rectæ cœnæ loco sportulā tantùm præbebāt, cuius* [f] *Budeus etiā meminit. Hinc Iuuenalis,*

d l. 31. si duo. §. item Iulianus de iureiur.
e l. 24. si qs certum. si certū petatur.
f in l. si mulier. de don. inter vir. & uxor.

Nonne

Nonne vides quanto celebretur sportula fumo,

Quia uerò in sportulam pecunia aliquando succedebat, quæ centum æris continebat, 12 (unde & [centussis] à Martiale non semel dicitur) factū est, ut mercedula illa, quæ executorib. & viatorib. dari solebat, sportula dici g cœperit. 13 Unde dictæ sunt sportulæ viatorū, sportulæ iudiciales, à Græcis ταδικαστικὰ hoc est, iudicantium mercedes dictæ: item sportulæ quas [sponsorias] nuncupant, cum actor & reus pecuniā contribuebant ante litem contestatam, deponebantque, ut qui in causa succubuisse, omnia penderet: Græci eas appellabant πρυτανεῖα: quibus & hodie utuntur plerisque in locis, cum appellatur à sententia. Inde est titulus in Codice, [de sport. & sumpt. in diuer. iud. &c.] 14 Sanè videmus cum alibi, tum etiā hic Friburgi hunc modum obseruari: ut si peregrinus litigare uelit, necesse habeant ante cœptum iudicium aliquam summam persoluere nuncijs, & viatoribus: cuius moris uestigia relucent in tex. nostro. Ad propositum redeundo addidi in definitione, [aduersus actorem:] h plerunque enim actores plus debito comprehendunt in libello, hac ratione captantes gratiam iudicis & executorem, uel etiam colludentes cum eis, ut plus sportularum nomine à reis conuentis consequantur. Dixi, [per fraudem:] 15 nam hæc actio non datur, nisi aduersus calumniosos actores, qui per fraudem ultra quantitatem debitam exigunt, ut eo modo incommodēt reis. Secus est, si id absque dolo, quodam uerisimili errore factum sit: tum enim etsi sportulæ ultra summā debitam à reo soluantur, cessabit tamen in actore tripli pœna. 16 Atque hoc est quod i Accurs. hic ait, [textum intelligi causatiuè, non consecutiuè,] id est, [occasione maioris quantitatis in libello petitæ, & non propter id, quod sit consecutiuum. Tametsi non desint, qui & hoc disputent, perperam intelligentes hæc uerba textus nostri, [ut ex hac causa uiatores,] &c. Ista enim dictio, Ut, satis explicat nobis animum actoris, quare plus exegerit, sicut & ad tex. supra diximus. Adposui, [plus complexus est] generaliter: 17 quoniam hæc actio non solum exerceri potest, si plus re, summa, uel quantitate petatur, uerumetiam si plus loco, causa, libello inferatur: nam & tum condemnandus erit aduersarius in omni damno sportularum: atque ita Platea & k Aretinus hic quoque sentiunt. Quando autem plus dicatur petire, loco, aut causa, l infra suo loco explicatur. 18 Cæterum si actor plus tempore peteret, huic actioni non esset locus, ob id, quod eo casu viatores seu executores nihil plus consequuntur sportularum nomine. Actori tamen plus tempore petenti duplicabitur tempus solutioni destinatum, quo elapso, si reum denuo conuenire uelit, nisi omneis litis expensas à reo factas refundat, non m audietur. 19 [In triplum] dixi, nam aduersus calumniosos actores in triplum est hæc actio, ita tamen quod simplum, id est, damnum quod incurrit reus conuentus contemplatione plus petitionis, ipsi triplo insit: ueluti si reus in quinque aureis damnificatus fuisset, actor XV. rependere cogetur. Postremo annexum est, [& executores in quadruplum.] 20 quia hæc actio non solum aduersus actores per fraudem plus petentes conceditur, ut in text. nostro, uerumetiam aduersus executores omnes, qui exigunt aliquid ultra constitutas aut consuetas sportulas. Item & aduersus omnes qui officijs præsunt, si exigant aliquid contra morem & publicam honestatem. Quid autem exigere olim poterant iudices n delegati, quidque executoribus dandum fuerat, poterit iuris studiosus ex Nouellis o constitutionibus discere. 21 Hodie uerò quæ sportulæ uiatoribus pro mercedula, uel potius uiuendi sumptu in miliaria debeantur, extat Imperatoris Caroli V. Augusti constitutio. * Reliqua omnia relinquuntur consuetudini uniuscuiusque loci, quæ legitimè sit recepta. 22 Datur autem aduersus hos hoc iudicium non in triplum, sed in p quadruplum: cuius triplum ærario erogatur, simplum læso cedit. q Grande enim delictum est, in publicis officijs exercere quæstum ex arbitrio proprio, idque leges nihilo tolerabilius reputant, quàm furtum manifestum, quod & ipsum quadrupli pœnam habet. 23 Quanquam autem hæc actio [condictitia,] ut ex prædictis liquet, duplicem uim atque effectum habeat, ut & in triplum & in quadruplum detur, una tamen actio est, & utriusque pœnæ persecutio ex eadem lege condictitia descendit, ipso Iustiniano admonente cum hic, tum in § proximè sequenti. Nec aduersatur, quod diuersis quidē locis hac de re dissetitur; id enim Iustinianus propter diuersitatem puniendi duntaxat fecit. Errāt ergo qui duas hic actiones constituunt. 24 Videamus praxim. In hunc modum potest hæc actio proponi aduersus actorem. [Cum obligatus essem Titio tantum in ducentis aureis, ipse tamen calumniosè, sciens me ultra hanc summam non teneri, aduersus me actionem edidit in quadringentis, ut sic grauarer sportulis. Nam secundum istam quantitatem, sportularum nomine decem aureos persolui, alioqui solum quinque soluturus. Quare peto pronunciari, dictam plus petitionem fuisse iniustam: & ideo Titium condemnari ac compelli legitimè, ut mihi triplū, nempe quindecim aureos soluat] 25 Aduersus executorem uerò ita instituatur: [Cum nuper petijssem mihi decerni mandatum aduersus Flaccum conciuem meum a tali iudice, isque illud decreuisset, & semper obseruatum sit in hoc loco, ut pro executione talis mandati, per tot miliaria, dentur tres floreni: Sempronius tamen reus, publicum gerens officium, exegit à me sex. Ego uerò ne frustra esset impetratum mandatum, solui ei talem summam. Quare peto pronunciari, dictam sportularum exactionem fuisse & esse iniquam, eoque nomine reum condemnari, ut mihi quadruplum, nempe duodecim florenos persoluat: uel potius in fiscū inferat r quod ultra simplex est.

§ Quadrupli.

1 Actio quod metus causa, diffinitur.

g Vt hic in tex. & Nouel. sed hodie. C. de Epis. et cle. lt. in Nouel. ut litig. iu. in ex ord. &c. §. & hoc quoq; & in Nouel. de sanctis. epis. §. sportularū.

h Alcia. dispūo. 3. c. 17.

i gl. hic magna circa mediū.

k Citaotes glo. Inn. in c. 2. extra, de plus petitio.

l In §. plus aūt infr. hoc nostro tit.

m §. penul. infr. de excep.

n In nouel. de iudicib. §. ne autem.

o In Nouel. ut lit. ior. i exor. lit. §. & hæc quoq; & i Nouel. de sanct. epis. §. sportularū. & i Nouel. de iudicibus. §. nullo quoque.

* vide & ordinationē Cameræ Imp. par. 2. tit. 35. von den Botten deputaten.

p Iuxta §. ab hic proximum.

q d. Nouel. ut litig. iu. i exor. lit. §. sed si quidem.

r propter d. Nouell. §. sed si quidem.

2 *Eam esse personalem, & in rem scriptam.*
3 *Sufficit impersonaliter docere, metum illatum esse.*
4 *Actio quod met. caus. est Prætoria.*
5 *Quodcunque fit vi, metu quoque fieri dicitur.*
6 *De quo metu loquatur edictum, quod metus causa.*
7 *Metus in legibus quintuplex: & qui sint illi.*
8 *Quid sit metus in actione, quod met. caus.*
9 *In metu uis inest.*
10 *Vis quomodo diffiniatur.*
11 *Etiam in criminibus pœna iniustè extorquetur.*
12 *Metum non dicitur passus, qui nullum damnum sensit.*
13 *Verbum, alienare.*
14 *Actio quod met. cau. ex ui compulsiua nascitur.*
15 *Quinque violentiæ species recensentur: & quæ remedia in quauis uiolentia dentur.*
16 *Causa actionis, quod metus causa.*
17 *Quid probet actor in hac actione.*
18 *Duobus testibus metum testificantibus plus creditur, quàm mille alijs, &c.*
19 *Hæc actio intra annum in quadruplum; post, in simplum competit: estque arbitraria.*
20 *Vtile est agenti hac actione, si in libello petat sibi iuramentum in litem deferri.*
21 *Restituens rem metu extortam arbitrio iudicis, excusatur à pęna quadrupli.*
22 *Simplum & quadruplum quomodo simul peti possunt in hac actione.*
23 *Quomodo iudex pronunciet in actione quod met. caus.*
24 *Hanc actionem & impersonaliter, & contra certam personam intendi posse.*
25 *Modus & forma libelli in hac actione contra certam personam instituta.*
26 *Fructus ueniunt in hoc iudicio.*
27 *Forma huius libelli, quando impersonaliter agitur.*
28 *Actio de calumniatoribus diffinitur.*
29 *Quod sit personalis.*
30 *In hac actione sola voluntas spectatur.*
31 *Pecunia appellatio.*
32 *Qui depectus est, actione de calum. tenetur.*
33.35 *Aduersus quos detur hæc actio de calum.*
34 *Eam locum habere tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis.*
36 *Item aduersus publicanos & turpiter pecuniam dantes.*
37 *Magis delinquit qui pecuniam turpiter dat, quàm qui accipit.*
38 *Accipiens pecuniam sine calumnia, hac actione non tenetur.*
39 *Calumniæ verbum.*
40.41 *Calumniatores qui dicantur, & de tribus speciebus calumniæ.*
42 *Quibus & aduersus quos detur hæc actio, & nu. 44.*
43 *Negotium facere quid sit.*
45 *Causa actionis de calumniatoribus.*
46 *Quid in ea probari debeat.*
47 *Datur intra annum in quadruplum, post annum in simplum.*
48 *An aduersus hæredem calumniatorum detur.*
49 *Libelli forma in actione calumniatoribus.*

Quadrupli autem agitur, ueluti furti manifesti, item de eo quod metus causa factum sit, de quæ ea a pecunia, quæ in hoc b data sit, ut is cui datur calumniæ causa, c negotium alicui faceret, uel non faceret. d Item condictitia ex lege, quæ ex nostra constitutione oritur, in quadruplum condemnationem imponens ijs e executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis normam à reis quicquam exegerint.

Sequitur] quartum suprascriptæ diuisionis membrum, nempe quæ actiones in quadruplum condemnationem habent, quarum quatuor recensentur, scilicet furti manifesti, & ex lege condictitia, quæ duæ supra a *expeditæ sunt: item actio, quod metus causa, & de calumniatoribus, quas hoc loco enarrabimus, prius tamē discusso textu.*

a Prior in §. ex maleficiis: altera in §. proxime preced.
b l. 3. de calūnia.
c d. l. 3. §. 1.
d num. 43.

a *Pecunia.] Idem generaliter & de alio quolibet emolumento, siue* b *commodo dicendum.*

b *Data sit.] Et hoc satis est, ut directo de calumniatoribus sit locus, etiamsi alioqui nulla calumnia sit secuta.* c *Non tamen infamis fit, nisi & calumniatus fuerit, & calumniæ causa damnatus.*

e *Negotium.] Quid sit negotium facere, infra* d *suo loco commodius dicetur.*

Item

d Item condictitia.] Vera est huius loci lectio; [Item condictitia ex lege, quæ ex nostra constitutione oritur, &c.] Sic enim textus Noricus habet, idemque Theophili versioni omnino conuenit. Porrò constitutio, quam hic memorat, pariter intercidit temporum iniuria, & inscitia librariorum.

e Executoribus.] Idest, viatoribus, & ministris, magistratuum, qui supra summam constitutã pro quantitate litis sportulas exigebant à reis, quos in ius vocabant.

Textus explicato,] transeamus ad actionem, quod metus causa. 1 Est ergo actio [quod metus cã personalis, in rem scripta; & à Prætore illi conceditur, qui per metum in constantem virum cadentem, ad alienandum vel dandum rem aliquam compulsus est.] 2 Quòd sit personalis, ex eo liquet, quia personã illius ex delicto violentæ concussionis dirigitur, qui metum intulit. [In rem scripta est;] quia non solum aduersus eum qui metum incussit, sed aduersus quemcunque datur, qui ex metu illato sensit commodum, licet ipse e metum non intulerit. 3 Ideo etiam non est necesse probare, quæ persona metum ingesserit, sed sufficit impersonaliter docere, metum illatum esse. Habet enim metus in se ignorantiam, & sæpe noctu fit, vel in aliqua f multitudine. Adieci, [à Prætore:] 4 Prætoria enim est hæc actio, ex edicto: [Quod metus causa gestum erit, ratum non haberi] ab huius edicti primis verbis hęc actio denominationem habet. Olim sic propositum fuit edictum, [Quod vi metusve causa] Vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariæ voluntati: sed postea detracta est vis mentio; ideo 5 quia quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri g videtur. Diligenter enim vbique euitant Iurisconsulti perissologiam, siue inanem verborum congeriem. Apposui, [per metum:] quamuis enim Stoici πάθη quæ Cicero perturbationes, alij affectiones appellant, quarum & metus pars est, in constantem, atque adeo patientem virum cadere non patiantur: 6 Prętor tamen Peripateticorum sententiam, vt veriorem secus, non quemuis metum, sed eum qui in constantissimum virum cadere poterit, ad hoc edictum h pertinere voluit. 7 Est autem metus in legibus i multiplex: primus [minarum,] qui ad hanc actionem non pertinet, quòd minæ non incutiant terrorem. Secundus [facti,] quando pręuersatur periculum salutis, vel cruciatus corporis, & is cadit in constantem virum, hancque actionem producit. Tertius [potentiæ,] qui scilicet incutitur à Principe, magistratu, superiore, ipsis subditis. Quartus [reuerentiæ,] vt libertus habet erga patronum filius erga patrem, vxor erga maritum: in eo non est locus huic iudicio. Actus tamen per talem metum coiti rescinduntur officio iudicis, si verba vel minæ k interueniant. Quintus & vltimus [perfidiæ,] vt quum aliquis permo etur ab aliquo, quia timet eius perfidiam: veluti si æger rogatus à medico, vt donet ei fundum, vel aliud quippiam inter medendum, id faciat ideò, quia timeat ne medicus perfidè cum l eo agat. Solum autem secundum genus metus, qui in constantem virum cadit parit actionem, quod metus causa; cætera, quæ per metum fiunt, rescinduntur officio iudicis. 8 Est ergo metus in hoc proposito, non quilibet vanus timor, puta alicuius vexationis, aut periculi remotioris, sed præsentis mali, aut verisimiliter mox futuri iusta formido, quæ meritò etiam in hominem constantem m cadit. 9 In metu autem vis inest; qua propter qui vi compellit etiamsi magistratus sit, dum id illicitè faciat, tenebitur n hoc iudicio. 10 Et dicitur vis maioris mali impetus, cui resisti, aut qui repelli non potest. Porrò non distinguitur in hoc iudicio, an metu percellatur quispiam ex suo præcedenti delicto, necne. Nam & qui in crimine depræhensus pecuniam dat, ne violetur, dicitur metum peti, eique succurritur. 11 quia et in criminibus pœna iniustè extorquetur, nisi talis infligatur pęna, quæ iustè venire poterat; vt cum libertus ingratus pecuniã dat domino, ne in seruitutem o reducatur. 12 Metum autem passus non dicitur, qui nullũ damnum sensit: quod in praxi aduertendũ est, vt duo coniunctim ponantur scilicet metũ interuenisse, & damnum p esse secutum. 13 dixi, [ad alienandum;] quia alienare, est verbum generale, cõprehendens omneis actus, quibus res nostræ abducuntur, siue fiat per pignora, siue per donationem, venditionẽ, aut alios id q genus modos. Adiunxi, [ad dandum:] huic enim actioni tum locus est, si dedit aut fecit aliquid, ut quia uendidit, uel donauit rem, q alioqui non erat uenditurus. Sin uerò promissio quidem facta est, re tamen ipsa nihil fuit præstitum, conuentus habet exceptionem, quod metus cã. Postremò sequitur, [compulsus est, &c.] nam si uolens fecisses, aut dedisses aliquid, non competeret hoc edictum. 14 Sicque obserua actionẽ, quod metus cã, ex ui compulsiua nasci, quæ necessitatem imponit uoluntati contrariæ, cogitq; id facere aliquem, quod non faceret, si esset liberi r arbitrij. 15 De ui namq; [ablatiua,] actio ui bonorum raptorum conceditur, itẽ furti manifesti, & nec manifesti. De ui [expulsiua,] interdictũ de ui & ui s armata [De turbatiua, interdictũ [Uti possidetis,] in reb soli, seu immobilibus; in rebus verò mobilibus, interdictum. [Vtrubi,] cum duo se possidere contendunt. De vi [inquietatiue, interdictum quod vi aut clam;] vt si quis à me prohibitus vel putans se prohibendum, in meo faciat, &c. 16 Deinde hinc discis, causam huius actionis esse metum illatum, seu maleficum violentæ concessionis. 17 Et, vt diximus, actor nihil aliud probare necesse habet, si res alienata à tertio possessa fuerit, q̃ metum esse illatum impersonaliter, non designata certa aliqua persona. 18 Et duob testibus deponentibus de metu, maior fides adhibetur, quam mille alijs voluntatem spontaneã allegantibus, id quod omnes u Doc. palmarij loco habent. 19 Datur aũt actio hæc intra annum in quadruplum, & post annum x in simplum. Quadruplatur aũt res metu extorta, & eius æstimatio, ita q simplum comprehendatur in quadruplo, triplum verò sit pœna, propter y metum illatum. Item hęc actio est z arbitraria, & in ea iuratur in litem. 20 Vnde valdè cõmodum est actori, vt in libello pe-

e l. metũ. §. vlt. ff. qđ met. cã.
f l. si cum ex- ceptione. §. in h ac. ff. hoc ti. qđ met. cau.
g Vt l. 1. h. tit.
h l. metum acci piendũ. cum l. seq. h ti. & l. metus aũt cã. ff. ex quibus cau. maior.
i Zas. hic post Iasonem.
k tex. & ibi Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rer. act. nõ datur.
l Est tex. pulcher. in l. medicus. ff. de var. & extra. cog.
m l. metũ aũt. ff. qđ met. cau.
n l. continet. ff. qđ met. cau.
o l. nec timorẽ. §. pinde. 1. cũ l. seq. & l. si mulier. ff. h. nostro tit.
p Vt l. si mulier.
q gl. est sing. in ti. đ alie. feu. pater. in vsi. feud.
r vi. glo. sing. in c. ad audientiam. extr. qđ met. cauf.
s sup. de vi & vi arma. & C. vnde vi. & ex tra. de restit. spol.
t ff. & C. h. tit.
u vt Inn. hoc tta dentem in c. super hoc. de renũ. & Ang. in l. si qs ad se fundũ. C. ad l. Iul. đ vi pub.
x l. si p vim vel metũ. C. h. ti.
y l. si cũ excep. §. si quis. ver. quadruplatur ff. eodem.
z Quod qũo sit intelligendũ, dicã in §. actionum aũt. inf. hoc tit.

tat sibi iusiurandum in litem deferri: si enim petierit, videtur acquiescere iudiciariæ æstimationi in cõmuni rerum vsu faciendæ, vt rectè hic Angelus & Iason colligunt. 21 Quod autem paulò ante dixi, hanc actionem intra annum in quadruplum dari, hoc ita exaudiendum est, si reus metu extortam rem, iudicis arbitrio & iussu non restituerit intra decem dies, vel tempus ad hoc in sententia præfinitum. Nam si hoc fecerit, simplum tantùm præstat, & à pœna tripli liberatur. [Satis enim clementer] (inquit Vlpianus) [cum eo Prætor egit, vt daret ei restituendi facultatem, si vult pœnam euitare.] Atque in hoc hæc actio à reliquis quadruparibus actionibus [a] potissimè differt. 22 Simplum autem & quadruplum simul peti possunt vno atque eodem iudicio, non simpliciter, sed adiecta condictione, [si rem non restituerit iussu & arbitrio iudicis.] Nisi forte propter rei vel personæ qualitatẽ cõmodius videatur, vt in priore iudicio simplum petat, deinde rursus vocatio in ius contumace aduersario, quadruplum exigat. 23 Pari rõne iudex hanc petendi formã secutus, primũ simpli, deinde quadrupli, diuersis [b] sententijs, aut simul vtriusque condemnationem proferre potest, id quod cõis Doctorum calculus probat, dummodo id cum subordinatione fiat; vt sic dicat iudex, [Condemno te, vt restituas rem metu extortã intra decendium actori: quod nisi feceris, condemno te ad [c] quadruplum.] 24 Ad praxin deueniendo, quia hæc actio dupliciter intendi potest, primò impersonaliter, deinde aduersus certam personam, vtraque specie libellum proponemus. Quare si certam personam hoc iudicio conuenias, sic dicendum erit. 25 [Titius anno præsente me vi & metu compulit in constantem virum cadente, vt vineam meam viginti aureis venderem, quam alias non eram venditurus centum; vnde offerendo ei ista viginti, quæ coactus sum accipere, peto eum condemnari & compelli, vt prædictam vineam mihi restituat cum omnibus fructibus, quos percepit, vel quos ego percipere potuissem; & si expediat, peto mihi deferri iuramentum in litem. Quod si intra tempus per vos statuendum restituere distulerit, postulo eum in quadruplum condemnari, &c.] 26 Notanter dixi, [cum omnibus fructibus;] quoniam in hac actione, si res sit eiusmodi, veniunt non solum fructus, quos percipit, sed & quos percipere potuit, qui metum intulit.

27 Alia forma quum impersonaliter experimur. [Eunti mihi [d] nuper ad nuptias fratris, venerunt obuiam ad iugum syluæ Hercyniæ nonnulli armata manu, & iusto metu compulerunt me, vt traderem illis equum meum, vnà cum catena aurea tanti valoris. Et quamuis hi mihi sint incogniti, quia tamen hic Titius præsens fuerat eis coniunctus, sensitque lucrum; ideo peto, &c.]

28 Dispiciamus de altera actione [Actio edicti de calumniatoribus, est [e] personalis; & propriè in eum datur, qui pecuniam acceperit, vt incontinenti alicui in iudicio per calumniam negotium faceret vel non faceret. Personalis est;] quia ex delicto calumniandi in personam nascitur. 26 Dixi, [pecuniam accepit;] quia hic non spectatur exitus, videlicet donec calumnia fiat, & ad effectum perducatur, sed sola voluntas sufficit. 30 Nam ex sola receptione pæcuniæ, etsi calumnia secuta non sit, hæc actio [f] oritur. 31 Pecuniæ autem appellatione hic comprehenditur omne compendium & emolumentum, siue obligatione sit liberatus, siue gratuitò accepit pecuniam vtendam, siue minoris conduxerit emeritue rem, siue alio quocunque modo commodum [g] senserit. 32 Nametsi quis depectus sit, idest, turpiter pactus, cum alioqui nihil pecuniarum acceperit, hoc iudicio [h] tenetur. Addidi, [innocenti.] 33 quoniam si nocens transigendo quicquam daret, ne accusaretur, non esset locus huic [i] actioni. Dixi, [alicui,] simpliciter. 43 quia non distinguitur, siue in pecuniarijs, & ciuilib. causis, siue in publicis criminib. calumnia fiat: vtraque enim specie conceditur hæc actio; tametsi in criminalibus calumniator etiam alijs pœnis obstringatur, puta lege Iulia repetundarũ, & lege Remnia, & [k] similibus. Deinde habet locum hæc actio & si quis alieno nomine, propter aliquod lucrum per calumniam alicui litem [l] moueat. Neque enim refert, [m] Bartolo docente, vtrum actor ipse, vel reus conuentus, an verò procurator, aduocatus, negotiorum gestor, tutor aut curator turpiter acceperit, ante uel post iudicium, quandoquidem omnium par est nequitia. 36 Item aduersus publicanos, idest, telonarios, seu gabellarios (vt barbari vocant) competit, si turpiter versentur, & in teloneis [n] concutiant. Atque etiam aduersus eos, qui turpiter dederunt, aut promiserunt pecuniam; tametsi Prætor expressè id non dixerit, existimans haud dubiè id satis intelligi. 37 Magis enim delinquit, qui pecuniam turpiter dat, quàm qui accipit, cum malefacti eius reum se declaret. Ideoque Minus ille Publianus; [Bis peccat,] inquit, [cum peccanti obsequium accommodas.] Subiunxi, [in iudicio;] quia si extra iudicium pecuniam tibi dedi, ne calumniam mihi inferres, idest, ne me spoliantibus, aut verberares, habet locum actio, quod metus causa, Fabro, Platea, [o] & [p] Accursius adstipulantibus. Adposui, [per calumniam;] 38 quia si aduersarius pecuniam accepisset, ne me accusaret, ne mihi litem moueret, non tamen id per calumniam, sed transigendi animo fecit, cessat hoc iudicium. 29 [Calumniæ] autem verbum, in hoc proposito ad res iudiciarias trahitur, & dicitur alicuius in litibus per fraudem & frustrationem vexatio, siue agatur, siue excipiatur, siue differatur negotium calumniosè: à caluo, caluis, quod est deceptio, frustror. 40 Inde & [calumniatores] dicti sunt, qui per fraudem & frustrationem alios vexant litibus. Calumniæ verò species eleganter [q] Marcellus probat; [Aut enim] inquit, [calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur; Calumniari, est falsa crimina intendere; præuaricari, vera crimina abscondere: tergiuersari, in vniuersum ab accusatione desistere.] Hæc ille. 41 Est ergo prima species calumniæ, si quis falsam causã in-

a Iuxta, §. item actio. infra, hoc tit.
b id quod gl. uoluit. in d. §. item actio.
c Fa. in ar. l. nõ ab re. C. vnde vi. & l. conducto res. C. loc.
d Hoc exemplũ ferè habet in d. l. si cũ exceptione, §. in hac versi. per ignorantiã. ff. qđ met. cau.
e L. 1. in princ. ff. de calum.
f l. & gñaliter §. si igitur. de calumnia.
g l. 1. & 2. & l. quin et cum l. seq. hoc tit. de calum.
h d. l. generaliter § h. edict.
i l. si ab eo. hoc ipso tit.
k Sicut passim ex titulis, de calum. & ad S.C. Turpi. in ff. reperire licet.
l Iuxta d. l. 1. in pr. §. 1. h. tit.
m In dicto loco l. si quis ab alio. §. vlt. h. ti. & l. 1. §. hic titulus. de pub.
o in hoc §.
p gl. in rub. ff. de calum.
q in l. 1. in pr. S.C. Turpi.

intendat in iudicio aduersus innocentem, aut negotium ei faciat. Et cum hæc per corruptionem pecuniariã fit, tunc propriè ad hanc actionem pertinet. Secunda est, si colludens cum aduersario, dissimulet probationes causæ suæ deseruientes, ac ueras: aduersus verò partis falsas uel impertinentes admittat, tunc enim præuaricator dicitur, quasi uaricator, quòd diuersam causam adiuuet, prodita causa sibi commissa. Tertia deniq; est, si quis temerè deserat iudicium in causis ciuilibus, existimans satis iam esse vexatum aduersarium uel si quis in criminalibus, non impetrata solenniter abolitione, id est, sine permissu iudicis desistat ab accusando, nam tunc tergiuersator r dicitur. Et hæ posteriores duæ species pertinent quoque ad hãc actionem, saltem vtiliter, si modò pecunia interuenerit. Subieci, [negotium faceret, &c.] 43 datur enim hæc actio primum illi, qui calumniam passus erit, qui ad hoc locat operam suam pro pecunia, aut alio quouis lucro, ut negotium alteri faciat] Negotium] autem [facere,] hic accipitur, pro calumnioso iudicio aliquem illi uexare: ut apud s Fabium, [Negotium innocenti facit.] Apud Vlpianum t quodam loco negotiũ facere, est accusare. 44 Deinde etiam illi conceditur, qui pecuniam dedit, ne sibi fieret negotium per calumniam aduersus accipientem. In hoc tamen distinguendum est: aut enim tertius aliquis pecuniam alteri dedit, ne mihi fieret calumnia, & tum si me mandante, aut ratum habente factum est, ipse me dedisse intelligor: ideoque mihi competit actio aduersus accipientem, non ei, qui pecuniam dedit: hac enim specie pecunia honestè quidem data est, u turpiter tamen accepta: si uerò tertius sponte, motuque proprio pecuniam dedit pro me (nesciente tamen) ne uexatus in iudicio per calumniam: tunc is ad simplum agit, repetendo id, quod expensuit, ego autem ad quadruplum x pro pœna. 45 Causa istius actionis est, ipsum delictum calũniæ, quemadmodum ex supra dictis constat. 46 In ea autem probare actorem oportet, quòd reus acceperit pecuniã, uel dederit, aut dari iusserit alijs ut negotium faceret. Deinde quòd calumniosè, & animo uexãdi aduersarium acceperit, etsi calumnia secuta non sit. Et quia calumniantis animus difficulter ostendi potest, ideo licitum est y coniecturis & indicijs uti. Indicia autem calumniantis sunt, si causa ob quam denuo agit fuerit inter eum & aduersarium composita, aut si nihil probauerit, uel si à cœpta lite destiterit in criminalibus, & si quæ z sunt coniecturæ similes. 47 Datur autem hæc actio intra annum in quadruplum, post annum in simplum. Annus tamen ab eo die computatur, quo is resciuerit, cui iniuria fuerit structa. In eius uerò persona qui dedit, ne alteri calumnia fieret, à die datæ pecuniæ, si modo experiundi a facultatem habuit. Porrò hæredi hæc actio non permittitur nisi in simplum, ad repetendam eam pecuniam, quam defunctus dedit, ne ipsi negotium fieret. 48 In hæredem uerò calumniatoris cõpetit in id, quod ad eum peruenit. Quamuis enim crimina morte delinquentium extinguantur, turpia tamen lucra etiam ab hæredibus b extorqueri debent. 49 Libelli formula: [Quamuis Sempronius sciuerit mihi nihil secum vnquam negotij fuisse, ex quo iudicium mihi dictaret: ipse tamen accepit à Titio uiginti aureos, ut mihi litem per calumniam inferret. Quare peto pronunciari, reum prædictam pecuniam calumniosè, & contra iuris prohibitionem accepisse, ideoque condemnari, ut mihi quadruplum eius, videlicet octoginta aureos persoluat.]

r l. 1. 2 præuarica. de uer. sig. l. athletas §. calũniato. de his qui no. infam.
s lib. 5. c. 12. l. g iudicio. de ac.
t In l. qui iudicio. ff. de act.
u l. 7. si quis ab alio in princ. de calum.
x d. l. si quis ab alio. iuncta l. & generaliter §. illud, eo. ti.
y l. cum hi quib. §. in persona. de transf.
z l. 1. C. de aduo. di. iud. l. 3. §. diuus. de test. l. 3. C. de ijs q̃ accus. nõ pol. l. 1 & l. si quis ad se, C. ad l. Iul. de vi. & in Nouel. ut lit. in ekor. [illegible] §. si quis autem
a l. annus. d. tit.
b Ait tex. in l. in heredem. § hoc in.

§. Sed furti.

1 *Differunt quinque duplares actiones.*
2 *Actio furti manifesti, & serui corrupti, origine ipsa pœnales sunt.*
3 *Aliæ duplares actiones ex accidenti sunt pœnales.*
4 *Actio legis Aquiliæ, & actio depositi, inficiatione quomodo duplentur, & nu. 5.*
6 *Actio serui corrupti datur hæredi aduersus corrumpentem, in duplum, mox ab initio.*
7 *In lege Aquilia hæres in simplum tantum agit contra damnificantem, sine ratione incrementi.*
8 *Et quæ sit diuersi iuris ratio, & nu. 9.*
10 *Fideiussor damni dati non præstat duplum, & quæ sit ratio.*
11 *Fideiubentes pro malefactore iudicatum solui, pro pœna non tenentur, nisi occasione primæ obligationis.*

Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti à cæteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, a quòd actiones b omnimodo dupli sunt, at illæ, id est, damni iniuriæ ex lege Aquilia, & c interdũ depositi, d inficiatione e duplicantur: in confitentem autem in simplum dantur: Sed illa quæ de ijs com petit, quæ relicta uenerabilibus locis sunt, f non solum inficiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem, vsquequò iussu magistratuum nostrorum conueniatur. In confitentem uerò, & ante quàm iussu magistratuum conueniatur, soluentem, simpli redditur. 1

a Quòd hæ.] *Scilicet, actio furti non manifesti, & actio serui corrupti.* 1
b Omnimodo.] *Id est, ab ipsa origine, & obligationis substantia: ut Zasius interpretatur, & infra latius*

 dicetur.

dicetur. Alij [a] *exponunt, [Omnimodo,] id est indistinctè, siue reus neget, siue fateatur. Idque etiã Vlpianus* [b] *de serui corrupti actione tradit, his verbis: [Hæc actio etiam aduersus fatentem in duplum est: quãuis Aquilia inficiantem duntaxat coerceat]*

a Baro. Ho. & Bald. hic.
b l. doli de seruo corrup.
c vide in §. rei persequendæ sup. c.

c Interdum.] Nempe in quatuor [c] *casibus, vt tumultus, incendij, naufragij. ruinæ.*

d Inficiatione.] Ab initio autem duplum non continent, sed id aliunde accidit, ut statim dicam.

e Duplicantur.] Id est, in duplum conceduntur, accedentibus tamen legitimis probationibus, nec sufficeret iuramentum: veluti si actori damnum petenti, deferret aduersarius iusiurandum, [si possit iurare, se fecisse damnum,] & actor iuret: tum non nisi in simplum condemnatur reus, ac si confessus esset. Atque ita Accursius hic intelligendus est. Ex qua interpretatione colligunt Doctores iusiurandum non esse legitimã probationem: quod an uerum sit, Iason hic post alios abundè examinat.

f Non solum inficiatione.] Sensus est, actio ex testamento pro legatis pijs singulare quidpiam habet: Est enim pœnalis per inficiationem siue negationem, & per nimiam procrastinationem, sicut alibi [d] *docui: ut hic repetitio sit superuacanea.*

d In §. ex maleficiis, ad fi. su. eod.

1 Annectitur hoc loci differentia inter quinq; actiones duplares, scilicet furti manifesti, serui corrupti, item legis Aquiliæ, depositi in quatuor casibus, & legatorum piorum, singulæ enim hæ in duplum condemnationem, siue pœnam habent, diuersimodè tamen. 2 Nam priores quidem duæ actiones origine ipsa pœnales sunt, quia pœna inest furto nec manifesto, & seruo corrupto essentialiter, statim ab initio: 3 posterioribus uerò tribus tantum aduentitiè, & ex accidenti. In legis enim Aquiliæ iudicio ratione primæ & essentialis obligationis simplum, id est, æstimatio rei tantum uenit. 4 Quod si damnificans inficietur, & neget se damnum dedisse, tum demum conuictus in iudicio, in duplum condemnatur, propter inficiationẽ. Sic quoq; in actione pro legatis pijs, tantummodo res ipsa, legati nomine relicta, præstanda est, & sit simplũ. Sed si hæres negauerit legatum, eiusue solutionem sine causa distulerit, tunc ex hoc accidenti in duplũ fiet condemnatio. 5 Paria dices de depositi iudicio in quatuor speciebus, scilicet incendij, ruinæ, [e] *naufragij, tumultus. Et hic est natiuus huius literæ sensus. Neq; verò existimes ociosum hoc esse discrimẽ, quoniã aliqua ex eo notatu digna elici colligique possunt. 6 Primũ n. hinc discimus, actionem serui corrupti concedi hæredi aduersus corrumpentẽ, ad pœnã dupli mox ab initio, ita ut hæres eius, cuius seruus corruptus est, rõne primæ obligationis à corrumpente duplum petere possit: idq;* [f] *lege expressum habetur. 7 In lege uerò Aquilia, hæres contra damnificantẽ in simplũ tantũ aget, sine ratione incrementi, id est dupli, quod alias crescere poterat propter inficiationem, hoc est, tametsi is, qui damnum dedit, mendacij cõuincatur, hæres tamen non nisi simplum consequitur. 8 Diuersi iuris rationem Accursius ait esse, quod prior quidem actio mox à principio, & ex natura primæ obligationis competat; dupli uerò incrementum in lege Aquilia non ab ipsa origine, uel obligationis substantia, sed ex accidenti, & quodã euentu ueniat. 9 Sed nec hoc satis est, nisi etiam causa adferatur, quare ex primordio duplum ueniat, & non ex accidenti. Zasius* [g] *non subtiliter, & nouè: [Quoniam duplum,] inquit, [in actione serui corrupti, cùm ex damno & in pœnam corruptionis ab initio competat, hæreditarium est & in hæreditate inuenitur: qua propter ad hæredẽ* [h] *protenditur. Sed in lege Aquilia duplum non immediatè, seu ab initio ex damno dato uenit, sed in pœnam aduersarij negantis* [i] *emergit: unde non potest dici hæreditarium] Reus enim defuncto nondum conuentus, nihil negare potuit; quod si is ab hærede conueniatur, & neget, ideo non est locus pœnæ dupli, quia defunctus decesserat, priusquam ipsi ius eius pœnæ quæreretur. Quapropter sicut in hæreditate dupli pœna nõ inuenitur, ita ab hærede non petitur. 10 Deinde ex supradicta differentia inferunt interpretes, fideiussorem damni dati non præstare duplum, cum id non sit ex prima natura & conditione obligationis, sed ex nouo rei conuenti delicto. Aequum autem non est, fideiussores in pœnam, uel mulctam, quam non spoponderunt, puniri, inquit* [k] *Paulus. 11 Sic quoque fideiubẽtes pro malefactore, siue homine facinoroso de iudicato soluendo pro pœna, quæ illi ratione patrati maleficij irroganda esset, non tenentur, nisi occasione primæ obligationis. Nam etsi iste malefactor in pœnam uel contumaciæ, uel negationis incideret, quia iste ex accidenti ueniunt, fideiussores non* [l] *obstrigerentur.*

e d. §. rei persequendæ. uers. planæ. su. eo. hoc tit.
f text. in l. hæc actio, de ser. cor.
g Tum hic, tũ in suis itelle. fol. 87. uersic. cur actio hæreditaria.
h d. l. hæc actio. in prin.
i l. contra negãtem. C. de l. Aquilia.
k l. fideiuss. magistratuũ. de fideiuss.
l Est text. pulcre in l. 1. & ibi Bart. ff. de in lit. iurand.

§. Item actio.

1. 2 *Actio quod metus causa, differt à cæteris quadruplaribus actionibus: quod in ea quis restituendo rem metu extortam, liberatur à pœna, in alijs uerò pœna statim debetur.*

3 *Actio quod metus causa, est arbitraria.*

Item actio de eo, quod metus causa factum sit, à cæteris, de quibus simul locuti sumus eo differt: *a* quod eius natura tacitè continetur, ut *b* qui iudicis *c* iussu ipsam rem actori *d* restituat, absoluatur, quod in *e* cæteris casibus non est ita, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur: quod est & in furti manifesti actione

1 Discrimen] subiungit Iustinianus, inter actionem [quod metus causa,] & reliquas actiones in quadruplum competẽtes. Illa enim id proprij habet, ut si is, qui metum intulit, rem metu extortam iudicis iussu &

arbitrio restituunt intra tempus ad hoc sententiã præscriptum, reus absoluatur, liberetur que à pęna quadru-pli: id quod [a] supra etiam in enarratione huius actionis vbertim ostendi, & [b] infrà etiam aliquid de hoc amplius dicam. 2 In alijs verò quadruplaribus iudicijs diuersum obtinet, quia illę omnimodo, id est, indistinctè quadruplę condẽnationẽ postulãt, & si quis restituat rem, pęnã tamẽ quadrupli nõ euitat.

a in §. quadrupli.
b In §. præterea. hoc nostra tit.

a Quod eius natura.] *Id est actio, quod metus causa, id natura habet.*

b Qui] *Subaudi, reus hac actione conuentus.*

c Iussu.] *Id est arbitrio, siue interlocutione iudicis, sententiam diffinitiuam antecedente, ut alibi* [c] *latius. 3 Est enim [arbitraria] hæc actio, id est, eius naturæ, ut in ea iudex, priusquam causam diffiniat, arbitretur interloquendo, rem restitui debere, &c. Sic Vlpianus,* [d] *[Hæc,] inquit, [actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam ab arbitrio dato vsque ad sententiam restitutionem rei facere: quod si non fecerit, iure, meritoque quadrupli condemnationem patietur.]*

c d. §. præterea.
d l. si cum exceptio, quod metus causa.

d Restituat.] *Scilicet in pristinum locum, ut si traditam rem sibi per metum, vel dolum retradat, vel accepto ferat promissum, vel quod acceptilatum sit, iterum promittat, &c.*

e In cæteris casibus non est ita.] *Id est in alijs actionibus, quadruplaribus, ea enim indistinctè, & mox ab initio quadrupli condemnationem inferunt.*

§. Actionum autem.

1 *Vtilitas huius §.*
2 *Diuisio actionum sumpta penes causam substantificam.*
3.5 *Verbum, bona fides, variè accipi.*
4 *In omnibus negotijs bona fides exigitur.*
6 7.8 *Actiones bonæ fidei cur sic dictæ: Item de iure stricto, subtili, summo.*
9.10 *De origine horum iudiciorum; & nume. 11.*
12 13 *Actiones bonæ fidei largioris sunt iuris, quam actiones strictæ.*
14 *Hanc actionum diuisionem ex speciebus inter se directè oppositis constare.*
15 *Actiones in hoc § relatæ omnes sunt bonæ fidei, tam directa, quàm contraria.*
16 *Cæteræ actiones hic non recensitæ stricti iuris sunt.*
17 *Actio præscriptis verbis, in duobus tantum casibus est bonæ fidei.*
18 *Quæ actiones hoc in § explicandæ veniant.*
19 *Differentiæ inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris.*
20 *In contractibus bonæ fidei, si dolus dat causam contractui, eum iure vitiat.*
21 *Quando dolus det causam contractui.*
22 *In stricti iuris contractibus, dolus dans causam contractui, non uitiat ipso iure.*
23 *Quid intersit, an contractus ipso iure, vel ope exceptionis infirmetur.*
24 *In bo. fid. iudicijs dolus incidens non uitiat, sed damnum sarcitur per actionem ex contractu.*
25 *In bo fid contractibus ex mora vsuræ debentur: secus in persecutionib. stricti iuris.*
26 *In iudicijs bo fid. veniunt fructus à tempore moræ: in stricti iuris distinguitur, &c.*
27 *In bonæ fidei iudicijs etiam non dicta, nec cogitata ueniunt: secus in strictis iudicijs.*
28.29 *Vtrunque probatur per exempla.*
30 *In actionibus bonæ fidei, vbi quis in diem, vel sub conditione tenetur, potest conueniri ad præstandam cautionem: secus in strictis iudicijs*
31 *In bo. fid. persecutionibus iuratur in litem: in stricti iuris non item.*
32 *Quid sit in litem iurare.*
33 *Iuramentum affectionis, & in litem, sunt idem.*
34 *Solus iudex defert iuramentum in litem.*
35 *In iudicijs bo. fid. restituens rem sine precio deteriorationis, non liberatur à prima actione: secus in strictis persecutionibus.*
36 *In contractibus bo. fidei, simplex promissio sufficit: in stricti uerò iuris, semper requiritur sufficiens cautio.*
37 *Tum in bo fid. quam in strictis iudicijs tenetur quis præcisè ad dandum, nec liberatur præstando interesse, contra Accursium.*
38 *Verbum, Gerere, explicatur.*
39 *Quatuor modis geri negotium alienum.*
40 *Differentia inter gestionem, & mandatum.*
41 *Actio negotiorum gestorum diffinitur.*
42 *Eum esse personalem, quasi ex contractu.*
43 *Quibus detur hæc actio.*

Vt actio-

44 *Vt actioni neg gest. locus sit, requiritur aliquem sponte gessisse.*
45 *In eadem actione absentia domini requiritur.*
46 *Negotiorum gesto, substituere potest.*
47 *Quomodo ex una negotiorum gestione diuersæ personæ diuersas acquirant actiones.*
48 *Actio neg. gest. & directò, & utiliter competit.*
49 *Quid persequamur hac actione.*
50 *Quando competats.*
41 *Actio neg. gest. directa, & contraria.*
52 *Cui detur contraria neg. gest. actio.*
53 *Sufficit rem cœptam esse, utiliter geri, etiamsi deinde malè succedat.*
54 *Quid præstet negotiorum gestor.*
55 *In actione neg. gest. directa quid probandum.*
56 *Quid in contraria neg. gest. actione docendum.*
57 *Praxis in directa.*
58 *Praxis in contraria.*
59 *Actio tutelæ diffinitur.*
60 *Eam esse personalem, & ciuilem.*
61 *Aduersus quos competat.*
62 *Qui tutores hac actione teneantur.*
63 *Ante finitam tutelam, tutelę iudicio agi non potest.*
64 *Ad quid agatur actione tutelæ.*
65 *Tutor mox inuentarium conscribere debet, postquam est constitutus.*
66 *Quid ueniat in hanc actionem.*
67 *Actio tutelæ, & directa est, & contraria.*
68 *Contraria tutelæ actio explicatur.*
69 *Praxis in directa tutelę actione.*
70 *Minor natu regulariter non potest per se esse in iudicio.*
71 *Actio pro tutelæ declaratur, tam directa, quàm contraria.*
72 *Actio pignoratitia directa exponitur.*
73 *Quod sit personalis, & ciuilis.*
74 *Cui competat, & aduersus quem.*
75 *Ad quid detur.*
76 *Pignus, & hypotheca in quo differant.*
77 *Ante solutionem totius debiti, hæc actio non oritur; fallit,*
78 *Quando censeatur satisfactum esse.*
80 *Ius offerendi.*
81 *An iuri offerendi triginta annis præscribatur.*
82 *Quæ sint probanda in hac actione.*
83 *Solutio quibus modis doceri possit.*
84 *Formula huius pignoratitiæ actionis directæ.*
85 *Explicatio pignoratitiæ contrariæ.*
86 *Libelli forma in contraria.*
87 *Quando recurramus ad actiones præscriptis verbis, & in factum.*
88 *Actione in factum, & præscriptis verbis, quomodo discernendę.*
89 *Præscribere quid sit.*
90 *Contractus innominati qui dicantur.*
91 *Ex tribus contractibus innominatis datur actio præscriptis uerbis.*
92 *Actiones præscriptis uerbis in genere.*
93 *Actio præscriptis verbis æstimatoria diffinitur.*
94 *Quid sit personalis.*
95 *Cui concedatur hæc actio.*
96 *Res, quę alicui datur, æstimatur dupliciter.*
97 *Res æstimatæ interitus ad quem spectet: per distinctionem explicatur.*
98 *Ad quid detur actio æstimatoria.*
99 *Formula huius actionis.*
100 *Actio præscriptis verbis ex permutatione diffinitur.*
101 *Quid sit personalis.*
102 *Quare contractus permutationis dicatur innominatus.*
103 *Permutationis verbum omnes contractus continet.*

Quare

104 *Quare in Pandectis inscribatur titulus de rerum permutatione.*
105 *Permutatio differt à contractu, do vt des.*
106 *Permutio non parit actionem, nisi rei interuentu vestiatur.*
107 *Quoties vnum venit ad implementum alterius, non agitur ex implente, sed ex impleto: & si res aliena detur, permutatio non est.*
108 *Cui detur actio ex permutatione.*
109 *Verbum, dare, non semper dominij translationem importat.*
110 *Verba, accipere, tradere, recipere, suscipere.*
111 *Ad quid competat hæc actio.*
112 *Libellus in hac actione.*
113 *Petitio hæreditatis est insignis actio; alias Centumuiralis dicta.*
114 *Definitio petitionis hæreditatis.*
115 *Petitio hæreditatis est actio mixta.*
116 *Hæres & bonorum possessor differunt.*
117 *Hanc actionem hæredis hęredi dari.*
118 *Aduersus quos detur petitio hæreditatis.*
119 *Quis dicatur pro hęrede possidere.*
120 *Pro possessore quis possidere dicatur.*
121 *Petitio hæreditatis non datur aduersus titulo possidentem.*
122 *Et quæ sit eius doctrinæ ratio.*
123 *Casus, in quibus petitio hæred. datur contra titulo possidentem.*
124 *Petitio hæred. est directa & vtilis.*
125 *Etiam dolo possidere desinens, hac actione tenetur.*
126 *Petitio hæreditatis ex iure eius, qui petit, formanda.*
127 *Petitio hæred. datur etiam ad partem hæreditatis.*
128 *Quę veniant in petitione hæreditatis.*
129 *Hęreditas, & augmentum recipit & diminutionem.*
130 *Quis bona fide possideat hæreditatem.*
131 *Quis possideat hæreditatem mala fide.*
132 *Hæreditatem mala fide possidens, ad omneis fructus tenetur.*
133 *Bona autem fide possidens, non vltra, quam locupletior est factus, tenetur.*
134 *Quid in petitione hæred. ex parte actoris requiratur, & quid ex parte rei.*
135 *Quæ sint necessaria, vt petit. hæred. exerceri possit.*
136 *Petitio hæreditatis ante aditam hæreditatem non datur.*
137 *In petitione hæred. sufficit probatio solius tituli, nec oportet specificare res hæreditarias.*
138 *Forma petitionis hæreditatis.*
139 *In petione hæreditatis possessor rogatus de qualitate possessionis, eam declarare tenetur.*

Actionum autem quędam *a* bonæ fidei sunt, quædam *b* stricti iuris. Bonę fidei *c* sunt hæ; ex empto, vendito, locato, conducto, *d* negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio: *e* tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, *f* præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea quæ de permutatione competit, & *g* hæreditatis petitio. Quamuis enim vsque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio esset, an non; *h* nostra tamen constitutio apertè eam esse bonæ fidei deposuit.

Hic] 1 *§. præter cęteros exactam & diligentem meretur enarrationem, partim quia est omnium vtilissimus, partim quia summam seu compendium fere contractuum & actionũ comprehendit.* 2 *Ponitur autem in eo quinta principalis actionum diuisio, sumpto penes causam substantificam, vt Angelus nuncupat, hoc est, diuisio ista respicit intrinsecas qualitates, quæ simul cum actione producuntur, ideoque substantificæ dicuntur. Nam intrinseca qualitas velut essentiã rei exhibet, & ita aliquæ actiones sunt bonæfidei, aliquæ stricti* [a] *iuris.* 3 *Quod vt intelligas, inprimis admonendi sumus, verbũ hoc,* [Bona fides,] *varias habere acceptiones, eoq; interdũ significari, quicquid à dolo, fraude, calliditate alienum est: quo sensu nos bonã fidem* [b] *præstare, bona fide* [c] *possidere, negotium bona fide* [d] *contractũ, rem bona fide venditã dicimus.* 4 *Rectissimè ergo dictũ est, in omni negotio contrabendo bonã fidẽ necessariam* [e] *esse, cum ob omni contractu dolus malus abesse debeat. Sed ita hic non accipitur. Nonnunq̃ & pro eo vsurpatur* [Bona fides, *quod Græci* τὴν ἐπιείκειαν *& Aristotiles* [f] τὸ ἐπιεικὲς *vocant, nos bonũ & æquum dicimus. Vnde verbum,* ἐπιεικίζειν *apud antiquos, significat, ex bona fide, siue ex bono & æquo statuere, arbitrari, cẽsere, æstimare vt Budæus* [g] *declarat. Neque infrequẽs est iurisconsultis* [h] *acceptio. Hinc ẽt illa fideiussionis formula*

apud

a Sic Zas. declarat in ru. sup. de actionib.
b l. 68. si cum fundum. de contr. empt.
c l. bonę fidei. 109. ff ver. sig.
d l. 54. res bona. de contr. empt. & l. vbi. de rebus dub.
e l. bonam fidẽ C. de action.
f lib. 5 Ethic.
g l. 1. de iustit. & iur.
h Vt l. bona fides depositi. l. ex maleficio. de act. & obl. l. si mandauero. §. Iulianus. mandati. & l. 2. §. vlt. de præscrip. verb.

apud Paulum. [i] [*In quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua esse iubes?* 6 *Sic ergo & in nostro proposito Iustinianus actiones quasdam bonæ fidei esse dicit, quoniã in his alter alteri obligatur de eo, quod alterum altiri ex bona fide, idest, ex bono & æquo præstare oportet; cum contra in stricti iuris iudicijs nihil veniat, nec quicq̃ possit idex, nisi quateuus nominatim cõuentum est.* 7 [*Strictũ*] *enim* [*ius*] *significat ius prædurum, exactum, rigoris plenum, & propemodũ iniquum.* [k] *Opposuerunt quippe iuris autores strictu ius, æquitati* [l] *Illud quandoq; Iurisconsulti* [*ius subtile*] *dixerunt; reliqui verò autores* [*ius summũ,*] *nempe cum de verbis tantum cõtenditur, neq; spectatur, quid senserit, qui scripsit, aut qui locutus est. Aristotiles* ἀκριβοδίκαιον *nuncupat.* 9 *Cæterum vnde tantũ sit primũ hoc iudiciorũ discrimen, eleganter (vt omnia) Francisc. Duar.* [m] *tradidit. Olim enim Romæ Prætores, qui priuatis causis dijudicandis operam non dabant, litigatoribus iudices petentibus dare solebãt Recuperatores cum quadam formula.* 10 *Ac iudicijs quibusdam angustis admodum strictisq; finibus iudicium potestatem includebant, ne recederent à præscripto, aut aliud, quàm nominatim inter contrahentes conuenißet, sequerentur, tametsi forte id æquum esse iudicarent. Eam itaque ob causam actiones stricti iuris siue stricta iudicia vocabantur:* 11 *In alijs autem iudicis multò laxiorem, liberioremq; potestatem formulę Prætoris tribuebant iudicibus; vt ecce in eo contractu, quẽ veteres* [*Fiduciam*] *nominabant, vsitata erat hæc formula: vt,* [*Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.*] *In rei vxoriæ actione,* [*Quod æquius melius;*] *cuius non solũ* [n] *Cicero, sed etiam* [o] *Proculus & Iaboleuus Iurisconsulti meminerunt. In emptione, venditione, locatione, conductione, & quibusdã alijs contractib.* [*Ex bona fide,*] *formulæ adscribebantur: idq; Ciceronis locus in Topicis ad Trebatium ostendit.* [*In omnibus,*] *inquit,* [*ijs iudicijs, in quib. ex bona fide est additum, plurimus causarum vsus est:*] *idest, vt Boëtius interpretatur, in quib. ita iudices dantur, vt non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem quærant. Habes ex veritate, vnde bonæ fidei, strictique iuris actiones denominationẽ acceperint, quæ in aliorum interpretum commentarijs haud reperies.*

12 *Sunt ergo* [*bonæ fidei actiones*] *remissioris & largioris iuris, ac ex æquitate pendentes: non quod vlla sit actio malæ fidei, quoniã in omnib negotijs, siue contractibus bona fides requiritur, cum nemini certe ex nequitia sua actionẽ dandum esse, lex* [p] *permittat; sed ideo quod iudex in cognitione põt habere rõnem earũ quoq; rerum, quarũ inter contrahentes nulla facta æstimatio, si forte animaduertat, litigatores inuicẽ alterum alteri ex bono &* [q] *æquo aliquid dare, facere oportere.* 13 *Stricti verò iuris actiones, sunt minus exuberantes, non habent adeò largã & abundantẽ in his interpretationẽ iudices: nihil enim amplius in his cognoscunt & pronunciant, quàm quod nominatim & expressè inter contrahentes conuentum est. In his nihil suppletur vel additur, nihil etiam demitur, stant sicut* [r] *truncus sterilis, sicut progressus huius §. latius ostendet.* 14 *Atque hunc in modum si diuisionem hanc acceperis, intelliges eam non modò quod ad effectum attinet, sed etiam quo ad verba ipsa, ex speciebus inter se directè oppositis constatam esse: cessabuntque cauillationes Interpretum, quæ hic mox à fronte obijciuntur.*

a *Bonæ fidei.*] *Idest, habent largam & amplam interpretationem ex bono & ęquo: nam in ijs iudex liberam habet potestatem iudicandi, quod sibi bonum, æquumque visum fuerit: quanquam de eo nihil a contrahentibus dictum est.*

b *Stricti iuris.*] *Hoc est, in quibusdam actionib strictis finibus iudicis potestas includitur, vt fas ei non sit tam plenam & abundantem facere interpretationem. Nam in effectu hoc voluit dixisse Iustinianus, actionum quædam sunt largioris & plenioris, quædã verò angustioris & strictioris efficaciæ atque iuris.*

c *Sunt hæ.*] *Scilicet quæ hic referuntur in textu.* 15 *Enumerat autem Imperator viginti actiones bonæ fidei, si modò directas iuxtà ac contrarias computes. Sed cur hæ potius quàm alię, bonæ fidei censentur?* [*quoniam*] *(vt Cicero* [s] *ait)* [*ijs humanæ vitæ societas potissimum continetur.*] *Sed iam obijci potest; Quæ igitur actiones sunt stricti iuris? quia de his ne verbũ quidem subuectitur.* 16 *Doctores existimant, omneis actiones hic non recensitás nominatim sub bonæ fidei iudicijs, esse stricti iuris, ducto argumento ab enumeratione sufficienti. Unde pro dogmate generali obseruandum tradunt: Hæc actio stricti iuris est, quia inter bonæ fidei non numeratur.*

d *Negotiorum gestorum*] *Et hæ quidem actiones (vt dixi) non solum prout sunt dictæ, sed etiam, prout sunt contrariæ, hic intelliguntur. Sunt autem actiones hic enumeratæ omnes directæ, exceptis sex, quæ sunt directę & contrariæ; vt sunt actiones mandati, commodati, depositi, pignoratitia, tutelę, & negotiorum gestorum.*

e *Tutelę.*] *Vel etiam protutelę*

f *Præscritis verbis.*] 17 *Hęc actio in duobus tantum casib. est bonę fidei, scilicet quando pro ęstimato, & quando ex permutatione competit; in alijs verò semper est stricti iuris. Diuersitatis ea est ratio, quia in prędictis duabus specicbus hęc actio magnam habet cognationem & affinitatem cum contractu emptionis & venditionis, item & locationis &* [t] *conductionis; quare ad earum similitudinem inductum est, ut his tantum casibus bonæ fidei diceretur. Ho. . tamen hic contra sentit, existimans tres alias* [u] *species,* [*Do ut facias, facio vt des, & facio vt facias,*] *non esse ab hoc bonæ fidei numero excludendas, neque Imperatoris verba hic ita constringi debere, vt ad duas sequentes tantummodo referantur.*

g *Hæreditatis petitio.*] *Siue tota hæreditas, siue part tantũ petatur; vt cunque Faber* [x] *& Iason, quãdo pro*

i l. 1. de iust. & iu.
k Bud. d. l. 1.
l l. 2. item Var' de aqua plu. arcen. & l. in his de cond. & demon.
m In sus cõmẽ. de in litem iurando.
n Cic. lib. 3. de Offic.
o l. si cum Cornelius. de sol. & l. penul. ff. sol. matr.
p l. bonam fidem. C. de act. & obl.
q Vt in §. nostra & in l. 1. consensu. ad fin. de actin. & oblig.
r l. 7. quia tantum dẽ. ff. ne go. gest.
s Lib. 3. Offic.
t l. 1. in prin. de æstima. act. & l. 1. in prin. de rer. permut.
u De qui. in l. 5. naturalis. § prescri. verb.
x Vterque hic.

do pro re particulari competit, eam stricti iuris esse putauerint sed illis Gomesius [y] & Loriotus [z] satis respondent. Porrò non tantum ciuilis, sed etiam possessoria, & fideicommissaria hæreditatis petitio bonæ fidei iudicijs connumerari debet; cùm hæc iudicia omnino similia sunt. [a]

b Nostra autem constitutio.] Quæ lib. 3. Codic. ti. 31. adhuc extat. [b] Cur autem antiqui de petitione hæreditatis, bonæ fidei necne esset, dubitarint? Loriotus, [c] reiecta Fabri, & Iasonis ratione, velut non tuta, pulchrè explicat. 18 Tametsi plures hic actiones referuntur, eas tamen solum enarrare constitui, quæ in superioribus §§ non sunt explicitæ; ut est actio negotiorum gestorum, tutelæ, pignoratitia, præscriptis verbis æstimatoria, & ex permutatione, item petitio hæreditatis.

19 Quia uerò.] plerasq. hic differentias apprime utiles inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris Accursius colligit, quæ in uniuersum omnes contractus, & persecutiones respiciunt: eas ante oĩa sigillatim discutere opera precium fuerit. quo facto, tum ad prædictarum actionum specialem explanationem manum admoliemur. [Prima differentia] 20 In contractibus bonæ fidei dolus dans causam contractui, eum ipso iure vitiare solet, & deceptus re existente integra non tenebitur ad perficiendum; re autem non integra (vt quia traditio, vel aliud secutum est) actio doli cõpetet ad restituendã rem traditã, & ad rescindendum contractum, quatenus de facto [d] processit. 21 Tunc autem dolus causam contractui dare dicitur, quando aliqs dolo inducitur, ut ineat contractum aliquẽ bonæ fidei, quẽ alias non erat initurus: puta vt vendat rem, quæ alias non erat venalis futura. 22 In stricti verò iuris contractibus contractus ipso iure [e] tenet, datur tamẽ exceptio doli [f] aduersus agentẽ: & si decepto non potest consuli per exceptionẽ, quia iam tradidit, vel alias contractũ perfecit; actio doli [g] conceditur. 23 Effectus autem, an contractus ipso iure infirmetur, vel ope exceptionis, non est leuis, quia si ipso iure, tum etsi per aduersarium non opponatur, sufficit tamen, vt de eo iudici quoquo modo constet, obligabitur enim agentẽ ex officio repellere, & si ulterius progrederetur, processus esset iure nullus. Secus si ope exceptionis, quia oportet vt in iudicio nominatim, & expresse obijciatur, alias iudicium ualebit. 24 [Secunda:] In bonæ fidei iudicijs, si dolus non det cãm contractui, sed incidat solũ; contractus iure quidẽ firmus est, sed damnum sarcitur, & reponitur per actionem ex eo contractu pp dolũ: ut si quis alias fuerat uenditurus rem suam, & circumscribitur, ut minoris [h] vendat. Secus in stricti iuris contractib. nã etsi dolus incidat, uitiũ tamẽ non emendatur per contractũ, sed eliditur, vel dissoluitur per actionem, vel exceptionem doli: 25 [Tertia] differentia est; In bonæ fidei contractib. vsuras à tpe moræ esse præstãdas: q̃ primũ alter contrahentiũ differt facere id, quod debet, ad usuras tenebitur. Quid autem sit mora, quique eius effectus, [i] Accursius in Pandectis eleganter pertractat. In stricti verò iuris persecutionibus non ueniunt vsuræ ex mora citra uinculum stipulationis, etiam post litem contestatam. [k] Nec obstat, q̃ Paulus ait, [lite contestata usuras currere:] id enim ad bonæ fidei contractus rectè ab Accursio coarctari vulgò probatum est. Prædictum tamen dogma cessat in legatis, & fideicommissis, quorum usura vel à tempore [m] moræ, vel si prius nulla fuerit mora, à litis contestatione [n] dentur. 26 [Quarta,] In iudicijs bonæ fidei sp veniunt fructus à tẽpore moræ. Sed in stricti iuris actionib distinguitur, vtrum petã rem, quæ nunq̃ fuit mea, sed mihi est debita, & tunc fructus ex litis contestatæ tempore [o] restituuntur, post quod tempus omnes, qui uel percepti sunt, vel percipi potuerunt, præstare oportet. [p] An uerò fructus eius rei petã, quæ mea [q] fuit; & tum illi solum ex mora debentur, qui percepti fuerunt, si reus bona fide possideret: [r] alias omnes restituet, [s] quos agens percipere potuit. [t] Eos enim reus pcipere potuisse dicitur, [u] & non secundum rei, sed actoris industriã, qua fructus percipi potuisset, faciẽda est æstimatio. [x] 27 [Quinta:] In actionib. bonæ fidei veniũt ea, q̃ neq. dicta, neq. cogitata sũt, in strictis verò iudicijs ea tantũ dẽtur, q̃ per contrahẽtes expssa sunt, aut verisimiliter cogitari poterãt. 28 Pro priori Themate confirmãdo allegat Accursius [y] Ulpiani responsum, in quo tamẽ exẽplũ ex professo contrariũ [z] ponitur, uidelicet qd ruta cæsa nõ ueniant domo uẽdita, nisi sint nominatim dicta, quare alio opus est exemplo ad illud firmandum. In cõtractu emptionis, vel alio consimili bonæ fidei, q̃uis paciscentes nihil dixerint, vel cogitarint, ẽt de usuris à tpe moræ præstandis, hæ tamen [a] veniũt. Item si uinum uenditur, ut ad certã diem auehatur, & emptor illud ad p̃stitum diẽ nõ auehat, pt venditor illud [b] effundere, etsi de hoc ne cogitatũ quidẽ fuerit. Habes multa alia exempla passim [c] in legibus. 29 Posterius thema probatur ex regula, quæ dicit pro expsso [d] haberi, quod verisimiliter expssum fuisset, si de eo cogitaretur. Verbi gratia. Si equus mihi promitteretur per stipulationẽ, & sic per contractũ stricti iuris, iã veniet quoque ephippium, & capistrum, non aliter atq. in bonæ fidei iudicio. Itẽ si promitteretur equus cũ ornamentis equestrib. perinde deberentur oĩa ornamenta, quæ habet equus, ac si eum bis [e] venditus esset. 30 [Sexta:] In bo. fid. iudicijs condõnalem debitorẽ, vel in diem, persoluendi debiti cautionem præstare [f] oportet. sed non in strictis actionib. nisi & iusta [g] causa, eaque post celebratum contractum [h] interuenerit. Quæ enim causa præcessit contractũ, quamuis iustissima esset, pro iusta minimè (quod ad hãc cautionem attinet) [i] habetur: sed ex superueniente causa in omni, [k]

contra-

y In hoc §.
z Tract. de acti. axiom. 53.
a l. 2. ff pos. her. pet. l. 2. de fidei com. her. pet.
b l. vlt. C. de pet. hered.
c In d. trac. acti. axio. 53. & uide et Host. hic.
d Et hic est germanus intellectꝰ, l. elegãter. ff. de dol. mal.
e l. quicquid. de ver. obl.
f l. dolo. C. de inuti. stip.
g gl. est in d. l. & elegãter. i ver. si in hoc ipso. Bar. i l. si quis. cum aliter. de ver. obl.
h l. si qs affirmauerit. de dol. mal. & l. Iulianus §. si venditor. de ac. em.
i d. l. mora. i pr. & Loriot. i tr. de mora. i Apicibus iuris.
K tex i l. 1. & ibi gl. singul. C. de cond. inde. & i l. 1. C. de vsur.
l Io l. lite. ff. de vsur.
m l. si qs seruo. de leg. 2.
n l. 1. C. de usuris, & fruct. rei leg.
o l. videamus. 2. §. si actionem. de usuris.
p l. cum fundus. in pr. si cer. pe.
q l. Iulianus. de rei uend.
r l. si fundum, cũ gl de rei vend.
s l. domum. C. de rei uend.
t l. si nauis. §. vl. de rei vend.
u d. l. domũ. & l. C. de pet. he.
x l. 3. i pr. ad valvide, in de hac re latius. Loriot. in tract. de mora. & fruct.
y In l. fundi. §. si suta. ff. de acti. emp.
z Zasius hic.

a l. mora §. in bonæ fidei. ff. de usur. b l. 1. in fi. ff. de peric. & com. rei uend. c In l. Titius. in fi. ff. de act. emp. & p discussum. C. de ædil. edi. d Quam qui. ample Clau. de Sile. ter itas in l. mulier §. Brasidas. ff. ad Trebel. e l. ædiles. 3. ff. de ædil. edict. Bar. in l. cum qui. §. non solum. ff de fur. Zas. f l in omnibus. de iudicijs. g l. si creditores. de priuilegijs creditorum. h l. si arbit. ver. vlt. qui satisd. cog. i l. 3. in fin. de fideius. k l. creditor. de separ.

contractu, & in stipulatione quoq; cautio hæc præstanda l erit. 31 [Septima,] in bonæ fidei iudicijs in litē iurari solet, scilicet ad dolum, & contumaciā non m restituentis, secus est in persecutionib. stricti iuris, nisi fortè ex cā legitima id fieret, vtpote si iudex rem non extantem aliter æstimare n non possit. 32 [In litem] āt [iurare,] est per religionē iusiurādi declarare, quanti æstimetur tota res cōtrouersia ab actore: sequitur enim iudex in hoc iuramento affectū actoris, secundum quē definiat totā litem, ut sic excrescat condemnatio vltra uerum rerum pcium, ad puniendā fraudem, & contumaciā non o restituentis. 33 Hinc alias in litem,] alias [affectionis] iuramentum dicitur, in quo non hoc consideratur, vtrū in ueritate tanti intersit actoris, sed an actor tāti rem æstimauerit. Si tamen iudex aīaduertat, nimis vehementem esse actoris affectum, pt & dēt modum iuramento pscribere, ut intra certā quātitatem iuretur, vel conceptæ per actorem æstimationi, anteq̄ iuret, taxationem adijcere: aut deniq; post iuramentum taxare: imò ptātem habet, iuramentum iam præstitum non sequi, sed uel prorsus absoluere rerum conuentum, vel etiam minoris condemnare, q̄ iuratum est, ex magna causa, & postea repertis probationib. 34 Cæterum solus iudex tale iuramentum deferre pt, idemque si hoc magis expedire existimet, oīno p denegare. 35 [Octaua,] In iudicijs bonæ fidei restituens rem, nisi precium deteriorationis simul reddatur, non liberatur à prima actione. Res enim reddita non dicitur, quæ deterior facta q redditur. Secus in strictis actionibus. Sufficit enim rem esse restitutam, etsi sit facta deterior, post tamen læsus precium deteriorationis iudicialiter consequi, vt hic Ias. ex veritate docet. 36 [Nona;] In bonæ fidei persecutionib. quotiescunque cauendum est, non aliter exigi potest sufficiens cautio, id est. fideiussoria, vel pignoratitia, q̄ si aduersarius non difficulter eā pstare possit, alioqui simplex promissio, vel certè iuratoria cautio sufficiet. In strictis verò iudicijs si cauendum est. semper requiritur r sufficiens cautio Accursius adhuc aliā subiungit differentiam, videlicet quod in contractib stricti iuris, teneatur quis pcisè ad dandū, in contractib. verò bonæ fidei liberetur quis pstando interesse. 37 Hanc tamē Doctores communi calculo reprehendunt, & penè sine controuersia est, tā in bonæ fidei, quā stricti iuris cotractib. obligationem ad dandum nō eximi, soluendo interesse, exceptis contractibus innominatis, id quod ipse etiam Accursius f alibi sensit. Vbi autem rem tradi, vel fieri est in obligatione, tunc succedit interesse. Rōnes multas t Bar. ponit. Porrò traduntur etiā u aliæ inter utraque iudicia differentiæ: sed nos potiores prosequi maluimus. Discussis itaq; obiter inter utraq. iudicia differentijs: ad actionum hoc loci enumeratarum declarationem accingamur, primò actionem [negotiorum, gestorum] explicemus. 38 Cum autem hoc uerbum [Gerere] multis modis x accipiatur, in hoc proposito pro administrare sumitur, sicut & in vulgata regula: [Qui per alium gerit, per se y gerere videtur.] 39 Deinde scias, quatuor modis geri negotium alienum: primò cura, & solicitudine, ut in tutorib. curatorib. pcuratorib administratorib. Deinde re ipsa, cum in rem tuā impendo, etsi tuo intuitu non fecerim. Tertiò ratihabitione, cum q̄ tuo nōie gessi, ratum habes, & nisi ratum haberes, nihil ad te pertineret. Deniq. ipso gestu, cum creditori tuo soluo, te ignorante, vel z inuito. 40 Et dicuntur geri negotia me ignorante; mādatum āt sp habet puium iussum. His pmissis, definiamus hāc actionem. [Actio neg. gestorum est personalis, aduersus eos competens, qui sua sponte absentis negotia gessit, ut reddat rationem administrationis suæ. 42 Personalis] est quasi ex a contractu: uocatur enim negotiorum gestio quasi contractus, tum quod in ea non interuenit contractus, aut consensus partium, tum et, quod ea obligatio tacitè introducta à legibus, seu equitate, perinde habetur, ac si orta esset ex contractu. 43 Adieci, [competens,] simpliciter: neq. enim illi tantum conceditur, cuius negotia gesta sunt, sed generaliter cuilibet, cuius interest hoc iudicio experiri. Item & mulierib. c competit. 44 Dixi, [aduersus eum q sua sponte:] si enim rogatus gratificaretur amico, mandati actio cōpeteret. Itē ad differentiam tutelæ, quia tutores quoq. aliena gerunt negocia, nō tamen sua sponte, sed ex necessitate à legib. imposita, ideoq. spālis actio tutelæ ad hoc pdita est. 45 Subiunxi, [absentis negocia:] quoniā in hoc iudicio absentia requiritur; si enim psen s fueris, paterisq. alium, tua negotia gerere, mādare d videris, & cessat hæc actio. 46 Adposui, [gessit,] simpliciter, quia non refert, an in iudicio, uel extrà, item an per se, vel per alium gesserit; pt. n. negotiorū gestor, sicut & pcurator. substituere aliquem ad negotia gerenda, suo tamen periculo; non. n. excusatur, si dicat se credidisse idoneum, quem e suffecerat. 47 Vnde solet euenire, quod plerunq. ex una eademq. negotij gestione diuersæ psonæ diuersas acqrant actiones. Vt ecce, si cum destinassem negotia Titij gerere, alius mihi mādet per substōnem, siue simplicem cōmissionem, ut geram, duo oriuntur iudicia, inter Titium, & me. negotiorum: inter mādātem verò, & me, mādati actio. Et si negotia gesturus, accepero fideiussorem de indemnitate promittentem, eo casu aduersus dominum negociorum hec actio cōpetit, aduersus fideiussorem uerò certi condō, si certū pmiserit; vel ex stipulatu, si incertum contineat pmissio. Pōt etiā fideiussor aduersus eum, p quo fideiussit, hac negociorum gestorum f actione uti. Item si mandatum solius mariti secutus, tam ipsius, q̄ uxoris negocia gesserim, inter maritum & me, mandati actio erit inter uxorem uerò, & me, negocium g gestorum. 48 Quanq̄ autem hec actio directò tantum illis cōceditur, q ultrò absentis res gerunt, vtiliter tamen etiam in eos locum hēt, qui aliqua necessitate urgente, vel necessitatis suspicione gesserunt, si aduersus ipsos sit cōstituta ppria h actio. Item q se pcuratores opinantur falsò, aut curatores cum non sint. 49 Seqtur in diffinitione, [vt reddat rōnem,] ad hoc. n. intenditur hæc actio, ut negotiorum gestor actus sui ratione reddita condemnetur in id, quod

l l. 7. & l. diem. a princip. de petit. hered.
m l. in actionib. ff. de in lit. iuran.
n Vt apparet ex d. l. in actionibus
o l. 1. & 2. de in lit.
p l. videamus. §. differre. cū l. seq. & d. l. in actio. ī pr. ff. de in lit. iuran.
q l. 3. & si reddita. ff. com.
r Bar. in l. 2. ff. sol. mat.
f In l. unica. in verbo, cōtrahibus. C. de sen. quæ pro eo, q inter.
t Bar. in l. stipulationes nō di uidūtur. ff. de verb. obl.
u Vt per Dd. & locis su. alle. Vid. & Lotio. 3 trac. de act. ubi 18. recen set.
x Old. in praxi. hu⁹ actionis.
y l. ita tū. §. gel sisse. ff. d adm. tur.
z l. soluēdo. ff. neg. gest. gl. ī l. pupill.. §. itē qritur. d. titu.
a Vt sup. de ob. quę ex quasi con. nas. §. 1.
b tex. in l. actio. ff. neg. gest.
c l. 3. hoc titu.
d tex. l. si remunerandi. §. si pals. ff. mād.
e l. 21. nā & ser. § ult. ff. h. tit.
f l. ait ptor. vlt. l. seq ff. h. tit. & su. de verb. oblig. in pr.
g l. si mandatū. C. neg. gest.
h tex. in l. 19. at qui natura. §. si libero. ff. ne go. gest. & l. 3. §. etsi furiosi. ff. eod. iuncta l. curatoris. C. eod.

quod non, ut oportuit, gessit, vel quod ex huiusmodi negocijs [i] retinet, vel etiam ut usuras p̄stet eius pecuniæ quæ demptis necessarijs sumptib. [k] superest. 50 Pōt autem statim exerceri cœpta administratione, ēt [l] antequam finiatur. 51 Porro hęc actio duplex est, directa scilicet, & contraria. Directā hactenus descripsimus. 52 [Contraria datur negociorum gestori aduersus dominum, si res utiliter gesta sit, ut præstetur id, quod impendit necessariò, vel utiliter, non etiam [m] voluptatis causa: item ut liberetur ab obligatione pro domino negociorum suscepta; & generaliter ut pręstetur ei indemnitas rerum [n] gestarum.] 53 Sufficit autem rem cęptam esse utiliter geri, etiamsi non sequatur prosper [o] euentus: vt si domum tuā fulsi, quæ ruinā minabatur, quæ tamen inde corruit; vel morbo pecudis mederi uolui, contrarius tamen casus accidit. 54 At uerò si maiori sumptu, q̄ facultates domini patiantur, quid gestum sit, maximè si non adeò magna suberat necessitas, hæc actio etiam vtiliter gerenti [p] denegaretur. Itē si dolus, lata uel leuis culpa intercederet, non daretur hoc iudicium. Leuissima autem culpa non venit, nisi eo casu, quo diligentior aliquis gesturus fuerat, si ego non [q] gessissem. Ab culpa tamen leui, & leuissima excusaret affectionis sinceritas, [r] & imminēs rei necessitas. Casus porrò fortuitus non consideratur, paucis aliquot casibus [s] exceptis. Cætera ad hanc actionē pertinentia require ex Pandectarū & Codicis titulo; [Negotiorum gestorum.] 55 Sed q̄ sunt p̄banda ab actore in hisce iudicijs? Et in directa quidem negotiorū actione docebit actor, negotia per alium acta, ad se pertinere, id quod multis modis licet. Primò, si dicat rē gestam suā esse iure dominij, vel quasi dominij, cuius administrationem suscepit reus, ētsi respectu alterius [t] gessit. Deinde, si asserat suum esse negociū per consequentiam, puta rōne alicuius officij, [u] qđ ei administrationem necessariò imponebat. Exēpli cā: Gessit ultrò negocia, quæ tutor, curator, procuratorue gerere debuisset, idque illius intuitu, scilicet ne propter neglectam administrationem teneretur: certè is si agat directa, directè adstruet suum esse gestum negotium. Deniq. ratihabitione, nam si actor docuerit, se ratum habuisse id, quod eius nomine ignoranter gestum est, meritò obtinebit. Verbi gratia, si à debitore actoris exigatur pecunia, vel si quid ematur, aut uendatur eius nōie, nam utrunque potest improbare, si [u] maluerit. 56 In contrario verò iudicio probare oportet gestorem, quod domini contemplatione sit gestum negociū. Id autem docebit primum eo, quod sciuerit periculum negocij ad absentem pertinere. Deinde, quod protestatus sit, se nōie illius [x] gerere. Tertiò, si amicitiam ostenderit, ex qua conijciendum, sit eius nōie potius gessisse, q̄ alterius satis uidetur intentionem [y] probasse. In omni deniq. negotiorum genere, siue principaliter, & immediatè, siue per consequentiam, & mediatè ad nos pertineat, habet locum ratihabitio. 57 Praxis in directa neg. gest. actione: [Cum reb. [z] meis sic postulantibus nuper aliquandiù abfuissem, Titius interim talia mea administrauit negocia sine ullo mandato meo. Verum cum ipse pleraque negligentius gesserit, & plura de meo nunc penes se habeat, peto, ut reddita, & insuper edita ratione negociorum, ad restituenda aliqua, quæ detinet, quæque ad me quoquo modo pertinent, per sententiam condemnetur. &c.] 58 Contraria sic instituenda: [Cum Flaccus nuper esset profectus pergere, eius gessi negocia, domumque eiusdem, quæ ruinam minabatur, fulciri feci, & in prædicta negocia meo ęre impendi viginti florenos, vel alij me obligaui ex gesto negocio in tanta summa, & omnes sumptus prædictos conscripsi in diario meo, cuius tenorem in processu causæ paratus sum edere. Item pro pecunia in res ipsius Flacci impensa solui tales usuras; quare peto eundem Flaccum condemnari, ut mihi supradictam summam pecuniæ soluat cum usuris, vel ut me obligatione, ob res gerendas cum Sempronio contracta, liberet, ac omnibus modis, nec mihi officium meum sit damnosum, præstet, meque indemnem reddat, & cæt.] 59 Sequitur [tutelæ actio, quæ est personalis, pupillo competens aduersus tutorem, finita tutela, ut reddat rationem suæ administrationis. 60 Personalis] est, quia in personam tutoris, quasi ex contractu nascitur. Tutor enim, & pupillus dicuntur quasi contrahere, quia usq. adeò non exigitur consensus pupilli, ut & ignoranti, & inuito [a] tutor detur. Introducta autem est hæc actio iure ciuili, nam cum eo iure permittatur administratio [b] tutelæ, ergo & hæc actio proposita est in eos, qui talem p̄tātem administrandi conuertunt in perniciem pupillorum. 61 Addidi, [aduersus tutorem,] simpliciter: ut oēs tutores cuiuscunq; generis includerem siue testamento scripti sint, siue legitimi, siue à iudice dati. 62 Sed & honorarij tutores huic iudicio subijciūtur. [blandiuntur enim sibi] (inquit grauiter [c] vlpianus) [qui putant honorarios tutores omnino non teneri.] Si tamen plures administrarent, uidendum est, vtrum soluendo sint omnes; nam tunc pro uirilibus portionib. tenentur: an verò non, quo casu alter ex alterius facto condemnari [d] potest: deinde aduertendum est, utrum testōr, vel iudex diuiserit inter eos administrationem, propter commoditatem rerum gerendarum: tum. n. quilibet pro parte sibi adsignata conueniri tantū p̄t: An uerò ipsi inter se diuiserint, aut nemine diuidente, aliqui gesserint reliquis cessantib. ea specie in solidum [e] tenentur singuli. 63 Adiunxi, [finita tutela:] ante enim hæc actio intendit neq;, quia absurdū esset à tutore administrationis rationem negociorum pupilli exposcere, quæ adhuc p̄seueraret, Vlpiano [f] autore. Quibus autem modis finiatur, habes proprium tractatum supra lib. 1. Instit. Postremò addidi, ut reddat rationem sui officij, seu administrationis: 64 ad hoc nanque intenditur, ut administrationis suæ, omniumq. rerum gestarum rationem reddat, ex eo die, quo per denunciationē, vel quouis alio mō resciuerit ...

... mino, l. tres tutores. ff. de admi. tut. & l. 2. C. de diuid. tut. [f] In l. 5. si tutor. §. si testō. & l. 4. nisi finita. in prin. ff. de tut. & rō. distr.

[i] l. 2. ff. hoc titu.
[k] l. qui aliena. ī princ. hoc titu.
[l] Bart. in l nā. & Seruius. §. qui negocia ff. e. & l. non quasi. §. hāc stipulationem. ff. rē pup. sal. fore.
[m] l. ex duob. in pr. & l. q̄ vtiliter. in princ. ff. neg gest.
[n] l. si mandatu. ff. hoc ipso tit. per l. 2. C. de sent. quę sine cer. quan. p̄f.
[o] tex. in l. 2. ī fi. & l. sed an vltrò. §. is autē. ff. de neg. gest.
[p] d. l. sed an vltrò in fi.
[q] l. si negocia. & l. si pupilli. §. videamus. h. ti.
[r] tex. no. ī l. 3. §. interdum. e. ti.
[s] Quos habes in d. l. si negocia. d. l. si pupilli. ī pr. & §. sed si qs. & l. siue hęreditaria. & l. debitor. meus. ff. h. tit. l. negotium. C. eo. ad. de l. quum res. §. vl. ff. de le. 1.
[t] l. item si eū. & d. l. si pupilli, §. si quis pecuniā. & §. si qs ita. ff. hoc titu.
[u] l. si pecuniam. C. h. ti. & l. soluendo. ff. eo. ti.
[x] l. Pescennius. ff. neg. gest.
[y] d. l. si pupilli. §. sed si ego.
[z] Hanc petendi formam. probat. l. 2. ff. h. ti.
[a] l. nec nō. ff. de tut. & cur. dat. ab his. &c. & §. tutores. vbi d. xi. sup. de obl. quę ex qua. con. nasc.
[b] §. 1. sup. de tu.
[c] In l. si plures. §. j. de ad. tut.
[d] tex. ī l. j. §. nūc tractemus. ff. de tut. & rō. distr.
[e] l. 3. §. appaiet. igitur. l. si de

r se tutorem esse. Hoc postremum tamen pupillum probare g oportet, nisi præsumptio scientiæ trãsferat onus probãdi in ipsum h tutorem. Et ad tutorem officium spectat, rõnes actus sui conficere, & pupillo i reddere. 65 Quod ut commodius fiat, mox atq. fuerit constitutus, repertorium, seu inuentarium k conscribere debet, in quod oĩa, quæ in pupilli bonis reperiuntur, referenda sunt, requisito ad id tabellione publico: id si facere ꝑtermiserit, tum ꝑter hoc, quod contra ipsum iurari ꝑt in litem, in id, qđ pupilli interest, ẽt ut falsarius condemnari poterit, potissimè si ob neglectum inuentarium iustã administrationis rationem reddere l nequeat. 66 Deinde uenit in hanc actionem, quicquid dolo, lata culpa, vel leui gessit, aut gerere omisit tutor: ueniunt, & bona pupilli, si quæ penes se retinuit. [Generaliter enim,] inqt m Ulpianus, [de oĩbus, quæ tutor fecit, quum facere non deberet, item de his, quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio.] Tenetur tamen actor in progessu explicare per positiones, quid de rebus pupillarib. reliquum apud tutorem remanserit: quod si id confiteatur tutor, damnandus est, ut restituat, vel rationem reddat: sin verò neget, id actor per inuentarium, aut alios modos docere obligabitur. 67 Hæc actio pariter duplex est, directa scilicet, quã hactenus expediuimus: & contraria, q̃ Prætor introduxit n per æquitatem, quum videret ius ciuile tutori non prospexisse, ut haberet aliquam de indemnitate actionem. 68 atq. ea rõne ẽt directa est; ut quæ ex verbis ex mente Prætoris fluat: quod obserua diligenter. Et hæc contraria actio est etiam personalis, quasi ex contractu, sicut o superior directa, & tutori cõpetit aduersus pupillum, cuius tutela est administrata, ẽt si ipse maluerit tutorẽ cõuenire, qa fortè nihil ei p deest, qua repetit, si quid in rem pupilli impendit, vel pro eo sese obligauit, ut liberetur q ab obligatione. Põt ẽt tutor hoc iudicio consequi ea, q̃ alias ipsi debebantur, ut puta à patre pupilli, quorũ exactionem ideò distulit, quia tutor erat, interim amittens tempore actionẽ. Aequum enim est, ut indemnitatem consequatur r, nisi saluam habeat adhuc actionem aduersus hæredes patris. Quamuis autem supra dixerim, hanc actionem tutori directò dari, utiliter tamen, & ex interpretatione etiam ei conceditur, qui pro tutore pupilli negocia f gessit. Porrò vtraq; tutelæ actio tam directa, q̃ contraria, est bonæ fidei, & utraq. tam hæredib. quam in hæredes competit. 69 Praxis in directa: [Titius fuit tutor t meus datiuus, qui per decennium gessit tutorio nomine omnia negocia mea. Verum quum nunc finita sit tutela, ego autoritate curatoris mei aduersus prædictum Titium ago, ut rationem suæ administrationis mihi reddat, & ut de malè gestis, & de his quæ gerere debuit, nec ea gessit, damna resarciat, petens eum condemnari, ut ita reddita ratione tutelæ gestæ, & omissæ reliqua præstat, & omnia bona sua mihi tacitè obligata pro administratione tutelæ, restituat, &c.] Dixi autem in libello, [autoritate curatoris;] 70 quia regulariter minor natu agendo, vel defendendo sine autoritate curatoris sui esse non potest. Si ergo quis experiri velit, cogitur habere saltem curatorem ad litẽ, alias u repellitur, & ille curator iurabit de calumnia: hoc enim iusiurandũ non cadit in personam minoris. Põt tamen minor pro arbitrio, vel litẽ in se suscipere (ut in præsenti libello) uel transferre in curatorem, ut is actionem in sua persona proponat, curatorio tamen nõie litem contestetur, eamq; ad finem deducat. Cæterum si tutor contrariam instituat actionem tutelæ, formam non difficulter ex supradictis colliges. 71 Hic quoq; non est prætermittendum, & aliam actionem à Prætore introductam esse, quę [pro tutelę] dicitur: & ea pariter bonæ fidei est, tum competens, quando quis pupilli tutelam gerit ut tutor, cũ x reuera non sit: datur enim hęc actio pupillo aduersus eũ, qui pro tutore administrauit tutelã, cum non esset tutor, vel contra ignorans se tutorem, cum in ueritate esset, uel deniq. sciens se non esse, fingens tamen esse, ut actione reddito reliqua ꝑstet, damnaq; per malam administrationem illata reponat. Põt aũt hęc [pro tutelę] actio intendi etiam ante pubertatẽ, si error y manifestetur. Et hæc pariter bonæ fidei est, sicut superior, ut hic Accurs. rectè sensit, cui Iason, & Zas. subscribunt. alias enim sequeretur eũ, qui non est tutor, melioris conditionis esse, quàm tutorem; & hoc casu directa est. Est quoq; contraria hæc actio, ut præcedens, si ille, qui pro tutore administrauit, impensas in tutela utiliter, & pro officio boni uiri, fecit, & tam hæredibus pupilli, quàm in hæredes pro tutoris datur. Formam autem huius actionis per te facile assequeremã ferè instar superioris proponendã est, nisi quod ostendas, eum pro tutore gessisse tutelã, aduersus quẽ experiris. Nũc ad [actionem pignoratitiã ueniamus,] quæ tractatur in Pandectis, sub ti. [De pignoratitia actione.] Et hæc pariter duplex est, directa scilicet, & contraria. De directa primò uideamus. 72 [Est ergo actio pignoratitia directa, personalis, iure ciuili introducta, debitori competens aduersus creditorẽ ad repetendum pignus, & id quod sua interest, si ei satisfecerit.] 73 Quod sit [personalis,] patet, quia ex contractu pignoris nascitur, per quem creditor, qui pignus accepit, re obligatur, ut z alibi abundè ostendi: sicq; in personã est. Quod autem sit iuris ciuilis, ex eo constat, quia pro regula traditur a semper actionis formulam iuri ciuili tribuendã esse, si de auctoritate Prętoris exꝑssè non constet. 74 Sequitur, [debitori cõpetens;] directò enim debitori conceditur, b qui post solutionẽ totius debiti repetit suum pignus. Vtiliter quoq; illi datur, c qui cum rẽ alienã pignori obligasset, soluit debitũ. Adieci, [aduersus creditorẽ;] quẽadmodum enim bonum, & æquũ est, ut debitor iuxta conuentionem suã creditori res quas illi pro securitate oppignorauit, tradat: pro his enim consequendis actionem hẽt hypothecariam, q̃ à suprà enarraui; ita quoque æquitas exposcit, ut creditor soluta obligatione reddat debitori res pignoris nomine sibi traditas, ideoq. in eum hæc actio constituta fuit. 75 Dixi, [ad repetendum pignus,] simpliciter: siue enim sit res mobilis, siue immobilis, q̃ creditori in cãm pignoris obligata est, hac e actione reposcitur. 78 in hoc enim

g tex. in l. j. §. quidam decedẽs & §. ult. cũ l. seq. de admi. tuto.
h l. si tutor. C. de peric. tut. vel cura.
i d. l. 1. §. offõ. ff. de tut. & ratio. distr.
k iuxta l. tutores. C. de admin. tuto.
l l. tutor q reperto riũ. ff. de ad. tu. l. s. si procurator. §. dolo. ff. mãd. & l. 1. §. tutores. ff. de fals.
m l. tutorẽ quõdã. C. arb. tut. l. 1. in prin. ff. de tut. & ra. distr.
n tex. in l. 1. ff. de contra. tut. & uti actio.
o d. §. tutores
p d. l. 1 §. ult.
q d. § tutores. l fi. & ff. de cõt. tud. tut. p to.
r l. 1. §. an i hoc. ff. de cõt. tut.
f d. l. 1. §. 1.
t Probatur hæc forma i l. pro officio C. de admi. tut.
u §. item inviti. sup. de cur.
x l. 1 in pr. & §. 1 ff. de eo qui pro tut.
y d. l. 1. §. cum eo.
z In §. creditori. sup. quib. mõ. re cõtra. obl.
a tex. in l. 2. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur.
b tex. in l. si rẽ alienam, §. omnib. de pig. act.
c d. l. si rẽ alienam. §. is quoque.
d In §. item Serviana, su. eo.
e l. debitor. §. ult. & l. si pignore. §. si p. eo. de pigno. act.

enim potissimum differt pignus ab hypotheca. quod hæc nuda conuentione sine actuali traditione constituitur, pignus uerò non nisi cum traditione Subiunxi, [& quod sua interest;] nam non solum pignus, uerum etiam damnum hoc iudicio petitur, si quod creditor in re [f] *pignorata dedit. Item si uendidit hoc pignus, ut residuum precij cum usuris* [g] *restituat. Et traditum quoque est, posse debitorem petere, ut repromittat creditor, quod pignus non sit factũ deterius, puta ne forte seruitutes negligentia creditoris amissæ sint; nam talẽ rẽ restituere dẽt, qualis fuit tempore* [h] *pignorationis. Postremo additum est, [si satisfecerit ei;]* 77 *nã ante satisfactionẽ & solutionẽ totius debiti, hæc actio non oritur.* 78 *Satisfactum autem accipimus,* [i] *Ulpiano dicente, quemadmodum uoluit creditor, siue alijs pignoribus sibi caueri uoluit, ut ab hoc recedat siue fideiussoribus, siue reo dato, siue precio aliquo, uel nuda conuentione; & generaliter, quoties recedere uoluit creditor à pignore, uidetur ei satisfactum, si ut ipse uoluit, sibi cauit, licet in hoc deceptus sit, sua scilicet facultate, non dolo* [k] *debitoris; alioqui non uidetur* [l] *satisfacere. Planè si aliam satisfactionem offerret, nihil* [m] *ei prodesset.* 79 *Quod aũt dixi, ita demum hãc actionem nasci, si solutũ sit omne debitũ, hoc non procedit, si forte iudicio intendens pignoratitiam, simul etiam solutionem debiti offerat. Quod si extra iudicium offerat creditori debitum, isque nollet accipere, non sufficeret ad agendum, nisi etiam deposita sit pecunia. nam tum uidetur satisfactum esse creditori, per quem stetit,* [n] *quo minus sequeretur solutio* 80 *Et hoc vulgò nuncupatur[ius] offerendi,] quod alibi* [o] *diffusè explicant interpretes.* 81 *Quamuis autem Accursius censet, huic iuri offerendi triginta annis præscribi, alij tamen crebriùs tradunt, cessare hic præscriptionem; idque æquiùs est, & secundum hanc opinionem in nonnullis etiam iudicialibus controuersijs in Imperiali Camera memini esse iudicatum; (ut etiam annotani Cent. 1. Obser. 16. ibi uide) & rectè, cum nunquam possit esse bona fides possidentis alienum pigne* 82 *Porrò hoc in iudicio duo sunt probanda per actorem primò pignus fuisse traditum creditori, alias non nascitur hæc* [p] *actio; deinde, quòd totum debitum creditori, uel alij eius uoluntate solutum sit, aut eo nomine satisfactum.* 83 *Potest autem solutio uarijs modis doceri. Primo si ostendat cautionem siue instrumentum crediti fuisse sibi à creditore redditam, sic enim uidetur etiam remissionem debiti & satisfactionem* [q] *probasse. Secundò, si probet se pignus scientе ac consentiente creditore* [r] *uendidisse. Tertiò, si satisfactum sit creditori ex fructibus, quos percepit, uel percipere potuit ac debuit ex re sibi* [s] *impignorata, deducatur tamen sumptus propter fructus accessario* [t] *facto. Quartò, si creditor ex nominibus debitorum sibi oppignoratis aliquid pecuniarum acceperit, id in solutionem debiti computabitur: sin autem non pecuniam, sed aliter res consecutus sit, eas pignori* [u] *retinebit. Quintò, si creditor ob causam minus probabilem recuset accipere pecuniam, eam debitore apud aliquem fide dignum lucro & damno creditoris deponente, censebitur satisfactum esse, quoniam per creditorẽ stetit,* [x] *quo minus sibi solueretur. His modis adde & eos, quos paulò ante recensui. Cæterum quid præstet in pignore creditor,* [y] *alibi à nobis abundè relatum est.* 84 *Forma autem agendi sic institui põt: [Cum ego à Titio talem emissem fundum, obligaui, & tradidi illi literas annui reditus &c. & deinde iuxta tenorem nostræ conuentionis totum debitum eidem Titio solui, ac eo nomine satisfeci, ipse tamen sine legitima causa recusat mihi pignus restituere, quare peto eum condemnari, ut rem obligatione pignoris liberatam mihi restituat, &c.]* 85 *Porrò actio [pignoratitia contraria] pari ratione personalis est, quia ex eodem pignoris contractu nascitur, & creditori competit ad sumptus, si quis* [z] *necessariò fecit in pignore conseruando, repetendos: nam & pro his retentione pignoris uti posset. Deinde si debitor rem alienam impignorauit domino ignorante, uel etiam propriam, quæ tamen alij prius obligata sit, cum utrique debito non sufficeret; Præterea si rem in publicum pignoratam denuò obligauerit. Denique si cuprum pro auro pignori dederit, aut alijs quibusdam fraudibus creditori imposuerit: his omnibus casibus saluum habet creditor hoc iudicium contrarium, idque adeò uerum est, ut non distinguatur, an debitor sciuerit pignoris defectum, vel quia semper creditori decepto hæc actio datur. Si tamen creditor intelligens defectuosam esse rem, quæ impignoratur, eam nihilominus accipiat, hoc iudicio uti nequit: sibi enim imputet,* [a] *quod accepit. Cæterum quo pignoratitia ab hac hypothecaria actione differat, Ang. hic abundè tradit, id breuitatis gratia omitto.* 86 *Libelli forma: [Cum mutuassem Titio uiginti, ipse in causam pignoris suũ equum mihi obligauit, quem hactenus alui & foui meis expensis, quæ excreuerunt ad quinque aureos. Cũ aũt prædictus Titius debitũ mihi exoluerit, egoq; paratus sim illi pignus restituere: quare peto eum mihi ad refusionem expensarũ condẽnari, &c.] Expedita de pignoratitia ad actiones [præscriptis uerbis] transeamus. Nã cũ natura rerũ inductũ sit, ut plura sint negotia, quã* [b] *uocabula, fit ut existant contractus innominati, id est, qui non habent certas iure ciuili appellationes, ac per consequens nec vsitatas actiones.* 87 *Ubicunq; ergo vulgata & frequentia actionum nomina deficiunt, ubi proprium nomen actionis inuenire nõ possumus, tunc uel [præscriptis uerbis] agendum est, uel ad eas actiones descendendum, quæ [in factum]* [c] *appellantur.* 88 *Ne aũt temere confundas hæc duo actionum genera, scire oportet, quod actiones [in factum] generalissima appellatione sumantur pro persecutione ex quantãlibet uarijs causarũ tam ciuilium quã criminalium figuris. Actiones uerò [præscriptis uerbis] aliquantò arctiùs referuntur ad uarias duntaxat negotiorũ ciuiliũ figuras, quæ cũ innominatæ sint, habẽt tamen nonnihil cognationis & similitudinis cũ nominatis contractibus. Ubicunque ergo in delictis uel quasi delictis dubitatur, quænã cõpetat actio, ibi semper in factũ*

Pp agitur,

f d. l. si rem alienã. §. ult. & l. pignoris, C. de pig. act.
g tex. in l. elegãter, §. si uendiderit. in fi. ff. de pig. act.
h tex. in l. ere di tor cum pig. ff. de pig. act.
i In d. l. si rem alienã. §. oĩs.
k ar. l. 1. ff. de ac emp.
l l. si quasi. ff. de pig. act.
m d. l. si rẽ alienã §. ul. & l. seq.
n l. aliena res. §. si per creditorẽ. ff. de pi. ac. & l. nec creditores, in fi. C. eo. iũcta l. nẽ liberorum, ff. quib. mo. pig. uel hyp. sol.
o In l. acquissimi C. de præscri. 30. ann.
p d. §. ul. supra qui. mo. re cõtrahit. obli. & l. 1. C. si pign. cõue. nu. &c.
q l. Labeo. cum l. sequẽ & ibi Dd ff. de pac.
r l. cum re. & l. 2. C. de rem. pig.
s l. 1, 2. & ult. C. de pign. act. & l. 1 ff. de distr. pig & l. si pig. ĩ pr. ff. de pig. act.
t l. 1. C. de fruc. & lit. expẽ. & l. fructus. ĩ pr. ff. sol. mat.
u l. nomen quoq;. C. quæ res pig. obl. pos. l. si cõuenerit, ff. de pig act. iũcta l. 1. C. e. ti.
x l. nec creditores, C de pig. act.
y in §. ult. supra quib. mo. re. con. obl.
z iuncta l. si necessarias. ff. de pi. act. & l. 2. ff. de pig. & hypo.
a l. si rẽ alienã. in pr. & l. cum debitore, l. tutor §. contrariã & l. si quis in pignore ff. de pig. b l. natura. ff. de præscr. uerb. c l. 1. & 2. ff. de præscri. uer. & in fact. act.

agitur, non præscriptis verbis: ubi verò de alicuius contractus actione ambigitur, & æquitas suadet actionem dari, tum uel præscriptis uerbis, uel in factum agi potest. Sunt ergo actiones [præscriptis uerbis] ex contractibus innominatis persecutiones, ut is, cum quo contraximus, fidem suam liberet, sicut uerba, quibus conuentio iuita est, exigunt. 89 *[Præscribere] enim hoc loco significat statuere, ordinare uarijs pactionibus, quod fieri placuerit contrahentibus; cum non est alia huiusmodi conuentionem forma, ac exitus, nisi ut seruentur secundum tenorem & præscriptum uerborum :* 90 *Porrò [contractus innominati] dicuntur, qui non habent speciale & proprium nomen contractus à iure ciuili inditum, quod ciuilem quandam formulam exprimat, & solennem humanæ auctoritatis institutionem . Horum quatuor exempla ponit* [d] *Paulus I.C. videlicet, [do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias .] Ex tribus tantum prioribus actio præscriptis verbis conceditur: nam ex quarta specie enascitur actio de* [e] *dolo, ob id certè quia cum facta ut plurimum repeti non possint, lex generaliter introduxit, ut de dolo ageretur.* 92 *Veruntamen conuentiones, in quibus agitur de faciendo, aut de dando solùm ab alterutro contrahentium , sunt* [f] *multò plures. Item omnia pacta rectè dici possunt contractus* [g] *innominati. Præterea contractus innominati non semper affirmando, sed plerunque etiam negando concipiuntur ; ut do ne facias: promitto non* [h] *facere, ut des. Denique possunt duplicari contractus innominati; ut, promitto dare ac facere, ut des & facias; uel, promitto dare, ut tu des & facias, sed illi comprehenduntur sub* [i] *simplicibus. Quanquam uerò, ut ex supradictis patet, actio præscriptis uerbis in pluribus speciebus locum sibi uendicet , nos tamen duos tantùm casus, qui hic in textu referuntur, expediemus, scilicet , quando de æstimato , item quando ex permutatione agitur : in his enim hæc actio bonæ fidei esse dicitur, aliàs ipsa* [k] *semper stricti iuris existente. Videamus ergo priorem.* 93 *[Actio præscriptis uerbis æstimatoria, est personalis, ei competens, qui rem aliquam alteri certa æstimatione, aut uendendam , aut utendam dat : sic ut ipsi rem eandem incorruptam, æstimationemue eius restituat.]* 94 *Dixi, [personalis :] nam ex contractu innominato in personam nascitur, cum tamen olim dubitaretur, an ad nominatos uel innominatos contractus referri deberet. Siquidem & emptioni, propter æstimationem, & conductioni, propter operas uendentis, quas dominus conduxisset, & item mandato non absimilis uidebatur, ut eleganter* [l] *Vlpianus docet.* 95 *Addidi, [rem aliquam :] ei enim conceditur hæc actio , cuius est res , quæ uendenda certa æstimatione proponitur, id quod indies fieri uidemus. Sequitur , [alteri ,] simpliciter : quoniam nihil refert, an quis rem æstimatam uendendam accipiat cum mercede, aut sine mercede : quod postremum huic iudicio* [m] *magis congruit . Adposui, [certa æstimatione,] hoc est, quod rem, quam alteri tradit , certo precio æstimauerit.* 69 *Aestimatur autem res, quæ alicui datur, duplici modo . Primùm propter seipsum, id est , ut constet ualor siue precium rei , si eam interire contingeret, ut certa æstimatio solui possit .* 97 *qua specie transit periculum rei in accipientem: etiamsi res culpa leuissima, aut fortuito perierit, ad æstimationem præscriptam* [n] *tenebitur accipiens. Quod obserua, si scholari detur commodatò equus æstimatus . Pari ratione si fundus dotalis datus sit æstimatus, facit transire dominium in maritum , adeo ut eum libere alienare possit, non obstante lege* [o] *Iulia de fundo dotali non alienando, sufficit enim soluto matrimonio reddere* [p] *æstimationem fundi : quod tamen ita obtinet , si maritus soluendo existat . Secundò æstimatur res, quæ ad uendendum alteri datur, non propter seipsum sed ob id , ut alteri compertum sit, quomodo res uendi debeat commodius: quo casu interest, an is , qui rem uendendam tradit, exponens eam uenalem, roget alterum, ut uendat: sic enim periculum intritus, si res necdum uendita perierit , ad dantem pertinebit. An uerò rogatu accipientis uendenda res tradita sit , tum accipientis periculo deperit : atque hoc idem* [q] *Barto. etiam uoluit, etsi obscurè loquatur , & si* [r] *Vlpiani responsum intelligendum est . Ex prædictis etiam facile cognoscis , quare in descriptione huius actionis aditum sit, aut vendendam , aut vtendam dat.* 98 *Demum subiunxi, [rem ipsam, æstimationemue;] quia utrunque in obligatione est alternatim, scilicet , aut ut res incorrupta reddatur, aut æstimatio eius .* 99 *Libelli forma : [Cum* [t] *equum meum pusillum propter pabulationis difficultatem in animum induxissem uendere, tradidi proxenetæ Titio ad uendendum, æstimatum decem aureis , ut tanti uenderet, non minoris , eiusque uendendi operam in se suscepit Titius* [s] *quare peto, ut ipsum ad reddendum equum illæsum , uel eius æstimationem condemnetis.]* 100 *Sequitur actio [præscriptis uerbis ex permutatione :] & hæc pariter est [personalis , ei competens , qui rem suam animo permutandi dedit , ut rem ab altero ex permutatione consequatur.]* 101 *Quod sit [personalis] liquet ; quia ex contractu innominato permutationis iure ciuili* [u] *producitur . Et si obijcias, nonne hic contractus proprium nomen habet? & quidem elegans. quia* [x] *permutatio dicitur; quomodo ergo innominatus est?* 102 *Accurs. & reliqui commentatores variè respondent: ego ex* [y] *Old. . sententia in hunc modum respondeo .* 103 *Permutationis vocabulum nimis effusum, ac generale est, omneis contractus tam nominatos quàm innominatos continens Nihil enim aliud sunt contractus, nec alio pertinent, quàm ut permutando inter homines communicentur res inuicem, consensu intercedente . Habet ergo permutatio quidem nomen , sed nomen sui generis , non speciale, stat in suo nomine generali, nec transit in proprium nomen contractus, nomen habet , sed quod simplicem illam ac naturalem solùm rationē significat, non etiam exprimit, ciuilem quandam formulam, & humanæ auctoritatis institutionem , quare aliorum cōtractuum intuitu rectè innominata cēsetur permutatio.*

Hinc

d In l. naturalis. ff. de præscrip. ver.
e d. l. naturalis. 1. qđ si faciā. & ibi Bart.
f Vt in l. Senatus. §. j. de donat. cā mor.
g l. 1. in fi. & l. si gratuitam. ff. de præsc. ver.
h l. 3. in pri. ff. de cond. cau. da.
i l. 2. in princ. & ibi glo. cōiter approbata. de verb. obl.
k Doct. communiter hic.
l In l. 1. ff. de æstima. act.
m l. 1. de æstim. actio.
n Sic loquitur, d. l. 1. §. vlt. ff. hoc tit.
o sup. qui alie. lic. vel non. in princ.
p l. quoties. C. de iure dotiū.
q In d. l. j. §. 1.
r In l. si gratuitam §. si margaritas de pscrip. verb.
s d. l. 1. §. vlt.
t Probatur hic libellus ex d. l. 1. de æstim. actio.
u l. rebus. C. de rer. permut.
x Vt ff. & C. de rer. permut.
y In praxi huius actio.

104 *Hinc est, quod in tit* [*De rer. permutatione,*] *adijciatur,* [*rerum*] *ut scilicet intelligamus, ibi de illa tantum specie tractari, do ut des.* 105 *Si enim ex utraque parte est species certa præstanda, tunc dicitur permutatio: ut, si do tibi tunicam nigram, ut des mihi tuam purpuream. Sed quādo ab utraque parte est genus, vel ex altera tantum, tunc est contractus innominatus, do ut des:* [z] *ut est, ut si do tibi uestē, ut des mihi pānum. Sequitur,* [*ei competens, qui rem:*] 106 *nam permutatio cùm sit contractus innominatus, solo consensu non perficitur, nec producit actionem, nisi rei interuentu* [a]. *uestiatur, & roboretur. Fallit hoc, si stipulatione subiecta, ea acquiratur* [b] *partibus, nec tamen ob id dicendum est, ex rei traditione actionem nasci, sed ex pacto præambulo permutationis:* 107 *per manus enim traditur.* [*quoties unum uenit ad implementum alterius, non agi ex impleto sed ex* [c] *impleto.*] *Dixi,* [*suam:*] *nam si daretur res aliena, non esset permutatio,* [d] *nec uestiretur; quod Bartolus* [e] *uerum recepit, quando contrahentes uerbis translationem dominij inferentibus utuntur, puta, dabis? dabo: secus si uerbis significantibus puri facti executionem, quale est uerbum, trado, accipio, & similia quo casu etiam cum non domino permutatio fieri potest, quia ex simplici traditione satisfactum erit uerbis contrahentium. Sed hoc apud me non caret dubitatione. Cum enim sit de natura contractus permutationis, quod dominium transferatur:* [f] *illa uerba, tradere, accipere, recipere, suscipere, licet de se non importam translationem dominij, tamen intelligenda sunt secundum naturam contractus* [g] *permutationis. Quare Bartolus intelligi debet, quando omnino constaret de mente contrahentium, quod dominium transferre* [h]. *noluissent.* 108 *Addidi,* [*animo permutandi:*] *illi enim competit hæc actio, qui init contractum permutationis rerum, quique rem suam dat alij, ut certam speciem recipiat usui suo deseruientem: quando plerunque euenit, ut quod alteri superest, alteri desit: ueluti si tale uinum tibi do, ut tantum abs te frumenti recipiam. Item seruum meam certis pactis trado, ut uicissim aliam aut eisdem aut diuersis legibus à contrahente acciperem. Per hoc quoque uerbum,* [*Permittendi*] *emptionem & uenditionem excludo, quæ tametsi in quibusdam cum permutatione conueniant, in multis tamen inuicem differunt, sicut Aretinus & Iason hic prodidere. Conueniunt; quia utraque est bonę fidei, ex utraque paratur conditio* [k] *usucapiendi, ex utraque* [l] *præstatur euictio, ex utraque fit redhibitio, id est, emptionis* [m] *resolutio. Differunt; quia uenditio fit ex consensu, permutatio ex rei traditione: in uenditione alius est emptor, alius uenditor, in permutatione non discernitur, in uenditione emptor facit precium accipientis, uenditor nouat in permutatione uidetur, quod uterque deberet facere accipientis; in uenditione non transfertur dominium, nisi precio soluto, licet res tradita sit, secus in permutatione.* 109 *Adposui,* [*dedit,*] *uerbum enim, dare, tametsi propriè & specialiter translationem dominij importet, generali tamen significatione tam dominij translationem, quàm solius possessionis* [n] *denotat, atque ita hic accipitur.* 110 *Sic e diuerso hæc uerba, accipere, tradere, recipere, suscipere, licet propriè pertineant ad translationem solius possessionis, non etiam* [o] *dominij, impropriè tamen, & generaliter ad transfusionem dominij interdum trahuntur. Subaudi,* [*ut rem ab altero;*] *ad hoc enim exercetur hęc actio, ut ab eo, qui rem meam ex permutatione accepit, & cessat tradere suam, illam petam & consequar, adeo quod etsi antequam tradat, alienauerit rem, & tradiderit alij, possim aduersus ipsum hoc iudicio experiri, nisi stipulatio accesserit contractui tum enim ex* [q] *stipulatu agendum esset.* 111 *Porrò ad duo competit hæc actio, nempe ad implendam conuentionem, uel ad id, quod interest rem fuisse traditam: uenit enim & interesse in hoc iudicium, ad similitudinem actionis* [r] [*ex empto,*] *potestque reus liberè uel implere id, quod conuenit, uel præstare interesse: atque ita* [s] *Bart. post Accursium, reiecta opinione contraria, rectè uoluit. Potest etiam petere actor, ut non procedat contractus, quoniam aduersario nondum tradente, locus est pœnitentiæ: & tunc agendum erit ad restitutionem rei traditæ, quasi re* [t] *non secuta.* 112 *Libelli forma:* [*Conueni* [u] *cum Titio, ut mihi suos libros iuris ciuilis daret, recepturus à me equum meum album, quem & statim, ut conuenerat, tradidi, ipse autem interpellatus temere negat, nec satisfacit conuentioni initæ, quare peto eum ad dandum libros, vel præstandum interesse mihi condemnari.*] *Quod si à conuentione discedere uelis, ita uariabis conclusionem:* [*Quare peto eum condemnari, ut equum permutandi causa à me mihi restituat.*] *ut hæc de utraque ex præscriptis uerbis actione in præsentia dixisse sufficiant; qui earum materiam uberius requirunt, Tit. de æstimat. &* [*rerum permutatione*] *in Pand. & Cod. legant.* 113 *Superest, ut* [*Petitionem hæreditatis*] *expediamus, quę est insignis actio, adeo ut etiam* [*Centumuiralis*] *nuncupetur: non quidem à Senatoribus, qui Romę centum erant numero, ut nonnulli falsò opinati sunt, sed à iudicio centumuirali, cuius fit in,* [x] *legibus mentio. Definiamus eam.* 114 [*Petitio hæreditatis est actio mixta, hæredi competens aduersus possidentem pro hærede, uel pro possessore, ut hæreditatem totam, uel partem consequatur una cum accessionibus.*] 115 *Primum hic discis, hanc actionem mixtam esse, quia tam in rem, quàm in personam* [y] *dirigitur, realis enim est ex possessione aduersarij, atque item personales habet præstationes.* 116 *Deinde usus sum generali uerbo,* [*hæredis,*] *partim ut significarem, nos hic de ciuili successore loqui, qui hæres dicitur, in quo petitio hæreditatis locum habet, sicque bonorum possessorem excluderem, qui in iure prętorio ex bono & æquo ad successionem admittitur, illi n. bonorū possessoria hæreditatis petitio conceditur. Itē & fideicommissoriū, cui ex fideicommisso uniuersali restituta est hæreditas, is namq; fideicommissariā hæreditatis petitionē beneficio Prętoris obtinet. Partim etiam, ut ostenderem nihil referre, siue is, qui se asserit hęredē, ex testamēto, uel ab intestato, siue per se,*

z Ita gl. & Doc. in d. l. 1. ff. de rerū perm. & l. 3. C. e. & l. iuris gentiū. §. 1. ff. de pact.
a Vt d. l. iuris gentium. in prin. & d. l. 3. ff. de rer. permu.
b l. ex placito. C. de rer. pm.
c l. si stipulatus. & l. cum. n. de dolo. Bar. in d. l. ex placito.
d d. l. 1. §. itē em ptio. hoc tit.
e in d. l. 1. ff. eo.
f d. l. 1. in pr. & l. cum precib. C d. tit.
g De quo agitur in l. si ita stipulatus. de usur. & l. si uno. in prin. locati.
h Vide Dec. c. cū uenerabilis. n. 17. de exe.
i Vt ex l. ū. ff. de rer. permu. & l. 1. & 2. ibi gl. C. eo. tit.
K l. sequitur. ff de usuc.
l l. 1. C. de rer. permu.
m l. sciēdum. §. pe. ff. ędil. edi.
n Sicut dixi in §. sic itaq; discretis. in hoc nostro tit.
o Atq; ita hic, & in l. naturalis. ff. de præscri. uerb. accipit.
p Vt d. l. naturalis & l. si rem tiā. ff. uer. ob.
q l. cum precib. de rer. perm.
r Vt l. 1. C. d. tit.
s in l. ul. C. de re. perm. & l. stipulationes nō diuid. 72. ff. de uerb obl.
t Tex. in l. 1. § fi. ff de rer. pm. & in d. l. naturalis. §. at cū do. fallit tamē hoc in casu l. 1. C eo. tit.
u Probatur in l. pe. C. h. tit.
x in l. ult. C. de pet. hęr.
y Iuxta l. hę. pe. & ibi nat. C. pet. hęred.

siue per alium, quem in potestate habet, aut etiã extraneum, hæres [a] *existat,* 117 *adeò quòd & hæredis hæredi concedatur hæc actio: veluti si Titius hæres Seij tandem defunctus, me successorem relinquat, sicut Titij hæreditatem meam esse astruere possum, ita & Seij. quoniam pro regula traditum est, eum, qui hæredis hæres est, etiam primi testatoris* [a] *hæredem censeri.]* 218 *Apposui, [aduersus possidentem pro hærede.] is enim qui titulo vniuersali pro hærede, uel pro possessore possidet hæreditatem totam: uel partem etiã minimam, huic iudicio* [b] *subijcitur.* 119 *Dicitur autem [pro hærede] possidere, qui contendit & asserit se hæredem esse, siue hoc putet, siue sciat se non esse.* 120 *Quòd si nec est, nec putat, nec asserit se hæredẽ, neq; hoc allegare potest, uel per mendacium, neq; vllam omnino uel iustam uel coloratam possidendi cãm habet, tunc dicitur [pro possessore] possidere, quia interrogatus, cur possideat? responsurus est, quia possideo, ut prædo, fur, raptor, & quilibet malæ fidei possessor. Idem est* [c] *& si quis allegaret titulum, cumq; probaret, qui tamen iure inualidus esset, nec haberetur pro titulo.* 121 *Cæterum titulum singularem allegans, ut quia hæreditatem ab aliquo bona fide emit, uel quia ei donata est, aut in dotem assignata, aut in solutũ data, vel alio quopiam titulo aduenit, petitione hæreditatis non tenetur. Atq; hoc est, quod per manus traditur, [petitionem hæreditatis non dari aduersus singulari titulo possidentem.]* 122 *Doctores circa diuersi iuris rõnem uariant, ego illam ut ueriorem amplector; nam qui titulo singulari possidet, is ad causam dominij nititur, super qua petitio hæreditatis se non fundat: sufficit enim docere, bona hæreditaria sub manu defuncti fuisse; itaque ius eorum qui titulo singulari possident, longè potentius est, quam quòd per petitionẽ hæreditatis tollatur.* 123 *Sunt tamen pleriq; casus, ubi petitio hæreditatis contra titulo possidentem exerceri potest: ueluti si possessor bonæ fidei hæreditatem modico uendidit, uel si iustum precium interuenerit, ipse tamen uenditor aut non est soluendo, aut non extat. Item qui hæreditatem alienam sciens emerit, uel cã quomodocunq; à fisco comparauerit, uel à muliere in dotem acceperit; aut si cui hæreditas ab hærede scripto recepta certa quantitate restituitur, uel iussu testatoris paruo precio uendidit; ibi* [d] *oẽs hac actione, non quidem directa, sed utili obligantur, quamuis titulo singulari possideant.* 124 *Ex quibus ẽt colligis, hanc actionem interdum directum, interdum utilem esse. Quòd aũt suprà diximus, possidentes pro hærede uel pro possessore, hoc iudicio teneri;* 125 *id ad eos quoq; producendum est, qui nihil possident, dum tamen dolo desierint possidere, uel se liti obtulerint, ac si possiderẽt, petitore ignorante, utraq; enim specie* [e] *conuenitur.* 126 *Annexum est, [vt hæreditatem,] &c. quoniam petitioni hæreditatis hæc natura insidet, ut non ex modo possessionis, sed ex iure eius qui petit, actio formetur. Vnde qui in totum hæres est, is cõtra possessorẽ, licet minimã rẽ possideat hæreditariã, ad assẽ hæreditatis aget.* 127 *Sic è diuerso in partẽ hæres, partẽ uendicabit hac actione, etsi tota hæreditas ab aduersario possideatur, atq; in hoc cautũ oportet esse actorem, ut rectè formetur libellus. Vides ergo, non semper totam hæreditatem peti, sed nonnunquã partem eius aliquam, modo talis sit pars, quæ iura* [f] *hẽat hæreditaria, hoc est, ut sit quota hæreditatis, ut vulgò loquuntur, & contineat iura actiuè, & passiuè, non sit quota bonorum. Hoc autem solum officio iudicis restituitur, quod aduersarius possidet, aut totum, si ex asse hæres est, aut pro parte, ex qua hæres, est ut* [g] *Caius tradit. Debet ergo actor suam persecutoriam ex se metiri, iudex uerò sententiam ex persona utriusq; litigatoris. Postremò aditum est, [vna cum accessionibus:]* 128 *non solum enim res hæreditariæ siue corporales, siue incorporales, aut quæ hæreditatis causa comparatæ sunt, quarumue periculum ad hæredem pertinet, quamuis* [h] *hæreditariæ non sint, puta res pignori datæ defuncto, aut commodatæ, aut depositæ, in hanc actionem ueniunt, uerumetiam fructus & augmenta, quæ post mortem testatoris hæreditati accesserunt, rectè petuntur. Sic è conuerso plerunque habetur ratio eorum, quæ ex hæreditate perierunt.* 129 *Hæreditas enim & augmentum recipit, & diminutionem, primùm ex fructibus, deinde ex precijs rerum hæreditariarum exactis, uel quæ exigi* [i] *potuerunt. In hoc autem multum refert, an quis bona uel mala fide hæreditatem possederit.* 130 *[Bonæ fidei] possessor dicitur in hoc proposito,* [k] *qui iusto errore putabat, hæreditatem ad se pertinere, uel qui credebat testamentum ualidum, aut se proximiorem agnatum, cum nõ esset, aut aliàs habebat probabilem litigandi causam.* 131 *[Malæ fidei] est, qui nullam unquam iustã causam habuit possidendi, uel ab initio sciuit, aut scire debuit, sibi nullum ius esse, quem Iurisconsulti prædonem, & quasi hæreditatum inuasorem nuncupant. Item qui ab initio iustam se fouere causam credebat, postea iuris alieni conscius factus, vel de suo iure iure dubitans, nihilominus litigare perseuerat: cuius generis præsumuntur omnes possessores, post motam controuersiam, & multò magis post litem* [l] *contestatã. Excipiendi tamen sunt, qui probabilem resistendi causam habeant, & de hoc in progressu iudicij constet, atque ita puto* [m] *Martinum sensisse.* 132 *Ad propositum redeundo, malæ fidei possessor tenetur ad omnes fructus ex hæreditate perceptos: item ad eos, qui percipi potuerunt, aut debuerunt: item de precijs rerũ perditarum, id est, earum, quæ in rerum natura esse desierunt, uel quæ diminutæ sunt, & ex hæreditate exierunt legitimè, puta per vsucapionem: ad hæc enim omnia obligatur malæ fidei possessor, quantumcunq; expressè* [n] *non petantur.* 133 *Cæterũ bonæ fidei possessor, non ultrà, quàm locupletior est factus, tenetur; nam neque diminutorum, neque perditorum rationẽ reddit, qui sua* [o] *re abuti videtur.* 134 *Ex prædictis colligis, hac in actione ex parte actoris requiri, ut ad eum hæreditas testato uel intestato, ex parte uerò rei, ut is hæreditatem possideat titulo uniuersali pro hærede, uel possessore.* 135 *Ut autem quis experiri possit hoc iudicio, duo sunt necessaria. Primum, quod constet de morte testatoris, uel per testes, uel per famã*

certis

a l. 1. 2. & 3. in pri. & §. 1. et ult. de pet. hę.

a l. pater si a primis tabulis. ĩ fi. ubi Bart. & alij. ff. de vul. & pup. & l. ul. C. de hær. insti. & l. si quis filium, §. ulti. ff. de ac. hær.

b l. regula ss. ner 9. cum l. seq. ff. h. tit.

c tex. in l. pro hęrede, cũ duabus. ll. seq. ff. de pet. hęre.

d l. nec ullã, §. 1. & 2. & §. sed si quis sciens, cũ duob. §§. seq. ff. de pet. hęre.

e d. l. nec ullam §. nõ solum.

f l. si quis seruũ, §. ul. cũ l. seq. ff. ad le. 2. l. mulier §. ul. ff. ad Treb.

g In l. licet minimam. 10. ff. de pet. hęr. & l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet.

h l. 19. & nõ tantũ. ff. hoc nostro tit.

i l. 20. item ueniũt. §. nẽ nõ solum; & l. si quo tempore §. fructus. ff. d. tit.

k d. l. itẽ ueniũt §. itẽ eos & l. sed etsi. § scire, & §. cõsuluit ff. hoc tit.

l d. l. sed etsi. 25. §. si ante, ff. h. tit. & l. 1. & 2. C. eo.

m quem gl. allegat in d. §. si ante pro quo text. est in l. igitur. §. generaliter. ff. de lib. cau.

n l. si possessor §. ul. & l. seq. ff. de pet. hęr.

o d. l. sed etsi, §. consuluit.

certis auctoribus [p] *natam: mortē enim nisi certo sciat actor nō rectè agit,* [q] *quia læsam habet conscientiam; imò improbus censeri debet, qui sollicitus est de adipiscenda hæreditate viuentis. Secundò, vt agere volens prius adierit hæreditatem iure ciuili:* 136 [r] *sicut in bonarū possessoria hæreditatis petione necesse est, vt quis bonorum possessionē petat iure prætorio, priusquam agat; nisi enim adita sit hæreditas iure ciuili, vel agnita bonorum possessio iure prætorio, petitio hæreditatis non competit. Ex quo consequitur, quòd cum post aditionem desinat esse hæreditas, & ... confundatur cum bonis successoris, petitionē hæreditatis aliquanto laxius intelligendā esse non propriè pro hæreditate, se pro declaratione hæreditarij iuris,* [s] *quo actor intendit, suas esse res à testatore relictas.* 137 *Ex prædictis quoque constat, in petitione hæredis sufficere probationem solius tituli: satis est docere actorem, quòd talis res, quam petit, tantummodo possessa detentauè per defunctum tempore mortis fuerit: cum tamen in rei vendicatione probandum sit dominium. Quinimò cum Petitio hæreditatis sit iudicium vniuersale, vbi nō respicimus res vel partes principaliter, sed ius hæreditatis, & ob id non tenetur actor specificare res hæreditarias.* 138 *In hanc formam* [u] *proponi potest petitio hæreditatis; [Cum Titius in Christo defunctus sit, & ego sim eius proximus agnatus, vel sim ab eō hæres institutus in testamento: petō me declarari hæredem, & aduersarium cogi ac condemnari, vt res hæreditarias mihi restituat, vnà cum fructibus. &c.]* 139 *Illud etiam addendum est, velut auctarij vice, quamuis alias non sit receptum iure, quòd possessor alicuius rei possit cogi ad ostendendum titulum, diuersum tamen in petitione hæreditatis obtinet, hoc enim in ea regulare & perpetuum est, quod possessor interrogatus de qualitate possessionis, eam declarare* [x] *teneatur: quod* [y] *Zasius contra Barto. adeò verum esse defendit,* [z] *vt putet non sufficere, si quis simpliciter se hæredem asserat, sed necesse esse, vt declaret qualitatem suæ successionis, an ex testamento, vel ab intestato hæres sit: quam sententiam consuetudo, optima legum interpres, confirmat. Puto tamen id tum procedere, si vel iudex vel aduersarius petant certificari de huiusmodi qualitate: alias si nihil aduersus eum, qui petendo hæreditatem simpliciter se hæredem defuncti ait, opponatur, prorsus valebit. Atq; ita Bartoli opinio, si mitigetur, sustineri poterit.*

[p] tex. in l. si quidem. C. solu. matrimo.
[q] l. hæres. & l. qui hæ. ff. de acqui. hæred.
[r] tex in l. 2. §. in tendum. ff. de vulg & pup. sub & in l. 1. §. si ipuberi. ff. de coll. bo.
[s] Iuxta l. qui liberis. §. filio impuberi, de vulg. & pup.
[t] l. licet minimā ff. de pet. hære. Bart. in l. 3. ff. de bo. possess.
[u] Hæc forma probatur ex l. 3. ff. de pet. hær.
[x] l. cogi. C. de peti. hære.
[y] Hic.
[z] Per l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio.

§. Fuerat,

1 *De actionibus ex stipulatu & rei vxoriæ.*
2 *Actio rei vxoriæ in actionem ex stipulatu transfusa.*
3 *Actio rei vxoriæ vnde dicta fuerit.*
4 *Surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur.*
5 *Priuilegium tacitæ hypothecæ. & nu. 8.*
6 *Priuilegium prælationis & nu. 11.*
7 *Dotis causa multum priuilegiata.*
8 *Extraneo etiam concedi priuilegium tacitæ hypothecæ.*
10 *Tacita hypotheca vnde dicatur.*
11 *Vxor præferenda creditoribus etiam expreßam hypothecam habentibus.*
13 *Mulier fisco potior in dotis causa.*
14 *Beneficium prælationis in dote confeßata non habet locum.*
15 *Priuilegium prælationis est personale.*
16 *Diffinitio actionis ex stipulatu pro dote.*
17 *Quibus detur actio pro dote.*
18 *Dos quid sit.*
19 *Quid sit donatio propter nuptias.*
20 *Dos & donatio propter nuptias æqualitatem iuris habent.*
21 *Sicut dos, ita & propter nuptias subest tacitæ hypotheca.*
22 *Idem in bonis paraphernis obtinet.*
23 *Aduersus quos detur pro dote actio.*
24 *Etsi non interueniat stipulatio in dotis promißione, fingitur tamen interuenisse.*
25 *Idem est, si stipulatio inutiliter interuenerit.*
26 *Tam pro certa, quam incerta dote, actio ex stipulatu competit.*
27 *Vt exactioni dotis locus sit, contractum matrimonium eße oportet.*
28 *Actione dotis & petitur & repetitur dos.*
29 *Dos profectitia quid, & quid aduentitia.*
30 *An & quando extraneo actio pro dote detur.*
31 *Quis dicatur extraneus in hoc proposito.*
32 *Constante matrimonio dos non repetitur.*
33 *Fallit, si maritus ad inopiam vergat.*
34 *Quando soluatur matrimonium.*
35 *Res dotales diuersimodè restituuntur.*

36 *In actione dotis petendæ quid probandum.*
37 *Quid probandum in repetenda dote.*
38 *Forma libelli in dote petenda.*
39 *Forma libelli pro repetenda dote.*
40 *Si de donatione propter nuptias agatur, quomodo formandus sit libellus.*
41 *Maritus habet priuilegium competentiæ, in quantum facere potest.*

Fuerat antea & *a* rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei *b* iudicijs: sed cum *c* pleniorem esse *d* ex stipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria ante habebat, cum multis *e* diuisionibus in actionem ex stipulatu, quæ *f* de dotibus *g* exigendis proponitur, transtulerimus, meritò rei vxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio, *h* quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicij *i* tantum in exactione dotis meruit, *k* vt *l* bonæ fidei sit. Sed & tacitam *m* ei dedimus hypotecam. *n* Præferri autem alijs creditorib. in hypothecis tunc censuimus, *o* cum ipsa mulier de dote sua experiatur; cuius solius prouidentia hoc induximus

Occasione] actionum 1 *bonę fidei subnectitur de duabus actionib. pro dote vel exigenda, vel repetenda olim concessis; quarum prior [ex stipulatu] erat, & marito competebat pro dote petenda, altera rei [vxoriæ actio dicebatur, quam, soluto matrimonio vxor habebat aduersus maritum ad repetēdas res dotales.* 2 *Iustinianus hanc posteriorem cum omnibus suis qualitatibus sustulit, & in actionem ex stipulatu sua* [a] *constitutione transfudit, vt sic vtraque specie hæc competeret.*

a Rei vxoriæ actio]. 3 *Sic dicta, quod peculialiter vxori debatur ad repetendam dotem post solutum matrimonium. Scribit autem* [b] *. Cicero formulam arbitrij rei vxoriæ fuiße. [Quod æquius melius,] vel vt plerique codices habent: quantum æquius, melius: cuius etiam* [c] *Iabolenus & proculus* [d] *meminere.*

b Iudicijs.] Actionibus: sic enim sępè iudicia [e] *pro actionibus sumuntur.*

c Pleniorem] Quam rei vxorię actio.

d Ex stipul.] Scilicet pro dote, quæ marito concedebatur contracto coniugio ad exigendam sibi dotem promissam.

e Diuisionibus.] Quas alibi [*] *Accurs. recenset.*

f De dotib.] Vel quasi dotibus, veluti si quid seruo dotali sit legatum, intuitu mulieris.

g Exigendis.] Idest soluto matrimonio repetendis vel recipiendis.

h Pro ea.] Rei vxoriæ actione.

i Tantum] Idest, quando pro dote petenda vel repetenda datur, tunc bonæ fidei est alias semper est stricti iuris.

K Vt bon fid.] Retinet ergo natura actionis rei vxoriæ, in cuius locum suffecta est, propter [g] *regulam, qua dicitur, Surrogatum siue subordinatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur.*

l Bonę fidei.] Ex vtraque parte, tam mariti, [h] *quam vxoris. Quamuis ergo ex stipulatu actio prius stricti iuris fuerit, quippe ex stipulatione profecta; tam in fauorem dotis ad exemplum rei vxoriæ actiones (quæ bonę fidei fuit) similiter bonæ fidei esse iubetur.*

m Et dedimus.] 5 *Scilicet actioni ex stipulatu dotis causæ; quia hoc priuilegium tacitæ hypothecæ actioni dotis conceßum est, non mulieri, & tam in marito, quam in vxore locum habet.*

n Præferri.] 6 *Vltra tacitam hypothecam habet vxor etiam priuilegium prælationis, hoc est, quod propter hanc tacitam hypothecam præferatur omnibus creditoribus mariti: sicut infra latius dicetur.*

o Cum ipsa mulier.] Emphasin habent hæc verba; quasi diceret, hoc prælationis beneficiū tum obtinet, quando ipsa mulier, non etiam alius ageret ad dotem repetendam; sicque ipsi mulieri tantum concessit Imp. hoc priuilegium, & non transtulit ex rei vxoriæ actione in iudicium ex stipulatu.

Cum ad humani] generis conseruationem nihil æquè necessarium sit, ac matrimonium, quod sine dote rarò contingeret solet: reique publicæ intersit, vxores suas dotes saluas habere: 7 *ideò dotis causa multa priuilegia à* [i] *legib. inuenta sunt, quorum duo hic recensentur, quæ paucis expedienda fuerint.* 8 *Primū priuilegium est [tacitæ hypothecæ,] quam mulier habet in reb. mariti pro dote sua illata, & contra maritus in rebus vxoris. Sicut enim mariti bona tacitè sunt obligata pro restitutione dotis, ita quoq; maritus* [k] *tacitam habet hypothecam in bonis vxoris pro consequenda dote sibi promissa.* 9 *Ex quo illud etiam conficitur, extraneo quoque, qui dotem pro muliere dedit, eamque sibi restitui stipulatus est, hoc priuilegium concedi, vt rectè Iason contra Baldum & Angelum defendit. Nam hoc priuilegium inest ipsi actioni ex stipulatu, & non datum est mulieri: hoc est, non est personale priuilegium, ideoque transit ad quemcunque succeßorem, etiam extraneum; id quod* [l] *Bartolus etiam uoluit, & Iustiniani* [m] *constitutione comprobatur.* 10 *Dicitur autem [tacita hypotheca,] quia & si de ea in contractu matrimonij nihil sit expressum, sola tamen legis dispositione inducitur: sine vllo facto hominis, saltem circa hypothecam concurrente. Nam simulatque contractum est coniugium, bona hinc inde tacitè sunt obligata, hic, marito ad petendam dotem sibi promissam, illic uxori ad dotem repetendam, soluto matrimonio, maritoque ad inopiam*

ucrgen-

a Quæ extat. in l. 1. C. de rei vx. act.
b Cic. li. Offi. 3.
c l. 1. his reb. 2. §. vlt. sol. ma.
d l. si cū Corne lio. 92. de sol.
e sup. h. ti. in §. quædā. ibi. in quib. trib. iu dicijs. & in eo. §. in bonæ fidei.
* In l. vnica. C. de rei vx. act.
f l. 3. de fun. dot.
g l. quod debitori. ff. de donat. cā mor. l. si creditori. de leg. 1. & d. l. vnica. C. de rei vxo. act. & l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa, li. es. iuf. fue in quib. locis Doc. hāc regulam amplè discutiunt.
h Ang. & Iason hic.
i de quib. Dd: in l. 3. so. ma. & l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.
k l. vnica. §. 1. ibi, tacitā damus ex vtroque latere. C. de rei vx. act.
l In l. 1. & l. 40. post dotem. sol. mat.
m text. in d. l. vnica, §. 1.

vergente, sola auctoritate legis ipso iure [n] enascitur obligatio. Et si impugnes, nonne concurrit et ibi factum hominis scilicet contrahere nuptias? Respondeo, hoc non ad rem pertinere, quoniam hoc factum respicit matrimonium, in nullo respicit bona, sed sola lex disponit, & operatur. 11 Secundum beneficium est [prælationis,] quod scilicet vxor præferatur omnibus alijs creditoribus mariti [qui aut nullam omnino, aut certe tacitam hypothecam in bonis [o] mariti habent, & de hoc nullum est dubium. Sed quid si creditores habeant pactam & expressam hypothecam? & præferendos esse creditores mulieri [p] Bartolus putat in quam sententiã vulgò deinde itum est. 12 Ego uerò censeo adhuc præferendam esse vxorẽ, nec iuris rationem contrariam opinionem probari posse, propter generalia uerba, quibus leges hac de re tractantes vtuntur nec inuenio vllum textum circa hoc distinguentem: durum itaque est [q] hominis distinctionẽ admittere. Sic enim loquitur [r] Imperator: [In rebus dotalibus vendicandis mulierem omnem habere post dissolutum matrimonium prærogatiuam iubemus, & neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiorem causam in his per hypothecam vendicare:] & quæ ibi sequuntur. Ita [s] & alibi, [Sancimus,] inquit. [ex stipulatu actionem, quam mulieribus pro dote restituenda dedimus, cuique etiam tacitã donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis priuilegio uallati.] Nota hæc verba: [Neminem creditorum, omnes creditores.] Atque hanc sententiam vt veriorem, in Camera quoque Imperij post multam disputationem obtinuisse, alibi [t] à me annotatum est, ut de ea non sit amplius dubitandum. Neque impedit argumẽtum à similitudine ductũ, de fisco ad dotem, 13 quum dos longè pluribus & maioribus priuilegijs cohonestetur, atque ipse Fiscus imò mulier sit fisco potior in dotis causa. Nam si reperiantur duo instrumenta eodem die facta, quorum alterum contineat, maritum esse obligatum fisco ex aliqua causa, atque eo nomine constitutam esse hypothecam bonorum suorum: alterum verò habeat obligationem pro dote pariter sub hypotheca, hoc casu fauore dotis præsumetur instrumentum dotale prius factum. [u] 14 In hoc autem prælationis beneficium tunc procedit, quando dos actualiter & re ipsa marito data fuit; secus si cauta tantum vel (vt vulgò dicunt) confessata fuit, ut quia maritus confiteatur cautione scripta se accepisse dotem; de numeratione autem non constet: tum enim mulier non præferetur cæteris creditoribus: si tamen sua credita probent per iustam [x] numerationem, alioqui si nihil haberent creditores præter cautionem scriptam, nec alias credita docere possẽt, eo casu, quia cum muliere in pari causa, mulier ueluti fauorabilior, præcedit. 15 Et hoc priuilegium personale est, competit enim soli mulieri, idest, personæ tantum, non etiam actioni: quare euanescit quoque cũ persona, nec ad vllum alium successorem, exceptis descendentibus, [y] migrat: atque in eo à priori priuilegio, quod actioni inhæret, differt istud. Nunc ad actionem ipsam. 16 [Actio ex stipulatu de dote est personalis, & datur aduersus stipulantem pro consequenda dote promissa, constante matrimonio, uel etiam pro repetenda eo soluto. Personalis est; quia ex stipulatione, uel qualicunque dotis [z] promissione nascitur. 17 Dixi, datur, simpliciter: quia non solum maritus, eiusque pater experiri potest hoc iudicio ad exigendam dotem promissam, sed etiam uxor & pater eius, ad petendam donationem propter nuptias, (quæ uiri dos est) hanc actionem habet; quia æqualitas iuris inter vtranque dotem [a] seruanda est. 18 Dos autem est, quod datur marito à muliere, parente, uel etiam extraneo, ut onera [b] matrimonij sustineat. Nam & ab initio dos vxoris fuit, & naturaliter in eius permanet dominio: non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas delata vel confusa est. Ex quibus intelligimus, quod ait [c] Vlpianus, [dotem, ipsius filiæ proprium esse patrimonium.] Doti respondet donatio propter nuptias; eadem enim causa, ut uitam commodè transigant, uel maritus, uel ipsius nomine alius confert. 19 Vnde Græcis dicta est ἀντιφερνὴ, quasi contra, uel mutua donatio. Vtraque igitur est donatio, utraque ad matrimonij necessitatem destinatur, 20 & ideò tantam æqualitatem iuris habent, ut vtraque dos nuncupetur, etiam ab antiquis [d] legumlatoribus. Vnde dicimus, [dotem & donationem propter nuptias paribus ambulare passibus;] id est, pari iure accipienda esse utriusque [e] pacta. Quod Iustiniano tandem adeò uisum est [f] iustum, ut æqualitatem omnimodam quantitatis etiam, nedum pactorum introduceret, quam tamen consuetudo non admittit, contenta æqualitate interpretandi iuris. Potest igitur minor esse dos, quàm donatio propter nuptias, aut contra, possunt & pacta esse disparia, interpretatio tamen; iuris par erit de re pari. Porrò istam æqualitatem dotis & donationis propter nuptias debes etiam ad priuilegium tacitæ hypothecæ referre, quod huic actioni inest; 21 quia sicut dos, ita, & propter nuptias donatio subest tacitæ hypothecæ, huiusque nomine habet uxor mariti bona tacitè, ui & potestate legis [g] obligata. 22 Quod & in bonis paraphernis, quæ uxor ultra dotem marito adfert, obtinere, iure [h] traditum est. Quod tamen in Camera Imperij uerum existimarunt Domini, si intelligamus hanc hypothecam, quoad bona ista parapherna, non inesse cum priuilegio prælationis, sicut alibi [i] à nobis annotatum extat. Redeundo ad definitionem, dixi in ea, [aduersus stipulantem;] 23 propriè enim is hac actione ex stipulatu tenetur, qui per stipulationem dotem promisit, siue sit uxor, siue maritus, uel parentes eorum, aut etiam extranei. 24 Quòd si nuda stipulatio dotis causa interuenerit, sed nudo simplicique pacto constituta sit dos, adhuc huic iudicio locus erit, non quia hæc simplex promissio per se illud operetur, sed quia nihilominus de iure fingitur interuenisse stipulatio, adeoque ex hac ficta stipulatione hoc iudicium datur, ob dotis summum fauorem, quod reuera maximum est, & mirabile

n d.l. assiduis. & d.l. unica. § & ut plen.

o d.l. assiduis.

p in d.l. assiduis

q ar. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst.

r In l. in reb. C. de iur. dot.

s In d. l. assiduis. quib. accedat tex. i §. his cõsequẽs. in Nouel. de æqual. dot.

t Cen. 4. Obser. 13.

u Sic Bal. refert in l. dotis. C. de iur. dot.

x Gl. est, quam Bal. dicit esse auream in d. l. assiduis, in uer. dote.

y Ita Bar. in l. 1. ff. sol. mat.

z l. ad exactionẽ C. de dot. promis.

a Vt in Nouel. de æqual. dot.

b l. 1. l. dotis fructus. & l. res in dotem, ff. de iure dotium.

c l. 3. §. si igitur. de minorib.

d l. cũ multæ, §. 1. C. de dona. ante nup.

e d. l. cum multæ §. in autem donatio.

f In Nouel. de æqual. do. § 1.

g Gl. est in d. l. assiduis. ad fin.

h l. ubi adhuc. C. de iur. dot. & l. ult. C. de pac. con. & ibi Dd. ias. hic n. 41. Hic usurpat Imp. prãtẽ Dei, quia, ex nihilo facit aliquid.

i Vide Obser. 4. Cent. 5. & ibi Iura.

bile dotis priuilegium. 25 Eadem ratione fauoris, si inutiliter fiat ista stipulatio dotis reddendæ, perinde est, ac si ualida fuisset [k] interposita: Addidi, [pro consequenda dote: simpliciter] 26 quoniam non interest, an certa species uel quantitas promissa sit dotis nomine, an uerò collata in arbitrium boni uiri: quinimo & si quis dotem promisit, nulla omnino adiecta quantitate, sed quodcunque ipse arbitratus fuerit, rectè ab eo, cui ita promisit, conueniri potest hoc iudicio: quoniam & hac facti specie intelligitur, quantitatē dotis ad arbitrium boni viri [m] retulisse. Ex quo & illud discis, actionem ex stipulatu, quando pro dote intenditur, ēt ad incertum dari, contra eius naturam: quum regulariter huic actioni non sit locus, nisi quando certum deductum est in [n] stipulationem. Subieci, [constante matrimonio.] 27 nam ut exactioni dotis locus sit, oportet constare, contractū esse matrimonium: antea enim sicut dos non [o] intelligitur, ita nec exerceri potest hac actio, quoniam hanc conditionem in se habet omnis [p] promissio. 28 Adposui, [vel etiam repetenda:] non. n. solum petitur dos promissa hac actione, verumetiam data & illata repetitur, qua in re interest, an de dote profectitia, uel aduentitia loquamur, 29 [Dos profectitia] Vlpiano est, quæ à patre uel parente proficiscitur, qui filiā pro rerū suarū virib. dotare compellitur. [Aduentitia] uerò dicitur, quā nemo ex paternis bonis, sed quidam extraneus aliunde dedit Hanc aduentitiam uxor ipsa repetit: aliā uero & parentes, si eam sibi post solutum coniugum restituendam stipulati pactiue sint, non tamen aliter, nisi consentiat, uel certè nō cōtradicat [q] filia. 30 Extraneo uerò non aliter permittitur repetitio, nisi expressim pactus uel stipulatus fuerit dotem, quam pro muliere dedit, sibi reddi. 31 Extraneū aūt in proposito accipimus, qui non sit parens mulieris, nec hēat eā in [r] ptāte. Volunt. n. interpretes, fictionē & præsumptionē stipulationis cessare in extraneo: quinimo etsi stipulatio interposita ab eo sit hac tamen actio desinet in ipso bonæ fidei esse, & ad naturam suam redibit, quod nota dignum est. Et hac, quæ de repetēda dote tradimus, eadē ad donationē propter nuptias referre debes, cum, ut supra dictum est, pari iure censeantur. Annexi, est, [eo dissoluto:] 32 siquidē constante adhuc matrimonio dos nō repetitur, regulariter, nec oritur hac actio ad repetendā dotē, quū dies condōnis ante solutū matrimoniū uenire non [s] intelligatur: imò & si antea maritus uellet dotē reddere, non posset, quia ius [t] prohibet. 33 Si tamē constāte coniugio maritus ad inopiam uergeret non esset locus prædictæ regulæ, sed mulier repetere dotē posset aduentitiā, ne periclitetur, & parentes [u] eius dotē profectitiā, quod tamē in extraneo non procedere [x] Iason prodidit. Quinimo eo casu præter dotis exactionē pōt uxor & bona parapherna [y] petere, & itē donationē propter nuptias, quā vel ex statuto, uel ex pacto post finitum matrimoniū lucratura sit. 34 Soluitur aūt hodie matrimoniū dū taxat morte; olim [z] plurib. modis contingebat solutio. 35 Cæterū restituuntur res dotales soluto matrimonio [a] diuersimodè. Res. n. immobiles, soloq; hærentes nisi statim exhibeantur, usuræ ex his debētur: mobiles uerò intra annū reddere satis est. 36 Nunc quæ in hac actione probanda sint, uideamus. Et in actione quidē dotis petendæ probari dēt, promissā esse ab aduersario dotē, aduersus quē agis. Doceri aūt id pōt uel dotalib. instrumentis, uel testib quod si neutrū fieri possit, ¦iū partiū assertio instruenda est cōiecturis, ex qualitate [b] personarum. 37 In repetenda uerò dote ostendendum est, solutionē dotis uel donationis propter nuptias [c] factā esse. Simplici tamen assertioni coniugis nō facilè credetur, nisi instrumento confessionis, uel cautione scripta adiuuetur, accedente lapsu [a] anni, uel biennij. 38 Forma huius actionis propetenda dote: [Quāuis ego haud ita pridē per uerba præsentis consensus matrimoniā contraxerim cū Berta, eiusq; rōne reus conuentus mihi centū in dotē promiserit, ipse tamen admonitus ista centum soluere hactenus recusauit iniustè. Quare peto reum condemnari, ut numeret mihi prædictam dotem ad sustinenda matrimonij onera.] 39 Quòd si ad repetendam dotem agatur, sic proponenda est actio: [Ego Berta nupsi Flacco, & eidē in dotē dedi centū, quę stipulata sum mihi reddi secundum euentū diei. Quāobrem præsente iā casu restituentæ dotis, soluto scilicet matrimonio morte mariti Flacci, peto ut Titius, qui hæredem agit Flacci defuncti, prædictam dotem reddat, eoque nomine iusta sententia condemnetur, &c.] Et hoc quidem procedit, si pecunia summa in dotem data sit; quòd si aliæ res mobiles uel immobiles dotis nomine traditæ fuerint, exprimendæ sunt in libello. Oportet etiam declarare, utrum res sunt æstimatæ, quum in dotem darentur, an non sint: quia priori specie non res, sed æstimatio [e] petenda esset; nisi mulieri data sit electio tempore dotis [f] constitutæ uel nisi ad hoc solum fuerit æstimata, ut constaret, quanto fieret [g] forte deterior. Facile autem formas huius actionis uariabis, si ad donationem propter nuptias uel petendam, uel repetendam agas. quæ semper sub appellatione dotis [h] intelligenda est. 40 Obserues ēt, pro diuersitate casuū libellū esse uariandum: quia aliquando uxor agit aduersus hæredes mariti soluto matrimonio, aliquando constante matrimonio, si maritus uergat ad inopiā: interdū aduersus patrē, qui pactus est dotem dare. Plerunque ēt maritus agit ad constituendam uel dandam sibi dotē nonnunquā hęres mariti, interdū uxoris hæres. 41 Hoc interim non est omittendum, maritum habere [priuilegium competentiæ.] id est, ¦in quantum commode pōt, ne ad [i] assem exigatur. Unde si iudex maritum in solidū condemnet, uel simpliciter pronunciet, Condemno te ad restituendā dotem, hic maritus habebit exceptionem priuilegij competentiæ, [k] sententia non obstante, præterquā in casu, si pater filiæ promisisset genero dotem, quam sciret se non posse soluere, ut sic induceret generum, tum enim in solidum condemnabitur, nec habebit [l] competētia beneficiū.

§ In

k d. l. unic. §. ac tedit. ibi glo. C. de rei uxo. act.

l l. 3. C. de dot. promis.

m l. si cū ea. C. de dot. pmiss. l. cū post. §. gener. ff. de iud. don.

n l. si quis qs cer. ff. si cer. pet.

o l. 3. & l. pmittēdo. ff. de iu. dot.

p l. stipulationū & l. non. n. ff. de iu. dot.

q l. 2. §. qp si in patris. §. uolūtatē. ff. so. ma

r d. l. unica. §. ac cedit.

s l. cedere diem 213. ff. de uer. sig.

t d. l. 2 ff. so. ma. & l. 2. de dore præleg. iūcta l. 1. C. si dos cō. marr. sol. fuer.

u l. si constante sol. mat. l. ubi C. de iur. dot.

x In d. l. si cōstāte. in prin.

y Sicut describūtur ĩ l. si ergo §. dotis autē cau. ff. de iur. dot.

z Sic habes in l. consensu. C. de repud.

a d. l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. act.

b l. cū citra. C. de iu. dot. l. quo. & l. cum post. §. gener. ff. eod.

c l. 1 C. de don. cauta nō nū. l. si ex cautione. C. de non nu. pec.

d l. ul. C. de do. cau. nō num.

e l. quoties. C. de iur. dot.

f l. plerunq; ff. de iur. dot.

g l. si inter uirū, C. eo. tit.

h d. Noue. de æqual. dot.

i l. non tantum ff. de re iud.

k Pro quo facit l. etiā. §. licet & l. maritum. ff. sol. matr. l tex. est elegans in l. pe. in fi de iu. do. uide etiam Zas. in suis intel.

§. In bonæ fidei.

1 *Veteri iure, quoad compensationem, differebant actiones bonæ fidei, & stricti iuris.*
2 *Iustinianus constituit compensationem in tam stricti iuris, quam bonæ fidei iudicijs ipso iure consistere.*
3 *Arbitrari quid sit.*
4 *De dictione, Inuicem.*
5 *Compensatio alieni debiti, an admittatur.*
6 *Compensatio quid sit.*
7 *In depositi actione nulla compensatio conceditur.*
8 *Depositi actio variè priuilegiata*
9 *Omnis actio ipso iure per compensationem tollitur.*
10 *Excipitur actio depositi.*
11 *Vt actio per compensationem tollatur, necesse est eam ab aduersario oppositã esse.*
12 *Quomodo ius nouum differat à iure veteri, circa compensationem.*
13 *Compensationis descriptio; & cur introducta sit.*
14 *In debito ciuili tantùm, non opponitur compensatio.*
15 *Vt compensatio locum habeat, necesse est debitum esse liquidum.*
16 *Quantum tempus dari debeat ad liquidandum debitum.*
17 *Debitum tertij non potest allegari in compensationem.*
18 *Effectus compensationis est, quod vim solutionis habeat.*
19 *Compensatio non potest excedere quantitatem debitam, & compensabilem.*
20 *Iurans se soluturum, compensationis obiectione excusatur à periurio.*
21 *Compensatio in ijs tantum rebus locum habet, quæ functionem, id est, promiscuum vsum recipiunt.*
22 *Quæ res dicantur fungibiles.*
23 *Sola pecunia quantitas dicitur & nu. 28.*
24 *Dissimilitudo rei fungibilis impedit compensationem.*
25 *De specie ad quantitatem illicita est compensatio.*
26 *Fallit, si specie perempta deueniatur ad æstimationem.*
27 *Quantitatis ad quantitatem permittitur compensatio.*
29 *In quibus casibus prædicta regula fallat.*
30 *Si quantitas soluitur ut species, an ad aliam quantitatem compensetur.*
31 *Speciei ad speciem non fit compensatio.*
32 *Generis ad genus non obijcitur compensatio, contra communem opinionem.*
33 *In obligatione generis omnes species obligantur.*
34 *Genus nihil aliud est, quàm species simul collectæ.*
35 *Quomodo qualitatis ad qualitatem fiat compensatio.*
36 *Expensarum compensatio, quare in vsum recepta.*
37 *In delictis, & criminibus fit compensatio.*
38 *Ad pœnæ euitationem compensatio admittitur.*
39 *In quibus casibus non liceat compensare.*

In bonæ fidei a iudicijs libera potestas permitti uidetur iudici b ex bono, & æquo c æstimandi, quant actori d restitui debebat. In quo e & illud continetur, ut si quid f inuicem g præstare actorem oporteat, eo h compensato, i in reliquum k is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in strictis iuris iudicijs, ex rescripto diui Marci, l opposita doli mali exceptione, m compensatio inducebatur. Sed nostra n constitutio easdem o compensationes, quæ p iure aperto nituntur, latius introduxit, ut q actiones r ipso iure f minuantur, t siue in rem, siue in personam, siue alias quascunque, excepta u sola depositi actione, cui aliquid x compensationis nomine opponi, sanè iniquum esse credimus: ne y sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis z exactione defraudetur.

Veteri.] 1 *iure differebant inter se bonæ fidei, strictiq; iuris actiones, quantum ad compensationẽ attinebat. nam in bonæ fidei iudicijs ipso iure compensatio admittebatur: hoc est, eo ipso, quod iudex cõpertum habebat compensationi locum esse, actio mox ipso iure siue facto hoĩs, ui ipsa minuebatur ad quantitatem debitam, poteratq. iudex ex officio repellere agentem, reumq. conuentum absoluere, etsi nihil ab eo petitũ esset. Quinimò licèt iudex reum condemnasset in totam summam, isque soluisset: poterat tamen nihilominus debitum compensabile, velut indebitè solutum, repetere, & processus erat nullus: hoc. n. est ipso iure aliquid consistere. In persecutionibus verò stricti iuris, iudice etiam sciente rem esse compensabilẽ*

non tamen fiebat compensatio, nisi reus conuentus doli exceptione obiecisset aduersario, dicendo, Dolo facis quia petis, quod restiturus es. Ea autem omnia omissa, etsi in totam summam debiti condemnatio facta erat, processus non irritabatur. 2 *Hanc antiqui iuris differentiam. Iustinianus sua* [a] *constitutione sustulit, sanciens, compensationem, & in stricti iuris, & bonæ fidei iudicijs ipso iure consistere, ita quod neutrobi amplius sit opus doli exceptione submouere agentem, sed quacunque ratione constet iudici extare rem cõpensabilem, mox ipso iure minuatur, & perimatur ius actoris ad quantitatem debitã, siue concurrentem.*

a In l. vlt. C. de compens.

b De uaria huius voculę iudicij acceptione, vide gl. in §. pręterea. supra, quib. nõ est perm. fac. test.

a Iudicijs.] [b] *actionibus: nam inter reliquas acceptiones, iudicium non rarò actionem significat: ut in § præcedenti diximus.*

b Ex bono, & equo.] *Id est, ex æquitate naturali: neque enim verum est, aliud bonum esse, aliud equũ, ut* [c] *Accursius censuit: sed bonum, & æquum absolutè bonitatem ęquitatemque significat, & iuris medullam, germanamque iustitiam, ut Budæus* [d] *alibi doctè enarrat.*

c In l. 1. ff. de iust. & iur.

d In d. l. 1.

c Aestimandi.] *Id est, arbitrandi.* 3 *Est enim [arbitrari] nihil aliud, quàm estimare, taxare, & censere ex æquitate.*

d Restitui.] *Ab ipso scilicet reo.*

e In quo.] *Id est, In qua libera potestate iudici permissa.*

e l. eius. C. de compens. l. pen ff. eo. tit.

f Inuicem.] 4 *Et regione, seu uice versa: quia scilicet actor ipsi quoque reo teneatur, debeatque ei aliquid. Sanè hæc vocula, inuicem, ut plurimum notat personarum quarundam reciprocationem.*

f l. in rem. 2. §. 2. de compẽsatio.

g Præstare actiorem.] *Ipsi, uidelicet reo:* 5 *nam alieni debiti nulla admittitur* [e] *compensatio, etiãsi is consentiat cui debetur, admittitur si is suum nomem cedat* [f] *reo.*

g l. inuicem. C. illo titu.

h Compensatio.] *Id est compensatione habita cum ijs, quę uicissim actor reo debet;* 6 *est enim compensatio, inuicem imputandi, quæ contra debentur, ratio.*

h l. si tutores. C. d. titu.

i In reliquum.] *Quod adhuc restat deducto debito* [g] *actoris. Cæterum si nihil sit reliquum, nulla erit condemnatio, sed totum* [h] *compensabitur.*

K Is,] *Subaudi reus.*

l Opposita.] *Et non alias: quia si hæc exceptio omissa erat, iudex non compensabat debita. Nullibi autem, quod sciam, hoc D. Marci rescriptum extat.*

m Compensatio inducebatur.] *Id est, potestas dabatur iudici ut compensationem admitteret.*

n Constitutio.] *Quam in Codice, lib. 4 habes sub ti. de compens. in ultima lege.*

o Compensationes.] *Theophilus uocat* ἀντιλογισμούς, *id est, rationes inuicem imputandi, quæ contra debentur.*

i In d. l. vlt.

p Iure aperto.] *Id est, Quæ liquidæ, & certæ sunt, quia debitum hinc inde fit liquidum. Ait* [i] *enim Iustinianus: [Ita tamen compensationes obijci iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare.] Idem paulò post addit; [Hoc itaque iudices obseruent, & non procliuiores ad admittendas compensationes existant, nec molli animo eas suscipiant: sed iure scripto utentes, si inuenerint eas maiorem, & ampliorem exposcere indaginem, eas quidem alij iudicio reseruent, litem autem pristinam, iam penè expeditam, sententiam terminali componant.] Liquidi ergo ad liquidum fit compensatio, non contra.*

K l. 13. si putator. ff ad l. Aquil.

l tex. in l. 4 si constat. C. de compens. Docto. commu. niter hic.

q Actiones] *Scilicet ipsas: est accusatiuus.*

r Ipso iure.] *Si tamen de compensatione constet iudici, quia non potest* [k] *diuinare: quacunque autem ratione constet, nihil* [l] *refert.*

s Minuantur.] *Ad quantitatem nempe concurrentem, id est, in tanto, quantum compensari debet.*

m Bald. hic.

n d. l vlt.

o l. penul. C. de pos.

p l. 23. actione. ff. depositi.

q l. 7. si hominem. §. quoties & l. seq. ff. depos. Idem habes in l. ult. C. de compens. in l. pen. C. de pos. in ca. bona fide. ext. de poss.

t Siue in rem] *Non quidem, cum adhuc agitur de re ipsa* [m] *restituenda (neque enim species apta est, compensationi) sed cum eundem est ad rei æstimationem, ueluti, quia res ipsa præstari non possit.*

u Sola depositi actione.] 7 *Huius exceptionis non solum meminit iustinianus in præfata sua* [n] *constitutione, uerum etiam hac de re peculiarem edidit* [o] *constitutionem, qua disertè uetat, depositi repetitioni ullam compensationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponi. Idq. et obtinere statui, ubi ex vtraq. parte aliquid fuisset oppositũ; sed nec eius restitutionem, ulla posse denunciatione impediri voluit.*

x Compensationis nomine.] *Retentionis tamen nomine aliquid obijci posse, nempè sumptus in rem depositam factos, receptum est. Vnde* [p] *Modestinus respondit, [actione depositi conuentum, apud eundem iudicem utiliter experiri, cibariorum nomine, quæ dedit seruo apud sese constituto.]*

y Sub prætextu] 8 *Nam cum deponendo contrahamus fiduciam amicitiæ, adeò donata est depositi actio hoc priuilegio, quod nec compensatio, nec alia exceptio rectè opponatur reposcenti debitum. Sicut & illud beneficij habet, ut præferatur alijs actionibus, hoc est, ut prima habeatur ratio eorum, qui res, vel pecunias (non tamen sub fenore) deposuissent, si fortè alij quoque creditores ad bona depositarij* [q] *agerent.*

z Exactione.] *Repetitione.*

r d. l. si putator. & d. l. si constat.

9 *Generalis regula, siue thesis, ex hoc tex. colligenda est; uidelicet, quod [omnis* [r] *actio] cuiuscunq. generis, & qualitatis hodie ipso iure per compensationem tollatur, in tantum, quantum compensari debet,*
10 *excepta sola depositi actione. Hoc tamen dogma ita temperabis, compensationem ipso iure competere,*
11 *si opposita sit à reo in iudicio, ut sic de illa constare iudici possit facto, & uoce hoĩs, qui iudex utique*

diuinare

diuinare [s] *nequit; in enim ius, quo hodie vtimur, à veteri potissimũ discrepat;* 12 *quod olim in stricti iuris persecutionib.necesse erat solenniter obijcere doli exceptionem: & si iudex ea neglecta condemnasset reũ, sua obtinebat vires, nisi appellationis medio infirmaretur. Hodie verò sufficit cõpensationem quibuscunq; simplicib. verbis significasse iudici, & quicquid contra fecerit iudex, nullũ firmitatis robur obtinebit, quodq; reus indebite soluit, repetit. Cæterum differentiã* [t] *effectum, an quid ipso iure existat, vel ope exceptionis,* [t] *Bar. ibi satis explicat. Vt aũt compensationis tractatum satis difficilem eò euidentius cognoscat iuris studiosus, videndum erat, quid sit, quibusq; in reb. locum habeat compensatio.* 13 *[Est ergo compensatio, debiti ad debitũ inuicem in vim solutionis ad cõcurrentem quantitatẽ contributio.] eaque ratione introducta quod intersit nostra potius non soluere, quàm solutum* [u] *repetere, & vt cõpensando arceantur præcaueanturq; sumptus &* [t] *molestia iudiciorum. Ad diffinitionẽ reuertendo, dixi in ea, [debiti ad debitum,] simpliciter; quia compensatio fit non solum de naturali & ciuili debito, sed & in naturali tantum.* 14 *In debito aũt ciuili tantum, non opponitur* [y] *compensatio, nisi aliquid ex natura admixtum habeat, & adminiculum quoddã accedat, vt in chirographo post biennium: tum enim & ciuilis obligatio ad agendũ efficax est. Item in debito* [z] *ex cã rei iudicatæ.* 15 *Debes aũt diffinitionem intelligere de liquido debito: nisi.n. compensatio obijciatur de certo, [illegible] debito, admittenda non est; nisi confestim liquidari, & facilem exitum sui pstare possit.* 16 *Quantum autem tpis interuallum dare ad liquidandum oporteat, puto relinquendũ esse iudicantis* [a] *arbitrio: tametsi Bart. tantum tpis præscribat, quantum ad soluendum* [b] *daretur. Subieci, [inuicem,] hoc est, inter ipsos contrahentes ab vtraq; parte, & nõ alias:* 17 *nam de alio non põt quis allegare cõpensationem, nisi forte pater sit, vel dominus aut socius, procuratorne* [c] *in rem suam.* 18 *Annexum est, [in vim solutionis:] hic.n. effectus; hoc officium cõpensationis est; quod vim solutionis habeat, ac per consequens tollat & perimat oẽm obligationem, ciuilem & naturalẽ: quia quod efficit* [d] *solutio, idem operatur compensatio. Sicut ergo solutione eius, quod debetur, oĩs obligatio* [e] *tollitur, ita & compensatio perimit oẽm obligationem, adeo quod ne reliquiæ quidem* [f] *vllæ permaneant. Subdidi, [ad concurrentem quantitatẽ,] quasi dicerem, tantum compensari, atq; inuicem imputari debere, quantum debiti quantitas exposcit:* 19 *neq; enim põt compensatio summam siue quantitatem debitam & compensabilem excedere. Postremò dixi, [contributio;] quia vnum debitum fungitur vice alterius, ob id certè, quod compensatio pro solutione habetur, vt iam dictum est.* 20 *Ideò is, qui iurauit se soluturũ; liberatur, compensationis obiectione, & à periurio excusatur non secus, atq; is, cui adiecta est conditio dandi, illam* [g] *implere cõpensando non vetatur. Consequens est, vt subijciamus, quib. in reb. admittatur compensatio:* 21 *quo in puncto concludendũ est, non in oĩb rebus locum habere compensationẽ indifferenter, sed in his tantum, quæ functionem, id est promiscuum vsum recipiunt. Cum enim compensatio sit imaginaria quædam solutio, oportet quod inuicem recipiant functionem. Nam interpretatiua solutio non potest locum habere, ubi non est locus veræ solutioni. Rei ergo fungibilis ad rem fungibilem propriè fit compensatio.* 22 *Dicuntur autem [res fungibiles,] quæ propter naturæ vel artis similitudinem recipiunt functionẽ & promiscuum vsum: vt frumentum cum frumento, vinum cum vino, oleum cum oleo, sicque de cæteris rebus similibus. Dct tamen eas res vulgò [quantitatem] nominant; uerum habere.* 23 *sola, enim pecunia quantitas dicitur; quia per eam, quanta quæque res sit, æstimatur. Aliæ namque res fungibiles vt frumentum, vinum, nomine quantitatis appellari non possunt, utpote quia per huiusmodi res nulla fit ualoris æstimatio, sicut Zasius in* [h] *singularib Intellect ex veritate tradit. Id si aduertissent interpretes, non tot difficultatibus obscurassent hanc materiã. Necesse autem est vt vtriusq; rei fungibilis sit equalis bonitas:* 24 *quia dissimilitudo impedit compensationẽ, sicut & functionem.* [i] 25 *Ex præmissis colligitur, de specie ad quantitatem, puta de frumento ad pecuniam, compensationem esse illicitam cum vnũ non fungatur specie* [k] *alterius:* 26 *nisi specie perempta deuoluatur ad æstimationem, quia forte specie per consumptionẽ ad pecuniã* [l] *reducatur, sicque accipiendũ est, quod in tex. hic dicitur* 27 *[Et in actione reali cõpensationem competere] Neque enim locum in ea habet compensatio, cum corpora restituenda sunt: sed cum peruenitur ad æstimationem, si reus offerat æstimationem pro fundo petito, & actor accepict. Item si reus iussus rem restituere detrectet, obque id aduersus eum in litem iuretur, ac iudex plurimi æstimet fundum, vel ipsum interesse: nã & hac specie ad quantitatem siue* [m] *pecuniã deuenitur. Cæterum quantitatis ad quantitatem rectè obijcitur compensatio. Sub quantitatẽ autem pecuniam numeratã accipere debes,* 28 *quæ propriè dicitur quantitas: s. per quam omnis res, quanta sit,* [n] *ostenditur. Et pro regula seruandum est, [vbicũque vel iure vel consuetudine pecunia solui potest pro alia re, ibi & compensationem admitti, cum sit imaginaria solutio]* 29 *Hoc tamen aliquoties non procedit. Primò, in obligatione alternatiua, vt si debeas decem, aut hominem, quia hæc non potest compensari cum pura, præsertim si actoris sit electio: secus* [o] *si rei conueati vel debitoris. Secundò, si debitor quantitatis facultatẽ habeat soluendũ speciem pro quantitate, vt in debito ex causa noxali; quia dominus tenetur ad quantitatẽ illati damni à seruo suo: si tamen malit seruum pro isto damno noxæ dedere, & sic* [p] *speciem seu corpus præstare liberatur. Domino ergo speciei solutionẽ eligẽte, cõpensatio* [q] *inutiliter opponitur.* 30 *Tertiò, si quãtitas solueretur, ut species, & ut*

[s] In l.si vnũ.§.pactus.ff.de pa. Doc.com. her hic. & in l.Marcellus.ff.de rei vẽ. Decius in l.nihil interest.ff.de reg.iur.
[u] Vt l.3.ff.de compens.
[x] l.quod debetur.ff.eo.tit.
[y] l.quacunq & ibi gl.ff.h.ti.
[z] Vt no. in l.si hauus.ff.de condi.indeb.
[a] Iuxta l.vlt C.de cõpen. ibi hæc itaq; iudices obseruent, &c.
[b] Per l.aufert. §.qui cõpen.ff.de iure fisci.
[c] l.verũ & l.se. ff.de cõpens.
[d] l.amplius.ff. rem rat.hab.
[e] Et sup. quib. mo. toll.obl. in princ.
[f] Vt hic, & l. vlt.C.h.tit.de compens.
[g] l.si peculiũ §.1.ff.de statu li. & Fab.hic.
[h] c.1.circa rẽtiã generis ac ceptionem.
[i] Vt tractat vt l.2.§ mutuu. ff.si cer.pet.
[k] l.si conuenerit. ff.de pig.act.
[l] si nõ fortem 26 §.si certũ. de cõd. indeb. & l.quod dr. de impẽsis in reb.dot.ff.
[l] l.si pp.& l.neque.C.de compens.
[m] text.in l.qui restituere.ff.de rei ven.in l.eius rei.cũ l.seq.eo.tit.
[n] Vt l.1.ff.de contra emp.
[o] tex.in l.si debeas.& ibi glo.& Bal & Sali.C.de cõpẽs gl.& Bar. in l.si seruus

cõis. §.idem dicendum.ff.de fur. [p] l.miles. §.1.ff.de re iud. cum gl. [q] glos.in l.qui iniuria.§.1.ff.de fur.Bar.in d.§.idem dicendum.

& ut corpus, ut est pecunia in cistam recondita, uel sacco inclusa, aut alioqui obsignata, quæ nō expeditur vsui. [s] Bartolus tamen & alij crebrius sentiunt contrà, quasi & tum cōpensatio permittatur [s] Zasius fœdere distinctionis vtranq; opinione cōciliat. Nam si [t] pecunia ita reconditur, vt non destinetur vsib. domesticis, tum impermissa est compensatio. Cæterū si creditor cœpisset uti hac pecunia, ea specie, quia cessit esse corpus, & induit rursus vestem quantitatis, Bartoli vera est sententia, ut compensationi [u] locus sit. 31 Præterea speciei ad speciem non fit compensatio: vt, si à te fundum petam, tu uicissim & me tibi fundum debere obijcias, hic cōpensatio reijcitur, ea rōne, quoniam utrobique incerta est æstimatio; nam in fundis corporib. & speciebus ualor & æstimatio uariant, caditq; eis affectio, cum, fundus meus forte mihi charior sit, quàm [x] tibi tuus. 32 Quemadmodum speciei ad speciem, ita & generis ad genus compensatio non admittitur, utcunq; contrarium vulgò receptum sit: Nam etsi genus promittitur, perinde tamen est, ac si omnes species sub genere contentæ promitterentur: 33 & in obligatione generis, omnes species obligātur, saltē electiuè. Cum enim quælibet species sub eo genere solui possit, consequens est oēs esse in obligatione fuisse nexas, licet sub electione, non copulatiuè. 34 Sic Dialectici nominales dicunt, genus in effectu, & re ipsa nihil aliud esse, q̃ species simul collectas. Sic obligatio generis semper se ad naturam obligationis speciei [y] refert; quod si in specieb. compensari nequit, rectè nec generib (quæ non sunt nisi species breuitate sermonis collecta) admittetur compensatio. 35 Est porrò & aliud compensationis genus, s. qualitatis ad qualitatem; circa quod obseruandum est id, quod hic à Zasio non insubtiliter traditur. Nam sæpe fit, ut cā in seipsa sit impar, qualitate interim existente pari ac simili, quod potissimum in expensarū compensatione relucet. Videmus enim quotidie fieri in iudicijs, quod unus litigatorum plus sustineat sumptuū atq; alter. (rarò enim sumptus sunt vtrobiq; pares) quia tamen vterq; litigandi cām habuit, ista qualitas, scilicet ista cā, recipit compensationem & æqualitatem sumptuum. 36 Et hæc est radicalis atque euidens ratio, ob quam expensarum [z] compensatio iudicijs in vsum recepta est. 37 Sed & in delictis & criminibus cōpensatio fieri potest: vt, si tu mihi dolum adhibuisti, ego vicissim tibi dolum neuter potest alium super dolo conuenire, propter compensationis oppositionem, sufficitque dicere: & dolum fecisti, quibuscunque simplicib. verbis etiam extra iudicium, vt [a] Bart. & [b] Dynus prodiderunt: & hoc quotidie in equis videmus accidere, dum permutantur. Pari rōne, si vir petat dotem ab vxore tanquam adultera, ex diuerso vxor petat donationem propter nuptias à marito tanq̃ lenone, neutri [c] audiuntur. Consimiliter si ambo socij æqualem negligentiam commiscerunt, quæ per damnum societatis attulit, ipsi iure desistunt inuicē obligati esse. & plura [d] exempla passim in legib. extant. 38 Prędictis adijciendū velut auctarij vice, ad & ad pœnæ euitationem cōpensationi locus sit, vt [e] Salicetus pulchè docuit; velut si aduersus heredē, qui distulit legata venerabilibus locis relicta soluere, agatur ad pœnā dupli, isque compensationē obiciat, ideò non solui inquiens, quia tantundem mihi debetur, per hoc [f] euitatur pęna. Sic etiam Faber tradit, rē emphyteuticam non cadere in commissum per cessationem solutionis census, si dominus tantundem emphyteutę debeat, sed opposita compensatione, pœnam euitari. 39 Cæterum in quib. casib. non sit locus compensationi, commentatores post [g] Accursium abundè tradunt; præcipui autem sunt hi. Primò in depositi [h] actione. Deinde ijs non datur compensatio, qui alienæ rei possessionem perperam occuparunt. [i] Tertiò, si corpus aut species debetur: vt suprà dictum est. Quartò, ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum, curator condemnatus, pecuniam iure compensationis retinere non potest; quoniam ea non compensatur. [k] Quintò, contra fiscum [l] non obijcitur compensatio in plerisque speciebus. Postremò, aduersus rempublicam [m] cuiusque ciuitatis aliquoties compensatio prohibetur.

§. Præterea.

1 Difficultas huius §.
2 Arbitrium quid significet in nostro §.
3 Arbitrariæ actiones vnde dicantur.
4 In arbitrarijs actionibus duę sententię ferunt. & num. 16.
5 Arbitraria non est nomen actionis, sed qualitas. & num. 20.
6 Regula circa arbitrarias actiones in textu posita, tantum vna, & nu. 10.
7 Germanus & verus tex. nostri sensus.
8 Explicatio textus liberalis.
9 Non omnes actiones ob contumaciam rei sunt arbitrarię.
11 Omnia exempla in textu posita vni regulæ subijci.
12 Actio quod metus causa, quomodo sit arbitraria.
13 Actio de dolo qualiter arbitraria, & num. 40.
14 Ad exhibendum actio arbitraria, & nu 60.
15 In arbitrarijs iudicijs iudex nihil contra ipsorum naturam arbitratur.
17 Actio de eo, quod certo loco, & c. quomodo sit arbitraria.

Nota

r In l. cum fundus §. seruū tuum imprudēs. ff. si ce. pe.
s Zas. hic.
t l plane 34. §. 1. ver. hoc ita. & l. sed & si certos. 51. ff. de verb. obli.
u Fa. tex. in l. si is cui. ff. d̃ sol. vbi dr̃, in pecunia posse q̃titatem & itē corpus intelligi. vide In tellect. Zasij.
x Vt l. si conuenerit. ad fi. de pig. & l quod dr̃ de impen. in reb. do. fac.
y Ad qđ fa. tex. in l. Mæuius. 66. §. duorū de leg. 2. vbi dr̃, hoīs appellatio oēs hoīes, i. seruos in sese cōpēdio sermonis cōplecti tur. Vide ēt Zas. hic & in suis intellect. & Fab.
z De expēsarū cōpēsatiōe vide Bal. ī Aut. gñaliter. C. d̃ epi. & cle. Sp. in ti. de expē. §. nunc vidē dum. post pi.
a Bar. in l. verū. ff de cōpens.
b Dy. c. in pari. de re iud. lib. 6. adde tex. in l. si duo. ff. de dol. mal.
c tex. est eleg. in l. viro atq. vxore. ff. solu. mat. fa. tex. & ibi Doc. in l. cum mulier. ff de comp.
d In l. si ambo. in prin. & §. quoties. ff. de compens. in l. vlt. §. sed et si stipulator. ff de eo, per quem fac. est, quo mi. &c.
e In l. etiam C. hoc titu. de compens.
f Vt d. l. etiam. g Hic, in ver. depositi. h hoc §. i l. vlt. in fi. C. de compens. k l. ob negotium. ff. de compens. l l. aufertur. §. quę compensat. ff. de iur. fisc. m Vt est in l. in ca. C. de compens.

18 *Noxales actiones non ea ratione esse arbitrarias, quia reus ante sententiam rogetur, an litis æstimationem soluere vel seruorum noxæ dedere malit: contra cōmunē.*
19 *Quod sit officium iudicis in noxali actione pronunciandi.*
21 *Noxales actiones non sunt arbitrariæ: & verba in textu (ex noxali causa) nouiter declarata, & intellecta.*
22 *Arbitrariæ actiones quomodo differant à bonæ fidei, strictique iuris persecutionibus.*
23 *Actionem aliquam esse arbitrariam, quid significet.*
24 *Rei uendicatio est actio arbitraria; & quare.*
25 *Excussa l. qui restituere. ff. de rei uend.*
26 *Actio in factum contra naut. caup. stabular. est arbitraria.*
27 *Actio ex edicto de publicanis, est arbitraria.*
28 *Actio redhibitoria, est arbitraria.*
29 *Actio de dolo diffinitur.*
30 *Dolus bonus est permissus: & eius aliquot exempla referuntur.*
31 *Dolus malus quid.*
32 *Actio de dolo non datur, nisi cum causæ cognitione.*
33 *Et in causæ cognitione quæ sint consideranda.*
34 *Aduersus quas personas non detur actio de dolo.*
35 *Actio de dolo non datur, nisi aliæ deficiant; & sic in subsidium competit.*
36 *An de dolo actio concurrat cum aliis actionibus.*
37 *Quid ueniat in hanc actionem.*
38 *Actio de dolo, & quod metus causa differunt; & quæ sit diuersitatis causa.*
39 *Quid ostendendum in actione de dolo.*
41 *De libello huius actionis.*
42 *Actio de dolo est temporalis, & interdum perpetua.*
43 *Actio ad exhibendum quare introducta.*
44 *Exhibere quid significet.*
45 *Actio ad exhibendum diffinitur.*
46 *Ad exhibendum actio est personalis.*
47 *Causa materialis huius actionis; & num. 56.*
48 *Hæc actio quare dicatur in rem scripta.*
49 *Hæc actio cuilibet interesse prætendenti, datur.*
50 *Vt quis ad exhibendum agat, prætendere debet interesse pecuniarium.*
51 *Aduersus quoslibet possidentes, itemque detentores hæc actio conceditur.*
52 *Quo tempore quis possidere debeat, ut hac actione conueniri possit.*
53 *Res tantum mobiles in actionem ad exhiben. veniunt.*
54 *Hac actione petitur res exhiberi.*
55 *In quo loco res sit exhibenda.*
57 *Quæ requirantur in volente hoc iudicio experiri.*
58 *Quæ sint necessaria ex parte rei.*
59 *Actor probare debet, reum possidere rem exhibendam, & qualiter hoc possit.*
61 *Cum quæritur, quid intersit actoris, duplex est consideratio.*
62 *Libelli forma in actione ad exhibendum.*

Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, *a* ex arbitrio iudicis pendentes appellamus, in quibus, *b* nisi *c* arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori *d* satisfaciat, *e* veluti rem restituat, vel *f* exhibeat, uel soluat, *g* vel ex noxali causa seruum dedat, condemnari debeat. *h* Sed istæ actiones tam in rem, quàm in personam inueniuntur: in rem, veluti Publiciana, Seruiana de rebus coloni, quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur, quod vi aut metus causa, aut dolo malo factum est. Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio iudicis pendet. *i* In his actionibus, & *k* cæteris similibus, *l* permittitur iudici ex bono, & æquo, secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam, æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.

Interpretes.] 1 vulgo aiunt, materiam huius §. qui actiones arbitrarias tractat, subtilem, & scabrosam esse, & malè cognitam, adeò ut Falier præceptorem in ea desideraret, malitque discere, quā docere, & meritò. absurda. n. uidebat ab omnib. esse tradita. Sanè in eius enarratione ferè oīum interpretū ingenia defecisse, subsequentia (ut puto) perspicuè significabunt. Prætermissis autem aliorum traditionibus, ut verum germanumque huius contextus sensum eliciamus, & arbitrariū actionū naturam rectè percipiamus, cum primis scire oportet, quomodo arbitrium nostro in proposito accipiatur. 2 [Arbitriū,] de quo hic dispu-

disputamus, nihil aliud est, quàm interlocutio quædam iudicis, sententiam diffinitiuam antecedens: quã [a] Theophilus μεσίτευ nuncupat. [b] Placentinus sententiam interlocutoriã. Sic enim ait: [In oĩbus actionibus bonæ fidei non interponitur arbitrium, id est, primi iudicis interlocutoria, sed tantum diffinitiua: porrò in arbitrarijs duę sentẽtiæ feruntur.] Et [c] alibi: [Arbitraria dicitur rei uendicatio, sicut & quæcũque alia arbitraria, eo, quia primum iudex arbitratur rem restitui, scilicet interloquendo, postea pronunciat diffiniendo.] Item [d] alibi: [Arbitrium quoque iudicis,] inquit, [dicitur sententia prima in actionibus arbitrarijs.] Ex quib. duo sunt discenda, velut in modum pũiæ cuiusdã inspectionis. 3 Primum, arbitrarias actiones dici, quæ ab arbitrio, id est, interlocutione, uel intercessione iudicis pendent. 4 Alterum, duas in arbitrarijs actionib. ferri sñas, interlocutoriam scilicet, & diffinitiuã: si reus conuentus interlocutioni iudicis satisfaciat, pœnam condemnationis effugit: si minus, diffinitiua sñia omninò condemnandus est. 5 Porrò hoc uerbum, [Arbitraria,] non est nomen actionis proprium, sed qualitatis cuiusdam, quæ certis actionib. inhæret, ut rectè [e] Accursius ait. Nunc propius accedendo ad textũ, 6 tradit in eo Iustinianus arbitrariarũ actionum dignoscendarum gratia regulã tantum unam, uidelicet, [quod in arbitrarijs iudicijs reus arbitrio iudicis satisfaciens, absolui, non satisfaciens condemnari debeat.] Eius deinde exempla subijciens, actiones eas nominatim recenset, quas arbitrarias esse dicimus. Ex quo apparet, ipsum Imperatorem oẽs actiones arbitrarias in eam regulam includere voluisse: quod si accuratè Bartolus, & cæteri perpendissent, nõ utique tot regulas à sententia tex. nostri prorsus alienas tam temere cõfinxissent. Est autem hæc uera, & natiua totius contextus nostri [f] sententia. 7 Quamuis in iudicijs regulariter permissum est iudici, causa cognita protinus sententiam diffinitiuam ferre, vtcunque reo grauis, & dura futura sit condemnatio; est tamen genus quoddam actionum, in quibus humaniùs, atq; benigniùs cũ reo agendum est. In his enim iudex, priusquam negocium, siue causam diffiniat, uelut intercessor quidam, & amicabilis conciliator arbitratur, & æstimat, quemadmodum ex bono, & æquo actori satisfieri oporteat: quod si reus tali iudicis arbitrio satisfaciat actori, obtemperet iudici, tunc absoluitur, & condemnationem euitat: sin verò arbitrio non obtemperans, in contumacia perseueret, usque ad sententiam, iudex omnino condemnat eum. Hęc est propria, specialisque arbitrariarum actionum natura, & qui diuersum tradunt, uelut in tenebris ambulantes, sępe impingunt, & diuinationes afferunt partim impertinentes, partim legum sententijs repugnantes. 8 Explicemus textum.

a Ex arbitrio.] Ex interlocutione, siue intercessione iudicis, ut Theophilus rectè exponit.

b Nisi arbitrio iudicis.] Hęc est generalis diffinitio, siue regula, in quam omnes actiones arbitrariæ includuntur; etiam actio, qua certo loco promissum petitur, vtcunque Doc. communiter rep̃ugnẽt, sicut [g] infrà latius ostendam.

c Arbitrio.] In his enim actionibus arbitrio iudicis satisfactionem fieri oportet, non actoris uoluntate. 9 Unde consequitur, nũ omnes actiones ob cõtumaciã rei arbitrarias dici posse, ut Bar. & alij uoluere; sed eas tantum, quæ in tex. recensentur, & quæ cum his similitudinem habent.

d Satisfaciat.] Eo enim secundum arbitrium, siue interlocutionem iudicis satisfaciente, absolutio subsequi debet.

e Veluti.] Exempla sunt in regulam supradictam adaptata. Singulas autem hisce actiones deinde discutiemus.

f Exhibeat.] Præstet rem inspectioni publicæ.

g Vel ex nox. caus.] Quæ noxæ deditio pro satisfactione haberi debet, quasi diceret, si dominus aliqua arbitraria actione conueniatur noxaliter, etiamsi arbitrio iudicis non satisfaciat, sed seruum noxæ dedat, perinde condemnationem effugiet, ac si arbitrio iudicis satisfecisset: & hic est uerus horum uerborum sensus, de quo [h] infrà uberius.

h Sed istæ actiones.] Scilicet quę arbitrarię sunt, & in quibus duplex à iudice fertur sententia.

i In his enim actionibus.] Viden. Imperatorem vna quasi periodo omneis arbitrarias actiones comprehendere, sicque sub vnam regulam suprà traditam includere?

K Et cæteris similibus.] Vt est redhibitoria, & Rerum amotarum.

l Permittitur iudici.] Scilicet interloquendo, priusquam ferat diffinitiuam sententiam.

10 Ex præsenti] loco collige regulam tantum unam, [quod in arbitrarijs actionibus] reus, ante sñiam diffinitiuam ex arbitrio, siue interlocutione iudicis satisfaciens, absolui, non satisfaciens condemnari dẽat.

11 Huius regulæ omnia exempla, & actiones hoc in contextu recensitas, optimè conuenire, atque in eã includi, ex infrà dicendis perspicuè constabit, vtcunq; interpretes ex æquo omnes dissentiant. Cum enim in his omnibus arbitrio iudicis satisfaciens absoluatur, non satisfaciens condemnetur, consequens est, oẽs prædictę regulæ subijci. Theophilus actiones singulas ferè ad hanc regulam applicat. Nã si vel actione Publiciana, vel Seruiana, aut quasi Seruiana actum fuerit, & reus præcepto iudicis obsecutus, rem ante condẽnationem restituerit, absolutionem consequetur. Hoc primò, vel maximè perspicuũ esse potest in actionibus, quod metus causa, & de dolo. 12 Actio. n. quod metus causa, est, qua tecum ago ad rem, quę mihi p̃ metum ablata est, de qua [i] alibi diximus: si tu iã conuentus hac actione, iudicis intercessione, & iussu rem illã mihi restitueris, quadrupli condemnationem effugis. Sic enim & Iustinianus ipse [k] supra de hac actione

a In uis Græcis Insti. in hoc §.
b In summa huius titu.
c In lib. de rei uend. cap. 4.
d In summa. C. de recep. arb. mox à prin.
e gl. in l. bonæ fidei. in verb. conductarũ, & ibi Bar. ff. de eo, q̃ cer. lo.
f In hunc modum. §. grauiter, & nouiter explicat Fran. Duarenus in commentarijs de in litem iurã do. ex quo multa huc mutuati sumus.
g Num. 17.
h Num. 21.

actione loquens: [Eius natura,] inquit, [tacitè continetur, ut qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, absoluatur: quod in cæteris casibus non est ita, sed omninò quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione.] Hæc ille; quasi diceret in cæteris quadruplaribus etiam si res ante sententiā restituatur, pœna tamen non euitabitur. Vtcunque enim fur manifestus, vel raptor, ante condemnationē rem raptam, furtoue subductam restituant, à pœna tamen non liberantur. Sed quæ est ratio? quoniam istæ actiones, furti manifesti, & vi bonorum raptorum, in numero arbitrariarum non l referuntur. Quorsum & ea quadrant, quæ ab m Vlpiano ad alterum caput edicti, [Quod metus causa,] scribuntur. Edicti uerba sunt; [Si res metu ablata sit, neque eas res arbitrio iudicis restituatur, intra annum in quadruplum iudicium dabo] Vlpianus interpretari uolens hęc uerba: [Si quis non restituat,] inquit, [in quadruplum in eum iudicium pollicetur; satis enim clementer cum reo Prætor egit, ut daret ei restituendi facultatē, si vult pœnam euitare.] Et paulò post: [Nec cuiquam iniquum uideatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari, quia non statim quadrupli est actio, sed si res no restituatur. Hæc autem actio cū arbitraria sit, licentiam habet reus, ab arbitrio dato vsque ad sententiam restitutionem rei facere: quod nisi fecerit, iure meritoque quadrupli condemnabitur.] Hactenus Vlpianus. 13 Paria, & de doli actione idem Vlpianus, enarrans quoddam caput edicti, [de dolo n malo,] scriptum reliquit: [Arbitrio iudicis,] inquiens, [hac quoque actione restitutio comprehenditur: & nisi fiat restitutio, sequitur condemnatio, quanti res est.] Plenius Theophilus, & de dolo actionem arbitrariam esse ostendere uolens, ita exemplo declarat: Veluti illectum tu me, vino forsan obrutum, vel aliter deceptum, eo perduxisti: ut rem tibi meam traderem; tandem ego ad me reuersus, & mihi redditus, dolo tecum agere cœpi. Iam si ante condemnationem rem illam arbitrio iudicis mihi restitueris, simul & condemnationem euadis, & infamiam, quæ inde consequitur; 14 Sic & ad exhibendum actio arbitraria est: quippe si rem, quam apud te occultas, iussu, & intercessione iudicis exhibueris, id est, eam inspectioni præstiteris, absoluendus es; sin minus, sententia diffinitiua condennandus es. Has tamen posteriores duas actiones o infrà specíatim explicabimus. 15 Ex prędictis colligitur, in arbitrarijs actionib. iudicem nihil contra ipsarum naturam arbitrari, sicut hactenus falsò creditum est: sed potius earundem naturam in pronunciando sequi, id quod Theophili verba satis perspicuè euincunt. Διὰ τὸ ἰδικῶς ἐνέσεσθαι ταῦτα ταῖς ἀγωγαῖς id est, propterea quod specialiter ea inesse creduntur his actionibus. 16 Deinde & illud ex præmissis intelligi potest; in omnibus arbitrarijs actionibus duplicem à iudice ferri sententiam interlocutoriam scilicet & diffinitiuam, ut & p suprà diximus. 17 Nam quod Doc. tradunt, in actione, qua certo loco promissū petitur, condemnationem protinus fieri, sine præcedente interlocutione, eamque nihilominus arbitrariam esse, id supradictæ regulæ consentaneum non est, & frustra hanc actionem eidem regulę subiecisset Imperator, nisi etiam sub ea includeretur. Nec aduersatur, quod iudex id, quod interest, in ea actione arbitratur, & ęstimat; idem enim & in alijs plerisque actionibus fieri solet, quę tamen ob eam causam arbitrariæ non sunt, sicut q Bart. ipse probat. Quare ipse r Duareni sententiam sequor, existimantis, quod hæc quoque actio dicatur arbitraria, eadem ratione, qua superiores, & sub eadem regula comprehendatur. Potest enim (exempli gratia) huic actioni aditus iudex pariter arbitrari, & interloqui, ut satisdet reus de pecunia ibi soluenda, ubi promissa est, qui si iudicis arbitrio paruerit, absolutionem consequetur; sin minus, sententia diffinitiua condemnabitur; & ita s Vlpianus disertè respondit. 18 Quod denique (ut ad ultimum tex. nostri exemplum deueniam) communi interpretantium assertione receptum est, noxales actiones ea ratione arbitrarias dici, quia iudex ante sententiam reum interroget, utrum litis ęstimationem soluere malit, an seruum noxæ dedere? qui si respondeat se dediturum, à iudice tamen iussus seruum noxæ non dedat, condemnandus sit, quanti actor in litem iurauerit; hoc tamen uerum esse, uix adduci possum, ut credam; nam & à uerbis, sensusq. §. nostri penitus abhorret, neque vllam speciem rationis habet. 19 Officium namque iudicis est, in actione noxali sub alternatione dominum condemnare, ut is uel litis soluat æstimationem, vel seruum noxę t dedat: & secundum communes regulas solius noxæ deditionis iudicium u nullum est. Nisi ergo iudex formam à lege præscriptam in iudicando seruet, officio suo non rectè functus esse dicitur. Neque obstabit, si dicas, vbicunque iudicem æquitas mouerit, interrogationem in iudicio fieri x oportere. Itē ad officium iudicis spectare in interdictis quibusdam noxalibus, vt uoluntate domini primum explorata, seruum noxæ dedere iubeat, & y sic non parentem condemnet; nā huiusmodi interrogatio iniqua est, per quam reo adimitur facultas sibi à lege concessa, noxæ dedendi, videlicet post condemnationem, donec iudicati z conueniatur. Et quamuis colore istius interrogationis uideatur reo saluum manere hoc legis beneficium, reuera tamen, & in effectu amittit. Dominus enim, qui ita interrogatur à iudice, ante latam sententiam non potest intelligere, an malit litis æstimationem soluere, vel seruum noxæ dedere; quum tamen hęc dedendi facultas, usque ad executionem sententiæ non alia ratione concedatur, quam quod iniquum sit, nequitiam seruorum dominis suprà ipsorum a corpora damnosam esse. Consequitur ergo, ad officium iudicis non pertinere, ut vel dominum cogat interrogationi factę respondere, vel seruum noxæ dedere percipiat, nisi fortè sponte se aduersario satisfacturum negauerit. 20 Suntne igitur actiones noxales, etiam arbitrariæ? Minimè uerò; neque enim hęc dictio; [Noxalis,] nomen actionis, sed potius qualitatis cuiusdam certis actionibus inhærentis

i In §. item actio de eo. su. hoc titu.
k in d. §. item actio. de eo.
l l. qui ea mente. 65. ff. de fur. & l. non prodest. 5. ff. vi. bo. rap.
m In l. item si cum exceptione. 14. ff. qd met. cau.
n in l. arbitrio. 18. in princ. ff. de dolo malo.
o Actionem de dolo. nu. 29. actionem verò ad exhibēdum, nu. 45.
p Ad princ. huius §.
q In l. unica. ad fi de sen. quę pro eo, quod interest, &c.
r in l. si id; quod ex Pamphila. 74. ff. de le. 2. in l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de verbo. oblig.
s In comment. de in litem iuran.
t in l. quod si Ephes. 4. de eo, quod certo loco.
t text. est in pri. inf. de noxalibus actio.
u l. miles. 4. ff. de re iudic.
x l. ubicunque. 21. ff. de inter. act.
y Per l. vlt. ff. de interd.
z l. item veniunt. 20 §. idem rectè. de petit. hęre.
a d. prin. infrà; noxa. act.

tis action. b *significat; sic enim & de actionib. perpetuis, aut tẽporalibus, aut pœnalibus, aut rei persecutorijs; idemque quæri posset, num arbitrariæ essent. Ea autem quæstio cui non absurda videretur, & ineptaꝰ cum hæc non sint nomina actionum propria; sed quædam qualitates inhærentes plerisque iudicijs. Quare* c *Duareni sententiam veram esse nõ dubito, qui sic sẽtentiam inquit: [Earum actionum quę hic enumerantur, hãc esse naturam, ut reus ante sententiam interlocutioni iudicis nõ obtemperãs, cõdemnari debeat, si modo suo nomine cõueniatur. Nam si ex noxali causa, noxæ deditio pro satisfactione habẽda est.] Exemplo ee erit clarior. Actio quod metus causa, & de dolo, quæ arbitrariæ sunt, nõ tãtum aduersus aliquem suo, sed & serui nomine* d *intẽdi potest. Quid ergo si dominus, vel quod metus causa, vel de dolo actione noxaliter conuẽtus sit, isque iussus à iudice restituere rem, quam metu, doloue extorsit, arbitrio nõ obtemperet? an si noxæ dedat seruum, perinde cõdemnationem effugiet, ac si arbitrio satisfaceret? Et nõ uidetur, quia edictum ita loquitur, Si res arbitrio iudicis nõ* e *restituatur.] Hãc itaque dubitationem eximit Imperator hic verbis, supplẽs quod edicto Prætoris omissum fuit; [Nisi arbitrio iudicis satisfaciat, vel ex noxali causa seruum dedat.] 21 Vnde ad quæstionem propositam sic respõderi potest: Actiones in textu nostro enumeratæ, ueluti quod metus causa, de dolo, & reliquæ, siue contra aliquem suo nomine, siue noxaliter intendãtur arbitrariæ sunt. Furti verò actio, legis Aquiliæ, iniuriarum, Vi bonorum raptorum, quamuis ex noxali causa agatur, arbitrariæ tamen nõ sũt. 22 Ex prædictis facilè iam est colligere, quantum arbitrariæ actiones à stricti iuris, bonæque fidei iudicijs differãt. Nam in stricti iuris persecutionibus cum iudicis potestas, verbis, quibus cõtrahẽtes usi sũt, adstricta, & tãquam inclusa sit, liberum ei nõ est, ante sẽtẽtiam quicquam benignius, aut clemẽtius arbitrari, quam uerba cõtrahẽtium ipsa præscribãt, & quam inter cõtrahẽtes dictum, cõuẽtumque sit, tametsi id æquum fortè esse iudicet. In his uerò, quæ bonæ fidei sunt, quia iudex liberam iudicandi facultatem habet, quod sibi æquum uisum fuerit, & minimè alligatam* f *potest & omisso neglectoque arbitrio, si ita uisum ei fuerit, protinus sentẽtiam ferre. Porrò in arbitrijs sẽtẽtia diffinitiua nõ rectè fertur, nisi præcesserit arbitrium, & interlocutio iudicis. 23 Nam, [contrariam actionem esse,] nihil aliud significat, quàm aliquam actionem esse eius naturæ, ut iudex in ea sentẽtiam diffinitiuam nõ ferat, nisi prius, tanquam amicabilis quidam compositor, arbitretur interloquẽdo, quomodo ex bono, & æquo actori satisfaciẽdum sit; cui interlocutioni, siue intercessioni si satisfiat, absolutio; sin minùs, cõdemnatio subsequi debeat. Prædictis arbitrarijs actionibus annumerãdæ sunt, & pleræque aliæ, quæ cum superioribus similitudinem habent. 24 Primum [rei uendicatio:] nam & in ea arbitrium cõdẽnationem solet præcedere, cui si reus obtemperet, absoluitur: sin minus,* f *cõdemnatur. Neque obstat, quod videri potest, rei uẽdicationem non ex iudicis arbitrio pendere, cum in ea interdum arbitrio neglectores à possessore manu militari* g *auferenda sit: quia respondeo, & in actione de dolo, & quibusdam alijs, iudicis arbitrium nõnunquam cessare, quam tamẽ arbitrariam esse, nemo* h *dubitat. 25 Quod* i *si Vlpiani verba rectè põderemus, cõstabit & in Publiciana, & plerisque eiusdem generis persecutionibus rem à possessore auferri, non minùs quàm in rei uẽdicatione; sic enim ait: [Qui restituere iussu iudicis nõ paret, cõtẽdẽs se non posse restituere, si quidem habent rem, manu militari officio iudicis ab eo trãsferri, & fructuum duntaxat, omnisque causæ nomine cõdemnatio fit; si uerò non potest restituere, si quidem dolo fecit, quominus possit, is quantum aduersarius in litem, siue vlla taxatione in infinitum, iurauerit, damnandus est.] Deinde subdit: [Hæc sententia generalis, &c.] quibus uerbis significat, præcedentem sentẽtiam de executione manu militari faciẽda, ac de in litem iurãdo, generalem esse, & ad omnes actiones pertinere, quibus arbitrio iudicis quid restituitur. Cum enim generali uerbo vsus fuerit (qui restituere iussus) meritò adijcit, se non solum rei uẽdicationem, sed & plerisque alias actiones, quibus ad restituẽdũ agitur, complecti voluisse. Huc accedit, quod idem* k *Vlpianus scribit, in Publiciana actione eadẽ omnia, quę in rei vendicatione, obseruãda esse. Item cum* l *Neratius dicat publicianam actionem nõ ideò comparatam esse, ut res domino auferatur: utique à cõtrario significat, ab eo possessore, qui dominus nõ est, auferri posse. Quinimò* m *Placẽtinus de rei uẽdicatione loquẽs: [Notãdum quoque est,] inqt, [quod per arbitrium, id est, interlocutoriam sentẽtiam iudex cum reo agit clemẽtiùs: per ultimum autem calculum, id est, per diffinitiuam sententiam, agit secum duriùs, coercetque eũ seuerius, puta in quãtum iurauerit petitor, etiam in infinitum] 26 Deinde [actio in factum cõtra nautas, stabularios,] inter arbitrarias actiones recẽsetur: quia cum hospites deponũt apud eos res, quas inuexerũt, nisi iudicis arbitrio restituãt, pęna dupli premũtur; restituẽtes autem iussu iudicis, dupli pęnam effugiũt. 27 Itẽ [actio in factum* n *ex edicto de publicianis;] quia si publiciani ab aliquib. rem auferãt, uel ad illicita cogãt, cõuẽti facultatem habẽt ante litẽ rem restituere, iudice ita arbitrãte, & dupli pęnam euitare; quæ alias illis infligitur. Hinc* o *Vlpianus ad edictum de publicianis; [Et restituẽdi,] inquit, [facultas publicano vi abreptum datur; quod si fecerit, omni onere exuitur, & pœnali actione, ex hac parte edicti, liberatur.] 28 Demũ [actio redhibitoriæ;] emptore n. pecus morbosum uẽditori redhibẽte, nisi uẽditor pcepto, & arbitrio iudicis parẽs, restituat preciũ, & accessiones, in duplum cõdẽnatur; si uerò reddat, dupli pęna* p *liberatur. Poteris fortè & alias actiones addere, si q̃ cum pdictis cognationẽ quasi & similitudinem habere uide-*

b §. sunt autẽ. inst. de noxa. act.

c In loco sup. alleg.

d l. quod diximus. 16. ff. qđ met. cau. l. si oleum. §. ult. & l. si quis affirmauerit. 9. §. pen. ff. de dol. mal.

e l. si cum exceptione. 14. §. quæ enus. qđ met. caus.

f l. & ex diuerso. 35. & l. qui restituere. ff. de rei uend.

g d. l. qui restituere. ff. de rei uend.

h Iuxta rei arbitrario. §. non tamen. & §. si cuius. ff. de dol. mal.

i In d. l. qui restituere.

k In l. sed etsi res. §. in publiciana. ff. de publ.

l In l. ult. ff. eo. ti.

m lib. 1. de rei vend. tit. 4.

n De qua in l. ff. de pub.

o In d. l. §. dixerit aliquis. & l. hoc edicto. de publ.

p tex. in l. redhibitoria. 49 ff. de ædilit. edi.

re uidebuntur. Et hæc quidē de arbitrarijs actionib. dicta sint hactenus; explicemus modò actionē de dolo, & ad exhibendū speciatim, cùm in superiorib. neutra harum enarrata fuerit. 29 [Actio de dolo est personalis, & datur aduersus decipientē aliquem dolo malo, cā cognita; si alio actio deficiat pro consequenda indemnitate, illi qui deceptus est.] Personalis est, quia ex maleficio dolo mali in personā eius, qui alium circumscripsit, nascitur. Sequitur, [aduersus decipientē;] voluit enim [q] æquissimus Prætor naturali rōne aduersus vafros & dolosos, qui alijs obessent calliditate quadā, subuenire edicto suo, ne uel illis malitia sua esset lucrosa, uel deceptis simplicitas damnosa. 30 Dixi, [Dolo malo,] ad differentiā boni doli, i. solertiæ, qui [r] est permissus; ut si machinetur quis aduersus hostes uel latrones: si quis astutia & calliditate dolū & uim ab alio sibi illatā repellat; aut si quis aliud faciat, aliud similet alterius cōmodandi gratia; de hoc dolo edictū Prætoris non loquitur sed de dolo malo, qui ex proposito hoīs dolosi contingit. 31 & diffinitur à [s] Labione, q sit calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendū, fallendū, decipiendū alterum adhibita. [t] Bald uerò breuius; [Dolus est,] ait, [malitia in alterius damnū prorumpens.] Plerunq; tamen dolus malus ēt re ipsa emergit, vt cum deceptus sum vltra dimidium iusti precij, ita q valor siue æstimatio rei me decepit; sed nec is ad hanc æstimationem [u] pertinet. Subiunxi, [cā cognita,] hoc est, cum cognitione causæ, 32 hoc enim iudiciū non passim institui pōt. sed ita demū, si id cū causæ cognitione fiat. 33 In causæ aūt cognitione uersantur hæc tria, tps, res, persona. Primū tps, quia hodie de dolo actio biennio à tpe doli passi continuè numerando datur, & nō vltra, ēt lite [x] contestata: quod singulare est in hac actione, cū regulariter per litis contestationem [y] perpetuuntur iudicia. Olim aūt dabatur annus vtilis. Deinde res, qa pro modica re hoc iudiciū non datur, nisi enim quantitas sit ultra duos aureos, [z] indulgendū non est. 34 Demum persona, ut non concedatur aduersus eas personas, quib. pietate, officio reuerentia obligamur, cum sit famosa. Quare nec liberis nec libertis aduersus parentes patronosue, nec subditis aduersus dominos nec humili aduertendū qui dignitate excellit, nec perdito aduersus hominē vitæ emendatoris, de dolo agere licebat. Dabitur tamen aduersus istas personas loco illius in factū actio verbis tēperatis, in qua non fiat doli mentio, sed bonæ fidei, ne ex suo dolo [a] lucrentur. 35 Dixi [si alia actio deficiat,] meritò enim Pretor ita demum hanc actionē pollicetur, si alia actio non sit, quoniā tam famosa actio non temere debuit à Prætore decerni, si sit alia, qua quis possit experiri. Sed & si interdictum sit, quo quis experiri, vel exceptio, qua se tueri possit, uel stipulatione quis tutus sit, quia puta doli clausulā stipulatus est, vel speranda sit in integrum restitutio, aut ēt aduersus tertium, qui dolum non intulit, possit haberi regressus, & in summa, si vlla alia rōne indemnitati eius, qui circumscriptus est, consuli possit, [b] huic iudicio locus non est. Sic ergo obserua, hanc actionē non, nisi in subsidiū, quando alia remedia deficiunt, dari, 36 neque ēt hanc cum alia actione concurre, nisi alia uel ex eodē æquitatis fonte profluat, uel sit generalis, quia species non excludit suum [c] genus. Item & si cum inferiori sub se concurrit, sed non cum pari, sicque habet se instar inuidi, qui de pari [d] dedignatur. 37 Annexū est [pro consequenda indemnitate] nam hoc iudicio agimus, primū vt nobis restituatur id quod ad dolosum peruenit ex sua uel alterius [e] fraude. Deinde, si nihil ad eū peruenit, & tamen deceptus ex hmōi fallacia damnum accepit, petet tantum, quantū eius interfuit, id non esse [f] factū Et sic de dolo actio dumtaxat ad consequendā indemnitatē cōpetit. Hinc tradit [g] Vlpianus, si plures dolo fecerint, & vnus rem restitueris, omneis liberari. 38 Differt ergo hæc persecutio ab actione, quod metus cāa, quæ in [h] quadruplū datur, illa verò in tantū. Diuersitatis ea est rō, quia in cuiuscunq; ptāte est, à paucioribus decipi, nec fidere passim oībus; at metū effugere non est penes metuentes 39 Sed in de dolo iudicio designari oīno oportet, cuius dolo malo, & quid factū sit, quo loco, quo tpe. Scire. n. dēt actor in qua re circūscriptū sit, nec in tanto [i] crimine uagari. 40 Porrò quum illa actio sit arbitraria, ut suprà ostensum est, ideo si dolosus arbitrio iudicis, ante sētam restituat, absoluendus est, nec infamiā incurret: at verò si non restituat cū posset oīno condēnabitur, quanti in litē ex affectione, non ex vera æstimatione iurauerit is, [k] qui dolū passus est. Judex tamē refrenabit, si modū excedet affectio. Quō aūt dolus probari debeat, Aug. & Jo. de Platea hic abundè docent. 41 Cæterum non pōt certa libelli forma hoc in iudicio ostendi, cum secundū veritatē casuum & factorum in quib. committitur dolus, variari mutariq; oporteat & libellum. Interdum enim versatur dolus in bonæ fidei contractib. interdū in strictis iudicijs, nonnunquā ēt extra iudiciū cōponitur, vt [l] Zasius post alios in Pādectis sub titulo, de dolo malo, copiosè docet, & ego pleraq; [m] suprà de hoc tradidi. 24 Hoc tamē nō est mittēdū quis supra dixerim, de dolo iudiciū esse tpale, & [n] concludi hodie biennio, ueruntamen actio in factū, in id, quo locupletior factus est dolosus, uel hæres eius, [o] perpetuò datur. Exceptio verò doli non solùm contra hæredē, sed & cōtra ipsū dolosum [p] perpetuo durat, quæ differentia non est negligentia. 34 Videamus porrò actionē [ad exhibendū;] q̄ iurisconsultus quotidianā & necessariam esse ait, maximè pp rei vendicationem atque ceteras in rem actiones introductam, licet & propter alios contractus plerunque [q] detur puta depositi, locati cōmodati, si super qualitate rei controuersia incideret, 44 Est aūt [exhibere] in nostro proposito nihil aliud quam [r] rem petitam in iudicio ostendere corā iudice in præsentia actoris & testium, ut per hoc sit actori potestas rei iudicialiter petēdæ. 45 [Actio verò ad exhibendum est personalis, in rem scripta, quę cuilibet interesse pecuniarium præ-

q l. quod Ephesi, ff. de eo qd cer. lo.
r l. 1. in princ. & §. non fuit. ff. de dol. malo. c. ne quis arb; 12. q. 1.
s in d. l. 1.
t In l pignus. 9. C. de pig. act.
u Tractatur aūt de eo ī l. 2. C. de rescin. vēd.
x l. vlt. C. de dolo malo.
y l. vlt. C. de p̄scr. 30 vel 40. ann l. non solet. 86. ff. de reg. iuris.
z l. si oleū. in fi. & l. seq. ff. hoc ti. de do. mal.
a l. non dēt, & l. seq. ff. hoc tit. Bar. in l. infamē ff. de pub. iud. Ang. ī l. si superstite, de dolo ubi ponūt formā actionis ī fact.
b d. l. j §. ait Pretor vsq. ad finē l, elegāter. §. sed est verus. & §. seq. iuncta. l. cum ā ic. ff. h. tit.
c l. certi cōdō. 9. ff. si cer. pe.
d l. 2. & ibi gol. C. de do. mal.
e l. sed si ex dolo. §. itē si qd, ff de dol. mal.
f l arbit §. dolo cuius. & l. quū quis persuaserit & l. rē quā diu venalem. eod. tit.
g in l. si plures. ff. d dol. mal.
h §. item actio. de eo, sup. hoc nostro tit.
i l. sed & ex dolo. §. vlt & l. seq. ff. h. ti l. 2. §. 1. de doli mali & met. except.
k d. l. arbitrio in princ. & §. 1.
l Zas. post. Doc. ff. d dol. mal.
m §. si quis in fraudem. nu. 30. sup. eod.

n Vt d. l. vlt. C. de dol. o l. itaq; si accepto. §. vlt. ff. eo. p l. pure mihi §. fi. de dol. mal. & met. exc. q l. nā & 4. ff. ad exhib. r l. 2. ff. ad exhib.

prætendenti datur, aduersus quemcunq;, qui exhibendi copiam hēt, vt rem mobilem exhibeat, deturque experiundi potestas.] 46 *Quòd hæc actio sit*[*personalis*], *non est dubium, quum sint* [f] *verba de hoc expressa.* 47 *Quæ autem sit causa materialis siue obligatio, ex qua oriatur, dubitari solet. Et plerique tradiderunt, hanc actionem irregularem esse, quum nullum hic versetur factū, vnde obligatio produci queat. Verùm si diligentius intueare, habet ista actio magnam obligationem, ex qua nascatur, quæ ex summa æquitate progreditur. Quid enim iustius, quam vt mihi sine vllo tuo detrimento rem* [t] *exibeas? si fuerit mea, bene quidem; sin minus, nihil amittis exhibendo. Hoc itaque æquitas ipsa suggerit, etiamsi iure stricto deficiamus: merito igitur obligatur possessor ad exhibendū. Addidi,* [*in rem scripta:*] 48 *quia tamet si sui origine personalis sit, tamen aduersus quemcunq; possidentē conceditur, & sequitur continuò possessorem siue detentorem rei, ad instar actionis in rem. Sequitur.* [*quæ cuilibet datur.*] 49 *hæc enim actio non solum domino, & quasi domino competit, sed & omni pcedenti aliquo modo, sua interesse rem exhiberi. Debet autem alicuius interesse ex causa honesta & probabili, puta quia in rem acturus sit vel rei vendicatione, vel Seruiana, vel hypothecaria, vel interdicto* [*Vtrubi,*] *petiturus vsumfructum, vel optaturus ex multis rebus vnam, secundum relictam optionem. Cæterum ex improbabili & iniusta causa nemo potest interesse* [u] *prætendere; ideoq; ad iudicē pertinet, summatim cognoscere, an alicuius intersit exhiberi rē, vt sic exhiberi iubeat, vel non, sit nihil* [x] *intersit: ob id certè, ne quis proprio affectu fingat* [y] *sua interesse.* 50 *Apposui,* [*interesse pecuniariū:*] *vt ostenderem omninò necesse est in hac actione, vt quis prætendat interesse pecuniarium: aliud enim interesse non sufficeret: tametsi enim alicuius intersit ex affectu, ꝙ res exhibeatur, si tamen inde non sequatur emolumētū pecuniariū, deneganda* [z] *est hæc actio, sufficitq; probare hoc interesse iureiurādo, vt Faber, Ang & Plantensis* [a] *hic tradunt.* 51 *Addidi,* [*aduersus quemcunq;*] *datur enim hæc actio, primum aduersus eum, qui naturaliter & ciuiliter possidet: deinde aduersus eum, qui naturaliter tantū incumbit possessioni, vt est vsufructuarius, vasallus, emphyteuta, & similes; hi enim naturalē tantum possessionē habent, non quidem ad hoc, vt mediante vsucapione plenum dominium consequantur, & sed duntaxat, vt fructus suos faciant. Item aduersus ciuiliter possidentē, vt est, proprietarius, dominus feudi, dominus soli dominus emphyteusis; si tamen ciuiliter tantum possidens rei exhibendæ copiam habeat: alias sufficit sola cautio de exhibenda re, cum in ius eius ptātem* [b] *deuenerit. Præterea aduersus detentorem, vt est is, apud quem deposita, uel cui cōmodata, aut locata, pignoriuè data, res est, & si qui sunt similes: hi enim neque ciuiliter, neq; naturaliter possident, cum neq; vsucapiant, aut pscribant, nec fructus perceptos lucrentur. Demū aduersus nudum rei* [c] *custodē. Postremò aduersus quemlibet, qui quoquo pacto exhibendi ptātem habet, ētsi non possideat.* 52 *Parum aūt refert, si is, qui conuenitur, litis contestatæ tpe non possiderit, dummodo ante sñiam possideret, vel rem detinere inueniatur; nam etsi litis contestatæ tpe possideret, & postea possidere sine dolo malo desineret, absolueretur. Quod si dolo fecerit, quo minus possideat, uel rem corruperit, mutauerit, interuerterit, nihilominus hoc iudicio tenebitur, sic ut tanti condemnetur, quanti aduersus ipsum actor in litem* [d] *iurauerit. Atq; hic est effectus huius actionis non modicus.* 53 *Dixi,* [*vt rem mobilem:*] *res enim tantū mobiles in hanc actionem veniunt immobiles uerò seipsas ostendunt & exhibent, patentque oībus inspicere uolentibus. Sed & personæ familiæ nostræ exhibendæ sunt, ut serui, si* [e] *super delictis arguantur. Dico aūt,* [*rem mobilem:*] *simpliciter: quia hoc in iudicio non refert, res exhibenda per se extet, aut iuncta sit* [f] *alijs: ut si gemma inclusa sit annulo, rota currui, emblema phialis, ansa schypho: semper enim hæc actio cōpetit.* 54 *Adposui,* [*exhibeat;*] *regulariter enim hoc iudicio agimus, ut nobis res exhibeatur, i. vt nobis eius copia fiat videndæ & apprehendendæ, quo magis certum sit, reum habere rem actoris, nec possit postea celando eam, aut ēt transformando variare.* 55 *Sufficit autem rem eo loci exhiberi, quo est, nisi reus datā operam contulisset eam in locum abditum, vt actori incommodior esset inspectio, vel ēt impossibilis: nam hoc casu sumptibus suis & periculo debebit exhibere n eum locum, vbi agitur, ne ei calliditas sua prosit. Alioqui res ibi est exhibenda, ubi fuerit tpe litis cōtestationis. Quòd si actor petierit eam perferri ad locū iudicij, fiet id* [g] *impensis & periculo actoris. Subiunxi,* [*deturque experiundi, &c.*] *quia plereq; res in ea sunt conditione, ut nisi per se extent, non possint secundū regulas iuris uendicari: & aliquando impossibile est, actiones rectè intendi, priusq̄ exhibeatur res, cum exhibitio illa ad neceßariam præparationem, rei uendicationis, aliarumq; actionū fiat, atque ob id competentibus alijs remedijs, hæc ad exhibendū actio ferè locum non habeat.* 56 *Causa materialis ius actionis est, ipsa naturalis æquitas quæ necessitate possidentem obligat ad exhibitionē faciendam, quæ proximo pro futura, exhibenti uerò nocitura non est, ut supra dixi.* 57 *Vt aūt quis ad exhibēdum agere possit, requiritur ex parte agere volentis, primo, ut ipsius intersit ex iusta & probabili cā, rem exhiberi. Deinde ut istud interesse duret & litis contestatæ, & condemnationis siue sententiæ tpe: nam si alterutro tempore cessaret,* [h] *perimeretur hæc actio. Denique vt actor quædam indicia uel augmenta rei exhibēdæ ostendat, per quæ appareat, quid, uel quale ei* [i] *exhiberi debeat. Quæ aūt indicia sufficiant, putauerim iudicantis arbitrio* [k] *relinquendū esse. Rei enim qualitas interdum indicia* [l] *non recipit, ut in fragmentis, ruderib. inq; his quæ dolo malo interuersa, conflata, mutata sunt.* 58 *Ex parte uerò rei, illa sunt necessaria, s. ꝙ reus possideat, uel detineat, doloue desierit possidere. Item quòd habeat rei exhibendæ facultatem.* 59 *Cæterum si reus negauerit se poßidere rem exhibendam actorem id probare oportet. Sed quomodo*

proba-

---

f In l. 3. §. est āt personalis ff. ad exhib.

t Fa. tex. elegās in l. in fun. 2. §. itē Varus. 5. ff. de aqua plu. arcen.

u Exemplū in l. 3. §. sciendū. & ff. ad exhibendum. & ad exhib.

x d. l. 3. sciendū.

y Text. elegans in l. pen. ff. eo. tit. ad exhib.

z Fa. l. si liber homo, ff. h. ti. glo. in l. 2. in verbo, si postul. C. eod.

a Per l. thesaur. ff. d. ti. & Bart. in l. 2. in pr. ff. queād. test. c.

b Tex. in l. Celsus. §. vlt. ad exhibend.

c d. l. 3. §. vlt. & l. seq. & d. Celsus §. 1.

d l. Iulianus. in pr. & §. qs rē eum. §. seq. & l. 1. §. pterea. ff. ad exhib.

e d. l. 3. prꝫterea. & §. si qs noxali.

f l. gemma. l. cū l seq. & l. Celsus. §. idem Iulianus. l. Iul. in pr §. 1. 2. & 3. ad exhib.

g l. sed & si hęr. §. quo autem loco. ff. d. tit. ad exhib.

h l. tigni. §. vlt. ad exhib.

i l. 3. in pr. h. tit.

k Arg. l. 1. ff. de de iur. delib.

l Arg. in l. si cū exhibuisset. 3. §. ante. ff. de publicianis. & vec.

probabit? Respondet Rofred. & rectè, interrogationes fieri posse non minus ante iudicium exhibitorium, quam petitorium rei uendicationis, vt actor designet rem aliquot argumentis circunstantiarum, tunc interrogetur reus, an talem rem possideat? & si fateatur, rectè agetur ad exhibendum, si neget, superest actori probatio, quam fortè habet, vt conuincat eum mendacij.. 60 Porrò cum & hæc actio arbitraria sit, si reus iussus à iudice per ipsius arbitrium & interlocutionem exhibere rem actori, exhibeat, absoluendus est: si nō exhibeat, refert multum, an dolo malo iudicis arbitrio non pareat, an uerò quacunque culpa. Ob dolum enim damnari potest per in litem iusiurandum, id est, quanta pecunia actor litem & totam causam iurato æstimauerit, seu quanti sua interesse crediderit, rem fuisse exhibitā. Ob culpam uerò & negligentiam non obtemperantis, seu non exhibentis, æstimatio non permittitur actori, sed iudici: Neq; enim iuramentum deferes, sed alijs argumentis de ueritate damnorum, & utilitatem amissarum cognoscens, æstimabit, quanti interfit actoris, tantiq; damnabit reum non [m] exhibentem. 61 Et obseruabis diligenter quòd cum quæritur, quid intersit actoris, duplex sit consideratio, altera de damnis dispendijs rerum, quas amisit, altera de lucris & utilitatibus non acquisitis, & interdum utilitas amissa maioris est, quam res ipsa, quam differentiam [n] Ulpianus eleganter explicuit lib. 24. ad edictum. 62 Libelli [o] forma: [Titius vestem possidet, talis coloris, panni Anglici, quæ ad me iure dominij, uel quasi dominij pertinet. Eam exhiberi in iudicio mea plurimum interest, quando quidem uendicare constitui, aut ius meum in ea persequi. Quamuis autem à Titio, postularim, ut mihi copiam talis uestis uidendæ faceret, ipse tamen talem exhibitionem hactenus temerè recusauit. Quare peto eundem Titium ad exhibendum publicitus istam uestem condemnari, &c.] Atque ita suffragio summi Imperatoris Dei, scopulos huius difficilis § prætervecti sumus.

m l. uideamus ff. & l. in actionib. §. [illegible] his omnib. ff. [illegible] l. eod.
n In l. Julianus. §. ult. ad exhib.
o Ir batur hæc forma per totū tit. ff. ad exhib.

§ Curare.

1 *Epitome huius § & an sit ad arbitrarias actiones restringendus.*
2 *Declaratio textus.*
3 *Sententia incerta nulla est, nec transit in rem iudicatam.*
4 *Idem quoque de arbitrio dicendum.*
5 *Quilibet iudex debet sententiam ferre certam regulariter.*
6 *Verbum, Debet, & verbum, Omnino.*
7 *Sententia debet esse conformis libello; & quando id fallat.*
8 *Princeps & Papa possunt in sententia litigantium petitionem egredi.*
9 *In criminalibus non est opus conclusione.*
10 *Iudex quoad qualitates, tempora, modos, loca, potest non sequi petitionem libelli in sententia.*
11 *Sufficit sententiam cum libello conuenire in re, causa, & actione,*
12 *Iudex potest modificare libellum, etsi non petatur.*
13 *Iudex ueritatem probationes sequi debet.*
14 *Propter confessionem rei conuenti toleratur discrepantia libelli & sententiæ.*
15 *Sententia potest ferri super non petitis in libello, si sint de natura petitorum, idque exēplis declaratur.*
16 *Quibus casibus incerta sententia admittatur, & nu. 17. 18. 19.*
20 *Libellus actoris certam petitionem complecti debet.*
21 *Fallit in actionibus uniuersalibus & generalibus.*
22 *Actiones uniuersales, generales, speciales, quæ.*
23 *Si incertitudo ex facto aduersarij prouenit, admittitur incertus libellus.*
24 *Idem est, si incertitudo consistat in re petita.*
25 *Item si aliquid petatur accessoriè.*
26 *Quo ad interrumpendam præscriptionem, toleratur incertus libellus.*
27 *Idem, si in processu iudicij probationes certæ sint.*
28 *Libellus incertus ualet, nisi opponatur.*
29 *In criminalibus illicitus est incertus libellus.*

Curare autem [a] debet [b] iudex, ut omnino [c] quantum possibile ei sit, [d] certæ pecuniæ uel rei [e] sententiam ferat, etiamsi [f] de incerta quantitate apud eum actum est.

Hic §. 1. recepta interpretum sententia communis est ad omneis actiones, & iudices in genere instruit, qualiter sententias ferre debeant, ut iure subsistant. Nōnulli tamen [*] existimant, appendicem esse hūc §. ad præcedētem, & restringēdum ad arbitrarias tantum actiones: Idque ex eo facilè colligi: Quia quod de incerta quantitate in actionem deducta loquitur, neq; ad strictas actiones pertinet, quarum omnium petitio certa ac definita est, neque ad bonæ fidei actiones quarum in formulis nulla prorsus quantitas, neq; certa,

[*] Hot. hic.

neque incerta ponitur. Ad arbitrarias ergo tantum id pertinet, quarum intentio incertam omnino re... iu mamue complectitur. Nos retentu communi opinione in genere hic docebimus, quid iudicantes in proferedis sententijs obseruare debeant, vt sententiæ eorum certæ sint, quæ scilicet perspicuè lites componant, & incertas dirimant controuersias, 2 *Declaramus primo textum.*

a *Debet.*] 3 *Si modo uelit suam sententiam non esse inualidam: nam sententia prorsus incerta, nullam producit iudicati* [a] *actionem.*

b *Iudex.*] 4 *Idem quoque in arbitrio locum habet: nam sicut* [b] *iudicis, ita & illius sententia incerta non* [c] *valet.*

c *Quantum possib.*] *Iusta hæc est moderatio: sæpe enim accidit, vt litis conditionem sequi iudicem oporteat veluti si obligatio sit generalis, aut disiunctiua, Iudex etiam generalem aut disiunctiuam sententiam feret; sicut infra dicemus.*

d *Certæ pecuniæ uel rei.*] *Id est, quantitatis vel speciei. Certa tamen satis esse censetur, si uel aliqua parte, actorum certò sit definita, quemadmodum mox diffusiùs ostendemus.*

e *Sententiam ferat.*] *Condemnando scilicet, vel absoluendo.*

f *De incerta.*] *Sicut interdum agi potest de incerta quantitate, propter naturam obligationis.*

Textu sic obiter explicito, duo ex eo dogmata sunt colligenda. Primum est, Iudicem debere certam ferre sententiam: alterum, petitionem actoris incertam tolerari. Videamus primò de certitudine sententiæ. 5 *Sit ergo regula, [quòd quiuis iudex necessitate adstringatur sententiam ferre certam, etiamsi actum sit super quantitate incerta.]* 6 *Hoc primum euincit verbum, [Debet,] in textu positum, quod necessitatē* [e] *significat; item uerbum, [Omnino,] seu (ut alij habent) [omnimodo,] quod est intensiuum, & adeò generale, ut omnem causam* [e] *comprehendat. Sed & ipsa hoc exigit ratio; aliàs enim incertis pronunciationibus, post tot iam factos labores & sumptus litigantium duplicarentur potiùs, quam tollerentur lites.* 7 *Sed nonne hoc pugnat cum vulgata iuris regula, qua dicitur, [sententiam debere conformem libello esse,* [f] *nec aliud continere, quam fuerit petitum?] Nam si ex incerta actione, seu libello, ferenda est certa sententia, consequitur sententiam à libello discrepare. Respondeo, incertum & certum sunt qualitates, quæ non faciunt difformitatem inter libellum & sententiam. Neque etiam perpetuo obtinet prædicta regula, multæ enim sunt factorum species, in quibus toleratur libelli siue petitionis, & sententiæ discrepantia.* 8 *Primùm enim Princeps & summus Pontifex in sententijs petitionem litigantium egredi possunt, atque ita vulgò Doctores* [g] *sentiunt, quod ego accipio non absolutè, ac sine legitima causa, sed ita, si* [h] *causa subsit.* 9 *Deinde non habet locum regula in criminalibus, in quibus nec conclusione opus est, & si conclusio fiat adhuc tamen iudex liberam potestatem habet plus minusue condemnandi, cognita qualitate delicti &* [i] *personarum.* 10 *Tertio, potest iudex & in ciuilibus causis quo ad qualitates, tempora, modos, loca, non sequi petitionē libelli. Quid enim si condemnatione petita, ex actis constet, condemnationem fieri non oportere, atque ob id iudex reum absoluat? iam sententia a libello discrepat, sed circa qualitates absoluendi uel condemnandi.* 11 *Quare eleganter* [k] *Baldus, [sufficere,] ait, [si sententia cum libello conueniant in re, causa, & actione.] Primum in re petita, ut iudex de alia re non pronunciet, quam de qua est petitum. Deinde in causa petendi, ut iudex aliam causam non prætendat, ueluti si actore petente ex causa depositi, iudex ex causa mutui pronunciaret. Denique in actione, ut iudex actionem ab actore institutam, uel condemnando; uel absoluendo sequatur.* 12 *Quinimò potest iudex libellum modificare, etiamsi non sit petitum,* [l] *Baldo autore. Quartò, si ab initio quantitatem petat actor minorem, deinde in progressu causæ probet maiorem, non eò minus ualebit sententia, quòd maiorem quantitatem contineat, quam libellus,* 13 *oportuit enim iudicem ueritatem probationis sequi, quum in principio litis fortè nec ipse actor* [m] *scire poterat.* 14 *Quintò si actor petat quinque, & reus confiteatur se debere decem, iudex potest, immo debet reum condemnare in decem; hæc enim discrepantia petitionis & sententiæ propter confessionem rei conuenti tolleranda est, docente Angelo* [n] 15 *Denique potest sententia ferri super non petitis in libello, si tamen sint de natura petitorum, uel correlatiua, uel correspondentia, aut alias ex eodem fonte manantia. Verbi gratia; Petis in libello marcam argenti, iudex tres denariorum libras soluendas esse pronunciat, sententia ualet, quoniam tres libræ respondent marcæ argenti. Aliud exemplum; Si petatur aquæ haustus ex puteo meo pecoribus uicini, iudex decernat, me puteum occludere posse, ium etiam decreuit haustum aquæ esse denegandum. Atque hoc est quòd vulgò practici dicere solent; [Quamuis hæc sententia non comprehendat rem petitam, complectitur tamen ea, quæ sunt de natura petitorum.] Videmus igitur in his casibus sententiam libello difformem sustineri.* 16 *Pari ratione sæpenumero etiam incerta admittitur sententia. Primum si iudex in sententia referat se ad aliquid, ex quo certitudo sententiæ colligi* [o] *possit. Exemplum;* [p] *Condemno te ad exsoluendum debitum iuxta cautionem obligatoriam in actis productam. Idem est si iudex dicat, [Solue quod debes,] si modo ex actis probatorijs constet de debito, ut sunt testes, instrumenta,* [q] *confessiones, secus si ex actis assertorijs, puta quia actor afferat in libello siue in positionibus, sibi* [r] *deberi, uerùm id non probet.* 17 *Sic in causa noxali incerta sententia & condemnatio admittitur, hoc modo; [Mæuium Titio ad decem aureos condemno, aut* [s] *noxam dedere.]* 18 *Præterea in* [t] *petitione hæreditatis ualet incerta sententia*

a l. 3. c. de sent. q si. certa quāt.
b l. in sententijs. 59. de re iudic.
c l. quid tñ. 21. §. Pōp. ait de arbi.
d Vt ē gl. recepta in l sæpe audiui. ff. de offic. præsid. Bart. in rep. l. creditores. C. de pig.
e Ita Accurs. in l. itē si cū exceptione, §. quanus. & ibi Bart. ff. qd̄ met. cau.
f l. ut fundus. 18. ff. cōm. diu. & l. ult. C. de fideicom. lib.
g Per c. a. de ref. spol. lib. 6.
h Propter ea in causis. extra, de re iud. Ita all. Bart. in l. qd ergo. 13. §. pœna graulos. ff. De his qui not. in fa. & Bald. late in l. & si seueriter. C. eo. titu. Vide & quę in hanc sñiam annotaui. Centur. 4. Obser 81. in Came. obser.
k in l. 1. C. si plures una sent.
l In d. l. ult in 2. col. C. de fideic. lib. per l. cū is qui legatū. 44. ff. de pet. hære.
m l. ult. §. ult. C. de app.
n l. in l ult. C. de bon. uac. li. 10.
o De hac materia uid eleg. Zasium in l. ait pt. 5. §. 1. ff. de re iu.
p Ita Doct. in l. ait prætor, § 1. & l. in summa, alias, in sent 59. §. amplius, ff. de re iud.
q Ita loqtur. l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quan. prolata est.
r Sic intelligitur tea. in l qui tamen. 21. § Pōp. ff. recept. arbit.
s ut inf. de offi. iud. in prin.
t l. nō possumus ff. si pars hęred. petat.

tia; pōt enim iudex pronunciare restituendum esse, quicquid ex tali hereditate sit penes possessorem; Quid verum est, si vniuersaliter agatur: tum enim sicut incerta petitio, ita & incerta sententia toleratur; nam si pro certa re institueretur hęc actio, ita declaranda esset, & ad restitutionem illius concludendum; sicque & pronunciationē certam esse oportet. [u] 19 Deniq; is, qui alternatiuè promisit equum vel vestem, sic condemnandus est, vt alterum horum præstet. His adde & alias id genus species. Atq; ita expeditum sit primum dogma [Nunc] ad alterum, quod petitionem agentium respicit, in quo hanc obserues regulam. 20 [Libellus actoris, nisi certam cōplectatur petitionem, [x] admitti nō debet.] Ab hac tamen regula sequentes casus excipiendi sunt. 21 Primus in actionibus vniuersalib. & generalibus, toleratur generalis & incerta petitio sine aliqua rerum specificatione. Scire enim conuenit, actionum alias esse vniuersales, alias generales, pleraſq; singulares siue speciales. 22 [Vniuersales.] appellamus, quib. persequimur corpus aliqđ iuris, continens multas res cum augmento & deminutione, vt sunt hæreditas, iurisdictio, dos, peculium. Igitur petitio hæreditatis, actio pro dote, & de peculio, sunt vniuersales actiones. [Generales] dicuntur, quæ cōpetunt ad hoc, quod generale est, diuersas rerum species, adeoq; totas negotiatione cōprehendens: vt est tutela, quæ non tantum de vna negotij specie, sed de toto administrandi pupillaris patrimonij genere accipitur. Sic & societas & alia negotia. Igitur actio tutelæ, pro socio, negotiorū gestorum sunt generales. [Speciales] siue singulares vocantur, quibus id persequimur, quod sui natura, & quantum ad iuris interpretationē speciale est, ētsi accessoria quædam habeat; vt equus, vestis, domus, & cæteræ similes res. Actio ergo mandati, commodati, depositi, & [y] similes, speciales sunt. 23 Secundò, si incertitudo ex facto aduersarij proueniat, vt est in obligatione alternatiua cuius electio spectat [z] ad debitorem; item si quid debeatur in genere, & needum facta sit declaratio [a] per debitorem; aut si sit penes rerum soluere vel rem, vel [b] interesse: deniq; si dubitetur, num res extet; tum enim res petitur, si extat: sin minus, rei non extātis [c] æstimatio. Ex his elegāter infertur, libellū alternatiuum ualere, [Peto rem si extet, vel eius æstimationē, si cōsumpta sit;] nam incertitudinis rōne [d] alternatiua illa libellum non vitiat. Et hoc quando est incertum, vt modò dictum est, vtrum res extet necne. Cæterum si certum sit, rem adhuc extare, tunc ipsa res, & non eius æstimatio peti dēt: quia æstimatio tantum in subsidium debetur. [e] 24 Tertiò, si incertitudo consistat in re petita, vt quando agitur ad factum, cum facta sint [f] incerta: vel, vt quis [g] conseruetur indemnis. 25 Quartò, si aliquid petatur accessoriè, puta fructus vel expensæ: in his enim incerta admittitur petitio: vt, Peto fundum talem cum [h] fructib. vel quantitate eorum: item peto sumptus litis factos, & [i] posthac faciendos: item peto castrū, villam, ecclesiam cum possessionib. & [k] pertinentijs suis. 26 Quintò quantū ad interrumpendā præscriptionē attinet toleratur libellus generalis [l] & incertus. 27 Sextò, si in processu iudicij probationes certæ sint & specificæ, libellus incertus & generalis [m] concludit. Vltimò, vera est regula sup. tradita, si ab aduersario conuento opponatur de incertitudine vel generalitate libelli, seu petitionis; 28 eoque enim tacente libellus procedit [n] sine pugna, ita tamen, si deinde actor declaret pendēte iudicio, quandocunque, vel iudex, vel pars [o] aduersa hoc petierit. In omnibus his casibus permittitur incertę quantitatis vel rei petitio. Prædictæ tamen exceptiones ad ciuiles tantum causas coerceri debent. 29 in criminalibus verò libellus obscurus vel generalis non procedit, etiam parte non opponente: ut si talis sit libellus: [Accuso Titium de omnibus quę commisit;] [p] Sed debet esse specialis, certi criminis, loco & tempore circumscripti, ita vt reus negatiuam loco & tempore coarctatam probare possit, alias ei defensio tolleretur. [q] Atque ita in criminalibus accusatori non permittitur vagari in incerto, cum discrimine [r] partis aduersę: tametsi Alciatus [s] contrà sentiat.

u Fab hic n. 13. ver. item nec.
x Tex. in l. si in rem. 6. ff. de rei ven. & l. 3. §. argentū. ff. de Pos. l. ptor c. dixit. 7. in pr. & §. quod aūt prętor ait. ff. de iniur. & c. 1. 2. & 3. extra. de libell. oblig.
y Tex. eleg in l. pro socio. 38. ff pro soc.
z l. ubi aūt non apparet 75. §. §. illud aut illud. §. ff. de verb. obl.
a §. huic autem. ver. ptereа in fra hoc tit.
b Vt est regula: iitet. in obl. tradi te. l. 3. in prin. & ibi gl. de act. emp. l. stipulationes non diu. 72. de verb. obli.
c Iuxta l. si seruum. 91. §. vlt. & ibi Bart. ff. de verb. obl.
d Gail. lib. 1. obs. 62. nu. 5.
e Tex. in l fi. C. d fideic. liber. pulchre Pan. in c. grauis de restit. spo. nu. 22. Barto. in d. l & ex diuer so §. vlt.
f d. l. vbi autem non apparet. §. quid quod.
g Tex. in l. 2. & ibi Bart. C. de sent. quæ sine cert. quant. c. inter dilectos. ver. hæc omnia. de fi. inst. ibi Feli.
i Tex. in §. 3. inf. de publ. iudi. Ias. late in §. oīum. sup. h. t.
k c. cum ad sedē. ibi glo. & Canostię. ext. de rest. spol.
l Tex. & ibi Bar. in l. vlt. C de ann. except.
m Ita Bal. in rep. l. edita. C. de pact.

§. Si quis agens.

1 Epitome huius §. & eiusdem diuisio.
2 Qualiter olim quis causa cadebat ob petitionem plus tempore.
3 In restitutione in integrum concedenda, causæ cognitio est necessaria.
4 Iusta est ignorantia facti alieni.
5 Et quibus casibus id non procedat.

Si quis agens, in [a] intentione sua plus [b] complexus fuerit, [c] quam ad eum pertineat, à causa cadebat, idest, rem [d] amittebat: nec facile in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis Huic enim sicut in alijs causis, [e] causa cognite succurrebatur, si lapsus [f] iuuentute fuerat, ita & in hac causa succurri solitum erat. Sanè si [g] tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiam [h] constantissimus quisque labi posset, etiam maiori 25. annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut [i] pars legati adempta sit: aut quibusdam [k] alijs legata data sint, quæ efficiebant, vt plus petijsse videretur petitor, q̄ dodrantem: [l] atq; ideò lege Falc. legata minuebantur,

n Glo. est in d. l. vlt. ad fi. C. de ann. excep. & gl. magna in l. 1. C. de eden. And. Gail. lib. 1. pract. obs. 62. nu. 1. o Iuxta ca. cum Bart. de re iudicata. p Per tex. in l. libellorum. ff. de accus. Bart. ibi. Bal. in l. 1. C. de conf. Fel. in c. 2. nu. 5. de lib. ob. q And. Gail. in pract. obser. obs. 62. nu. 13. lib. 1. r Tex. in l. prętor edixit 7. ff. de iniur. Bart. in d. l. libellorum 3. de accus. s In d. l. edita nu 26. C. de pact.

Sepè 1 contingit actores plus in iudicijs petere, quam ipsis debeatur; ideò hoc loci Imperator de plus petitionibus nonnulla annectit. Complectitur autem hic §. tres potissimum partes. In primis enim ostendit iuris veteris constitutionem, quo iure plus petens puniebat in amissione causę. [a] Deinde quatuor modis plus peti tradit, re causa, tempore, & loco. Denique iuris [b] noui pœnam addit, quæ plus petenti hodie infligitur: atque ita cohærens est materia, vsque ad §. siu minus. Singulas partes seorsim explicabimus. Videamus primam.

a Intentione.] In sua petitione, siue actione. [Intendere] [c] enim significat in iure experiri vel agere. Hinc [intentio] pro [d] actione vel libello rectè sumitur.

b Complexus fuerit. Scienter vel ignoranter, dummodò ignorantia fuisset crassa & affectata.

c Quam ad eum perti.] Idest, quàm sibi deberetur.

d Rem amittebat.] 2 Qua ratione autem rem olim amiserit, qui plus tempore petebat, Imp. alio loco [e] ostendit: nempe quod priori iudicio nihil consequeretur propter exceptionem dilatoriam: & postea suo tempore volens rursus agere, submouebatur peremptoria exceptione, quòd rem semel in iudicium deduxisset. Sic itaque rem ipso statim iure non amittebat, nec statim, cum primum ageret: sed cum semel exceptione dilatoria summotus, postea rursus agere vellet, nam tum reus petebat, vt iudex pronunciaret, actorem causa cecidisse propter temeritatem prioris iudicij. Id quod etiam Cice. lib. 1. De oratore haud obscurè indicat.

e Causa cog.] 3 Nam in concedendis in integrũ restitutionibus semper requiritur [f] causę cognitio. Est autem æquissimum hoc Prætoris Edictum, quo minoribus 25. annis succurritur; quemadmodum [g] Vlpianus id multis verbis commendat.

f Iuuentute.] Facilitate sua, & iuuenilis ætatis inconsulta temeritate: quod in dubio præsumitur, nisi minor in dolo verò & manifesto fuisset; tunc enim ei non succurretur, [h] etiam hodie.

g Tam magna caus.] 4 Hinc obserua, iustam esse ignorantiam facti alieni, in quo prudentissimus etiam errare [i] potest. 5 Excipiuntur tamen pleriq; casus, in quibus facti alieni non est iustus error. Primus si is qui allegat ignorantiam facti alieni, sæpius tractasset illud, huiusq; tractationi [k] interfuisset, vt sunt compositores amicabiles, arbitratores, &c. Secundus si aliquid publicè promulgatum esset, vel affixum, non posset prætendi ignorantia à [l] quoquam indigna. Tertius, si alienum factum graue sit arduum, quod non facilè excidat [m] memoria, & si qui sunt casus [n] prædictis consimiles.

h Constantissimus.] Prudentissimus.

i Pars legati adem. sit.] Quia centum erant in testamento legata, & viginti in codicillis adempta; legatarius de codicillis ignarus, centum ex testamento petebat.

K Alijs leg. data sint.] Dodrantem testator Sempronio in testamento legarat, deinde aliquid in codicillis Titio reliquerat, Sempronius codicillorum ignorans dodrantem ex testamento postulabat.

l Atque ideò.] Rectè admonet Bald.. apertiùs fuisse, si dixisset, [ideò quòd;] nam hic redditur ratio, cur propter alia adiecta legata, quatenus excedunt dodrantem hæreditatis, & portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso iure remaneat, vt inquit Vlpianus: [o] adeò vt hoc nomine statim hæredi ius vendicationis competat.

a §. plus autem infra eodem.
b Vers. & hæc quidē. h. tit.
c Dixi sup. eo. i §. oium. n. 5.
d l. si quis intētione. de iud.
e §. tpales, In fi. inf. de excep.
f l. omnes. ff. de in integ rest.
g Tex. elegans in l. 1. ff. de min.
h Per l. vnicam. C. de plus pet.
i l. 2. ff. iur., & fact. ignor.
k Vide Bal. hoc declarantē io l. cum rē alienā. C. de leg. p l. 26. Procula. ff de prob.
l l. sed & si pupillus. 11. & proscribere. ff. de inst. act.
m c. cum illorum. 10 fin. de sent. excom.
n Quos require c. ab excōicato. & ibi Doc. de rescr.
o l. lineam margaritam. 26. ad l. Falc.

Vers. plus autem.

1 Quatuor modis plus peti, re, tempore, loco, & causa.
2 Vtilitas clausula, Saluo iure superflui.
3.4 Ante diem petens, plus tempore petit. Idem est, si lex dilationem indulgeat.
5 Certa incerta conditio quæ?
6 Ante incertę conditionis euentum petens, plus tempore petere dicitur.
7.8 Si certa sit conditio, tum distingui debet, an ea diem in se contineat, vel non.
9 Petitur plus tempore, etiamsi ante tacitam conditionem petatur.
10 Duplex argumentum à contrarijs.
11 Quod operatur oppositum in opposito, idem operatur Propositum in proposito.
12 Si certo loco soluere promisit, iure ciuili alio loco peti non potest.
13 Prætor concedit etiam alio loco, peti, quod certo loco promittitur solui: dummodò loci, vbi solutio fieri debet, mentio fiat.
14 Si certo loco te daturum promittas, an etiam in loco domicilij id dare possis. & numero 16.
15.21 Excusa L. hęres absens. §. vlt. ff. de iud.
17 Explicatio l. vnica C. vbi con. qui cer. lo.
18.19 Confutatur ratio eorum, qui asserunt, etiam in loco domicilij solui posse, etsi certus locus solutioni destinatus sit.
20 Aequalitas relatiuorum diligenter obseruanda.

Plus

Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, & causa. Re, ueluti si quis pro decem aureis, qui ei debeantur, uiginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam, uel maiorem partem suam esse *a* intenderit. Tempore ueluti si quis *b* ante diem, uel *c* ante conditionem petierit, qua enim ratione, qui tardius soluit quam soluere deberet, minus soluere intelligitur, eadem ratione, qui præmaturè petit, *d* plus petere uidetur. Loco plus petitur: ueluti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit, *e* sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est, uerbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit: Ephesi dare spondes? Romæ *f* purè intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia *g* utilitatem, quam haberet *h* promissor, si Ephesi solueret, *i* adimit ei *k* pura intentione. Propter quam causam *l* alio loco petenti arbitraria actio proponitur: in qua scilicet ratio habetur, *m* utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret, quo in se soluturum spopondit. Quæ utilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur, ueluti uino, oleo, frumento: quæ *n* per singulas regiones diuersa habent precia. Sed & pecuniæ numeratæ, non in omnibus regionibus sub eisdem usuris fœnerentur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo ut sibi detur, stipulatus est; *o* pura actione rectè agit. Idque etiam Prætor monstrat, scilicet quia utilitas soluendi salua est promissori.

Hæc] 1 est altera §. nostri pars, sub compendio declarans, quatuor modis plus peti, re, tempore, causa, & loco. [Re plus petere] is dicitur, qui plus exigit, quàm suum sit debitum. [Tempore plus] petit, qui præmaturè, id est, ante diem uel conditionem postulat: quia adimit reo utilitatem temporis, [Loco plus petit,] qui certo loco quippiam sibi dari stipulatus, id alibi reposcit. [Causa plus petit,] in alternatiua, cuius electio ad rem conuentum pertinet, alteram tantum partem petit, vel qui in generali promissione vnam tantum speciē exigit. Atque hæc est [a] *summa huius secundæ partis.*

a *Intenderit.] Re ergo plus peti dicitur, quando quis (ut dixi) plus postulat, quàm sibi debetur. Sed hoc de principali debito intelligendum est, cum illud augetur & increscit. secus est in* [b] *accessorijs, puta quia petit rem cum fructibus & interesse: progressus autem causæ docet, non deberi fructus uel interesse, sed solū rem principalem. 2 Ne autem plus debito quis petere uideatur, consulit* [c] *Ant. de But. ut hæc clausula annectatur libello, [Peto hoc, saluo iure superflui:] sic enim pœnam euitari.*

b *Ante diem.] Siue partium conuentione dies sit adposita, ut, [Promitto ad calendas Ianuarias,] siue ex natura rei insit dilatio; petens enim fructus fundi nec dum natos partumue pecoris nec dum editū, ante diem petiisse dicitur, nec pœnam* [d] *euitat. 4 Idem iuris est etsi lex dilationē indulgeat, ut in exactione dotis. Habent enim mariti hæredes annū, intra quem restituant dotem rei* [e] *mobilis. Quare dotem rei mobilis ante lapsum anni postulans, plus tempore petiisse dicitur, pœnamq; meretur. Ab hac quoq; speciem pertinet obligatio, quæ temporis obseruationem cōtinet: uelut [Kalendis Ianuariis, aut Februarijs dare spōdes? post annum uel biennium?] Qui enim kalendis Ianuarijs petet, aut ante biennium, tempore plus petere dicetur: quoniam in disiunctiua temporis minus est* [f] *in obligatione.*

c *Ante conditionem] Cum autem conditionem aliam esse certam, aliam incertam, notum sit, an de vtraque hoc accipi debeat, quæritur? 5 [Certa] autem [Conditio] est, quæ omnimodò extitura est: ut, [si moriar. Incerta] uerò, quæ ut eueniat, incertum est; vt, [si Berta nubat.] 6 At de incerta quidem conditione manifestū est, quod scribit* [g] *Vlpianus: [Vbi sub conditione quis stipulatus est, neque cessit, neque uenit dies pendente adhoc conditione. Itaque qui euentum non expectabit, quoniam dies, unde pendet actionis substātia, pars est obligationis,* [h] *plus petere rectè dicetur.] 7 Cæterum in conditione certa distinguendum esse aiunt* [i] *an scilicet loquamur de ea, quæ diem in se continet: ueluti [si morieris,] aut [cum morieris, dare* [k] *spondes?] qua specie plus illum petere dicendum est, qui ante diei euentum postulat, quippe cum diei adiectio pro stipulatore* [l] *sit. An uerò de ea, quæ diem in se nullum continet: ueluti [, si inter Kalendas digito cœlum non tetigerim,]* [m] *etiam purè stipulatus uideor, quoniam nunquam futurum est, ut cœlum digito contingam: itaque agere protinus possum. 8 Huius etiam illa generis est, de qua Paulus* [n] *agit, [Siue nauis ex Asia uenerit, siue non:] nullum enim certum diem hæc conditio continet, sed omnimodo extitura est, ideoque pura stipulatio* [o] *dicenda. 9 Porrò non solùm quis plus tempore petere dicitur quando ante conditionem expressam (de qua hactenus diximus) uerum etiam si ante tacitam petat, quæ ex autoritate legis tacitè inest, etsi nihil nominatim conuenerit, qualis est stipulatio, quæ propter causam dotis fit: constat enim, eam habere in se hanc conditionem, [si nuptiæ fuerint* [p] *secutæ,] quamuis non sit expressa. Sic quoque, tametsi Paulus* [q] *in urbanis habitationibus locandis scribat, inuecta, illata pignori esse locatori tacitè, etsi nihil expressè conuentum sit; Caius* [r] *tamen coloni rerum obligationem quamlibet expressam, conditionem tamen tacitam continere significat, [Si quando hæres in illum fundum inuectæ sint.] Itaque siue sponsus ante nuptias, siue dominus rebus nondum inductis actionem postulet, plus petere manifestissimè intelligitur.*

d *Plus petere uidetur.] 10 Vides hic esse duplex argumentum à contrarijs, quod in legibus perrarū est, quòd sicuti qui tardiùs soluit, minus soluere* [s] *dicitur: ita qui citius petit, plus petere dicitur. Hoc est, quod per manus traditur, contrariorum esse eandem* [t] *disciplinam. Quod autem sit duplex argumentū ex*

a Concordat. c. 1. & ibi Doct. extra, de plus pet.
b Fab. & Io. de Plat. hic.
c In c. 2. extra, de libel oblat.
d Tex. est in l. in creditū. 73. de uerb. obl.
e l. unica. §. exactio. C. de rei ux. actio.
f l. si ita stipulatus fuero X. aut XV. 109. & 2. d. uer. ob.
g l. cedere diem 213. d. uer. sig.
h l. eum qui. 41. § 1. d. uer. sig.
i Hot. hic.
k l. Iul. 40. de iudicio dotium. l. si Tit. quand. dies leg. ced.
l d. l. eum qui.
m l. in illa stipulatio. Si kal. 8. de uerb. obl.
n l. commo. de periculo et cō mod. rei uen. & l. Iulianus. 60 d. cōd. ind.
o l. si pup. 1. §. 1. de nouatio.
p l. stipulationū. de iure dotiū.
q l. item quia 4. de pactis.
r l. potior. §. si colon. qui potiores in pig.
s l. si cum 22. §. minus. ff. de uerb. sig.
t De quo p Bar. in l. 1. in prin. ff. de hi. q sūt sui uel al. iur. & Dd. in rub. ff. de acq. pos.

eo constat, quia primò arguit à tardiori ad citius; & eodem contextu à solutione ad petitionem: quod Zasius animaduertit. 11 Ex quo & aliud dogma colligitur: Quod operatur oppositum in opposito, [u] id operatur propositum in proposito: quod Bar. [x] alibi urgutè declarat.

e Sine commemorat.] Quia non exprimit in libello locum solutioni destinatum, quod omnino ho ca fu requiritur, quando alio loco petitur, quam in quem promissum est: Alias enim si creditor peta: in loco conuento, non exigitur loci commemoratio; satisfecit enim conuentioni etiam sine uerbis ex pressis.

f Purè] id est, non facta mentione, quòd Ephesi solutio fieri debeat.

g Utilitatem.] Quia fortè ei facilius est Ephesi pecuniam soluere, quàm extra Ephesum, idq; minori dispendio facere potest. Plus ergo in hoc tractatu, quàm à debitore, h.e. reo, non quàm ipsi creditori, id est, actori debeatur, [y] accipimus,

h Promissor.] Debitor conuentus.

b Adimit.] Aufert, tollit.

K Pura intentione.] Simplici petitione, quæ non habeat unnexam loci commemorationem, in quo soluendum est.

l Alio loco] Quam quo fieri debeat.

m Utilitatis.] Quia fortè Ephesi ubsq; usuris contrahere numos posset, quum in loco ubi conuenitur, necesse illi sit, pecuniam sub feuore accipere.

n Per singulas.] Variantur enim rerum precia secundum diuersitatem locorum; maximè in rebus fungibilibus, quæ uno loco longè commodius, quàm alio & præstari & comparari [z] possunt.

o Pura actione.] Ita quod loci mentionem habere non cogatur, quoniam tantundem præstat litem in loco mouere, quantum nominatim loci mentionem fecere.

12 Ex textu.] disce hoc potissimum: Si certo loco promisisti soluere, quantum ad ius ciuile uttinet, alio loco id ubi te petere nequeo: num si alibi peterem, loco plus petijsse uiderer. Verum quoniam eueniebat, ut nũquam à te petere liceret, quod ita promissum esset, propterea quòd tu nunquam eo uenires, ubi facienda esset solutio, neq; ego tecum agere possem: primum in loco solutionis non, quoniam nusquam illic inuenireris: deinde nec extra illum locum, propter plus petitionem, quia tunc loco plus petere iudicaret: eiusce reigratia necesse fuit, aliam agendi rationem excogitari, qua consuli mihi posset. 13 Concessit ergo Prætor, ut & extra locum destinatum aduersus te agerem utiliter, ita tamen, si loci illius mentionem facerem, in quo fieri deberet solutio; & hoc modo captiunculas plus petitionis effugerem Illud uerò me facere negligente, & purè aliquid petente, plus loco petere intelligor; ob id certè, quòd simplici hac intentione uidear tibi debitori eam auferre commoditatem, quam habere, si in loco, in quem promissum est, solueres. Potest n. multis modis tua interesse, ut potius conueniaris in loco statuto, quàm alibi, quorum nonnulli elegãter in textu tractantur, & Doctores plerosq; [a] annectunt. 14 Dubitari tamen solet, si te certo loco daturũ promittas, & ego petam in loco domicilij, an plus loco petere uideur? Et [b] Accursius uit, me nihil delinquere, præsertim si dicam: [Peto decem mihi solui hic, uel ubi soluere promisisti.] Alij [c] putant hoc obtinere, Etsi purè & simpliciter omissa certi loci [d] mentione aduersus te egerim. Sed boc, mihi, cum bono & æquo ex professo pugnare uidetur, adeò ut si mihi nominatim udferendũ sit exẽplũ iniusti iuris ex Romanis legibus, nun aliud allaturus sim potius, quàm hoc ipsum vere summum ius. Videamus ergo num hæc Doctorum assertio infringi possit. 15 Et primò quidem non uidentur hi [e] Vlpiani uerba recitasse fideliter, ait enim Vlpian.[Qui ita fuit obligatus, ut in Italia solueret; si in prouincia habuit domicilium, utrobiq; posse conueniri, & hic & ibi:] & non dicit de aliqua ciuitate Italiæ. Vnde propter continentiam prouinciarũ potest in [f] loco domicilij conueniri. 16 Deinde contra id quod aiunt, [etiamsi ulibi præscribatur locus solutioni, posse tamen debitorem purè conueniri, ubi habet domicilium, ut ratione fori, quod habet respectu domicilij:] pugnat [g] aliu lex, alternans, Si in certum locum conseratur solutio, debitorem non posse conueniri in loco contractus, sed solum inspici locum solutioni [h] destinatum.] Sed exploratum est, rationem contractus non minùs, quàm domicilij, parari forum: qua igitur causa fit, ut ratione huius fori magis quam illius, possit debitor conueniri? 17 Præterea superiori dogmati aduersatur id, quod [i] alibi Imperator scribit: [Qui certo loco,] inquiens, [se soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit, arbitraria actio ne & in alio loco potest conuenuri, &c.] [k] Argumento à contrario sensu, quia per præteritum loquitur Imperator. [Si solutioni satis non fecerit,] &c. satis apparet, quandiu est in suspenso, an quis conuento loco solutu rus sit, interim eum alibi conueniri nusquam posse: quia non adijcit Imperator exceptionem, [nisi ubi domicilium habeat.] 18 Porrò ut uerum sit dogma supra traditum, eius tamen rei non aliam uideo rationem, quàm quòd plerunque ita comparatum sit, domi sine incommodo, & non rarò facilius solui, quàm ubinis ulibi, quod debitor quasi in suo regno, & intra suas sepes omnia promptiora habeat. Hæc autem ratio facile confunditur, per ea, quæ hic doctissimè à Fabro adferuntur, aiente: Etsi notorium sit, facilius utilius que esse debitori soluere in loco ubi ugit, quàm loco conuento, actorem tamen debere facere mentionem de loco conuento, quod petitor semper debeat narrare [l] formam obligationis. Item quod aliquando expedit & facilius est, debitori soluere [m] quod sibi damnosius est. Ex quibus graphicè uidemus, nullã esse eam

t De quo p Bar. in l. 1. in prin. ff. de hi. q sũt sui uel al. iur. & od. in sub. ff de acq. pos.
u Tex. hic & in l. ul. ad fi. ff de leg. 3. & in l. si contra, ff. de vulg. & pup.
x In l. iter stipulantem, §. sacram, ff. de uerb. obli.
y Ho. hic.
z l. iõ in arbitriũ 3. ff. de eo, q certo. lo. s. preciaru. 63. §. fi. ff. ad l. Falc. ubi late Doctor. examinant, qualiter ualor & æstimatio rerum doceri queat.
a Atque ita accipienda est l. 1. ff. de eo quod cer. loc.
b Gl. hic, in uer. loco.
c Zasius hic.
d Per tex. l. hæres absẽs. 19. §. ult. ff. de iu.
e In d. l. hæres absens. §. ult.
f Iuxta l. notionẽ 99. §. cõtinentes, ff. de uer. sig. l. prouincia les. 190. eo. ti.
g l. quer. 1oo. ff. de solut.
h Ex d. l. quer. Pet. de Bell. Per. nominatim ad hoc ti. in l. contraxisse. 21. ff. de ac. & obli.
i In Lunic. C. ubi con. q cer. lod. &c.
k Ita memini dicere Vol. Hun. D. Zasio, cũ eius auditor una mecũ olim esset, nunc supremo imperij consistorio collega mihi doct. & gratiss.
l Vt inst. pro. §. in fin.
m §. præterea in fi. inf. eod. tit.

eam rationem,& eius respectu minimè posse debitori auferri locum, quem habet ex [n] *pacto.* 10 *Sed & vlterius oppugnatur prædicta assertio, argumento à pari ex relatiuis sumpto. Sic enim* [o] *alibi legitur:[Is qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quàm in quo promiserit, soluere inuito stipulatore potest.] Si hoc licet creditori, ne sibi inuito solui alibi possit, quàm loco destinato, nec loco domicilij etiam, quia lex hoc non distinguit, sed vniuersaliter negat: quid debitorem cogemus cõtra pacti conuentionem loco domicilij posse conueniri, & exigi, præsertim cum maius grauamen plerunque sit in pecunia soluenda, quam accipienda?* 20 *Sanè æqualitatem relatiuorum si obseruemus, quæ certè perpetuò est obseruanda, & ante oculos habenda in iure, consequetur debitorem in loco domicilij non posse conueniri, quia nec creditori in suo domicilio solui potest inuito.* 21 *Verum hac opinione sic confutata, quid ad* [p] *Vlpiani verba suprà relata respondebimus? Fortassis ea verba per Imperatoris* [q] *constitutionem temperanda sunt (neque enim nouum est,* [r] *priores leges ad posteriores trahere) quod tum debitor* [s] *alibi etiam obligatus soluere, conueniri possit in loco domicilij, si loco suo non soluerit; prius uerò impunè non possit. Præmonet quidẽ hoc loco Iason,* [t] *Vlpiani uerba non posse cauillari; uerum hæc non est calumnia, cum non nouam interpretationem, sed multis retro seculis natam adferam, licet ab Hung. viro doctiss. meique amantissimo primum animaduersam. Sic enim &* [u] *Accursius Vlpianum intelligit hisce verbis; [Sine commemoratione ideo dicit, quia ipsum locum, ubi erat facienda solutio, in libello ponere debet, sic; Peto ut decem mihi soluas hic: uel ubi soluere pmisisti. Post hæc nisi soluat, poterit eũ conuenire vbicunq; dũmõ cõuentus habeat ibi forum, non aliàs.] Hæc sunt ibi Accursij uerba cõiter recepta; quibus vides eundem dari, quem supra ex Hungero attuli, intellectum. Et hoc idem pluribus* [x] *alijs locis tradidit Glossator, vbique sui hac in re similis, ut huic facilè assentiar, præsertim tot accedentibus rationibus.* 22 *Porrò hodie apud nos passim vtuntur hac clausula in chirographis, siue cautionibus, vt [nisi debitor soluat, iure tam ecclesiastico, quàm seculari conueniri ualeat, vbicũq; reperiatur; siue debitor per terrã, siue per aquam uehatur, &c. idq; legib.* [y] *dissentaneum nõ est. Cõtraxisse enim quis dicitur eo in loco, in quem cõfertur solutio; debitor autem sic paciscẽs in oĩ loco contraxisse iudicatur, vbi conueniri, ab eoque debitum exigi potest, siue de principali debito, siue de sumptib. atque alijs accessorijs* [z] *loquamur. Quod tamen ita moderandum est, nisi debitor in loco pestilenti, vel hostili deprehẽdatur, aut nauigio trãsuehatur cũ alijs, docẽte* [a] *Angelo.*

l. 2. §. si qui Ephesi. ff. de eo, quod cer. lo. & q̃ ibi annotat Bolog. & quod Imp. hic dicit ver. loco, sup qua quidem q̃stione ma rõne fundata est prior sup. l. is qui. ff. eod. tit.
o In d. l. is qui. & concordãtia iura citat gl. ibidẽ pen.
p In d. l. hæres absens. §. vlt.
q In d. l. vnica. C. vbi con. qui cer. loc.
r l. non est nouum. 26. ff. de legibus.
s Idem tradidit Vo. Hun. sup. citatus now ter. &c.
t In d. l. ult.
u Gl. mag. hic & uer. cõmemoratione. circa medium.
x Vt in d. l. vnica. C. ubi conue. qui cer. lo. gl. fi. in l. 1. ff. eod.
y Per l. cõtraxisse. 21. de ob. & act.
z c. dilect. & ibi Pan. de fo. comp.
a In l. cum res. 47. de le. 1. Aret. hic. reliqua huc pertinentia require ex ti. ff. de eo, quod cer. loco. & ibi. dicendum. & in §. præterea. sup. hoc titu.

Vers. Huic autem.

1 *Quando causa plus petatur.*
2 *Alternatio quid.*
3 *In alternatiuis, regulariter optio est debitoris.*
4 *An sint paria, causa, & re plus petere.*
5 *In alternatiuis creditor necessario alternatim petere debet.*
6 *Fallit. facta alternatione in fauorem creditoris.*
7 *Variæ alternationis species.*
8 *Quæ in legatis alternatiuis distinctio obseruanda.*
9 *De uino Campano, Setino, Falerno, Caleno.*
10 *Purpuræ appellatio: & de Tyra purpura.*
11 *Promittens genus, quamcumque speciem potest soluere.*
12 *Actoris petitio semper conformanda naturæ, & qualitati ipsius obligationis.*
13 *Falsam esse communem doctrinam, qua dicitur in obligatione generis, nullam speciem esse obligatam.*

Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is, qui causa plus petit: ut ecce si quis ita a te stipuletur, hominem Stichum, aut decem aureos dare spondens [a] deinde alterum petat, ueluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideò autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, [a] promissoris est electio, utrum pecuniam, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantum, uel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem aduersario: & eo modo suam quidem conditionem [b] meliorem facit, aduersarij uerò sui, [c] deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat [d] hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere: id est, [e] ut eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum putat, aut [f] generaliter unum stipulatus sit, & specialiter [g] Campanum petat: aut generaliter [h] purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, quia electionem [i] aduersario tollit: cui stipulationis iure liberum fuit, aliud soluere, quam quod peteretur. Quin etiam licet [k] uilissimum sit, quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud soluere, quod maioris precij est.

Declarat] quando causa plus peti dicatur, 1 *tum scilicet, cum aliquid sub alternatione, vel in genere debetur, & alterum præcisè, vel rem in specie peti contingit: nam propter adeptam debitori electionem, plus*

plus causa quis petisse censetur. 2 Est autem alternatio ἐπαμφοτερισμὸς, ut Theophilus ait; hoc est, ex disiunctione dubiam habet præstationem, & ancipitem exactionem.

a Promissoris est elect.] 3 Nam regulariter in alternatiuis ad debitorem [a] pertinet electio. Ob eamque causam qui illud aut illud stipulatur, incertum in stipulationem deduxisse [b] intelligitur: nimirum quia incertum est, utrum debitor sit stipulatus, quippe cuius electio sit, quod tamen verum est, nisi stipulator adiecerit, [c] vtrum ego uoluero.

b Meliorem.] Eligendo rem preciosiorem, & quam sibi sperat futuram commodiorem.

c Deteriorem.] Adimendo illi electionem liberam. 4 Sed, nonne paria sunt, plus causa, & plus repetere? Sanè eâ conuentionis, & res ipsa conuentionis, uidentur non differre. Sicut enim is, cui debentur decem, si petat quindecim, plus re petere intelligitur: ita cui sub alternatione Stichus aut decem debentur, si tantummodo Stichum petat, quid aliud, quàm plus re petit? nonne in ipsa re exceditur? Iason hoc prolixè tractat. Veritas est, magnum inter hæc duo plus petendi genera esse discrimen. In superiori namque casu, cum re plus petitur, id utique postulatur, quod non est in obligatione; nam obstrictus in decem, non etiam in quindecim teneor. Posteriore verò specie, in alternatiuis utraque pars est in obligatione, licet electiuè, & electio ad debitorem pertinet: quare creditor cum alterum tantum petit, rem obligatam petere videtur tametsi sub electione, sicque minus delinquit, quam priori specie: hic petitur res obligata saltem electiuè, ibi res non obligatur; vt Zasius hic docet.

d Hominem Stichum aut aureos.] 6 Ex his verbis colligendum est, in alternatiuis creditorem necessariò alternatim petere debere: atque hic casus * est, vbi incerta actoris petitio admittitur: quod tamen ita procedit: si penes debitorem sit optio, quod uelit soluere. 6 Nam si ista alternatio in fauorem creditoris facta esset, tunc creditoris est electio, & rectè ad alteram tantum alternationis partem agit; [d] Bar. tradente. Quæ distinctio generaliter ad omnes alternationis species referenda est, quas [e] Doctores hic recensent: 7 vt est alternatio rerum, summarum, locorum: item rerum, & locorum mixtim, & tandem verum, personarum, & locorum simul; excepta sola personarum alternatione, in qua creditor suo tantum nomine, & sic ex altera parte alternationis [f] petere potest. Quomodo autem cognosci possit, quando electio ad debitorem, vel creditorem spectet, Accursius [g] alibi doctè explicat, & post eum [h] Barto. atque [i] Dynus: ad quos iuris studiosum remitto.

e Vt eodem] Id est, sub alternatione: & id quidem facere debet, si pœnam plus petitionis euitare desideret.

f Generaliter uinum.] 8 in legatis verò alia distinctio est: nam aut generaliter testator seruum legat, cum duos pluresue habeat, quo casu legatarius electionem habet. [k] Aut id testator legat, quod in bonis eius non est; veluti certum pondus olei, non adiecta qualitate, aut centum amphoras vini; quo casu hæredis electionem esse, Vlpianus [l] respondit modo non uilissimum oleum hæres [m] eligat.

g Campanum.] Tanquam optimum. 9 Campania siquidem non mediocria, sed optima uina [n] profert, quale est Setinum, quod Octauianus Augustus omnibus anteposuit, & Falerunm, cui [o] Plinius secundas tribuit, item [p] Calenum, & ipsum nobile; ut mirum sit, cur Theophilus scribat, vinum Campanum omnium aliorum pessimum esse.

h Purpurā.] 10 [Purpura] enim generale nomen est; eius appellatione omnis generis purpuram contineri.] [q] Vlpianus autor est. Tyria uerò purpura est omnium præstantissima, [r] Strabone teste, à Tyro insula, ubi purpuræ piscatus abundè est.

i Aduersario.] Id est, promissori. 11 Hic obserua, quòd promittens in genere aliquid, potest quamcunque speciem soluere, quia ipsius est optio; & creditor speciem præcisè exigens, plus causa petere iudicatur, quum optionem debitori adimat. Debet ergo, si pœnam effugere uelit, rem in genere petere, quæ generaliter præmissa est, puta equum, hominem, uestem. 12 Quod si [s] quid simpliciter, aut sub alternatione, vel in genere promissum sit, semper petitionem actoris, & libelli conclusionem conformandam esse naturæ, & qualitati ipsius obligationis necesse est: vt, si pura sit obligatio, simpliciter, & præcisè petatur condemnari; si in uero sit obligatio in genere, genus in petitione uersetur. Sin uerò alternatiua sit, eodem modo petitio sub alternatione concipiatur, sicque pœna plus petitionis semper euitabitur. 13 Cæterum quòd traditur communi calculo, in obligatione generis nullam speciem esse obligatam, sed tantum in solutione, id tam à vero alienum est, quam vulgò recipitur. Nam qui ad genus est obligatus, is ad omnes omninò species, sub electione tamen, obligatus esse cognoscitur. Est enim genus nihil aliud, quam species simul collectæ; & cum qualibet species sub eo genere solui possit, consequitur omnes eas in obligatione fuisse nexas, saltem electiuè, non connexim, quemadmodum [t] supra obiter dixi.

K Vtilissimum.] Non enim æstimatio, vel bonitas ad rem, sed ad ipsius debitoris arbitrium referri debet; quod enim contra domini uoluntatem est, melius videri non [x] potest.

Vers. Sed hæc.

1 Epitome huius versiculi.

2 Plus tempore petens, sustinet pœnam duplicationis induciarum.

a l. plerunq. 10. §. ult. ff. de iud. dot. & l. si quis seruum. C. de cond. ind. l. quæ autē. 7. §. si marit. de don. int. uir. & ux. l. si in emptione. 34. §. si empt. de cont. empt. b l. ubi āt. 75. §. qui illud. ff. de ver. ob. & l. prętor. 7. §. quod aūt. de Iniur. c d. l. ubi autē. & l. si qs. 112. eodem titu. * Dixi in §. curare. sup. eod. tit. d In l. quāuis. 6. ff. de pig. act. e Pręcipue Ias. & Zas. f Tex. in l. verò procuratori 12. in pr. ff. de sol. Dd. cōiter hic. g In l. Lucio. 23. de leg. 2. h ibidem. i In c. i alternatiuis. de reg. iur. k l. qdnos. 20. de leg. 1. si ser. uus leg. 108. §. 2. eo. & l. §. si generaliter. sup. de leg. & l. 2. de opt. leg. l l. 3. in pr. & l. 4. de trit. vin. & oleo leg. m l. legato gñaliter. 37. & le. f. n l. stip. 74. & l. seq. de uer. ob. o vide Plin. li. 3. Nat. hist. ca. 5. p Strabo. lib. 5. Georg. & Florus. lib. 1. q In l. si cui lana. 70. Purpurę. de le. 5. r li. 16. Georg. vide etiā Polit. in Miscel. c. 12. & Plin. li. 5. cap. 19. s Ioan. de Plat. & Aret. hic. t Tex. expressus in l. Męuius. 66. §. duorum. de leg 2 Nico. de Nea. & rab. in §. in bonę fi dei. sup. eod. u In d. §. bonę Zas. in uir intellectibus. x Facit. l. pen. & vl. de usu. & hab. & l. minuto. 69. de reg. iur.

3 Et

3 *Et hoc de omni dilatione intelligendum.*
4 *Declaratus Bart. in l. si pecuniam ff. si cert. pet.*
5 *Pœna petentis plus tempore, ante lit. cont. opponenda.*
6 *Actor desistens ante lit. contest. euitat pœnam duplicandę dilationis.*
7 *Qualiter huiusmodi induciæ duplicari debeant*
8 *Pœna plus petentis re, vel causa, vel loco.*
9 *Circa plus petitionem varię hypotheses considerandæ; & nu. 10. 11. 12. & 14.*
11 *De crimine Stellionatus.*
15 *Reus plus iusto negans, an puniendus.*
16 *Ratione partis an negari totum possit.*

a Sed hæc quidem antea in vsu fuerant: postea verò b lex Zenoniana & nostra rem coarctauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum: in omne, c si quod forte damnum ex hac causa acciderit ei, contra quē plus petitum fuerit, d commissa tripli condemnatione (sicut suprà diximus) puniatur.

a *Sed hæc quidem.] Quæ scilicet hactenus dicta sunt de pœna eorum, qui plus petebant: ideoque actione caderent, & rem amitterent.*

b *Lex ZENONIANA & nostra.] Neutra tamen harum constititutionum hodie extat: tametsi ex alio Iustiniani* [a] *loco constet, Zenoniana cautum fuisse, vt si ante tempus creditor egerit, ei quod reliquum est temporis, duplicetur. Sic enim Theophilus interpretatur.*

c *Si quod forte damnum.] Veluti, si maiores sportulas debitor.* [b] *solueret.*

d *Commissa tripli.] Idest, cum incurrisset damnationem, vt Hot.. interpretatur. Itaq; dicimus pœnam* [c] *commissam, multam, stipulationem, hæreditatem.*

1 *Sequitur tertia pars huius §. qui pœnas plus petentium iure nouo introductas comprehendit. Primò autem de pœna plus tempore petentis agitur; deinde quam pęnam sustineant, qui reliquis modis plus petunt: Pœna tamen plus tpe petentis nominatim hic non exprimitur, sed Iustinianus se tantum ad Zenonis constitutionem refert, quam tamen non extare constat. Eius autem effectum refert idem Iustinianus infra sub tit. [De* [d] *exceptionibus.] 2 Breuiter qui plus tempore petit, hanc patitur pœnam, vt reo duplicentur induciæ, nec cogi possit suscipere actionem etiam post elapsum duplicem dilationem, nisi restitutis ei expensis litis. 3 Et hoc de omni dilatione intelligendū est, siue dilatio adiecta sit ab hōie, siue ex natura rei insit, siue à lege concedatur, vt & suprà annotauimus. Quinimò etsi promissio dirigatur ad diem incertam quando veniat, certā tamen ꝙ ventura sit, nempe ad diem mortis, idem obtinere crebriùs placuit; veluti, [Promitto tibi hortum meum, cum moriar;] hæc promissio iure subsistit, me enim defuncto, actio ab hæredibus meis incipiet. Iam si me adhuc viuente petas hortum, post mortem meam duplicabuntur tibi induciæ, & tantisper ius horti persequendi tibi denegabitur, quantum temporis interuallum inter factam petitionem, & mortem meam intercesserit. 4 Paria dicas, & si quis ante euentū conditionis petierit, duplicabitur saltem futurus euentus, vt* [f] *Bart. satis obscure ait: hoc est, vt ego interpretor, expectari debet euentus conditionis promissioni adposita, qui certificabit, quantum sit duplicandum. Nā si extiterit conditio, tantum temporis duplicabitur, quantum inter petitionem, & extantem conditionem elapsum est. Ea verò deficiēte, nihil duplicabitur, nec vllam pœnam sustinebit actor; quia obligatio defecit; resarciet tamen impensas litis reo, quem indebitè fatigauit. 5 Porrò tum demum tpe plus petenti solutionis duplicantur induciæ si aduersarius cōuentus exceptionem illam induciarum ante litem cōtestatam agenti opponat: nam si postea id fecerit, duplicationis beneficium non obtinebit, sed damnabitur ad solutionem tum faciendam quādo tempus, quod alter sua sponte indulsit,* [g] *aduenerit. Ideoq; cauti sint debitores, vt mox à primo limine hāc exceptionē obijciāt. 6 Deinde si actorē pœnitoat ante litis contestationem dictasse iudicium, euitatur hæc duplicationis pœna, quia nō dicitur petijsse ante cęptum iudicium, sed* [h] *petere voluisse: obligabitur tamen pœnitēs sumptus indebitè fatigationis reo reficere,* [i] *Hostiense teste. Sed & Fiscus impunè pōt ante tempus petere ea, quæ sibi* [k] *debētur; quod Bald. receptum esse ait propter publicam necessitatem, quæ semper Fiscum vrgere præsumitur. 7 Cæterum qualiter huiusmodi induciæ duplicari debeant, annumerādo ab initio, à die scilicet conuentionis, siue promissionis factę, an verò à petitionis tpe, altercatio est inter Doctores.* [l] *Bar. &* [m] *Platea censent, duplicationē solum fieri debere de tpe, quod* [n] *superest. Verum crebriores calculo contrarium obtinuit, ꝙ imò tota dilatio sit duplicanda, numerando à tpe conuentionis, & sic ab initio, vsq; ad tempus* [o] *solutionis. Neque aduersantur Vlpiani iurisconsulti* [p] *verba, quæ Bartolum fefellerunt; loquitur enim in pœna corporali, hic verò de pœna pecuniaria* [q] *tractamus. Atq; hæc de pœna plus tpe petentis dicta sint. 8 Si quis verò loco, re, aut causa plus iusto petierit, atq; hinc dāni aliquid aduersario inferat, damni eius triplum restituere obligatur; quod vulgò interpretes ad dānum sportularum coarctant, ob id, quia Imperator se ad ea referat, quæ* [r] *supra dixerit. Quo circa si non intercesserit sportularum damnū, iura antiqua suprà discussa, immutata permanere aiunt. 9 Quia verò istud nō generaliter*

a §. hodie. inf. de except.
b De quo in §. tripli. sup. h. t.
c l. 4. §. Cato. de verb. obl.
d §. hodie aūt. in l. de excep.
e Vt C. vt act. ab hęr. & contr. hæred.
f In l. si pecuniā. 13. ff. si cer. pe.
g Tractatur in l. excep. 19. C. de prob. Bal. in l. si extraneus. 6. ff. de cond. cau. da. &c. vbi ēt docet, q̄ sint partes iudicis in cōdēnatione, si petatur ante tempus.
h Tex. in l. amplius non peti. in princ. ff. rem rat. hab.
i c. vnico. ext. de plus pe.
k Tex. elegans in l. 1. C. de cond. ex leg.
l In l. iustas. C. de Iur. fisc. lib. x.
m Hic.
n Per tex. in l. ātdamnū. 8. §. quęsq ff. de pę. ubi dr̄, quod ille, qui rupit confinita, dēt puniri vt stet in confinibus duplicato tēpore. & subijcit ibi tex. duplicandū esse illud tps, quod supererit dū fugit idem tenet Pan. in c. vnico. ext. de plus peti.
o Per tex. apertum in §. hodie. infra de excep.
p In d. §. quęsq.
q Arg. l. qd ergo. 13. §. pœ. grauior. ff. de his qui no. in fa. & l. de interpretatiōe. 41. ff. de pœnis.
r In §. tripli. hoc nost. tit.

raliter procedit, atq; adeò de pœna plus petentium variatum est à multis [s] annis, ideo sic colligi pôt. Primò, actor qui sciens exigit à debitore cautionem maioris summæ, quam ei debetur, & postea pari dolo plus petit, amittit rem, seu debitum. 10 Deinde, qui non exigerit cautionem sed plus debito petierit calumniosè, etsi non perdat debitũ, triplo tamen expensarum & damnorum [u] punitur. 11 Tertiò, exigens cautionem maioris summæ, q̃ sit debitum, non tamen agens ex ea, reus est criminis Stellionatus; nisi fortè alio delicto fuerit cautionem [x] consecutus. 12 Quartò, qui neque plus pluris sibi cauendum curauerit, neq; plus petierit calumniosè, sed temerè magis, quum probationem non habeat, is nullam, nisi [y] expensarũ sustinet pœnam; atque ita cõis est Doctorum [z] sententia, contra Accurs. Quintò, si actor dolo plus petat, reus dolo plus neget, vtrinque compensabuntur [a] expensæ. 13 Sextò, qui petit debitum, quod sibi solutum est, is crimine Stellionatus extra ordinem punitur, quod est in viris honestis, vt [b] moneantur ordine. 14 Septimò, quando locum habet aliqua pœna in prædictis speciebus ob plus petitionem, ea pôt dupliciter exigi, aut per officium iudicis in eodem iudicio sint nouo libello, aut per condictionem ex [c] lege, §. per libellum. Deniq; si plus petatur, & minus probetur, debet in dubio iudex sequi acta & probata, in quib. [e] vis iudiciorum consistit. 15 Cæterum si creditore plus iustò petente, reus plus iustò neget, quæritur, an Et puniatur reus plus negando, sicut creditor punitur plus petendo. Et cõiter responsum extat, hoc reo impunè licere: est enim de natura litis contestationis, vt reus neget, sicut petitum est. 16 & per manus traditur, ratione partis posse negari totum, id quod in [f] Consistorio Rotuuilensi perpetuum est. 17 Verum in Camera Imperiali hæc opinio non recipitur: sed necesse est, si positio plures in se articulos contineat, vt super quolibet sigillatim respondeatur, nec potest tota positio generaliter negari, quam partim veram, partim falsam esse respondens [g] credit. Quod procedit, etiamsi vnus tantum positionis articulus verus sit, reliqui verò falsi: vt omne periurij periculum euitetur, perniciosaque quorundam Aduocatorum versutia prorsus excludatur. Et hæc de plus petionibus dicta sint hactenus.

[s] Old in Copia sur &c.
[t] l. vnica. C. de plus pet.
[u] Atque ita loquitur d. § tripli. ff. & ver. nostes hic.
[x] l. 1. & 2. de cr. stell.
[y] l. eum quẽ temere. 79. in pr. ff. de iud.
[z] In d. l. 1. C. de plus pet. & in c. 1. ext. eo. ti.
[a] l. si dol. ff. de dol. mal.
[b] l. 3. ad fi. de cr. stell. tex. in l. fideiu. 29. §. in omnib. & ibi glo. ff. mand.
[c] Ex l. vni. C. de plus pet.
[d] Arg. l. illud. ff. de rei ven. & § illud quoq; iudicijs. in No vel. de trien. & semis.
[e] l. scio. 3. in fi. ff. de app. & l. per hanc in fi. C. de temp. appell.
[f] Fa. ad hoc c. j. ext. de lit. cõtest. Spe. Idem tenet in ti. de lit. cõt. §. nũc dicendũ post prin. & ibi Io. And. Alex. cõs. 183. inc. vi so puncto qõnis, in 5. volu. Bald. in c. dudũ 2. ver. 14. extr. de elect.
[g] Ita etiã tenet Bar. in l. 1. §. si stipulatu. ff. de verb. obli. Pan. c. j. n. 15. extr. de plur peti. estq; hæc cõis Do. snia in c. psentiũ, in fi. de testib.

§. Si minus.

1 Continuatio & epitome huius §.
2 Quid sit emendare.
3 Mutare libellum quid?
4 Cumulatio actionum quid?
5 Emendatio libelli quibus modis fiat.
6 Obscuritas & incertitudo libelli emendari potest vsque ad sententiam.
7 Cautela Specul. circa obscuritatem libelli.
8 Emendatio in addendo consistens declaratur, quando locum habeat.
9 Circa emendationem libelli in iudicijs singularibus, distinguendi quatuor casus.
10 Emendatio libelli in re petita, vsque ad sententiam, permittitur, contra communem, & num. 15.
11 Verba textus, in eodem iudicio, quomodo intelligenda. & nu. 13. 15. Vbi verus horum verborum intellectus traditur.
12 Absolutoria vna ex causa sententia, ex alia agenti non obest.
14 De natura verbi petere.
16 Discussa l. non potest. ff. de iud.
17 Emendatio circa libelli substantialia, solum ante litem contestatam fieri potest.
18 Substantialia quæ dicantur.
19 Substantialia libelli criminalis.
20 Substantialia libelli in causa ciuili.
21 Emendatione circa qualitates principales ante litem contestatam tantum permissa est.
22 Qualitates aduentitiæ in libello emendari possunt vsque ad sententiam.
23 Quæ sint aduentitiæ qualitates in libello.
24 Emendatio libelli per detractionem.
25 Quando detractio libelli sit illicita.
26 Emendatio libelli, cum resecantur superflua.
27 Emendans libellum tenetur reo ad expensas indebitæ fatigationis.
28 Mutatio libelli ante lit contest. permittitur.
29 Quibus casibus hoc non procedat.
30 Post litis contestationem mutatio libelli est prohibita.
31 Quando fallat prædicta regula, & nu. 32. 33.
34 Cumulatio actionum regulariter conceditur.
35 Quibus casibus cumulationi actionum non sit locus: & nn. 36. 37. 38.
39 Actio iniuriarum & legis Aquiliæ, an cumulari possint.

Si

Si minus *a* in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum *b* pertineat; *c* veluti si cum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit: *d* sine periculo agit: *e* in reliquum enim nihilominus iudex aduersarium *f* in eodem iudicio ei condemnat, *g* ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis. Si quis aliud pro alio *h* intenderit, nihil eum periclitari placet: sed in eodem iudicio, cognita ueritate, errorem suum corrigere ei permittitur: *i* ueluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu *k* debetur,

1 *Sicut plerunque actores intentionem suam ita constituunt, ut plus petant, quam sibi ferè debeatur (ut hactenus dictum est) sic etiam interdũ contingit actorẽ minus iusto, aut aliud pro alio per errorem petere: quare subijcitur, quo pacto eu specie huic minus petenti subueniatur. Tractantur autem duo principalia puncta hoc loci; primum de libelli emendatione agitur, deinde de mutatione. 2 Est autem [emendare] nostro in proposito nihil aliud, quàm mendum, id est, errorem tollere, salua remanente a substantia. Siue igitur mendum sit ex superflua b aliqua adiectione, siue ex detractione, siue ex nimia obscuritate; qui id corrigit, superflua resecando, concisa addendo, mutilata supplendo, confusa distinguendo, obscuru declarando, emendare rectè dicitur. 3 [c Mutare] autem libellum, est uariare ipsius libelli substantiam, & veteri actione relicta nouam proponere, vel omissa re petita, aliam postulare. 4 Doctores addunt, & de cumulatione actionum, quæ nihil aliud est, quam unius actionis cum alia in eodem libello coniunctio, & copulatio aduersus eundem. Id enim cumulare significat.*

- a l. actorum verba. 46. ff. de re iud.
- b Alc. in l. edita. C. de ede.
- c Autor Bar. in d. l. edita. & Baldus annotauit in l. 1. §. fi. ff. de fideic.

a *In intentione.] In libello sua intentionis.*
b *Pertineat.] Quam sibi debeatur.*
c *Veluti si eum.] Hoc exemplum est in actione singulari, quando emendatio fit circa rem petitam, ut infrà d latius dicetur.*
d *Sine periculo] Quia sibi non præiudicat in reliquo.*
e *In reliquum.] Si tamen id postea petierit, ut facilè potest intentionem suam augere: alioqui certè (inquit Bald.) vix poterit iudex plus actori tribuere, quàm e petierit; qua de re nos paulò post agemus.*
f *In eodem iudicio] In eadem instantia ex eodem libello emendato, siue ante, siue post litem contestatã, vtcunque Doctores frequentiùs refrangentur.*
g *Ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis) Quæ tamen hodie desideratur. Fuit autem hoc de nouo à Zenone introductum) sublata scilicet iam per Theodosium impetratione f iudiciorum) vt iudex contestata lite in eodem iudicio, si ex actis appareat plus deberi, quam quod petitum, plus condemnare posset, quã quod ab initio petitum sit. Nam ante Zenonianam constitutionem, cum à Prætore iudicium in quinque acceptum, & iudex datus esset; iudex in quinque tantum, neque plus eo datus g intelligebatur; actor tamen aliã actione, quod reliquum erat, petere poterat; & tum iterum adire Prætorem, omninò necesse erat. De ea enim summa sola, quam libello complexus esset actor, iudex notionem habebat, & (vt Cicero inq̃t) in angustissimam formulam sponsionis concludebantur. Et hæc quidem causa fuit Zenonianæ cõstitutionis.*
h *Intenderit.] Petierit experiundo iudicialiter.*
i *Veluti si is. Vides duobus modis fieri, vt aliud pro alio petamus, re scilicet, & causa. Re, veluti si vnam rem pro alia postules; causa, cum aliam actionem pro alia moues, & intendis.*
K *Debetur.] In eodem enim iudicio, id est, in eadem instantia errorem ei corrigere licebit.*

- d Nu. 10. & nu. 12.
- e l. ut fundus. 28. comm. di uid. l. ult. C. de fid. liber.
- f l. 2. C. de fœ. & imp. subla.
- g rac. l. non potest. 23. & l. non quemadmodum. 35. de iudic.
- h Arg. in l. si quis intẽtione ambigua. 66. de iud.
- i Est tex. in l. amplius. 15. ff. re rat. hab.

Explicito.] textu videamus primò, quomodo emendatio libelli sit licita. 5 Fit autem emendatio multis modis. Primũ declarando, cum obscuru declaramus, ut si libellus agentis sit obscurus, confusè positus, generalis, incertus; 6 & huiusmodi emendatio, atq; obscuritatis declaratio, vsque ad sententiã h permissa est. Quod tamen ita obtinet, si reus conuentus de obscuritate, vel incertitudine nihil excipiat; eo enim excipiente, ante litem tantum contestatam licita erit emendatio, non etiam postea: ante enim non dicitur petijsse, sed i petere voluisse. Et nisi eu specie emendetur ante cœptum iudicium, processus omnis propter obscuritatis uitium corrueret, & sententia erit inutilis. 7 Hinc consuluit k Speculator causidicis, ut non petant declarari obscuritatem libelli ab actore, sed obijciant simpliciter libellum esse obscurum, & generalem; tum enim si actor prætermittat emendare, poterit deinde reus totum processum irritare. 8 Deinde fit emendatio in [addendo,] ut si aliquid additur libello, & l adijcitur: eo casu interest, an de vniuersalibus loquamur iudicijs, an de generalibus, vel de singularibus. In uniuersalibus licet addere usque ad sententiam. Verbi gratia; In petitione hæreditatis si exprimas certas res hæreditarias, non prohiberis deinde, quandocunque libuerit, & alias res adijcere. Quum enim in eu principaliter agatur, ut quis hæres declaretur, videretur in consequentium non solum rem petitam, sed quamlibet aliã hæreditariam petijsse, & ideò emendatio non denegabitur. Idẽ dicas in generalibus iudicijs, ut est tutela, negotiorum gestio. Nam si pupillus generaliter intenderet actionem tutelæ aduersus tutorem, & exprimeret in libello res aliquas malè à tutore gestas, potest usque ad sententiam, & alia exprimere, quæ sunt m contra tutorem. 9 Cæterũ quomodo in singularibus emendare libellum liceat, distinguendi sunt quatuor casus. Interdum enim fit emendatio in re petita, interdum circa substantialia libelli, plerunque circa quali-

- K In ti. de libel. concep. §. nunc uer. cautus.
- l Vt in exemplo tex. nostri.
- m 3a. l. licet. a. C. de iud.

tates

tates principales, nonnunquam circa qualitates aduentitias. 10 *Primum, si de emendatione ad rem petitam agitur (qua in specie textus noster loquitur) quia primò minùs petebas, deinde plus velis petere, puto & ante, & post litis contestationē, vsq; ad sententiam concedi emendationem: idq; textus nostri argumento, qui generaliter ait: [Si minus precium sit, quàm deberetur, sine periculo agi; quia in eodem iudicio iudex aduersarium ei in reliquum condemnat.] Sed nonne hoc pugnat cum Iulij Pauli* [n] *responso, q ait; [Non posse uideri in iudicium venisse id, quod post iudicium acceptum est, id est, post litem contestatam accidit?]* 11 *Huius contrarij timore Accursius sic exaudit textum nostrum: [In eodem iudicio,] id est in alia instantia coram eodem iudice. Sed hæc expositio omninò improuida est; neque enim potuit quicquam alienius à uerbis textus responderi, quam ineptè geminātem verba Imperatorem inducere; quasi diceret; iudex coram eodem iudice condemnabit. Deinde cum iuditium pro instantia accipiatur, absonum est, [in eodem iudicio,] id est, in instantia interpretari. Denique Zenonis constitutio, cuius hic meminit textus fuisset superuacanea; absque illa enim constaret, reliquum peti in alio iudicio potuisse,* 12 *cum indubitatum* [o] *sit, absolutoriam vna ex causa sentētiam, ex alia agēti non obesse. Quare Bartolus, & cōis interpretum schola hunc textum aliter intelligunt, videlicet,* 13 *quando emendatio ante litis contestationem facta est, tum possit actor emendare libellum, addendo maiorem summam, sine nouo processu, ex priori libello emēdato, post litem uerò cōtestatam non possit. Verum hæc interpretatio (pace tātorum virorum dixerim) nō minus absurda, & impertinēs est superiore, cum textus nihil omninò de litis contestatione distinguat, nec uerbum* [p] *Petierit, & uerbum, [In iudicio,] sic accepi possint.* 14 *Verbum enim, [Petere,] cum ad iudicium singulare refertur, post litem* [q] *cōtestatam accipitur. Item [iudicium] ipsum nō, nisi post litem cōtestatam* [r] *propriè dici omnes fatētur.* 15 *Verissima ergo est Martini sñia (quem Fulgosius, Faber, Angelus, & Iason sequūtur; item & Alciatus,* [s] *& Eguin.* [t] *Bar.) existimātis actorem, qui minus iusto in libello petijt, posse in eodem iudicio, eademque instātia, emēdare libellum, & summa, siue rei petitæ aliquid addere, etiam post litem cōtestatam, vsque ad senteniam. Primū enim tex. noster sine vlla distinctione loquitur. Deinde hūc sensum exposcunt verba [Petere, & Iudicium,] quæ post litem contestatam intelliguntur. Denique hoc casu, nec causa agendi, nec actio mutatur, nec prima petitio* [u] *deseritur.* 16 *Neque aduersatur huic sententiæ* [x] *Pauli responsum suprà citatum. loquitur enim Paulus in re, quod non hēt exordium ante litem contestatam: si autem prius competebat, sicque initium hēbat, & ius quęsitum tam actori erat, nihil uetat quin & illud, quod uenit post litem contestatam, possit in eodem iudicio, eademque instātia* [y] *deduci.* 17 *Secundus casus: Si emēdatio respiciat libelli substantialia, ante litem contestatam impunè fieri potest, non etiam postea. Et hoc dogma generaliter procedit tam in criminali, quàm ciuili causa.* 18 *Sunt autem [substantialia,] sine quibus actus non potest subsistere.* 19 *Sic substantialia libelli in causa criminali dicuntur esse hæc,* [z] *nominare consulem, exprimere mensem, & locum criminis, inscribere sese ad talionem: in his enim consistit libelli substantia; itaque post acceptum iudicium emendari non possunt, sed reus eximeretur ab accusatione, ipso hoc postulante,* [a] *Castrēsi autore. sed & si reus hoc nō petierit, pt nihilominus iudex ex officio reijcere eiusmodi libellum, qui post litem cōtestatam emēdaretur. Quinimò si in criminalibus omittatur exp̄ssio loci, & tp̄is, libellus redditur ipso iure nullus: ę est cōior interpretum* [b] *sentētia.* 20 *In ciuili verò cā, de substātia libelli est, vt cōclusio, siue petitio libelli rectè ex præmissis fluat, & propositio* [c] *ordinatim propositioni cohæreat: veluti si quis à me fundum peteret, quia sit ex aula Cæsaris, hæc causa, & cōclusio inepta esset, sicque uitiaretur libellus, adeò, ut ne quidem post litem contestatam emendare permissū sit: est enim totus processus nullus reo etiam obticēte, nec obijciēte quicquam, atque ita ex ueritate* [d] *Iason cōtra Bartolum defendit.* 21 *Tertius: Circa qualitates principales ante litis cōtestationem tantum, emendari libellus potest; post, nō potest: sic enim mutaretur actio, seu facti substantia. Exēplum:* [e] *Ego aduersus Titium intēdo, q̄ rapuerit, mihi violenter vestē meam in turba: hæc est una principalis qualitas in hac actione, scilicet rapere* [f] *in turba. Si ergo ipse libellum emēdare uellem, & dicere, rapinam nō in turba factam fuisse, id possum duntaxat ante litē contestatā, postea non, cum sit qualitas principalis mutationem actionis respiciens. Aliud exemplum, ubi per emendationem ipsum factum mutaretur: ut si maritus accusaret vxorem adulterij cum Titio commissi: hæc est principalis qualitas, quo ad factum adulterij: quare si emēdaret post litem contestatam, dicendo, quod cum Flacco adulterata sit, sicque aliam nominaret personā, hæc emēdatio facti substantiam mutaret, ideoque* [g] *impermissa est.* 22 *Quartus & ultimus casus: Qualitates aduētitiæ emēdari possunt in libello usq; ad* [h] *sñiam.* 23 *[Aduētitiæ] autem [qualitates] sunt, quę nec uitiant, nec mutant libellum, sed huic præter necessitatē adduntur: vt si tp̄s adijceretur libello, vel locus, dies, hora, aliaué id genus circumstantię, ubi non esset necessarium. Verbi gratia: Peto à Titio decem, quę mutuaui ei ante biennium in domo Flacci: hęc est qualitas aduentitia, facere mentionem de annis, & loco; actio enim & factum mutui subsistit, siue ista qualitas mutetur, siue non, iōq; licita est* [i] *emendatio. Et hactenus quidem de libelli emendatione, quæ fit addendo.* 24 *Porrò & tertiò emēdatur libellus detractione, cum qualitas, vel summa aliqua à libello detrahitur; ut si actor petijt decē, & deinde saltē quinq; velit petere, vel si totum fundum ad se pertinere dixerit, eū deinde pro parte tantum petat, qua specie emendatio regulariter conceditur vsque ad sententiam. Neque enim prohiberi actor debet, si emēdet in partem mitiorem, &*

tempe-

[n] In l. non potest. 23. ff. de iud.

[o] Tex. i. l. quū quæritur. 12. & l. cum mater. 11. §. 1. ff. de exceptio. rei iud.

[p] In tex. hic positum.

[q] l. si decē. 116. ti. de ver ob. & l. item. 20. §. petitam. ff. de pet. hære.

[r] Per d. l. amplius. ff. d rem rat. hab.

[s] l. edita. 3. C. de edendo.

[t] Hic.

[u] His accedat tex. i. l. in delictis. 4. §. si cō tracta. ff. de noxal. ibi, durante eadem instantia augetur, & diminuitur petitio.

[x] In d. l. non potest.

[y] l. si rem alienam. 9. §. vlt. cum ibi not. ff. de pig. act.

[z] Tractatur in l. libellorum. 3. de accus.

[a] In d. l. edita.

[b] Ale d. l. edita. Dec. ibid. nume. 34.

[c] Iuxta l. 1. & ibi gl. ff. de eden.

[d] In d. l. edita.

[e] Zas. hic hoc exem. ponit.

[f] l. Pretor ait. 2. §. hæc autem. ver. docere, ff. vt bon. rap.

[g] Tex. elegās in l. denunciasse. 17. §. quod tamen. ff. ad l. Iul. de adul.

[h] Tex. pulcer. in l. in delictis. 4. §. si de tracta. ff. de noxalibus.

[i] Vide etiam aliud exemplum in d. §. si detract.

temperatius [k] petat. 25 Si tamen plus petens, ab aduersario post litem contestatam cautionẽ [l] exegerit, ac deinde detrahere velit, nisi hoc faciat ante acceptũ iudiciũ, pęnam legis non effugiet. Pari rõne si qs detraheret in substantialibus, vel qualitatibus principalibus, detractio ante litem contestatã solũ permittitur, non ẽt postea; veluti si in criminalib. mensem, vel locum, in ciuilib. substantiam facti defalcaret. 26 Postremo fit emendatio, cum resecantur superflua, & ex pariter vsq; ad sententiam licita est. Dicuntur autem superflua, quæ omittit in libello poterant sine iniuria cuiusquam. Exempli causa; Deposui apud Titiũ kalendis Decembris scyphum argenteum, quando Flaccus & Berta contraxerunt matrimonium. &c. hoc postremum dicitur superfluum, quia nihil ad rem pertinet. Et hæc de emendatione annotasse sufficiat. 27 Hoc interim auctarij cuiusdam vice addito, quòd in præmissis omnibus, vbi recipitur emẽdatio, actor emẽdans teneatur reo conuento ad expensas indebitæ fatigationis, non autem causæ vel litis. Et si post emendationem aduersarius ad respondendum non esset instructus, indulgentia est ei noua dilatio; secus si de causa instructus esse possit, Angelo hic docente; cui etiam consuetudo, optima legum interpres, suffragatur.

Altera tex.] nostri pars de mutatione libelli loquitur, quo in articulo breuiter duas obseruare regulas oportet. 28 Prima; [Ante lit. conte. permittitur regulariter mutatio.] Excipiuntur tamen casus, in quibus nec emẽdatio quidem licita est. 29 Primus si quis cõfessionẽ suam hoc prætextu [m] reuocare velit. Secundus, si ius aduersario iam quęsitũ auferre [n] contẽdat. Tertius, si semel mutatio facta esset, vel tpa eam nõ largirentur, vel aliter iudici ex aliqua cã federet, vt qa omissa ciuili actione qs vellet criminalem vel famosam [o] intẽdere. Quartus, si electione perempta esset [p] sequẽs actio; vt quia simul admittit nequeant, vel inuicem [q] aduersentur. Quintus, si quis priorẽ actionem simpliciter differre velit, vel soli instantiæ ipsius causæ renũciare, hoc ei non [r] permittitur. Si aũt oĩno & litem & actionẽ remittere desideret, audiendus est. Atq; ita Bart. ex veritate tradit. Nec obstat Iustiniani [s] constitutio, quia de renũciatione Instantiæ tantum loquitur nõ de remissione totius litis & actionis. Sextus; In criminalib. iudicijs impermissa est mutatio senatuscõsultum [t] Turpillianum. 30 Altera regula est. [Post lit. contest. non permitti mutationẽ, quia litem contestãdo quis, instantiæ ex proprio contractu [u] adstringitur. 31 Aliquoties tamen nõ procedit hęc regula. Primo, quando per errorẽ aliud pro alio petitum esset, vel alia cã, q̃ deberetur: licitum enim erit mutare probato errore ẽt post acceptum iudicium, in eadem [x] instantia. Alias nãque pter rões supra circa emendationẽ relatas, nec [corrigendi] verbum satis cõgrueret. Quapropter si ex probationib. constaret iudicij, verum creditorẽ esse agentem, putat [y] Alciatus Zenonis constitutioni locum esse. fauore [z] dirimẽdarum litium, vtcunq; aliud vulgò receptum sit; videlicet si libellus sit nullus, ab obseruatione iudicij; si variet, ab illa cã reum absoluendum. saluo actori iure alio in iudicio [a] experiũdi. 32 Secundò non hẽt locum, quãdo ex mutatione lis non differtur, sed solum fit cã euitandæ [b] pęnę. Alciatus tamen distinguendum putat, lex cõsummatum actum tantum puniat, an id minus. 33 Tertiò non obtinet, si partes cõsentiant, debetq; iudex earum cõsensum pro rato habere [c] Baldo autore; cui & ego assentior, Zenonianæ cõstitutionis argumento, tanq̃ tali cõsensu producatur litis cõtestatio ad rem [d] mutatam. Sunt & pleriq; alij non absimiles casus, quos interpretes suis [e] locis examinant. Cæterum quia Doc. locum communem de actionum cumulatione hic quoque tractant, qui locus & vtilis est studiosis iuris, & confusè ferè traditus; ideo & nos in compendium disputationem illam breuiter & distinctè contrahemus, primum ostendentes quando concedatur, deinde quando non concedatur. 34 Actionum ergo cumulatio regulariter conceditur: nam nemini negandum est, ut nõ pluribus iuribus vtatur, si modo citra fraudem [k] alterius faciat, & maximè si quis cupidus sit dirimendarum litium. Sic si cui plures actiones ex eadem cã suppetunt, aduersus diuersos illis [h] vti potest, dum tamen vnam solutionem boni [i] consultat: siue illi rei debendi sint, siue [k] consortes litis. Sic pluribus actionibus locus erit ex diuersa causa contra eundem, siue ad diuersam, siue ad eandem rem dirigantur. Cum enim res est diuersa, cumulationem actionum competere nemo ambiget: verbi gratia; Si decem petam à Titio ex causa mutui, & alia decem ex causa [l] depositi. Quam uero ad eadem rem ex diuersa causa agimus, cumulatio actionum quoque locum habet. Quare qui ignorans rem, quæ sibi ex legato obuenit, fortè fortuna emit, duplici actione [m] experiri potest, partim ex testamento, partim ex empto: nam altera actione rem ipsam, altera precium consequitur. 35 Enim uerò cumulatio actionum locum non habet, primum si plures actiones sint contrariæ: verbi causa, si quis inofficiosi testamenti quæstionem intendit, falsi quęstionem [n] intendere non potest. Proinde ab initio statim deliberandum est, vtra actione experiri velit: Nam si ambas proponeret, ceu contraria allegans, nõ audiretur. 36 Deinde non est locus cumulationi, quando plures actiones ita se habent, ut vna intentata alię perimantur. Sic in legatis rationem inibit actor, quam actionem instituere cupiat, personalem, an in rem, an [o] hypotecariam; nam pro legatis consequendis hę tres actiones sunt propositæ, vt [p] alibi docui. 37 [Ad hęc,] sententia pręiudicium cumulationi obsistit, cum absolutoria in priori actione lata, rei iudicatæ exceptionẽ in posteriore gignere [q] potest. 38 [Denique] executio cumulationi reluctatur, quando id, quod altera in actione solutum est altera liberationem parit; ut si quis ex furto à familia facto, cum domino

k De hoc tractatur in l. qdam existimauerunt 12. ff. si cert. pet.
l Iuxta normã l. vnicę. C de plus per.
m l. cum precũ. C. de li. cau.
n l. vnica. C. de Plus pet.
o l. certi cõdictio 9. in pãn. ff. si cert. pet.
p l. quod in hæred. 9. §. eligere. ff. de trib.
q l. vlt. C. de cod.
r Aut. q semel. C. quomodo & quan. iud.
s In d. Aut. qui semel & in §. omnẽ. in Nouell de litig.
t Vt Bar. tractat in l. quæsitũ. 5. ff. ad Tur.
u Tex in l. 3. §. idẽ, ff. de pec.
x Atq. ita loquitur tex. noster in ver. si quis aliud.
y In d l. edita.
z l. 2. ff. de pręt. stip.
a l. Prędius ff. de pact. l. apud Celsum. ff. de inst. act. & l. apud Celsũ. 4. §. item quęritur. 3. ff. de doli excpt.
b Ita Bald. in d. l. edita.
c Bal in Aut. hodie. in fi C. de iu. calu. arg. c. vlt. extra, de proba.
d d. l. 2 §. vlt. de præto. stipul.
e In d. l. edita. & in Aut. qui semel. C. quõ & quan. iud.
f De cumulatione actionis latiss. tractaui in ca. pastoralis, extr. de caus. poss. & propr.
g l. nullus vr. 55. ff. de re iu.
h l. 3. §. vbi duo. & ibi Bar. ff. de duob. reis . p.

i l. si pluribus. 13. de leg. 1. k c. in præsentia, extra, de probat. l Vt probari potest ex l. si idem cum eodem 11. ff. de iurisd. m l. huiusmodi. 84. §. qui seruum. 5 de leg. 1. n l. cum qui. 21, ff. de inoffi. testam, o l. cum filius 76. §. varijs 8. de leg. 2. p In §. nostr. autem sup. de leg. q Vide Dd. in l. naturaliter. 12. § . nihil commune. ff. de acqui. poss. in c. pastoralis, de cau. poss. & propr.

domino vnius serui nomine egerit: nam hoc in casu aliorum actionem reijcit, quod vnius condemnationem equi bonique [t] facere debeat. 39 *Sed an actio iniuriarum & legis Aquiliæ cumulari possint? Et cum hæc quæstio in facto contingeret, memini in Camera Imperiali decisum, hanc cumulationem admittendam esse, prout in Cameralibus obseruationibus* [f] *annotaui. Et hæc de cumulatione actionum sufficiãt; reliqua ad hanc materiam pertinentia, ex* [t] *Doctoribus petenda sunt.*

t l. 1. §. vlt. ff. si fam. fur. fe. di. l. si familia. 9. & ibi Dd. ff. de iurisd.
f Cēt. 1. obs. 25.
t In d. l. edita. C. de eden.

§. Sunt præterea.

1 *Sexta actionum diuisio, persecutionis effectum respiciens.*
2 *Solidum debitum regulariter omnes actiones postulant.*
3 *Sexta exempla, vbi quis in id tantum, quod facere potest, condemnatur.*
4 *Pater & dominus pro filiusf. & seruis peculiotenus tantum tenentur.*
5 *Fallit, si pater vel dominus in peculio dolum commiserunt.*
6 *Differentia inter actionem de peculio, & actionem de dote, & pro socio; & quis sit eiusdem effectus. & nu. 7.*
8 10 *Plures actionum diuisiones in hoc ttiulo non comprensæ enumerantur.*
9 *Actiones ordinariæ & extraordinariæ quæ?*

Sunt præterea quædam actiones, quibus non semper solidum quod nobis debetur, persequemur: sed modo solidum persequimur, modò minus: vt ecce, *a* si in peculium filij seruiue agamus. Nam si non minus in peculio sit, quàm persequimur, in solidum *b* dominus paterue condemnatur: si verò minus inueniatur, eatenus condemnat iudex, *c* quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus.

a §. præterea. Institut quod cum eo q in alie. pot. &c. & §. actiones. vbi de hac late diximus. hoc nost. tit.

1 *Sexta] actionum diuisio hoc loci enarratur, ducta a modo condemnationis & persecutionis, effectum respiciens; sic enim plerisq; actionibus solidum debitum, plerisque minus assequimur.* 2 *Solidum autem debitum regulariter omnes actionum species præstant; minus verò persequimur in effectu aduersus eas personas, quæ in id duntaxat, quod facere possunt, condemnantur, habita ratione, negant, nēue ad nimiam perducantur egestatem.* 3 *id quod Imperator sex exemplis vsque ad finē præsentis tituli pertractat. Primū est in peculio filij familias, vel serui. Secundum in dote. Tertium, si maritus necessarias in rebus dotalibus impensas fecit. Quartum in parente, patrono, socio, donatore, qui sic conueniuntur, ut tamen illis alimenta sint salua. Quintum in compensatione. Sextum & vltimum in cedente bonis propter inopiam. Primum exemplum hic §. complectitur, reliqua verò in sequentib. sigillatim discutienda venient.* 4 *Quod ad primum exemplum attinet, sciendum est, quod si debita filijfamilias aut serui excedant ipsorum peculium, pater vel dominus non condemnetur insolidum, sed tantum peculiotenus, idest, quatenus est in peculio post quam pater aut dominus deduxerunt, quod ipsis* [a] *debetur. Nam nec vltra vires peculij obligati sunt pater & dominus pro filio* [b] *ac seruo: ideoque nec cōueniri quidem insolidum eos posse à plerisque* [c] *traditum est.* 5 *Excipe tamen à prædicto dogmate, nisi pater vel dominus in peculio damnum commisissent, dolosè istud diminuentes; nam ea specie vltra vires peculij in solidum* [d] *obnoxij sunt.*

b Tex. sing in l. quoties 47. §. si semel. & ibi glo. verbi, vniuersam. ff. de pecul.
c Vt Las. hic ex Nic. de Neap. refert.
d l. in bonæ fidei. 36. ff. d' pecul. cū simil. l. vnic. §. cum aute. C. de rei vxo. act. l. verū. 63. §. item videndum est an cautio 4. pro soc.

a Si in peculium filij seruiue.] 6 Hoc actionis [de peculio] exemplò propriè verbo, [persequimur:] conuenit; hac enim sola non possumus semper persequi solidum, quia nec obligatio excedit vires peculij. Reliquis autem actionibus, puta pro socio vel dotis, solidum quidem persequi possumus; non tamen semper consequimur solidum, quia ratio habenda est eius qui conuenitur, ne egeat. 7 *Nec oīno siue effectu est hæc differentia. Primum enim in his posterioribus actionib. saltem præstatur cautio eius aliquando præstandi, quod solido deest, si reum ad pinguiorem quandoque fortunam* [e] *peruenire contingerit. Ad huiusmodi cautio à patre de peculio conuento non pōtexigi; licet aucto postea peculio denuò conueniri possit eius nomine, quod nondum est* [f] *persolutum. Deinde, qui verè debent solidum quod persequimur, si vltrò solidum soluerint, nihil possunt postea repetere prætextu inopiæ: cum contra pater, vel dominus, si quid per errorem soluerint supra vires peculij, id condictione indebiti reposcere non vetuntur: neque enim supra vires peculij obnoxij* [g] *sunt.*

f l. quoties 47. §. qui semel. de peculio.
g l. si quis reum 5. §. idē Iulian. ff. de lib. leg.
h l. frater a fratre. 38. de cō. di. indeb.
i l. depositi. 1. & l. sed si dānū. 9. §. peculium aute. de pec. & l. 1. de trib.

b Dominus paterue condemnatur.] Nempe ex obligatione naturali, vel serui, vel filij: propter quam etiam huius debiti soluti repetitio [h] *impeditur.*

c Quatenus in peculio sit.] Deducto videlicèt, si quid seruus domino, siue qui in potestate eius sit, debet, [i] *Atque id ipsum est, quod mox subiudicat Imp hisce verbis. [Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus:] nempe proximo tractatu, qui hunc subsequitur.*

Textu sic] vtcunque declarato, quoniam præter illas sex actionum diuisiones hactenus a Iustiniano relatas, & plures diuisiones obseruantur, quæ ex alijs actionū accidentib. seu proprijs desumi solent; ideò eas obiter quoque, adijcere nō extra rē fuerit. 8 *Nā aliæ directæ, aliæ contrariæ* [k] *dicūtur; aliæ perpetuæ, aliæ* [l] *tpales; aliæ transeunt ad hæredes, aliæ non* [m] *transeunt; aliæ famosæ sunt, aliæ non* [n] *infamāt; aliæ directa*

k De quib. sup. de obli. quæ ex quasi contract. in prin.
l De quib. infra de perpetuis & temp. act. in §. non aūt oēs inf. de pet. & tēp. act.

appel-

appellantur, aliæ [o] utiles: aliæ speciales siue singulares, aliæ de vniuersitate rerum, aliæ generaliter de ô bus negotijs [p] intenduntur: aliæ denique simplices sunt, aliæ duplices. [q] Et hæ quidem tredecim diuisiones ab omnibus obseruari solent. Quanquam nonnulli adhuc alias superaddant: pleræquè enim actiones ordinariæ sunt, quædam extraordinariæ. 9 [Ordinariæ] erant, quæ solenni ordine & tempore conuentus iuridici dabantur à Prætore; [Extraordinariæ,] quæ omni [r] tempore. Illæ legibus, senatusconsultis, edictis Principum dabantur; hæ ab ipso Prætore in factum. [s] Sed temporib. Iustiniani oẽs actiones extraordinariæ fuerunt; quippe quæ absque vlla formularum, & temporis obseruatione dabantur. 10 Porro actionũ aliæ publicæ seu populares nuncupantur, aliæ priuatæ; itẽ aliæ ciuiles, aliæ criminales, rursus aliæ præparatoriæ sunt, aliæ directæ. [t] Deniq; quędam ad rerum proprietatem pertinent, quędam ad quasi proprietatẽ, quędam uerò ad possessionem; quę singula qualia sint, suis locis quandoque commodiùs memorabimus.

o S. sed istæ. su. hoc tit.
p l. p socio. 38. ff. pro socio. dixi sup. S. curare h. tit.
q inf de interd. & l. in tribus, 13. de iud.
r Theoph. supr. succes. subla-ta.
s l. 1. & in rub. de inter. S. fi. inf. co. l. quę religio. 43. de aed vend. l. creditor. 52. de act. emp.
t l. 3. ad exhibẽ.

S. Item si de dote.

1 Maritus non tenetur ad integram dotem restituendam, sed quatenus facere potest.
2 Quantum facere possit maritus, tribus modis colligitur, ex persona, rebus, tempore.
3 Personæ cognitio in quibus versetur.
4 Alimentorum appellatione quid contineatur.
5 Aestimatio rerum quomodo fiat.
6 Temporis qualitas quomodo consideranda.
7 Maritus summo iure tenetur ad integram dotem: habet tamen priuilegium competentiæ, ex æquitate.
8 Priuilegium competentiæ conceditur etiam filijs.
9 Quibus casibus cesset hoc priuilegium in marito.
10 Maritus etiam ex alio contractu conuentus, quàm dotis, habet beneficium, ne egeat.
11 Mulier quoque idem beneficium habet.
12 An contra extraneum, qui dotem sibi dari stipulatus est, hoc beneficium detur.
13 Impensæ à marito factæ iure dotali, ipso iure dotem minuunt.
14 Impensæ necessariæ, utiles, voluptariæ.
15 Maritus impensas in re dotali necessario factas consequitur.
16 Quo auxilio impensas necessarias consequitur maritus, & num. 18.
17 Accursij error.
19 Vtiles impensæ ipso iure dotem minuunt, habent tamen exactionem.
20 Impensæ voluptariæ an & quomodo debeantur marito.

Item [a] si de dote in iudicio [b] mulier agat, placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, [c] quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur: sin minus, in tantum [d] quantum facere potest. [e] Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob [f] impensas in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus [g] Digestorum libris cognoscere licet.

[Hoc] loci alterum exemplum ponitur, ubi quis non potest in solidũ condemnari, vt est in actione de dote repetenda. 1 Maritus enim à muliere ad dotem restituendam conuentus, si non sit soluendo in totum, non tenebitur ad solidam dotem sed deducet alimenta: idque est, quod textus ait, [eatenus condemnari eum debere, quatenus facere potest,] id est, quatenus commodum est marito, ne scilicet egeat, ne inopia [a] prematur & egestate. 2 Et si dicas, quomodo æstimabitur, quantum ipse facere possit, quidque ei ad usum vitæ necessarium, unde alatur, relinquendum sit? Respondeo ex Fabri sententia, tribus modis potissimum id colligi, videlicet ex persona, ex rebus siue patrimonio, & ex tempore. 3 Personæ autem cognitio in hoc uersatur, vtrum maritus plebeius sit, an [b] dignitate clarus, vel doctor. In plebeio rursus multa sunt expendenda, scilicet industria, ualetudo, qualitas opificij: operario enim, uel constituto in aliquo officio, alimenta magis exigua constituuntur ex dote; [c] quia deducuntur operæ artificij. [Nam plerunque] (inquit Vlpianus) [robur hominis, ætas, temporisque oportunitas, naturalem causam operarum mutat.] Adhibenda quoque sunt exempla aliarum personarum eiusdem ordinis, ut collatis his omnibus, appareat quantum reo conuento ad alimenta, item ad exhibitionem necessariam sufficere debeat, vt in reliquum condemnetur. 4 Neque enim cibaria tantum, uerumetiam uestitus, & habitatio, appellatione alimentorum continentur, quandoquidem, sine his ali corpus non [d] potest. Consuetudo etiam regionis, in qua degit maritus, [e] spectanda fuerit. 5 Deinde fit æstimatio rerum seu facultatem, non ad valorem proprietatis sed fructuũ, qui percipiuntur ex bonis. Eatenus. n. dicetur quis facere posse quatenus ex fructib. [f] superest, deductis alimentis: [Neque. n.] inquit [g] Vlpianus [fraudãdus est alimentis quotidianis] ecte q; tradit, [h] Bartolus, oẽs leges, quæ decernũt alimẽta, intelligi oportere de accessionib. & fructibus, nõ de proprietate bonorũ

a Ita declarat I. C. in l. in condemnatione. 173. ff. de reg. iur.
b l. tutor secundum dignitatem. 13. ff. de admi. tut.
c l. si quis a libe. 3. S. sed si filius 7 ff. de li. agn. & l. interdum 34. ff. de op. liber. & l. si nõ sortem. 26 S. libertus. 12. & cond. indeb.
d ex. in l. cũ alimenta 22. & l. legatis alimentis. 6. de ali. & cib. lege & l. seruis urbanis 99. & leg. 3. & uide quę nuper annotaui cẽt. 3. obser. 12. 1. Came. obser. & Guid. Pap. decis. 439.
e Iuxta l. si ieiũ pluriũ. 50. S. si numerus. & leg. 1. & l. sp. 34. de leg. iu.
f l. qui bonis. ff. de cess. bon.
g l. Imperator. 50. ff. ad S.C. Treb.
h Vtrobiq; tam in d. l. qui bonis, quam in d. l. Imperator.

mendacio tamen eius, qui dolo malo celat quicquam, per officium iudicis [i] puniēdo. Cæterum æs alienū, id est, quod reus conuentus alijs debet, non deducitur huic æstimationi, præterquā[l] donatori & socio [k] aduersus socium. 6 Tertiò & ultimò qualitas temporis consideranda est, vt ex etate condemnandi colligi possit quot annis verisimile sit maritum [l] victurū. Nam inde pōt statui, quanta pecunia sufficiat in singulos annos ad alimenta. Minores enim marito seni & valetudinario deducentur sumptus, quàm pleno succo & sanguine, quem diutius victurum uerisimile est. 7 Ex prædictis ergo discis, quòd etsi maritus summo iure ad integram dotem teneatur, proque ea in solidum conueniri possit, habeat tamen priuilegium siue [exceptionem competentię] (vt vocant) id est, vt tantum ei relinquatur, vnde ali possit: quam quidē exceptionem, & ante post litem contestatam, adeoque post sententiam opponere potest, qua se tueatur, ne pluris condemnetur, quàm facere potest, [m] ex æquo & bono. 8 Et hoc priuilegium non solum marito, verùm ēt filijs eiusdem matrimonij indulgetur, si dos ab ipsis [n] repetatur. Excipiendæ tamen sunt aliquæ circumstantiæ, quæ faciunt cessare hoc beneficium. 9 Primò si facultates mariti sufficiant, quod hic expressè dicit. Deinde si res dotales extarent, uel venditis quidem ipsis, aliæ essent coempta, aut [o] pecunia congesta. Item si ex delicto conueniatur maritus, ueluti rerum amotarum [p] actione, hoc beneficiū nō hēt: quemadmodū, & eo casu, quo in fraudem mulieris in dote uel rebus proprijs dolum commisit in solidū [q] obligatur. Demū si marito existente inope, vxor pari aut maiori prematur paupertate, uxor in dote præfertur: ob id maximè, quòd de damno [r] vitando certat. Deniq; aduenıente meliori fortuna cessat hæc exceptio; obque id magis temporalem hanc esse, quàm perpetuam, interpretes [s] tradunt.

a Si de dote.] 10 Idem quoq; est, si ex alio contractu maritus ab uxore [t] conuenıatur: nā & tū nō ultrà quàm facere, condemnari debet, nec refert, siue semel, siue secundò dotis nomine [u] promisit; ēt si à fisco propter dotis publicationem [x] conueniretur. 11 Quemadmodum autem maritus, sic etiam mulier (cum in correlatiuis idem sit [y] iudicium) ex dote, quam promisit, non ultra quàm facere potest, [z] tenetur.

b Mulier agat.] Vel alius à muliere ius habens [a] agendi, veluti ex bonorum publicatione Fiscus. 12 Cæterum si extraneus agat, qui dotem dedit, eamque sibi restitui stipulatus erat, cum hæc actio de dote nū quā ad mulierē pertinuerit, & qui agit, suo proprio iure agat, in solidum maritus tenebitur, nec habebit aduersus eum hoc beneficium, ne scilicet egeat. Nam nec socero aliquid remittitur, si matrimonio soluto, solutaque affinitate [b] conueniatur. Non obstat, extraneum qui dotem promisit, non conueniri ultra quàm facere [c] possit: quoniam hoc beneficium non est ex dotis, sed donationis causa. Ideoq; nec ei cōcederetur, qui aliter obligatus esset, dotem dare.

c Quatenus facultates eius patiuntur.] Non igitur totum id, quod habet extorquendum est, sed ipsius ratio habenda est, ne egeat: ut Iulianus [d] ait: & supra quoque annotatum est.

d Quantū.] Id quod ob eā reuerentiā quæ marito ab uxore debetur, æquissimè constitutum esse, Vlpianus [e] tradidit, nosterque Imp. [f] secutus est. Publica certè honestas & rō reuerentiæ maritalis omnino exigit, habere necessitatis rationē: adeò, ut nec pacto subsidium huius beneficij maritus adimere [g] possit. Esset enim contra bonos mores id pactum, nempe contra receptam reuerentiam, quæ maritis exhibenda est.

e Propter retentionē.] Tertiū hic exemplū est, in quo quis in solidum non damnatur. 13 Et regulam inde colligimus, impensas factas à marito in re dotali, minuere ipso iure dotem, ac per consequens dotis repetitionē. Distinguendū tamen est circa impensas: quia sub triplici habentur differentia in [h] legibus. Aliæ enim sunt necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptariæ. 14 [Necessariæ] sunt, quæ nisi fierent, res perirent: ubi necessario rei iam labenti, an ruinam & detrimētum minanti succurritur. Sed & quæ ex consuetudine omitti sino dedecore non [i] possunt, necessariæ dicuntur. [Vtiles] sunt, [k] quæ rem meliorem faciunt, sed non erat necessarium quod fierent; ut arbusti pastinatio, item si nobiles arbores planteutur in fundo, si ex domo lignea fiat lapidea, &c. [Voluptariæ] sunt, quæ ad ornamentum solum pertinent, sic quod speciem exornant, non ēt fructum augent, quales erogātur in uiridaria, in aquas salientes, in incrustationes, balnea, & similia.

f Impensas.] Necessarias scilicet, ut in reficiendis ædibus ruinam minantibus factas.

g Digestorum lib.] Tractatur hæc res præcipuè lib. 25. Digestorum, eo titulo, quo agitur de impensis in rebus dotalibus factis. Nunc ad propositum. 15 Necessarias impensas maritus, sicut & quiuis alius possessor, consequitur, quia sibi imputaretur, si non fecerit: nisi sint impensæ, quæ rei vtilitatem perpetuam non respiciant, sed solummodo pro tempore impendentis commodum: tum enim non deducis, sed compensat cum [l] fructibus. 16 Sed quo auxilio consequetur? Audi [m] Vlpianum hoc te methodiceè docentē: [Quod dicitur necessarias impensas dotem minuere, sic erit accipiendum, non ut ipsæ res corporaliter diminuantur, utputa fundus, vel quodcunque aliud corpus:] etenim absurdum est, diminutionem corporis fieri propter pecuniam, quæ in dotem impensa est, quum corporis siue speciei, ad quantitatem seu pecuniam impermissa sit [n] compensatio. Quòd si hoc admitteremus, consequeretur fundum, eiusue partem, propter impensas desinere esse dotalem, quod absonum esse [o] Vlpianus aduersus Scæuolam defendit. Manebit igitur maritus in rei detentione, donec ei satisfiat, & impensæ restituātur: non enim ipso iure corporum, sed dotis fit diminutio. Ibi ergo admittimus dimiuutionē dotis ipso iure fieri, ubi nō sunt corpora, sed pecunia: nā

in

i l. ius alimentorū. in pr. ff. ubi pup. edu. deb.
k te x. in l. maritus. 54. ff. sol. mat. & in l. uerum est. 63. §. id qđ socius ff. pro soc.
l Secundum formam l. hæc. 68. ff. ad l. Fal.
m l. ex diuerso. 17. §. ult. sol. mat.
n l. qđ tale 13. & l. etiam 18. sol. ma.
o l. 1. ff. de impē. in re. dot. fac. & in l. bonę fidei 36 to 3. re spon. de pecu.
p l. si rerum. 52. de re iud.
q l. etiā. §. licet sol. mat.
r l. uerum. 22. §. vlt. ibi glo. de mino.
s Exemplo l. curarum extruēdi. §. 1. ff. de mū. & honor.
t l. non tantum. 20. de re iud.
u l. si prior. 32. sol. mat.
x l. si marit. 31. inf. sol. mat.
y l. ul. C. de ind. uid. tol.
z l. ex diuerso. 17 § ult sol. ma.
a l. si maritus g mi nº. 36. sol ma. & d. l. si prior.
b l. sicut autem. illo tit.
c l. si extran. 33. de iure dot.
d l. in condēnatione. 173. ff. de reg. iur.
e l. alia causa est. 14. ff. so. ma.
f l. unica §. cum autem. C. de rei uxo. act.
g d. l. alia causa. §. vlt.
h l. impensę 79. ff. de uerb. sig. nar. in l. pec. in fi. de ann. leg.
i d. l. impēsę. ibi Alcia.
k l. qđ dr. §. utiles. ff. de Ipeo.
l l. 3. & l. seq. ff. de impens. m In d. l. quod dicitur ff. de impens. n dixi in §. bonę fidei. sup. h. tit. o In d. l. quòd dicitur.

in pecunia ratio admittit fieri diminutionem, quum pecuniæ ad pecuniam, siue quantitatis ad quantitatem fiat compensatio, non autem corporis ad quantitatem siue pecuniam. Proinde si æstimata corpora in dotem data sunt ipso iure dos diminuetur propter impensas necessarias. 17 Ex prædictis deprehendis, erroneũ esse quod [p] Accursius tradit, si tantum à marito necessario erogetur, quanti est fundus dotalis, cessare eum [q] dotalem esse. 18 Quòd si tota dos soluta sit, non habita ratione necessariarum impensarum, indebiti condictionem maritus habet ad dotem repetendam, quasi eam indebitè [r] soluerit. Et hactenus de necessarijs. 19 Vtiles autem impensæ ipso iure dotem non minuunt, ueruntamen habent exactionem: potest enim maritus hæresue eius actionem negotiorum gestorum intendere aduersus vxorem, ad eas consequendas: vel etiam mandati iudicium uxori, eiusque hæredibus dictare, si uxoris uoluntate & [s] mandatu utiliter impensum est. 20 Cæterum circa uoluptarias distinguendum puto, an vxor eas alias factura fuisset, tum enim non simpliciter voluptariæ sunt, sed utilibus comparantur, idemque in utriusque iuris obtinet: an non fuisset factura, qua specie nihil [t] consequetur maritus. Licitum tamen illi est tollere & abradere, si res separationem recipiat, idque pati debet mulier, nisi ipsa rem habere uelit, parataq; sit reddere ea, quæ impensa sunt à marito. Sin uerò res non sit separabilis, relinquenda est: ita enim permittendum est marito auferre ornamentum, quod posuit, si profuturum est ei, quod [u] abstulerit.

§. Sed etsi quis,

1 Parens utriusque sexus habet priuilegium competentiæ, quatenus facere potest.
2 Item filius aduersus parentes.
3 In fratribus idem priuilegium habere locum.
4 Dolo facit, qui petit quod restiturus est.
5 Patronus, eiusque parentes & liberi, exceptionem competentiæ habent.
6 Socius gaudet beneficio competentiæ, si occasione societatis conuentatus.
7 Donator conuentus ex donatione, habet hoc priuilegium competentiæ.
8 In donatione ob causam cessat hoc priuilegium.
9 Item in permutatione pariter cessat.

Sed etsi quis cum [a] parente suo patronoue agat: item [b] socius cum socio, iudicio societatis: non plus actor consequitur, quam aduersarius eius facere potest. [c] Idem est, si quis [d] ex donatione sua conuenitur.

Quartum exemplum in hoc §. annectitur, in quo quis non potest in solidum condemnari, ut est parens, patronus, socius, & donator: sic, declarato prius textu, mox subycemus.

a Parente.] Id est, cum omnibus ascendentibus, tam paternis quam maternis eum propter fauorem naturalis pietatis, qua de hic agitur, parentes in infinitum accipiendi sunt, quemadmodum & alias, [a] ubi de parentum honore agitur.

b Socius cum socio.] Siue uniuersorum bonorum sint [b] socij, siue unius tantum [c] negotiationis: in hac tamen est differentia, quòd qui omnium bonorum socius est, in omnibus bonis hoc priuilegium habeat, ex quacunque actione [d] conueniatur, modò sit societatis causa uerò unius rei, in ea tantum; extra illam in solidum [e] teneatur.

c Idem est.] Quòd scilicet non teneatur donans, nisi quatenus facere potest: siue per stipulationem, [f] siue dotis nomine obligatus [g] sit.

d Ex donatione.] Id est, ex liberali promissione donandi.

Discusso] textu obiter, ex eo quatuor axiomata sunt elicienda. 1 Primum, parens vtriusq; sexus in infinitum conuentus à filio, habet exceptionem competentiæ, ut solum condemnetur, quatenus facere [h] potest: idque non ob reuerentiam tantum, & pietatem, quam parentibus debemus: uerum ea quoque ratione, quia cum filius parentem inopem alere obstringatur, multò fortius ex debito alimenta ei relinquere debet ad euitandum circuitum. Equidem in dolo est, cum petat id, quod statim restituere [i] debet. 2 Idem est contrario, si pater filium conueniret, cum illud egentem alere [k] debeat. 3 Quid autem in fratribus germanis, id est, utrinque coniunctis, an inuicem egentes hoc beneficium habent? Et Faber ait, eos habere: cui & ipse subscribo, ob id certè, quod alimenta sibi [l] mutuò debent. Omnium enim prædictarum personarũ una hæc ratio est, quòd quibus naturali ratione alimenta debentur, cùm ad inopiam peruenerint, ijs citra dolum malum, non potest totum, quod habent [m] extorqueri. 4 [Dolo facit,] inquit Vlpianus, [qui petit, quod restiturus est.] Sed non solùm parentes & liberi alimenta sibi [m] debent inuicem, sed habenda est ratio conuentorum, ne egeant, etiam fratrum & sororum: utcunque in contrarium disputent Accursius, Bartolus, [o] & Bald. quos collega etiam noster hisce diebus secutus est [n]. Ergo dolus actoris ferendus non est, qui totum uoluerit extorquere. In fratribus tamen ex altero tantum latere coniunctis [p] secus est. 5 Secundum: Patrono hoc priuilegium indulgetur, ne libertus eum exuat bonis in solidum: idque non patrono tantum, uerumetiam in parentibus, [q] libertisque patroni locum habet, Faber ait, idem iuris esse,

p Hic in gl. mag in uer. impensas.
q per d. l. quod dicit.
r Sepe d. l. quod dicit. §. si dos tota.
s l. volupt. & l. unlla ibi Bar. de impens. l. 1. §. sed nec. C. de rei uxo. act.
t l. pro volup. & impens.
u d. l. pro voluptatis & l. in fundo 38. & l. sumptus 48. rei uend.
a l. quinq. 48. parentes. de in ius uoc.
b l. sunt qui 16. in fi. de re iu.
c l. uerum 36. ff pro socio.
d nar per l. sociũ qui in eo. 60. in pr. pro soc.
e d. l. sunt qui. in fi. a contrario sensu.
f l. qui id quod est cũ. 33. de do.
g l. si extraneus. 33. de iure do.
h l. sunt qui. cũ l. seq. ff. de re iud.
i l. dolo. 8. de ex cep. do.
k l. si quis a liberis 5. §. sed et si filius. de libe. agnos.
l l. 1. C. de alen. lib. ibi glo.
m l. in condemnatione 173. §. vl. ff de reg. iu.
n d. § si uel parẽs. & l. alimẽta. 6. in pr. ff. de lib. agnos.
o In l. uerum. in pri. ff pro soc.
p glo. uerbi, fraternitatis. in d. l. uerum.
q l. patro. 17. ff. de re iud.

si patronus libertum conueniat, eum illam r alere teneatur. Ingratitudinis tamen conuicti liberti, nō habent hoc beneficium; quia tum nec alimentis s digni sunt. 6 Tertium]; Socius vniuersorum bonorum, etiam vnius negotiationis tantùm societatis iudicio conuentus gaudet beneficio competentiæ, ut in id tantum damnetur quod t facere potest. Sic Vlpianus, [Hoc enim,] inquit, [summam rationem habet, cum societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat.] Quis igitur de ueris fratribus dubitauerit, si hoc in socijs conceditur? Faber amplius subdit, hoc procedere, etsi socius alia conueniatur actione, quàm societatis, dummodo sit occasione societatis, agaturque ex contractu initio durante societate: idque & u Angelus probat. 7 Quartum est: Is qui ex donatione sua conuenitur, priuilegium competentiæ habet, ut non ultrà, quam facere possit, x condemnetur. Et quidem is solus censetur posse deducto ære alieno, id est, quod alijs dēt. Rōnem tractantes y Paulus & Triphonius, [Pinguiùs enim] (inquit) donatori succurrere debemus, quam ei, qui uerum debitum persoluere compellitur, ne liberalitate sua inops factus, periclitetur.] Prædicta tamen procedunt in pura & simplici donatione, quæ nullo vrgente iure, nec propter aliam causam fit, quam ut liberalitatem & munificentiam quis exerceat. 8 Secus est in donatione ob causam, maximè si commodum donantis respiciat: in ea enim cessat hoc priuilegium; ob id certè, quia quod ob causam datur, non est propriè donatio seu liberalitas, sed potius quædam a permutatio, uel b remuneratio: & in permutatione non habere locum exceptionem competentiæ, indubitatum est. Si autē causa, recipientis tantū fauorem & commodum respiciat, quia eo casu mera est liberalitas, adhuc locus erit huic benefitio. Hinc est, quod quamuis extraneus dotem puellæ promiserit, vt nubat (quæ est causa donationis) habeat tamen competentiæ defensionem istæ c extraneus, quum causa donationi adiecta solùm puellæ fauorem spectet.

r d. l. alimenta. in prin.
s d. l. alimenta. & l. ul. ff. de libe. agnos.
t l. sunt qui. ff. de re iud.
u tex. in l. sociū qui in eo. 39. & qd ibi satt. ff. pro soc.
x l. inter eos. 19. §. 1. & l. cū ex eā. de re iud.
y l. & exhæreda tum. 49. & l. seq. eo.
z De hac dixi in rub. su. de donat. & loquitur l. 1. ff. eod.
a text. opt. in l. sed si lege 30. §. cōsuluit. de pet. hæred.
b l. hoc iure. 19. §. Labeo. & §. vlt. iuncta l. si pater 34. de donat.
c Ita loquitur l. extrane. ff. de iure dot.

§. Compensationes.

1 Exceptio compensationis minuit debitum petitum.
2 Quid iuris, si iudex compensationis rationem non habeat.
3 Verba textus, Ex eadem causa, quomodo accipienda.

Compensationes quoque oppositæ a plerunque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debatur. Nam ex bono & æquo, habita ratione eius, quod inuicem actorem b ex eadem causa præstare oportet, in reliquum, eum cum quo actum est, condemnat, sicut iam dictum est.

Quintum] exemplum Imp. hoc loco annectit. Per compensationis enim obiectionem perinde actoris minuitur petitio, ac per beneficium, quatenus quisque possit. 1 Exceptio ergo compēsationis opposita à reo conuento, minuit debitum petitum, facitque ut debitorque in eo tantum, quod ultra compensationem superest condemnetur. Verbi gratia: Si tu mihi sis obligatus in uiginti, ego tibi uicissim in decem, non possum solidum exigere debitum, scilicet uigintinam tu compensando deduces tua decem Sed de hoc, quia ubertim a supra disputauimus (quæ tamen huc referenda sunt) hic rursus plura dicere, superuacaneū fuerit. 2 Illud tamen non omittendum, si rationem compensationis iudex non habeat, saluam manere petitionem, ut Vlpianus docet: nisi examinationem reprobatæ fuerint b compensationes.

a Plerunque.] Utitur Iustinianus hac uocula, [plerunque,] propter depositi causam, & uectigalium, in quibus compensationi non est locus: & si quæ sunt aliæ similes.

b Ex eadem causa] 3 Hoc ita accipiendum est, quod uterque sit debitor quantitatis, & sic ex eadē cā: secus si unus esset debitor speciei, alter quantitatis: quia tunc non est ex eadem causa, ac per consequens cōpensatio non reciperetur, ut c supra abunde docui.

a In §. bonę fidei sup. h. ut.
b l. sin autem. 8. §. si quocunque neg. gest. l. quod in diē 7. §. 1. de compen. & l. 1. §. quid ergo de con. tut. act.
c d. §. in bonę fi

§. Cum eo.

1 Post cessionem modica aliqua acquirens, conueniri, nequit.
2 Cessio bonorum non liberat ab vlla obligatione, contra Accurs.
3 Cedens bonis in acquisitis post cessionem beneficium competentiæ habet.
4 Quibus casibus id non procedat.
5 Extensio huius §.
6 Quando dicatur fieri cessio bonorum.
7 Cuiuis debitori regulariter bonis cedere permittitur.
8 Quibus diffitetur debitum, caret cessionis beneficio.
9 Quando quis dicatur agnoscere debitum.
10 Occultans, vel indicare recusans bona creditoribus, cessionis exceptionem nō habet.
11 Obligatus ad factum, an habeat cessionis ius.
12 Causa finalis cessionis, est impotentia soluendi.
13 Obligatus ex delicto uel quasi, cedendo bonis non effugit pœnam.

Cedere

14 *Cedere bonis nemo potest, ut per hoc liberetur à muneribus publicis.*
15 *Debitor tempore initi contractus: sciens se non esse soluendo, bonis cedere non potest.*
16 *Cessio non habet locum in deportato vel præscipto.*
17 *Durities legis 12. tab. circa debitores.*
18, 19 *De consuetudine incarcerandi debitores; & an sit legitima.*
20 *De lege Petilia.*
21 *Quando locus sit cessioni bonorum.*
22 *Induciæ quinquennales si concedantur debitori, cessionis ius amplius non datur.*

Cum eo quoque, qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum [a] emolumentum habeat: [b] ex integro in id quod [c] facere potest, creditores [d] experiuntur: inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis, insolidum damnari.

Subsequitur quintum exemplum; vbi quis in solidum damnari nequit, nempe in cedente bonis. Et sic in hoc §. cum sit cauda & finis huius tituli, tractatur ea materia, ad quam debitores omni destituti auxilio, velut ad sacram ancoram confugere solent. scilicet materia cessionis bonorum. Eam nos breuiter, ac dilucidè explanare conabimur, discusso prius textu.

a *Emolumentum habeat.] Id est, si tales facultates postea acquisitæ sunt debitori, quibus iudex moueri possit; est vt apud* [a] *Modestinum.* 1 *Nam si modica aliqua post cessionem acquireret debitor,* [b] *securus est, nec potest impeti, adeò vt nec priuilegio* [c] *opus habeat.*

b *Ex integro.] Id est, denuo, rursus, de nouo:* 2 *idque ea ratione, quoniam cessio bonorum non liberat ab vlla obligatione, nec ciuili nec naturali, sed parit* [d] *saltem exceptionem. Atque ita communi interpretum sententia obtinuit: vtcunque Accursius* [e] *alibi putauerit, ciuilem obligationem tolli, naturali remanente, & quodam in* [f] *loco vtramque perimi censuerit.*

c *Facere potest.] Et non in solidum.*

d *Experiuntur.] Id est, in iudicio agunt.*

3 *Cedens bonis, in ijs quę postea acquisiuit, beneficium competentię habet, vt non vltra, quàm facere potest,* [g] *condemnetur; quod, Fabro autore, ad priores debitores coarctandum est, qui tempore cessionis imminebant.*

4 *Nam si postea nouos conflasset, denegaretur illi aduersus eos* [h] *priuilegium, ducto argumento à contrario. [Deinde] cessat hoc priuilegium in eo, qui bona sua in fraudem ita alienauit, vt recuperari per actionem rescissoriam non possint; puta quia alienatio facta sit in hominem potentem, & rixosum; nam ea specie si ad pinguiorem fortunam peruenerit, in solidū tenebitur* [i] *destitueturque hoc auxilio.* 5 *Faber produxit hunc §. & ad eum, qui bellorum, incēdij, naufragij calamitate, vel id genus simili bonis suis exutus est. Nam si denuo aliquid acquisierit, in solidum non obligabitur: cui & ipse subscribo. Quum enim cedenti bonis subueniatur, cur non æquè misereri oporteat oppressis inopinato casu? Vtique id & pietas & æquitas naturæ suadent.* 6 *Fit autem [cessio bonorum,] quum debitor profitetur, se velle cedere oīb. bonis & fortunis suis, siue in iudicio, siue extra iudicium, coram, aut per nuncium,* [k] *vel per epistolam.* 7 *Sed permissumne est cuius debitori cedere bonis? Et vtique cuilibet id indulgetur, cuiuscunque sit sexus, & siue filiusfam. siue paterfam. existat, nisi speciatim* [l] *prohibeatur. Prohibentur tamen pleræque personæ.* 8 *Primum is, qui non agnoscit debitum, sed illud diffitetur ita vt non possit constare, num debeat creditorib. cessionis ius non consequitur. Sunt enim pleriq; deperditi homines, qui malunt bonis cedere, vbi fortè non cogerentur, q̄ commodare creditoribus.* 9 *Tunc autem quis [agnoscit debitum,] quando extra iudicium vltrò fatetur, aut fideiussores, siue pignora dat; quæ tamen non sint suffectura creditoribus, (sic enim debitum redditur liquidum.) Idem est & si in iudicio confiteatur se debere. factisque legitimis probationibus condemnetur per sñiam & hic agnoscendi modus longè est vtilior creditoribus, quia res iudicata pro veritate* [m] *habetur.* 10 *Deinde credere ꝓhibetur is, qui occultat bona creditorib. vel ea* [n] *indicare recusat.* 11 *Tertiò, si quis precisè ad factum obligatus sit, puta scribere librum, fodere fossam, impermissa est cessio.* 12 *Ob id enim per cessionem liberatio alicui contingit, qui alias non sit soluendo; impotentia soluendi efficit, vt quis cedendo bonis excusetur. Verū in eo, qui ad factū tenetur, cessat huiusce modi impotentia, si modò factū explere pōt ergo cedendo non erit immunis, Bar.* [o] *autore eà tamen specie, si ad factū cōpellatur, sumptus illi administrari* [p] *æquum est. Quòd si faciendi potestatē non habeat, propter impossibilitatem, cessioni locus erit, vt* [q] *Bald. procedit.* 13 *Quartò, obstrictus ex maleficio, vel quasi ex maleficio ad pęnam pecuniariam, cedendo bonis non effugit pęnam, sed succedit regula, Qui non pōt soluere in ære, luat* [r] *in corpore. Et quo colligit Faber, in causa iniuriarum condemnatum ad pœnam pecuniariam, & si bonis cedere malit, quam pœnam soluere, non esse audiendum, sed puniendum in* [s] *corpore.* 14 *Quintò. si quis eo respectu contenderet bonis cedere, ne publicis fungeretur muneribus, aut collectas publicas solueret, id* [t] *Baldo teste, facere vetatur.* 15 *Sextò si debitor tpe, quo contractum iniji, sciebat se non esse soluendo, non habebit* [u] *hanc defensionē. Idē est, si sperabat beneficium cessionis, atque eò se*

a in l. si debitoris. 7. de cess. bo. & l. 3. de bonis audio. iud pos.
b l qui bonis 6. de ces. bo.
c gl est singularis in l. Nepos Proculo. 125. ad fi. d̄ ver. si.
d tex expssus in l. vnica. & ibi Cynus Bart. Bal & alij. C. q bo. ced. pos.
e gl in l. vbi tunque 60. ff. de fideiu.
f In l. hæres a debitore a1. §. q si stipulator. 3. de fideiuss.
g Hic, & l. 3. ff. de ces. bon.
h l. 7. C de bon. aut. iud. possi.
i tex. sing. sm verū intellectum, in l. vlt. & q̄ ibi Bart. ff. quę in fran. cred.
k l. vlt. ff de cess. bo. & in l. omni. C. qui bon. ced. poss.
l Vt hoc tex. & tot. tit. ff. de ces. bon & C. qui bon. ced.
m Vt per Bar. in l. pe. d̄ ces bo.
n Per gl. in d. l. & l. 1. C. qui bo. ced. poss.
o In d. l. 1. & in l. stipulationes non diuiduntur. 72. de ver. ob.
p ar. l suo victu. 13 ff. de ope. l. prima.
q In d. l. 1. C. h. t.
r l. 1. §. generaliter. ff. de pe. & l. vlt. ff. de in ius vo.
s arg. in l. si ex parte. §. quando ff. quod cū eo, &c. & notant Dd. in c. Odoard. ext. de solut.
t In d. l. 1. C. h. t.
u tex. elegans in l. pe. ff. de iur. dot. saro. in l. alia. 14. §. eleganter in fi. ff. sol. mat.

cuius [x] negotiatus est; nam & is hoc subsidio destituetur. 16 Postremò non habet locum cessio in deportato seu proscripto, cuius omnia bona fisco applicata sunt: nam etsi postea restituatur, pristinaq; bona recuperet, bonis tamen [y] cedere non pōt. Habes paucis, quib flebile hoc cessionis beneficium denegetur: caterum reliquis oībus debitoribus concessum esse intelligitur. Occasio autem huius priuilegij introducendi hæc fuit. 17 Nam, vt [z] Liuius ēt scriptum reliquit, ex lege XII. tabularum non modò debitores, qui non erant soluendo, in temperariam seruitutem suis creditoribus vt nexi addicebantur, verumetiam lege tam dura tenebantur, vt debitoris corpus inter creditores diuidi quoque liceret. Quod ius à Solonis lege manasse, Budæus [a] existimat, citans ad hoc Plutarchum in Solone. Meminit ēt. [b] Quintilianus & [c] Gellius. Verba legis hæc sunt: [Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis triginta dies insti sunto. Post deinde manus iniectio est; in ius ducito, nisi iudicatum facit] (hoc est, nisi soluat, vel satisfaciat iuři iudicis.) Et paulo inferius. [Tertijs autem nundinis, si interea pactus non sit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venum ito. Et si plures forent quibus reus esset indicatus, tertijs nundinis partes secanto.] Hæc autem lex ob id olim est introducta, ut audacia leniorum hominum in contrahendis passim debitis, reprimeretur. 18 Quia autem prædura uidebatur, deinde mitiori quadam ratione receptum est, debitores ob æs alienum carceribus mancipari posse; qui in quibusdam ciuitatibus etiam habentur eo loci, quà interest, vt facilius qui sic detinētur, emendicent, donec creditoribus satisfiat. Quod quidē institutum, si propter ciuile debitum in eum exerceatur, qui nulla sui culpa, sed fortuna sic uolente non soluendo efficitur, fatis crudele est, & nescio an homine, ne dicam Christiano, dignum. Est enim contra naturam æquitatem carceris squalor; & creditor de duritia redargui [d] potest, cum nihil amplius hoc pacto consequatur, quàm vt debitorem alias miserabilem amplius affligere purgat; taceo, q liberi hominis corpus & corium non possit esse in obligatione, [e] nec in commercio. 19 [Sin verò] in decoctores illos & ventres vsurpetur, qui & aleam ludere, & largis poculis pecuniam ēt aliundè conflatam, diu noctuque prodigere pergunt, relictis domi vxore & liberis propè inedia morituris, tantùm ab est vt reprehendi possit, vt ēt vtilissimum & per quàm necessarium iudicari debeat; cum reipub. quoque intersit, ne quis re sua [g] malè vtatur. 20 Porrò supra scriptam legis 12. tabularum duritiem lex [Petilia] relaxauit, statuens, ne quis ob æs alienū ne cteretur: & vt pecunia credita, bona debitoris, non corpus obnoxiū esset. Postremò [h] Impp. sunt amplexi legem Petiliam, concedentes præterea debitoribus hoc cessionis beneficium, vt carceris situm & squalorē effugerent. 21 Habet tamen hoc cessionis ius non aliter locum, quàm si debitores bonis cesserint non quibusdam, sed [i] omnibus. Nec tamen per hoc liberatur quis à debito, & vt supra annotum est sed exceptionem tantum acquirit, ne detrudatur in carcerem, idque donec pinguior fortuna arriserit; nam tum denuo conueniri potest, deducto tamen, ne interim [k] egeat. Potest autem cedens bonis res à testatore prohibitas alienare, sibi retinere, sed non earū commoditates: item & vsumfructum, & feuda, & emphyteusim ecclesiasticam. Nec interest creditorum, quia per hoc nō grauantur vllo modo: & quamuis debitor huiuscemodi res sibi non retineret nullum tamen ex his emolumentū ad creditores peruenire [l] posset. 22 Hoc non est omittendum, q si maior creditorum pars consentiat, induciæ quinquennales concedi possint debitoribus, ut demum hoc quinquennio finito satisfaciant, hoc pacto, ne bonis cedant; id quod inducijs semel obtentis amplius [m] non datur. Hodie verò multa incessione, vsu moribus recepto, mutata esse constat. Quæ de re extat quoque Caroli V. Imp. constitutio anno Christi 1541. edita. Et hæc quidem in hunc insignē de Actionib. titulum dicta sufficiant. Nam si quæ restant, ex aliorum Interpretum vberiorib. commentarijs iuris studiosi requirere possunt; nos pro nirili nostra hæc scholia in tyronum solùm vtilitatem corradere volumus.

x arg. oper. in d. l. pe. ad fi. Barto. in l. 2. §. 1. ff. si quis testa. lib. es. iul. fur.
y tex. singularis in l. 2. ff. de sen. pal. quem exclamat Lu. Ro. in uns sin
z lib. 2. ab vrbe cond.
a tr. de in diem addict.
b lib. 3. Orat. instit.
c lib. 20. c. 1. vide ēt libellū 12. tab. in tit. 8. de re iud. & ibi Old.
d l. seruus ea. ff. de ser. expor. gl. pulchra in d. l. 1. C. qui bo. ced. pos.
e Iuxta l. inter stipulantē § 1. § sacram. 5. de verb. obl.
f Io. Ferra hic.
g §. sed & maior. de his qui sūt sui vel al. iur.
h l. 2. C. de exac. trib. lib. x. nb. es alie. C. de act. & obl. & §. q vein. in nouc. vt nulli. iud. li. ha. loc. ferua.
i d. l. 1. & l. cum & C. hoc tit.
x Vt in tex. hic. & l. is qui. & l. q bonis. ff. de ces. bon.
l §. finit. sup. de vsufr. Bald. in d. l. 1. C. h. no stro titu.
m tex. est i l. vlt. & ibi Dd. de hoc tractant, C. qui bon. ced. poss.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEgotium gestum esse dicitur. Tit. VII.

1 Continuatio huius tituli.
2 Argumentum eiusdem.

In 1 præcedenti titulo [a] Iustinianus obiter actionis Prætoriæ de peculio mentionem fecit: quia verò & aliæ sunt actiones similiter Prætoriæ, quę ex contractu alieno dantur, ideò latiorem omnium tractationem in hunc locum reiecit. 2 In hoc igitur tractatu eas actiones expendit Imperator, quę ex contractibus illorum deriuantur, qui in alterius sunt potestate, à Prætore concessas aduersus eos, sub quibus sunt, qui contraxerunt.

a §. actiones autem & §. sunt præterea. sup. de actio.

Princip. tit.

1 Actio quod iussu, exercitoria, institoria, &c. an per se sint actiones.
2 Actio quod iussu, ad omnes contractus refertur.
3 Seruus & filiusfam. æquiparantur, quo ab obligandum.

In

4 *In quibus inuicem differant.*
5 *Quæ de seruorum negotijs tradantur, eadem de filijsfamiliarum intelliguntur.*

Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorumfamilias, seruorumq; agitur: opus est, ut de hac actione, *a* & de cæteris quæ eorundem nomine in parentes, dominosue dari solent, diligentius admoneamus. Et quia siue cum seruis *b* negotium gestum sit, siue cum ijs, qui in potestate parentum sunt, eadem *c* ferè iura seruantur; *d* ne uerbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personā serui dominique: idem intellecturi de liberis quoque & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid *e* in his propriè *f* seruetur, separatum ostendemus.

a *Et de cæteris.] Qualis est actio, [Quod iussu, exercitoria, institoria, tributoria, & de in rē uerso,* 1 *quæ hisce nominibus appellantur, vt intelligamus, non agi directò cum reo ex suo contractu,* [a] *ut ex empto mandato, conducto: sed additis hisce adiectionibus seu formulis, ex empto, Quod iussu, mandati, de* [b] *peculio, & sic deinceps, quamuis breuitatis causa nomen contractus plerunq; non exprimatur: qua de re* [c] *alibi plura diximus. Porrò ex hoc loco inferunt interpretes* [d] *materiam obiter ac perfunctoriè tractatam in uno loco, vberiùs alibi explicari posse.*

b *Negotium.] hoc est, aliquis contractus:* 2 *Nam ad omnes contractus hoc iudicium, Quod iussu referri,* [e] *Vlpianus respondit.*

c *Ferè.] Rectè inquit, [ferè]* 3 *Quamuis enim filiusfamilias & seruus regulariter comparari soleant, quod ad obligandum attinet: (uterque enim obligare potest eum, in cuius est potestate, hisce actionib. quæ hoc in titulo recensentur, ideoque dictum in uno, censetur quoque dictum in altero)* 4 *In plerisque tamē dispari iure censentur. Primum enim senatusconsultum Macedonianum propter filiosfam. duntaxat factum* [e] *est, non propter seruos. Deinde filiusfam. obligat patrem ex suscepto per se iudicio, uel arbitrio: aliud est in* [f] *seruo. Item filiusfam. fideiubendo obnoxium reddit patrem de* [g] *peculio: seruus autem extra causam peculiarem fideiubendo dominum non* [h] *obligat. Sed & seruus pro noxa dari* [i] *potest: non autem filiusfa. hodie. Præterea seruus manumissus non tenetur de ante* [k] *actis; cum diuersum sit in* [l] *filiofam. Denique filiusfam. potest tutelæ munere* [m] *fungi; potest testari quibusdā casibus; & donare mortis cā patre* [n] *consentiente: quod non est in seruo. Sunt & aliæ quædam differentiæ, sed potiores annotasse sufficiat.*

d *Nec verbosa.]* 5 *Quæcunque ergo de seruorum negotijs gestis Imperator scribit, eadem & de filijsfam. intelligenda monet, ne verbosa disputatione eadem subinde inculcare cogatur. Quod aduersus eos facit, qui profitendo & consulendo sæpe multa congerere atque profundere, & (ut Faber ait) uerba dilatare solēt, cum paucis rem complecti possent.*

e *In his.] Liberis scilicet, & parentibus.*

f *Seruetur.] Alij codices habent, obseruatur.*

a §. ult. inf. eo.
b l. 5 de pec. ſa ro hic.
c d. §. actiones.
d Plate. hic.
e l. si dubitet 10 § ult. de fideiuſ.
e l. 1. ad S. C. Macedo. l. si filius. C. eo. §. qua diximus. inf. eo.
f l. 3. § si seruus & §. idē scribit de pecul. l. seruus. C. de iud.
g d. l. 3 § si filius
h l. seruus 19. cum l. seq. de fideiu.
i § ul. inf. de noxa. act.
k l. eum actum, 17. ne g. gest.
l l. 2. ff. h. t.
m l. si filius 7. de tutel.
n l. tam is 12. si filius. de dona cau. mor.

§ Si igitur.

1 *Dominus si iusserit cum seruo contrahi, obligatur insolidum.*
2 *Iussu factum quid dicatur.*
3 *Actio. Quod iussu, consensum requirit: secus est in actione de peculio, & de in rem uerso.*
4 *Actio. Quod iussu aduersus quos detur.*
5 *Actio. Quod iussu, ad omneis contractus pertinet: & quomodo hic contractus intelligatur.*
6 *Actio quod iussu, quare introducta à Prætore.*
7 *Actio quod iussu, & aliæ in hoc titulo relatæ, sunt distinctæ species actionum.*
8 *Exercitor quis dicatur: & exercere quid?*
ibid. *Per auersionem conducere, emere quid?*
9 *Exercitoria actio quare introducta, & ad quid competat: & nu. 10. 11.*
12 *Magister nauis quis sit.*
13 *Per nauem quid intelligamus.*
14 *Synedria quid significet, item quid schedia.*
15 *Exercitor ad quid teneatur, & nu. 16. 17.*
18 *Institor quis dicatur.*
19 *Institoria actio.*
20 *Taberna quid significet.*
21 *Tabernarij qui.*
22 *Præponens institorem, eius contractu tenetur.*
23 *Interest, an quis liberum hominem, uel seruum præponat.*
24 *Nihil interest, cuius ætatis sit qui præponitur.*

Si igitur [a] iussu [b] domini seruo [c] negotium [d] gestum erit, in solidum [e] Prætor aduersus dominum [f] actionem pollicetur scilicet quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi uidetur, [g] Eadem ratione Prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera [h] exercitoria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis seruum suum [i] magistrum [k] nauis præposuerit, & quid [l] cum eo [m] eius rei gratia, cui propositus erit, [n] contractum fuerit. Ideo autem exercitoria uocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem cotidianus nauis quæstus pertinet. [o] Institoria tunc locum habet, [p] cum quis [q] tabernæ forte, aut [r] cuilibet negotiationi [s] seruum suum præposuerit, & quid cum eo [t] eius rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores uocantur. Istas tamen [u] duas actiones. Prætor reddit, [x] & si liberum quis hominem aut alienum seruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interueniat,

Hic]§. de contractibus seruorum agit, quatenus ex ijs domini obligetur. 1 *Obligatur autem dominus ex contractu serui, si contrahi iusserit: quia iussu domini cum seruo contrahens, quodammodo cum domino contraxisset* [a] *videtur: ideoque aduersus dominum competit ei actio insolidum cũ hac adiectione, [Quod iussu]*

a *Iussu domini.]* 2 *Iussu autem id factum intelligitur,* [b] *quod quis fieri cuius mandauit: siue testato, siue per epistolam, siue uerbis, siue per nuncium, siue generaliter, siue specialiter.*

b *Domini.]* 3 *Volentis cum seruo contrahi, siue talis uoluntas præcesserit, siue secuta sit. Nihil enim refert, iusseritne dominus, an ratum habuerit, quod gestum* [c] *est. ratihabitio pro iussu habetur. Et in hoc distat actio. Quod iussu, ab actionibus de peculio, & de in rem uerso, quæ non requirunt* [d] *consensum* 4 *Dominum autem intelligimus in hoc proposito, qui uerè dominus est iam tum, cum geritur negotium. Quod iussu agere: [ue] (ut Paulus* [e] *ait) [actio quæ ab initio inutilis fuerat, ex euentu confirmetur.] Deinde hic oportet dominum eius esse conditionis, qui possit ex suo iussu obligari. Nam si pupillus dominus iusserit sine tutore,* [f] *non tenebitur. Tutoris autem uel curatoris iussum sufficere non* [g] *ambigitur: nec nouũ est, tutorem haberi loco domini: nam etsi uerus* [h] *procurator, fructuarius aut administrator rerum* [i] *ciuitatis iusserit cum seruo contrahi, concedatur. Quod iussu actio. Si tamen ex pluribus dominis unus tantũ iusserit, is solus* [k] *tenebitur.*

c *Negotium.] Id est, aliquis contractus,* 5 *Actionem enim. Quod iussu ad omnes contractus referri,* [l] *Vlpianus ait. Contractum autem intelligere oportet, ipsum principale negotium, ex quo nascitur obligatio. Nam si iussus tantum pertinuerit ad solam ipsius contractus executionem, non erit. Quod iussu actio: uelu ti si dominus, pecuniam mutuam accepturus, iusserit eam seruo* [m] *numerari, quoniam ex numeratione non nascitur actio,* [n] *sed ex contractu,*

d *Gestum erit.] Modò gestum sit, sicut iussum est: dominus enim non ultrà quam iussit, tenetur, ut* [o] *Vlpianus respondit.*

e *Prætor.]* 6 *Cum enim Prætor videret, sæpe cõtingere, negotia per filios aut seruos iussu parentum uel dominorum geri, nullam eo nomine actionem esse; uoluit ex æquo & bono hanc, Quod iussu, actionem proponere, ne deciperentur bona fide contrahentes cum filiifam aut seruis.*

f *Actionem pollicetur.] Competentem contrahentib. cum filio uel seruo uoluntate patris, aut domini, aduersus patrem, uel dominum; tali scilicet actione, seu formula, [Quod iussu.]* 7 *Agitur enim contra patrem uel dominum ex eo contractu, qui celebratus est cum filio, uel seruo, adiecta tamen illa formula persequendi, [Quod iussu] sine hac enim aduersus patrem uel dominum non concederetur persecutio. Idem etiã de actione de in rem uerso, & de peculio dicimus, quod nõ sint distinctæ species actionũ, sed potius adiectiones, seu clausulæ agẽdi ex quibuslibet negotijs gestis cũ ijs, qui sunt in potestate alterius, ut* [p] *alibi quoq; ostendimus.*

g *Eadem ratione.] Quia scilicet is, qui cum eo, qui naui præpositus est, uel cum institore contrahit, pariter fidem domini sequatur, eiusque iussu contrahere* [q] *videatur.*

h *Exercitoria]* 8 *Exercitorẽ dicimus eũ,* [r] *ad quem obuentiones & reditus oẽs perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauẽ per auersionẽ conduxit, id est, ut periculũ sit domini:* [s] *quẽadmodũ & per auersionẽ emere dicitur, cũ periculũ uenditor à se auertit in emptorẽ: idq; uel ad tẽpus, uel in perpetuũ. Exercere enim lucrari, seu lucrum facere significat.* 9 *Quia uerò exercitores periculis illis & laboribus nauigandi, tã duris rarò sese exponunt, sed alios magistros totius nauis, anchoræ atq; gubernationi præficere solent, lucrũ inde solũ ipsi captãtes: fit, ut cũ magistris mõ in rẽ nauis & propter nauigãdi necessitatẽ mõ speciali merce cõtrahamus, plerunq; ignari, cuius sint fidei, aut cõdõnis, quib. cum gerimus. Quare æquũ Prætori uisũ est, eũ qui magistrũ naui præfecit, in id, quod contractũ est, seu gestũ saltẽ eius rei nomine,* [t] *cui præpositus est, in solidũ obligari, & conueniri posse actione,* 10 *quæ propterea [exercitoria] dicitur,* [t] *Ea aũt ab exercitore scilicet, cuius iussu contrahi uidetur, atq; huius actionis hic Iustinianus meminit. oẽ id consequimur, quod ex contractu cũ magistro nauis inito secundũ modũ propositionis nobis debetur.*

a l.1. quod iussu. vnde hic §. est sumptus.
b d.l. 1. in prin.
c d.l.1. §. si ratũ
d l. si res domino 5. §. de in rem uer.
e l. 3. §. ul. quod iussu.
f d.l. 1. §. si pupillus,
g l qui fundum §. qui tutor. pro emp. l. interdũ fur. 56. §. qui tutelã. de fur. l. tutor qui tutelam 27 de admi.
h d.l.1. §. ult.
i l. pen. eo. tit.
k l. ult. §. ult. qđ iussu.
l si dubitet. 10. § ul. đ fideiu,
m d.l. ult.
n l. si ita fuero stipulatus. 6. §. cum autẽ mutuam. de nouat.
o l. dominum. 3. quod iussu.
p §. actiones autem. sup. de ac. num. 15,
q §. ult. inf eo.
r l. 1. §. exercitorem. ff. đ exe. act.
s budæus l. qui offici. 62. cõtrah. empt. & Ant. August, lib. 3. c. 6.
t l. 1 de exerci. act.

Cæterum

Cæterum parui refert, qui exerceet, masculus sit, an fœmina: paterfamilias, filiusfamilias, [u] *an seruus, hoc solum obseruato, ex serui, filyue, qui præpositur est, contractu, semper dominum, patremue in solidum obligari: sin autem liber, siuique iuris fueric magister, optionem nobis esse, exercitorem ipsum hac Prætoria, an Magistrum ciuili actione, puta exēpto, aut simili conuenire* [x] *velimus.*

i Magistrum.] 12 *[Magistrum autem nauis] (inquit* [y] *Vlpianus) [accipere debemur eum, cui totius nauis cura mandata est ab exercitore;] designari quoque magistri solent, vel locandis nauibus, vel cōducendis vectaribus armamentisue, vel etiam mercibus emendis, aut uendendis. Et hi possunt rursus aliū velut substituendo his negotijs præponere, etiam reclamante exercitore ipso, nedum ignorante; idque propter nauigantium utilitatem.*

K Nauir.] 13 *[Nauem] intelligimus, siue marinam, siue in aliquo stagno nauiget, siue synedria sit, inquit idem Vlpianus.* [z] 14 *Est autem [syncdria] nauis genus, quæ spaciandi causa pararetur, & in qua essent sedilia; quanquam alias consensum etiam Senatorum, & Iudicum concilium significet. Budæus pro [synedra,] legit [schedia;]* [a] *quam latino nocabulo ratem uocant, [ein flotz;] atque ita etiā habet textus* [b] *Norcius Budæus interpretatur [schediam,] nauigium temere factum, & inconditum; ut trabes connexæ, & sine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem præbent. Et uerisimile est, id genus nauium primum fuisse.* [c] *Vnde mala poemata, [schedia] quandoque appellantur, [Schedon] enim dicitur à Græcis ex temporaneum, id est, quicquid inelaboratum, quicquid temere factum est, uec satis confectum.*

l Cum eo.] *Vel eo quem hic sibi substituit; quod fieri posse, paulo ante dictum est.* 15 *Omnia enim facta magistri præstat exercitor, qui eum præposuit, Ergo & hoc præstabit, si ex causa ad eandem functionē alium suffecerit, alioqui contrahenter sæpe* [d] *deciperentur.*

m Eius rei gratia] *Notanter hoc adijcit;* 16 *neque enim ex omni causa tenetur exercitor, sicut nec magister; sed eius duntaxat rei nomine, cuius ibi præposuit magistrum. Præpositionis enim certam legem, modum non oportet egredi. Quare si eum præposuit naui ad hoc solum, ut vecturas exigeret, & nihilominus magister locauerit: vel contra, si ad locandum tantum, non ad exigendum, & utique exegerit, non tenebitur.* [e] *exercitor.*

n Contractum fuerit.] 17 *Ex delicto quoque non solum Magistri nauis, sed etiam omnium nautarum exercitor tenetur, si in naui contingat: quia utitur opera* [f] *malorum.*

o Institoria.] 18 *Institor apud Iurisconsultos* [g] *dicitur, qui tabernæ, locoue ad emendum, vendendumue præponitur, quiuque sine loco ad idem negotium datur ex eo appellatur, quod negocio gerendo instet, operā nauet.* 19 *Inde nuncupatur [Institoria actio,] ab eo scilicet, cum quo contrahitur. Eam Prætor æquissima ratione introduxit: ut sicut commoda ex actu institorum* [h] *sentirent, qui eos præposuissent; ita etiam obligarentur ex ipsorum contractibus, conueniri que possent ad dandum, & ad soluendum id, quod debetur ex contractu cum institore inito.*

p Cum quis.] *Masculus, vel fœmina, vel etiam procurator, aut negotiorum gestor, domino tamen ratum* [i] *habente.*

q Taberna] 20 *[Taberna,] generali voce, pro omni ædificio sumitur, quod est, vtile ad habitandum, nempè ex eo, quod tabulis* [k] *clauditur. Vsus autem posteriorum obtinuit, ut tabernam simpliciter dicamus, in qua merces venduntur.* 21 *Sic & Cicero [tabernarios] accepit, pro his, qui negociationes in tabernis faciunt, dum pro Flacco inquit; [Opifices, & tabernarios, atque omnem illam fæcem ciuitatis, quid est negotij concitare?] atque ita hic accipitur. Addit Non, Marcellus tempestate sua tabernas appellari solitas, uinarias; quod & nunc vulgo obtinet; [ein tafern oder schenkstadt.*

r Cuilibet negociationi.] *Quæ exerceatur ad quæstum; nam si cum villico alicuius contractum sit, non datur in dominum institoria, cum is non propter quæstum* [l] *præponatur.*

s Seruum suum] *Vel etiam liberum* [m] *hominem.*

t Eius rei causa.] 22 *Neque enim omne, quod cum institore gerit, obligat eum qui præposuit, sed duntaxat; si eius rei gratia contractum est, cui fuerit præpositus* [n] *institor.*

u Duas actiones.] *Exercitoriam scilicet, & institoriam.*

x Etsi liberum.] 23 *Est tamen differentia seruanda inter seruum, & liberum hominem præpositum; quia si liber homo præponatur, ipse quoque potest conueniri. Hoc enim est edicto non transferri actionē, sed adijci intelligimus;* [o] *potest autem eligere contrahens,* [p] *vtrum exercitorem, an magistrum conuenire malit.* 24 *Porrò sicut nihil refert in hisce duab. actionib. cuius cōditionis, vel sexus sit is, qui præponitur; ita quoque non interest, cuius ætatis sit. Nam & pupillus institor obligat eum, qui ipsum præposuit: quoniam sibi imputare debet, qui eum præposuit, & plerique pueros, pupillasque tabernis* [q] *præponunt. Verùm si ipse pupillus præposuerit; ita demum obligabitur, si tutoris autoritate id* [r] *fecerit.*

u d.l.1.S. parui.& l.si à muliet C.eod.
x d.l.1.S. est autem.& S. hæc actio. & l. licet. S. etsi est exercitore. ff. nau.cau.stab.
y d.l.1. S. magistrum,
z Alcia.li.1.Prætermis.
a l.pe.C. d iud.
b d.S.magistrū.
c Vid. Bay. de re nau,
d d.l.1 S. magistrum.
e d.l.1.S.nō āt. & S igitur p̄positio.
f d.l.1.S.1.& l. ex maleficijs. 4.S.vlt. de actio.& oblig.
g l.1.de inst. actio. Bar.cōsi. 29.
h l. Institoria. C. hoc titu.
i l.S quicunque. 5.S. vlti. & l. sed etsi. 7. in prin.d.tit.
k Ius. rectam lectionem.l.tabernæ. 183. de uerb.sign.
l l. si cum villico.16.h. titu.
m Vt mox subijcit.
n l.quicunque. S. non tamē. h.t.& d. l. institoria.C eo.
o l. si cum qui in mea pōt. 5. de exercit.
p l.1. S. est autem. eo. titu.
q d.l.sed etsi gs. S.1. & S.vlti.
r l nam & plerique. 8. & l. seq. de institu,

S. Introduxit.

1 *Pater, vel dominus conuentus de peculio, sua debita præcipiunt.*
2 *Quando id non habeat locum.*

Tributo-

3 *Tributoria actio qua ratione introducta; & quomodo ab actione de peculio differat.*
4 *Tributum quomodo hic accipiatur.*
5 *Tributoria actio in merce peculiari, institoria in merce dominica locum habet.*
6 *Merx peculiaris, dominica.*
7 *Vt tributoria locum habeat, patientia domini sufficit.*
8 *Quid iuris, si seruus plures negotiationes exerceat.*
9 *Si dominus nolit distribuere dandus est arbiter, qui pro rata distribuat.*
10 *Quando propriè locus sit tributoriæ.*
11 *Tributoria contra quos competat.*
12 *Tributoria, & de peculio vna alteram electione tollit.*

Introduxit & aliam actionem Pretor, quæ tributoria uocatur. Namque si seruus a in peculiari merce, b sciente c domino negotietur, & quid cum eo d eius rei causa contractum erit, ita Prætor ius dicit, quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei e debebitur, & cæteros creditores, f pro rata portione g distribuetur: ideò tributoria vocatur, quia ipsi domino distributionem Pretor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, h quam oportuerit, i hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

Ad euidentiam huius §. pretermittendum est, 1 quod vbi præter, vel dominus conueniuntur de peculio, a id priuilegij habeant, ut ante omnes creditores sua pcipiant debita, reliquum qd superest, inter creditores distribuatur. 2 Hoc prætor moderatus est eo casu, quo seruus sciente, & patiente domino negotiatur in merce peculiari; tum enim si quid cum eo eius rei cā contractum sit, nō pfertur dominus in pcipiēdo sub debito, sed contribuit, quatenus merx se extendit, cum cæteris creditorib. qui in illa merce cum seruo contraxerunt, pro quantitate debiti cuiusque. 3 Ea ergo ratione tributoriam actionem introduxit Prætor, quæ hoc loci enarratur. Differunt ergo in hoc tantum hæ actiones; Quod actio de peculio beneficiū deductionis in solidum domino præstabat; Tributoria verò pro rata parte duntaxat. Item in priori actione potior est domini conditio. In hac uerò par omninò est. 4 [Tributum] autem in nostro proposito accipi dēt id, quod inter creditores serui negotiantis & dominum, cui idem seruus quoque debet, tribuitur hoc est, distribuitur pro rata eius, quod cuique debetur. Inde [tributoria actio] dicitur, quasi contributoria.

a In peculiari merce.] 5 Non ociosè coniunguntur hec duo, quia omninò necessaria sunt in tributoria actione. Primum enim necesse est mercem esse, ut sit negotiatio: nam non nisi eius peculij fit contributio, in quo seruus est negotiatus. Deinde mercem oportet esse peculiarem: nam si propriè dominica esset, magis competeret actio institoria, 6 Dicitur autem [merx peculiaris,] res illa, in qua dominus promittit seruū suo proprio nomine negotiari, etiamsi nihil sit in peculio. [Merx dominica] autem, in qua nomine alieno, hoc est, domini vice gerit negotium.

b Sciente domino.] Id est, non contradicente, nec reclamante. 7 Scientiam enim & permissum domini hic accipimus, non qui habet uoluntatem sed patientiam. Neque enim debet dominus velle, sed eum nō nolle sufficit. Sic ergo sciat, nec protestetur, aut contradicat, tenebitur actione b tributoria. Et prædicta omnia, etiam de filiofa. intelligenda c sunt.

c Domino.] Vel eius d tutore, aut e procuratore.

d Eius rei causa.] Hoc est, eius ipsius mercis, eiusque negotiationis causa, cuius, & ex qua petitur contributio. 8 Nam si seruus plures exercuerit negotiationes pluribusque locis, ac tabernis, non confundentur omnium creditorum iura, sed singuli separatim in tributum vocantur eius mercis, & negotiationis nomine, in qua contraxerunt. Vnusquisque enim eorum merci magis, quam ipsi seruo f credidit.

e Debebitur & cæteros.] Ex quacunque causa ei debebatur, & siue ante mortem, siue postea ei debere qui cœperit g seruus: qua in re melior adhuc est domini conditio quàm aliorum creditorum, qui non supputant, nisi quod ipsis debetur ex causa mercis peculiaris.

f Pro rata portione.] Nempè ut quilibet admittatur pro modo, & quantitate eius, quod debetur, neque alter alteri in aliquo præferatur; nisi uel res ab altero empta, vel merx pro alterius pecunia ad aliquid emendum comparandumque mutuò data adhuc extet: is siquidem creditor prælationem tantùm h habet.

g Distribuatur.] Per ipsum dominum, cui hoc facere permittit Pretor, 9 Ab hoc tamē beneficio si abstinere dominus, aut toto peculio cedere uelit, tunc arbitrium prætor dare debet, cuius interuentu merces peculiares ex æquo, & secundum ratam cuiusque portionem inuicem i contribuantur.

h Quam oportuerit.] Vtpotè domino plus æquo fauente sibi sibipsi, vel alicui ex creditoribus. 10 Est enim propriè locus actioni tributoriæ, cum iam distributio facta est à domino, sed non satis æquis partib.

i Hanc ei actionem accommodat.] 11 Scilicet aduersus patrem, vel dominum, pro cōsequenda debita portione sua ex merce peculiari. Datur quoque hæc actio aduersus singulos, si seruus communis sit pluriū, & omnes sciant eum negotiari: nam contra ignorantes non conceditur: deducitur tamen in solidum: quod eis debetur, qui ignorarunt negotiationē peculiarem k serui. 12 Aduertendū tamē est creditoribus, an vti-

a l. sed si damnum. 9. §. peculium. de pecul.
b l. 1. §. scientiam. de tributo.
c vt sup. in pr. huius titu.
d l. 3. §. vl. h. tit.
e l. procurator. 5. dicto titu.
f d. l. procuratoris.
g d. l. procuratoris. §. sed est quæsitum.
h d. l. procuratoris. §. si plures. dicendū. in l. pupillus. 34. quæ ĩfra. cred. leg priuilegi. ibi gl. de priui. cred.
i l. illud. §. qd tamen. h. titu.
k l. sed etsi seruus. 3. §. 1. h. titulo.

an vtilius sit experiri hac actione, vel de peculio; nam vna instituta, ad alteram redire non [1] *licet; quamuis plus sit in peculio, quàm in merce.*

1 l. quod in here de 9. §. eligere. eo

§. Præterea.

1 *Actio de in verso explicatur.*
2 *Eadem hodie in liberis hominibus locum habet.*
3 *Differentia inter, de in rem verso, exercitoria, tributoria, & quod iussu actiones.*
4 *Actio de in rem verso principali tantum datur, non fideiussori.*
5 *In rem versum quando dicatur.*
6 *Differentia est inter necessarium & vtilem gestum.*
7 *An probare oporteat, quid in rem domini versum sit.*
8 *An si voluptuose versum sit in rem domini, locum habeat hac actio.*
9 *Quomodo accipiendum, quod dicitur, actionem de peculio, & de in rem verso vnam esse.*
10 *Transire in peculij actionem, quomodo ius. l'ig atur.*

Præterea introducta est a actio de peculio, b deque eo quod c in rem domini versum erit; vt d quamuis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum e præstare debeat; siue quid non sit in rem eius versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur. f In rem autem domini versum intelligitur, quicquid g necessariò in rem eius impenderit seruus; veluti si mutuatus pecuniam, creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familię frumentum emerit, vel etiã fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem, puta aureis, quos seruus à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modò consumpserit; pro quinque quidem insolidum damnari debes: pro cæteri verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit: ex quo scilicet ad patet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. h Licet enim vna sit actio, quæ de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: i nec aliter ad peculij æstimationem transit, quam si aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum.

a *Actio de peculio.*] *Hanc de peculio actionem quia* [a] *supra satis abundè illustrauimus, hic superna canea repetitione nihil est opus.*

a §. actiones, su. de actio.

b *Deque eo quod in rem.*] 1 *Potest fieri, vt seruus vel filiusf. nihil in peculio habeat, vel non tantum, quod sufficeret possit creditoribus; eo casu Prætor actionem.* [*de in rem verso*] *accommodat; quia similiter in solidum tenentur, qui eos in potestate habent, si in rem eorum, quod creditum est, sit conuersum. Porrò hodie exerceri potest hac actio ab omnib. qui cum liberis hominib. contraxerunt, cum in famulitio alicuius essent, & in rem domini sui vertissent res contrahentium.* 2 *Eadem enim ratio* (*Old.,* [b] *docente*) *transferenda est a seruis, quibus non vtimur, ad famulos, qui vicem seruorum referunt.*

b Cl. 4. a act. 7. loco 5. quod ante eũ Fab. ẽt voluit in §. seq. hoc tit.

c *In rem domini.*] *Idem est, si in rem alterius, quàm domini versum fuerit, vel ab alieno seruo, vel ab homine libero: tenebitur enim is, in cuius rem versum est, ei qui pecuniam* [c] *dedit.*

c l. ei qui. §. vlt. C. quod cum eo qui in ali.

d *Quamuis sine voluntate.*] *Nam de in rem verso actio non nititur domini voluntate sed vtilitate; sufficitque in rem eius esse versum, vt etiam cum eo contractum* [d] *videatur.* 3 *Et in hoc differt hac persecutio à supradictis actionibus, nempe Exercitoria, Tributoria, & quod iussu, quæ sine domini voluntate non nascuntur. Quod si domini quoque voluntatem accedere contingat, dabitur, quod iussu actio: quæ alias propter solum iussum conceditur, etiamsi alioqui nihil in rem domini versum sit.*

d l. 1. de in rem versi.
e l. quamuis 18. de i rẽ verso.
f l. 3. si res dño. l. & ideo, & l. si pro pre. 10. §. 1. rem vers. ea explicatio huc addi põt.

e *Præstare debeat.*] 4 *Ei scilicet, qui principaliter contraxit cum filio vel seruo, non qui accessit contractui: actio enim de in rem verso principali tantum, non etiam fideiussori datur. Verbi gratia; si pro seruo emente frumentum, quo aleretur familia, fideiussoris venditori; non tu quidem, sed venditor habebit hanc actionem, vt unius duntaxat in quoquo contractu de in rem verso actio sit, qui idipsum credit, quod in rem domini versum* [e] *est.*

g d. l. si pro pre. §. versum, & l. seruus si in rem. 17. in pr. d. titu.

f *In rem autem domini.*] *Vlpianus* [f] *hunc locum copiosiùs alibi explicat, & plurib. exẽplis illustrat.* 5 *Breuiter in rem versum intelligitur, quicquid necessario uel utiliter negotia patris aut domini uersum est à filiofa. uel seruo, aut ẽt quolibet* [g] *alio.* 6 *Est autem differentia inter necessarium, & utilem gestũ filij, uel serui. Nam cuius rem necessariò aliquid impendimus, is tenetur in solidum; ex utili uerò gestu eatenus tenetur, quatenus in rem eius reuera* [h] *peruenit.* 7 *Sed oportet ne actorem probare quod in rem domini necessario vel utiliter uersum sit? Respondeo utique oportere; nec solum, quod in rem sit versũ, sed &, quod versum duret, vel saltem nulla gestoris, aut creditoris culpa factum fuerit, quominus* [i] *duraret.*

h d. l. si res dño in prin. l. 3. §. sed si accepit. eod tit.
i d. l. si pro pre. §. versum. & d. l. §. sed si mutuatus.

g *Necessariò.*] *Vel ẽt vtiliter, vt dictum est.* 8 *Sed quid si voluptuosè impensum est? & non videtur uersum: quia nec procurator hoc imputat: veluti, si domũ exornauit tectorijs, picturisue. Vnde pater vel dominus huiusmodi voluptarias impensas non præstat: pati tamen debet, vt creditor id auferat, cũ sine domus*

k d. l. 1. §. sed si mutuatus.

iniuria

iniuria seu detrimento fieri [k] potest. Quod si patris vel domini voluntate, siue ratificatione uersum est in rem eius; quin etiam de inutiliter gestis teneatur hac actione, dubium non est.

b Licet enim vna sit.] 9 Quod hic dicitur, [actionẽ de peculio, & de in rem verso vnam, esse,] significat si non iussu aut voluntate patris, vel domini negotium gestum sit: tamen ex edicto [de peculio] actionẽ competere sub alternatione, vel quod in rem uersum sit, vel quod peculiũ habeat, qui [l] contraxerit. Quod si totum in rem versum esse certum sit, de in rem verso agere licebit; cæterum de peculio duntaxat [m] agetur. Atque ita Eguin. Bart. hic litem Glossariorum ad hunc locum eleganter compônit. Alij verò hæc verba (licet vna sit actio) sic exponunt; hoc est, vna sit utriusque causa, & neutra quidem sit actio, sed potius vtraque aliarum quædam veluti adiectitia qualitas.

l l. 1. de pecul.
m Vide & Theophil. hic.

i Nec aliter.] Iudex ergo huius actionis, non prius ad peculij æstimationem transire debet, quam de in rem uerso iudicarit. 10 Cæterum transire ad peculij actionem sit intelligendum est, ut peculij nomine summam illam præcisè accipiamus, quæ dempto eo, quod in rem versum est, relinquitur; cum alioqui in peculium, & quod in rem versum est imputetur.

§. Cum autem quæritur.

1 Peculium quomodo æstimari debeat.
2 Quid contineatur sub peculio.
3 Quæ vicarius debet ordinario seruo, dominus non deducit.
4 Vicarius cum suo peculio, est in peculio ordinarij.

a Cum autem quæritur, quantum in peculio sit: antè deducitur, quicquid seruus domino, eiue qui in potestate eius sit, debet: & quod superest, id solum peculium intelligitur. b Aliquando tamen id quod ei debet seruus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is ipsius peculio sit: quod eo pertinet, vt si quid vicario suo seruus debeat, id ex peculio eius non deducatur.

a l. sed si damnũ 9. §. præterea. de pecul.

a Cum autem quæritur.] 1 Peculium quomodo æstimari debeat, hic locus continet, quæ in Pandectis Vlpianus copiosè explicat. Et quo discimus, 2 peculium intelligi id, quod debetur domino, & alijs in sua potestate existentibus, non modo dominica, uel patria, sed & tutoria. Nam id etiam deducitur, quod ijs personis debetur, quæ sunt in tutela vel cura; si enim semper præuenire dominus & agere videtur: cur non dicatur etiam hoc nomine eum secum egisse, quo nomine tutelæ tenebitur? Nam & ideò hoc minus in peculio est; quoniam non est verisimile, dominum id concedere seruum in peculio habere, quod sibi debetur.

b Aliquando tamen.] limitatio est ad præcedentia. 3 Nam quod dictum est, in peculio esse id, quod superest, deducto eo, quod domino & suis debetur; non habet locum in his, quæ Vicarius debet ordinario seruo; ea enim dominus non deducit. Addit rationem Theophilus; [quia Vicarius ipse augeat peculium Ordinarij, ideoque non possit illud minuere.] sanè nihil dominus profecerit, si adimat peculio Ordinarij, quod Vicario debetur; nam quod vna manu adimeret, altera reponeret. Dum enim deducit peculio Ordinarij, & addit peculio Vicarij, an non idipsum videtur reddere peculio Ordinarij? 4 nam Vicarius ipse cum toto suo peculio est in peculio Ordinarij. Et lex Vicarij peculium in ordinarij peculio esse statuit. Quod ergo generatim de conseruo dicitur, in Vicariorum persona modificandum est.

§. Cæterum.

1 Epitome & summa huius §.
2 Qua cautela quis vti debeat, cui plures actiones ad idem competunt.
3 Facilior est probatio in exercitoria, institoria, quod iussu, quam in de peculio, & de in rem verso actione.
4 Tributoria, cum de peculio, & de in rem verso actione concurrit.
5 Actio tributoria, & de peculio, in quibus differant.

Cæterum a dubium non est, quin is quoque qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit: de peculio, denique eo quòd in rem domini versum est agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillimè solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere seruum peculium, & tantum habere, vt solidum sibi solui possit. b Is quoque cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rem verso agere potest. Sed sanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideò c expedit agere, quia in ea dñi conditio præcipua non est: idest, quod dño debetur, non deducitur: sed eiusdem iuris est dñs, cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio ante deducitur, quod dño debetur, & in i d quod reliquũ est, creditori dñs condẽnat. Rursus de peculio ideò expedit agere, q in hac actione totius peculij rõ hẽtur: at in tributo-

ria, eius tantum, quo negotiaretur. Et potest quisque tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædijs, vel mancipijs, e aut fœnebri pecunia habere. Proinde ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse, f de in rem uerso agere debet.

a Dubium non est.] 1 Ostendit Iustinianus hoc loco actiones. Quod iussu, exercitoriam, & institoriam concurrere quidem cum de peculio, & de in rem verso persecutionibus; sed stultè facere actorem, si prioribus neglectis, instituendo istas sese grauet onere probandi. 2 Consilium itaque est, vt habes plures actiones ad idem competens, eam potissimum intendat, qua minus grauetur probandi difficultate, & per quam transferat onus probandi in aduersarium. 3 Facilior autem est probatio in actione exercitoria, institoria, & quod iussu, quàm in de peculio & de in rem uerso actionibus. In illis enim prioribus satis est docere, bona fide pecuniam esse creditam, cum res opus haberet refectione; nec cogitur creditor probare pecuniam in eos usus esse a impensam. Sed in de in rem uerso actione probandum quoque est, acceptum in rem domini conuersum esse. In actione autem de peculio duo coniunctim ostendi debent, nempe seruum habere, & tantum esse in peculio, ut solidum creditum hinc consequi possit. a Vt pulchre Plate. i §. eadem. sup. ead

b Is quoque.] 4 Tributoria cum de peculio, & de in rem uerso actionibus concurrit: quia quandoque plus vna consequimur, quàm alia. Ideoque liberum est actori magis expedientem eligere; & si semel elegerit, non est sibi regressus postea ad aliam futurus, quod Imp. hic satis declarat. Planè si quis uelit ex alia causa tributoria, ex alia de peculio agere, vel ex alia de peculio, ex alia de in rem verso, audiendus erit. b Sed si deceptus deteriorem eligat, succurrendum est ei ex generali clausula edicti. 5 Interim meminieris nonnullas esse differentias inter actionem de peculio, & tributoriam. Prima est, quod illa totum peculium respicit: hæc solùm rem peculiarem. Secunda, quod actione de peculio dominus deducit, quod sibi, & in sua potestate existentibus d debetur: sed tributoria dominus venit in tributum velut extraneus e creditor. Tertia, quod tributoria locum habet quando domino sciente seruus contraxit, sed de peculio actio etiam eo ignorante f & inuito: quæ omnia suis locis vberiùs explicauimus.
b l. quod i hæredem. 9. §. exigere. de trib. & §. præterea. sup. hoc titu.
c l. sed & 4. in fi. quod cum eo, qui i alie. &c. l. 1. ex q. cau. ma.

c Expedit agere.] scilicet creditori.

d Quo negotiatur.] nempè in merce g peculiari. d §. cum autem. sup. eod. titu.

e Aut fœnebri pecunia.] Ergo in fœnebri pecunia non habet locum institoria, nec tam ab ea, qui eam exercent, institores, quàm fœneratores h dicuntur. e §. introduxit. hoc titulo.

f De in rem uerso agere debet.] Potius scilicet, quàm tributoria; ut Theophilus exponit, qui rectè hic intellexit comparari actionem tributoriam cum actione de in rem verso. f §. præterea. sup. nostro tit. l. si quis seruum. 29. §. etiam. ff. de pecu.
g l. aliquando. 11. de tribu. act.
h vide Alci. ad l. penul. ff. cer. peta.

§. Quæ diximus.

1 Dicta de dominis, & seruis, intelliguntur de liberis, & parentibus.
2 Differentias esse inter filiosfa. & seruos.

Quæ diximus de seruo, & domino eadem intelligimus, & de filio, & filia, & nepote, & nepte, & patre aduè, cuius in potestate sunt.

1 Quæ hactenus.] de dominis, & seruis dicta sunt, ea quoque in filijsfamiliarum, & parentibus locum habere ostendit. Nam quoad supradictas actiones attinet, filiusfa. & seruus comparantur. 2 tametsi inter eos sicut olim, ita multò magis hodie non paucæ sint differentiæ, quas ad principium huius tituli supra a annotauimus. a sup. in princ.

§. Illud propriè.

1 S. C. Macedonianum in filijsfa. locum habet, non in seruis.
2 Verba S. C. Macedon. hic referuntur.
3 Bonum nomen quid significet.
4 Nomina facere.
5 Nomina pro debitoribus.
6 S. C. Macedonianum à Macedone dictum.
7 S. C. Macedonianum quando sit latum.
8 Lex Quinta Vicennaria apud Plautum.
9 Macedoniano non potest renunciari à filiofam.
10 Macedonianum duntaxat in mutuo locum habet.
11 Quibus casibus Macedonianum non habeat locum.
12 Dare, pro numerare.
13 Macedonianum etiam ad filiamfam. pertinet.
14 Exceptio Macedoniani quandocunque opponi potest, etiam post sententiam.

Illud

a Illud propriè seruatur b in eorum persona, quòd c senatusc͡osultum Macedonianum d prohibuit, e mutuas pecunias f dari g eis, qui in potestate parentis sunt; & ei qui crediderit, h denegatur actio tam aduersus ipsum filium filiamue, nepotem neptemue (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione, suæ potestatis esse cœperint) q̃ aduersus patrē auumue, siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quę ideò Senatus prospexit, quia sępe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, uitæ parentum insidiabantur.

a l. 1. ad S. C. Maced. l. si filius. C. eo. tit.
b d. l. 1.
c lib. 3. offic.
d hic.
e d. l. 1.
f gl. in l. tamē. 11. ad Mace.
g l. si quis patrē fa. 3. §. is autē solus, l. itē si filiusfa. 7. §. mutui dation\u0113. ad S. Maced.
h l. ult. c. ad S. C. Maced.
i d. l. si quis pa tresfa. in prin. & l. 1. C. eod.
k d. l. item si filiusf. §. q\u0111 dicitur. & l Maced. c. eodē.
l d. l. item filiusfamil. §. pen.
m eadem l. §. proinde si accepit. & l. filiusfa. in id. 17. eodem titu.
n d. l. item si filiusf. §. interdum. & l. si tā sciente. 12. ibid. & l. si permittente. c. eodem.
o d. l. item si filiusf. §. hoc amplius. l. si filiusf. absente. 16. d. tit. & l. vlt. in prin. C. eodem.
p l. quia h. titu.
q l. sed etsi pr̄fa. 9. §. hoc Se natusc. eo. tit.
r d. l. tamen.
s l. qui exceptionem. 40. de condi. inde.
t l. 3. §. is ātē, ff. hoc ti. ad S. c. Maced.

a Illud propriè.] 1 Potissimam differentiam inter filiosfa. & seruos hoc loci attexit Iustinianus, quod scilicet in mutuo filiusfa. non obliget patrem, propter S. C. Macedonianum, quod in filijsfa. duntaxat locum habet; cum in seruis a *sit secus.*

b In eorum.] Nempè filiorum familiarum.

c Senatus. Maced.] 2 Verba huius S. C. in b *Pandectis extant, ex ijs sequentia huc propriè pertinent. [Placere, ne cui, qui filiofa. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius: in cuius potestate fuisset, actio, petitioque daretur, ut scirent, qui pessimo exemplo fenerarent, nullius posse filijsfam. bonum nomen, expectata patris morte fieri. 3 Bonum nomen] in S. C. pro cautione obligatione ne accipere oportet, quæ scripto continetur; quod nomen debitoris habeat. 4 [Sanè nomina facere,] est pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem sibi aliquem facere. Petrus Mars. & Fr. Matur. nomina facta sunt, apud* c *Ciceronem, intelligunt pro eo, quod est sufficientem cautionem datam, [man hat die verschreibung gegen einander gemacht. 5 Sic nomina] apud Iurisconsultos pro debitoribus ponuntur. Quo sensu Alphius fœnerator apud Columell. dixit, [Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles;] hoc est, si non subinde debitum reposcas. 6 Porrò Macedonem (vnde dictum est [Macedonianum.]]* d *Theophilus adolescentem prodigum, & parricidam fuisse putat:* e *Vlpia. fœneratorem fuisse significat. 7 Quando autem latum sit hoc Senatusconsultum, non certò constat. Equidem Sueton. scribit, Vespasianū autorem Senatui fuisse decernendi, ne filiorumfam. feneratoribus exigendi crediti ius unquam esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem. Sed hanc legem etiam ante Cæsares inualuisse, ex quodam loco Terentij apparet; apud quem in Phormione seruus patri causanti, decuisse filium suum magis mutuam pecuniam, vel fœnore, quam egestate coactum inhonestas nuptias contrahere; respondet, [Hui dixti pulchre, siquidem quisquā crederet te viuo:] satis indicans, neminem tum uiuo patre mutuam pecuniam filiofa. credidisse. 8 Sed & Plautus in Pseudolo meminit cuiusdam legis Quintæ Vicennariæ, quæ mutuam pecuniam minorib. XXV. annis dari prohibeat. Verisimile itaque est, legem illam, quæ filijsfam. prohibeat mutuum dari, tēpore Vespasiani, non fuisse amplius in vsu: ideoque Vespasianum autorem fuisse, ut restitueretur.*

d Prohibuit.] 9 Adeò ut nec renunciari possit à filiofam. huic beneficio: quia non tam suo fauore, quàm odio fœneratorum f *fuit introductum.*

e Mutuans pecunias. 10 Quod si non sit mutuò data pecunia, sed ex alio contractu res bona fide credita, non est locus Macedonianæ exceptioni: g *nisi hoc fiat in fraudem Senatusconsulti, ut qui credere non potuit, magis ei uenderet, ut ille rei precium haberet loco mutui. 11 Sunt tamē plerique casus, in quibus etsi filiofa. mutuetur, Macedoniani exceptio cesset, veluti si filiusfamilias, qui mutuò accepit, sit* h *miles; si patremfamilias se fuerint mentitus,* i *vel publice talis reputatus: si studiorū cā mutuū acceperit probabili* k *mō; si soluerit filiusfa. pecuniā mutuò acceptam alij creditori, vel uertit in* l *peculium; si uertit pecuniam in rem patris quocunq; modo, statim, vel* m *postea; si parens consenserit exp̄sse, vel tacitè, non* n *cōtradicēdo, si denique parens ratū habuerit mutuum nominatim, vel tacitè, nō improbādo, aut partem* o *soluendo.*

f Dari.] 12 Id est, numerari. Nam quod dicitur, filiofam. credi non licere, non ad uerba, sed ad numerationem referendum est; ut p *Scęuola inquit, idemque exemplis illustrat.*

g Eis qui.] Queue; 13 nam & ad filiasfamiliarum pertinet S. C. Macedonianum, etiamsi constet, eas ornamenta comparasse ex mutuata pecunia, vel adhuc in peculio extent q *numi.*

h Denegatur actio.] Saltem efficax, quæ etiam exactionem habeat, ea enim denegatur ei, qui filiofa. mutuauit. Actionem tamen intendere potest, propter obligationem, quæ hic summo iure contrahitur, sed ea per exceptionem Macedoniani eliditur; 14 & quandocunque opponi potest, etiam post sententiam, aduersus actionem r *iudicati, si necdum solutum sit: nam si semel per errorem soluit, denegatur repetitio: quia odiosa est hęc Macedoniani exceptio, licet sit perpetua. Et hoc est, quod dicitur, Ex S. C. Macedoniano tam parenti, quàm filio exceptionem parari; non autem eo tolli, uel impediri ipso iure actionem: quod postetius non potuit* s *Senatus.*

i Quæ ideò.] Iustissima hæc est Senatusconsulti cā. Sæpe enim magnitudo æris alieni filiorumfam. parētibus vitæ t *periculum creat. Itaque Cicero in defensione Sex. Roscij, qui patrem necasse arguebatur, Luxuries, inquit hominem, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerūt.*

§. Illud in summa.

1 *Actionibus in hoc titulo relatis, non solum obliquè, sed etiam directò conueniri possunt pater, & dominus.*

2 Aetiologia prædicti dogmatis.
3 De verbo Condicere, & nu. 4.

Illud in summa admonendi sumus, a id quod iussu patris dominiue contractum fuerit, quodque in rem eius versum erit, b directò quoque posse à patre, dominoue c condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria actione tenetur, directò posse condici placet: quia huius quoque iussu contractum intelligitur.

a *Id quod iussu,]* 1 *Hinc discimus, quod non solùm obliquis actionibus. Quod iussu, De in rem verso, institoria, & exercitoria pater, dominusuè conueniri possit: sed etiam directo suo nomine, quasi ipsi* [a] *cõtraxerit.* 2 *Nam pater, & dominus videntur quodammodo personaliter contrahere, cum per seruum, & filium* [b] *contrahunt; & qui cum institore, vel nauis præfecto contrahunt, censentur etiam cum præponente, & exercitore contraxiße: ideoque potest directò ab eis debitum condici, ac si ipsi* [c] *contraxissent.*
b *Directò possit condici.]* 3 *Aliter, atque aliter hoc uerbum accipitur pro natura rerum; ut alibi dictum est: hic autem directò condicitur, cum non propter seruum, aut filium, sed propter iussum domini patrisuè, aut quia locupletior factus ille est,* [d] *condicimus.*
c *Condici.]* 4 *Condicere generaliter accipitur hoc loco pro in* [e] *personam agere. Cætera ad hunc titulum pertinentia (quæ breuitatis causa neglleximus) Accursius satis examinat.*

a l. 1. de in rem uer. l. 1. in pr. quod iussu.
b c. qui per aliũ facit. de regu. iur. in 6.
c Hic & l. si qs mancipiis. 17. in fin. de inst. act.
d Aemil. Fer. hic. & a. l. si insti torem. 29 ff. de reb. cred.
e S. appellamus. de actio. part. h. c.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS. TIT. VIII.

1 Connexio huius tituli ad præcedentes.
2 Noxales actiones quæ dicantur, & quæ sit earum uis.
3 Vocula noxalis, non est proprium nomen actionis.

Superiore.] 1 *tractatu de actionibus dictum est, quæ ex contractibus eorum, qui sunt in nostra potestate, puta seruorum, filiorumuè familias nascuntur. Quia uerò ex eorundem etiam maleficijs conueniri domini noxaliter possunt, ideò de [Noxalib. actionibus] iusto ordine subnectitur.* 2 *[Noxales] autẽ [actiones] appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxia atque maleficio, quod pœnam vltimi supplicij non habet, seruorum, aduersus dominos instituuntur; veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut iniuriam commiserint, vel damnum dederint; quarum actionum uis atque potestas hæc est,* [a] *vt, si damnati simus, liceat nobis de ditione ipsius corporis, quod deliquit, euitare litis æstimationem. Nisi fortè iussu dominorum, aut cum possent, non probibentibus eis serui deliquerint: quo casu in solidum teuentur; sicut mox in contextu huius tituli,* [b] *sequitur.* 3 *Neque tamen hæc vocula, Noxalis, nomen proprium actionis significat, sed potius qualitatis cuiusdam certis actionibus inhærentis: quod &* [c] *alibi attigimus.*

a l. a. ff. de nox. act.
b S. præterea. supra. de actio.
c l. 1. & 5. S. hoc titulo.

Princip. tit.

1 Noxæ appellatio ad publica delicta non pertinet, sed ad priuata.
2 Accusatio publici criminis contra ipsum seruum instituenda est.
3 Ex quasi delicto serui, non datur noxalis actio contra dominum, sed de peculio.
4 Casus ubi noxa deditione dominus non liberatur.
5 Quamdiu duret noxæ deditio.
6 Dominus noxaliter conuentus, habet optionem, vel soluere litis æstimationem, vel seruum noxa dedere.
7 Quid per litis æstimationem intelligamus.
8 Noxæ dedere, solutum esse noxa.
9.10 Noxa, & noxia an differant; & defensus Iustinianus à calumnia Vallæ.

Ex maleficijs seruorum, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt: quibus b domino c damnato permittitur, d aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem e noxę dedere. f Noxa autem est ipsum corpus, quod nocuit, id est, seruus: noxia ipsum maleficium; veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione permissum est noxæ deditione defungi. Namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

a *Ex maleficijs.]* 1 *Hoc de priuatis, non etiam publicis maleficijs accipiendũ a est. Noxæ enim appellatio ad publica delicta non pertinet, vt meritò* [b] *Vlpianus nominatim capitales cãs à noxalibus decernẽdas esse scripserit.* 2 *Rectè ergo criminis publici accusationẽ nõ cõtra dominũ, sed contra eũ seruũ qui facimus commiserit instituendam esse,* [c] *Diocletianus, & Maximianus rescripserũt. Vnde & est, qd*

a l. 2. C. & acc l. hos accusare. 12. S. omnibus. ff. illo tit.
b l. pen. si ex noxal. cau. arg.
c l. pen. S. ul. c. de noxa. act.

qui

qui stipulatur seruum noxa solutum, quaeri non possit de criminibus publicis. 3 Sed an etiam ex quasi maleficijs seruorum aduersus dominum noxales actiones competant? Et magis est, non competere, sed de peculio agendum d esse. Quemadmodum & eo casu, ubi principaliter non agitur ipsius maleficij nomine, sed ex aliquo contractu, licet delictum quoque uersetur, veluti si in re deposita dolus sit commissus; de peculio actio datur, non e Noxalis.

b Domino.] Quo scilicet ignorante, vel etiam sciente, prohibere tamen non valente, delictum commissum est; 4 nam si potuisset prohibere dominus, nec prohibuisset, in solidum tenebitur, nec liberabitur corporis deditione, quasi ipse delictum f commisserit.

c Damnato.] Dummodo tamen necdum sit petita executio. 5 Tamdiu enim quis habet noxae dedendi facultatem, quandiu iudicati non g conuenitur; post susceptum autem iudicium non potest noxae dedendo sese amplius liberare.

d Aut litis aestimationem.] 6 Dominus ergo pro delicto serui noxaliter conuentus, optionē hēt, vt vel dãni litisque aestimationem soluat, aut seruum ipsum noxae, & pro damno dedat. Utrolibet enim modo liberatur; & haec dedendi facultas usque ad executionem sententiae conceditur. Ad litis quidem aestimationē condemnatur dominus; noxae deditio ex lege datur. 7 Litis autem aestimationem dicimus quanti reus condemnatur pro dispendijs actoris, atq; ijs, quae ex hac actione actoris intersunt, & ad mulctatitiam pecuniam, seu numarias sententias h refertur: sic. i estimatam litem uocat.

e Noxae dedere.] 8 [Noxae] autem [dedere,] est pro noxa relinquere, & cedere agenti noxaliter; quasi dicamus, poenae tradere, propter uindictam admissi delicti: q. & noxā dedere quandoque k dicitur, sicut cōtra, solutum esse noxa dicimus, cum quis satisfecerit, vel liberatus sit à uindicta delicti.

f Noxa autem.] 9 In hanc Iustiniani sententiam l Valla grauiter inuehitur, noxam appellantis ipsum quoque serui corpus, quod nocet: noxiam verò maleficium; qua in re, & Beroaldum sectatorē habuit. Sed Alciatus scribit, apud ueteres noxam à nocendo dictam inueniri; unde praeter poenā etiam nocumentū significare. n Ouidius: —[Sine noxa luce bibuntur.] Meritò ergo seruus qui nocuit; Noxa dici pōt; sicut & Ate illa Homerica, Noxa appellatur: Noxia verò ipsa est culpa, siue maleficium. Plautus in Bacchide: [Sat sic suspectus sum, cum carco noxa.] M. Manilius. [Quinetiā infelix virtus, & noxia felix.] Vnde merito Seruius Virgilium noxam pro noxia dixisse scripsit, inquiens: [Unius ob noxā—] quo exēplo, & alij o veteres saepius utuntur. 10 Ex quibus palam fit, quàm iniquo iure Iustinianum insectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dū adiectiuè tantum dici noxiam opinantur, contra veterum autoritatem.

d l. si seruus naucm. 42. de fur. nec obstant iura in gl. hic allegata; qa loquūt. de quasi maleficio domini.
e l. ex contractibus. 49. de actio. & oblig.
f l. 2. de noxa. act. l. pe. c. eo.
g l. itē Veniūt. 20. §. idem re. ēē. 5. ff pe. hę
h Ferra. hic.
i Vesti. 4.
k l. 1. l. si uerò ff ijs qui deie. vel effu.
l lib. 6. elegāt. c. 36.
m li. 4. de uerb. sig. & l. plebs. 238. §. vlt. eo. titu.
n li. 15. Metam.
o Plaut. in casi. Terēt. in Eun. Liui. l. 3. & 5. Baldui enim hic plures refert.

§. Dominus.

1 Quae sit ratio, quod dominus dedendo seruum liberetur, cum sola damni aestimatio sit in solutione.
2 Quid dicatur esse in obligatione, quid in solutione.
3 Duplex intellectus vers. nec minus.
4 Thophili extensio ad hunc locum reiecta.
5 Per noxę deditionem non transferri solidum dominium serui.

Dominus noxali iudicio serui sui nomine conuentus, seruum actori noxae dedendo a liberatur: b nec minus in perpetuum eius serui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, qui deditus est seruus resarcierit c quaesita pecunia, auxilio Praetoris d inuito domino manumittetur.

a Liberatur.] 1 Sed quomodo dominus dedendo seruum noxa liberatur, cùm non seruus, sed tantum ipsa damni aestimatio sit in obligatione, quę etiam sola peti debet? Respondet a Bartolus, ideò liberari dominum, quia ipse seruus erat in solutione. 2 Dicitur autem aliquid esse in obligatione, cum uinculo obligationis innectitur: Illud uerò dicitur esse in solutione, quod potest pro re obligata solui, licet iudicialiter peti nequeat. Sic est in proposito, quia quando serui noxiam nocent, tunc pecunia damni est in obligatione, non etiam seruus, nisi dominus eum sponte b dedat.

b Nec minus.] 3 Hęc uerba dupliciter possunt c intelligi. Nam si referas ad superiora, sensus est: qd noxae deditio, quamuis fiat solius damni ratione, nihilominus respectu domini dedentis inferat perpetuam alienationem, ita ut non possit amplius seruum recipere, etsi aliam damni compensationem faceret. Sin verò ista verba coniungantur cum sequentibus, tunc sensus est, non ideò minus perpetuum dedisse serui dominium à domino transire, quod postea possit seruus sese redimere, si estimationem damni aliquo modo resarciat; quia haec redemptio nihil proderit priori domino, sed ipsi seruo, ut liberetur: atque hoc posteriori sensu Theophilus hunc locum intellexisse uidetur.

c Quęsita pecunia.] 4 Idem putat esse Theophilus, si operis suis atque ministerio, damni estimationem uideatur praestitisse: sed in legibus non probari posse uidetur, inquit Baldum, quia solus bonae fidei possessor fructus suos facit, fructus autem serui sunt operę, atque ministeria.

a in l. miles. 6. §. 1. de re. iud. per l. si qs stipulatus fuerit decem. 57. de solut.
b vide Zas. latius in d. l. miles. §. 1.
c Bald. hic.

Inuito

d Inuito domino.] 5 Hinc ergo colligitur, non solidum integrumque dominium huiusce serui ad eum, cui deditus est, transire: alioqui enim quamuis sepe pro capite pecuniam offerret, nunquam tamen inuito Domino manumitteretur. Itaque Iustinianus hoc loco dominum, & cui seruus noxae deditus est, a opponit.

d vide Ho.. hic.

§. Sunt autem.

1 Noxalium actionum aliae sunt ciuiles, aliae Praetoriae.
2 Noxales actiones sunt tantum adiectitiae qualitates principalium actionum.

Sunt autem constitutae noxales actiones, aut legibus, aut edicto Praetoris. Legibus: veluti a furti ex lege xij. tabularum, dampni iniuriae, ex lege Aquilia; Edicto Praetoris; veluti iniuriarum, & bonorum raptorum.

Obserua,] 1 noxalium actionum quasdam esse ciuiles, & quasdam Pretorias vel alias esse ligitimas, alias honorarias. a Vlpianus enim scribit, Noxalem actionem de damno iniuriam dato primū lege xij. tab deinde lege Aquilia constitutam esse. Idem etiam b Pretoris edictum de seruorū noxis profert. Porrò vel ex hoc loco apparet, 2 Noxales actiones non esse, nisi quasi quasdam adiectitias qualitas aliarum principalium c actionum; veluti noxalis actio furti, noxalis Aquilia, noxalis vi bonorum raptorum; de quib. omnibus eorumque pena superius sigillatim diximus. Et hę non mutant, sed potius sequuntur naturam & tempora actionum, quib. adijciuntur. Unde noxalis actio vi bonorum raptorum, non nisi anno quadrupli est; post annum d simpli; quoniam & ipsa principalis actio, vi bonorum, intra annum quadrupli penam habet; post annum rei persecutoria e est.
a Furti.] Nempe non f manifesti. Nam manifesti furti pena ex edicto Pretoris est quadrupli.

a l. 1. ff. hoc tit.
b l. quoues. 21. c.
c Faber hic.
d l. penul. C de noxal. actio.
e l. praetor. ait. 2. §. si quis ad uē. vi bo. rap.
f vid. Gel. lib. 11. c. 18.

§. Omnis autem.

1 Noxalis actio semper caput sequitur, quomodo accipiatur.
2 Noxalis actio est personalis, in rem scripta.
3 Seruus qui noxam nocuit, postea manumissus, tenetur actione paenali in solidum.
4 Seruus contrahens, si postea liber fiat, an ex contractu teneatur.
5 Si liber homo delinquit, postea fiat seruus, actio directa in noxalem mutatur.

Omnis autem a noxalis actio b caput sequitur; Nam si seruus tuus noxiam commiserit, quandiu in tua potestate sit, c tecum est actio: si autem in alterius potestatem d peruenerit, cum illo incipit actio esse. At si e manumissus fuerit, f directo ipse tenetur, & extinguitur noxe deditio. g Et diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiā commisit, & is seruus tuus esse cęperit (quod h quibusdam casibus effici, primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quę ante directa fuisset.

a 1 Noxalis actio.] Noxalis actio semper caput sequitur, hoc est, semper aduersus eum exercetur, qui in potestate seruum habet, qui noxiam a admisit, vel dolo fecit, quominus b haberet. Et hoc est, quod Gordianus c Imp. prouerbialiter extulit: [Noxa caput sequitur,] quoniam, vt M. Cato ait, nequiter factū semper durat, & reum comitatur. 2 Hinc ergo constat, noxalem actionem, quamuis sit personalis, vtpote descendens ex obligatione ex delicto tamen ipsi rei inhaerere, & quemcunque possessorem serui delinquentis sequi, ideoque in rem scriptam esse.
b Caput.] Caput hoc loco pro persona, quae caput habet, & cum qua lege agi possit accipitur: veluti quādiu Stichus meus est seruus, eius sum caput, neq. n. serui caput habent, sicut Iustin. sup. de cap. dimin. dixit.
c Tecum est actio.] Tanquam capite; Noxalis actio semper dominum & caput obnoxij serui persequitur. Ait enim a Vlpianus; si seruus ad alium peruenisse proponatur, iure dominij noxali iudicio dominum conueniri.
d Peruenerit.] Post noxiam admissam.
e Manumissus fuerit.] Intellige, seruus qui noxam commisit.
f Directo ipse tenetur.] 3 Seruus ipse, iam liber factus, tenetur ex delicto suo, videlicet actione d penali & quidem in solidum, nec pōt seipsum pro noxa dedere, sed noxe deditio extinguitur, vt hic Imperator ait. 4 Cęterum ex contractu in seruitute inito, vel gesto negotio liber factus non e teneretur, etiamsi eius delictum versetur, ut si in re deposita dolum commiserit, cum agatur ex deposito, non poterit eo nomine conueniri f manumissus. Si tamen connexa fuerit gestio illa, quam gessit in seruitute, cum ea quam liber fictus fecit, ipsum teneri nulla dubitatio g est.
g Ex diuerso [Inuertit prius thema. 5 Si liber homo deliquit, & seruus factus sit, priusquam agatur, actio quae prius directa erat, & in solidum, in persona delinquentis, efficitur noxalis in persona possesso-

a l. sed si vni⁹ 17 §. si iussu dñi, 7. de iniur. l. mihi. 21. §. in exercitu. commodat.
b l. electio. 26. §. si is, d nox. ac.
c l. licet. C. an ser. ex suo del. & l. 1. C. de nox. act.
a l. pen. in fi. ff. hoc tit.
d l. qd ab alio. 15. de condi. fur. & d. l. licet.
e l. j. & 2. C. an ser. ex suo del.
f l. 1. §. si apud. de po.
g l. cū actū. 17. neg. ge. & ibi gl. & gl. in l. 1. C. de nex. ubi et alios casus referent, in q. bus seru⁹ liber factus tenetur de ante gestis.

ris; sicque directa actio in noxalẽ commutatur. Ratio est, cum obligatio ex noxa contractas, caput sequatur: caput autem eius, qui deliquit, iam cœperit esse is, in cuius seruitutem redactus est: sequitur necessario, vt aduersus eum actio noxalis detur.

b Quibusdam casibus.] Vt quia libertus post delictum ob ingratitudinem reuocetur in seruitutem; vel liber homo patiatur se vendi ad pretium [h] *participandum.*

h §. serui autem. supra de iure person.

§. Si seruus.

1 *Inter seruum & dominum nulla oritur ciuilis obligatio, & per consequens nec actio.*
2 *Quod ab initio non valet, ex post facto non conualescit.*
3 *Quod in eum casum venit, vnde non potest incipere, non valet, fallit, nu. 4.*

a Si seruus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur. Namque inter dominum & eum, qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque etsi in alienam potestatem *b* seruus peruenerit, aut manumissus, fuerit; neque *c* cum ipso, neque cum eo, cuius nunc *d* in potestate sit, *e* agi potest. *f* Vnde si alienus seruus noxiam tibi commiserit, & is postea *g* in potestate tua cœperit, *h* interdicitur actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque *i* licet exierit de tua potestate, agere nō potes: quemadmodum si dominus in seruum suum aliquid commiserit, nec si manumissus aut alienatus fuerit, *k* seruus vllam actionem contra dominum habere potest.

a l. lis nulla. 4. & l. vir certis. 53. de iud.
* l. vlt. C. an ser. pro suo fac.

a Si seruus.] 1 Inter seruum & dominum nec ex contractu, nec ex delicto obligatio ciuilis [a] *consistit propter potestatem dominicam, quę ipē contractue, vel delicti eam hinc inde oriri impedit: ideoque nec actio competit. Verberibus enim seruos à dominis conueniendos esse Dioclitianus & Maxim.* [*] *Impp facerè scripserunt, i. castigandos. Quod adeò verum esse, Imp. hic docet, vt si nouum dominum inciperit seruus ille, qui contra dominũ deliquit, obtinere; vel si liber factus fuerit, non possit antiquus dominus aduersus ipsum experiri, nec nouum dominum noxaliter conuenire. Et obserua ex contextu nostro obiter duas elegantes regulas. 2 Prior est: [Quod ab initio non valet, ex post facto non* [b] *conualescit:] 3 Posterior: [Quod eum casum recidit, vnde incipere non potuit, non* [c] *valet] Vtraque tamen regula suas exceptiones habet: quas Doctores alibi in locis* [d] *proprijs vberrimè examinant: Eò iuris studiosum remittimus.*

b l. quod initio. 29. de reg. iu. ibi Dec. c. nō firmatur. ibi Dv. eo. ti. li 6.
c §. si quis debitori. ver. ex cōtrario. sup. de leg. Dd. l. plur. 140. §. 1. de ver. obl Deci. l. in ambiguis. 85. §. non est nouum. de regulis iuris.

b Seruus peruenerit.] Post admissam noxiam.

c Cum ipso.] Olim seruo, iam per manumissionem libero facto.

d In potestate sit.] Quacunque tandem ratione in eius potestatem deuenerit.

e Agi potest. Ex anteriore scilicet noxia: nam si post manumissionem, aut alienationem iterum rem contrectarit, quasi ex nouo furto actionem dari non [e] *dubitatur.*

f Vnde si alienus.] Huc quadrat Triphonini responsum eadem de re, quod in [f] *Pandectis extat: & huc abscribi potest.*

g In potestate tua esse cęperit.] Ante litem scilicet contestatam: nam post acceptum iudicium, condemnandus mihi erit venditor, vt [g] *Triphonius scribit.*

h Interdicitur actio.] Potestas enim dominica superueniens extinguit obligationem inter te & seruum delinquentem priùs ortam: quia res, quæ ab initio valebat, iam deuenit ad eum casum, à quo non posset incipere. 4 Quod tamen verum est (vt dixi) si ante acceptum iudicium deueniat, secus si post: quia tum non extinguitur, sed durat perinde, ac si extraneo quęsitum ius esset. Sed etsi seruus exeat potestatem damnum passi, non tamen restituitur obligatio iam extincta; propter regulam, quę dicit: [Obligationem semel extinctam, ex causa superueniente] [h] *non reuiuiscere.*

d in locis iam allegat.
e l. 1. in fi. C. de nox. act.
f l. si alienus. de nox. act.
g d. l. si alienus.
h l. quemadmodum. in prin. hoc tit.
i l. qui res. 98. §. aream. §. de solu.

i Licet exierit.] Postquam semel meus factus est.

K Seruus vllam actionem.] Ex Domini in seruum peccato neque seruus manumissus, neq; nouus Dominus agere potest: ratio est superior, quoniam quæ ex ipso facto nata non est obligatio, ex post facto nasci non potest.

§. Sed veteres.

1 *Lege 12. tab. filiusfa. instar serui, noxę dedebatur.*
2. 4 *Hoc, postea fuisse immutatum: & quę sit ratio.*
3 *Hodie seruus duntaxat noxę dedi potest, non etiam liber homo.*
5 *Iniuria illata filio, dicitur illata patri.*
6 *Non serui, sed eorum domini noxaliter conueniuntur.*
7 *Ex delicto filij ipse obligatur, non pater.*
8 *Quomodo aduersus filium damnatum ob delictum, fiat executio.*
9 *An & quando etiam contra patrem fiat executio.*
10 *Ex contractu filij, aduersus patrem de peculio agi potest.*

Sed

Sed *a* veteres quidem hoc & in filiisfamiliarum masculis & fœminis admisere, noua autem hominum conuersatio huiusmodi asperitatem rectè respuendam esse existimauit, & ab vsu communi hoc penitus recessit. *b* Quis enim patiatur filium suum,& maximè filiam, in noxam alii dare? *c* vt pene per filii corpus pater magis,quam filius pericliteturicum in filiabus etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat? Et ideo placuit, *d* in seruos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum Commentatores inueniremus sępius dictum, ipsos filiosfamiliarum *e* pro suis delictis posse conueniri.

a Veteres quidem] *Legem 12 tabul. intelligit: 1 ea enim filiusfamil. non secus atque seruus, vbi pater litem æstimatam soluere respuisset; noxæ etiam ad occisionem usque dedebantur: a idque tam in masculo, quam in fęmina obtinebat. Cùm enim eos interficere liceret, non mirum est, si etiam noxæ dedere liceret. 2 Sed hanc legis duritiem posterior ætas merito mitigauit: quando filiusfam. qui deliquit, ipse conueniri, & pro peculio suo multari, aut vbi causa exegerit, ad pęnam corripi* [b] *potest. Olim ergo actio noxalis tā pro seruo quàm libero homine competebat: & vterque pro noxa dari poterat. 3 Hodie hoc duntaxat in seruo locum habet. siquidem homo liber, quia æstimationem non recipit, noxali iudicio subijci non* c *potest. Et hanc inter filiumfa. & seruum differentiam* [a] *supra quoque annotauimus.*

b Quis enim] *4 Aetiologia est immutati iuris Decemuiralis. Sanè leges ciuiles multum tribuunt affectionibus illis parentum in liberos: & agnoscunt filium propter cognationem esse quandam portionem corporis* [e] *paterni. 5 Quare iniuria illata filio, dicitur illata* [f] *patri: nec quicquam refert a edictū [Quod metus causa,] an in se quis territus sit, an in liberis* [g] *suis; & multa passim extāt in historijs exempla, ubi patres pro filijs etiam mortem subire, aut mortuos spontanea morte sequi non* [h] *dubitarent.*

c Vt pene per filij corpus.] *Hoc est cum ferè magis puniatur pater per filium, quàm ipsemet filius.*

d In seruos.] *Id est, propter seruos noxiam committentes: 6 neque enim serui conueniuntur noxali iudicio, sed eorum domini.*

e Pro suis delictis.] *7 Ex delicto ergo priuato filij, ipse filius obligatur, conuenirique potest, non* [i] *pater; ideoque nec damnum emendare tenetur pater; sed fiet executio in peculio castrensi vel quasi castrensi ad filiumfam. pleno iure* [k] *spectante: quia in eo pro patrefam.* [l] *habetur. Item & in peculio aduentitio, si pater permiserit eius administrationem filiofam. 8 Quod si nullum habeat peculium filius, secundum delicti qualitatem castigandus* [m] *est. 9 Si tamen filiusfa. propter delictum conuentus sit & condēnatus, posse patrem quoque iudicati actione conueniri de peculio,* [n] *Vlpianus scribit: licet aliud obseruetur, si ob contumaciam damnatus sit* [o] *filius: ea enim specie non fiet executio aduersus patrem, nec actor mittetur in possessionem peculij profectitij uel* [p] *aduentitij: nisi contra filium esset lis contestata, isque postea decederet,* [q] *vel pater factus esset inde* [r] *locupletior, non tamen tenetur pater in solidum his casibus, sed tantū peculio tenus. 10 Cæterum ex contractu filij qui agi possit aduersus patrem de peculio, etiam antequam filius condemnetur, extra* [f] *pugnam est; siue de aduentitio, siue profectitio peculio loquamur. Reliqua huc pertinentia ex Cōmentarijs interpretū euoluere licet; sufficiat, quæ ad textus enarrationē spectant, annotasse.*

a l. in fuis 11. ff lib. & postu. l. ul. C. de pat. pot.
b l. liber homo. 13. §. si liber. ad l. Aqui l. cō fessionib. 13. de inter. act. l. apud antiquos §. vl. C. fur. & fei. cor. & l. nox. 33. nox.
c l. 1. §. sed cū hō. de iis qui deie. uel eff.
d In rub. ti. proxi. præc.
e l. cum scimus, §. ul. C. ff agr. & cens. li. 11.
f §. patitur sup. de iniu.
g l. isti quidē 8. §. ul. de eo qđ met. cau.
h Exempla reg re ex Officina Ioan. Rauisij Textoris.
i Hic, & l. 2. C. ne fil. pro patre.
K l. 1. ff cas. pec.
l l. ul. C. de inof. tes. l. 2. ad Maced.
m Faber hic n. 3.
n l. etsi condēnatus 35. de noxa. act.
o l. 3. §. itē scribit. de pecul.
p tex. & gl. l. pater qui castr. pecul.
q l. tam ex cōtractu, 57. de iud.
r l. 3. §. ex causa de pecu.
f Faber hic.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICTATVR. TIT. IX.

1 *Quis sit ordo huius tituli ad præcedentes.*
2 *Quadrupes à pecude an differat.*
3 *Pauperies quid significet.*
4 *Ordo actionum pro delictis competentium.*
5 *Actio de paupperie quadrupedis, quare introducta, & quid ea consequamur.*

Iusto 1 nexu hic titulus præcedentem consequitur. Quia enim noxalis actio non eo tantum casu competit, quando à nostris seruis damnum datur; sed etiam si à nostris quadrupedibus, vel alijs animalibus; ideò de hoc quoque subiungendum erat. 2 Quadrupedem autem pro pecude accipi, Alciatus quoque in Comment. annotauit. Plerique [Quadrupedes] uoce maiora, [Pecudis] minora quadrupedia intelligi uolunt. 3 Cæterum [Pauperies] hic pro damno accipitur, siue iniuria facientis dato, ut cum animal quod sensu & ratione caret, damnum intulerit; sicque Festus etiam lib 14. [pauperiem,] damnum definit esse, quod quadrupes facit. 4 Et obserua hic gradus uariarum actionum pro uaria delinquentium ratione. Nam si à liberis hominibus detur damnum, competit actio ex lege Aquilia; si à nostris seruis, noxalis actio locum habet; si verò à nostris quadrupedibus, tunc eadem quidem actio conceditur, sed aliud nomen habet. 5 Nam in hanc rem nominatim lex XII. tab. actionem de pauperie quadrupedis introduxit; per quam consequimur, ut uel detur id, per quod nocitum est, nempe ipsum animal, quod noxiam commisit; aut noxæ atque damni æstimatio præstetur. Et horum alterum eligere potest reus conuentus legis autoritate; ideo utrunq; alternatim peti debet. Quod si reus sic condemnatus neutrum præstans fuerit conuentus actione iudicati, & susceperit iudicium, tunc dedendo noxæ animal quod nocuit, non liberatur, sed tenetur in solidum ad totam damni [a] *æstimationem.*

a l. item ueniunt 20. §. idem recte de pet. hę. l. miles. §. 1. de re iud.

Princip. tit.

1 *Etiamsi aliud animal quam quadrupes, pauperiem faciat, actio de pauperie competit.*
2 *Actiones aedilitiae.*
3 *Feruoris vocula quid significetur.*
4 θερμότης, θερμαίνω.
5 *In scortatores inuehitur.*
6 *Actio de pauperie.*
7 *Verba legis 12. tabularum de pauperie.*
8 *Si secundum naturam quadrupes pauperiem faciat, cessat actio de pauperie.*
9.10 *Si quadrupes neglecta pauperiem fecerit, actio legis Aquiliae competit: quandoque in factum agitur.*
11 *Actio de pauperie duntaxat locum habet, quando quadrupes contra naturam pauperiem facit.*
12 *Alius casus, in quo de pauperie actio non datur.*
13 *Actio de pauperie non conceditur, nisi vbi animal mansuetum deliquit.*
14 *Pauperies quid sit.*

a Animalium nomine quae ratione carent, si qua lasciuia, b aut feruore, aut feritate pauperiem fecerint, c noxalis actio lege 12. tabularum prodita est. Quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem: d quia ita lex 12. tabularum scripta est: e ut puta si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, cornu petierit. Haec autem actio in his quae f contra naturam mouentur, locum habet. Ceterum h si genitalis sit feritas, g cessat actio. i Denique si ursus fugerit à domino, & sic nocuerit, non potest quondam dominus conueniri, quia desiit dominus esse, ubi fera euasit. k Pauperies autem, est damnum sine iniuria facientis datum. Neque enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. l Haec quidem ad noxalem pertinent actionem.

a *Animalium.] In nostra potestate existentium* 1 *Vtitur autem generali dictione, [Animalium,] Imperator, ut ostendat hanc actionem. [Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur,] locum habere, etsi non quadrupes, sed aliud animal pauperiem* [a] *fecerit, saltem utilem, puta bipes, aut etiam bestia fera, dum est in alicuius dominio, ex ratione & voluntate legis.* 2 *Sed & Aediles Curules apud Romanos de feris bestijs (quarum lex Decemuiralis nominatim non meminit) edixerunt generaliter de omnibus animalib. ex quorum edicto actiones in factum introducuntur, quae uocantur* [b] *[Aedilitiae.] Praeter has autem aedilitias vtilis etiam de pauperie locum habet; neque altera condemnatus, ab altera liberatur, quemadmodum ad finem huius tituli subijcit* [c] *Imperator.*

a l. pen. si quadr. paup. fec. dic. d. l. pen.

b de quib. in l. hi nu. 40. & l. sequen. l. qua vulgo 42. de aedi. edi.

c §. ult. inst. eod.

b *Aut feruore.] Ita habet textus Norcius: in quem sensum Theophilus quoque legisse videtur;* 4 *uertit enim* θερμότητα, *id est, feruorem seu caliditatem, quae scilicet commouetur in animalibus ex praesentia foemellae; à uerbo* θερμαίνω, *quod calefacere significat. Et quanquam talis appetitus & feruor coniungendi sit naturalis; tamen quod ostia & domos effringant, aut rumpant tali feruore concitata animalia, id planè contra naturam est, atque ita hic intelligitur. Quod si hoc in quadrupede contra naturam iudicatur, multò fortius in homines talis feruor detestandus est.* 5 *Plusquã ergo bestiales sunt homines (inquit* [d] *Faber) qui effringunt fores mulierum, & quasi uerres spumantes, tauri petulantes, foetore hircino aerem inficientes, villam circumeunt, &c.*

d hic.

c *Noxalis actio.]* 6 *Quae tamen peculiare nomen habet, videlicet actio de pauperie quadrupedis, vel, actio. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Fuit enim dictio, Si, in denotandis actionum formulis admodum solenni apud ueteres.*

d *Quia lex 12. tab.]* 7 *Verba legis talia* [e] *fuerũt: [Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, ei cuius intererit, in eum qui dominus erit, quo tempore de noxia quaeretur, actio esto; ut vel noxae quadrupedem dedat, vel noxae aestimationem praestet. Si in iure interrogatus dominus falso negauerit suam esse,* [f] *damnator. Si plurium quadrupes erit, in quemuis experiri potestas esto. Ante acceptum iudicium partes suas cedentes* [g] *liberantor.*

e ut eã hic Eguinar. refert.

f l. 1. hoc tit.

g l. si plurium. & de nox. ac. & l. si seruus. 8.

e *Vt puta si equus.] Haec uerba ad legem XII. tab. non pertinent, sed pro exemplo adiecta sunt. Et ea ipsa uerba Bald. existimat parum conuenire rei propositae, sed magis seruire sequenti loco de animalibus, quae contra naturam mouentur: sicut etiam in hunc finem ab* [h] *Vlpiano referuntur.*

h d. l. 1. §. 1. hoc nostro tit.

f *Contra naturam.] Hoc est, contra naturalem consuetudinẽ omnium eius generis animalium.* 8 *Nam si ex generali naturae consuetudine quadrupes damnum dederit, vt bos depascatur suopte motu sata vel gramina, aut porcus glandes legat, omnino cessat de pauperie actio* [i]*, quia nihil contra naturam sui generis deliquit; quod in hoc iudicio necessarium est, sed magis secundum naturam damnum fecisse intelligitur. Datur tamen actio vtilis [de pastu pecoris.]* 9 *Quod si quadrupes neglecta pauperiem fecerit,*

i l. Quintus Mutius 39. ad le. Aquil.

dominus

dominus solidum debet ex lege Aquilia; idque ex dolo vel custodia non satis diligenter k *adhibita. Cuius noxiæ atque damni æstimatio tanti fieri debet, quanti res, dum depasceretur, vendi potuisset, ob euentum illum maturationis, qui dubius est, atque in manu eius, qui rem iam maturam interire quandoque finit; & ob id in æstimationem non* l *ducendus.* 10 *Si autem tua quadruples sine tuo facto immissa secundū suam naturam depasta sit glandem meam, actio in factum datur, in quantum factus es ex eo pasto* m *locupletior.*

k l. si seruus seruum. 27. §. si fornicarius, ad leg. Aquil. l. videamus. 11. & l. qui insulam. 30. §. mulas. loc.

l l. pe. ff. 27. fa. ercis. l. lege Falc. non ha. 45. ad leg. fal. Cyn. in l. 5. ti. C eo. tit.

m l. qui seruādarum. 14. §. vlt. de præsc. ver.

g Si generalis sit feritas.] *Idest, natiua ferocia, ita quòd animal suo motu, & non hominis facto, siue instigatu ad feritatem moueatur; vt in exemplis supradictis. Ho. legendum putat,* [*ingenita talis &c.*]

h Cessat actio.] 11 *De pauperie scilicet, quæ hoc solum respexit, quod animalia nostra plerunque contra naturam suæ mansuetudinis per lasciuiam aliudue vitium ad feritatem commouentur, & damnum dant, quod prouideri non potuit: quorum nomine nos vltra, quàm noxaliter teneri, sanè iniquum esset. Si tamen dolo vel culpa, aut negligentia hominis damnum factum sit, legis Aquiliæ, & in factum actionem competere paulò ante diximus.*

i Denique si vrsus.] 12 *Alium casum narrat, in quo cessat de pauperie actio; nempe si fera bestia in alicuius potestatem redacta cicurata fuit, sed postea aufugiendo, seseque recipiendo in naturalem libertatem, pauperiem fecerit, dominus non tenebitur; quia per fugam & euasionem illius bestiæ mox desiit esse dominus, propter feritatem naturalem, & ideo fit* n *occupantis. Quare etsi postea redeat iterum in manum domini, adhuc tamen cessare hanc actionem Faber docet; quia nunquam fuit* o *nata.* 13 *Vnde colligis, de pauperie actionem non habere locum, nisi vbi animal mansuetum deliquerit, seu damnum dederit contra naturam sui generis.*

n d. l. 1. §. in bestijs.

o Fa. l. qui res 98. §. area. de sol. & l. si seru' legat'. de adi. lega.

K Pauperies.] 14 *Ex* p *Vlpiano explicat Imp. quid sit* [*Pauperies;*] *nempe damnum sine iniuria facientis datum, cum animal, quod sensu & ratione caret, damnum intulerit.*

l Hæc quidem.] *Quę hactenus dicta sunt: videlicet, quod pro damno feræ bestiæ non agatur de pauperie; & quod nomine mansuetæ, noxaliter tantùm agatur.*

p d. l. 1. §. 1.

§. Cæterum.

1 *Verba edicti ædilitij, cuius hic fit mentio.*
2 *Quid veniat in actionem ædilitiam.*
3 *Duæ pœnales actiones de eadem re concurrentes, nunquam inuicem consumuntur.*
4 *Quomodo prædicta regula sit accipienda.*
5 *Quando ex eodem facto plures actiones dantur, vna electa an cæteræ pereant.*

Cæterum sciendum est, a ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsum, b leonem ibi habere, quà vulgò iter fit; & si aduersus ea factum erit, c & nocitum libero homini esse dicatur, quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus d condemnetur; cæterarum verò rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter hæc autem ædilitias actiones, & e de pauperie locum habebit, f Nunquam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, vna aliam consumit.

a Aedilitio edicto.] *Cuius hæc verba in* a *Pandectis extant:* 1 [*Ne quis canem, verrem, vel minorē aprum, lupum, vrsum, pantheram, leonem, quà vulgò iter fiet, ita habuisse, velit, vt cuiquam nocere, damnumue dare possit. Si aduersus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, solidis ducentis; si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum & æquum iudici videbitur, condemnetur. Cęterarum rerum, quantum damnum datūm factumue sit, dupli.*]

b Leonem.] [*Et generaliter,*] *inquit* b *Vlpianus,* [*aliud animal, quod noceret; & siue solutum sit, siue alligatum, siue contineri vinculis, quominus damnum inferat, non possit.*]

c Et nocitum.] *Priusquam tamen nocitum fuerit, non habet locum hæc ædilitia actio.*

d Condemnetur.] 2 *Non tamen habita vlla deformatis ratione: cum liberum corpus æstimationem non recipiat: sed impensarum in curatione factarum, & operarum amissarum, quasque amissurus quis sit inutilis factus, vtique habenda ratio* c *est.*

e De pauperie.] *Saltem vtilis, ex ratione & voluntate legis.*

f Nunquam enim.] *Regulam subijcit Imp.* [*Nunq̄ duas actiones, præsertim pęnales, de eadem re concurrentes, aliam ab alia consumi:*] *quæ regula de eadem re, eodemq; facto loquitur & duobus* d *Pandectarum locis extat. Hanc Faber & Aretinus fusissimè exponunt.* 4 *Sic autem intelligenda est breuiter; vt vna aliam non consumat, quo minus concurrant, simulq; cōpetant; at interim vnà electa, alia* e *tollitur.* 5 *Quod absolutè procedit, quādo plures actiones ex eodē facto conceduntur, vnusq; est titulus criminis; quia tunc electa vna, altera nō disperit* f *in eo qđ amplius in ipsa est. Et pdicta locū habent quādo sunt actiones, quæ ex eodē facto & delicto nascuntur: tunc n. vna aliam non absorbet. Plura enim concurrentia nunq̄ faciunt, vt vllius impunitas detur; neq; delictum minuit pœnā, sed interest publicè, nullū impunitum* g *relinqui.*

a l. hi. nu. 40. & seq. quā vulgo de ęd. ed.

b l. & generaliter aliud. 41. de ædil. edict.

c l. ex hac lege. hoc tit.

d l. nunq̄. 60. de actio. & obl. l. nunq̄ 130. ibi Dec. de re. iu.

e l. idem ait. in fin. nau. cau. stab. l. licet. §. possumus. eo. ti. l. plura 53. 1 prin. de act. & obl. fa. l. quod in herede. §. eligere. d trib.

f l. vi bon. rap. l. 1. arb. fur. cęs. & l. qui seruū. 24. de act. & obl.

g l. nunq̄ plura. 2. de priua. deli.

 qui.

qui. Et in hanc sententiam [h] *Bartolus etiam inclinaße videtur; tametsi alij hunc articulum multis distinctionibus subdistinctionibus onerent potius, quam enarrent. Cæterum quod supra dictum est, vna electa alteram tolli; hoc procedit, etiam si in actione electa quis succubuerit, quia exceptiones rei indicatæ obstant etiam* [i] *in alia; & semel absolutus, non est amplius* [k] *molestandus.*

h l. 1. §. vnde quæritur. de publ. i par. l. hoc edicto §. versi. 2. quæritur D. de publican. k c. de his. de accus. Dec. cõs. 27. in princ.

DE HIS, QVOS AGERE POSSVMVS. Tit. X.

1 *Coniunctio huius tituli ad præcedentes.*
2 *Per quos agere possumus.*

Hactenus 1 *de actionibus, earumque naturis dictum est; nunc per quos exercere eas, & in iudicio agere, vel etiam defendere possimus, congruo ordine annectitur.* 2 *Possumus autem non solum per nosmetipsos, sed etiam per alios in iudicio versari, ut per procuratores, tutores, curatores: quod hoc titulo Iustinianus docet.*

Princip. tit.

1 *In criminalibus causis non interuenit procurator.*
2 *Quandoque etiam in ciuilibus non possumus per procuratorem agere.*
3 *Interdum tenemur per procuratorem litigare.*
4 *In Camera Imperij causæ per procurat. tractantur.*
5 *Qui per se non possint esse in iudicio.*
6 *Olim non licuit alieno nomine suscipere iudicium.*
7 *Aßerere, Aßertores.*
8 *Aßertio vetus per Iustinianum sublata.*
9 *Tutor causas pupillares procurare tenetur,*
10 *Lex Hostilia à quo & quando sit lata.*

Nunc admonendi sumus, *a* agere posse *b* quemlibet hominem aut suo nomine, aut *c* alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio, cum olim in vsu fuisset alterius nomine agere non posse, nisi *d* pro populo, *e* pro libertate, *f* pro tutela. Preterea *g* lege Hostilia permissum erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, *h* quiue in eorum cuius tutela. Sed *i* quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat; cœperunt homines per procuratores ligare. Nam & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemq; aliæ multæ causæ sæpe hominibus *k* impedimento sunt, quominus rem suam ipsi exequi possint.

a Agere poße.] Hoc ad pecuniarias ciuilesque causas coarctandum est; 1 *quia in controuersiis criminalib. regulariter non interuenit* [a] *procurator.* 2 *Sed nec ab oẽs ciuiles causas semper idoneus est procurator. Nec volens sese ex seruitute in liberũ aßerere, ipse apud indicem causam suam agere* [b] *dẽt. Idẽ est in masculo, qui vult allegare veniam ætatis, q̃ à principe impetrauit. Et quandoq; iudex ex causa põt cogere, ut litigantes ipsi in iudicium veniant, etiam in ciuili causa; vt quia fortè ipse procuratore suo vel iustior, vel in causa* [c] *instructior sit. Olim quoque causa in integrum restitutionis non poterat agi per procuratorem, licet hoc hodie Imp.* [d] *Alexander concesserit.* 3 *Interdum et fit, vt non modò poßit, sed omnino debeat procurator ad egendum constitui, nempe propter dignitatem; quia illustres viros vult* [e] *Iustinianus omnimodò per procuratores causas agere.* 4 *Et in supremo Germanici Imperij tribunali (Imperialis Cameræ iudicium vocant) nullæ hodie penitus causæ agi possunt sine ministerio forensium procuratorum; quorum semper vigintiquator iurati existunt.*

b Quemlibet.] 5 *Modò sit idoneus: ut quia non seruus, qui non habet legitimam personam standi in iudicio, nisi in certis casib. alibi* [f] *annotatis. Non minor xxv. annis, qui non potest versari in iudicio sine tutore vel curatore; nisi de adipiscenda, uel retinenda, uel recuperanda poßeßione agatur: tali namque casu, etiam impubes ad agendum* 8 *admittitur; nec similiter aliæ personæ inhabiles ad iudicia. Sicque vides, legem vtcunque generaliter loquentem recipere restrictionem ex habilitate,* [h] *&c.*

c Alieno.] 6 *Ostendit olim non fuiße licitum alieno nomine vel litem inferre, uel suscipere: nisi in certis quibusdam casib. hic expreßis. Cuius rei argumento est illa lex xij. tabul. q̃ Gellius lib. 20. c. 1. refert.*

d Pro populo.] Cum enim vniuersi agere non poßint, actorem vel Syndicũ pro populo constitui necesse est; itaque [i] *Cicero, Sicilia tota, inquit, si vna voce loqueretur, hoc diceret. Quod auri, quod argenti, &c. quoniam id non poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa delegit.*

e Pro libertate.] Scilicet aßerenda. 7 *Est enim [aßerere,] in libertatẽ uindicare. Unde [aßertores] dicebantur vindices alienæ libertatis. Aßertores aũt olim pro aßerenda libertate neceßario interuenire* [k]

a l. 2. §. 1. de pub. iud. fallit in casib. rela. in gl. c. si qñ. 2. quæst. 6. b l. 1. C. de asser. toll. c l. vlt. in prin. C. de procur. d l. vnica. C. ẽt per proc. cau. in integ. rest. e In Nouel. constit. 71. f l. uix certis. 53. de iud. g l. fi. C. qui leg. pers. hab. h l. ut gradatim. §. etsi de mũ. & hon. fa. l. 1. C. de sac. san. eccle. i Verri. 1. k l. 3. de lib. homi. exhib.

debebant

debebant: quoniam inter seruum et dominum non cõstabat iudicium. 8 Hodie uetus [aßertio] penitus per Iustinianum l sublata est, constitutumque, vt si quis ex libertate ad seruitutẽ vocetur, uel per se, uel per alium causam suam agere possit: sin ex seruitute ad libertatem proclamet, ipse causam suam liberalem agat, nec procuratorem dare possit. l l. 1. C. de asser. toll.

f Pro tutela] 9 Pupillares enim causæ, quas tutor agit, uerè alienæ sunt: sed tutor eas ex officio suo tã quam proprietas, procurare debet; Eum pupillus agere per ætatem non possit.

g Lege Hostilia.] 10 Quam tulit A. Hostilius Consul cum A. Attilio ab vrb. condi. 580: ut eorum nomine, qui Reip. causa abeßent, aut ab hostibus capti furti ageretur.

h Quive in eorum.] Sensus est, eorum quoque pupillorum nomine olim agi potuisse, quorum tutores vel reipub. causa absentes erant, uel capti ab hostibus. Nam captiuitas tutoris non finiebat, sed tantum suspendebat tutelam, propter spem reuertendi ab hostibus: ut alibi dictum est.

i Sed quia.] Ostendit antiquationem veteris iuris, & quam necessarium quandoque sit, per alium in iudicio nos agere, atque excipere actionem posse. [m] m l. 1. §. usus. de proc. l. præsenti, C. de his q ad eccl. cõfu. nd. l. 1. de proc.

k Impedimento.] Sed etsi nullum sit impedimentum, sed alias nolit actor uel reus per se in iudicio uersari, tamen regulariter alium constituere potest, qui suo nomine apud iudicem uel agat uel defendat: Idque propter vsum, necessitatemque Reipub. institutum esse [n] *Vlpianus scribit.*

§. Procurator.

1. *Procurator nomen generale.*
2. *Procurator ad iudicia, varia habet nomina.*
3. *Excusator.*
4. *Defensor voluntarius.*
5. *Aduocatus.*
6. *Syndicus.*
7. *Συνδικεῖν.*
8. *Συνηγορεῖν.*
9. *Actor an a syndico differat.*
10. *Procurator propriè quis dicatur.*
11. *Mandatum procuratorium tria continere debet.*
12. *Qui possint constitui procuratores ad iudicia, & qualiter.*
13. *Procurator an reuocari possit.*
14. *Ad procuratorem constituendum mandato opus est.*
15. *Procurator rei potest etiam reconuenire.*

a Procurator neque certis verbis, neque præsente semper aduersario, imò plerunque eo ignorante constituitur. *b* Cuicunque enim *c* permiseris rem agere aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

a sup. de mand.

a Procurator.] 1 Nomen procuratoris generale est, & omneis omnimo comprehendit, qui aliquã administrationem rerum alienarum gerunt: quare sub eo accipiuntur tam illi, quibus negotia extra iudicium gerenda, quàm quibus causæ in iudicio agendæ mandantur. Sed hoc loco tantùm agimus de procuratorib. iudicialibus, qui aliorum uices in sustinendis iudicijs gerunt: de alijs suo loco a alibi nonnihil dictum est. 2 Sortitur autem procurator iudicij causa constitutus aliud atque aliud nomen, pro diuersitate rerum, quæ illi committũtur: eorumque respectu, à quibus constitutus est. 3 Nam si quis aliquem ad iudicẽ mittat absentiæ suæ excusandæ causa, is dicitur [excusator] Et talis procurator, absque mandato missus, non differt à nuncio: quamuis alioqui magnum sit discrimen inter procuratorem & [b] *nunciũ. 4 Si verò quis non rogatus, & absque mandato alicuius defensionem in iudicio suscipiat, [is defensor voluntarius]* [c] *dicitur. Nonnunquam & Aduocatus* [d] *dicitur defensor: 5 tametsi [aduocatus] propriè is sit, qui præsentis causam suo patrocinio tuetur, & procurator atque defensor, qui absentium uicem sustinet. 6 Quod si quis alicuius ciuitatis, vniuersitatis, aut collegij causam procuret, ille vocatur [syndicus: non quasi singulorum causas dicens, ut Accursius, & sui sequaces falso comminiscuntur, sed quasi publico iuri, causisque cõiter defendendis deditus,* [e] *7 à Græco uerbo συνδικεῖν, quod idem est, 8 quod συνηγορεῖν, id est, patrocinari seu defendere. Quemadmodum apud Demosthenẽ in oratione pro Cresiphonte Aristides dicitur esse creatus syndicus ab Atheniensibus, vt communi causæ Græciæ, Atheniensium nomine, patrocinaretur. Hinc* [f] *Iurisconsultus alibi συνδίκους, defensores, non incõmodè uocat. Idẽ sæpe dicitur* [g] *[actor] 9 quãuis actor nõ sit, sicut syndicus, pluriũ simul pcurator sit; sed aliquãdo et à singulis, sicut pcurator, cõstitui* [h] *possit. Quare* [i] *Accursius alibi ita quoq; distingui actorẽ à syndico vult, licet aliquoties in legib. alter sub alterius appellatione accipiatur, vt dicat, actorẽ cõstitui à collegio ad certã & præsentẽ cãm agẽdam, syndicũ uero ad*

b gl. l. multum, c. si quis alte. uel si sub al. no.
c gl. l. minor 51. de proc.
d c. uenerabilẽ. de elec.
e Feria. hic Alc. li. 1. Parerg. c. 5.
f l. munerum, §. defensores. de mun. & hon. & ibi Bud.
g l. item eorũ. 6. quod cuiusq; uni. no.
h sup. de curat. in fi.
i In l. 1. qd' cuius que uni. nom.

omnes tam præsentes quàm futuras collegij causas defenderet. 10 *Porrò[procurator,]inquit* [k] *Vlpianus,[is dicitur,qui aliena negotia mandatu domini administrat,] quam autem uim habeant singula uerba,* [l] *Accursius satis declarat.* 11 *In ipso verò mandato,quo constitui debet procurater, tria requiruntur: nempe nomen constituentis & constituti: mentio causæ commissæ in genere vel in specie: & quod constituens ratum habere uelit,quod cum procuratore actum sit.* 12 *Possunt autem tali mandato constitui procuratores omnes illi,qui ad postulandum pro alijs admittuntur:siue sint patres,siue filij familiarum:modò nō sint minores vigintiquinque annis,nec de crimine accusati. Neque porrò refert,an præsenti, uel absenti, aut quibus uerbis alicui tale mandatum* [m] *datum sit, modo constet de domini mandantis uoluntate. Inuitus tamen quis procurator constitui non* [n] *potest:nisi dominus eo consentiente iudicatum solui pro eo promiserit: nam tunc cogitur iudicium* [o] *suscipere.* 13 *Porrò semel constitutus procurator ante litis quidem constitutionem reuocari facile potest, sed postea minimè: nisi causa aliqua iusta & legitima* [p] *subsit.*

b *Cuicunque enim.*] *Qui scilicet alioqui sit idoneus ad procurationis officium: quemadmodum multi ex varijs causis procuratores esse non possunt,quos Accursius hic recenset: sed quicunque speciatim non prohibentur,admitti* [q] *possunt.*

c *Permiseris.*] *Id est,commiseris atque mandaueris:* 14 *neq; enim qualiscunque patientia sufficit,sed mandato opus est,deque eo constare oportet. Nisi enim procurator mandatum exhibeat apud tribunal, uel alia monumenta,quibus pateat,ipsum uoluntate actoris comparere,non admittitur, utcunque de rato cauere* [r] *sit paratus.Fallit tamen hoc in persona necessitudine coniuncta, quæ etiam sine mandato cum sola satisdatione pro actore auditur:quales sunt,parentes,liberi,& a latere* [s] *fratres.* 15 *Cæterùm is, cui reus negotium commisit,non modò defendere,sed etiam reconuenire potest; & si mandatum non habeat,satisdando admittitur.*

k l. 1. de procu.
l gl. ibid.
m l. 1. in fi. & 7. ll. seq. hoc tit.
n l. inuitus. C. e.
o l. filiusfa. 8. in fi. cum 7. præ. seq. di. tit. ff.
p Quæ aūt sint hę, uide i l. ante litem 16. et seq. usq; ad l. omniū 37. h. tit. & l. procuratorib. c. eo. & c. 2. dic. tit. lib. 6.
q l. inuitus. §. 1. de procu.
r gl. & Dd. in l. si pupilli. 6. ff. de neg. gest.
s l. Pomp. 40. & l. sed hę personę 35. h. t.
t §. si uerū inf. d satisda. c. accedens c. constitutis. de proc.

§. Tutores.

1 *Huius §. insinuatio aliunde petenda.*

Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro expositum est.

1 *De tutoribus constituendis uel a parente in* [a] *testamento uel à* [b] *lege, uel denique à* [c] *iudice: ita* [d] *& de curatoribus, abundè supra libro primo dictum est; quò sese refert Imperator: itaq; nec nos superuacanea repetitione utemur.*

a supr. qui test. tut. da. pos.
b De leg. ag. tut. & ti. seq. sup.
c De Atti. tut. sup.
d De curat. sup.

DE SATISDATIONIBVS. TIT. XI.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*
2 *Satisdationes sub actionis appellatione continentur.*
3 *Satisdare quid.*
4 *Satisdare & cauere, differunt.*
5 *Iuratoria cautio quando admittatur.*
6. 7 *Satisdationem aliæ indiciales, aliæ extraiudiciales.*
8 *De iudicialibus hoc titulo tantum agi.*

a *Quoniam.*] 1 *satisdationes exigi præstarique in iudicio solent ab ijs, qui ad suscipiendas lites constituuntur (tametsi aliquoties etiam ab agentibus nomine proprio) ideo iusto ordine post tractationem eorū, per quos agere possumus, tit. De satisdationib. subiungitur.* 2 *quæ & ipsæ actionis appellatione* [a] *continentur.* 3 *est autem[satisdare]aliud nihil, quàm aduersarium suum securum facere de eo, quod in iudicium uenit: ut in quemlibet iudicij euentum litigantes habeant, unde consequi id posfint, quod ipsis ex lite iure deberi pronunciatum* [b] *sit. Redduntur autem homines securi aut datis pignoribus, aut fideiussoribus, aut nuda stipulatione, aut* [c] *iureiurando.* 4 *Atque illi quidem, qui datis fideiussoribus, aut pignoribus alicui cauerunt, propriè dicuntur satisdedisse: illi verò, quorum nuda stipulatio loco satisdationis accepta est, dicuntur* [d] *cauisse. Generali tamen significatione, etiam sub uerbo satisdationis, interdum cautio stipulatione* [e] *accipitur.* 5 *Ad cauendum autem per iuramentum nemo admittitur, nisi pignora aut fideiussores dare non possit. Nam illud se non posse, iureiurando testari cogitur; ac perinde iureiurando promittere, quod præstaturus sit ea, quæ ab aduersario eius ad satisdandum illi* [f] *exiguntur. Et quia talis satisdatio fit per iuramentum, dicitur ea[iuratoria cautio,] tanquam certa species cautionum, quę alioqui per stipulationem aut repromissionem fiunt.* 6 *Dicuntur autem satisdationes aliæ [iudiciales,] quæ scilicet ad expeditionem iudiciorum pertinent, ut extra periculum iudiciorum exercendorum simus; quales sunt, iudicio sisti, iudicatum solui, rem ratam haberi.* 7 *[Aliæ extraiudiciales,] quæ extra iudicium alijs*

a l. pecuniæ uerbum. 178. de uerb. si. & l. actiones. 7. de act. & ob.
b l. 1. § satis. cog.
c gl. in l. 1. uer. fideiussores. § satis. cog.
d l sancimus. c. de uerb. sign.
e l. satisdationis. 61 de uer. sig.
f Auth. generaliter. §. aūt. c. d episc. & cle.

aliis negotiis deseruiunt ad fugienda pericula; ut sunt, De damno infecto, De sequestranda re mobili existente apud personam, de qua suspicio est, ne cum re aufugiat: item quae exigitur ab eo, cui legatus est vsusfructus, ut vtatur, fruatur, salua rerum substantia. 8 *Hoc autem tractatu de iudicialibus tantum satisdationibus disputatio est.*

Princip. tit.

1 *Iure ueteri conuentus in rem actione, satisdabat iudicatum solui.*
2 *Satisdatio, Iudicatum solui, tres clausulas continet.*
3 *Fideiussor id tantum praestat, quod iudicatum est ex causa principali.*
4 *Agens in rem actione, an olim satisdare tenebatur.*
5 *Olim tutores, & curatores satisdabant ad instar procuratoris; hodie secus est.*
6 *Quid ueteres obseruarint in personali actione circa modum satisdationum.*

Satisdationum modus alius Antiquitati placuit; Alium Nouitas per usum amplexa est. Olim enim si *a* In rem agebatur, satisdare possessor compellabatur, ut si uictus esset, nec rem istam restitueret, nec litis aestimationem, *b* potestas esset petitori, aut cum eo *c* agendi, aut cum fideiussoribus eius, quae satisdatio appellatur, *d* IVDICATVM SOLVI. Vnde autem sic appelletur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solueretur sibi, *e* quod fuisset iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, satisdare, *f* cogebatur, si *g* alieno nomine iudicium accipiebat. *h* Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare nō cogebatur. Procurator verò satisdare iubebatur *i* REM RATAM DOMINVM HABITVRVM. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. *k* Tutores uerò, & curatores eodem modo, quo & procuratores, satisdare debere, *l* uerba edicti faciebant: sed aliquando his agentibus, satisdatio *m* remittebatur. Haec ita erant, si in rem agebatur. *n* Si uerò in personā, ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quae diximus in actione, qua in rem agitur: ab eius uerò parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis inueniretur, *o* omnimodo satisdaret: *p* quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam, IVDICADVM SOLVI satisdare non cogebatur.

In hoc.] principio ius antiquum praemittitur: 1 *quo iure conuentus reali actione suo, vel alieno nomine, ex legitima causa suspicionis praestabat cautionem de soluendo id, quod fuerit iudicatum; & tum si obtinebat actor sententiam, concedebatur ipsi ex ea cautione actio aduersus eum, qui pro reo promiserat, vel aduersus ipsum reum promittentem.*

a *In rem agebatur.] Instituebatur realis actio.*

b *Potestas esset.] Esset in ipsius petitoris siue actoris arbitrio, & electione.*

c *Agendi.] Videlicet, actione iudicati, quae pertinet ad executionem sententiae.*

d *Iudicatum solui.]* 2 *Et haec satisdatio [Iudicatum solui, tres clausulas in unū collectas* a *hēt: de re iudicata, de re defendenda, & de dolo malo. Unde qui stipulatur [Iudicatum solui,] is haec tria simul censetur stipulari, ut tamen semel duntaxat exigere possit aduersus* b *eundem.*

e *Quod fuisset iudi.] Subaudi, ex causa principali;* 3 *nam si quid ultra id accessisset ex contumacia, vel inficiatione rei conuenti, id non pertinebat ad hanc satisdationem; & iniquum foret, id praestare* c *fideiussorem.*

f *Cogebatur.] Non solum de iudicato sed etiam* d *de rato.*

g *Alieno nomine.] Nemo enim rei alienae defensor idoneus est, sine* e *satisdatione.*

h *Ipse autem.] Dictum est, quid Antiquitas in reo conuento in rem actione obseruarit: nunc quid in actore realem actionem instituente obtinuerit, subiicitur.* 4 *Et is, si quidem suo nomine agebat, non tenebatur satisdationem praestare: si uerò sustinebat iudicium nomine alieno, satisdabat dominum suum rem ratam habiturum, hoc est, comprobaturum ea, quae procurator eius nomine fecerit.*

i *Rem rat. hab.] Id est, Dominum probaturum, quae procurator fecerat.*

k *Tutores.]* 5 *Olim ergo tutores, & curatores satisdabant ad similitudinem procuratoris de indicato soluendo, si conuenti erant in rem actione; sin ipsi agebant, de ratum habendo; nisi fuissent testamentarii, vel datiui, qui ad hanc cautionem non adstringebantur; hodie uerò neutram satisdationem praestare tenentur: quia loco domini* f *sunt.*

l *Verba Edicti.] Huius edicti verba* g *sub titu. Pandect. de procurat. sic referuntur. Cuius nomine quis actionem dari sibi postulabit, is eum uiri boni arbitratu defendat; & ei, quo nomine ageret, id ratum habere eum, ad quem eas pertinet, boni viri arbitratu satisdet.*

m *Remittebatur.] Cum scilicet omnino constabat, eos tutores esse, vel curatores: ut Theoph. rectè interpretatur.*

n *Si verò.]* 6 *Quid in personali olim actione ueteres obseruarint circa satisdationū modū, Imper. hic pluribus attexit. Breuiter, eadem obseruabantur in personali actione, quae in reali, tam ab actoris,*

quàm

a l. iudicatum, §. ff. iud. sol.
b l. cum quaerebatur. 13. eo. titulo.
c l. ul. de fideius.
d l. Pomp. 40. §. sed & is. qui. de proc.
f gl. in d. §. eadem obseruando. infrà eodem.
g l. seruum. 33. §. j. de proc.

quàm rei conuenti parte; eo solo excepto, quod conuentus nomine proprio personali actione, ad nullam satisdationem [h] *obligabatur.*

o *Omnimodo*] *Id est, nulla adhibita distinctione.*

p *Quia nemo.*] *Hęc iuris ueteris regula (cuius etiam* [i] *Caius alibi meminit) adhuc hodie in ea satisdandi modo, quem Iustinianus de nouo introduxit, obseruatur; quemadmodum* [k] *infrà mox subijcitur; vbi nos commodiùs eandem regulam quoque explicabimus.*

h vide l. hęc autem. §. vl. qui. ex cau. l pos. & l. si procu. 28. de proc. Ange. & rab. hic.
i l. qui proprio. 46. § g aliũ. de procur.
K §. si verò. inf. hoc titulo.

§. Sed hodie.

1 *Iustiniani constitutio circa satisdandi modum.*
2 *An ab actore hodie aliqua satisdatio exigatur.*
3 *Cautio, Iudicio sisti, non afficit hæredem.*
4 *Cautioni iudicio sisti, quando dicatur satisfieri.*
5 *Iuratoria cautio quando sufficiat.*
6 *Quandoque nuda promissio recipitur.*
7 *Nuda promissio quomodo hic accipiatur.*
8 *Satisdatio quando sit necessaria.*
9 *Fideiussores vt censeantur idonei, quæ requirantur.*

Sed hodie hæc aliter obseruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, siue personali suo nomine, nullam satisdationem *a* pro litis æstimatione dare compellitur, sed *b* pro sua tantum persona, *c* quod in iudicio permaneat usque ad terminum litis: uel *d* committitur suę promissioni *e* cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant: *f* vel nudam promissionem, *g* vel satisdationem (*h* pro qualitate personæ suæ) dare compellitur.

1 *Iuris noui.*] *constitutionem Iustinianus consequenter enarrat. Hodie enim siue quis in rem, siue in personam conuentus sit, non satisdat iudicatum solui: sed tantummodo cauet, se permansurum in iudicio, dum lis peragatur: idque uel nuda promissione, vel iuratoria cautione, vel fideiussoria, pro suæ* [a] *qualitate.* 2 *Sed nunquid contra ab actore quoque exigitur hodie aliqua satisdatio? Et potest iudex non acceptare libellum ab actore oblatum, nisi caueat, quod per se, vel procuratorem suum prosecuturus sit causam vsque ad finem litis; & si fortè causa cadat, quod decimam partem rei in libello petitæ, soluturus sit* [b] *reo. Deinde permissum quoque est reo, vt oblatum libellum actionis non recipiat, nisi actor ei satisdet; quod si intra bimestre tempus, litem non contestetur, in duplo resarturus sit ei damnum, quod ex temere motæ ab eo lite* [c] *tulerit. Verùm, quę est hominum in conseruandis bonis & honestis rebus hodie negligentia, fecit, vt nihil horum nunc in foro seruetur.*

a l. 2. 3. & 4. ff. in ius uo. vt eant. &c.
b Auth. generaliter. c. de epis. & cler.
c Aut libellũ. c. de lit. contesta.

a *Pro litis æstimatione.*] *Quod continetur. [Iudicatum solui] satisdatione: quæ olim ab eo, qui rem possidebat, non exigebatur, sed ab eo qui in personam conueniebatur.*

b *Pro sua tantum persona.*] 3. *Neque enim hæredum personas afficit talis cautio, quia permanere in iudicio vsque ad finem causæ, est factum cohærens personæ, ergo cum ea extinguitur.* [d] *Veruntamen succedentes in ius defuncti tenebuntur ex integro satisdare, quemadmodum si uitiosè cautum fuisset: aut si pendente lite insignis calamitas, uel magna inopia accidisset fideiussoribus.*

c *Quod in iudicio permaneat.*] 4 *Continet hæc cautio plus quàm illa [Iudicio sisti,]* 4 *cui satis fit, si exhibeatur in iudicio sistendendus, licet non permaneat ad terminum, id est, finem, & exitum litis.* [e] *Est enim terminus litis, quo finem accipit controuersia per sententiam iudicis.*

d *Committitur suæ promissioni.*] 5 *Quod tum fit, quando reus non possidet immobilia, iuratoque asseris, se non posse fideiussores inuenire, fortè propter inopiam: quia tum iuratoria cautio recipitur. Sed & vbi quis possidet immobilia, quæ periculum fugę tollunt, non cogitur satisdare, sed statur suæ substantię, & iuratoriæ* [f] *cautioni.*

d l. quoties. 8. l. de die. 6. §. si seruus. & l. si ab arbitrio. 10. Qui satisdat. cog.
e d. l. Egui. hic
f l. sciendũ. 15. qui satisdat. cog.

e *Cum iureiuran.*] *Iurando nempè, in iudicio se permansurum, nec inde discessurum, iuxta Theophi. hic.*

f *Vel nudam promiss.*] 6 *Quæ recipitur à possidente immobilia, si uideatur ipsius fidei, ac virtuti non minùs tribuendum, quàm iureiurando; veluti si quis esset constitutus in publica aliqua dignitate; qui nõ temere compellendus est ad religionem iusiurandi; quasi de eius fide, quæ publicè probata sit, dubitetur* [g] 7 *Est autem hic nuda promissio, quæ nec iusiurandum habet, nec satisdationem; habet tamen generalem quandam bonorum obligationem.*

g *Vel satisdationem.*] 8 *Quam restat non possidens immobilia; vel possidens quidem immobilia, sed non sufficientia quantitati petitæ; datis scilicet* [h] *pignoribus, aut fideiussoribus idoneis.* 9 *Fideiussores enim ad hanc satisdationem requiruntur pro rei qualitate locupletes. Idque potissimum in tribus consistit, primum in facultatibus: deinde* [i] *in conueniendi facilitate, ne habeant præscriptionem fori; denique si reus sit necessarius, & sanguine coniunctus actori.*

g l filio. ut leg. nom. caue.
h gl. hic.
i l. 1. in ius voc. ut eant. l. 2. & l. si fideiussor. 7. in pr. qui satisd. cog.

b *Pro qualitate personæ.*] *Vel propter dignitatem, vel propter obsequium; vt si patronus, aut parens in ius vocatur, prout æquitas iudicantem monebit.*

§. Sin autem.

1 *Argumentum siue summa huius §.*
2 *Procurator agere volens, vel mandatum proferre, vel de rato satisdare tenetur.*
3 *Procurator sine mandato non auditur, etiam de rato satisdare volens.*
4 *Procurator non tenetur cauere de Rato, si constet eum habere mandatum.*
5 *Mandatum quando dicatur insinuari actis.*
6 *Procurator potest etiam per absentem constitui.*
7 *Cautio, Rem ratam haberi, quid contineat.*
8 *Oeconomi, Orphanotrophi, brephotrophi, qui sint.*
9 *Orphanotrophium, xenodochium.*
10 *Brephotrophium.*
11 *Apocrisiarij qui, & vnde dicti.*
12 *Administratores rerum alienarum quando non satisdant.*
13 *Procurator ad iudicia non potest à tutore constitui, ante litem contestatam; secus post.*
14 *Procurator rei conuenti omnimodo satisdare debet.*
15 *Stipulatio Iudicatum solui, tres clausulas habet.*
16 *Stipulatio Iudicatum solui, an ad hæredes transeat: per distinctionem explicatur.*
17 *Appellatio facta à reo principali liberat fideiussorem.*

Sin autem *a* per procuratorem lis vel *b* infertur, *c* vel suscipitur, *d* in actoris quidē persona si non mandatum *e* actis insinuatum est, *f* vel præsens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit, *g* ratam rem dominum habiturum, satisdationem procurator dare compellitur; eadem obseruando, & si tutor, vel curator, *h* vel aliæ tales personæ, quę alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam *i* per alium inferunt. *k* Si verò aliquis conuenitur, si quidem præsens procuratorem dare paratus est; potest vel ipse in iudicium venire, & sui procuratoris personā per IVDICATVM SOLVI satisdationem solenni stipulatione firmare; vel extra iudicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatum solui *l* satisdationis clausulis; ubi & de hypotheca suarum rerum conuenire compellitur; siue in iudicio promiserit, siue extra iudicium cauerit: vt tam ipse *m* quàm hæredes eius obligentur: alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam *n* ipsius *o* exponenda, quòd tempore sententiæ recitandæ *p* in iudicium veniet: vel si non venerit omnia dabit fideiussor, quę in condemnatione continentur: nisi fuerit *q* prouocatum.

1 *Differentiam] subiungit Imperator, quæ etiam olim fuit inter eum, qui suo, & eum qui alieno agit nomine; itemque inter eum qui agit, & eum qui defendit.* 2 *Et ex huius §. initio discendendum, quod procurator agens, nisi vel mandatum, vel præsentis Domini autoritatem habeat, de rato satisdare cogatur.*[*] *Itaque* [a] *Vlpianus ait, [eum qui alieno nomine agit, quamcunque actionem intendat, cauere debere, id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinebit.]*

a Per procuratorem.] Prætendentem scilicet aliquod domini mandatum, eoque nitentem, quod tamen propter aliquas suspiciones metuimus, non esse profectum à domino litis; aut alioqui esse mentitum, & non ritè factum. 3 *Nam si euidenter constat, eum non habere mandatum, non auditur, et iamsi satisdare de rato velit; nisi forte coniuncta esset persona, quæ sine mandato*[*] *admittitur,* 4 *sicut nec exigi ab eo hęc satisdatio potest, cum certum est, eum habere mandatum.*

b Infertur.] Ex parte actoris, agendo scilicet alieno nomine & periculo.

c Vel suscipitur.] Subaudi defendendo ex parte rei.

d In actoris quidem persona.] Idest, si ex parte actoris procurator interueniat.

e Actis insinuatum.] 5 *[Actis] autem [insinuari] dicitur, quando coram indice pro tribunalis sedente exhibetur mandatum, ac demonstratur.*

f Vel præsens.] 6 *Idem est, etsi absens litis suis significet vel iudici vel aduersario, quem aduersus ipsum procuratorem; & qua in causa*[b] *constituerit, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit.*

g Ratam rem dominum hab.] 7 *Debet autem dominus habere ratum per hanc cautionem omne illud, quod cogeretur ratum habere, si sui ipsius præsentiam in iudicio fecisset; ad aliud autem se non extendit hæc*[c] *cautio.*

h Vel aliæ tales personæ.] Quales sunt patres, in rebus aduentitijs[d] *filiorum:* 8 *Oeconomi,*[e] *quib.* man-

[*] l. 1. C. de procu & l. 1. C. de satisd.
[a] l. non solum. 34. §. 1. de procur.
[*] l. sed & hęc 13. l. Pomp. 40. §. vlt. de procur. l. exigendi. C. eod.
[b] l. si pcurator. 65. de pc.
[c] l. nō distinguemus. 32. §. an & satisd. de arb. Bart. ī l. q alieno. de pc.
[d] l. 1. C. de bon. mater.
[e] l. oēs. §. hoc. nihil ominus. C. de episc. & cler.

mandata est cura rerum ecclesiasticarum; item actores vel syndici, & orphanotrophi, & brephotrophi, qui curam orphanotrophij, brephotrophijque habent; & aprocrisiarij, & magistratus nomine f *municipij.* 9 [*Orphanotrophy*] g *domus est, in qua nutriuntur orphani, i. e. liberi patre priuati;* ἀπὸ τοῦ τρέφω καὶ ὀρφανὸς *idest, à nutrio, & Pupillus; sicus* [*xenodochium,*] *in qua peregrini & hospites accipiuntur; Hospitale*] *hodie dictũ,* ἀπὸ τοῦ δέχω, *suscipio, &* ξένος, *hospes.* 10 [*Brephotrophium*] *verò locus dicitur, vbi infantes expositi publicè* h *aluntur:* [*Ein fundelhausz.*] *nam* βρέφος, *infans,* τροφὴ *alimentum dicitur.* 11 *Cæterũ* [*Apocrisiarij, ab* ἀποκρίνομαι, *quod respondeo significat, dicebantur velut responsales, & locum tenentes episcoporum, vt res ecclesiæ gubernarent, negotia singulorum,* i *audirent, referrentque ad episcopos.* 12 *Prædicti tamen rerum alienarum administratores satisdare non tenentur, si constet de administratione suscepta publicè:* k *quasi domini sunt.*

i Per alium.] *Actorem scilicet, aut gestorum alieni negocij; nam de procuratore ad iuditia hoc non debet accipi:* 13 *Neque enim is potest a tutore constitui ante litem* l *contestatam: sed post acceptum iudicium potest.*

K Si verò aliquis.] 14 *Procurator rei conuenti omnimodo satisdare debet, siue præsens sit dominus, siue absens; & si quidem præsens fuerit, pōt ipse sui procuratoris quasi fideiussor hac in re præstanda fieri: vel facta stipulatione in iudicio, vel extra, suas possessiones eo nomine obligare, vt sint loco hypothecæ.*

l Satisdationis clausulis.] 15 *Habet enim* [*indicatum solui*] *stipulatio tres clausulas in vnum collectas;* m *de re indicata, de re defendenda, & de dolo malò, hoc est, procuratorẽ in iudicio permansurũ, & ad litis finem litigaturum; quod indicatum erit, soluturum; nec defendendo dolo malo vsurum. Et prædicta verba* n *Vlpianus alibi explicat:* [*In hac stipulatione, inquit, quia plures causæ sunt vna quantitate cōclusæ, si committatur statim stipulatio ex vno casu, amplius ex alio committi non potest.*] *Ecce ergo, qui stipulatur indicatum solui, is tria censetur stipulari;* o *vt tamen semel duntaxat exigere possit, aduersus eundem.*

m Quàm hæredes eius.] 16 *Stipulatio enim* [*Iudicatum solui*] *hanc naturã habet, vt ad hæredes trãseat, inquit Accursius. Quod rectè accipias, sic distinguendum est. Ex cautione* [*Iudicatum solui*] *primæ clausula de rei iudicata tenentur fideiussores defuncti soluere id, quod iudicatum fuerit: modò tamen principalis sit condemnatus ante* p *mortem. Quantùm verò ad secundum clausulam, videlicet de re defendenda, tenentur & fideiussores, & hæredes defuncti: non quod fideiussoribus incumbat onus defendendæ litis cæptæ (quoniam si nemo defendat commissa stipulatione, tenebuntur ad id, quod* q *interest.) Sed si ad redimendas maiores molestias officio pietatis ducti voluerint, possunt quidem defendendo efficere, ne committatur stipulatio, vt tamen in solidum defendat cum satisdatione,* r *sicut quilibet extraneus. Quod si plures fideiusserint, & vnus ob rem non defensam conuentus sit, deinde res defendatur lata pro actore sententia, potest cum alio agi ob rem iudicatam. Idem in pluribus* s *hæredibus. Deinque ex tertia clausula, de dolo malo, hæres tenebitur: sicut & de proprio. Attamen refert, vtrum in cautione* [*Iudicatum solui,*] *dolum malum abesse, abfuturumque promiserit, vt tunc intelligantur de dolo promissoris tantùm hæredes teneri. De suo enim conueniri, non est dubium. An verò adiectum sit,* [*Si huiusmodi rei dolus malus non abierit, quanti ea res est, dare spondes?*] *Nam hoc casu etiam dolus extranei obligat promissorem,* t *hæredesque eius.*

n Ipsius,] *Domini scilicet.*

o Exponenda.] *Nempe per ipsum procuratorem: Baro verò per ipsum Dominum subaudit.*

p In iudicium veniet.] *Ipse scilicet reus principalis.*

q Prouocatum.] *Ab ipso reo* u *principali;* x *ea enim appellatio liberat fideiussorem. Quod si ipse fideiussor prouocet, nequaquam eo nomine liberabitur; sed potius censebitur sese subijcere nouæ litis periculo, suamque prorogasse obligationem, ad sententiam iudicis appellationis,* x *quem ibi eligit.*

f l. 2. §. 1. C. de iureiur. prop. cal. præst.
g extat tit. in C. de orphano.
h l. illud. 19. & l. vt inter 23. C. de sac. san. eccles.
i Nouel. quo. oport. episc. §. si verò metropolitanus. & §. propterea sancimus.
k l. qui fundũ. pro empt.
l l. neq. tutor. C. de procur.
m l. indicatũ 6. ff. iud. solui.
n l. iam tamen fideiussore. §. hoc iit.
o l. cum quærebatur. 13. iud. solui.
p l. siue verò. in prin. qui satisda. cog.
q d. l. iam tñ. §. vnus. §. nunc videamus & §. in hanc stipulatione. ff. iud. solut.
r d. l. iam tñ. §. si ex fideiussoribus. & l. ex clausula ff. e. t.
s l. vlt. iud. sol.
t l. nouissima clausula. iud. sol.
u vaber hic n. 3.
x Bald. hic.

§. Si verò reus.

1 *Hoc §. de absentis rei procuratore agi.*
2 *Defensor non admittitur, sine cautione Iudicatum solui.*
3 *Quando id non procedat.*
4 *In actione reali quid cauere defensor debeat.*
5 *Tutor defensurus pupillum, non tenetur satisdare.*
6 *Vsus est rerum magister.*

a Si verò reus præstò ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem eius subire, b nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere; ita tamen, vt satisdationem iudicatum solui pro litis æstimatione præstet. Nemo enim, secundum veterem regulam, (vt iã dictum est) c alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. Quæ omnia apertiùs & perfectiùs d à cotidiano iudiciorum vsu in ipsis rerum documentis apparent.

Si ve-

a Si verò.] Supra de procuratore actoris dixit, qui aliquod prætexit mandatum: 1 nunc de absentis rei defensore agit, qui ultrò sese liti ingerit. Potest enim quilibet se ad defendendum reum absentem vltrò offerre, siue in rem sit conuentus, siue in personam: qui voluntarius, siue spontaneus defensor dicitur. 2 Non tamen aliter admittetur, nisi satisdationem præstet, [Indicatum solui,] idque propter veterem iuris regulam, qua dicitur, neminem alienæ rei, id est, litis defensorem idoneum sine satisdatione a intelligi. 3 Qd procedit, etiam si is, qui defensionem absentis suscepit, esset filius aut b pater. Et quemadmodum hic non prodest necessitudo, ita nec c mandatum, nec etiam multa possessio bonorum d immobilium. Si tamen actor negligat a defensore satisdationem exigere, constabit cum eo iudicium etiam sine satisdatione.

b Nulla differentia.] Nulla quidem est inter eas differentia, quin in utrisque pariter admittatur idoneus defensor; 4 in actione tamen reali non satis videtur idoneus defensor, nisi caueat, non modò de soluendo id, quod fuerit iudicatum, sed & de damnis, vbi succubuisset, e resarciendis.

c Alienæ.] Hoc est, prorsus extraneæ, & cuius ne administratio quidem ad eum pertinet; alioqui sanè nō satisdaretur. 5 Quare nec tutor defensurus pupillum satisdare cogitur [Iudicatum solui;] quia non sua sponte, f sed necessitate officij sese liti offert.

d A cotidiano iudiciorum usu.] Hinc Cæsar dicebat, [Vsum omnium rerum magistrum esse:] perfectius enim docet, quam præcepta. Quo pertinet etiam illud M. Tullij Ciceronis. lib. 1. Offic. Nec Medicos, nec Imperatores, nec Oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum, sine vsu, & exercitatione consequi posse.

a Hic.& l. quā proprio. 49. §. qui alium. de proc.
b l. filiusfa. qui satisd.cog.
c l. si ad defendēdū.iud.sol.
d l. minor. cum l. seq. de pc.
e sal. hic.
f l.ult.§.defensionem. C. de admin. tuto.

§. Quam formam.

1 De Constantinopoli, quæ olim Byzantium dicta.
2 Constantinopolim quando Turca occupauerit.
3 Roma olim caput orbis.

Quam formam non solùm a in hac regia vrbe, sed etiam in omnibus nostris prouincijs (etsi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere censemus; cum necesse sit omnes prouincias, b caput omnium nostrarum ciuitatum, id est, hanc regiam vrbem, eiusque obseruantiam sequi.

a In hac regia urbe.] 1 Constantinopolim intelligit, Thraciæ vrbem vetustissimam, olim Byzantium dictam: quam Constantinus Magnus Imperator pulcherrimis ædificijs ornauit, atque à suo nomine deriuatum huic nomen imposuit, eamque Romani Imperatoris sedem esse voluit; vnde etiam noua, & altera Roma est dicta. 2 Hanc tamen Mahometes immanissimus Christianæ religionis hostis, decimus Turcarum Impe. vi expugnauit, Anno Christiano M.CCCC LIII.

b Caput omnium.] In Constantinopolim enim translata fuere omnia Romani imperij insignia, & decora. 3 Olim Roma dicta est caput orbis, & verè fuit: quod etiam portenderat caput humanum, repertum à iacientibus fundamenta Capitolij.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, ET QVAE ad hæredes, & in hæredes transeunt. T. XII.

1 Continuatio præsentis tituli.
2 Argumentum eiusdem.

Postquam.] sufficienter de actionibus dictum est, & deijs, per quos Actiones exercentur: nunc iusto ordine de uita, & duratione earundem subiungitur: hoc est, quanto tempore durent, & an hæredi; atque in hæredem dentur. 2 In hoc ergo titulo duæ actionum diuisiones continentur: quarū altera à causa formali ducta ad exitum, ac finem actionis pertinet; nempe quod quædam actiones perpetuæ sunt, quædam temporales. Altera verò causam materialem respicit, quod scilicet aliæ conceduntur hæredibus, & in hæredes: aliæ verò hæredibus, sed non in hæredes, aliæ denique neque hæredibus, neque in hæredes dantur: quemadmodum ex textu latiùs cognoscemus.

Princip. titu.

1 Ex quinque partibus iuris ciuilis scripti oriuntur actiones, quæ dicuntur ciuiles, & sunt perpetuæ.
2.3 Condictio ex lege quandoque datur; eamque ciuilem esse.
4 Vocula, Perpetuus, variè accipitur in legibus.
5 Quælibet actio 30 annis tollitur.
6 Actiones à iure ciuili inuentæ, manent ciuiles, etiamsi à Prætore adiuuentur.

7 De

7 *De actionibus annalibus.*
8 *Pretor fuit magistratus annuus.*
9 *Pratorum edicta quando ceperint perpetua esse.*
10.11 *Actiones pretoria quando perpetue: idque exemplis declaratur.*
12 *Actio urti nec manifesti, ciuilisne sit, an pratoria.*
13 *Actiones temporales fiunt perpetua per litis contestationem.*
14 *Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.*

a Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ *b* ex lege *c* Senatusue consulto, siuè *d* ex sacris constitutionibus proficiscuntur, *e* perpetuò solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones tam in rem, quam in personam *f* actionibus *g* certos fines dederunt; eas uerò, quæ *h* ex propria Pretoris iurisdictione pendent, *i* plerunque intra annum uiuere: *k* nam & ipsius Pretoris intra annum erat *l* imperium. *m* Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, vsque ad finem ex constitutionibus introductum; quales sunt eæ, quas bonorum possessori, cæterisque, ~~qui hæredis~~ qui hæredis loco sunt, accommodat. *n* Furti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius Prætoris iurisdictione proficiscatur: tamen perpetuò datur: absurdum enim esse existimauit, anno eam terminari.

a Hoc loco.] *Priorem diuisionem hoc principium complectitur, nempè alias actiones perpetuas esse, alias temporales.* 1 *Ad euidentiorem autem cognitionem non est ignorandum, preter ius pretorium quinque partes esse iuris scripti; scilicet legem, plebiscitum, senatusconsultum, placita principum, & responsa prudentum; quas* [a] *alibi sigillatim exposuimus: & quæcunque actiones ex illis iuris ciuilis partibus descendunt, dicuntur ciuiles.* 2 *Quod si in his non sit expressum nomen actionis, tunc condictio ex lege datur, que pariter ciuilis est.*

b Ex lege.] *Scilicet antiqua XII. tabularum; qualis est actio noxalis de* [b] *pauperie,* [c] *de pastu pecoris,* [d] *familia ercisciscundæ; ex lege Aquilia de damno* [e] *iniuria, quæ lex tribunitia est, id est,* [f] *plebiscitum: & alia quamplurima.*

c Senatusue consulto.] *Vt est petitio hæreditatis ex S.C. Orphitiano. Tertylliano,* [g] *&c.*

d Ex sacris constitutionibus] 3 *Qualis est, Condictio ex lege, quæ semper conceditur, quando ex constitutionibus principum oritur actio, nec tamen eius nomen est expressum.*

e Perpetuò.] *Id est, sine ulla temporis prefinitione. Olim enim leges ciuiles nullo temporis terminabantur; ideoque actiones ex ijs natæ ius perpetuum obtinebant.* 4 *Alias uerò hæc vox, Perpetuus, varias acceptiones habet in legibus, secundum subiectam materiam: ut* [h] *alibi explicatur.*

f Actionibus.] *Olim scilicet perpetuis. Ceterum, quæ olim certos habuere fines, non fuerunt prorogatæ per sacras constitutiones ad triginta, vel quadraginta* [i] *annos.*

g Certos fines.] *Nempè 30. vel 40. ann. Sunt enim personales actiones descendentes ex istis quinque partibus iuris ciuilis, per constitutiones principum coarctata, ut non sint perpetuæ, id est, sine prefinitione temporis, ut olim; sed sint perpetuæ, id est, vsque ad 30. vel 40 annos;* 5 *quo spacio quælibet actio (si non sit breuiori termino conclusa) tollitur,* [k] *etiam si sit officium iudicis*

h Ex propria Pretoris iurisd.] *Id est, quæ primum prodita sunt, & innuentæ à Pretore.* 6 *Nam si quæ sunt primùm à iure ciuili pfectæ, etiamsi posteà adiutæ fuerint à Pretore, tamen non desinunt esse ciuiles sed prorsus priorem suam uim, & conditionem retinent. Exemplum est in rei vendicatione, quam vtcunq; Prætor produxerit aduersus eum, qui dolo possidere desijt, tamen pratoriam non rectè dixeris.*

i Plerunque.] *Nempè cum sunt penales, vel rei quidem persecutoriæ, sed aliquid rescindentes, quod summo iure ciuili consistebat; qualis est actio redhibitoria, Paulina, & alia similes, quæ rescindunt ius ciuile.* 7 *Hæc enim ultra annum non durant, ideoquè [Annales] dicuntur; quemadmodum & actiones, q̃ factum puniunt, & in dolum concipiuntur, perpetuæ non sunt, licet rei familiaris sint persecutoriæ; alioq; sunt perpetuæ, æquè ut ciuiles, quemadmodum Imperat. subijcit, &* [m] *Paulus diligenter alibi explicat, Erat autem hic annus* [n] *utilis; & in eo ij tantum dies numerabantur, quibus agere* [o] *licebat.*

K Nam & ipsius Pretoris.] 8 *Pratoris annuus fuit magistratus; & qui calendis Ianuarijs inibat pturam, exacto anno eiusdem calendis* [p] *ponebat. Huius ergo edicta [annuæ leges] fuere; hoc est, anno suo quisque æquabiliter ex suo edicto dicere debuit.* 9 *Quod cùm Pretores maligni negligerent, & pro libidine sua, & quæstu nunc ex edictis suis, nunc contra quam edixissent, ius dicerent, Cornelius legem tulit, vt ex edictis perpetuis ius æquabiliter omnibus* [q] *redderent. Ea edicta deinde per Offilium, & Saluium Iulianum composita in vnum quasi corpus, [edictum perpetuum dici]* [r] *cæperunt.*

l Imperium.] *Id est magistratus. Sic* [s] *Vlpianus quoque dixit, deponere imperium. Pratoris autem imperium erat annuum, hoc est, anno tantum durabat.*

m Aliquando tamen.] 10 *Supra dixit, actiones pratorias [plerunque,] id est, regulariter annales esse; nunc ostendit, eas quibusdam casibus esse perpetua; nempè quoties rei persecutoria sunt, & iuris ciuilis rigorem non emendant. Exemplum est in [bonorum possessoria hæreditatis petitione;] quæ ei competit,*

cui

a §. constat. su. de iu. nat. gent. & ciui.
b sup. si quad. pau. fe. dic.
c l. qui seruanda. 14. de psc. verbo.
d l. 1. fam. erci.
e §. ceterū. sup. de leg. Aqui.
f l. j. ad l. Aquil.
g su. de Orph. & Terty. & l. item. 20. de pet. hæred.
h uide gl. in c. ea enim. §. perpetua, 10. q. 2.
i l. sicut. §. hic autem. c. de præs. 30. vel 40. anno.
K d. l. sicut. & l. omnes, c. de præs. 30. vel 40. anno. dicendū hic.
l l. huius. de eo, qui sal. tu. l. 1. de eo per quē fac. erit. & l. vlt. c. de dolo.
m l. in honorarijs. 35. de ac. & ob.
n l. 1. §. quod autem ait pretor. de vi & ui ar.
o l. 1. de diuer. & tēp. præsc.
p Cic. in Pret. urb.
q Pato hic ex Asconio.
r l. 2. de sta. ho. l. 2. de orig. iu. & §. prætorum. su. de iur. nat. & ciui.
s l. ult. de offic. procons.

cui delatũ est ius succedendi ex bono & æquo ad persequendas res hæreditarias; cum de iure ciuili summo nos [f] *admitteretur.* 11 *Item in [fideicommissaria hæreditatis petitione,] quæ ei conceditur, cui restituta est hæreditas ex fideicommisso ad persequenda bona hæreditaria, Vtraque enim perpetua est, vt prætoria, hæredique & in hæredem* [t] *competit.*

f l.1.& 2. de pos. hered. pet.
t l.vlt.§.vlt. de fideicom.hæred.pet.

n Furti quoque.] Actio furti manifesti vt cunque sit prætoria, & pœnam quoque contineat, tamen perpetuò datur, quod ob furtorum frequentiam timeri post annum quadrupli pœnam Prætor publicè vtile esse [u] *existimauerit.* 12 *Cæterum actionẽ furti nec manifesti, ciuilem esse, ideoque perpetuò durare,* [x] *alibi diximus, tametsi* [y] *Baro eam pariter prætoriam esse, & sic anno tantũ durare malit: licet in vniuersum coercitio furti ex lege xij. tabularum descendat. Nam Prætor dupli pœnam inquit* [z] *Gellius) furtib. nec manifestis ẽt imposuit, antiquo iure decemuirali.* 13 *Illud porrò prædictis addendũ est, actiones alias temporalis, per litis contestationem perpetuas fieri. Nam omnes* [a] *actiones, quæ morte aut tpe pereunt, semel inclusæ iudicio permanent, siue agendo, siue excipiendo includantur.* 14 *Postremò actiones q. ad persequendum ius nostrum annales sunt, hæ nobis perpetuò suam uim exhibent ad excipiendum, si alius aduersus nos agat: quod ideò est, quoniam in actoris quidem potestate est, quando vtatur iure suo; is autem, cum quo agitur, non habet in potestate quando* [b] *conueniatur. Et hoc est, quod vulgò dicitur; [Temporalia siue annalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.]*

u vt hic, & l. si cum quis. §. ildiu de fur.
x §.1.sup.de ob. quæ ex delimale.
y Ibidẽ, & hic.
z lib. 11. Noc. Attic.c.18.
a l.omnes, 139. de reg iuris.
b l.pure.de dō. ma.excep.l.licet C.de exc.

§. Non autem.

1 *Actionum diuisio, heredes contrahentium & delinquentium respiciens.*
2 *Quæ actiones dentur hæredibus, & in hæredes.*
3 *Quæ hæredibus, sed non in hæredes.*
4 *Quæ denique neque hæredibus, neque in hæredes: excipiuntur tamen aliquæ actiones.*
5 *Ipsum ius quis significet, apud Consultos.*
6 *Regula, Ex maleficijs pœnales actiones in hæredem rei non dari, explicatus, quandò locum habeat, vel non.*
7 *Quando actio pœnalis etiam in hæredem detur.*
8 *Furtum passus quatenus fuit actionem habeat.*
9 *Actio iniuriarum neque hæredibus, neque in hæredes datur.*
10 *Regulariter actiones ex contractibus & hæredibus, & in hæredes dantur.*
11 *Fallit in actione de dolo.*
12 *Pœnalis actio post litem contestatam & heredi & in hæredem datur; fallit, vt nu. 13.*

a Non autem omnes actiones, quę in aliquem *b* aut ipso iure competunt, *c* aut à Prętore dantur, & in hæredem æquè competunt, *d* aut dari solent. *e* Est enim certissima iuris regula, Ex maleficijs pœnales actiones, in hæredem rei non competere; *f* veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. Sed *g* hæredibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: *h* excepta iniuriarum actione, *i* & si qua alia similis inueniatur. *k* Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem *l* non competit, velut cum testator dolosè versatus fit, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si *m* ab ipsis principalibus personis *n* fuerint contestatæ, & *o* hæredibus dantur, & contra hæredes *p* transeunt.

a Non autem.] Diximus ad rubricam suprà in hoc titulo duas actionum diuisiones tractari, priore ergo absoluta, ad alteram nunc transit, quę hæredes contrahentium & delinquentium, eorumque successores respicit. 1 *Et talis est; quod quadam actiones conceduntur hæredib. & in hæredes; quædam hæredib. sed non in hæredes, quædam denique neque hæredibus, neq; in hæredes.* 2 *[Hæredibus & in hæredis] competunt actiones ex contractibus, vel quasi contractibus, ciuiles & prętoriæ, in rem & personam, modò tamen sciamus, hæredem teneri in rem actione; non tam quod hæres; quam quod possessor est rei* [a] *litigiosè.* 3 *[Hæredibus & non aduersus hæredes] dantur actiones ex maleficijs, vel quasi maleficijs; item ex contractibus in quibus testator dolosè versatus est, cum nihil inde ad hæredem* [b] *peruenerit.* 4 *[Neque hæredibus neque in hæredes] conceduntur actiones, quando scilicet ex delicto agitur criminaliter, nempe ad pœnam ademptionis bonorum, vel aliam fisco* [c] *adplicandam, etiamsi fuerit lis contestata; nisi condemnatio fuerit* [d] *secuta; nec refert, an fuerit publicum siue priuatum* [f] *crimen. Excipiuntur tamen nonnulla crimina, puta lęsæ maiestatis, hæresis, reputandorum, peculiatus, & de residuis. Quorsum pertinet etiam actio* [f] *iniuriarum, actio in factum, quę datur contra libertum, vel filium vocantem patronum, aut patrem in ius sine* [g] *venia; & si quę sunt similes.*

a l. si in rem. 6. de rei vend.
b Vt hic.
c l.vlt.C.si rem vel accu.mor. fue.
d l.ex iudiciorũ. de publi. iud.
e glo.hic.verbo, ex maleficijs.
f hic ver. excepta iniuriarũ actione.
g l.pe. de in ius voc.§.vlt.int. de pętenti.lit.
h l.in c.de.13.de min. l. si tibi de pac.§.quos autem.sup.de bo.pos.& l.1. de superfi.

b Aut ipso iure.] Idest, iure ciuili & mero. 5 *Est enim (vt Baro hic annotat) [ipsum ius] apud Consultos, ius ciuile; quod Pretoris beneficium nullo modò desiderat, siue actionem ipse concedat, siue exceptionem, siue restitutionem* [h] *in integrum. Interdũ tamen [ipso iure] quid fieri dicitur, quod factum, siue*

operam.

operam hominis non [i] requirit.

c Aut à pretore.] Hoc est, ex eius iure nascuntur.

d Aut dari solent.] Hæredi scilicet; nam hic de his agitur actionibus, quæ dari possunt hæredibus, aut in hæredes.

e Est enim certissima.] 6 Notabilis certè hęc est regula, in [k] Pandectis et inter cæteras iuris regulas relata: videlicet, [Ex maleficijs pœnales actiones, in hæredem rei non competere: ob id scitè, quia per mortem delictum & pœna [l] extinguuntur. Explicemus eam populariter. Actiones ex maleficijs ita accipere oportet, vt quasi maleficia etiam [m] includantur. Deinde non otiosè coniunguntur hæc verba, [Ex maleficijs pœnales:] 7 quia vtrunque simul hæc regula exigit, neque alterum sine altero sufficit. Vnde si ageretur de pœna, non quid ex maleficio, sed ex conuentione, etiam hęres [n] tenetur. Idem est, vbi conuentus ex maleficio promisisset pendere pœnam aliquam pecuniariam, posset hæres ex tali promissione conueniri: licet in accessoria pœna promissione sit [o] secus. Rursus si esset ex delicto actio, non tamen pœnalis, sed tantùm rei familiaris persecutoria: & in hæredem concederetur, veluti est, [p] actio furtiua, [q] actio rerum amotarum, & ea, quæ datur eius, quod interest, nomine aduersus iudicem, qui in causa damni infecti non exigit cautionem. Quod additum est, [In hæredem rei non competere:] hoc ita verum est, nisi vel lis sit cum defuncto [r] contestata, vel nisi aliquid deuenerit ex dolo defuncti ad hæredem. Nam sicut pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere; si quid ex ea re ad eum peruenisset.

f Veluti furti.] 8 Furtum enim passus habet actionem furti aduersus furem: quam hæres eius in eundem furem rectè potest aut exercere, aut cœptam prosequi. Sed mortuo fure hæredem illius neque dominus rei furtiuæ, neque successor conuenire potest: nisi aliquid ex furto perceperit, vel dolo malo fecerit, quo minus perciperet [Nam est constitutum] (inquit [s] Vlpianus) [turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri; licet crimina extinguantur.] Sic quoque de cęteris actionibus hic relatis dicendum est.

g Hæredibus.] Eorum scilicet, qui passi sunt maleficia, idque non solùm, vt damnum persequantur, sed & pœnam [t] coniunctam.

h Excepta in iuriarum act.] 9 Quæ neque hæredibus eius qui iniuriam passus est, datur, neque in hæredes facientis; nisi lite cum iniuriatore contestata. Quod ideò est, quia hæc actio nō pertinet ad rem familiarem, sed ex mera vindicta descendit. in bonis nostris esse non dicitur, saltem ante litem [*] contestatam; ideo nec conferri debet.

i Et si qua alia similis.] Exempla Accursius adducit, quæ nos ab initio huius § adduximus.

K Aliquando tamen.] Dixit de actionibus pœnalibus ex maleficijs, quod ea non omnes aduersus hæredes dentur; 10 nunc aliam esse naturam actionum ex contractu, nempe quod hæredibus & in hæredes competant, ostendit. Et ne quid huic tacitæ regulæ obijceretur, occurrit per Antiphoram, proponitque quandam eius exceptionem.

l Non competit.] Tametsi regulariter actiones ex contractibus & hæredib. & contra hæredes concedantur, vt sæpe dictum est, 11 fallit tamen hoc in actione de dolo, quæ nascitur occasione contractus; veluti si testator dolo aliquem induxerit ad contrahendum, qui alias nullo modo contraxisset; hic quidem nulla est actio ex contractu, cum is nullus sit cui dolus causam [u] dedit, sed occasione huiusmodi contractus indulgetur de dolo actio, quæ in hæredem non datur, nisi quatenus ad eum ex dolo deuenit [x] defuncti.

m Ab ipsis principalibus.] Vel eorum [y] procuratoribus.

n Fuerint contestatæ.] 12 Lite enim cum defuncto semel contestata, quælibet actiones pœnales & hæredi, & in hæredem dantur, propter quendam quasi contractum, qui ex litis contestatione [z] oritur; qui quasi contractus, est cā huius transmissionis in [a] hæredem. Et hoc in omnib. ex maleficio actionib. locum habet, vt contestatione quasi contractu & hæredib. acquirantur, & in hęredes transeant. Quorsum facit, quod [b] Paulus scribit; [Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti.] Et [c] Vlpianus, [Omnes pœnales actiones post litem inchoatam, etiam ad hæredes transeunt.]

o Heredibus dantur.] Non solum vt possim peragere cœptam & contestatam litem, sed & eius instantia perempta rursus eandem actionem quasi perpetuatam [d] mouere.

p Transeunt.] 13 Excipiuntur tamen duo casus, in quibus etsi lis contestata sit, in hęredes tamen non transeunt, vtputa in actione de dolo, & reuocatione latę sententię de ingenuitate alicuius. Nam de dolo actio intra biennium continuum inchoari, finirique debet; [e] nec continuatur per litis contestationem. Causa verò inchoata super reuocatione in seruitutem vel libertatem, non potest post quinquennium intendi: & si intra hoc tempus moriatur is, de cuius statu agitur, iudicium prorsus [f] extinguitur.

§. Superest.

1. Omnia iudicia absolutoria esse, quomodo accipiendum.
2. Reus ante litis contestationem satisfaciens, non tenetur expectare iudicis absolutionem.
3. Quando reus dicatur satisfacere actori.

Cau-

i bello. li. 3. sup. putat. c. 10.
k l. pupillū 111. § in hęredes. & l. sicuti pęna. 38. de regulis iuris.
l l. de suito. de pub iud l. si se natus. 15. § si p.p. ad Turpi.
m §. vlt sup. de oblig quæ ex qua. deli.
n l. vlt. de nauti. fœno.
o l. si cum to §. quis intuitat. si quis c l. 1. § sub cōdōne vt leg. no cau.
p l. si pro fure. §. vlt. de condi. fur.
q l. si mulier. 21. § hæc actio. re. amot.
r l. in hæredem. §. de cal. & l. i hrdem de do.
s l. in hrdem in prin. de calu.
t l. si cum exceptione. § post annum. in fi. de eo quod met. cau.
* l. iniuriar. 28. ff. hoc tit.
u l. & eleganter de dol. mol. & l. vlt. pro so.
x si plures. §. 1. & l. in heręde. de dolo.
y Faber hic.
z l 3. §. idē scri. pec. ibi Bart. l. 2. §. 1. de præt. stip.
a Bart. in l. 1. de priu. deli. Cy. alij in l. 1. C. ex del. de.
b l. pœnalia 164. de reg. iur.
c l. oēs pęnales 26. de actio. & oblig.
d l. vlt. C. de psc. 30. vel 40. an.
e l. vlt. C. de do.
f l. 1. §. sed interdum & l. 2. §. vlt. ne de sta. defun. & l. 7. C. eodem.

4 *Cautela est, quòd reus ante lit. contest. offerat satisfactionem.*
5 *Duplex intellectus ad hunc §. circa uerbum Absoluere.*

Superest ut admoneamus, quòd si ante rem iudicatam is, a cum quo actum est, b satisfaciat actori, officio iudicis c conuenit, eum d absoluere: licet in ea causa fuisset iudicii accipiendi tempore, ut damnari deberet. Et hoc est, quod antea vulgò dicebatur, Omnia iudicia absolutoria esse.

Pro coronide] elegans dogma subiicit Imperator, videlicet, in omnibus actionibus hactenus expositis, in quibus ad condemnationem concluditur, officio iudicis conuenire, ut reum absoluat, si ante sententiam satisfaciat actori. 1 Et ideò vulgò dici a *solet, [Omnia iudicia absolutoria esse,] quod non ad necessitatem iuris, sed ad potestatem iudicis refertur. An autem hoc indistinctè procedat,* b *Alciat. in libro, quem [de eo, Quod interest,] inscripsit, vbertim explicat: ad quem iuris studiosos remitto.*

a hic in fin.
b cap. 8.

a *Cum quo actum est.] Lite scilicet iam contestata, & fortè iam factis probationibus. 2 nam si reus ante acceptum iudicium paratus esset satisfacere, non foret opus, vllam iudicis absolutionem expectare, cùm nec iudicium subire cogatur paratus ad* c *soluendum.*

b *Satisfaciat actori] 3 Quid est, quod ait, [satisfaciat?] Certè qui rem, quæ petita est, restituit post litem contestatam, non aliter satisfacere videtur, quàm si eum fructibus & omni causa restituat, & sumptus in litem* d *factos. Est enim [satisfacere,] desiderium actoris implere, qui hæc omnia ex iudicio consequi desiderat, & ad quæ, si pergat reus litigare, damnandus* e *est. Proderit autem maximè reo absolutio, si fortè cōdēnatio ignominiosa futura* f *erat, uel alias pœnam iudicato ingereret, quod* g *Bar. ibi plurib. docet. 4 Semper tamen consultus est conuento, ante acceptum iudicium offerre satisfactionem, quòd illo casu absolutio pendeat ex iudicis arbitrio, hoc verò, etsi velit, condemnare non* h *possit. Sed quid si reus paratus quidem sit soluere, non tamen habeat copiam illius, cui debeat? & tunc per edictum citandus est, potestq; ex mādato iudicis fieri* i *consignatio et depositio.*

c l. si reus paratus. 73. de procu.
d l. præterea 20. de sol uend.
e l. 1. qui satisd.
f l. 1. de his qui not. inf.
g l. infamiam. & pub. iud. l. iusiur. & ad penias 34. de iu reiur.

c *Conuenit.] Et sic ipsius uoluntati utque arbitrio relinquitur.*

d *Absoluere.] A processu scilicet & obseruatione iudicij: à causa enim iam est absolutus per satisfactionem: ideo non est necesse, cum diffinitiuè absoluere ab actione & actoris* k *iure. Atque ita Accursius & Plateu hic Imperatorem interpretantur.* l *Alij tamen malunt, reum tali in uniuersum absoluēdum esse: non modò ab instantia, sed etiam ab ipsa causa, in quam sūam & ipse inclino: tum quia hoc vtilius erit reo, vt si fortè non valeat probare solutionem, possit absolutionem docere, tum quia si ab obseruatione iudicij* m *absolueretur, solū acta causæ annullarentur, quod reo parum prodesset. Quanquam autem reus ante sententiam satisfaciens actori, absoluatur, quò ad principale, in expensis tamen condemnandus erit, si temerè* n *litigauerat. Idem erit, si res uel species debebatur, & erant accessiones: in his enim fiet nihilominus* o *condemnatio.*

h d. l. si reus paratus & Egui. Bar. hic.
i lex. & ibi Bart. an d. l. si reus paratus.
k Io. de Pla. hic.
l Faber hic.
m l. properandū C. de iud.

e *Omnia iudicia absolutoria esse.] Olim omnia iudicia absolutoria dicebantur, id est, non coacta, & adiunctam sententiæ pronunciandæ necessitatem habentia, sed libera & ad utriusque concordiam potius, quam ad seueritatem comparata, sicut Ho. hic ait, exemplum ex Cicerone referens in orat. pro Q. Roscio. De hoc dictio videatur, quæ Alciat. lib. 7. Parer. c. 12. scripsit.*

n Aug. l. si quis inficiatus. 11. de pos. Bar. d. si reus. 29. de pig. act.
o Faber hic.

DE EXCEPTIONIBVS. TIT. XIII.

1 *Collocatio huius tituli defensa.*
2 *Exceptio unde descendat.*
3 *Exceptiones per quę verba olim concipiebantur.*
4 *Exceptionis etymum non est ab excludenda actione.*
5.6 *Exceptio nonnunquam præscriptio dicitur, & unde hoc proueniat.*
7 *Exceptio & præscriptio quomodo differant.*
8 *Exceptio & pręscriptio, & num. 12.*
9.11 *Exceptio genericè & specificè accipitur.*
10 *Exceptiō & defensio an inuicem differant.*
13 *Exceptionis intentionis, an propriè exceptio dici possit.*

Iusta] 1 planè est huius tituli collocatio. Quia enim hactenus de actionibus diximus, actorumq; intentionem instruxit Iustinianus: nunc recto ordine ad eorum quoque partes transit, qui supradictis actionibus pulsantur, qui REI appellantur propria & speciali significatione, eosque pariter instruit, qua sese ratione tueri possint, & excipere, actorumq; impetus depellere. 2 Quod ad declarationē rubricæ, attinet, a *principio uidendū, quid significet exceptio; quippe verborum prior, rerum potior est interpretatio.* a *[Exceptio, ab excipiendo descendit: ut enim, cum ex regula detrahimus casus quosdam, excipere dicimur; sic*

a l. 1. ff. si per pet.

& cum actioni propositæ nõn esse locum contendimus. 3 *Quod ex ipsis exceptionum formulis passim in iure obuijs palam fit. Per aduerbia enim,* [*Nisi, & si non,*] *fere concipiebantur à consultis, veluti,* [*Si non conuenit, ut eadem rei mihi quoq; pignori* [b] *esset: Si non mihi mandatum sit, a creditoribus* [c] *peterem: Si non inter creditorem eum, ad quem vsusfructus pertinet, conuenerit, ut usufructus* [d] *pignori sit: Si non contra tabulas bonorum possessio filio dari* [e] *potuit: Si in ea re, de qua agitur, præiudicium hæreditati non* [f] *fiat: Nisi ripæ tuendæ causa factum* [g] *sit: Si ea res iudicata non sit inter te, & eum, cui* [h] *uendidisti:*] *& si quæ sunt similes formulæ, in quibus semper subaudiendum est: Rectè ageres,* [*nisi,*] *uel,* [*si non,*] *&c.* 4 *Errant ergò, qui putant exceptionis etymum ab excludenda actione esse: quoniam* [i] *Vlpianus exceptionem magis describere voluit, quàm originem eius explicare.* 5 *Solet autem exceptio non rarò ab antiquis consultis & præscriptio* [k] *dici: unde etiam est titulus in* [l] *Pandectis,* [*De exceptionib. seu præscriptionib.*] *Et alibi traditur,* [*præscriptiones fori à principio à litigatoribus opponendas esse.*] *Itẽ,* [*omissam præscriptionem dilatoriam, postea exerceri non* [m] *posse:*] *& si qui sunt similes loci, in legibus passim* [n] *obuij.* 6 *Sed unde hoc sit, quòd præscripta pro exceptione accipiatur, non videntur Doctores satis intellexisse. Mihi verisimile videtur,* [o] *Exceptiones reorũ ideò olim præscriptiones fuisse dictas quoniam sicut actiones certas olim habebant formas & conceptiones, in quibus cadent à syllaba, causa cadebat,* [p] *quas Iustinianus ob id sustulit: ita exceptiones quoq; certis formulis conceptæ fuerant & constitutæ, ne pro arbitrio possent à reis conuentis extra rem (vt nunc sæpè fit) proponi. Nã præscribere inter cætera significat statuere aliquid, & certo ordine concipere. Hinc ergo factum est, ut exceptiones indifferenter, siue ex longa possessione, siue ex alijs diuersis temporum definitionibus essent productæ, præscriptiones appellarentur:* [q] *vt est tit. in ff.* [*De diuersis & temporalibus præscriptionibus.*] *Unde* [r] *Modestinus,* [*Vtrobiq; enim*] *inquit,* [*præscriptione submouebitur.*] *Et* [s] *alibi, non semel exceptionem rei iudicatæ uocat præscriptionẽ.* 7 *Alciat.* [t] *tamen exceptionem à præscriptione distare censet, tanquam genus à specie: nempe quòd exceptio generale nomen sit cuiuscunq; defensionis, quoquo modo actioni obiectæ: præscriptio uerò ea propriè dicatur, quæ directò intentioni agentis non aduersatur, nec eam prorsus negat, sed contendit, ne admittatur eo, quo agitur, modo. Post interpretationem uerborum nunc rem ipsam uideamus.* 8 [*Exceptio itaq;*] [u] (*Vlpiano autore*) [*est actionis exclusio.*] *Sed hæc declaratio, id est, uocis interpretatio potius est, ut paulò ante dixi, quam definitio. clarius enim & apertius est, excludere, subaudi, obligationẽ, actionẽq; ex ea promanantem; habet tamen eiusmodi declaratio uim definitionis. Quia verò hæc specifice tantũ exceptioni conuenit; ideò largiùs definienda est.* 9 *Sciendum enim est, sicut actionis, ita & exceptionis nomen genericè, & speciatim accipi in legibus. Generali appellatione* [*exceptio*] *dicitur omnis defensio, qua conuentus agentem in iudicio à se depellit: siue iure ei competat actio, siue de facto tantum experiatur. Nam & dilatoria, & solius intentionis exclusiones, propriè exceptiones* [x] *dicuntur.* 10 *Et accepta hac significatione nihil distant exceptio, & defensio, unde plerunque defensionis uerbo pro exceptione utuntur Consulti.* [y] 11 *Speciali autem acceptione hæ solum depulsiones uocantur exceptiones, quibus actiones excluduntur.* 12 *Pôt ergo exceptio generica sic rectè* [z] *definiri:* [*Exceptio est actionis uel intentionis exclusio:*] *actionis quidem, si ea de iure agenti competit, sed non cum effectu actionis, intentionis uerò, si actori iure nulla datur actio, sed tantum de facto experitur. Dixi autem,* [*actionis uel intentionis,*] *disiunctiuè ideò, quia exceptio quandoq; actionem, quandoq; intentionem tantùm, excludit.* 13 *Scio* [a] *plerosq; controuertere, nũ exceptio solius intentionis, propriè exceptio dici possit; cum ducto argumento ab etymo uocis, ita demũ quis dicatur propriè excipere, quando excludit actionem actoris fundatam, sed quando reus negat, quod petitur, non potest dici, actorem excludi, cum intentionẽ nedum fundauit. Verùm supra ostensum est, exceptionem non ab excludenda actione dictam, sed ab excipiendo descendere: & negari haud põt, quin & is propriè excipiat, qui actorem de facto agentem depellit, eiusq; fundamentum, ex quo deducere nititur actionẽ uertit ac depulsat. Excipit siquidem reus, cum actionem de facto ab actore, propositam ei non competere ostendit. Interim non inficior, quin interdum cum actione etiã intentio excludatur, ut in actione doli, uel metus uidere est; attamen in comperto est mixta sub simplicibus* [b] *contineri. Et hæc ad protheoriam præsentis tituli in gratiam tyronum præfari libuit.*

b l. si debitor. 10. de pig. & hyp.
c l. atque si hoc de procu.
d l si is qui bona. 11. §. usufr. de pig.
e l. si prætextu de bo. possess. con. tab.
f l. 1. fam. ercisc.
g l. 1. §. Labeo scribit. de fluminibus.
h l si a re. de exc. rei iud.
i l quinque pedũ. C. fi. reg.
l l. ul. C. fi. reg.
m l. pen. dict. tit.
n Quorũ Alc. aliquot congess. in rep. d. l. quinque pedum.
o Old. in trac. de præscript.
p Geyl. li. 10. c. 9 Alc. in l. pecuniæ uerbũ 178. de uer. si.
q l 1. & 2. C. de for. & im sub.
o l. nihil. 12. in prin. de inoff. test.
s l. qui agnitis. & exc. & præsc.
t d. l. quinq; pedum.
u d l 2. de exc.
x Alc. i l. uerbũ oportebit. §. actionis. de uerb. sig.
y l. si quidem. l. si ga. C. de exc. l 1. de iu & fac.
z Pan in rub. extra, de excep.
a Feli. & Dec. in d. rub. de exc.
b gl. in l 1. in pr. ibi Zas. & uer. obl. & Ang. i §. omniũ. In. de act.

Princip. tit.

1 *Exceptiones quando rei vel personæ cohærere dicantur.*
2 *Exceptionum aliæ iuris, aliæ facti.*
3 *De exceptione, Quod metus causa, & quod sit in rem scripta.*
4 *De quo metu ea exceptio intelligenda.*
5 *Exceptio doli explicatur.*
6 *Exceptionem doli duplicem esse.*
7 *An doli exceptio detur contra hæredes dolosi.*
8 *Exceptio doli perpetua est.*
9 *Exceptio in factum, siue erroris declaratur.*

Sequi-

Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum *a* eorū gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, *b* iusta sit: tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. *c* Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus aut errore lapsus, stipulanti Titio, promisisti, quod non debueras promittere, palam est, iure ciuili te obligatū esse, & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est, sed iniquum est, te condemnari. Ideoque datur tibi *d* exceptiō, Quod metus causa, *e* aut doli mali, *f* aut in factum, composita ad impugnandam actionem.

a Forma gratia, cum quib.] Id est, reorum. Sic enim ipse [a] *Vlpianus hæc uerba iure interpretatur. Nec interest, an cum principalibus reis debendi, eorumque hæredibus agatur, an uero cū eorū fideiussoribus, mandatarijs, & similibus* [b] *personis. Si tamen sit exceptio, quæ rei cohæreat: secus in exceptione cohęrēte* [c] *personæ.* 1 *Dicuntur aūt exceptiones cohærere rei, quæ radicē obligationis cōcernunt: ut est exceptio doli mali, iurisiurandi, pacti de non petendo, non numeratæ pecuniæ. In personā autē dicuntur exceptiones cohærere, quæ personam, eiusque qualitatem potius concernunt, quam radicem* [d] *obligationis.*

b Iusta sit.] Hoc est, sit efficax ad agendum, inspecto scilicet summo iure ciuili.

c Verbi gratia] 2 *Hic meminisse oportet, quod interpretes vulgò tradunt, exceptionem aliā esse iuris, aliam facti, siue intentionis. [exceptio iuris] est, qua eliditur actio illius, cui de iure quidē actio competebat, sed non cum effectu exactionis, & huius tria hic exēpla: referuntur: nēpe exceptio metus, doli, & in factum loco doli, contrā parentem & patronum; quas sigillatim mox examinabimus. [Facti] uerò est, quando actori de iure nulla competit actio, sed de facto tantum agit, ut quia uel ab initio non habuit actionem, uel habuit quidem: sed iam prorsus est extincta: tales sunt, exceptio rei iudicatæ, transactionis, iurisiurandi, confessionis, & id genus aliæ. Cuiacius* [e] *tamen asserit, nullam esse exceptionem, quę dicatur facti.*

c Errore] Id est, imprudentia. Exempla apud [a] *Vlpianum extant.*

d Exceptio. Quod metus causa.] 3 *Prima exceptio, cuius hic fit mentio, est exceptio. [Quod metus cā,] quę datur aduersus petentem id, quod promissum est* [f] *per metum. Et quemadmodum actio. [Quod metus causa,] quā petimus rem metu extortam cum omnibus accessionibus nobis restitui, utcunq; in personam sit ex maleficio uiolentę concussionis, in rem tamen scripta* [g] *censetur: ita exceptio quoque metus in rē scripta* [h] *est.* 4 *Non autem quilibet uanus timor, puta alicuius uexationis, uel periculi remotioris, sed præsentis mali, aut verisimiliter mox futuri metus hic intelligendus est, qui merito etiam in hominem constantissimum cadere* [i] *possit.*

e Aut doli mali] Altera exceptio [doli] est, quæ aduersus exigentem id, quod dolo malo actoris promissum est, [k] *competit: ideo inuenta, ne dolus suus cuiquam patrocinaretur. Necesse autē est, in hac exceptione, ut eam obijciens alleget, dolo actoris factum esse De dolo enim agentis excipere oportet, non alterius, nisi in casibus, in quibus dolus unius alteri* [l] *nocet.* 6 *Porrò hęc (de dolo) exceptio duplex est, una, principaliter ex ipso contractu datur, ut si dolo me induxisti, ut tibi promitterem, & hęc cōdemnatum infamat, & quia odiosior est, si quis debitor ea tutus exceptione ultrò soluat,* [m] *non repetit. Altera est, quæ nō oritur tempore contractę obligationis, sed magis ex quodam facto postea subsecuto, ueluti, si pactus non petere ante Kalendas, nihilominus ante eum diem petas Et hęc quidem exceptio conuenit cum exceptionibus in factum, nec ullatenus* [n] *infamat, estq. fauorabilior, ut si quis, cum ea tutus esset, per errorem* [o] *ultrò soluerit, possit condicere.* 7 *Illud quoq; addendum est circa doli exceptionem, quod ea ex persona illius, cui obijcitur, personalis sit, ideoq; non possit contra alium opponi, quam eum, qui dolum commisit, eiusue hæredes, in id, quod ad eos peruenit, hoc est, quatenus ex dolo defuncti locupletior ad ipsos hæreditas peruenerit, aut quominus perueniret, fraude eorum factum* [p] *est. Excipiuntur tamen hęredes parentum, uel* [q] *patronorum Cęterum ex persona eius, qui hanc exceptionem obijcit, in rem scripta est, si quidem in excipiendo non principaliter quęritur de autore doli, sed an in ea re dolo malo aliquid factum sit.* [r] 8. *Est autem perpetua hęc exceptio doli, utcunque actio de dolo biennio tantum* [s] *duret.*

f Aut in factum) 9 *Tertia exceptio in factum est, qua datur contra eum, qui exigit id, quod quis errore, quasi deberet, promisit Quia uerò errorem iustum esse oportet, & διηγηματικῶς, id est, narratiuè, hęc exceptio* [t] *opponitur, [in factum] dicitur. Oportet enim in iure apud Prętorem narrare factum, ut existimet an iustus error* [u] *fuerit. Alij uerò hanc exceptionem [erroris] dicunt, qua & illi sese tueri possunt, qui eius rei incusantur, quam nesciuerunt iure ciuili prohibitam Non enim facti solum ignorantia, sed & iuris ciuilis ad effugiendum damnum excusat. Itaq; sentiendum est in ijs* [x] *casibus, in quibus ignorantia facti aut iuris nobis non noceat.*

a l. 3. de iureiur.
b Ang. i. sub. huius tit. nu. 10.
c l. exceptiones 7. h. tit. l. quis personale 13. & ibi Barto. sol. mat.
d Exempla sunt in d. l. excep.
e in l. si tibi 17. de pactis.
a in l. Iubanus ait. 7. de doli excep.
f l. si donationes. C. quod met. cau.
g l. metum autē §. ubi. quod me. cau.
h l. apud Celsū 4. §. met' causa 33. de dol. ma. & me. excep.
i l. metum autē cū aliquot. ll. seq. quod me. caus.
K l. 1 ff. doli exc
l de quib. uid. gl. in l. 2. §. docere de dol. excep.
m l. q. exceptionē 40. ibi glo. de cond. ind.
n l. 2. §. itē quæritur ff. dol. exc.
o l. si nō fortē. 26 §. indeb. ff. cond. ind.
p l. si plures. l. in hæredē. cū l. seq. de do. ma
q l. apud Cels. 4. §. aduersus parentes. 16. de dol. ma. & me. excep.
r l. 2 §. plane. de do. ma. & me. excep.
s l. de dolo, C. ff dol.
t Teoph. hic.
u Io. And. in c. ignorantia, ff reg. iur.
x Quos habes in l. regula. ff iu. & fact. igno.

§. Idem iuris.

1 *Exceptio non numeratę pecunię extingitur.*
2 *Exceptio non numeratę pecunię proprie in mutuo locum habet.*

3 Pecuniæ appellatione res mobiles & immobiles continentur.
4 Exceptio non num. pec. biennio durat.

a Idem iuris est, si quis quasi b credendi causa c pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nã eam pecuniam à te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ d te defendi debere, cuius tempora nos (secundum quod e superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coarctauimus.

a fu de lite.ob.

a Idem iuris est.] 1 De exceptione non numeratæ pecuniæ hic §. loquitur: de qua nos plura a alibi scripsimus. Nam si quis alicui det syngrapham, qua promittit se redditurum decem, quæ ab eo acceperit ex aliqua causa; aut apocham, qua testatur se accepisse ab aliquo debitũ spe futuræ numerationis aut solutionis: non est dubium, quin teneatur obligatione ciuili, ut soluat, quod promisit, & ut non petat, quod se recepisse scripsit. Verum quia iniquum est, eum teneri ad reddendum, quod non acceperit, aut ad liberandum debitorem, à quo debitum non sit solutum, propter nudum syngraphæ, aut apochæ testimonium: quare legibus constitutum est, ut si debitor scripserit sibi numeratam pecuniam, cum non sit, ei præiudicet scriptura, nisi intra biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ b opposuerit.

b in l. contractibus. 4. C. de nõ num. pec.
c l. aduersus. C. de nõ nu. pe.
d l. cum de indebito 25. §. ult. de prob.
e d. l. in contractibus 4.
f l. pecunia. 178. de uerb. sign.
g l. tam mandatori. C. h. titu.
h l. si intra. C. d. tit.

b Credendi causa.] Id est, mutuum dandi. 2 Nam in mutuo propriè locum habet hæc exceptio. Et obseruã multum referre, ex qua causa scripserit quis sibi aliquid datum. Nam si mutui quidem nomine data sit cautio, illi, qui dedit eam competit hæc exceptio aduersus eum, in quem cautio est exposita: ita uidelicet, ut si ex ea conueniatur, & biennium nondum sit elapsum, liceat eam illi opponere, & actori incumbat numerationem factam c probare. Ex alia uerò causa si quis scripserit, se accepisse quippiam ab aliquo, cogitur stare suæ confessioni, quam scripto fecit, nisi euidentissimis probationibus in scriptis habitis ostendere paratus sit, sibi non esse exhibitum id, quod spe futuræ numerationis se accepisse, aut redditurũ d scripserit.

c Pecuniam.] Hoc non solum de pecunia signata accipiendum est, sed de quauis alia re, quæ mutuo dari soleat. 3 Nam pecuniæ nomine omnes res tam soli, quam mobiles f continentur. Quamcunq; ergo rem scripsimus nos accepisse, locum habet hæc exceptio, si ea data non sit.

d Te defendi.] 4 Intra biennium, quod præstitutum est: tamdiu enim durat hodie hæc exceptio, licet quinquennis fuerit. Et hoc ad fideiussores g quoque & hæredes h producitur, si modo biennium necdũ lapsum sit.

e Superioribus libris.] Nempe libro tertio Institutionum sub titulo, De literarum obligationibus, ubi diffusius hac re disputatum est.

§. Præterea.

1 Exceptio pacti de non petendo explicatur.
2 Eadem illustratur per exemplum.
3 Per pactum de non petendo non tollitur præcedens obligatio ipso iure, sed tantum per exceptionem.

Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus a obligatus manet: quia pacto conuento obligationes b non omnino dissoluuntur: qua de causa, efficax est aduersus eum actio, quum actor intendit, c SI PARET EUM DARE OPORTERE, sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

a gl. in l. qui æquitate 12. de do. ma. exce.

1 Rursus] alia exceptio adducitur; nempe] pacti de non petendo.] Depelluntur enim & illi ab agendo, qui pacti sunt se non petituros, quòd ipsis ex legitima aliqua causa debetur. Nam cum exceptio detur ex æquitate, nec quicquam magis æquum sit, quam pacta conuenta seruari, palam est, etiam nudum pactum de non petendo habere exceptionis uim, si causa, ex qua nobiscum agitur, talis sit, ut ipso iure sublata per istud pactum dici non possit, quales sunt omnes legitimæ conuentiones, quæ non ex solo iure gentium, sunt æquitate naturali, sed & iure positiuo existunt. Nam etsi contra eas positum sit pactum de non petendo eo, quod nobis ex earum obligatione debatur, tamen quia obligationes penitus non tolluntur contrarijs conuentionibus nisi factæ sint eisdem formis, quibus illæ sunt initæ, quarum obligationes tollere debent, necesse est pacti exceptione apud iudicem elidi, quod reliquum de obligatione mansit, propter imbecillitatẽ pacti, quod interuenit contra primam obligationem, ut, quod illis deest in tollenda obligatione, iudicis cognitione & authoritate suppleatur. 2 Dicam (si potero) expositius. Meuius stipulatus est à Titio centũ, quę promisit se illi daturum pro fundo, quem ab eo emit, postea Meuius uenditor fundi nudo pacto pollicetur, se illa centũ ab eo non petiturum, quod pactum quia solum naturalem parit obligationẽ, nõ potest absq; ope exceptionis, id est, ipso iure, & sine facto hominis tollere obligationẽ ex stipulatione natã, quia non ea solum naturalis, sed

sed & ciuilis est. Itaq; si Meuius ex obligatione ciuili, quę per ipsum factum non est extincta, & ius agendi illi prębet præterea quæ naturali obligatione ante istud pactum iuncta fuerit, à Titio ista centum petat, opposita exceptione de non petendo tollitur ciuilis obligatio, quæ ex stipulatione ad Meuium mansit, demum interueniente iudicis cognitione. Atq; ita quoq; pactum de non petendo non tollit ius petendę hęreditatis, aut alterius actionis realis, sed impedit tantum eas, vt non sortiantur effectum, si per exceptionem oppositum sit. Atque in hunc modum [b] Lagus, post Bart. & reliquos [c] commentatores hanc pacti de non petendo exceptionem eleganter explicuit.

a Obligatus manet.] 3 Et sic per pactum de non petendo non tollitur præcedens obligatio ipso iure, sed exceptionis demum obiectu; quod intellige de naturali & ciuili obligatione simul. Naturalis enim tantū obligatio solo pacto non petendi tollitur, quia [d] vinculum æquitatis, quo solo sustinebatur, conuentionis æquitate dissoluitur. Rectè ergo Paulus scribit, quòd si creditor reum, qui pactum de non petendo fecit, in ius vocauerit, isque reus pacti exceptionem non opposuerit, extincto [e] primum solo pacto naturalis, ciuilis per pacti oppositionem elidatur, hoc est, extinguatur & perimatur.

b Non omnino.] Idest non ipso iure, nec funditus. Nam tale pactum solam naturalem obligationem extinguit ipso iure, vt paulò ante quoque dixi.

c Si paret eum dare oportere.] Idest, si intendat actionem personalem. Fuit enim hæc olim actionis in personam formula, sicut alibi annotauimus.

b In meth. iuris ciuil.
c in l. si vnus 27. §. pactus ne peteret. de pact.
d l. Stichum aut Pamphilum 95. §. naturalis. de sol.
e Vide Conras lib. 2. Miscel. cap. 10.

§. Aequè si debitor.

1 Exceptio iurisiurandi explicatur.
2 Causa semel iuramento decisa, non potest prętextu periurij retractari.
3 Iuramentum procuratoris aut defensoris rei, domino prodest.
4 Simplex procurator non potest iuramentum deferre.
5 Procurator in rem suam quis dicatur.
6 Iuramentum spontaneum nullam vim habet.
7 Eadem vis iuramenti remissi, quę præstiti.
8 Iusiurandum, æris alieni emplastrum.
9 Iuramentum prodest, siue quis in personam, siue in rem actione conuentus sit.
10 Iuramentum affirmatiuum maiorem vim habet, quàm negatiuum, & quę sit diuersitatis ratio. num. 11.
12 Iuramentum etiam successori iurantis prodest.

Aeque *a* si debitor *b* creditore *c* deferente *d* iurauerit, nihil se dare oportere, *e* adhuc obligatus permaneat; sed quia iniquum est, de periurio quæri, *f* defenditur per exceptionem *g* iusiurandi. *h* In ijs actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: veluti si petitore deferente possessor iurauerit, *i* eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vendicet. Licet enim verum sit, quod intendit, idest, rem eius esse, iniquum tamen est *k* possessorem condemnari.

1 Enarratur.] hoc loci exceptio [iusiurandi,] quę competit aduersus actionem tam in rem, quā in [a] personam, docetq; hic Iustinianus, iusiurandum præstitum à reo, quòd nihil debet, non tollere precedentem obligationem, sed contra petentem exceptionem iurisiurandi concedi. Sicut enim pactum non petendi non extinguit ciuilem obligationem, sed duntaxat naturalem, vt [b] paulò ante ostendimus, ita & [c] iusiurandū. Si aūt præstetur ab actore iuramentū in personali actione, tunc si formiter iuratum sit, datur actio ex eo contractu, si informiter, actio in factum [d] competit. Quando autem dicatur formiter, vel informiter iurari, [e] alibi ostensum est. Obserua ergo, actorem volentem arguere reum periurij, non admitti ad agendum primęua actione, sed per exceptionem iusiurandi ab eo delati, & à rei præstiti ipsum ab agendo excludi. 2 Quia causa semel iuramento decisa non potest prætextu periurij amplius retractari, nisi hoc inter partes nominatim sit [f] conuentum. Sunt & alij casus, in quibus non obstante iuramento prima lis restauratur: quos Accursius & Plat. hic recensent.

a Si debitor.] Eiusue procurator, aut defensor, qui vltrò se liti obtulit. 3 Nam iusiurandum defensoris vel procuratoris rei ab aduersario delatum prodest domino, exceptionemque ei parit; sicut contra, si actoris procurator iurauerit reo deferente, ei quoque ex tali iuramento actio [g] nascitur.

b Creditore.] Vel eius procuratore generali, aut etiam speciali si idipsum ei nominatim mandatum sit, vel si sit procurator in rem suam [h] factus. 4 Simplex enim procurator, non habens speciale mandatū deferendi iusiurandū, etsi deferat, non est [i] audiendus. 5 Is verò intelligitur in rē suam factus esse procurator, cui alius cessit suam actionē, aut cui adiudicata sunt bona, aut data nomina in solutū per iudicem exequentem, cum aliud in bonis conuicti non reperiretur. [k] Quibus autem verbis conscituatur talis procurator, Bart. & Doctores [l] suis locis demonstrant.

c Deferente.] Rectè addit [deferente;] 6 quia iuramentum spontaneum, i. non delata iurandi conditione

a De vtraque est glo. in §. itē si quis postulante. sup. de act.
b §. prox. præc.
c l. vlt. de iureiu.
d l. nam & postea. 9. §. 1. de iureiur.
e in d. §. item si quis postu. n. 11. 30. & 33.
f l. 1. de iureiur.
g d. l. nam & postea. §. iusiur.
h l. iusiurandum quod ex conuentione. 17. §. vlt. de iureiuran.
i l. alias 18. de iureiur.
k l. piane. 3. fa. ercisc. l. 2. C. quan. fis. vel pri. deb. sup. de exi.
l in l. 2. §. vlt. de noui op. nūc.

m d. §. item si qs postulante, & habetur in l. 3. de iureiur. ne præstitum, nullam vim habet; vt [m] alibi diximus.

d Iurauerit.] Vel cum iurare paratus esset, remissum sit ei iusiurandum. 7 Eadem enim vis est & efficacia iuramenti remissi, atque [n] præstiti.

n d. l. nam & postea. 9. §. 1. e Adhuc obligatus.] Saltem ciuili obligatione: naturalis enim ipso iure perempta iam [o] est.

o l. Stichū 95. §. naturalis. & so & d. l. vlt. f Defenditur per.] si conueniatur ex ciuili obligatione adhuc durante; nec refert, an prior actio, ad quā submouendam iurauit, rursus instituta sit, vel alia quapiam idem [p] petatur.

p l. duobus. 28. §. exceptio iurisiurandi, & §. colones. de iureiur. g Iurisiurandi.] Quod scilicet vim iudicati obtinet: adeò vt nihil aliud quæri debeat, quàm an iuratum sit remissa quæstione, [q] an debeatur; quasi satis probatum sit iureiurādo. 8 Et hinc intelligitur, cui Laberius iusiurandum æris alieni emplastrum esse dixerit, apud Gell. lib. 16. c. 7.

q l. non erit. 5. §. dato de iureiur. h In iis quoque.] 9 Dixit, conuento personali actione prodesse iuramentum: nunc idem in vendicationibus, idest, realibus actionib. locum habere ostendit. Quare eleganter [r] Vlpianus. [Quacunq; (inquit) actione quis conueniatur, proficiet ei iusiurandum: siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue pœnali actione agatur, siue de interdicto: sed etsi de conditione personæ fuerit iuratum, prætor iusiurandum tuebitur.] Hæc ille.

r l. 3. §. quæcunque. de iureiu. & ibi Zas. i Eam rem suam esse.] 10 Et hæc iusiurandi formula affirmatiuè concepta maiorem vim habet, q̄ negatiua, puta, [rem petitoris non esse.] Nam si reus iuret, rem non esse petitoris, habet solum exceptionem; sin autem suam esse iuret, habet etiam actionem aduersus debitorem: si fortè ipsum rei possessione excidere contingat. 11 Sed cur tam variè? quia priori casu, quando reus iurat, rem petitoris non indesequitur, ob id suam esse: potest enim neutrius esse: itaque meritò ex tali iuratione nulla ei actio nascitur. Secus est quando rem suam esse iurauit, petitore deferente; quoniam hoc casu ex iureiurando noua actio quæritur iuranti aduersus petitorem, qui iurandi conditionem detulit: sicque consensit rem iurantis esse. Habet etiam Publicianam hoc casu is, qui iurauit aduersus quemlibet alium, si nitatur ex iuramento, & traditione [t] secuta.

s l. sed etsi possessori 11. eo. tit. de iureiur.

t d. l. nam & postea. §. vlt. & ibi glos.

u l. ait prætor. 3. cum l. seq. de iureiur.

K Possessorem condemnari.] Propter iusiurandi religionem, 12 quæ vim suam non solùm in eo habet, qui iurauit, sed in quocunque alio, qui ei successit, etiam si titulo [u] singulari. Vides ergo, iuramentum à nobis præstitum etiam aliis non noceat, quod ipsi detulimus.

§. Item si in iudicio.

1 Res iudicata quid sit.
2 Sententia quando dicatur transire in rem iudicam.
3 Hæc verba textus, Actum fuerit, quam vim habeant.
4 Exceptio rei iudicatæ tam ex reali quam personali actione nascitur; diuersimodè tamen.
5 Quomodo hic sola naturalis obligatio actionum pariat.
6 Exceptio rei iudicatæ vt locum habeat, quæ requirantur.
7 Eadem res peti quando dicatur.
8 Ex eadem causa agere quando censeamur.
9 Generaliter petens rem, quam suam asserit, omne ius suum in iudicium deduxisse censetur: obstatque ei postea agenti exceptio rei iudicatæ, si semel succumbet: fallit, vt numero 11.
10 Eadem res ex diuersis causis nostra esse non potest.

Item si in iudicio tecum *a* actum fueri, *b* siue in rem, siue in personam, nihilominus *c* obligatio durat; & ideo ipso iure *d* de eadem re postea aduersus te agi potest; sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

2 Exceptionem rei iudicatæ] hic §. ennarat. 1 Ad protheoriam autem huius exceptionis cognoscendæ cumprimis sciendum est, [rem iudicatam] non dici sententiam iudicantis, sed ipsam rem, quæ finem controuersiarum iudicis pronunciatione accepit, quod vel condemnatione, vel absolutione [a] contingit. Itaque q̄uis statim, postquam lata est in aliqua causa diffinitiua sententia, res iudicata dici [b] potest; tamen q̄ primum fuerit ab ea appellatum, fingitur non esse indicata. 2 Ac proinde nec dici potest, sniam in rem iudicatam tansiuisse, à qua appellatum est, nisi iudex appellatus eam denuò comprobarit. Si verò appellatione omissa effluxerit tempus, quo appellari à sententia oportuit, nempe decendium, aut pacto renunciatum sit appellationi inter litigantes, fingitur non esse appelllatum, & sententia ritè lata in rem iudicatam transit, quia controuersiarum finis per eam causæ impositus est.

a l. 1. de re iud.

b l. litigantibus. C. de appel.

a Actum fuerit.] Subaudi, & iudicatum secundum te, ita vt ex aliqua causa perpetua obsolutionē obtinueris. Nam si conuentus in rem actione absolueretur, quia non possideret, neq; dolo desiisset possidere, & deinde possideat, rursus conueniri pōt, non obstante rei iudicatæ exceptione, vtpote cuius nunc causa cesset.

3 Habent

3 Habent autem hæc uerba,[(actum fuerit)] eam uim atq; emphasim, quod exceptio Rei indicatæ nō ui si ad ea pertineat, de quibus actum est: ut licet prima petitio generalis fuerit, atq; etiam sententia; ad ea tamen duntaxat pertinere intelligitur, de quibus fuerit specialiter & nominatim c actum. Quod propriè de actionibus personalibus accipiendum est, quarum possunt esse plures causæ.

b Siue in rem, siue in personam.] 4 In hoc enim conueniunt realis & personalis actio: quòd ex utraque rei iudicatæ exceptio nascitur: multum tamen est discrimisis in speciali conditione utriusq; quemadmodū [d] Paulus respondit in hæc uerba: [Actiones in personam ab actionibus in rem hoc differunt: quod cum eadē res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulæ causæ sequuntur, nec ulla earum alterius petitione uitiatur. At cum in rem agò, non expressa causa, ex qua rem meam esse dico: omnes [e] causæ una petitione adprehenduntur. Neque enim amplius, quàm semel, mea esse potest.] Quem Pauli locum [e] Zasius pulcherrimè enarrat, & [f] Bald. quoque eundem pleniori distinctione eleganter illustrat.

c Obligatio durat.] Nempe [g] ciuilis: conuersa rota quoad exceptionem pacti de non petendo. & iurisiurandi; ubi naturalis obligatio tollitur, remanente ciuili. 5 Sed quomodo hic sola naturalis obligatio pariet actionem, ciuili extincta? cùm ex sola naturali obligatione actio nulla [h] detur? Respondit Bartolus; tametsi naturalis sola non sufficit ad producendam actionem, sufficientem tamen esse ad iam productam conseruandam; sicut contra ex sola ciuili non conceditur [i] actio, attamen iam enata conseruatur, etiam si naturalis cesset.

d De eadem re.] Ut exceptio [rei indicatæ] locum habeat, tria coniunctim requiruntur. Primum, ut eadem res posteriori iudicio petatur, quæ priori iudicio petita transierit in rem iudicatam. Deinde ut inter easdē personas controuertatur, inter quas pronunciatum antea est. Denique ut ex eadem etiam causa agatur, ex qua antea actum est, & nisi hæc tria simul concurrant, cessat rei iudicatæ [k] exceptio. 7 Dicitur autem eadem res peti non solum, cum eadem species petitur, sed etiam cum id, quod ad idem corpus, quod est petit tum, pertinet, etsi specie diuersum sit à corpore, ut si quis cum peteret nauem, succubuerit, & postea tabulas quasdam, quibus compacta est nauis, petat; rectè submouebitur exceptione rei [l] iudicatæ. Idem quoq; est in [m] hæredibus, & in singularibus [n] successoribus litigatorum, quoniam defuncti personam gerunt, quantum ad iura agendi & defendendi attinet. Sæpe etiam ratione potestatis, quam habet persona in personam, aut quam quis ab altero habet ratione mandati, uel societatis, diuersi eadem [o] persona censentur. 8 Ex eadem uerò causa agere censemur duobus modis, primò cum causam quæ in libello expressa est, post latam sententiam rursum in iudicium deducimus, & hoc casu semper obstat iudicati exceptio. Deinde cum causa in libello non est expressa, sed generaliter aliquid petitum, id quod in solis realibus actionibus licet. Nam in personalibus necesse est, causam [p] exprimi. 9 Isto autem casu, quo indistinctè aliquid petitū est in rē actione, locum habet iudicati exceptio contra denuo agentem, postquam succubuit, quia is, qui generaliter rem petit sibi restitui, quam suam esse dicit, non expressa speciali causa, intelligitur omne suū ius propter quod istam rem suam esse contendit; in iudicium deduxisse, ac proinde denuo agenti obstat exceptio iudicati, quia scilicet ex eadem uidetur agere. 10 Nam deberi quidem nobis ex diuersis causis potest, sed eadem res nostra esse ex diuersis causis [q] non potest. Itaq; non expresso iuris titulo, quo mediante acquisiuimus dominium, petentes rem ut nostram, uidemur omnes causas complexi esse, quibus eam rem nostram factam esse [r] putauimus, atque ita tanquam ex eadem causa agentes excludimur ab agendo exceptione iudicati, si semel succubuerimus. 11 nisi forte doceri possimus, ex noua aliqua causa dominium nobis contigisse post illud iudicium, quo antea contra nos pronunciatum [s] est.

c l. 2. C. de iud
d l. & an eadem 14. §. actiones de exc. rei iu.
e in d. §. actiões
f Bald. hic.
g Hic & l. Iulianus. 60 de cō di indeb.
h l. Iuisgentiū. 7. § pac. l. tratet. 38. de cō. inde. & l. si pupil. 127. de uerbo. oblig.
i l. si unus 27. §. pact. de pact.
k l. cum quæritur. 2. cum duab. ll. seq & excep. rei iud.
l l. si quis cum totū. 7. de exce. rei iud.
m l hæredē. 59. de reg. iur.
n l. si a te 9. §. a te. de exce. rei iud.
o l. si mater. 11. §. hoc iure 7. d. tit.
p Dixi supr. de actio. in pr.
q l. nō ut ex plurib. 149. de re. iur. ibi D d.
r l. & an eadem 14. de excep. rei iud.
s d. l. si mater. §. eandem.

§. Hæc exempli.

1 Non omnes exceptiones hoc titulo comprehensas esse.
2 Sicut nec in titulo de Actionibus, omnes actiones continentur.
3 Exempla non restringunt regulam.
4 Ciuiles exceptiones quæ.
5 Prætoriæ exceptiones quæ?

a Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqui quam ex multis uariisq; causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest. b Quarum quędam ex legibus, uel ex ijs, quæ legis vicem obtinent, uel ex Pręsoris iurisdictione substantiam capiunt.

a Hæc exempli.] 1 Neque enim omnes nominatim exceptiones in hoc titulo persequi Iustinianus uoluit, sed duntaxat vim earum, & potestatem ostendere exemplis quibusdam, ac deinde diuisione bimēbri genera earū complecti, memor bonus Princeps, tyronū animos non esse mox in primo limine legitimi flu nimia rerū copia obruēdos, ac grauādos, &c. 2 Illud quoq; ut alijs ī locis, ita & in tractatu. [De actionib.]

supra obseruauit; vbi non omnes actiones specialiter tradidit iuuentuti; sed generaliter earum differentias ostendit, exemplis multis in hoc subiectis sese ad vberiores Pandectarum libro referendo a. 3. *Vnde a plerique colligunt, exẽpla nõ restringere regulam, & sufficere; si ex multis (gratia exempli) pauca referantur: contentaq; in eo, ad quod fit relatio, pro expressis haberi.*

a Io. de Pla. hic.

b *Quarum quædam.*] *Hic priorem exceptionum diuisionem significat: quòd scilicet aliæ ciuiles sunt, aliæ Prætoriæ.* 4 [*Ciuiles*] *sunt (vt & de Actionibus diximus) quæ ex Legibus, Senatusconsultis, Constitutionibus Principum descendunt. Ex legibus, ut est exceptio declinatoria fori. Senatusconsultis, cuiusmodi sũt exceptiones Velleiani, aut Macedoniani. ex placitis Principum, qualis est exceptio diuisionis inter plures fideiussores ex constitutione Adriani, & inter reos debendi, ex Nouella constitutione Iustiniani.* 5 [*Prætoriæ*] *verò exceptiones sunt, quas prætor sua iurisdictione comparauit: & tales sunt omnes, quas supra retulimus: Doli scilicet mali, Quod metus causa, Pacti de non petendo, & reliquæ, præter exceptionẽ non numeratæ* b *pecuniæ.*

b l. in contractibus. C. de nõ num. pec.

§. Appellantur.

1 *Exceptionum aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.*
2 *Peremptoriæ quamdiu proponi possint.*
3. 5 *Temporales dilatoriæ qualiter agentibus obstent.*
4 *Dilatoriæ exceptiones sunt temporales.*
6 *Dilatoriæ ante litis contestationem, peremptoriæ etiam post opponi possunt.*
7 *Dilatorias exceptiones sub duplici differentia esse.*
8 *Dilatoriæ solutionis, & declinatoriæ iudicij, an inuicem differant.*
9 *Non sufficit exceptionem competere, nisi obijciatur.*
10 *Dilatoriæ exceptiones à differendo dictæ.*

a Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper *b* agentibus obstant, & semper rem de qua agitur, perimunt, qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, *c* & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ *d* ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, ueluti intra quinquennium; nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. *e* Ergo ij, quibus intra certum tempus agere uolentibus obijcitur exceptio, aut pacti conuenti, aut alia similis: differre debent actionem, & post tempus agere. Ideo enim & *f* dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, *g* obiectaque sit exceptio, neque eo iudicio quicquam *h* consequebantur propter *i* exceptionem, neque *K* post tempus olim agere poterant: cum temere rem in iudicium deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant.

a *Appellantur.*] *Alteram exceptionum diuisionem tractat Iustinianus hoc loci: nempe* 1 *quòd aliæ sint perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ: quam diuisionem Caius quoque tametsi alijs verbis, explicat, quæ in* a *Pandectis extat, huc que transferri facile potest. Ad eam diuisionem pertinent etiam, quæ tractant Rhetores de constitutione translatiua: de qua Cicero lib. 2. De inuentione, & Quintilianus lib. 3. Inst.* b *Orat latius. Agitur autem hic ab Imp. non quidem de tempore & uita Exceptionum, sed de ui, & effectu: ut sint perpetuæ, quæ peremptoriæ sunt, totamque perimunt actionem: Aliæ temporales, quæ Dilatoriæ, nec nisi ad tempus agere uolentibus obstant, sicut mox subijciemus in explicatione textus.*

a l. a. de exce.
b cap. de statu.

b *Agentibus obstant.*] 2 *Hoc est, quibus non præscribitur, quò minus in qualibet parte iudiciorum opponi possint. Significat enim Iustinianus hic initium & finem harum proponendarum exceptionum: nempe à lite contestata usque ad rem* c *iudicatam: cæterum post sententiam non solent admitti.*

c *Et pacti.*] *Id est, exceptio pacti de non petendo in perpetuum. Nam ut maximè is, qui ita pepigit cum debitore suo, petat debitum: tamen ab agendo depellitur statim, ubi obijcitur pactum de non petendo inter eos esse* d *initum. Idem fit in exceptione iurisiurandi, erroris, rei iudicatæ, non numeratæ pecuniæ, & ubicunque allegari potest, aliquid factum contra leges uel* e *Senatusconsulta.*

c l. peréptorias, c. sen: resc. nõ poss. & l. 1. C. de iur. & fact. igno.
d l. si unus 27. §. pactus, de pactis.
e l. 3. de excep.

d *Ad tempus.*] *Hoc est, quæ in certum tantum tempus obstant agentibus.* 3 *Id uerò fit duplici* f *rõne Aut enim obstant agentibus, ne vrgere actionem suam in iudicio possint, donec res in eum deueniat casum, quo amplius locum non habeat: sicut fit in omnibus dilatorijs solutionum & iudiciorum. Nam quãdiu dici potest, diem solutionis nondum uenisse, uel iudicium non esse legitimum, actor impeditur, quo minus agẽdo pergere possit, donec ista impedimenta submoueatur.* 4 *Itaque dilatoriæ exceptiones sunt temporales, quia in perpetuum non obstant agentibus: sed facile euenire potest, ut propter rerum mutationem locum nõ habeant. Ut conditionalis promissio, petitio est immatura, nisi extiterit conditio, in quam quid promissum est.*

f La. in meth. iur. ciuilis. tit. de excep.

est. Et iudicis auxilium frustrà imploratur aduersus eum, qui eius iurisdictioni non est subiectus, nisi ipse iurisdictionem proroget, vel porrò eum in loco domicilij conueniat. 5 *At verò temporales exceptiones agentibus obstant, saltem eo tempore, intrà quod à legibus opponi possunt:* [g] *atque ideo ratione præscriptionis, vt est in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ si intra biennium non opponatur ab eo, qui scripsit se accepisse, is postea non auditur. Ad eundem modum constituta sunt tempora proponendis alijs quibusdam exceptionibus, sicut & in actionibus videmus præstituta esse tempora, quibus proponi desinunt. Ergo sunt quædam exceptiones temporales, non quia rerum mutatio prohibere potest eas opponi, sed quia illis constituta sunt tempora, intra quæ si non objiciantur, porrò non liceat eas objicere.* 6 *Quemadmodum leges volunt, dilatorias exceptiones ante litis contestationem opponi; peremptorias vel ante, vel post acceptum* [h] *iudicium.*

g l. 1. in contract.

h l. ita demum. 13. c. de procu. l. præsc. 8. c. de excep.

e *Ergo ij.]* *Infert ex præcedentibus, interim tacitè significando naturam exceptionum dilatoriam, quæ (vt diximus) ante litem contestatam objiciendæ sunt, non etiam postea: siue sit dilatoria solutionis, siue declinatoria iudicij.* 7 *Sunt enim dilatoriæ exceptiones sub duplici differentia; quædam dicuntur [dilatoriæ solutionis,] nempè quæ nobis præbent spacium soluendi, vel præstandi id, quod debemus: cuiusmodi est pactum de non petendo intra tempus, quod nondum* [i] *effluxit. Aliæ [declinatoriæ iudicij,] vt est exceptio competentiæ, citationis, procuratoris, & generaliter omnes exceptiones, quæ ex obseruationibus iudiciorum ratione personæ, aut loci, aut temporis sumuntur.* 8 *Et quanquam hæ in hoc conueniunt, quod utræque ante acceptum iudicium opponi debeant: in hoc tamen inuicem differunt, quod hæ non tantùm opponi, sed & probari debent, priusquam litis* [k] *contestetur; illæ uerò necessariò non sunt probandæ, nisi post acceptum iudicium, fundata scilicet intentione* [l] *actoris.*

i l. 3. §. 1. de except.

f *Dilatoriæ istæ.]* 9 *A differendo scilicet: quia oppositæ actionibus, eas non tollunt, sed tantum differunt.*

k d. l. ita demum. & l. vl. C. de except.

g *Obiectaque sit.]* 10 *Nisi enim obiecta sit exceptio, iudicium sustinetur, resque iudicata valet, quia ipso iure nata est, etiam ante diem actio; & de se queri sibique imputari debet, qui beneficio exceptionis in tempore vsus non sit: præterquam si vsusfructus* [m] *petatur.*

l l. si quidem. 9. c. de exce. l. except. 19. c. de probat.

m l. 1. ï si quan. di. usufr. leg. ced.

h *Consequebantur.]* *Sicut nec hodie adhuc quicquam consequuntur; sed oportet, quòd suo tempore nouam litem intendant, ut paulò post docet Imp.*

i *Exceptionem.]* *Nempè hanc; [Cuius pecuniæ dies non uenit;] quæ erat dilatoria. Eius hanc formulam Cicero recitat lib. 1. de Orat.*

K *Post tempus olim.]* *Quia enim plus tempore petebant, à causa cadebant iure ueteri; id est, rem amittebant, de quo suprà etiam* [n] *in tit. de actio. aliqua annotauimus: quod tamen hodie à Iustiniano emendatum est; Sicut* [o] *mox sequitur.*

n §. si quis agens. n. 2. su. de ac.

o in §. hodie. infrà eodem.

§. Hodie.

1 *Litem inferre quis dicatur.*
2 *Quandoque litem inferre licet ante tempus.*
3 *Ante tempus agenti qualiter duplicandum tempus. idque exemplis declaratur numero 4. 5. 6.*
7 *De pœna petentis plus tempore.*

Hodie autem non ita strictè hoc procedere uolumus, sed eum, qui [a] ante tempus pactionis [b] vel obligationis [c] litem inferre ausus sit, [d] Zenonianæ constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legis lator iis, qui tempore plus petierint, protulit: vt & inducias, quas ipse [e] actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit, [f] in duplum habeant ij, qui talem iniuriam passi sint, & post eas finitas non aliter litem suscipiant, [g] nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obseruare.

a §. si quis agens, sup. de acti.

b l. 1. de cond. indeb.

c c. ex parte. de uer. sig. Bart. in l. litem. de transact.

d l. amplius. ff. rem rat. hab.

e Host. in c. 1. de plus peti.

Emendatio.] *Iuris antiqui subnectitur hoc §.*

a *Ante tempus pactionis.]* *Ut quia pepigeram ad Kalendas Maias soluere, & in Kalendis Martijs à postulaueris: sique plus tempore petieris.*

b *Vel obligationes.]* *Quia scilicet obligatio adhuc non sit orta: vt si quis promisisset fructus fundi necdum natos, partumue pecoris necdum editum: cum tali promissioni natura rei insit tacita conditio, [Si nascantur,] nec ante est nata obligatio* [b] *& actio. Sed etsi nata sit obligatio, non tamen actio: ut si quis petat quod promissum est sub conditione, quæ necdum extitit, ante tempus, seu plus tempore petiisse dicitur.*

c *Litem inferre.]* 1 *Litem autem quis intulisse intelligitur, quando iam acceptum est* [c] *iudicium, id est lis contestata. Itaq; agens ante tps si desistat, lite necdum contestata, effugiet pœnā duplicandæ dilationis, quia necdū petiisse dicitur, sed petere* [d] *voluisse. Expensas tamen indebitæ fatigationis aduersario refundere* [e] *tenebitur.* 2 *Est tamē casus, vbi et ante tempus litem inferre licet sine metu duplicandi temporis,*

f l. in omnib. 41. de iud. l. inter omnes. 12. qui satisd. cog. l. quod si in diem. 16. §. 1. de petit. hær. l. 2. de euic. & l. 1. ff. soc.
g l. unic. de cõ. ex le.
h §. plus autem vers. sed hæc sup. de actio.
i fa. l. aut damnum. 9. §. qs. quis. 7. ff pe.
k l. 1. §. exactio. c. de rei vxo. ac.
l In d. uers. sed hæc.
m Vide pal. in l. si extraneus. de cõd. ca. da.

poris, ut si debitor sua dilapidet, & uereatur creditor, ne sit suo tempore inanis actio futura aduersus in° pem; tum enim etsi dies præstandę pecunię non uenerit, cautio rei f potest. Sed & fiscus impunè pote ante tempus petere ea, quæ sibi g debentur.

d Zenoniana constitutioni.] *Cuius etiam h suprà mentionem fecit; ea tamen nusquam extare comperitur.*

e Actor sponte indulserit, vel quas.] *Theophilus hæc duo sic descernit, ut prius referatur ad tempus pactionis, quod ultrò post contractam obligationem humaniter indulsit creditor; alterum ad tempus ipsius obligationis, de quo scilicet, cum ineretur obligatio, conuenit; ut quia stipulatus sim id, quod in vetero est, vel fructus futuros, &c.*

f In duplum.] 3 *Eius nempè temporis; quod supererit, quandoque contempsit creditor, veluti, conuenit, ne ante quinquennium peteres; post bieunium petis, iam reliqui tres anni, qui adhuc supersunt, duplicabuntur tantum; non etiam ipsum biennium iam effluxum, in quo nihil peccatum est; quę sententia ęquitati planè consentanea i est. 4 Idem est si non ab homine, sed à lege concessę sint induciæ: ut in exceptione k dotis: vel ex natura rei insint. ut in exemplis paulò ante adductis. 5 Sed etsi promiserim sub conditione, & tu petas ante euentum conditionis, duplicabitur tibi solum illud tempus, quod inter factam petitionem, & extantem conditionem est lapsum. 6 Quod etiam in ea promissione obtinet, quæ facta est ad diem mortis; quia si me adhuc uiuente petas, post mortem meam duplicabuntur tibi induciæ, & tanto tempore agere non poteris, quantum inter factam petitionem, & mortem meam intercesserit; quemadmodum l alibi latius scripsi.*

g Nisi omnes expensas.] 7 *Est ergo [pena plus tempore petitionis] hodie, ut reo ante tempus conuento duplicentur induciæ, nec teneatur reus suscipere litem etiam finito duplicato tempore, nisi restituis ei expensis temere factis ante tempus motæ litis. Debet autem hæc induciarum exceptio ante litis contestationem obijci ad obtinendum beneficium duplicationis; nam si postea obijciatur, damnabitur reus ad solutionem tum faciendam, quando tempus destinatæ solutionis m aduenerit.*

§. Præterea.

1 *Dilatoriæ exceptiones tam ex persona procuratoris, quàm actoris, & etiam iudicis cõceduntur.*
2 *Exceptio declinatoria quando proponenda.*
3 *Exceptio procuratoria multiplex: & nume 4. 5.*
6 *Milites quare non possint procuratores esse.*
7 *Fæminæ ab omnibus ciuilibus officijs remouentur.*
8 *Quibus casibus mulier procuratrix esse possit: & nu. 9.*
10. 11 *Miles quando procurator esse possit.*

a l. si quis ex aliena. 5. de iud.
b l. 1. ibi nar de iudi. dicēdū. in l. si conuenerit de iurisd.
c Vt hic, & l. ita demum. 13. c. de procur.
d d. l. 2. §. 1. qui satisd. cog.
e l. non eo minus. 14. c. de procur.
f Gl. in l. quamuis. 19. c. ad leg. Iul. de adul. Spec. de procur. §. 1. uers. sed pone in causa tali.

Præterea etiam ex personasunt dilatorię exceptiones, a quales sunt procuratorię; veluti si b per militem c aut mulierem agere quis velit: d Nam militibus e nec pro patre, f vel matre, g vel vxore, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri conceditur: h suis uerò negotijs superesse sine offensa militaris disciplinę possunt.

Exceptiones.] dilatoriæ quandoque dantur ex lege, quandoque ex natura rei, quæ dilationem necessariò requirit: quandoque etiam ex persona conceduntur, & de his posterioribus præsenti loco agitur.

a Quales sunt procuratorię.] 1 *Exempli tantum causa hoc addit non quod innuat, ex persona duntaxat Procuratoris dilatorias exceptiones concedi. Neque enim dubium est, quin ex persona quoque actoris, atque adeò ipsius etiam iudicis dilatoriæ competant, aduersus quem excipi potest, cum non esse competentē: quā hodie [Fori declinatoriam] vulgò dicunt. 2 Et illa in litis initio proponenda a est, priusquā aliquid facias, per quod iudicis approbaße iurisdictionem uideri possis. alias ipsius iurisdictio prorogata censebitur tacitè; nec eā declinare amplius b licebit. 3 Est autē (ad propositū redeundo) [exceptio procuratoria] sub multiplici differentia. Quādoq; enim oritur ex persona eius, qui datus est procurator; & tunc si quidē ei obijciatur, qui pro se in iudicio uersari pōt, non etiam pro alio, noīe procuratorio, ut mulieri, minori XXV. annis, militi, c filiofamilias; tunc ante iudicium ceptum opponēda est; sin ei, qui in totū à procuratione forensi excluditur, puta muto, surdo, seruo, reo criminis: tunc quādocunq; opponi potest, quia reddit iudicium retrò d nullum. 4 Secūdò nascitur procuratoria exceptio ex persona cōstituētis: quia scilicet is, qui constituit procuratorem, cōstituēdi potestatem nō hēat: ut est pupillus, & adultus sine autore tutore, curatoreue. Ea specie si actus aliquis in fauorē constituētis gestus sit, nō licet amplius aduersus ipsum excipere, secus si in eius e dispēdium. 5 Tertiò ratione causæ: ad crimen enim persequendum defendendumue, aut alioqui ad iudicium, quod publicam causam cōtingat, procurator accedere nō pōt, & cum hoc casu simpliciter sit dilatoria, ante susceptum iudicium obijci f debet. Quartò ratione satisdationis non præstitæ; & tum similiter obijcienda est, priusquam litis contestetur. Nisi post litis contestationem de nouo sit*

fit orta, vel iam primùm ad rei conuenti notitiam peruenerit: tum etiam postea excipere licet, si necdum quicquam sit actum, quod merita causæ g respiciat. Quintò & vltimò ratione deficientis mandati, quia scilicet is, qui se procuratorem allegat, mandatum à Domino non habet: qua specie quandocunque tam ante, quam post litis contestationem opponi potest, cum reddat iudicium retrò nullum, nisi super ea sit cognitum & decisum h per iudicem.

b Per militem.] Quisc. in castris meret. 6 Ideo autem à procurationis officio arcentur milites, ne i noceantur ab eorum militia in detrimentum Reipublicæ. Vnde etiam k responsum est, veteranum militiâ missum, procuratorem constitui posse.

c Aut mulierem] 7 Ab omnibus enim officijs ciuilibus vel publicis (quale est etiã procuratorium) mulieres remotę k sunt: ideoque nec iudices esse, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere l possunt. Quod ideo est, ne pretextu litis mulieres impudenter, & contra sexus verecundiam irruant in cętus m virorum. Causam autem edicto dedit Caia Afrania (vt testatur Valer. lib. 8.) quo, ne pro alijs postulare o possent, statutum fuit. 8 Sunt tamen casus, quibus mulier procuratrix constitui non prohibetur: quos p alibi Iason refert.

d Nam militibus] Hoc idem Alexander Imp. non semel q rescripsit.

e Nec pro patre.] 9 Pro quo tamen, saltem infirmo, & in subsidium, scilicet alio procuratore patris non existente, mulier procuratorium munus exercere potest, licet pro filio non r possit: ob id certè, quod ei aliter subuenire valeat, petendo ei tutorem, curatoremue.

f Vel matre] Nisi forte eiusm libertatem s tueatur.

g Vel vxore.] Vel etiã filio, quia disciplina militaris antiquior fuit parentibus Romanis charitate liberorum. 10 Prædicta tamen cessant si causa status seu de libertate agatur: quia tum procuratorum mortuus suscipere miles non t vetatur.

h Suis verò] 11 Idem est, si pro suo numero intersit u iudicio: quæ propter causæ videntur, quæ nobis cum alijs communes x sunt. Potest etiam miles in rem suam procurator esse, siue vetus negotium, siue nunc primum ei y cessum.

g l. Pomp. 50. §. rati. de proc. not. in l. nihil interest. C. eod. ti.
h l. si licet 41. & ibi gl. de pc.
i l. filius. § 5. ve teran. de pc.
k l. femina 2. ibi Dec. de re. iu. l. neq. femina 54 de pc. l. alienam. 18. C. eod tit.
m l. mari. 21. C. de pro.
n Lib 8. c. 3.
o l. 1. §. 2. loco. de post.
p d. l. qui alienã.
q l. militem. 7. l. qui stipendia. 9 C. de proc.
r d. l. alienam.
s l. 3. de lib. cau.
t l. 3. §. milit. de liber. cau.
u d. §. veterani.
x l. 2. §. pe. quã. appell. sit.
y l. ga ablente. 4. C. de proc.

§. Eas verò.

1 Olim infames non poterant vel constituere procuratores, vel constitui; hodie secus.
2 Vnus terminus dandus ad omnes dilatorias exceptiones proponendas: fallit, vt num. 3.

a Eas verò exceptiones, quę olim procuratoribus propter infamiam, vel dentis, vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in iudicijs frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus: nedum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio b protelatur.

a Eas verò. 1 Iure veteri infames neque constituere procuratores poterant, neque constitui: quod & a lege Pontificia adhuc a probatur. Sed Iustinianus hoc loco istud emendat sanciens, hodie propter infamiam non repelli procuratorem, ea scilicet ratione, ne eiusmodi exceptio differat litem, & longum tempus pro trahit In aduocato tamen diuersum b obtinet. Reus verò crimmis etiam a procurationis munere arceatur, nisi c absoluatur.

b Protelatur] Protrahatur & d differatur. Vnde annotant, non esse concedendas dilationes per quas protrahatur iudicium. 2 Ideoq; rectè statuerunt e Pontifices, vt iudices vnum aliquem terminum ad omnes dilatorias exceptiones opponendas præstituant, intra quem nisi eas obijciant, deinceps non audiantur, 3 nisi in casibus exceptis. Primus est, si aduersarius de obijcienda exceptione intra terminum specia f tim protestatus fuerit. Secundus, si exceptio post transcursum terminum de nouo sit orta. Tertius, si prius quidem orta sit exceptio: sed iam primum ad rei conuenti notitiam f peruenerit.

a c. infames. 3. q. 7.
b l. 1. §. hoc edicto de postu.
c l. reum. C. de procu.
d l. properandũ. C. de iud.
e c. pastoralis. de excep. vbi ego late dixi.
f De his excep. sine casib. exceptis latius scripsi in d. c. pastoralis, vbi vide.

DE REPLICATIONIBVS. Tit. XIIII.

1 Sub exceptione continetur etiam replicatio, triplicatio, & c.
2 Replicatio quid, & vnde dicta.

Sub 1 Speciali nomine exceptionum comprehenduntur quoque replicationes: nec hę solum, verum et duplicationes, triplicationes, quadruplicationes. Nam talibus nominibus distinguuntur potius voces, per quas inter actorem & reum proferuntur, & retorquentur exceptiones, quam vt peculiares exceptionum species illis denotentur. Quare nomina quoque talium replicationum pro ea vice, qua vel ab actore, vel à reo exceptio opponitur, a multiplicantur. Iusto ergo ordine post titulum Exceptionum, de Replicationib. subiungitur. 2 Sunt ergo [replicationes] nihil aliud, quàm exceptiones à parte actoris proficiscentis: ideo neces-

a l. 2. §. replicationes. & seq.

b l. nō exceptionib. C. de excep. Io. And. & But. in c. 2. ext. de excep.
c l. excep. 2. de excep.

necessariæ, quod exceptiones rei [b] *excludunt: dictæ [replicationes,] quòd replicent, atq; resoluant exceptionem. Sicut enim exceptio exclusoria est, ita & replicatio; excludit enim reum à defensionibus atque allegationibus oppositis. Quare* [c] *Paulus replicationem contrariam exceptioni, & quasi exceptionis exceptionem dicit; quemadmodum in Pandectis vno tractatu, qui est de [exceptionibus,] promiscuè exponuntur.*

Princip. tit.

1 *Quo ordine actor & reus excipiant, replicent, duplicent, &c.*

2 *Hodie vltra duplicas non licet progredi ante litis contestationem: & post, vltra quadruplicas, ex ord. Cameræ Imp.*

3 *Stipulatio Aquiliana, & acceptilatio, obligationem penitus resoluit; secus est in pacto.*

Interdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videtur, tamen iniquè noceant: quod cum accidit, alia allegatione opus est, *a* adiuuandi actoris gratia; quę *b* replicatio vocatur: quia per eam replicatur atque resoluitur ius exceptionis. Veluti *c* cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in cōtrariū pacti sūt, *d* idest, vt creditori petere liceat; si *e* creditor agat, *f* & excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat; *g* nocet ei excepto: *h* conuenit enim ita; namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint: sed quia iniquum est, creditorē excludi, replicatio ei dabitur *i* ex posteriori pacto conuento. *k* Rursus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat, quod cum accidit, alia allegatione opus est adiuuādi rei gratia; quę duplicatio vocatur. Et si rursus ex prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori iniquè noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur; quę dicitur *l* triplicatio. Quarum omnium exceptionum vsum interdum vlteriùs quàm diximus, varietas negotiorum introducit: quas omnes apertiùs ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

a l. 2. de excep.

a **Adiuuandi.**] *Vt scilicet sustineatur actio, quę per obiectam exceptionē videbatur exclusa, ac prorsus perempta.* 1 *Actor ergo opponendo replicationem, amplius discutit exceptionem à reo allegatam, & ius suum magis ob oculos iudicis reponit, reumq; sibi adhuc obligatum ostendit. Contra replicationem dari à reo duplicatio solet, contra duplicationem triplicatio. contra triplicationem rursus quadruplicatio: ac deinceps multiplicatis a nomnib. quoad reus allegat, & actor purget.* 2 *Quoniam verò huiusmodi allegationes vltro citroq; adductæ, & per tabulas forenses potius ad causas protrahendas, quàm expediendas conquisitæ, in longissimas moras, ac inextricabilis labirinthos plerunq; iudiciarias causas inducunt, rectè hodie per stractus Romani Imperij, anno Christiano 1548. in nouissima Imperialis Camerę (vt vocant) ordinatione constitutum est, ne progrediantur litigatores, eorumque procuratores vltra duplicationem, in his, quę ante litis contestationem agitari solent; neque vltra quadruplicationem etiam post litem contestatā: nisi ex specialibus causis scripturę plures nominatim adimittantur. Id si in ceteris etiā inferioribus iudicijs seruaretur, non in tam multos annos causę, cum summo partium & dispendio & periculo, miserè procrastinarentur.*

b l. sub prætextu. C. de transl.
c Bald. hic.

b **Replicatio.**] *Quia non perimitur actio exceptione obiecta, sed labefactatur, ac suspenditur,* [b] *sicut iam dixi. Greci* ἀντιδιαπλέκειν, *dicunt, quod replicare hic dicimus, appellant; &* ἀντιπαραγραφὴν, *quam Latini* [c] *Replicationem.*

d l. si unus 28. §. pactus ne peteret. de pact.
e l. sed etsi citeriori 4. de const.

c **Cum pactus est aliquis.**] *Fecerit pactum de non petendo idq; de nudo & simplici pacto intelligendum est.* 3 *Stipulatio enim Aquiliana & acceptilatio ius obligationis, & vinculum, quod in iure consistit,* [d] *omnino resoluit, vt nec vestigium quidem manere intelligatur; sed pactum eam vim non habet.*

d **Idest, vt creditori.**] *Ideò hæc expositio additur, vt hic intelligamus, posterius pactum omnino responderet priori obligationi, cuius impedimentum amouet, non etiam quicquam ei adijcit; alioqui enim non valeret; tametsi in constituto sit* [e] *secus, cum etiam ex eo agi possit.*

e **Creditor agat.**] *Videlicet ex prima obligatione.*

f **Et excipiat**] *Obijciendo nempe exceptionem pacti de non petendo; quam Imperator hic periphrasi quadam describit.*

g **Nocet ei.**] *Creditori scilicet obstat prædicta exceptio pacti de non petendo, quę sic obiecta actionem intentatam perimit & elidit, ne cogatur soluere.*

h **Conuenit enim ita.**] *Idest, sic conuentum est inter creditorem & debitorem, ne creditor quicquam exigeret.*

f d. l. si unus. §. pactus.
g l. pacta nouissima. 12. C. de pact.

i **Ex posteriori pacto.**] *Ad informandum prius pactum, & exceptionem ab eo datam, non ipso iure* [f] *(quia pactum in facto versatur) sed ita demum, si replicatio opponatur; sic enim posteriora semper pacta seruanda* [g] *sunt, non priora.*

K Rursus

k Rursus.] Ex [h] Ulpiano hic locus descriptus videtur, qui eandem rem aliquanto consciùs perstringit. h l. 2. §. pen. de excep.

i Triplicatio.] Aduersus quam reus, si quam iustam causam nactus sit, opponere potest quadruplicationem; & deinceps, dum actor, & reus habebunt, quod obijcere [i] possit: salua tamen Nouell. Imp. Camerae obseruatione suprà allegata, qua constitutum est, quousque litigatores hodie prodegi possint. i d. l. 2.

§. Exceptiones.

1 *Exceptionis generalis acceptio.*
2 *Fideiussorum generalis acceptio.*
3 *Exceptionum aliae personales, aliae reales.*
4.5 *Exceptiones reales sunt transitoriae, personales non item.*
6 *Exceptio cessionis bonorum fideiussori non prodest.*
7 *Idem est in exceptione competentiae.*

Exceptiones autem, quibus debitor *b* defenditur, plerunque accommodari solent etiam *c* fideiussoribus eius, & rectè: *d* quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur; quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ij pro eo soluerint. Qua ratione etsi de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè *e* quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor *f* si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussoribus non datur, ideò scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligauit, suum consequi.

a *Exceptiones.] Hic §. communis est utriusque tituli huius scilicet, & proximè præcedentis: 1 in quo exceptionis appellatio genericè accipitur, ut non tam exceptionem, quam etiam replicationem, duplicationem, triplicationem, &c. complectatur; ut & supra diximus.*

b *Defenditur.] Nempè aduersus id, quod ab eo petitur, ne id soluat, aut faciat.*

c *Fideiussoribus eius. 2 Fideiussorum nomen similiter hic in genere accipiendum est, ut etiam sponsores, [a] mandatores, & quicunque alterius obligationi accedunt, contineantur; exceptis iis, qui in debitoris locum succedunt, & substituuntur, veluti [b] expromissores. 3 Colligitur autem ex hoc loco illa exceptionum diuisio, quod aliæ personales sint, aliæ reales: quæ ideò obseruanda est, ut sciamus, quasdam exceptiones competere, & prodesse, non solùm principali debitori, sed etiam accessorijs debitoribus. Etenim [reales exceptiones] sunt, quæ rebus ipsis ita cohærent, ut diuelli ab illis non possint, & ad quemcunque deuoluatur earum negotium, illi quoque competat talis exceptio. 4 Itaque reales exceptiones sunt transitoriæ; ut exceptio, De non petendo, Iurisiurandi, Rei iudicatæ, Doli mali, & Metus causa, S.C. Macedoniani, & Velleiani; & non modo principali debitori competunt, sed ad hæredes etiam, & fideiussores transeunt; quia rem ipsam comitantur, tanquam umbra [c] corpus. 5 [Personales] verò [exceptiones] sunt, quæ non transeunt cum rebus ad alios, & ratione personæ, non rei, nobis conceduntur, ut si debitor consultus desperet bona sua suffectura creditoribus, licet illi bonis cedere, ne in carcerem detrudatur; ac si denuò ab eo exigantur debita, potest se tueri exceptione Cessionis bonorum, quam fecerit de suis bonis. 6 Verum ea exceptio fideiussori non [d] proderit; cum ideò adhibitus sit, ut si principalis debitor facultatibus labatur, creditor ab eo debitum consequi [e] possit.*

a l. tam mandatori. C. de nõ nume. pecu.
b l. frustra. C. e. titu. l. qui liberti nos. 37. in fin. ff. de ope. liber.
c d. l. exceptiones. & l. alia. 14. Sol. mat. ff. de uerb. 63. ff. soc. l. omnes. de exc. l. defensiones. C. eodem titu.
d Vt hic in fine.
e l. in causa. 16. de mino.

7 Sic etiam exceptio [competentiæ,] quam socius, maritus, parens, patronus, donator habent, scilicet ne suprà quàm facere possint, condemnetur, personalis est, & in fauorem personæ introducta; cui fauendum est, quod socius, quod maritus, quod parens, quod patronus, quod donator, ideòque ad hæredes non spectat, aut fideiussores.

d *Quia quod ab iis.] Aetiologia est, cur fideiussor rei exceptione possit uti.*

e *Quædam.] De personalibus exceptionibus modo subijcit, quæ personæ cohærent, non autem respiciunt ipsam obligationem.*

f *Si bonis suis cesserit.] De cessione bonorum suprà ad finem tituli [de Actionibus,] vbertim diximus, ut superuacanea repetitione hic non sit opus.*

DE INTERDICTIS. TIT. XV.

1 *Defensa huius tituli collocatio.*
2 *Interdicta actiones propriè non sunt.*
3 *Interdictorum origo.*

4 Magnum

4 *Magnum commodum possessionis.*
5 *Edicta, & interdicta, au differant.*
6 *Interdictorum descriptio.*
7 *Interdicere significat prohibere, & interdicti, qui dicantur.*
8 *Interdicere, pro, ex interdicto agere.*

In Pandectis] 1 a *exceptionum tractatus subsequitur titulum [de Interdictis,] quòd in his quoque exceptiones obijci possint; sicut in iudicijs. Verum Iustinianus aliò spectans, hoc loco post actiones, & exceptiones de interdictis subiungit:* 2 *nimirum quòd interdicta actiones propriè non sint,* b *nisi large sumpto vocabulo; & post actiones continua veluti serie exceptiones subnectere par fuerit. Probabilis enim, non necessarius plerunque ordo in titulorum collatione obseruari solet.* 3 *Ad rem, quod attinet, hic mox initio admonendi sunt iuris alumni;* c *cum olim grauissimę possessionis essent contentiones, quòd vnusquisque commodum eius ambiret, deficientibus ciuilibus actionum formulis, Praetorem ex bono, & aequo ad dirimendam rixarum occasionem interdicta reddere cepisse.* 4 *Nam cũ viderent homines, magnum commodum possessionis esse, tum propter percipiendos fructus rei possessae, tum propter securitatem, quae nullũ habet probandi* d *dominij onus, quod agenti incumbit: eò auidiùs de possessione contendebant, etiam cũ discrimine corporis, usque ad arma. Quare Praetor, ut intercederet, ne violenter terminaretur,* e *edicta proposuit formulis quibusdam, atque conceptionibus verborum, quibus iubebat, aut prohibebat aliquid, circa possessionem praesertim, tametsi in proprietatis quoque causa reddebantur* f *aliquando.* 5 *Nam interdicta, velut species Edictorum, appellantur quasi denunciationes, vel prohibitiones quaedam inter duos controuertentes obiter* f *dictae, ut non ineptè Bartolus [edictum] generis, [interdictum] verò speciei nomen esse dixerit: tametsi definitio eius, quam de interdictis tractat, aliquantò latiùs sit* g *explicanda; ad tollendam scilicet absurditatem, quam* h *Alciatus ex eadem colligit.* 6 *[Interdicta] itaque dicuntur in nostro proposito, quasi non perpetuae, sed ad tempus interim dictae sententiae de possessionibus, quarum adiudicatio momentanea est, nec amplius durat, quàm donec pleniore iudicio de iure praetorij, seu proprietatis quaeratur; euicto enim dominio, mox sequetur possessio. Quare dicebantur olim [interdicta reddi,] ut momentanea quadam cognitione dirimerentur controuersiae, praesertim possessionum: item dicebantur* i *[pronunciari,] vel* k *[edi.] Et hanc significationem secundum materiae conditionem vsus obtinuit: ut* l *Iustininnus infrà dicit.* 7 *Propriè autem, & natiua significatione [Interdicere] est prohibere, & ne aliquid fiat, vetare. Vnde [Interdicti] passiuè dicuntur illi, quibus fit* m *prohibitio; sicque dicimus; interdicere alicui arte* n *sua, interdicere* o *aduocatione, interdicere foro, interdicere patria,* p *vel loco.* 8 *Quandoque tamen [Interdicere,] significat ex interdicto* q *agere, vel interdicto uti.*

a De interd. seu extraord. act.
b l. pecunię. 178. de verb. sig. l. actionis. 37. de act. & obl. l. 1. uti possid.
c Ex Old. i Locis commu. ac. diuis. 4.
d Quod aliàs difficilis probationis est. gl. in l. cũ res, C. de proba.
e l. 2. §. quædã. de interd. & inf. hoc titu. in princ.
f §. 1. vers. sunt tamen. infrà, hoc postro ti.
g Vide Old. in loco. sup. cit.
h In l. pecunię. 178. §. vlt. de ve. sig. & lib. 3. Parerg. c. 35. Coras. in l. 3. §. nihil commune. de ac. possess.
i l. 1. §. nunciatio. de ope. no. nunc.
k l. 2. in fin. q̃d leg.
l d. vers. sunt tamen.
m l. relegatorũ. 7. §. interdicere. de interd. & relegat.
n l. vlt. de pro.
o l. imperator. 8. de postul.
p l. nulli. C. de sen. & interl.
q l. locum. §. si quis dolo. de tab. exhi. Quint. lib. 3. cap. 8.

Princip. tit.

1 *Loco interdictorum hodie actiones in factum dantur.*
2 *Formulae interdictorum hodie antiquatae.*
3 *Interdicta communiter de possessionibus reddebantur, quandoque etiam de iure proprietatis, vel quasi.*

Sequitur, ut dispiciamus de interdictis, a seu actionibus, quae pro his exercentur. Erant autem interdicta, b formae, atque conceptiones verborum, quibus Praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc c maximè fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

a *Seu actionibus.*] *Sicut enim caeterae actiones tam ciuiles, quàm Praetorię extra ordinem, & antiquã solennitatem in iudicio, exercentur; ita interdictorum quoque solennitates tempore Iustiniani mutata iam erat in simplicem actionis formam, nomine interim manente.* 1 *Ex quibus itaque causis interdicta reddi solebant, & eisdem nunc competere actiones in factum, constat, perinde ac si Pretor ipse ex quolibet interdicto vtilem actionem in factum proposuisse.* a *Liberum ergo est, vel interdicto experiri, vel actione in factum:* b *& quotiescunque interdictum sit propositum, non secus dijudicatur, quàm si actio sit instituta atque intentata.*

b *Formae atque.*] 2 *Quibus Pretor iudicabat de re, super qua interdiceret sibi constare: sed hae postea constitutione* c *Theodosij antiquatae fuerunt. Harum formularum Cicero quoque pro Caecinna meminit; qualis est, [Vnde tu eum vi deiecisti, restitue.]*

c *Maximè.*] *Id est, potissimum, seu frequentissimè.* 3 *Reddebantur enim frequentissimè interdicta à pretore de possessione, vel quasi possessione contendentib. sed tamẽ* d *quaedam etiam causam proprietatis continent, ut & suprà dixi; cuius generis est interdictũ [de arboribus caedendis;] item [de aqua ducenda ex riuo,*

a §. ult. inf. hoc titulo.
b l. si quis missus. 3. §. cum pretor. ne vis fiat ei, &c. l. 1. §. restituendae. vti possi.
c l. 2. C. de for. & impet. sublat.
d l. 2. §. quędã. interdicta. & interd. l. 1. de mort. infer.

uo, quo mihi ius e *est.] Quædam porrò interdicta habent causam quasi proprietatis, ut quæ dantur [de liberis, & nostris exhibendis:] quædam mixtam causam habent possessionis, & proprietatis, ut interdictum [de itinere actuque priuato,] quo nempè agitur, ut iter, uel actum liceat reficere.* f

e l. 1. §. ult. de acq. cor. & æst.
f l. 3. §. ait pretor. de itinere, actuque priuato.

§. Summa autem.

1 *Interdictorum alia restitutoria, alia exhibitoria, alia prohibitoria.*
2 *De interdicto, Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, &c.*
3 *Quid eo interdicto ueniat.*
4 *Interdictum, Ne vis fiat ei, &c. cuius naturæ sit.*
5 *Quandiu competat, & an hæredibus, & in hæredes detur.*
6 *Interdictum de mortuo inferendo.*
7 *Mos sepeliendi apud ueteres.*
8 *De sepultura Christianorum.*
9 *Interdictum, Ne quid in loco sacro.*
10 *Interdictum, Ne quid in publico flumine, &c.*
11 *Nauigij appellatio.*
12 *Interdictum, Quorum bonorum, quare dicatur restitutorium, & adipiscendæ possessionis.*
13 *De interdicto, Vnde vi; & aduersus quem competat.*
14 *Quæ ueniant in hoc interdictum.*
15 *An heredibus, & in hæredes detur.*
16 *Quanto tempore duret.*
17 *Interdictum de libero homine exhibendo.*
18 *Interdictum de liberto exhibendo.*
19.21 *Interdictum de liberis exhibendis.*
20 *Interdictum de liberis deducendis.*
22 *De verbo, Interdicere.*
23 *Interdicta vnde nuncupata.*
24 *Interdicta quandoque dici Præiudicia.*
25.27 *Alciati emendatio ad hunc locum, & vulgaris lectio defensa.*
26 *Valla insectator consultorum.*

Summa autem diuisio interdictorum hæc est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus Pretor uetat aliquid fieri: veluti a vim sine vitio possidenti, b vel mortuum inferenti, quo ei ius erat inferendi: c vel in sacro loco ędificari, d vel in flumine publico, ripaue eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. e Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet: veluti bonorum possessori, possessionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro possessore possidet ex ea hæreditate: f aut cum iubet ei, qui vi de possessione deiectus sit, restitui possessionem. g Exhibitoria sunt, per quæ iubet exhiberi: veluti eum, h cuius de libertate agitur: i aut libertum, cui patronus operas indicere velit: k aut parenti liberos, qui i potestate eius sunt. l Sunt tamen, qui putent, propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare, & prohibere: restitutoria autem, & exhibitoria, propriè decreta vocari. m Sed tamē obtinuit, n omnia interdicta appellari: o quia inter duos dicuntur.

1 *Primam] & precipuam interdictorum diuisionem Iustinianus hoc §. complectitur, ductam ab effectu, quod alia sint restitutoria, quæ restitui rem, alia exhibitoria, quæ exhiberi iubeant; alia prohibitoria, quæ vim fieri vetent. Addit Vlpianus* a *quartam speciem: interdicta quædam [mixta] esse, nempè quæ prohibitoria sunt, & exhibitoria; sed uolum est, mixta comprehendi sub simplicibus, cum quibus participant. Continet ergo hæc diuisio omnia interdicta, siue publica, siue priuata, siue causam possessionis contineant, siue proprietatis. Prohibitorium interdictorum exempla aliquot mox subiungit, videlicet, interdicta Retinendæ possessionis, seu, Ne vis fiat ei, &cet. De mortuo inferendo, Ne quid in sacro loco, Ne quid in flumine; quæ sigillatim, concisè tamen, ad textum explicabimus.*

a l. 1. §. interdictorum. de interdict.
b gl. l. 2. in pri. ibi Zaf. & ver. oblig.

a *Vim sine vitio possidenti.] 2 Hoc est, ei, qui nec vi, nec clam, nec precario possidet. Nam hic de interdicto Retinendæ possessionis agi, quo tuetur Pretor instans possessionem, rectè à nonnullis existimatum est; tametsi alij malint, Imperatorem loqui de interdicto, Ne vis fiat ei, qui in possessionē missus est; cuius interdicti in Pandectis hæc verba extāt; Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo, eiusue cuius iurisdictio de ea re fuerit, in possessione bonorum sit, in eum, in factum iudicium, quanti ea res erit, ob quam in possessionem missus erit, dabo. Datur ergo hoc interdictum ad interesse, contra eū, qui spreta autoritate iudicis molestat vi & dolo malo missum in possessionem, siue id prohibendo eum ingredi, siue ingressum expellendo faciat. Nec etiam refert, an quis missus sit in possessionem causa rei*

seruandæ

seruandæ, siue legatorum, siue ventris, vel damni infecti nomine, siue dominus, siue alter prohibuerit. Notanter autem dixi, [Ad intereße.] 3 quoniam hoc interdictum solum continet, quanti interest actoris, possessionem, seu custodiã bonorum habere. Proinde si ob falsum creditum, vel ob falsam petitionẽ missus est, vel si exceptione submoueri potuit, nihil reuera eius interest; ideò his casib. cessat interdictum. [c] 4 Vnde sequitur, interdictum istud (quatenus ad persequentem attinet) censeri rei persecutorium: verũ respectu rei conuenti, [d] est personale: nasciturque statim à die prohibitionis, molestationis, aut expulsionis. Est enim prohibitorium ad acquirendam, & conseruandam possessionem: & restitutorium, post [e] amißam. 5 Exercetur autem intra annum excepta legatorum missione, [f] quod & in damni infecti missione locum [g] habet. Quanquam autem hæredibus, & alijs successoribus conceditur hæc persecutio, eorum scilicet, qui sũt prohibiti venire in possessionem, aut deiecti, in hæredes tamen nõ datur, nisi in id, quod ad eos peruenerit, [h] Cæterum formam libelli in hoc interdicto, [i] Specul. & Rossr. [k] abundè docent.

b Vel mortuum inferenti] 6 Secundum interdictum prohibitorium est [de mortuo inferendo,] cuius hæc verba in Pandectis habentur. Prætor ait: [Quò quaue illi mortuum inferre inuito te ius est: quo minùs illi eò eaue mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto.] Hoc ergo interdicto Prætor vim vetat fieri inferenti mortuum, aut sepulcrum extruenti eo loco, quo inferendi ædificandiue ei ius est. 7 Hoc ueteri Romanorum iure in frequenti vsu erat, quo promittebatur, quo quisque vellet, mortuum inferre, & ædificare sepulcrum, modò in suo faceret sine alterius detrimento, & extra ciuitatem, & tum locus ille religiosus censebatur. [m] Vnde solebant sibi constituere Romani familiaria, & hæreditaria [n] [sepulcra.] 8 Hodie verò mortui Christiano ritu in ciuitatibus sepeliuntur. In quibusdam etiam ciuitatibus reponuntur extra ciuitatum pomœria, in locis ad sepulturam speciatim destinatis, quæ [cæmeteria] vocant. Quare parum ad rem fori nostri hoc interdictum deseruire videtur, nisi pauculis quibusdam casibus exceptis, quos Old. [o] ad hoc interdictum eleganter congessit.

c Vel in loco sacro.] 9 Tertium interdictum est, ne quid in loco sacro fiat, cuius illa verba extãt: [Prætor ait, In loco sacro facere, inue eum immittere quid, veto.] Quibus verbis id solum fieri prohibet, quod vel deformitati, vel incommodo fuerit; secus si ornamenti causa [p] fiat: & hoc ad muros quoque, & portas ciuitatum, quæ itidem sanctæ vocantur, & diuini iuris sunt, [q] producitur. Sed etsi quis immiserit aliquid, aut ædificauerit in loco sacro, vi eiusdem interdicti agitur ad demolitionem: sicque interdictum istud non tam prohibitorium est, quàm etiam restitutorium. [r]

d Vel in flumine publico. 10 Quartum interdictum est, quo Prætor vetat, ne quid in flumine publico, ripauè eius facias immittasue, quo statio, iterue nauigio deterius [s] fiat; & si quid factum immißumue sit, restituas.] Rursum vides, primũ interdicti caput prohibitorium eße, alterum restitutorium. [t] 11 [Nauigio] vsus est Prætor tam pro nauigatione ipsa, quàm pro naui quacunque, ut sit sensus, ne iter fiat deterius nauigationi, vel naui. [Nauigium] enim genus est, continens naues, rates, & species cæteras, quibus ad nauigationem vtimur. Habet porrò locum hoc interdictum in flumine publico, [u] & perenni, non autem in priuato, vel torrenti, qui non fluit perpetuò, neque etiam in riuo, qui discernitur à flumine magnitudine aut existimatione circumcolentium. [x] Sunt & alia eiusdem generis interdicta prohibitoria, quibus prætor publicæ commoditati prospexit, de quibus Quadragesimotertiò Pandectarum libro per singulos tractatus uidere est; omnia enim huc adscribere nimis longum foret.

e Restitutoria sunt, quibus.] Duo exempla edictorum restitutorium hoc loci proponit, quæ simpliciter restitutoria sunt.] Quorum bonorum, & Vnde vi,] quod temporibus Ciceronis dicebatur, [y] [De vi hominibus armatis.] Horum prius postea dicitur eße adipiscendæ possessionis, alterum recuperandæ. 12 Neque mireris, idem interdictum restitutorium eße, & adipiscendæ [z] possessionis. Propriè enim restitutoriũ est, quod attinet ad personam rei restituentis. Potest quoque hic actor petere possessionem sibi restitui, ut verbum [restituendi] largius accipiatur pro dare: quemadmodum, & verbum [reddere,] eodem modo interpretamur nonnunquam de re, quam nunquam antea [a] habuimus. Hoc autem interdictum infrà commodiùs [b] explicabimus.

f Aut cum iubet ei, qui vi.] 13 Interdictum [Vnde vi,] intelligit, quod à primis verbis edicti Prætorij sic appellatur, quemadmodum multa alia, puta, Vti possidetis, Quorum bonorum, Quod legatorum, Vtrubi, Quod vi, aut clam. Huius autem interdicti Vnde vi, hunc tenorem Vlpianus [c] in Pandectis refert. [Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, de eoque, quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: post annum verò de eo, quod ad eum, qui ui deiecit, peruenerit, iudicium dabo. Datur autem hoc interdictum aduersus eum, qui vi atrociori, id est, vi publica, seu armata, deiecit alium de possessione rei immobilis: vel mandauit, ratumue habuit, [d] aut clam ordinauit, [e] aut persuasit fraudulenter [f] deiectionem. Sed etsi familia alicuius voluntate expressa, vel tacita deiecerit, dominus uidetur deiecisse; quoniam in maleficijs quoq; ratihabitio comparatur mandato. [g] Nec solũ aduersus eum, qui procuratorem deiecit, sed aduersus ipsum procuratorem agi potest, sic tamẽ, vt litis æstimatione ab altero præstita, liberetur alter. 14 Rectè aũt restitutoriũ dicitur hoc interdictum, quia restitutionem cõplectitur possessionis, & omnium rerum mobilium, quæ ibi fuerunt, cum deijceretur, non solum quæ propriæ illius fuerunt, verumetiam si quæ apud eum deposita sint, vel ei commodata, vel pignoratæ, vel quorum vsum, vel vsumfructum

c l.1.§.hęc verba.ibi Bar.ne uis fiat ei.
d Ita Vlp.debet intelligi in d.l.1.§. hãc act.
e l.3.§.cum prętor.ne vis fiat ei.
f d.l.1.§. hanc actionem.
g l. si quis missum.17.§. actio ista. de dam. infect.
h d.§. hanc actionem.
i Tit.de eo, qui mittit in pos.
k In sub.de interdi. ne uis fiat ei.
l l.j.de mortuo. infer.
m l.1.in pri. & §.1. de relig.
n l.familia.cod. titu.
o Clas.2.Act.9.
p l.1.ne quid in loco sacro fiat.
q l.2.ne quid in loco sacro.
r l.2.ne quid in loco, vel itinere publico.
s l.1.de fluminibus.
t d.l.1.§. superius.
u d.l.1.§. hoc interdict.
x d.l.1.de flum.
y Cic. pro cec.
z §.sequens.inf. eodem.
a l. verbũ reddendi.94. de uerb.sig.l. cũ quidam.21.de lega.2.
b d.§.sequens.
c l.1.de ui & vi armata
d l.1.§. deiecisse. dicto titul.
e l.si vi ã me.e. titu.
f l.2.§. hoc interdictum. d. titu.facit.l. cũ quis, 31. de dolo malo.
g d.§. deiecisse.

fructum habuerit. [h] *Fructus quoque petuntur ex eo die, quo quis deiectus est, & cæteræ utilitatis, quas habiturus uel assecuturus fuisset is, qui ui deiectus est, si in possessione mansisset quietus, quorum omnium lis æstimatur à iudice, ut actor consequatur, quanti suā interest, ui deiectum non* [i] *esse.* 15 *Porrò tametsi hæredibus deiecti de possessione conceditur;* [k] *in hæredes tamen cæterosque successores eius, qui deiecit, datur in id, quod ad eos peruenit, doloue malo eorum factum est, quo minus perueniret.* 16 *Est autem annalis tantum huius edicti persecutio de omnibus damnis, perpetua uerò de his, quæ ad deiectionem, eiusue successores peruenerunt;* [m] *quemadmodum & ad excipiendum seu defendendum ius suum aduersus deiectorem non est annale, sed perpetuum tempus indultum.* [n] *Cæterum lege Ponteficia hæc actio perpetua est tam ad persequendum, quàm ad excipiendum.* [o] *Existimarunt enim Canones, tam immane facinus uno anno rectè concludi. Quomodo autem in foro proponenda sit, latissime* [p] *Practici docent.*

g *Exhibitoria sunt, per quæ iubet exhiberi.*] *De exhibitorijs interdictis tria exempla adhibet: De libero homine exhibendo, de liberto exhibendo, & de liberis exhibendis.* 17 *Interdictum* [*de libero homine exhibēdo,*] *competit aduersus detinētem dolo malo liberum hominem inuitum, nec refert, masculus sit an fœmina, sui iuris, uel alieni.* [q] *Et hoc interdictum causa tuendæ libertatis propositum est, uidelicet, ne liberi homines retineantur à quoquam: ideoque omnibus indulgetur, & pupillo, & mulieri pro parente, cognato uel affine. Consequimur autem hoc interdicto, ut persona libera exhibeatur, id est, in publicum reducatur;* [r] *pristinamque libertatem recipiat.*

h *Cuius de libertate agitur.*] *Hoc est, de quo in pristinam libertatem asserendo agitur, ut quia constet eū liberum esse, qui detinentur: nam si de eius statu sit quæstio, ut quia detinens asserat eum seruum esse, tunc non habet locū interdictum, ne præiudicium fiat alienæ cognationi:* [s] *sed ad titulum,* [*De liberali causa,*] *recurrendum est.*

i *Aut libertum cui.*] 18 *Secundum exemplum exhibitorij interdicti est,* [*de liberto exhibēdo,*] *quod patrono datur aduersus eum, qui suum libertum tāquam seruum detinet, ut eum exhibeat, ne scilicet patronus faciat iacturam operarum, quas ille præstare debet.* [t] *Interest enim patroni, libertum non detineri.*

K *Aut parenti liberos.*] 19 *Tertium exemplum* [*De liberis exhibendis,*] *quod interdictum parenti datur aduersus eum, qui inuitum detinet filium, quem in sua potestate esse dicit, ut eum exhibeat,* [u] *&c.* 20 *Aliud autē est interdictum,* [*de liberis deducendis,*] *quod ex eisdem causis competit,* [x] *& est prohibitoriū.* 21 *Dixi,* [*inuitū detinet:*] *Quia si filius sponte apud aliquem* [y] *est, inutile hoc interdictū erit, sed & aduersus ipsum filium cessat, si is fortè neget se esse in potestate, quo casu cognoscet iudex, utrum quis in potestate, an* [z] *non. Si tamen hæc contentio inter parentes & liberos incideret ratione bonorum, de quibus principaliter quæritur, huic interdicto locus* [a] *erit.*

l *Sunt tamen qui putent.*] *Et rectè quidem.* 22 *Est enim hæc propria uerbi.* [*Interdicere*] *significatio, ut pro vetare, seu prohibere accipiatur, quemadmodū supra annotauimus.* [b] *Hinc Donatus in Hecyra:) Edicimus*] *(inquit)* [*quæ iubemus fieri: interdicimus, quæ uetamus fieri.*] *Itaque Prætorum edicta etiā interdicta*] *dicuntur.*

m *Sed tamen obtinuit.*] *Usu scilicet loquendi.*

n *Omnia interdicta appellari.*] *Siue prohibitoria sint, siue restitutoria, siue etiam exhibitoria.* 23 [*Interdictum*] *enim dicitur, quasi interim dictū, seu (ut familiarius dicam) quod à iudice in perpetuum, sed ad tempus dicitur, saluo iure partium. Nam cum interdicta possessionem rei respiciant, totam litem non perimunt, cum postea de dominio quæri possit; ut supra dictum est. Quamobrem nonnunquā* [*præiudicia*] *appellantur: hoc est, res, quæ cum statutæ fuerint, adferunt indicaturis exemplum, quod sequantur: iudicium autem res, quæ causam litem terminat. Cicero in Diuinat.* [*Primum causam amici tui sublevabis, de quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur.*] *Idem pro Cluentio,* [*Quid est, quòd iam de Oppianici causa plura dicamus? apud eosdem iudices reus est factus, cum is duobus præiudicijs iam damnatus esset.*] *Et Paulò post:* [*Itaque cum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudicijs videret.*] *De quibus etiam Quintilianus lib. 5. cap. 2.*

o *Quia inter duos dicuntur.*] *Alciatus* [d] *non,* [*inter duos,*] *sed* [*interim,*] *legendum censet: atque ita in castigatioribus codicibus rectè impressum dicit: quod licet & mihi verisimile fiat, hactenus tamen illam literam me non legisse, neque in Haloandri quidem editione, ingenuè fateor.* 26 *Equidem si vulgarem literam perspexisset. Valla, tam absurdam interdicti etymologiam minimè preterijsset, qui usque adeo miserè & acriter Iurisconsultos est consectatus, cuius tamen obiectiones, seu mauis calumnias Zasius & Alciatus,* [e] *clarissima duo ætatis nostræ lumina satis depulerunt.* 27 *Quemadmodum & vulgaris lectio huius facilè sustineri potest, si dicamus, Iustinianum noluisse hic tractare etymum interdicti, sed potius conatum esse, allusione quadam nos in cognitionem interdictorum summatim perducere: ut* [f] *supra in testamento mentis testatio: in sacello, sacra cella.*

h d. l. 1. §. quod ait ait. & §. ibi. aūt ait. l. pure. §. ult. h. tit.
i d. l. 1. §. ex die. l. in interdict. l. si plures §. deiectū. h. tit.
K d. l. 1. §. hoc ī terdictū hęr.
l d. l. 1. §. ult. c. l. seq.
m d. l. 3. §. 1.
n l. licet, c. de excep. l. pure, §. ult. de excep. doli.
o c. redintegranda. 3 q. 1.
p Spec. de resti. spo. §. 1 Kost. de interdi. Vnde ui. Bar. l. interdictio. §. 1. h. t.
q l. 1. l. 3. §. 1. de lib. hom. exh.
r d. l. 3. §. ait prætor
s d. l. 3. §. is qui nescit.
t l. 1. C. de oper liber.
u ff. de lib. exhi.
x l. 3. §. 1. de lib. hom. exhi. uel deduc.
y l. ult. de liber. exhib.
z l. 3. §. hoc autē interdictū. de lib. exhib.
b l. pen. d. tit. l. 1. C. eo.
b Ad rub. huius tit.
c In rubr. huius tit.
d lib. 2. Parerg. cap. 15.
e lib. 4. de uerb. signif.
f sup. de test. eo. in prin.

§. Sequens.

1 Secunda interdictorum diuisio, à fine ducta.
2. 3 Eadem taxata & defensa.

4 *Interdictum adipiscendæ possessionis, tres species continet.*
3.7 *De interdicto, Quorum bonorum.*
6 *Agnoscere bonorum possessionem quis dicatur.*
8 *Interdictum, quorum bonorum, & petitio hæreditatis, in quo conueniant & differant & nu. 9. 10.*
11 *De interdicto Saluiano.*
12 13 *De interdicto Quod legatorum, & cui concedatur.*

Sequens diuisio, interdictorum hęc est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quędam retinendæ; quædam recuperandę. a Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur b bonorum possessori, quod appellatur, Quorum bonorum: eiusque uis & potestas hæc est; ut quod c ex ijs bonis quisque, quorum possessio alicui d data est, e pro hærede aut pro possessore possideat: id ei, cui bonorũ possessio data est, restituere debeat f Pro hærede autem possidere uidetur, qui putat se herede̅ esse. Pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totam hæreditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis uocatur interdictum, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est. g Interdum quoque quod appellatur Saluianum, adipiscendæ possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi, de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

1 *Secundam] interdictorum diuisionem ex Paulo* a *subijcit Iustinianus, quæ à fine ducitur; nam in hoc interdicimus cum aliquo, ut adipiscamur possessionem, ut retineamus, vel ut recuperemus. Adipiscimur, quam nunquam habuimus: retinemus, quam habemus: recuperamus, à qua excidimus. Nonnulli* b *existimant hanc potius subdiuisionem esse: quia subdistinguuntur interdicta priuata, quæ ad rem familiarem pertinent.* c *Singula ergo huius diuisionis, seu mauis, subdiuisionis membra singulatim in subsequentibus enarrantur.* 2 *Porrò non desunt, qui Iustinianum hic, itemque* d *Paulum (ex cuius responso desumptus est præsens locus) diminutum dicant, dum triplex duntaxat interdictum esse docet: quãdo quidem & quartum reperiatur, quod* e *[confirmandæ] seu [conseruandæ possessionis] dicitur. Nam si filio impuberi moueatur quæstio status & hæreditatis, beneficio Carboniani edicti in tempus pubertatis differtur quæstio, mittiturque (si tamen non possideat) in possessionem, præstita cautione. Quod si possidere reperiatur, in possessione (eiusdem edicti beneficio)* f *continuabitur.* 3 *Varij uaria dixere: planius responsum uidetur, quod Iason* g *dedit, ut hoc interdictum [conseruandæ possessionis] non sit interdictum, seu possessorium remedium ordinarium, cum triplex tantum reperiatur, & hoc non detur inter duos contendentes de possessione, sed sit quoddam extraordinarium interdictum, cuius nulla habeatur ratio seu consideratio.* h

a *Adipiscendæ possessionis causa.]* 4 *Interdictum [adipiscendę possessionis] illi competit, qui de nouo rei alicuius possessionem, quam prius non habuit, adipisci conatur: & complectitur tres species, quarum duæ solùm ab Imperatore referuntur.* 5 *Prima est, interdictum [quorum bonorum:] sic autem appellatum est à primis uerbis edicti* i *prætorij, ut plerunque solebat fieri: illique conceditur, qui ad successionem hæreditariam æquitate Prætoris uocatus, bonorum possessionem agnouit apud iudicem, aduersus eos, qui pro hærede, id est, qui nullo iure uel titulo temere occupassent hæreditatem defuncti, ut possessio rerum hæreditariarum illi restituatur.* 6 *Dicitur autem quis agnoscere bonorum possessionem, quando declarat apud Prætorem, vel hodie apud magistratum, se talem esse, qui possit, & uelit iure prætorio amplecti hæreditatem* k *defuncti; nam is tametsi iuris autoritate habeat omnia, quæ ad hæredem pertinere possunt; nondum tamen consecutus est corporalem rerum hæreditariarum possessionem.* l 7 *Porrò hoc interdictum non solũ ad uniuersas, sed etiam ad singulas res hæreditarias* m *pertinet. Vnde uerisimile est, in responso Vlpiani aliquid deesse, uel potius illud de bonorum uniuersitate tantum (id quod locus indicare uidetur) intelligendũ quasi innuat ibi Vlpianus, principaliter ad hoc introductum esse, [Quorum bonorum,] interdictum, ut uniuersam hæreditatem aliquo remedio nancisci corporaliter posset successor; per hoc tamen non negat, quin si ueniat unius tantùm rei controuersia, cuius possessionem nondum sit adeptus, huic interdicto sit locus, alias enim multa iura aduersarentur.* n 8 *Et hæc est una similitudo inter istud interdum, & petitionem hæreditatis.*

b *Bonorum possessori.] Atque etiam hæredi, si non directum, saltem utile, ut sic quod bonorum possessori concessum est, hæredi quoque, iure ciuili succedenti* * *communicetur, cuius non inferior est causa.*

c *Ex ijs bonis.] Quę scilicet defunctus tempore mortis habuit, saltem possidendo* o *præsuis:* 9 *tametsi petitio hęreditatis* p *etiam earum rerum nomine concedatur, quas defunctus simpliciter detinebat, uel uti depositas, commodatas, aut pignori datas, quarum periculum ad hæredem pertinet.*

d *Data est.] Edicto scilicet, uel decreto Prætoris; ut hic præter ius nihil intelligas, & nihilominus opus sit corporali rerum possessione, quam hoc interdicto persequimur, ut paulo ante dictum est.*

e *Pro hærede.] Et sic titulo uniuersali.* 10 *sicut enim petitio hæreditatis non datur aduersus eum, qui titulum singularem* q *allegat, ita nec hoc interdictum possessoriũ aduersus titulo sing. possidẽtem competit. Nam.*

a l. 2. §. hęc aũt interdicta. de interdic.
b Bal. in l. incerti iuris. 3. col. 6. C. de iterd.
c d. §. hæc autẽ. lo. de Pla. hic.
d In d. l. hæc ãt.
e l. 1. C. de carboniano edicto. l. 3. § missum. illo tit.
f Iaso & Bal. c. 1. §. ul. de prohibita feud. alie. p Lotha. post Odof. in d. l. prima.
g In d. l. 1. eod. l. 2.
h Argu. l. 4. §. 2. de fideicom. libert.
i d. l. 1. §. hoc interdictũ. quo. bono.
k l. ult. C. qui admitti.
l Atq; ita intelligitur l. 1. & l. 3. §. 1. de bõ. pos.
m Vt hic & l. hoc amplius 29. cum l. seq. de furt.
n d. l. hoc amplius cum l. seq.
* Bald. huic.
o l. 2. C. quorũ bonor.
p l. & non tantũ 19. de pet. hę.
q l. regulariter. 9. de pet. hęr. l. hereditatis. C. illo eo. tit.

Nam hic quoque est similitudo inter utrunque.

f Pro hærede autem.] Hoc nos abundè alibi explicauimus, r quæ hic repeti possunt.

g Inutile est.] Vt scilicet possessionem recuperet, qua semel excidit: habet enim alia remedia, puta, rei uendicationem, ut dominus: uel Publicianam, ut quasi dominus: uel etiam recuperandæ interdictum. r §. actionū. sit. de act. n. 119. 120.

h Interdictum quoque.] 11 Secunda species adipiscendæ possessionis, est [Interdictum Saluianum,] sic dictum ab autore Saluio Iuliano celebri iurisconsulto: quod domino datur locanti prædium rusticum, uel urbanum, aduersus ipsos conductores, ut possessionem adipiscatur earum rerum, quæ inuectæ illatæque penes conductores multis argumentis suspectos, tutæ non sunt, uel quas ad alios iam transtulerunt, ne defraudetur sua pensione. Erat autem conceptum his uerbis, [Quod tu illi mercedis causa oppignerasti quã de re agitur, id illi restituas.] Et de hoc extat quoque titulus in Pandectis, de [Saluiano interdicto.] Habet autē hoc interdictum magnam similitudinem cum actione Seruiana; tametsi ab ea in nonnullis etiam differat, id quod alio loco discussimus. f Proinde quæ tum dicta sunt, huc quoque transferri debent. 12 Tertia species adipiscendæ possessionis, est (quam Iustinianus hic prætermisit) interdictum [Quod legatorum] pariter à primis uerbis edicti Prætorij sic nuncupatum. Eius tamen exemplum non extat integrum, licet centones aliquot inseruerit Tribonianus Pandectis. Continet autem hanc causam, ut quod quisque legatorum nomine, non ex uoluntate hæredis, uel bonorum possessoris occupasset, id ipsi restitueret. Etenim æquissimum uisum est Prætori, unumquemque non sibi ipsi ius dicere, in occupandis legatis aut fideicommissis, sed ab hærede petenda. 13 Conceditur ergo hæredi hoc interdictum, aduersus legatarium, qui sine ipsius uoluntate, aut ratihabitione, autoritate propria occupauit rem sibi legato fideicommissoue relictam. Hæredis namque interest plerunque, non occupari legata aut fideicommissa, propter detrahendam forte, ex senatusconsulto Trebelliano aut lege Falcidia portionem. t Quare si legatarius non restituat, in id, quod hæredis interest, condemnari debet. u Adipiscendæ autem ideò dicitur hoc interdictum, quia locum habet si legatarius occupando præuenit hæredem, qui rei legatæ possessionem nunquam habuit. Si enim aliquomodo habuisset, & ab ea deiectus esset, interdictum recuperandæ daretur. Ex prædictis tribus interdictis, priora duo restitutoria sunt; [Saluianum] uero prohibitorium. f §. item Seruiana. sup. de act. nu. 49. 50. t §. sed quia & §. nihil autē, C. de fideicom. hære. & su. de leg. falcid. in princ. & §. uit. Inst. de lega. & §. 2. quo. leg.

§. Retinendæ.

1. *Interdicti, retinendæ possessionis, duæ species; uti possidetis, & utrubi.*
2. *Quando istud interdictum competat.*
3. *Quis in eo obtineat.*
4. *Dominium & proprietas, an differant.*
5. *Proprietas unde dicatur.*
6. *Quæ sit prima causa interdicti retinendæ.*
7. *Prius de possessione cognoscendum, quam proprietate.*
8. *Quando duo possident, si neuter uelit agere, & periculum sit, ne ad arma deueniat, quid agendum?*
9. *Sententia in possessorio lata non præiudicat petitorio; econtra secus.*
10. *Petitorium quando dicatur habere possessorium ad mixtum.*
11. *Commoda possessionis plurima, & quæ sint illa nu. 12.*
13. *Quæ sint partes iudicis in interdicto retinendæ.*

Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta, uti possidetis, & Vtrubi: a cum ab utraque parte b de proprietate alicuius rei c controuersia fit. d & ante quæratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat. Nam, nisi ante exploratum fuerit, e utrius eorum possessio sit, non potest f petitoria actio g institui, quia & ciuilis & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat. Et quia longe commodius est, h & potius, possidere, quam petere, ideo plerunque & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. i Commodum autem possidendi in eo est, quod etiamsi eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet K in suo loco possessio: propter quam causam, cum obscura sunt utriusque iura, contra petitorem iudicari solet.

Nunc ad alterum a] membrum suprascriptæ diuisionis transit, nempe ad interdictum retinendæ possessionis, quo agimus, ut possessionem, quam adepti sumus, si forte in ea per aduersarium turbamur, retineamus. Huius duæ vulgatissimæ sunt species, uidelicet interdictum, [Uti possidetis.] & interdictum [Vtrubi,] similiter à primis eorum uerbis sic nuncupata, quæ ut prohibitoria sunt, ita possessionis retinendæ causa comparata. Nam [Uti possidetis.] pertinet ad retinendam possessionem rerum immobilium, soloque a inhærentium, [Vtrubi] mobilium rerum b tuetur possessionem. 1 Tuentur autem hæc a l. 1. §. hoc interdictum uti possi. b l. 1. utrubi.

retinendæ possessionis interdicta aliquam in possessione, quam licet adhuc retineut, tamen ne liberius ea uti possit, per aduersarium turbatur. 2 Potissimum autem retinendæ interdictum competit, si de proprietate alicuius rei controuersia sit futura, ubi uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat, priùs est inuestigandum; idque propter commodum possessionis; in quo tantisper remanet is qui possidere dignoscitur, donec petitor rem suam esse probet. [c] Proinde interdicto retinendæ possessionis is uincit, qui accepti iudicij seu litis contestatæ tempore in possessione est: modò nec ui, nec clam, nec precario ab eo possideat, [d] qui turbauit. Iniquum enim esset, actorem uincere eum, à quo possessionem habet. Verùm quomodo ab alio, quàm ab actore possessionem habeat, iustè, uel iniustè, non refert, nam qualiscunq; possessor, hoc ipso, quod possessor est, plus iuris habet, quam [e] ipse, qui non possidet.

a Cum ab utraque parte.] Quia scilicet uterque contendat se esse dominum rei, de qua est controuersia.

b De proprietate.] 4 Id est, dominio rei: Proprietas enim & dominium pro eodem frequenter accipiuntur in legibus. [f] Quanquam [dominium] generaliter sumptum fusioris cuiusdam significationis sit, quã proprietas: quia quodcunque dominium complectitur, siue directum sit, siue utile. Nam & fructuarius dominium habere rectè dicitur; [g] cùm proprietas duntaxat pro directo & uero dominio usurpetur; id quod & etymum uocabuli ostendere uidetur. 5 Dicitur enim [proprietas,] quasi propriè tuum: quanquam ego hoc magis allusionem esse putem. Sic Caius [h] proprietatem appellat id; quod est dominium directum; pro dominio autem utili nunquam accipitur [i] ideoque emphyteuta, feudatarius, superficiarius & reliqui habentes utile dominium, dicuntur habere proprietatem: ea enim penes directum dominium est.

c Controuersia sit.] 6 Primu enim huius interdicti proponendi causa fuit, ut seruiret iudicio petitorio, in quo scil. de proprietate rei, seu dominio tantummodò contenditur: [k] interdum tamen eo utimur, ubi nemo meditatur litem proprietatis, quoniam & in eum exerceri potest, qui ne cogitat quidem se dominũ, sed aliàs non sinit nos quietè uti possessione rerum nostrarum: uidetur enim mihi possessionis controuersiam facere, qui prohibet me uti mea [l] possessione.

d Et ante quæratur.] 7 Quod omnimodo necessarium est, ut de possessione priùs quæratur, & cognoscatur, quàm de proprietate. Rectè enim Vlpianus: [m] [Exitus,] inquit, [controuersiæ possessionis hic est, ut pronuncietur uter possideat: ita enim fiet, ut is qui victus est de possessione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæratur, coram eodem [n] iudice.] 8 Quid autem si duo contendant se possidere, & neuter quæratur in iudicio, periculumque sit, ne ad arma prosiliant tuendæ possessionis prætextu? Et hoc casu iudici incumbit, suas partes interponere, & si unius possessionem iustiorem comperiat, alteri interdicere, propositaque pena perhibere, ne quid de facto tentet. Quod si paria sint utrinsque iura, nominabit sequestrum, qui possidebit interea, dum quæstio de possessione uel proprietate cognoscatur, ne terminetur. Quod in supremo hoc tribunali Germanici imperij, dum in eo Assessoris munere fungeret, sæpe practicatum memini: maximè inter Principes uiros, de quibus maior subest metus ac suspicio conclamandi ad arma.

e Vtrius eodem.] Qui contendunt de possessione alicuius rei, quia uterque asserat se possidere, ut aduersarium ad onus probandi compellat.

f Petitoria actio.] Quæ tamen rectè postea instituetur, si de possessione iam fuerit cognitum ac pronunciatum. 9 Sententia enim in possessorio iudicio lata, non præiudicat, neque nocet [o] petitorio: quoniam in priori iudicio possessio, in hoc proprietas uertitur, & nihil commune hẽt possessio cum proprietate, [p] Et diuerso tamen sententia lata in petitorio, potest interdum officere agenti possessorio, ueluti si admixtam proprietatis causam [q] habet. 10 Dicitur autem possessorium habere causam proprietatis admixtam, cũ ut ex eo obtineatur, dominium uel quasi probare necessum est: verbi gratia: Si agatur, ut iter reficere liceat, [f] hincque prædictæ exceptionis facilis sit tibi ratio: quoniam de titulo seu proprietate in possessionis causa doceri debet; hæc autem in petitorio finita est & terminata. [t] Idem iuris est, & si possessorio retinendæ, uel etiam recuperandæ agat quis obstat enim ei exceptio rei iudicatæ in petitorio: [u] quod diffusius interpretes suis locis expendunt.

g Institui.] Meritò ergo Prætor huiusmodi possessoria interdicta adinuenit, quibus cognosceretur, uter eorum possideret, & sic uter in petitorij causa actor, uter reus esset: quia non potest actoris petitio institui, priusquam appareat, quis rem controuersiam possideat.

h Et potius.] Hæc duo uerba in plerisque codicibus scriptis desunt.

i Commodum autem] 11 Ostendit maximam utilitatem esse possessionis, quoniam onus probandi dominij transfert in actorem, quod nisi fecerit, aduersarius possessor manet, siue dominus sit, siue id minus. Bona item fide [x] fundum aliquem possidens & fructus facit suos, [y] & rem legitimo tẽpore usucapit. Rectè ergo Accursius eos, qui tenent & possident, [beatos] nuncupauit, cũ tot sint fructui, totque commoda possessionis, quæ Doctores in locis communibus [z] aceruatim congesserũt; nos obiter potiora referemus. 12 Horũ illud primũ est, quòd cũ possessio aduersariũ actorẽ faciat, actore non probãte, qui possideat, obtineat, ut iam dictum [a] est. Secundũ est, quòd in pari causa, pro possessore iudicari [b] soleat: ueluti si producerẽ duo

c l. siue possidetis. 16. C. & probationib. l. res alienas. 29 C. de rei uend.
d l. 1. §. ul. & l. 2. uti possid. l. 1. C. utrubi.
e l. 1. §. ult. & l. seq. uti possi.
f l. 1. §. huius ãt. uti possidetis.
g l. 3. si ususfru. petat.
h l. fi. de superfi.
i Bal. in l. cũ res 12. in fi. c. de prob Alc. cõsil. 159. lib. 5.
K l. qui petitorio 36. de rei uend.
l l. 3 §. 1. uti pos.
m l. exitus. 35. d acq. poss.
n facit l nulli. 10. c. de iudicus. & l. ordinari. c. de rei uend.
o l. & an eadẽ 14 §. ul. de excep. rei iud.
p l. naturaliter 12 & 1. de ac. poss.
q l. 2. §. quędã. de interd.
r glo. ibid.
s l. 3. §. hoc aũt. & itinere actuque priua.
t Pan. c. pastoralis. col. 7. de causa poss. & prop.
u oyo. c. qui ad agendum. de seg. tur. 10 6. Alc. & aliu d. l. naturaliter. §. nihil cõm. de acq. pos.
x l. a. uti possid.
y fu. de rer. diu. et de usuc. per discursum.
z In d. §. nihil cõ. nal. c. 1. de cõ. inter don. & fid. & de inuest. feu.
a l. 1. C. de aliẽ. iud. mut. causa fac.
b De quo p Dd. l. g accusare. c. de edendo.

duo testamenta eadem die confecta; qui in altero hæres scriptus possidet, anteponendus erit, donec alter probet, testamentum suum, posteriùs factum esse. c Tertium, quòd grauat onere probandi aduersariū. Quartum, q duobus habentibus causam ab vno, qui possidet, aut is cui prius res tradita est, præferatur: d quod tamen in spiritualib. non obtinet, e matrimonijs puta & sacerdotijs. f Quintum est, quod possidens præsumitur dominus: g quod tamen verum accipe, si dominiū deducatur in iudicio incidenter; secus si principaliter, vt quia rei vendicatione agatur; quia tunc probatio dominij necessaria h est. Sextū, si res immobiles possideantur, suspicio fugæ tollitur, nec tenetur satisdare, iudicio sisti. Septimū, possessor pignoris ius offerendi habet. k Octauum, ex possessione causatur vsucapiendi conditio, l & in consequentiā per possessionem acquiritur dominium. m Nonum denique commodum possessionis est, q ex diuturna seu longa possessione præsumitur requisita solennitas interuenisse: veluti, si fratres pro diuiso bona per longum tempus possederint, licet non appareat de aliqua diuisione inter eos facta, eam tamen ex diuturna possessione n intercessisse conijcimus. Sic Pontificij iuris Interpretes o docent, ex diuturna possessione sacerdotij, præsumi quem legitime institutum.

k In suo loco possessio.] Qualis scilicet prius fuit; neque enim quicquam ei adijcit simplex illa absolutio, p adeò vt si postea rursus de eadem re conueniatur, non habeat rei iudicatæ exceptionem.

l Contra petitorem.] 13 Et id quidem sine pugna est, in iudicijs tam petitorijs, quàm possessorijs, vbi apparet, quis actor sit, & quis reus. Quia verò hoc retinendæ possessionis interdictum duplex est, & vterq; in eo ferè sit actor & reus, planè obscurum videtur, secundum quem in re tam dubia pronunciari debeat. Obseruandi ergò sunt in his duplicib. iudicijs gradus quidam, siue media, quæ Old. q Bart. eleganter in suis Clas. actionum in vnum velut fasciculum congessit: ad quē (quia vulgo extat) iuris studiosum remitto.

c c. si a sede. de præb. lib. 6 c. pati. de reg. iur. eod. lib.
d Bar. l. 1. §. nō aūt. de bon. poss. sm tab. multa exempla vide apud Barb. consil. 23. vol. 1.
e l. circa 14. de probat. l. libertis. §. vlti. de lib. cu.
f l. si ea res 11. §. vlt. de act. empt. l. siue autem 9. §. si duob. de pu.
g c. vlt. de sponsa. duorum.
h c. capitulū. ibi Fel. de rescri.
i l. sicuti. §. 8. sed etsi. vbi glo. si seruitus vend.
l 1. fam. erisci.
k l. in rē. 80. de rei vend. l. cū res. ibi glo. C. de pb. de quo vide latius Salic. in 2. C. ne vx. pro. mar.
l l. sciendum 15. in prin. ff. qui satisd. cog.
m l. Paulus 12. §. q pignoris. quibus mod. pig. so.
n l. qui fundum 7. pro empt.
o l. traditionib. 20. C. de pac.
p l. si maior. C. cōm. diuidun. vide de hoc Dd. in l. sciendum. 30. de verb. obl.
q vide Old. Clas. 2. act. 4. ad finem.

§ Sed interdicto.

1 *Primùm de interdicto Vti possidetis: & vnde dicatur.*
2 *Quæ in eo sint probanda.*
3 *Quid contineat.*
4 *An illud etiam locum habeat in incorporalibus.*
5 *Interdictum Utribi: & quòd Vtrubi, non vtrubi sit legendum.*

Sed interdicto quidem vti possidetis, a fundi vel ædium possessione contenditur: b Vtrubi vero interdicto, de rerum mobilium possessione.

Duas] species interdicti retinendæ supra recensuit: nunc pro quib. reb. dentur, & in quo conueniant aut discrepent, in subsequentib. declarat. 1 Interdictum ergò [Uti possidetis] datur pro earū reum possessione retinenda, quæ sunt soli atq; immobiles, aduersus molestatores, qui nos turbant, nec sinunt illarum possessione nos quietè a vti. Et dicitur à primis interdicti verbis, vt & alia nonnulla interdicta. 2 Necesse autem est, in hoc interdicto probare agentem, quod & eo tpe, quo turbaretur & quo litis contestaretur, possederit rem, in qua se turbatum prætendit. 3 Continet autem hoc interdictum, quanti ea res est, quanti vniuscuiusque interest, possessionem retinere, nec fuisse turbatum in ea. Posse & cautionem exigi ab aduersario, vt de cetero à molestatione abstineat, communi calculo probatur: b idemque cōis vsus iudiciorum passim confirmat. 4 Sed an locum habeat hoc iudicium in quasi possessione rerū incorporalium, puta iurisdictionis, seruitutis retinendæ, si in ea quis turbetur? Et crebrius placuit locum habere, saltem vtiliter: c idque consuetudo, optima legum interpres, passim in iudicijs obseruat.

a Fundi vel ædium.] Vel cuiuscunque alterius rei immobilis, soloque hærentis possessione, de qua certum edictum nominatim propositum non d existit.

b Vtrubi verò.] 5 Hæc est secunda species interdicti retinendæ, quæ pariter à primis eius verbi denominationē accipit, vt interdictum [Utrubi] dicatur: sicut rectè in Pandectis Florent. & apud Theophilum scribitur; qui illud interdictum πρότερον interpretatur: Impp. e alibi celerem reformationē, vocant; [Bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri.] Est autem hoc verbum [Vtrubi,] compositum ab vtrum & vbi, quasi, apud quem de duobus de re controuertentib. vt & f Accursius alibi sensit. Falsa ergo est vulgata lectio, quæ [vtrobi] legit; cum illud ad locum pertineat, sicut vtroque: quemadmodum Grammatici docent. Conuenit autem hoc interdictum in omnibus cum [Vti possidetis] interdicto: hoc solo excepto, quod [Vti possidetis] immobilia, [Vtrubi] mobilia inter homines bona g tuetur.

a l. 1. §. vlt. & l. 2. vti possidetis.
b In l. 3. §. Vlt. vti pos. per l. 1. C. eod.
c Ita Doctores in d. l. 1. C. h. tit. c. licet. de proba. bart. l. 1. ff. vti pos. facit l. Sicuti. 8. §. Aristo in fin. si seruitus vendicetur.
d In l. 1. §. vtrubi.
e In l 13. C. de agric. & cen. sic.

§. Quorum.

1 *Vetus differentia possidetis & Vtrubi interdicta.*
2 *Clausula, nec vi, nec clam, & c. omnia vitia possessionum continet.*

f In l. 1. ff. vtrubi. g Huius interdicti pleniorem exceptionem vide apud Old. Clas. secunda actio. quarta.

3 *Clam possidere quis dicatur.*
4 *Vocula (precario) pro aduerbio accipitur.*
5 *Possessionis initium sine vitio fuisse sufficit,*
6 *Quibus hoc interdictum competat.*
7 *Eum, qui hoc interdicto vti velit, sufficit possidere.*
8 *Quis dicatur possedisse maiore parte anni.*
9 *Hodie in vtroque interdicto L vincit, qui litis contestatę tempore ab aduersario sine vitio possidet.*
10 *Interdictum Vti possidetis, pro reb. immobilibus; interdictū Vtrubi, pro mobilib. datur.*

Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam, vti possidetis, interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: modò a nec vi, b nec clam, c nec precariò d nactus fuerat ab aduersario e possessionem; f etiamsi g alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precariò rogauerat aliquem, vt sibi possidere liceret. Vtrubi verò interdicto is vincebat, qui h maiore parte eius anni, nec vi, nec clam, nec precariò ab aduersario possidebat i Hodie tamen aliter obseruatur. Nam vtriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est; ut ille vincat, & in re soli & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precariò aduersario litis contestatę tempore detinet.

1 *Ostendit,] quę fuerit olim differentia inter [Vti possidetis & Vtrubi] interdictum. Nam eo tempore, quo Prætor iure reddebat, dabatque iudicia omnia, & interdicta, is vincebat interdicto [Vti possidetis,] qui tempore redditi interdicti in iure apud Prætorem sine vitio possidebat, quāuis ab alio quolibet non sine vitio* [a] *possideret. Sed interdicto [Vtrubi] victor is fiebat, qui maiore parte anni possederat sine vitio: & hęc veteri iure obseruabantur.*

a l. 1. vtrubi.

a *Nec vi.] 2 Quę clausula omnia vitia possessionum complectitur: & inter hęc vis cæteris odiosior est, quia si quid vi factum sit, nullo iure defendi potest, nec in vllo interdicto habetur ratio violentæ possessionis: saltem aduersus eum, qui vim passus est. Vim autem hic accipere* [b] *oportet, quę contra ius fit inuito altero. Vis etiam dicitur, quicquid nullo iure fit contra liberam alicuius voluntatem: de qua vide eleganter Ciceronem pro Cecinna.*

b De varia acceptione vis, Old. Clas. 2. 2. actione 5.

b *Nec clam.] 3 Clam autem possidere eum dicimus (inquit Vlpianus) qui furtiuè ingressus est in possessionem, eo ignorante, quem si controuersiam facturum suspicabatur, & ne id faceret, timebat.*

c *Nec precariò.] 4 [Precariò] nomen, ipsa terminatione ablatiui pro aduerbio accipitur. Paulus* [c] *ait: [Precariò habere videtur, qui possessionem corporis vel iuris adeptus, ex hac solummodo causa, quod adhibuit preces, & impetrauit, quod sibi possidere aut vti liceat.]*

c l. clam possidere 6. in princ. de acq. pos. l. minus. C. eo.

d *Nactus fuerat,] 5 Ab initio, etiamsi postea vitium aliquod subsequatur: inspicimus enim ipsam originem & primam causam possessionis, quę si fuerit sine vitio, satis est. Vnde Vlpianus. [Is] (inquit) [qui eum possidere non clam, se celauerit, in causa est, ut non videatur clam possidere: non enim ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ exquirenda est. Nec quenquàm clam possidere incipere, qui sciente aut volente eo, ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bona fide possessionem nanciscitur.*

e *Possessionem.] 6 Neque enim competit hoc interdictum, nisi ijs solis qui possident, siue naturaliter, siue ciuiliter, multo magis si vtroque modo. Quare creditoribus missis in possessionem rei seruandæ cā, item cęteris omnibus, qui custodiæ causa missi sunt in possessionem, non conceditur hoc interdictum: quia non possident:* [d] *habent tamen alia remedia, quibus vtantur; puta actionem in factum ex interdicto, Ne vis fiat ei: item officium iudicis, & manum* [e] *militarem.*

d l. 3. §. creditores. vti pos.

e l. 1. in pri. & §. est autem generale. l. 3. in pri. & §. 1. ne vis fiat ei, &c.

f *Etiamsi alium vi.] 7 Quomodò enim ab alio, quàm ab actore possessionem habeat, iustè vel iniustè nihil refert; nec pōt molestator ex hoc interdicto, conuentus, istud in defensionem trahere. Nam qualiscunque possessor, hoc ipso ꝙ possessor est, plus iuris habet, quàm ille, qui non* [f] *possidet. Itaque si vsufructuarius, qui naturalem possessionem habet, deijciatur ab alio, qui fructuarium contendebat, vel clam illo aliud ingrediatur, aut precariò accipiat, poterit quidem fructuarius propter ademptam sibi possessionem hoc interdicto aduersus deiectorem vti; proprietarius verò, cui nihil ademptum est, non poterit.*

f l. 1. §. vlt. & l. seq. vti possid.

g *Alium.] Penitus extraneum, & qui nō possideat nomine aduersarij, nec ipsius personam referat: tali enim deiecto vi, censetur aduersarius deijci, quem iste repræsentabat.*

h *Maiore parte.] 8 Hoc est, qui longiore tempore possidet. Maiorem enim anni partem possedisse quis intelligatur, vt* [g] *Licinius interpretatur, etiamsi duobus mensibus possederit, si modò aduersarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis possiderit.*

g l. minore, 165. de verb. sign.

i *Hodie tamen.] Veterem differentiam, de qua iam dixit, sublatam esse docet. Et quo enim interdicta impetrari desierunt à prætore,* [h] *& reddi: id temporis non consideratur, sed tempus, quo lis contestatur apud iudicem, qui cognoscit. 9 Et sic iure, quo nunc vtimur, vtroque interdicto vincit, qui litis contestatæ tempore ab aduersario sine vitio* [i] *possidet. 10 Ceterum altera differentia inter hęc interdicta, quod scilicet [Vti possidetis,] pro rebus immobilibus, [Vtrubi] pro mobilibus competat, adhuc durat.*

h l. 1. C. de interdict.

i l. 1. ff. vtrubi.

§. Possi-

§. possidere.

1 *Etymum possessionis à sedibus, non à pedibus est.*
2 *Possessionis definitio, ex Alciato.*
3 *Possessionem facti esse, non iuris.*
4 *Vnam tantum possessionem esse, eam tamen duplicem possidendi causam habere.*
5 *Possessio naturalis ciuilis.*
6 *Possessio non nisi animo & corpore acquiritur, & nu. 13.*
7 *Acquirimus possessionem, etiam per alios.*
8 *Retinemus possessionem solo animo, & per quoslibet, qui nostro nomine sunt in possessione.*
9 *Possessio qualiter amittatur.*
10 *Ciuiliter amittitur possessio solo animo.*
11 *Possessio pro detentione.*
12 *Aliud est possidere, aliud in possessione esse.*
13 *Possessio ciuilis solo animo retinetur, sed non adipiscitur.*
14 *Possessio solo animo amitti potest.*
15.16 *Aetiologia, cur iusta possessio & animo & corpore acquiri debeat.*
17 *Ad nanciscendam possessionem sufficit partem fundi introire.*

Possidere autem uidetur quisque, non solum [a] si ipse possideat, sed & si eius nomine aliquis [b] in possessione sit, licet is eius iuri subiectus non sit: qualis est [c] colonus & inquilinus. Per eos quoque, apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit, ipse possidere uidetur. Et hoc est quod dicitur, [d] retinere possessionem posse aliquam per quemlibet, qui eius nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque solo [e] retineri possessionem placet: id est, ut quamuis neque ipse sit in possessione, neque eius nomine alias, tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reuersurus inde discesserit retinere possessionem uideatur. Adipisci uerò possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est quin [f] animo solo adipisci possessionem nemo possit.

Quia dictum] est, præfata duo interdicta Vti possidetis, & Vtrubi, ijs tantum competere, qui possident, commode nunc subijcit, qualiter & quomodo quis possidere dicatur. 1 *Ad protheoriam autem huius loci, cum primis sciendum est, possessionem quod ad etymum attinet, appellatum esse à* [a] *sedibus, quasi sedium positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit; quam Græci κατοχὴν dicunt. Falsa enim est lectio, à pedibus, quoniam possidere à sedeo formatum, in etymo uocabuli nihil commune habet cum pedibus; & uerbum ipsum non satis patitur, ut & pedum & positionis illuc concurrat deriuatio. Sedendi manifestum apparet in ipso possidendi uerbo vestigium. Quidam* [b] *tamen malunt ab hac uoce, [Pos,] componi, quod in compositione solum inuenitur, ut compos, impos, quasi qui potens & cum potentia alicubi sedeat, is demum possideat.* 2 *Possessionem autem Alciatus* [c] *sic eleganter definit, [vt sit usus rei alicuius à proprietate uel iure separatus.] Idcirco, autem ait, à iure separari possessionem; primum, ut ostendat, ab eo vsu, qui seruitutis species* [d] *est, eam differre.* 3 *Deinde ut illorum sequeretur* [e] *sententiam, qui possessionem facti, non iuris esse censuerunt, quod & uerum est, multisque in locis consulti apertissimè attestati* [f] *sunt. Et hoc obtinet, siue acquisita sit possessio, siue amissa, semper enim facti est, ut argutè Alciatus* [g] *alibi comprobat.* 4 *Ex quibus etiam conuincitur, unam tantùm esse possessionem, sicut Placentinus & Azo* [h] *rectè censuerunt: quæ tamen duplicem habeat rationem, seu qualitatem possidendi, naturalem scilicet & ciuilem. Nam cum quis corpore nanciscitur detentionem rei, usumque eius percipit, naturaliter possidere dicitur. Et ita sæpe Iurisconsulti eam nudam nobis possessionem* [i] *proponunt. Sin autem uerè quis non insistat ipsi rei, neque vsum percipiat, sed sola animi destinatione, tum per interpretationem legis ciuiliter possidet. Et de hac quoque tam absolute leges interdum loquuntur. Qua ratione per fructuarium, & eum, qui precario rogauit,* [k] *possidemus, & licet ipsi naturaliter fundo insistant, tamen propriè non possident, quia nostro nomine sunt* [l] *in fundo.* 6 *Illud quoque præcognoscendum est, acquirere possessionem neminem posse, nisi animo & corpore:* [m] *hoc est, naturaliter & ciuiliter.* 7 *Acquirimus autem possessionem non solum per nosmetipsos, sed etiam per alios, quos in potestate habemus ut per filios, uel* [n] *seruos.* 8 *Retinere uerò possessionem solo animo* [o] *possumus, & per quoslibet, qui nostro nomine in possessione sunt: ut est colonus, inquilinus,* [p] *depositarius, commodatarius, & similes. [Generaliter enim] (inquit* [q] *Caius) [quisquis omnino nostro nomine nobis uolentibus sit in possessione, uelut procurator, hospes, amicus, familia non possidere videtur.] Is enim possidet, cuius nomine* [r] *possidetur.* 9 *Amitti quoque in totum possessio non potest, nisi animo &* [s] *corpore. Sicut enim utrunque requiritur ad constituendam siue adipiscendam possessionem, ita nulla amittitur possessio, nisi in qua utrumque in contrarium actum est.* 10 *Ciuiliter amittitur possessio solo animo. Quod eo pertinet,*

a l. 1. §. ff. de ac. pos.
b Alc. in l. in lege censoria. 203. ff. de uer. si.
c In l. qō. 115. ff. de uerb. sig.
d De qua diximus supr. de usu & hab.
e De qua latis. idē Alc. in repet. l. quinq; pedum. C. de quinq; pedum praesc.
f l. nec utilē. 20. ff. ex qui. cau. maio.
g d. l. qnq; pedū.
h Alciat. d. l. qō. Zas. l. 1. de ac. pos. & l. 2. §. postea cū Ap. de orig. iuris.
i l. si id quod. 25. §. ul. de ac qui. pos.
k l. certe 6. §. 1. de precar.
l l. 1. in fi. de noui op. nunc.
m l. 3 de ac. pos.
n l. 1. § adipiscimur. & §. itē acq. eo. tit.
o l. qui uniuersas 30. §. qd̄ p colon. eo. tit.
p Vt hic,
q l. generaliter. 9. de acq pos.
r l. quod meo. 18. eo. ti.
s l. quemadmodum 3. d. tit.

vt si in fundo sim, nolim possidere: licet amissam sit ciuilis possessio, naturalis tamen, siue corporalis in hoc mibi proderit, quod solo animo recuperem ciuilem possessionem: quod ei non licet, qui de loco [t] *decessit. Et hæc ad euidentiam sufficiant: nunc textum uideamus.*

t d.l.3.h.tit.

a *Si ipse possideat.*] *Id est, suo corpore insistat ipsi rei.*

b *In possessione sit.*] 11 *Hoc est, in detentione: ut Accurs.* [u] *alibi exponit: quemadmodum & missi in possessionem ex causa damni infecti, seu legatorum, sunt in possessione, & tamen non possident propriè.* 12 *Aliud ergo est possidere, aliud in possessione* [x] *esse. Vnde colono non dicuntur propriè concedi interdicta, sed ei, cuius nomine* [y] *possidebat; nisi ipse sibi interuertisset possessionem. Ex æquitate tamen illi subuenitur officio iudicis, ut ius suæ detentionis defendere ac tueri possit.*

u l.2.§.1.pro hered.
x l. si quis ante 10 de ac. pos.
y l.1.§. deueutur de. tit.

c *Colonus & inquilinus.*] *Qui sint illi, & quomodo inuicem differant,* [z] *alibi diximus.*

z sup. de actioni. §. item Seruiana nu. 6.

d *Retinere Possessionem.*] *Intellige ciuilem.* 13 *Ea enim sola uoluntate retinetur, tametsi adipisci solo animo nullatenus possit, quemadmodum* [a] *mox subijcit.*

a Ver. nec ulla hoc §.

e *Retineri possessionem.*] 14 *Sicut autem retineri, ita etiam amitti solo animo possessio* [b] *potest.*

b l. fere. 153. ff. de reg. iur.

f *Animo solo.*] 15 *Corporali enim adprensione opus est ad acquirendam iustam possessionem. Quid. n. fieret, si liceret ueram possessionem inde asserere quod animo quis concepisset rem tenere? quotus comineret hanc concupiscentiam intra limites necessarij vsus? quis non diceret, Ego concepi animo talem rem habere, quando satiaretur hominum insatiabilis auaritia? Sicut ex diuerso idem contingeret, si iusta concederetur statim possessio ei, qui rem occuparet: nam, quæ est habendi in hominibus libido, quilibet ceteris robustior, omnia passim uellet adprendere solus, ut sibi haberet, sicque nihil aliud, quàm rixæ, seditiones, rapinæ, cædes, inter homines pullularent.* 16 *Rectè ergo constitutum est, ut neque per se animo, neque per se corpore acquirere liceat iustam possessionem, sed animo & corpore, hoc est, naturaliter & ciuiliter, ut supra ostendimus.* 17 *Quod autem dictum est, corporali adprensione opus esse ad nanciscendam possessionem, hoc non ita accipi debet, ut omnes fundi glebas circumambulare oporteat: sed satis est, quamlibet partem eius fundi introire, dum mente & cogitatione hoc fiat, ut totum fundum usque ad terminum* [c] *possidere uelit.*

c l. quarundam. 13. de acquir. pos.

§. Recuperandæ.

1 *De interdicto vnde vi.*
2 *Illud dari, siue quis ex possessione naturali siue ciuili sit deiectus.*
3 *Interdictum unde ui ad res immobiles tantùm pertinet.*
4 *Vis in hoc interdicto de atrotiori accipitur, quæ armis interuenientibus fit.*
5 *Interdictum de ui priuata seu cotidiana.*
6 *Contra quem detur interdictum unde ui.*
7 *Quid contineat hoc interdictum.*
8 *In eo interdicto non quæri de qualitate possessionis, cum in alijs sit secus: & quæ sit diuersitatis ratio, & nu 9.*
10 *In continenti, uim ui repellere licet.*
11 *An vis censeatur in continenti facta, uel ex interuallo, iudicis relinquitur arbitrio.*
12 *De remedio constitutionis. Si quis in tantam. C. unde ui.*
13 *Quæ sit pœna inferentis uim publicam, uel priuatam.*
14 *De appellatione armorum & telorum: & armati qui dicantur, & nu. 15. 16.*

Recuperandæ possessionis causa solet interdici, si quis [a] ex possessione [b] fundi uel ædium [c] ui deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum [d] unde ui, per quod is [e] qui deiecit, cogitur ei [f] restituere possessionem, [g] licet is ab eo, qui ui deiecit, ui, clam, uel precario possideat. [h] Sed ex constitutionibus sacris (uti suprà diximus,) si quis rem per uim occupauerit, siquidem in bonis eius est, dominio eius priuatur, si (si aliena, post eius restitutionem, etiã æstimationem rei dare uim passo compellitur. [k] Qui autem aliquem de possessione per uim deiecerit, tenetur lege Iulia de ui priuata, aut de ui publica. Sed de ui priuata, si sine armis uim fecerit, sin autem armis eum de possessione ui expulerit, de ui publica tenetur. [l] Armorum autem appellatione non solum scuta, & gladios & galeas, sed & fustes & lapides significari intelligimus.

Sequitur tandem tertium & ultimum suprascriptæ diuisionis membrum, nempe interdictum recuperandæ possessionis: 1 *quale est interdictum.* [*Vnde ui*] *quod in foro maxime frequentatur, & est restitutorium, & sine exceptione datur possidenti rem immobilem, si deijciatur, ut recipiat, recuperetur amissam possessionem. Amisisse tamen non videtur, qui adhuc cum eo, qui ut deiecit, decernit, aut in congressu ereptam recuperauit.*

a l. 3. de ac. pos. l. qui pos de ui & ui ar.
b l.1.§. hoc interdictum. & §. Interdicitur aũt de ui & ui ar.

a *Ex possessione.* 2 *Naturali uel ciuili, sicut enim non alius deijci uidetur, quam qui possidet, ita non refert, corpore* [b] *an animo possideat.* [*Idcircoque*] *(inquit Vlpianus)* [c] *si quis de agro suo, de domo*

pro-

processisset, nemine domi relicto, mox reuertens prohibitus sit ingredi in ipsum prædium: vel si quis eum in medio itinere detinuerit, & ipse possederit, vi deiectus uidetur: ademit enim ei possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore.

b Fundi, vel ædium] 3 *Et cuiuscunque alterius rei immobilis, soloque hærentis: ad res autem mobiles hoc interdictum non pertinet, nisi fuissent in re soli, ut sic cedere videretur solo* c *vel ædificio. Cæterum res mobiles quoties aufertur, vel furti, vel vi bonorum raptorum actio datur.* d

c Vi deiectus.] 4 *Vim hoc loco de atroci accipere oportet, quæ videlicet æstimatur, quòd armis interuenientibus possessor expellitur, siue ad vsum armorum peruentum fuerit, siue terrore eorum* [a] *fugatus sit possessor.* 5 *Fuit etiam aliud interdictum, [Vnde vi;] quod de vi priuata, id est, sine armis intelligebatur, quando scilicet quis sine coactis armatisue hominibus possessione deijciebatur: quod Cicero pro Cecina [cotidianum] vocat: sed de eo tamen non uidetur Iustinianus hic loqui, sed de altero quod vi publica siue armata fit; cum quis oppressu, & vi multitudinis, id est, coactis hominibus, & armatis deijcitur, vt & Duarenus voluit lib. 1. Disputat. anniuers. capit. 20. Hæc enim sunt verba interdicti: [Hominibus coactis, armatisue,] autore M. Tullio.*

d Vnde vi.] *Quod pariter à primis ipsius interdicti verbis sic* e *est appellatum, quemadmodum, & alia pleraque eius verba Vlpianus* f *in hunc modum refert; [Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, de eo, quodque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: post annum verò de eo, quod ad eum, qui vi deiecit, peruenerit, iudicium dabo.]*

e Qui deiecit.] 6 *Sino ipse deiecit, aut familia eius, aut* g *procurator: quoniam hoc interdictum non magis proponitur aduersus eum, qui ipse deiecit, quam in eum, qui deijci iussit, ratumue deiectionem habuit, aut qui in uitium possessionis successit.*

f Restituere possessionem.] 7 *Continet autem hoc interdictum non solùm restitutionem possessionis, sed omnium rerum mobilium, quæ ibi fuerunt, cum possessor deijceretur: nec tantum quæ propriè illius fuerunt, verumetiam si quæ apud eum depositæ sint, vel ei commodatæ, vel pignoratæ, vel quarum usum, aut vsumfructum* h *habuerit. Fructus quoque debentur ex eo die, quo quis deiectus est: nec solùm habebitur ratio fructuum: sed & cæterarum utilitatum. Omnia enim quæcunque habiturus, vel assecuturus is erat, qui deiectus sit, si in possessione mansisset quietus, restitui debent: Quorum lis æstimatur à iudice, ut actor consequatur, quanti sua interest, vi deiectum non* i *esse.*

g Licet is.] *Hoc speciale est in interdicto [Vnde vi,] vt non consideretur qualitas possidendi, an scilicet iustè, vel iniustè quis possideat. Sufficit enim docere se deiectum, cum possideret, quod in alijs interdictis non est: in quibus omnino attenditur, an quis vi, vel clam, vel precario ab aduersario possideat.* 9 *Sed qua ratione tam variè? quoniam odiosa magis est vis, de qua in interdicto, Vnde vi, agitur, utpote vis atrocior, & quæ armis interuenientibus fiat, ut paulò antè diximus. Vnde discimus, semper peiori loco esse vim posteriorem, saltem si ex interuallo secuta sit.* 10 *Nam in continenti uim vi repellere licet.* k *Quare Iulianus;* l *[Qui possessionem] (inquit) [sibi ereptam in ipso congressu receperat, in pristinam causam reuerti potius, quàm vi possidere, intelligendus est.] Ideoque si te ui deiecero, illico tu me, deinde ego te; Vnde vi, interdictum tibi vtile erit.* 11 *An autem in continenti, vel ex interuallo factum censeatur, in indicantis consistit arbitrio, qui vtrunque ex qualitate personarum, & rerum* m *æstimabit.*

h Sed ex.] 12 *Aliud remedium hoc loci subiecit Iustinianus, quod aduersus violentum inuasorem introduxerunt* n *principes. Nam si quis vim fecerit in re, quæ in eius bonis sit, ex constitutione. [Si quis in tantam,] rem propriam amittit. Sin autem in re aliena, non modo eandem restituere, verumetiam eius rei æstimationem dare vim passo tenetur. Et hæc constitutio tam pro rebus mobilibus, quàm immobilibus & tam contra dolosè, quam temerè, & sine dolo recipientem locum* o *habet.*

i Uti supra diximus.] *Sub titu.* p *Vi bonorum raptorum.*

K Qui autem.] 13 *Rursus aliud remedium annectitur, ex lege Iulia de vi publica, & priuata. Inferens enim vim priuatam, id est, sine armis, punitur lege Iulia de vi priuata, relegatione, & tertiæ partis bonorum publicatione: inferens autem vim publicam armis; lege Iulia de vi publica, deportationis, & omnium bonorum publicationis pœnam sustinet: qua de re commodius suo loco* q *dicemus.*

l Armorum]. *Desumptus est hic locus ex Caij* r *responso, quod adhuc in Pandectis extat, & eleganter ab Alciato discussum est.* 14 *Sunt ergo [arma,] quod ad interdictum de vi attinet, omnia tela, hoc est, fustes, & lapides, non solum gladij, hastæ, frameæ, id est,* s *rhomphææ: item scuta,* t *galeæ, &* u *loricæ, &* x *glebæ. Sunt autem [Rhomphææ] apud Vlpian. ex Gellio, teli genus Thracæ nationis. Armis etiam cõnumerat* y *Festus pugionem, & sicam.* 15 *Hinc [Armatos] accipere debemus non tantum eos, qui tela habuerunt, sed etiam quid aliud,* z *quod nocere potest. [Armatos] eos appellat Cicero* a *qui scutis, glebis, telis, saxis, & fustibus parati ornatique sunt.* 16 *Porrò [arma] ab arcẽdis hostibus dici putat Varro; Festus verò ab armis, quæ humeris dependent: & utrunque etymon recipi potest: illud ab affectu, hoc à voce. Sed etymon Varronis, latius est, & magis patens; nam [lapides] arma sunt, & tamen ab humeris non pendent, arcent tamen hostes: sicque [Armorum] appellatione latissimè* b *vtuntur non tam Iurisconsulti, quàm alij Latini scriptores.*

e l. idem est. §. pertinet. de vi & ui ar.
d. l. 1. de ui & vi ar.
e d. l. 1.
f ibi.
g Cic pro Cecinna. Bar. in §. summa. su. hoc titu.
h d. l. 1. quod autem ait p . . . tet. & §. . . . a l. . . . §. ul. de ui & vi arm.
i d. l. 1. §. ex die quo, & l. 1 interd. l. si plur. §. deiectus. e. t.
K d. l. 1. §. vim vi. de vi & vi arm.
l l. qui possess. n. lac. l. 3. §. cum igitur. d. titu. & l. 1. C. vnde vi.
m Bar. & dicendum, in d. l. 3. §. cum igitur.
n l. si quis in tantam. 7. C. vnde vi.
o §. quia tamẽ. sup. vi bono. rap.
p d. §. quia tamen.
q §. item lex Iulia. de vi pub. infra. de pub. iu.
r l. armorũ. 41. de uer. sig.
s l. 3. §. armis. de vi & vi arm.
t d. l. vi armo.
u l. qui commeatus. 14. § arma. de cast. pec.
x cic. pro cecinna.
y lib. 1 . . .
z l. arma. p. de vi pub.
a in ora pro cecinna.
b in . . . hic.

§. Tertia diuibo.

1 *Tertia interdictorum diuisio generalior ceteris.*
2 *Omnia restitutoria, & exhibitoria interdicta sunt simplicia; prohibitorium autem alia simplicia, alia duplicia.*
3 *Interdicta mixta.*

Tertia diuisio interdictorum, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria, aut exhibitoria. Nam actor is est, qui desiderat, aut exhiberi, aut restitui; reus autem is est, à quo desideratur, aut ut restituat, aut exhibeat. Prohibitorium autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripaue eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti uti possidetis interdictum, & utrubi. Ideò autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est; nec quisquam præcipuè, reus, vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei, quam actoris partes sustinet.

1 *Hic attexitur.*]. *Tertia interdictorum diuisio, ex Paulo* [a] *desumpta, quæ à modo exercendi interdicta deriuata est; & omnia omnino interdicta, tam publica, quam priuata complectitur, & tam ea, quæ propriè ad possessionis causam pertinent, quàm quæ proprietatis habent causam. Verificatur autem, & exemplificatur hæc diuisio ex prima diuisione* [b] *suprapofita. Nam quod ibi dictum fuit, interdictorum quædam esse probibitoria, quædam restitutoria, & quædam exhibitoria;* 2 *modo addit omnia restitutoria, & exhibitoria esse simplicia, quia in eis vnus sit actor, & alter reus. At probibitoriorũ alia esse simplicia, id est, in quibus adparet, quis sit actor, & quis reus: ut in interdictis, ne quid in loco sacro, vel flumine publico fiat. Alia verò duplicia, in quibus uterque litigantium in eadem causa sit, id est, & actoris, & rei partes sustineat: uterque dicat se possidere; uterque hoc intendat, vt pro possessione sua* [c] *pronuncietur; vt sunt, Vti possidetis, & Vtrubi, in quibus ex æquo* [d] *uterque prætendit se possidere; uterque probat; actorisque munere fungitur.* 3 *Dicuntur etiam interdicta alio modo duplicia, quæ etiam mista appellari solent; ut partim restitutoria, partim prohibitoria; vel partim adipiscendæ, partim recuperandæ possessionis gratia* [e] *comparata.*

a l. 2. ff. de interd.
b §. summa. hoc titulo.
c l. 3. §. uti possidetis. ff de interd.
d l. 2. ff eodem.
e l. 1. & l. 2. hoc titu.

§. De ordine.

1 *De veteri interdictorum ordine.*
2 *Interdictorum loco actiones in factum introducta.*
3 *Extra ordinem ius dicere.*
4 *Omnia iudicia hodie extraordinaria esse.*
5 *Et olim, & hodie dabatur actio, sed diuersimodè.*

De ordine, & vetere [a] exitu interdictorum superuacuum est hodie dicere. Nam quoties [b] extra ordinem ius dicitur ([c] qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum: sed perinde iudicatur sine interdictis, [d] ac si vtilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

a §. 1. sup. de testa. ord.

Quis ordo.] *interdictorum apud veteres fuerit, ne quicquam antiquitatis ignoretur, vt alibi* [a] *Iustinianus inquit, paucis adscribere lubet. Ordo igitur interdictorum fuit, vt Prætores (qui totam hanc rem à mero suo officio dependere voluerunt) adirentur, ut interdicta litigatoribus redderent, sub certa, & solenni verborum formula, summatim causa cognita. Verum ne quem temerè suo imperio iniuria læderent, vel quia ipsis per maiores occupationes lites ferè dirimere, non uacabat, recuperatores dabant, apud quos litigaretur sponsione facta, veluti exequerentur.* 2 *Postea autem, ne semper à mero iudicis officio penderemus, interdictorum loco introducta sunt actiones in factum, quibus recta uia apud competentem iudicem vteremur. Ea tamen videntur retinuisse naturam interdictorum, ut misto imperio expedirentur: cum in alijs actionibus, & iudicijs separetur iurisdictio, à mero imperio executionis. Hæc Bald. hic eleganter. Quibus addi possunt ea, quæ ad huius tituli enarrationem copiosissimè collegit. Egui. Baro, diligentissimus antiqui iuris obseruator, & nostri temporis iuris consultus inter paucos celeberrimus.*

a *Exitu.*] *Ho.. uetere ritu, legendum censet; & rectè, ut agendi, & procedendi formulam intelligamus.*

b *Extra ordinem.*] 3 *Extra ordinem autem ius dicitur in omnibus interdictis, in quibus non obseruatur vetus ille ordo, quo prius interdicebat Prætor: postea si quid esset controuersia, suo arbitrio dabat Recuperatores: sed hodie recta uia actionem proponimus coram* [b] *iudice.*

c *Qualia sunt hodie.*] 4 *Ex hoc loco discimus, omnia hodie iudicia extraordinaria esse, propter impetrationem iudiciorum, & formularum conceptiones, per Theodosium* [c] *in uniuersum sublatas.*

b quo sensu accipi debet. l. incer. C. de inter.
c l. 1. c. ff form. & imp. subl.

Ac si

d *Ac si vtilis actio.*] 5 *Sensus horum verborum est, vt rectè Balduin annotauit: Olim quidem dabatur etiam actio, sed ex causa interdicti, à Pretore scilicet, qui post interdictum iudicia substinebat. Hodie quoque datur actio, sed recta via, simpliciter & communi iure, non autem ex vlla causa interdicti priùs redditi: quia nec hodie amplius redditur, sed in vniuersum perinde agitur, atque olim apud Romanos post causam interdicti.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIVM. Tit. XVI.

1 *Continuatio tituli ad praecedentes.*
2 *Veteres diligenter curarunt, ne lites timerè mouerentur propositis varijs pœnis.*
3.4 *Et quæ sint ille pœnę.*
5 *De iuramento calumnię.*

Hactenus 1 *non tam de actionib. & interdictis, quę actionum loco sunt, respectu actoris, quàm de exceptionibus rei conuenti, dictum est. Quia verò nusquam longius abesse oportet calumniandi technas & temerarias vexationes, quàm in sacrosanctę iustitię officina, hoc est, in iudicio; & tamen nescio quaquesania contingit, vt hic omnium maximè calumnientur litigatores; quare de pœna eorum subijcere congruum erat, qui vel agunt, vel defendunt tempore & calumniosè.* 3 *Et sanè præsens locus satis indicat, quanto studio veteres, qui iura reddebant, prospexerint, ne homines litem temere, vel inferrent, vel susciperent; dum triplici pęna litigantium temeritatem coercebant, corporali scilicet pecuniaria, & infamię pœna.* 3 *Corporali enim pœna plectuntur calumniatores, vel similitudine supplicij, vel extra ordinem pro* [a] *arbitrio iudicis. Pecuniaria pęna imponitur in multis casibus. Primò si liberi vel liberti vocent parentes vel patronos in ius sine venia, pęna 50. solid. ipsis* [b] *irrogatur. Deinde punitur temere litigās in expensis &* [c] *sumptibus. Denique est pœna pecuniaria in omnibus dupli, tripli, & quadrupli, quas sup. alibi* [d] *explicuimus.* 4 *Cęterum infamia quoque coercentur improbè litigantes in octo* [e] *actionib. videlicet furti, vi bon. rapt. iniuriarum, doli mali, tutelę ex dolo commisso, mandati, depositi, & pro socio; idque actionibus directis, quæ minoribus aduersus tutores, madantibus aduersus mandatarios accommodantur, & non e regione.* [f] 5 *Porrò propter istas pœnas tenentur quoque litigantes, eorumque aduocati de calumnia vitanda iurare, quod scilicet credant, se iustam causam fouere, nec quicquam calumniosè sint commissuri; quemadmodum Iustinianus mox ab initio huius tituli declarat, extanque hac de re peculiares titulis in vtroque* [g] *iure. Et si hoc casu peierauerint, reseruatur pœna Deo.*

a Tot. tit. de calumnia. & ad S. C. Turp.
b l. 3. § prior ait. de in ius voc. & l. 2. C. eod.
c C. de fruc. & litium expens. per tot.
d §. ex maleficijs 4 oēs. §. tripl. & §. quadrupl. sup. de actio.
e §. ex quibusdam. inf. hoc nostro tit.
f l. 1. l. furti, de his q no. infa.
g C. de iureiur. prop. cal. ext. de iura. cal. li. 6. & Clem.

Princip. tit.

1 *Cuilibet magistratui incumbit prospicere, ne temere moueantur lites.*
2 *Lege ciuili in causis criminalibus biennio, in ciuilibus triennio instantia perit.*
3 *Id hodie non obseruari.*
4 *Etiam reos quandoque temere litigare.*
5 *Qui iurent de calumnia.*
6 *Tam actores, quàm rei iurant de calumnia.*
7 *Quę sit pœna nolentis iurare de calumnia.*
8 *Quando iurandum sit de calumnia.*
9 *Iuramentum calumnię non potest iterari hodie.*
10 *De iuramento malitię; & an possit exigi, quando de calumnia est iuratum. & numero 11.*
12 *Iuramentum calumnię est credulitatis, non veritatis; & aliud est scire, aliud credere.*
13 *Credulitas est medium inter scientiam & nescientiam. & num. 15.*
14 *Scientiam dicimus habere bifariam.*

Nunc admonendi sumus magnam curam egisse *a* eos, qui iura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent, *b* quod & nobis studio est. Idque eo maximè fieri potest, quòd temeritas tam agentium, *c* quàm eorum cum quibus, agitur, modò pecuniaria pœna, modo iurisiurandi religione, modò infamiæ metu coercetur. *d* Ecce enim *e* iusiurandum *f* omnibus qui conueniuntur, *g* ex constitutione nostra *h* defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus, nisi *i* prius iurauerit, quod *k* putans se bona *l* instantia vti, ad contradicendum peruenit.

a l. 2. §. post originē. de orig. iu.
b l. properandū. C. de iud. l. quā existima. 22. si cer. pet.

a *Eos qui iura sustinebant.*] *Magistratus intellige,* [a] *qui iura reddebant.*
b *Quod & nobis.*] 1 *Iustiniani ergo exemplo cuilibet magistatui incumbit diligenter prospicere, ne homines tam facile ad litigandum prorumpant. Est. n. materiā litiū, quoad fieri pōt, præcidenda;* [b] *eisque*

certus

certus finis & terminus præstituendus. c 2 Vnde et lege ciuili constitutum est, in causis criminum, instantiam intra biennium definiendam d esse; & in ciuilibus causis vetat Imperator vltra triennium prorogari causam. 3 quamuis neutram præscriptionem in exercendis iudicijs corruptum hoc seculum amplius seruit. Canones quæ instantiam iudicialem perpetuam esse voluerunt.

c Quàm eorum.] Idest, rearum. 4 Sicut enim actores crebrò peccant, alicui temere litem inferendo, ita haud rarò delinquunt etiam rei conuenti, dum improba quadam peruicacia bonam fidem vltrò agnoscere nolunt, sed debitum temere inficiantur, vt sic actores & probandi difficultate & inanibus sumptibus sine causa diuexent.

d Ecce enim.] Quibus modis rei conuenti calumniæ pœnam dant, vel alioqui à calumnia deterrantur, primùm ostendit.

e Iusiurandum.] Scilicet de calumnia vitanda.

f Omnibus qui conueniuntur.] 5 Siue conueniantur suo nomine, siue alieno. Nam & tutores, * curatoresque & procuratores, e & generaliter quicunque legitimi administratores, f si conueniantur, de calumnia vitanda iurare debent. 6 Quanquam autem de reis duntaxat hic meminit Iustinianus, ad huius tamen iurisiurandi præstationem ipsos quoque actores teneri, qui litem alijs inferunt, constat. Sed & quæcunq; tandem personæ in iudicio controuertentes, eorumque aduocati g ad hoc iuramentum obnoxij sunt; vt infra h subijciet Imperator: vbi nos latiùs dicemus.

g Ex constitutione.] Quę lib. 2. Cod. tit. 58. adhuc extat, & totam iurisiurandi de calumnia materiam exactè continet; cuius collatio hunc locum pulchrè illustrat.

h Defertur.] Quod etiã omnino subire tenentur litigatores, nisi malint legitimas subire pœnas. 7 Pœna autem actoris iurare nolentis est, quod cadat ab instituta actione, & amittat i causam. Rei verò, vt in his capitulis, quę narratione comprehensa sunt, pro confesso habeatur, k & liceat iudici sñiam proferre.

i Prius iurauerit.] 8 Sed quando iurandũ est de calumnia? Respondeo, in exordio litis, idest, tempore litis contestationis, l vel in continenti post, si super lite iuretur; nam si super toto a tu particulari, mihi referre Bar. m ait, siue ante, vel post acceptum, vel in quacunque iudicij parte præstetur. Quod verum accipitur, respectu veteri iure, quo in omnibus fere nouis litis partibus & assertionibus exigebatur de calumnia iusiurandum, n tam ab actore, quàm reo. 9 Hodie verò ex Nouella constitutione o non licet in eadem lite sæpius idem iuramentum repetere, sed sufficit semel in genere iurasse. 10 Si tamen ante litis contestationem suspicetur iudex alterutrum litigantium malitiosè, id quod proponit, prætendere, tunc in actu huiusmodi particulari iuramentum, [quod malitiæ] vocant, p deferre potest: idque maxime iure Pontificio obtinet. q 11 An autem iuramentum malitiæ exigi possit, postquam iam de calumnia vitanda semel in causa generaliter iuratum est? dubitari solet, propter diuersa Nouellarum constitutionum testimonia. r Verum hodie Bonifacius 8. Decretali sua constitutione liberum facit iudicibus, vt in omnibus causis, siue ciuiles, siue spirituales fuerint, quoties expedire illis videatur, ante vel post litis contestationem, iuramentum malitiæ à litigantib. exigant, vt religione iurisiurandi deterreantur, ne artibus insidiosis iudicia circumueniant, & malignè quæsitis contentionibus sese inuicem onerent, & iniquè exagitent; f & hoc fere in iudicijs hodie obseruatur; quamuis iura ciuilia nolunt exigi aliud iuramentum à partibus, postquam de calumnia in totam litem iuratum est; nisi hoc specialiter permissum sit à legibus.

K Putans.] Idest, credens verisimiliter. 12 Est enim iusiurãdum calumniæ, credulitatis & opinionis, non veritatis aut scientiæ. Aliud autem est scire, aliud credere vel opinari, scientia enim ex demonstratis elicitur; credulitas ex opinatis. 13 Est autem credulitas medium quoddã inter scientiam & nescientiã, siue ignorantiam. 14 Scientiam dicimur habere bifariam; primùm in his, quæ sunt alicuius artis; & tũ scire idem est, quod rem per causam cognoscere. Deinde in his, quæ sunt facti: & tum illud scire dicimur, ad quod mouemur per aliquem sensum; qualis scientia in teste requiritur. t Nescientia de eo est, quod prorsus nescimus atque ignoramus, adeò, ut nec credulitatem quidem, vel fidem habeamus aliquam. 15 Horum duorum extremorum medium est credulitas, quam percipimus ex varijs argumentis, indicijs ac præsumptionibus, per quas ad aliquem credulitatis seu fidei gradum ducimur.

l Instantia.] Annotat Bald. hoc verbum Latinos accepisse à Græcis, apud quos in eadem significatione est ἔνστασις.

c l. frat. C de trãs. d l. vlt. C vt intra cer. temp. cri. quæst. ter. d. l. properandũ.
* l. 2. §. qđ obseruari. C. de iura. prop. cal.
e Auth. principales. C. d tit.
f d. §. quod obseruari.
g In locis pdict. & ibi per Dd. latius.
h §. item actoris. & §. sed. infra eo.
i d. l. 2. §. quod si act.
k d. l. 2. §. si autẽ reus. ibi. Dd. q bus adde Can. in c. vlt. de iu. calu. vbi ego pariter dixi.
l glos. d. l. 1.
m Ibidem.
n l. g bona. 13. §. si alienę. de dãno infec. l. iusiur. & ad pen. 34. §. qui iusiur. de iure iurando.
o Auth. hoc sacram. C. d. tit.
p Exemplũ est in l. thesaurus. 15. ad exhibẽ. &c. cum dilectus. de elect. adde Spec. de ius. cal. §. 1. vers. sed pone. & Cano. in c. 1. ext. eo. tit.
q c. 2. de iur. cal. lib. 6.
r §. vlt. No. his qui ingred. ad appel. §. g a vero. Nouell. de test.
f c. 2. §. vlt. de iu ra. cal. lib. 6.
t l. testium. C. de test.

§. At aduersus.

1 Inficiari, inficiatio.
2 Quę actiones inficiatione crescunt.

At aduersus a inficiantes, ex quibusdam causis dupli b vel tripli actio constituitur; veluti c si damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. d Statim autem e ab initio pluris quàm simpli est actio; veluti furti manifesti quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam, ex his, & alijs quibusdam causis (siue quis neget, siue fateatur) pluris, quàm simpli, est actio.

DePœ-

De pena.] nunc pecuniaris subiungit, quæ reo conuento irrogatur, si temere litiget, contraque bonam fidem neget debitum. Cæterum actionibus, quæ huc usque recensentur, & inficiatione crescere solent ubertim supra [a] *diximus, ut nil opus sit, hic eadem cum tædio repetere.*

a Inficiantes.] Id est, negantes 1 *inficiari, est ex dolo negare: inficiatio, est negatio.*

b Vel tripli.] Hæc verba (vel tripli) in uetustis codicibus desunt, nec in Theophilo habentur, & rectè; nam tripli Actio in inficiantem nulla est.

c Si damni.] 2 *Negans enim damnum iniuria* [b] *datum, aut relictum sacrosanctis Ecclesijs præstare differens, dupli condemnatur, ut alibi* [c] *annotatum est; ubi de depositi quoque actione, quæ & ipsa ex quibusdam causis inficiatione crescit, vidimus.*

d Statim autem.] Actionum, quæ in hoc § referuntur, uim, & potestatem pariter superius [d] *abundè annotauimus: itaque ibi dicta, ad hunc locum poterit iuris studiosus transferre.*

e Ab initio] Mox à principio, non solum inficiatione.

a §. sed furti. quidem su. d' act. & §. ex quibusdam, de obli. quæ ex quasi contr. nasc.
b l. inde Neratius. a 3. §. hæc act. ad l. Aqui.
c d. § ex quibusdam. & d. §. sed furti.
d §. omnes. §. tripli. & §. quadrupli. sup. de act.

§ Item actoris.

1 *Iurare tenentur de calumnia agentes tam proprio, quàm alieno nomine.*
2 *Formula iuramenti de calumnia.*
3 *Qui ordo seruandus in eo præstando.*
4 *Etiam ante Iustiniani tempora iusiurandum de calumnia in vsu fuisse.*

a Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare b cogitur c ex nostra constitutione.

a Item actoris.] 1 *Docet consequenter Imp. actores quoque, qui litem alijs inferunt, ad iurisiurandi de calumnia vitanda præstationem teneri; idque procedit, siue suo proprio nomine agant, siue etiam alieno; nam & tutores curatoresque in causis, quas agunt prædictum iusiurandum præstant; quæ singula Iustiniani* [a] *constitutio (ad quem sese hic refert) explicatiùs complectitur. Vnde etiam formula huius sacramenti petenda est.* 2 *Iurat enim actor, se non calumniandi animo litem mouere, & quod existimet, sese iustam causam fouere; reus uerò, quod putet se bona instantia uti, & rectè* [b] *contradicere. Hodie porro ex Nouella* [c] *constitutione adijciendum est in illo iuramento, quod nihil penitus causa patrocinij dederint iudicibus, vel alicui personæ corrumpendi iudicij causa.* 3 *Eo autem ordine præstandum est calumniæ iuramentum à dominis litium, ut primò actor, deinde reus* [d] *iuret; sicque in iudicijs hodie obseruatur.*

b Cogitur] Adeò, vt si recuset iurare, iure suæ actionis prorsus excidat, [e] *ut & supra dictum est.*

c Ex noua constitutione.] 4 *Constat tamen, etiam ante Iustiniani tempora apud Athenienses actorem & reum iurasse de calumnia; & actoris iusiurandum Διωμοσία, rei verò ἀντωμοσία dicebatur. Sed & Ciceronis tempore in usu fuisse hoc iusiurandum, ex ipsius orat. pro Roscio colligitur. [Proh Dij Immortales] (inquit) [esse nequaquam tanta audacia præditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet?] Hæc Cicero.*

a l. 2. de iureiu. pp. cal. dad. d. l. 2. uers. & actor quidem.
c Auth. principales. C. d. titu.
d d. l. 2. §. 1. & a. d. Auth. principales. & ca. 2. ext. eod. titu.
e d. l. 2. §. quod si actor. c. de iureiur. prop. cal. dand.

§. Vtriusque.

1 *Etiam patroni causarum, & aduocati iurare de calumnia tenentur.*
2 *Et quæ sit eius iuramenti forma.*
3 *Aduocati hodie non iurant de calumnia; & male.*

Vtriusque etiam partis aduocati iusiurandum subeunt, quod a alia nostra constitutione comprehensum est.

Ostendit.] porrò.] 1 *patronos etiam causarum, & aduocatus utriusque partis, id est, tam actoris, quàm rei iuramento calumniæ subijci, & ad illud præstandum obligari.*

a Alia nostra constitutione.] 2 *Quæ lib. 3. Codicis,* [a] *tit. 1. etiamnum extat; & talem iurandi formam præscribit, [Quod sedulo clientibus seruient, nec tamen vllam iniustam causam suscipient, & si quã decepti mendacijs suorum clientium suscepissent, eam deserent, quamprimùm causæ iniquitatem cognouerint.* 3 *Atque utinam hæc Iustiniani constitutio, quæ corruptissimo hoc seculo in desuetudinem abijt, in usum rursum atque obseruantiam in consistorijs reduceretur, ad coercendam videlicet nostræ tempestatis causidicorum quorundam peruicaciam, ac libidinem, qui iniquissimas quasque causas, modò emolumentum inde sperent, contra ius, & æquum propugnare atque defendere non uerentur. Sanè hodie in supremo Imperij tribunali (iudicium Cameræ vocant) tantùm semel solent Aduocati iurare, cum ad postulandi officium recipiuntur; cuius formula in nona* [b] *Cameræ ordinatione habetur.*

a l. rem non nouam. n. patro. C. de iud.
b l. In 1. par. tit. 62.

§. Hæc

§. Hęc autem omnia.

1 *Vetus pœna temerè litigantium, quæ fuerit.*
2 *παρακαταβολὴ apud Athenienses, sponsio, & sacramentum apud Romanos.*
3 *De ueteri calumniæ actione.*
4 *Damnum quomodo hic accipiendum.*
5 *Ad quas impensas temere litigans teneatur.*
6 *Iustam litigandi causam habens, non tenetur ad expensas litis.*
7 8 *Quando quis dicatur iustam litigandi causam habuisse.*
9 *Qualiter in Camera Imperij in expensarum condemnatione procedatur.*
10 *Iudex, si non adiudicet expensas petitas, facit litem suam.*

Hæc autem omnia pro ueteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abijt: quia in partem decimam litis actores mulctabat, quod nunquam factum esse inuenimus: *a* sed pro his introductum est, & præfatum iusiurandum, & vt *b* improbus litigator, & *c* damnum, & *d* impensas litis inferre aduersario suo cogatur.

1 *Quomodo.*] *veteri iure coercita fuerit temeritas litigantium, qui neque intentionem suam probassent, neque allegationum causam habuissent, hic obiter attexitur: in decima enim litis temere motæ olim mulctabatur temerarius litigator.* 2 *Quemadmodum & apud Athenienses in usu fuit* παρακαταβολὴ *hoc est, depositio quædam certæ pecuniæ, quam amittebat, qui litem temere mouerat, eratque fermè decima pars litis. Sic apud Romanos olim frequentata est* [*sponsio*] *b interposita stipulatione certæ pecuniæ, quam & actor, & reus deponebant, mulctam videlicet futuram temere litigantis.* [*Sacramentum*] *etiam coercebat quondam iniustè litigantes, non prorsus absimile sponsioni. Deponebant enim litigaturi in æde sacra ad Pontem, vel potius apud sacrum c Pontificem certos asses, vt qui uinceret iudicio, suos auferret, victi asses ad ærarium redirent, in penam iniustæ litigationis.*

a *Sed pro his.*] 3 *Veterem calumniæ actionem, qua iniuria uexati in iudicio consequebantur à calumniatoribus decimam partem litis, hic Imperator remouet, & pro ea iusiurandum propter calumniam deuitandam introductum indicat: cuius d sacramenti si quis oblitus improbè ad litigandum processerit præter hoc quod petierat, etiam litis impensas, & damna aduersario refundere cogitur. e*

b *Improbus.*] *Qui scilicet nullam iustam litigandi f causam habuit, sed fatigandi aduersarij gratia in iudicium prosilijt.*

c *Et damnum.*] 4 *Hoc generaliter accipiendum est, non solùm de damno, per quod deminutum fuerit patrimonium (quod propriè g damnum dicitur) uerumetiam de lucro cessante: ut quia alicuius lucri, cuius alioqui certa omnino spes erat, occasio per illam litem fuerit adempta: nam huius quoque ratio habenda est. Cæterum damnum, quo distet aliàs à lucro cessante, eleganter (vt omnia) Alciatus g alibi explicat.*

d *Et impensas.*] 5 *Quas scilicet aduersarius fecit, vel in honorarijs aduocatorum, sportulis iudicum, & reliquis iustis litis sumptibus: vel etiam in uiatico, & in esculentis poculentisque, dum quis fortè peregre proficisci cogebatur institutæ litis causa. Et sic accipiendum est, quod in vniuersum sanxit h Iustinianus,* [*Victum in expensarum causa victori esse condemnandũ*] *Quod & in eo locum habet, qui renũciauit liti, tametsi is non dicatur propriè succumbere. i* 6 *Si tamen iustam quis litigandi causam habuit, utcunque succumbat in iudicio, non condemnatur in expensis: k nisi essent promissæ per stipulationẽ, l vel iure actionis deberentur, m aut ratione contumaciæ. n* 7 *Quando autem iustam litigandi causam quis dicatur habere, non potest certa dari regula sed relinquitur arbitrio iudicis, qui ex qualitate facti, & conditione personarum hoc æstimare debet.* 8 *Illud tamen receptum est, rationem litigandi iustam censeri, si quis habeat opinionem Doctoris pro parte, pro qua o litigat, vel semiplenam attulerit p probationem, aut per testes suam intentionem docuerit, quorum tamen testimonia deinde reprobata sint ratione personæ. q Idem est, si quis ideò litem intulerit, quia audierit à personis fide dignis rem ita se habere. Sed & eum, qui ob honorem suum conseruandum r litigauerit, vel in eo iuris articulo, in quo se fundabat, variæ erant interpretum s opiniones, litigandi rationem habuisse, existimandus est: ideoque ab expẽsis excusabitur, etiamsi ipsum succumbere contingat. t* 9 *Porrò sic hodie in summo Imperij tribunali proceditur in expensarum condemnatione. Victor enim post sententiam iudici offert libellum (vulgò* [*designationem expensarum*] *appellant) in quo omnium sumptuum narrationem, & æstimationem comprehendit. Deinde iudex aduersario prius desuper audito, id moderatur pro arbitrio ad certam quantitatem: quę si uiginti aureos non excedat, simpliciter victori adiudicatur, alioqui iureiurando eam adserere oportet.*

e *Cogatur.*] 10 *Per iudicem scilicet, qui in causa pronunciauit: quod nisi faciat, voluit Iustinianus, x id eum de suo sarcire: quod uerum est, si petitæ fuerint expensæ: alioqui post quidem iudex expensas non petitas adiudicare parti, quæ obtinuit, non tamen adstringitur, y ut id faciat.*

a Budæ. i priorib. anno. ad l. posteriorē. ff. de orig. iur.
b De uaria ucre prio. sponsionis. vide. Alcia. & Cæl. Calcag. in sponsio. p. de uer. sig.
c Sic enim apud Varro. legẽdũ videt. non pontem. vt hic ζαλ annot.
d Hic, & l. properandum. §. sin autem alterutra, C. de iud.
e d. l. qui solidũ. 78. §. etiam. de lega. 2. ibi Bar.
f l. 3. de dam. inf.
g l. cum prætor. 81. de ver. sign.
h d. §. si autẽ alterutra. fa. l. cũ quem temere. 79. de iud. c. fine sub. de do. & contu. ca calum. de pœnis.
i Bal. & Sal. l. alia C. de his, qui b. ut indig.
k d. §. etiam.
l gl. §. oportet. verbo solo ad fi. Nouel. de iudicijs. Dd. d. §. fin at alterutra.
m glo. in l. 3 § si rem. de le. 3. & l. non solũ, 13. de rei vendi.
n l. sanc. C. de iu.
o An. ho. cle. ne Rom. de elect. card. clemẽ. 2. de magist. Panor d. cap cal.
p cano. d c. finẽ sub. Bal. l. qui non probatie. c. de cal. & l. j. c. de aduoc diuers. iud.
q Spe. de cal. in fi Bal. l. generaliter. c. de epi. & cler.
r Bar. l. 1. in pri. ad Turpill.
s Bar. l. quę via. 25. §. 1. de pc.
t Io. An. c. ut debitus. de appe. Spe. de expen. § nunc videm. Ange. & Ias. d. §. sin autem alterutra.
u Reliqua ad hãc materiam pertinentia require apud Ias. in d. §. fin at alterutr. x d. §. si autem alterutr. y Dd. cõm. in d. §. fin aũt. Pan. c. c. fi. sub

§. Ex

§ Ex quibusdam.

1 *Vt quis propter condemnationem in actione famosa fiat infamis, quæ sint necessaria.*
2 *Non solum ex delicto damnati sed etiam de eo pacti fiunt infames.*
3 *Contrariæ actiones cur non infament.*
4 *Quando dicatur quis pactus esse, de actione famosa.*
5 *In quibus actionibus quis infamis fiat ob pactionem.*
6 *Pactum, & sententia, quo ad irrogandam infamiam ęquiparantur.*

Ex quibusdam judicijs *a* damnati, ignominiosi fiunt: *b* veluti furti, vi bonorum raptorum, in iniuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, *c* directis, *d* non contrarijs actionibus. Item pro socio, quę ab utraque parte directa est: & ob id quilibet ex socijs eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non solùm damnati notantur ignominia *e* sed & pacti: & rectè. Plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

Tandem,] proponit Iustinianus infamiæ pęnam cuius metu temerarios litigatores pariter coerceri supra [a] *dixerat. Extat autem edictum prætoris in Pandectis,* [b] *quo notantur infamia damnati quibusdam iudicijs ob perfidiam, quorum pleraque hic referuntur.*

a Damnati,] 1 Vt autem propter condemnationem in actione famosa quis notetur infamia, tria coniunctim requiruntur. Primum est, ut iudex sententiam tulerit; nam lata ab arbitrio, in quem sit compromissum de causa famosa, non infamat. [c] *Alterum, quod sit damnatus ex proprio facto, & suo nomine. Hæres enim etsi condemnetur ex delicto defuncti,* [d] *aut procurator nomine sui* [e] *domini, infames non fiunt. Sed etsi conuentus famosa actione, per procuratorem litiget, infamiam quæ ipsi aliàs inureretur,* [f] *deuitat. 2 Tertium denique est, quod talis sententia transierit in rem iudicatam. Secus si sit suspensa per appellationem: quia tunc appellatio extinguit pronunciatum, ut interim damnatus non sit infamis.* [g] *Et licet pronuncietur iniustè appellatum fuisse, ab eo primum tempore irrogatur infamia, non autem* [h] *retrò. 3 Porrò non solum ex delicto damnati, sed etiam de eo pacti infames efficiuntur; Pactum autem sic accipiendum ait Vlpianus,* [i] *si cum precio quantocunque pactus.* [k] *Paulus autem hanc causam adfert; quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur, & pro confesso habetur; porrò confessus habetur pro damnato.*

b Veluti furti.] Exempla subiungit de priuatis delictis: multò magis autem ignominiosi fiunt damnati de crimine aliquo publico; de publicis autem iudicijs postea suo loco [l] *tractabimus. Cæterum harum actionum, quæ hic recensentur, vim, & potestatem alio loco* [m] *abundè ostendimus.*

c Directis.] Ob perfidiam scilicet eorum, qui hisce actionibus conueniuntur.

d Non contrarijs] 4 Rationem Vlpianus [n] *alibi reddit; [Quoniam] (inquit) [in contrarijs actionibus non de perfidia agitur, sed de calculo,] hoc est, de supputatione impensarum, quæ contrario iudicio repetuntur à domino eius, rei in quam facta sunt.*

e Sed & pacti.] 5 Tum autem pactus esse dicitur aliquis de actione famosa, quando pecuniam dat, vel aliquid loco pecuniæ, ne cum ipso agatur. Nam uidetur confiteri crimen, qui eius accusationem tanto redimit impendio. Si quis autem gratuitò paciscatur, vel iureiurando fiat remissio, humanius est, eum nō notari, [o] *quia non censetur conscientia maleficij pactus. 6 Obserua ergo, quod in istis quatuor priuatis delictis, nempè furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, & de dolo, ita quis infametur ea pactione, sicut ex sententia; 7 sicque pactum, & sententia æquiparantur, quoad infamiam irrogandam.* [p] *Hęc autem æquiparatio non habet locum in actionibus descendentibus ex contractu, quantumcunque famosis: Licet enim conuenti iudicio tutelæ, mandati, depositi, aut pro socio noteneur infamia per condemnationem iudicis, non tamen ob pactionem ignominiosi fiunt, sed pacisci atque transigere possunt sine metu ignominiæ.* [q] *Rectè ergo Iustinianus ait, plurimum interesse, an quis sit debitor ex contractu, vel ex delicto; quia priori casu pacisci licet sine infamia; altero non licet. Cæterum an in alijs delictis transigere liceat, & transigēs infamis fiat, alibi* [r] *tractatur.*

a in prin. huius titu.
b l. 1. de his qui no t. in fa.
c l. quid igitur. 13. §. ex compromisso. hoc titulo.
d l. furti. 6. §. g alieno. de his qui no. infa. l. seruus eo tit.
e ad l. furti, §. si quis.
f Ibidem.
g gl. in d. l. fur. §. 1.
h d. §. 1.
i d. l. 1 & 6. hoc titulo.
K l. 5. eo. titulo.
l infra. de pub. iudicij. per totum.
m titu. de actionibus. supra.
n d. l. furti. §.
o d. l. furti. §. pac. & l. non damnatos. c. eodem.
p d. l. furti. §. vltimo.
q l. in actionibus. hoc ipso titulo.
r hic in fi.
f gl. Bar & Dd. l. transigere. C. de transa.

§ Omnium.

1 *Temerarius litigator quis dicatur.*
2 *Iudicium incipit à citatione.*
3 *Defensio tam iudicialis quàm extraiudicialis est iuris naturæ ergo & citatio.*
4 *Citatio semper necessaria in cognoscendis causis.*
5 *Presens in iudicio an sit citandus.*
6 *Qui non potest soluere pęnam temerariæ litigationis, castigandus est.*

Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduersarius *a* in ius vocandus est, id est, *b* ad eum vocandus, qui ius dicturus sit. *c* Qua parte Prætor parentibus, & patronis, item parentibus, liberisque pa-

tronorum

tronorum hunc præstat honorem: ut non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quam si id ab ipso Prætore postulauerint, & impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit, in eum d pœnam solidorum quinquaginta constituit.

1 *Nonsolum.] Is dicitur temerarius litigator, qui malitiosè in iudicium venit, ad agendum, vel defendendum, aut inficiandum; sed etiam is, qui irreuerenter, nec uenia prius petita, aduersus edictum Prætoris, quasdam personas in ius uocat, ut parentem, patronum, &c.* 2 *Ea ergo occasione declaratur hoc loci, ab in ius uocando, siue à citatione iudicium accipere exordium; quod quidem si prætermittatur, nullius erit momenti iudicium. Ipsa certè naturalis æquitas præcipit, vt non procedatur in iudicijs aduersus quenquam, nisi uocatus sit à competente iudice, ut in iudicium defendendi sui causa veniat.* 3 *Nam cum defensio, quæ fit extra iudicium defendendi corporis causa, sit iuris naturalis;* a *multò magis ea debet etiam huius iuris censeri, qua quis pro conseruatione sui iuris ad contestandam suam innocentiam legitimo iudicio ad defendendam admittitur. Meritò ergo hic statuitur, in ius vocationem, seu citationem pro fundamento iudiciarij ordinis haberi, cui omnis actionis persecutio innitatur.* 4 *Atque id quidem adeò uerum est, ut nec potestas plenissimi iuris possit absque citatione in cognoscenda causa procedere; quia naturalis ratio eam fieri iubet.* b

a *In ius.] Ob id certè, ne quid in præiudicium ipsius absentis à iudice fiat. Citatio enim ob id tantum requiritur.* 5 *Itaque Bar. & Bal.* c *contendunt, quod si præsens sit in iudicio, quem quis conuenire velit, non sit necesse eum citari: quoniam uenire in iudicium sit finis citationis. Butrius* d *tamen rectè censet, præsenti dandum esse spacium deliberandi, si causetur se non citatum in iudicium trahi: id, quod & Bar. sentire uidetur, cum dicit, non opus esse citatione uocari præsentem, si velit litigare.*

b *Ad eum qui.] Id est ad ipsum iudicem ordinarium, vel delegatum, nihil refert, modò tamen competentem.*

c *Qua parte Prætor.] Hanc edicti Prætorij partem Vlpianus* e *refert his uerbis conceptam fuisse, [Parentem, patronum, patronam, liberos, parentes patroni patronæue, in ius sine permissu meo, ne quis vocet:] qua de re nos suo loco* f *plura diximus.*

d *Pœnam solidorum quinquaginta.] De hac quoque satis alibi* g *annotauimus.* 6 *Hoc tamen addendum, quod si quis hanc pœnam propter inopiam non possit soluere, eum esse à Præfecto vrbis castigandum, quasi inofficiosum* h *litigatorem: idque non semel in supremo hoc Imperij iudicio meo tempore, dum adhuc Assessoris fungerer munere, obseruari uidi. Hinc vulgò dicitur; qui non habet in ære, luat in corpore.*

a l. ut uim. de iust. & iur.
b zar. in l. filiusfa. 7. de don. & uide, quæ latè scripsi in obser. came. cen. 6 obs. 6.
c l. 1. de in ius voc.
d c. ult. de iudi. dicendum in l. de vno quoque, & re iud.
e l. 3. §. 1. de in ius voc.
f §. pœnales. su. de actionib. nume. 45. & seq.
g §. nos autem sup. de Attil. tut.
h l. vlti. de in ius voc.

DE OFFICIO IVDICIS. TIT. XVII.

1 *Iudicium ex tribus personis constat.*
2 *Officium iudicis latè patere.*
3 *Officij uaria acceptio.*
4 *Officium iudicis secundum Iurisconsultos describitur.*
5 *Officium iudicis aliud nobile, aliud mercenarium.*
6 *Nobile officium iudicis, eiusque exempla.*
7 *Mercenarium iudicis officium quod sit.*
8 *Executio sententiæ an officio nobili, vel mercenario fiat.*

Iudicium.] 1 *ex tribus personis constare, actore, reo, & iudice, competenti iuris est. Post actiones igitur quas intendunt actores, & exceptiones, quibus rei se tuentur, absolutas, rectè de iudicis officio subiungitur, qui inter actorem & reum cognitor, & disceptator est.* 2 *Quanquam autem generalis est hæc tituli nostri inscriptio, nempè [De officio iudicis,] quod latè admodum* a *patet, attamen Iustinianus in præsentia solum agit, quodnam sit iudicis officium in sententia* b *ferenda. Ad declarationem tamen huius rubricæ tam generalis, operæ precium fuerit, nonnulla in usum studiosorum annotare. Cumprimis autem notæ sunt vulgares officij significationes.* 3 *[Officium] ab efficiendo dictum est, ab eo, quod quæritur, quid efficere vnumquemque conueniat, pro conditione personæ: quemadmodum tractat eleganter Cicero tribus libris Officiorum; & prorsus consentit cum Græca voce* καθῆκον, *nisi quod Latina, quam Græca plenior est, sicut idem Cic. in Epistola quadam ad Atticum docet. Utimur præterea hoc nomine pro beneficio, vel honesto quodam obsequio, pro magistratu, aut pro eo, quod in publico fit, ut cum Vlpianus dicit;* c *[Feminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ sunt.] Plerique tamen dubitant, an ueteres, & probati scriptores sic usurpauerint; aut saltem rarò eos fecisse hoc, si fecerunt. Apud iurisconsultos sanè, ut generi eum nomen, multa sæpe complectitur. Porrò de iudicis officio (de quo hæc rubrica loquitur) aliter Philosophi disputant, ut Phauorinus apud* * *Gellium; aliter legũ consulti.* 4 *Hi enim propriè* d *vocant [officium iudicis,] qđ ad dirimendas lites, tollendaq; grauamina quomodolibet secundum æquitatẽ exercetur, ut per hoc Reipublicæ, ac ciuiũ tranquillitati, & quieti, publicè, & priuatim cõsulatur. Quia verò in tanto negotiorũ Oceano iudex officiũ suũ uarijs modis exercet, interpretes uariè id diuidunt.* 5 *Communiter, ta-*

a Vt per Zas. post alios in l. 1. de iurisd. om. iud.
b l. j. & extraor. cognitionib. l. qui per collusionẽ. 49. §. j. de actio. em. l. Q. M. 7. de an. leg.
c l. fæminæ. 2. de reg. iur.
* lib. 14. cap. 2.
d Zas. d. l. 1. de iurisd.

tamen obtinuit, duplex esse genus officij iudicialis, scilicet, [Nobile & mercenarium:] hoc est, index lites & grauamina dirimere tollereq; duplici via intendit, scilicet nobili & heroica: & deinde via ordinaria, quę ad controuersias iudiciales pertinet. 6 *[Nobile] ergo [iudicis officium] est, quod iudex sua, i. iuris autoritate exercet, etiamsi nulla proponatur actio, & interdum motu proprio nemine petente; Si quidem [Iudex] seu [magistratus,] est animata lex. Ius enim cum mortua litera descriptum sit producitur in forū viua quadam iudicis executatione, cum Iustitiā administrat, cum distribuit vnicuiq; suum; cuius rei multa exempla congessit preceptor noster* [e] *Zasius, qui prætor cæteros hanc materiam dilucide & perquam eleganter pertractauit, vt si iudex ob publicam vtilitatem inquirat,* [f] *& puniat sceleratos; vel si impertiat officium suum alicui priuatim id imploranti, aduersus eum, quocum de stricto iure nullā hēt actionem, sed qui interim ex soli æquitate, & (quod dicitur) de bono & æquo ei obnoxius* [g] *est. Item si inuocetur iudex ab eo, qui nullā cum alio controuersiam habeat, sed interim petat aliquid, puta restitutionem famę aut honoris functionem, aut redintegrationem natalium, seu legitimationē. Et generaliter quoticscunq; aliquis petit à iudice siue magistratu quicquam, in quo alterius personę non vertitur consideratio, toties cēsetur nobile officium.* [h] 7 *[Mercenariū iudicis officium] est, quod deseruit actioni propositæ; metaphora ab obsequio sumulatio ducta. Quemadmodum enim is qui operā suam locat, bona fide & lubens eam præstat, nec alio modo, quam dominus præscribit: ita iudex actionibus in iudicium perductis aut perducendis impertit officium suum, vltrò quidem, sed non, nisi ad normam actionis, eaq; cessante, cessat. Cum ergo actio in iudicio proponitur, & cœptum est iudicium, quicquid iudex præcipit, prohibet, vetat, permittit, interloquitur, ista omnia dicuntur expediri officio iudicis mercenario.* [i] *Quinimo cognita iam controuersia illud iudicis officium deseruit etiam diffiniendæ causę. Nam omnes sententias iudex officio mercenario pronunciat, tam super re controuersa, quam super fructibus, damnis, sumptibus litis, alijsque accessionibus.* 8 *De executione autem dubitatum est, an officio nobili, vel mercenario fiat: crebriùs tamen obtinuit,* [k] *eam expediri officio iudicis; & nobili rectè; qui officium iudicis mercenarium, simulatque lata est sententia, statim extinguitur:* [l] *hoc est, quod vulgò dici solet, [iudex semel pronunciando functus est officio.] Nam hoc ad mercenarium referendum est, quod actioni deseruit; nobili autem officio iudex nunquam defuncti potest.*

e In d. l. 1. de iurisdict.
f c. qualiter. 2. de accusa. c. licet. de Simo. Spec. de offi. iud. §. 2. post princ.
g l. qui per collusionē 49. in fi. de act. empt. l. in causę. in prin. de min.
h Vt in tot. titu. C. de pre. Impe. offic.
i l. ędiles. 25. §. item sciendū. de ędil. edict. Dd. d. l. 1. de iurisdict.
k Bart. l. iube. re. iurisd.
l l. iudex postea quàm. 55. de re iud.

Princip. tit.

1 *Epitome huius tituli.*
2 *Quod si iudicis officium in definiendis causis.*
3 *Pęna iudicis perperam iudicantis.*
4 *Quid obseruandum Iudici, si de facto contentio sit: & discussiue §. veritas, leg. illicitas. de offic. præs.*
5 *Noxale iudicium.*
6 *Quæ sint partes iudicis in noxali actione.*
7 *In noxali iudicio alternatiuè condemnandus est dominus, licet in alijs disiunctiuis obligationibus sit secus. & num. 9.*
8 *Si simplicitur condemnetur in certam quantitatem, adhuc seruum noxæ dedere potest.*
9 *Quid iuris sit in alijs obligationibus disiunctiuis.*

a Superest vt de officio iudicis dispiciamus. *b* Et quidem in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam *c* legibus, aut *d* constitutionibus, *e* aut moribus proditum est. *f* Ideoque si noxali iudicio *g* aditus est, obseruare debet, vt si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: *h* Publium Mæuium in decem aureos condemno, aut *i* noxam dedere.

a Super.] Dixi suprà, Iustinianum hic solum agere de officio iudicis in sententia ferenda. 1 *Cum primis autem præmittendo regulam generalem, declarat, quale sit officium iudicis in actione personali, in qua vnum est in obligatione, alterum in facultate soluendi. Deinde, quale sit in actione in rem. Tertio, in iudicio vniuersali. Quartò, in actione præparatoria. Postremò deniq;, quale sit in duplicibus iudicijs: & hæc est epitome totius huius tituli.*

a Et quidem] 2 *Regulam hinc obserua, iudicis officium esse, controuersias non alijs modis definire, q̄ legibus, principum constitutionibus, atque legitima & iusta consuetudine est proditum: idq; secundum adducta & probata, hoc est, secundum ea, quorum indubitatam, adeoq; certam cognitionem accepit, nulla personarum habita ratione.* 3 *Et hoc continetur ēt in formula in iurisiurandi, quod Iustinianus voluit ab ijs, qui officijs præficiuntur, subiri. Quòd si nec iuris, nec sacramenti religionem secutus sit iudex, si quidem per imprudentiam facit litem suam, pręstabitque parti lęsę, quod ęquum videbitur religioni iudicantis.* [a] *Sin autem dolo malo, & sciens prudensque: non modo ad veram & solidam litis æstimationem, damnique dati* [b] *tenetur, verumetiam criminaliter plectitur, æstimationis suę dispendio.* [c]

c Legibus.] Non tam Romanis, [d] *quam ēt municipalibus, i. statutis validis, ac legitimè introductis.* [e]

a l. vlt. de varijs & extraor. cog. §. 1. sup. de obli. quæ ex quasi cōt. nasc. vbi dixi.
b l. filiusfa. 15. de iud.
c l. vlt. C. de pę. iud. qui male iudic.
d §. lex. supr. de iure natur.
e Iuxta l. omnes populi. de iustit. & iur. §. ius autem ciuile. sup. de iure natur.

f §. Sed & qd. supra de iure nat.
g §. ex non scripto. sup. de iure nat. l. de quibus. 32. de leg.
h l. illicitas. §. veritas. de off. praesidis.
i ex l. iudex. 46. de iud.
k Var. lib. 5. de lin. la.

d Constitutionibus.] Placitis Principum, siue sanctionibus [f] *Imperialibus.*
e Aut morib.] Hoc, iusta ac legitimè recepta consuetudine, quam s. diuturni mores omnium vtentium consensu tacito, ac re ipsa comprobauerunt. [g] *[Nam quid interest] (inquit Vlpian) [suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis?] Et praedicta locum habent, quando de iure quaestio est.* 4 *Caeterum si de facto contentio sit sciendum est, veritatem rerum, erroribus gestorum non vitiari.* [h] *vt eam ante omnia sequatur iudex si quoquo modo potest certò deprendere; quod si veritatis conscius non sit (vt plerunq; nos solent latere aliorum facta) admonet Vlpianus, in re ita obscura proximum esse, vt sequamur fidem probationum, quae erroris & mendacij non conuincuntur. Atque hanc esse germanam Vlpiani sententiam eleganter Old.. in tractatu de iure & aequitate nouissimè prodidit.*
f Ideoque si noxali iudicio] 5 *Noxale iudicium nuncupatur, in quo dominus nomine serui, qui noxiam commisit, conuentus, si litis aestimationem effugere cupiat, seruum noxae dedere potest; quae dedendi facultas vsque ad executionem sententiae conceditur.*
g Aditus est.] Pleriq; legunt, addictus, nam Praetor iudicem addicebat [k] *litigatoribus: sed non conuenit Iustiniani temporibus, quibus impetrationes iam erant sublatae: sicut alibi diximus.*

l sup. de no. act.
m §. cura. supra de act.
n l. miles. 6. §. decem. de re iud.
o l. ite veniunt. 20. §. idem recte ait. de peti. haere.
p l. 2. de noxal.
q l. si quis stipulatus fuerit decem. 129. de verb. obl.
r Bal hic, per d. l. miles. 6. §. decem. fa. huc princ. tit. sup. de nox. actio. versic. sum. autem.

h Publium Mauium.] 6 *Haec formula docet, quae sint partes iudicis si noxali iudicio, [Quod metus causa,] vel [de dolo,] aut simili apud iudicem agatur, & actor noxiam probauerit. Debet enim condemnare dominum serui,* [l] *non absoluere: deinde damnum datum vel iniuriam aestimare, pro rei natura, & personarum qualitate, certamque, quantum liceat, dicere sententiam.* 7 *Neque verò ei licet iubere seruũ noxae dedi duntaxat, quia hoc in obligatione non est, sed debet alternatiuè condemnare dominum, vt vel litis aestimationem soluat, vel seruum noxae dedat.* [m] 8 *Quid igitur, si simpliciter in certam quantitatem dominum* [n] *condemnet? Et puto, cum nihilominus à lege id beneficij habere, vt vsque ad executionem rei iudicatae noxae dedendo liberetur.* [o] *Hanc certè facultatem ei auferre iudex sua sententia non debet, nisi eo sciente & prohibere valente, seruus noxiam nocuerit.* [p] 9 *Caeterum in alijs obligationibus desiunctiuis, vbi fortè quantitas est in obligatione, & species in solutione, libera potestas speciei soluendae non datur vsque ad executionem sententiae, sed duntaxat ad litis contestationem vsque, in prima* [q] *causa.*
i Noxam dedere.] Nempe ipsum corpus, quod nocuit. [r] *Alij putant legendum, noxae dedere, idque Latini sermonis rationi magis conuenire.*

§. Et si in rem.

1 *Iudicis officium in actione reali.*
2 *Bonae fidei possessor, itemque malae, qualiter ad restitutionem fructuum teneantur.*
3 *Petitio, est actio in rem.*
4 *Rei vendicatio, est arbitraria actio. & nu. 6.*
5 *Licet iudicium reale in praesenti habeat executionem, secus tamen est in personali.*

Et si in rem actum sit coram iudice, siue *a* contra petitionem iudicauerit, absoluere debet possessorem; siue contra possessorem, *b* iubere ei, debet, *c* vt rem ipsam restituat *d* cum fructibus. Sed si possessor neget *e* in praesenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus, restituendi causa, petere; *f* indulgendum est ei: vt tamen *g* de litis aestimatione caueat, cum fideiussore, si intra tempus quod ei datum est, non restituerit.

a l. certam. C. de rei vend.
b l. sed etsi 25. §. quos autẽ. de pet. haere.
c § si quis a nõ domino. & §. seq. sup. de rerum. diuis.
d l. pec. 178. §. 1. de verbo. sign. l. ac. 25. de act. & obl.
e §. praeterea. nu. 24. sup. de ac.
f l qui rest. 68. rei vend.

1 *Ostendit modò,] quid iudici faciendum incumbat, si in rem actio intentata fuerit; videlicet vt vel absoluat reum, actore dominium non probãte; vel iubeat, vt rem restituat cum fructibus. Et enim tum ratio etiam fructuum habenda, quod facile fiet, si animaduertat, diuersitatem esset inter, bonae fidei possessorem & praedonem, idest, nullam possidendi causam habentem.* 2 *Nam bonae fidei possessor tenetur ad restituendam rem cum fructib. tantum industrialib. ante caeptum iudicium perceptis & extantibus; post verò, etiam culpa neglectis, aut consumptis. Malae verò fidei possessor, & praedo rem cum omnibus fructus restituere iubendus est, non tantum ijs, quos percipit, sed etiam quos percipere debuit: ac* [b] *potuit: de quo nos alibi* [c] *commodiùs diximus.*
a Contra petitorem.] Qui rei vendicatione egerat, nec tamen probauerat dominium. 3 *Nam petitio propriè intentio actoris dicitur, in rem tamen actionem* [d] *continens.*
b Iubere ei debet.] Scilicet arbitrando & interloquendo ante sententiam condemnatoriam & declaratoriam dominij: cui arbitrio si reus obtemperet, absoluitur; sin minus, diffinitiuè condemnatur. 4 *Et hoc est, quod alibi* [e] *diximus, rei vendicationem pariter annumerari arbitrarijs actionibus: quia scilicet in eo arbitretur iudex, priusquam diffinitiuè pronunciet, vt reus rem restituat cum fructibus.*
c Vt rem ipsam.] Neque enim audiendus est, etsi estimationem rei offerret, si extet; quinimo si recuset restituere, poterit ab eo manu militari [f] *auferri.*

d Cum

d Cum fructib.] Vt tamen sumptus, qui in cultura facti sunt g deducantur, quippe qui eos imminuant. g l. quod in fru. &c. 46. de vsu. & l. fructus. 7 sol. matr. & l. fructus. 7. sol. mat. & l. si a dño 36. §. vl. de hære. pet.
e In præsenti se restituere posse 5 Quemadmodum s. in presenti habet executionem iudicium reale, licet in actione personali aliquod tempus concedatur condemnato h debitori; nempe quòd difficilius sit es alienum dissoluere, quàm rem alienam restituere. h l. debitoribus. 31. ff. de re iu dicata. l. 2. in fi. C. de vsu. re iud.
f Indulgendum est.] Quantum autem tempus indulgendum sit, relinquitur arbitrio iudicis, qui pro re rum circumstantijs considerare debet, quam dilationem mereatur reus.
g De litis æstimatione.] 6 Quę litis æstimatio in condemnationem veniet, nisi reus pareat intra præsti tutum tempus arbitrio. i Declarabit enim tum iudex diffiniendo, fundum petitoris esse & reum, qui contumax fuit in parendo arbitrio, condemnabit ad restituendum cum fructibus, & omni k causa; vt si non possit restituere ob dolum, delato iureiurando (si videtur) in litem condemnabit, quanticunque res æsti mata erit ab actore. l Et hoc est, quod Placentinus, de rei vendicatione loquens, scriptum reliquit: [Notandum quoque est] (inquiens) [quòd per arbitrium, idest, interlocutoriam sententiam iudex cum reo agit clementiùs; per vltimum autem calculum, idest, diffinitiuam, agit secum duriùs, puta in quantum iurauerit petitor, etiam in infinitum.] i l. ex diuerso. 35. de rei ven. l qui restituere 68. eo. tit. k d. l. ex diuerso & d. §. præt. l d. l. qui restitue. 68. & d. §. præt.

§. Et si hereditas.

1 *In actione vniuersali veniunt etiam fructus.*
2 *Actio vniuersalis & singularis in quo differant: & nu. 3.*
4 *Prædo quis dicatur.*
5 *Ante litem contestatam non dicimur petere.*
6 *Post litem contestatam debentur fructus ab omnibus possessoribus.*

Et si hæreditas petita sit, *a* eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire *b* de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, siue illorum quos perceperit: in vtraque actione eadem ratio habetur, *c* si prædo fuerit. *d* Si verò bonę fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. *e* Post incohoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti consumpti sunt.

Dixit,] quæ sint partes iudicis in rei vendicatione, quę est actio singularis; nunc circa quę versari debeat officium iudicis in vniuersali actione, subnectit: qualis est petitio hæreditatis. 1 Veniunt autem fructus in hoc vniuersali iudicio, sicut in actione in rem singularem seu specialem. Nam vt §. precedenti quoque diximus conuentus rei vendicatione tenetur ad omnes fructus, quos percepit, & qui potuissent percipi, si malæ fidei possessor sit: sint bonæ fide, extantes duntaxat præstat, post litis contestationem vniuersos, q iam malæ fidei sit. a 2 [Idem penè] (inquit Iustinianus) [in petitione hæreditatis obseruatur,] vbi à tẽpore mortis, fructus augent hæreditatem, & à prædone, i. malæ fidei possessor, omnes debentur: b à bonę fidei possessore ij demum, quibus locupletior factus sit; cum in singulari iudicio bone fidei possessor extantes duntaxat teneatur, restituere, non etiam consumptos. c a l. certum 22. C. de rei ven. b l. item veniũt. 20. §. fruct. l. hæres furiosi. 51. de peti. hær. l. si post morã. 2. §. fructib. C. eo. tit. c d. l. certum.
a Eadem circa fructus.] 3 Differunt tamen non solum, vt prædiximus, verumetiam quoad eorum obligationem & executionem. Nam in rei vendicatione fructus post litis contestationem percepti non veniunt iure eiusdem actionis, sed officio iudicis: & si antè percepti sunt, propria actione peti debent; at in petitione hæreditatis omnes fructus continentur eadem illa actione, qua hæreditas postulatur. d
b De singularum rerum] Quando scilicet res singulares petuntur in rem actione. d Iurib. pdictis.
c Si prædo.] 4 Prædo dicitur malæ fidei possessor, qui scilicet nullam causam habet possidendi: bonaq; aliena inuadit, cum sciat ad se pertinere. e §. cum a non dño. sup. de rerũm diu. §. actiones. sup. de act.
d Si uerò] Quomodo bonæ fidei possessor fructus suos faciat, itemq; de malæ fidei possessore, satis superq; alibi diximus, e quæ huc etiam transferri possunt, si videatur opus.
e Post inchoatam.] Id est, post litem contestatam. Ante enim cœptum iudicium non dicimur petere, sed petere uelle. 6 Sanè omnes possessores post litem contestatam sunt pares, & præsumptione iuris efficiuntur malæ fidei, g ut etiam de ijs fructibus, qui percipi potuissent, teneantur. f l. si decẽ. 116. de verb. obl. Litem. § petitam. de peti. hered. g l. sed etsi lege. 25. §. si ante. ibi gl. & Bar. de pet. hære.

§. Si ad exhibendum.

1 *Actio ad exhibendum præparatoria.*
2 *Ad exhibendum actio cuius datur, cuius pecuniariter interest rem exhiberi.*
3 *Si modò alia ipsi actio non competat.*
4 *Exhibere, restituere rem.*
5 *Actio ad exhibendum non datur, si res facta sit d terior.*

6 *Litis contestatio non impedit vsucapionem rei mobilis.*
7 *Quæ partes sint iudicis in ad exhibendum actione.* & *nu.* 8.
9 *Post litem contesta quilibet possessor efficitur malę fidei.*
10 *Fructus etiam in re mobili interdum considerari.*

Si *a* ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est; sed opus est, *b* vt etiam rei causam debeat exhibere; id est, vt eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si *c* inter moras exhibendi vsucapta sit res *d* à possessore, *e* nihilominus condemnabitur. Preterea *f* fructuum medij temporis, id est, eius quod post acceptum exhibendum iudicium, ante rem iudicatam intercesserit, rationem habere debet iudex. *g* Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tps exhibendi causa, petat idque sine frustratione postulare videatur; *h* dari ei debet, vt tamen caueat se *i* restituturum: Quod si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque post exhibiturum se caueat, condemnandus sit in id, quod actoris inter erat, si ab initio res exhibita esset.

1 *Ostendit.] quid iudici incumbat in actione præparatoria, quæ [ad exhibendum.] Est enim hæc persecutio plerunque præparatoria ad aliam actionem in rem, vel etiam in personam:* [a] *Eam nos* [b] *alio loco vberrimè explicauimus: inde ergo repetendum est, si quid hic desideratur. Et hunc locum explicatius et Vlpianus alibi declarat. cuius responsum in Pandectis cuius obuium est; & ad hunc locum collocatum non paruam lucem ei adfert.*

a Ad exhibendum.] 2 *De re scilicet aliqua mobili, quam exhiberi sibi, peculialiter alicuius intersit; hoc est, qui probabilem cām habeat, propter quam exhibitionem desiderat: puta si in rem acturus sit, vel rei vendicatione, vel Seruiana, vel hypothecaria, vel interdicto vtrubi, aut deprecario, vel petiturus vsumfructum, vel optaturus ex multis rebus vnam secundum relictam optionem; in summa, ex quacunque cā pecuniaria & ciuili interfuerit actoris, etiamsi non sit dominus, ad exhibendum agere potest.* 3 *Quod tamen verum accipe, cum non alia est actio, per quam rei copiam quis consequatur. Competentibus enim alijs remedijs, ipsa fere locum non habet.*[d] *Cæterum in rebus immobilibus cessat hæc actio; quoniam illæ se ipsas exhibent, non possunt aliquem latere.*

b Vt etiam rei causam.] Vtilitatem & conditionem rei, omneq; emolumentum, quod ex re causatur. 4 *Exhibere enim rem, est in eadem causa exhibere: vt restituere, cum omni causa restituere: vt nihilo deterior sit causa actoris, quam si vbi primum agere cœpit, fuisset res exhibita, vel restituta.* [e] 5 *Quòd si res deterior facta, cessat quidem ad exhibendum actio, in factum tamen agi* [f] *poterit.*

c Inter moras exhibendi.] Quia scilicet reus conuentus procedendo iudicialiter differebat exhibere; & interim durante hac mora, durante iudicio, eam ipsam rem, cuius exhibitio petebatur, vsuceperit, & c. quod facile fieri potuit. 6 *cum citatio vel litis contestatio non impediat vsucapionem rei* [g] *mobilis.*

d A possessore.] A reo conuento, ad exhibendum actione.

e Nihilominus condemnabitur.] Non obstante illa, sua interim completa vsucapione. 7 *Debet enim iudex hic tempus accepti iudicij inspicere, quo nondum erat impleta vsucapio, & rescidere, quod postea secutum est.*

f Fructuum medij temporis.] 8 *Ergo non solum iudicis officio incumbit in hac ad exhibendum actione, vt condemnet reum ad rem exhibendam: sed etiam fructuum medij temporis inter litem contestatam, & ipsam sniam condemnatoriam, habenda est ab eo rationem in illis quoque reum condemnare debet.* 9 *Quia post litem contestatam, iuris fictione, quilibet possessor efficitur malæ fidei, vt teneatur de fructibus perceptis, & qui percipi potuissent. Et prędicta Accurs.* [h] *locum habere tradit siue intelligamus de fructib. in hac ad exhibendum preparatoria, siue in principali actione intentanda, puta rei vendicatione.* 10 *Possunt enim fructus et considerari in re mobili exhibenda, vt fœtus pecorum, partus* [i] *ancillarum, & c. Sed & vtilitates, si quæ omissę sunt ob hoc, quod res nō fuit exhibita, vel tardius quidem exhibita, æstimari à iudice debent. Vnde Paulus:* [k] *[Si optione (inquit) intra certum tempus data, iudicium in id tempus extractum sit, quo frustra exhibeatur, quia vtilitas petitoris conseruanda est; si hæreditas amissa sit ob hoc, quod seruus, qui iam est mortuus, non exhibebatur.] Et Vlpianus. [l. Aequissimum est, æstimari officio iudicis damnum hæreditatis.]*

g Quod si neget.] Iusta, s. ex causa, [m] *vt quia forte in fuga seruus sit, vel absens,* [n] *qui exhiberi debet.*

h Dari ei debet.] Ergo in hoc quoque ad exhibendum iudicio, vt in alijs arbitrarijs actionibus, petenti dilatio danda est, ad restituendum exhibendumue, modò caueat, ut supra [o] *dictum est; quòd si non obtemperet arbitrio, condemnandus est, quanti intersit.*

i Restituit.] Hoc est exhibiturum, [p] *paulò post ait.*

a l. 1. l. si res tuas C. ad exhib.
b §. præterea, nu. 46 & seq. sup. de act.
c l. Iulianus. 9. §. quantum. ff. ad exhib.
d l. 3. §. est aūt §. si qs extra. & §. sciendū ad exhib.
e Gl. d. §. sciendum.
f l. si quis hominem. 17 d. tit.
g l. si post. de iu.
h d. l. Iulianus 9 §. proind.
i d. l. Iulianus. §. quia tamē. & l. equis. 8. de vsuris.
k l. si optione. 10 ad exhib.
l l. sed etsi hereditas. 1 . eo t.
m l. de eo. 12 § si iusta h. tit.
n l. Celsus. §. vlt. eod.
o §. 1. hoc tit.
p d. l. de eo. §. si iusta.

§. Si familiæ.

1 *Quod sit iudicis officium in actione familiæ ercifcundę.* & *nu.* 3.

2 *Vers.*

2 *Vers. si unius pars &c. in hoc §. explicatur.*
3 *Quæ veniant in familiæ ercifcundæ iudicium.*

Si familiæ ercifcundæ iudicio actum fit, a fingulas res fingulis hæredibus adiudicare debet; b & fi in alterius perfonæ prægrauare uideatur adiudicatio, debet hunc inuicem cohæredi certa pecunia(c ficut iam dictum eft) condemnare. d Eo quoque nomine cohæredi fuo quifque condemnadus eft, quòd folus fructus hæreditarii fundi e perceperit, aut rem hæreditariam f corruperit, aut confumpferit. Quæ quidem fimiliter inter plures quoque, quam duos cohæredes fubfequuntur.

Nunc circa] quæ iudicis officium uerfetur in actionibus duplicibus, quæ fcil. mixtam caufam habent, in rem & in perfona, a *fubiungit. quales funt Familiæ ercifcundæ, Communi diuidundo, finium regundorū. Eas fupra* b *fuo loco enarrauimus.* a §. quædam. fu. de act.

b d. §. quædam.

a Singulas reis] 1 Ergo iudici incumbit in familiæ ercifcundæ iudicio, vt fingulas res fingulis hæredib. adiudicet, fic tamen, ut fiat diuifio non fectione corporum, fed numero, ficq; non poteft unus cohæredum dicere, fe velle partem fuam in qualibet re etiam minima habere.

b Et fi in alterius.] 2 Senfus eft; fi res aliqua commodam diuifionem non recipiat, permittitur iudici, alteri ex litigatoribus rem ex bono & æquo etiam totam adiudicare, atque eundem alteri certa pecunia in rei locum inuicem condemnare. c *Et hoc eft, quod Iuftinianus hic, [Si unius pars prægrauare uidebitur:] id eft, maior & preciofior effe; à bilance tranffumpto verbo, ubi altera partium fi ponderofior fuerit, prægrauat, alteramque in æquilibro* d *excellit.*

c Sicut iam dictum eft.] Supra fcilicet fub tit. De e *actionibus.*

d Eo quoque nomine] Si plures hæredes ad unam atque eandem uocentur hæreditatem, tunc fructus omnibus acquiritur pro portionibus hæreditarijs. Pone vnum ex cohæredibus omnes fructus hæreditarios percepiffe: certè illos non maiore ex parte fuos faciet, quam ex qua hæres eft. 3 Hoc ergo cafu ad officium iudicis pertinet, ut omnia commoda cum alijs cohæredibus communicet. f *Et hoc procedit, etiamfi necdum edita fit hæreditas; modò is fciuerit, hæreditarium effe* g *fundum.*

e Perceperit.] Vel etiam percipere potuerit; nam de his etiam tenetur poft moram; præftat & ex eo dic vfuras. h

f Corruperit.] 4 [Omnia enim] (inquit Vlpia [quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecit, in iudicium familiæ ercifcundæ veniunt; fic tandem, fi quafi hæres fecerit.]

c l. Mæuius. 52. §. arbiter. & l. fi familia 55. fl. fam. ercif. l. in cōpj. cō. diuid. l. 3. C. eo.

d certa. hic.

e d. §. quædam.

f l. itē ex diuerfo 39. fam. ercif. l. cohęredibus. l. non eft ambiguū, c. eo. tit.

g l. inter 44. §. fructus, fi. fa. ercif.

h l. his confequēter. 18. §. fumptum illo. tit.

§. Eadem interueniunt.

1 *In actione communi diuidundo eadem interueniunt, quæ in familiæ ercifcundæ iudicio.*
2 *Adiudicare, & abiudicare rem.*
3 *Seruitutes deceffori debitæ ad hæredes in folidum tranfeunt.*

a Eadem interueniunt, & fi communi diuidundo de pluribus rebus actum fit. Quod fi de una re, uelut de fundo, fi quidem ifte fundus commode regionibus illufionem recipiat, partes eius fingulis b adiudicare debet, & fi unius pars prægrauare uidebitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eft. Quod fi commodè c diuidi non poffit, ueluti fi homo forte, aut mulus erit, de quo actum fit, tunc d totus uni adiudicandus eft, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus.

a Eadem.] De altera duplici actione hic agit, nempe, Communi diuidundo; 1 in qua eadē interueniūt, quæ in familię ercifcundę iudicio; quod intellige tam in adiudicationibus fingulorum corporum, & farciendo damno dato, quam in ratione fructuum, qui ex communi fundo percepti communicari debent communi diuidundo actione, a *Cætera ad hanc pertinentia alibi* b *annotauimus; ut hic nulla repetitione fit opus.*

b Abiudicare.] 2 Adiudicat rem index in iudicium deductam ex litigatoribus alteri, adiudicat uerò, cui aufert.

c Diuidi non poffit.] Ipfo facto fcilicet, nam alioqui homo iuris intellectu diuiditur commodiffimè.

d Totus uni adiudicandus eft.] Quod locum habet, fi res natura diuidi non poffint, ea in fpecie fcilicet, cum quis partem bonorum dare c *debet, 3 nam feruitutes deceffori debitæ ad hæredes in folidum tranfeunt.* d

a l. fi quis putās 6. §. fiue aūt, & l. in fummam con. diuid.

b d. §. quædam, nu. 34 ufq; ad nu. 41.

c l. non amplius 26. de leg. 6.

d l. hæredes, fa. ercifc.

§ Si finium.

1 *De iudicis officio in actione finium regundorum.*
2 *Amouens agrorum terminos, & ciuiliter & criminaliter punitur.*

3 *Reip. interest, agros terminis distingui.*
4 *Nolentes metiri agros, condemnandi sunt in quantum interest.*
5 *Vbicunque contemnitur iussus iudicis, iuramentum in litem deferri potest.*
6 *Tribus illis iudicijs dominium transferri.*

Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet iudex, a an necessaria sit adiudicatio; quæ sane vno casu necessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros commodiùs sit, quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari, quo casu conueniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. b Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè commisit, uerbi gratia, quia c lapides finales furatus est, uel arbores finales excidit. d Contumaciæ quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur: ueluti si quis iubente iudice metiri agros, passus non fuerit. Quod autem e istis iudicijs alicui adiudicatum fuerit, statim eius, fit, cui adiudicatum est.

Quę sunt partes iudicis in actione finium regundorum, hic annectitur: cuius actionis uim & potestatem similiter supra a vbertim enarratam habes, unde repetenda erunt, si quę hic deficiant.

a §. quędam. nu. 48. & seq. su. de actio.

b l ult. ff. regun.

c l. 2. §. 5. l. 3. & 4. h. t.

a An necessaria.] 1 Nam si non sit necessaria adiudicatio, ut quia iudex commode ac euidenter possit renouare & reponere ueteres terminos, qui vel ab homine, uel fluminis inundatione euulsi sunt, non debet de finibus partem agri unius adiudicare alteri, sed terminos, antiquos sequi. b Sed ubi obscuritas, & commode terminari non posset secundum antiquos terminos quia fortè ita erant obscuri & confusi, ut non euidēter ostenderent agrorum diuisionem: tum demum permittitur iudici huius iudicij ēe adiudicatio: c ita scilicet, ut partem ex alterius agro alteri adiudicet, & eum ex diuerso alteri in certa pecunia condemnet.

b Eo quoque nomine.] 2 Non tamen ciuiliter tantum punitur, qui terminos agrorum seu prædiorū amouet, sed etiam criminaliter, Ciuiliter quidem per iuramentum in litem aduersario deferendū de omni suo interesse: criminaliter uero in 50. aureos pro quolibet termino euulso: qui aurei Fisco inferendi sunt. Et condemnatus in una, potest condemnari in alia, quia rei persecutoria non d tollit penalem punitur etiam corporaliter.

d Gl. hic, & l. 4. §. si dicatur, regund.

e l leg. agraria ff. de termino moto. l. 1. C. de accusat.

f Per tex. hic cū glo.

g Gl. l. 4. §. si qs. fin. reg part. l. in act. de in litē iurando. & l. apud Iulia. ex quib. cau. in pos. eatur.

h Bar. l. si p errorē 17. de vsuc. Sal. l. 1. cōmunia utriusque iud.

i l. 3. §. in fi. l. g. conq. de pub. hle.

k In locis pal & in l Pōp. 13. §. iussu. de acq. poss. ibi Bart. & Sal. in d. l. 1.

c Lapides fin.] Nempe qui fines & terminos agrorum discernunt. 3 Equidem Reip. interest, distinctos esse terminis agros. Vnde illud Ouidij 2. Fast, de Deo Termino: [Omnis erit sine te litigiosus ager.

d Contumacię quoque.] 4 Contumaces ergo reluctantesque ne agri metiantur aut terminentur, condēnari debent pro eo, quod actoris interest, iuxta in litem datum iusiurandum. f 5 Nam ubicunq; contemnitur iussus iudicis, potest deferri iusiurandum in litem, quod alibi g tractatur.

e Istis iudicijs.] Nota ergo, 6 quòd tribus illis actionibus supradictis, nempe familiæ erciscundę, cōmuni diuidundo, & finium regundorum, confertur dominium, ea scilicet parte, quę non spectat ad eum, cui fit adiudicatio, quæ magis intellectu, quam demonstratione h percipitur, & ubi res erat diuidenda, traditioque secuta; nam si aliena erat, transfertur vsucapiendi conditio; i qua de re Doctores k alibi plura. Hęc primoribus tantum labijs attigisse nunc sufficiat.

DE PVBLICIS IVDICIIS, TIT. XVIII.

1 *Continuatio huius tituli ad precedentes.*
2 *Omnia iudicia aut finiendarum litium, aut puniendorum maleficiorum causa introducta.*
3 *Athenis duas fuisse iudicum Curias, Quingentenariam scilicet & Areopagitarum.*
4 *Iudicia publica unde dicta.*
5 *Iudicia diuersimodè publica dici.*
6 *Omnis Respub premio & pæna constat.*
7 *Quod sit iudicis officium in puniendo crimina.*
8 *Iudicia publica alia esse ordinaria, alia extraordinaria; & quę sint illa nu. 9. & 10.*
11 *Delicta, presertim publica, tribus modis persequimur.*
12 *Accusare, accusatio, actio.*
13 *Accusare quis possit & quid sit inscriptio.*
14 *Inquisitio quid?*
15 *Denunciatio quid.*

Hactenus] 1 de priuatis iudicijs, partim ratione contractus uel quasi contractus, partim uerò ratione delicti uel quasi delicti priuatim commissi, constitutis, tractauit Iustinianus, nunc ergo superest, ut dicat ēt, publica crimina publicam habere animaduersionem. Sic enim fiet, ut & ciuiles causę inter homines dirimantur, & crimina, quatumuis grauia, non maneant impunita. Nam & Cicero pro Cecinna ait: 2 [Omnia iudicia aut dirimendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa comparata esse,]

His

His olim præerat Præfectus vrbis: illis, Prætor. 3 Sicuti & Athenis duæ iudicij erant curiæ siue βουλαί: quarum altera, quæ dicebatur. [Quingentenaria,] non nisi de pecuniarij causis iudicabat, & priuatis actionibus: altera, quæ Areopagitarum erat, occupabatur publicis iudicijs. 4 Vocantur autem [iudicia publica] à populo, eo quod popularia sint, hoc est, accusatio ad quemlibet ex populo, etiam non læsum, pertineat: ea consideratione, quod læso corpore, quodlibet eius membrum læsum videatur; quodque instituantur ad vindictam seu vtilitatem publicam 5 Potissimùm autem ea iudicia, quæ ex legibus publicorum iudiciorum descendunt (de quibus hic agitur) rectè publica dicuntur: cum alioqui quædem iudicia, etiam vbi de crimine agitur, publica non sint, sed priuata, vbi tamen accusatio popularis est; quando scilicet pœna applicanda est Fisco [a] *Atque hac ratione futurum veteres existimarunt, vt pro qualitate delicti tam publici, quàm priuati, esset etiam pœnæ modus 6 Hocque est, quod Solon dicere solebat, Rempub. nostram partim præmio constare debere, si quis. s. bene de Repub. mereretur; partim pœna, & mulcta. 7 Memorabile perrò in Pandectis extat Martiani Iurisconsulti* [b] *responsum in hæc verba: [Respiciendum est iudicanti, ne quid duriùs aut remissiùs constituatur, quàm causa deposcit: nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gratia affectanda est; sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat, statuendum est.] Quorsum spectant, quæ de imagine Iustitiæ ex Crysippo refert* [c] *Gellius: quæque in eandem sententiam præclarè Cicero secunda ad Brutum epistola scripta reliquit. Si quis alias, quæ à veteribus Philosophis prodita sunt, puniendorum delictorum rationes & causas desiderat, eundem Gellium lib. 6. cap 16 consulat, vbertim de his disputantem 8 Ad rem quod attinet, cùm de publicis duntaxat iuditijs atque delictis hoc titulo agatur, initio admonendi sumus, ea esse duplicia, ordinaria scilicet, siue legitima: & extraordinaria. 9 [Ordinaria] sunt quorum pœnæ specificè & nominatim in iure expressæ habentur, quæque ordine iuris scripti tractantur: cuiusmodi est, crimen læsæ maiestatis, adulterium, homicidium, cæteraque delicta quæ Iustinianus hic ordine recenset, & latius in 48 Pand. lib. & in Cod. Iustinianeo 41. describuntur. 10 [Extraordinaria] verò sunt de quibus iure ciuili nihil specialiter ac nominatim proditum* [d] *est; vt sunt incendium, concussio, præuaricatio, occultatio, crimen Stellionatus, & abigeatus: item de termino moto de effractoribus, de solicitatoribus alienarum nuptiarum; & si quæ sunt similia de quibus omnibus titulus propriusque tractatus lib 47. Pand. extat.* [e] *11 Deinde sciendum est quod delicta, præsertim publica, tribus modis persequamur, per viam accusationis, inquisitionis, & denunciationis. 12 [Accusare] nihil aliud est, quam rerum criminis alicuius per libellum deferre, vel facere ad vindictam: nam quod in ciuilibus est actio, hoc in publico iudicio est accusatio. In ea autem requiruntur tres personæ, accusator, accusatus, & iudex. 13 Nullus autem iure ciuili admittitur ad accurandum aliquem de crimine, nisi duo interueniant, primum, vt se prius obstringat ad subeundam pœnam, cui accusatus victus subijci debuerit, si succumbat iudicio; quæ obstrictio vocatur in legibus* [f] *Inscriptio, deinde vt datis fideiussorib. de lite consequenda caueat. Sed hæc haud verè obseruantur. 14 [Inquisitio est,] quando iudex ex suo officio de crimine alicuius inquirit non existente accusatore: quo casu necesse est, eum aduersus quem inquiritur, de eiusmodi crimine diffamatur esse, eamque diffamationem originem traxiße à fide dignis viris. g 15 [Denunciatio] verò dicitur, quando per denunciatorem crimen ad iudicem delatum est quæ potissimum fit in foro ecclesiastico. Alia autem est denunciationis significatio in Romanis legibus non pertinens, quemadmodum copiosissimè Alciatus alibi* [h] *demonstrauit.*

a Gl. bar. & Decius in rub. de prop. actio. de in l. j. de pub. iud.
b l. respiciendū, pœnis.
c lib. 14. Noc. Attic. c. 4.
d l. 2. de crim Stellion.
e Vide tot. tit. ff. de extraor. criminibus.
f l. qui crimen C. qui accu non poss.
g No. in c. inquisitionis. de accusat.
h In l. detestatio 40. de verb. significat.

Princip. tit.

1 *Iudicia publica triplici ter differunt ab actionibus ciuilibus, respectu scilicet exordij medij, & finis. & num. 2. & 3.*
4 *In quibus conueniant iudicia publica cum ciuilibus & num. 5.*
5 *In notorijs, licet non requiratur ordo iudiciarius, citatio tamen necessaria est.*
7 *Accusator debet se inscribere ad pœnam talionis.*
8 *Publica iudicia cur sic dicta.*
9 *Executio quandoque pro accusatione, quandoque pro vltione accipitur.*
10 *Ex priuatis delictis nemo agit, cuius interest.*

Publica iudicia neque *a* per actiones ordinantur, *b* neque omnino quicquam simile habent cum cæteris iudicijs, de quibus locuti sumus: *c* magnaque diuersitas eorum est, *d* & in instituendo, & in exercendo. Publica autem dicta sunt, quod cuius ex populo *f* executio *g* eorum *h* plerunque datur.

Ostendit] in hoc principio Iustinianus, iudicia ex publicis iudicijs descendentia differre ab actionibus ciuilibus. 1 Differunt autem trifariam, respectu, scilicet exordij, medij, & finis. Primum exordij intuitu, quia pro ciuili iudicio intenditur actio, pro criminali accusatio. Criminales enim punitiones

non exercentur per actiones, sed per accusationes intenduntur. [a] Ex quocunque tamen crimine, ex quo agitur criminaliter, potest etiam agi ciuili actione in factum, [b] ad id, quod interest accusationis, quemadmodum & ex diuerso, si ciuiliter agatur de crimine, potest iudex eo reperto procedere criminaliter. [c] 2 Deinde variant respectu medij; quia in ciuilibus astringitur solus actor ad probandum, & eo non probante reus absoluitur; [d] in criminali verò causa, pluribus casibus [e] vtrique litigantium probationis incumbit prouincia; accusatori quidem pro crimine intentato, reo verò super eius purgatione; quibus casibus licet accusator non plenè probet, non tamen absoluitur reus, sed ad purgationem infamię tenetur. [f] 3 Denique respectu finis discrepant: quia in ciuilibus persecutionibus petitur aliquid dari vel fieri actori: sed in criminalibus iudicijs ipsi Fisco. In hoc enim dignoscitur causa ciuilis à criminali, quod in hac petitur, pęnam Fisco adiudicari, quando est pecuniaria: vel in corpus delinquentis, quando est corporalis. [g] Interim tamen in plerisque etiam conueniunt criminalia iudicia cum ciuilibus. Primùm in eo, quod & horum quædam sunt ordinaria, quędam extraordinaria. 5 Nam si crimen sit notorium, non requiritur obseruatio iudiciarij [h] ordinis, quo alioqui iudicia criminalia exerceri iubentur: sed si ex euidentia facti constet, à quo illud sit commissum, satis est, obnoxium citari ad audiendum sententiam, ad allegandum causas quare condemnari in hanc vel illam pœnam non debeat. Etsi enim crimen sit notorium, tamen nulli neganda est legitima defensio. [i] Deinde in eo, quod vtrobique requiritur libellus, [k] & iuratur de calumnia. [l] Denique in eo, quod siue per accusatorem, vel per denunciatorem crimen ad iudicem delatum sit, siue ipse ex diuulgatione criminis excitatus sit ad inquirendum de eo, semper necesse sit, reum vt suspectum de crimine vocari, vt ad iudicium veniat.

a Per actiones.] Idest, non exercentur per ordinarias actiones, sed per accusationes, & per modum inquisitionis, vt supra dictum est.

b Neque omnino.] In ciuilibus enim persecutionibus intendimus dari nobis aut fieri oportere; publicis verò iudicijs crimina in hoc persequimur, ut reus pœna corporali, vel pecuniaria in publicum danda coerceatur. [m]

c Magnaque diuersitas.] Tam in principio, quàm in medio, itemque in fine: sicut paulò ante ostendimus.

d Et in instituendo.] 7 Tenetur enim accusator se inscribere ad pœnam [n] talionis; statimque reus in carcerē conijcitur (si modò delicti, delinquentisue qualitas id permittat) [o] vt ex vinculis causam dicat. Qualis autem nostro tpe in Germania publicorum iudiciorum ordo seruari debeat, abundè Carolina constitutio de capitalibus iudicijs, Anno Christiano 1530. & 1532. publicè edita demonstrat [die peinliche halzgerichts ordnung:] quę vtinam intra fines Romani Imperij passim obseruaretur exactius.

e Cuius.] 8 Modò sit habilis persona ad accusandum. Quanquam & alia ratione olim videantur publica dicta, quòd scilicet in foro, frequenti populo, hæc iudicia exercerentur de criminibus; [p] alia verò extra ordinem, priuatimque apud præsidem [q] constituerentur.

f Executio.] Idest, criminalis accusatio: [r] ita enim quandoque vtimur executionis verbo; & non rarò vltionem quoque apud Latinos significat.

g Eorum.] Intellige publicorum delictorum, non etiam priuatorum, puta furti, vel iniuriarum. 10 Ex his enim nemo agere potest, nisi ad quem res propriè atque omnino pertinet.

h Plerunque.] Hanc voculam (plerunque) pro fere dixit; illud significans, quod [s] Vlpianus scribit; Publico iudicio cuiuis ex populo experiri licere, nisi si cui lege aliqua accusandi publico iudicio non est potestas. Eos autem significat, qui in Pandectis tit. [t] de Accusa. recensentur.

a Vt hic Bart. l. 1. de cond. ex leg.
b l. pe. C de fal. l. nec quicq̄ 56. ibi gl. pro socio. Bart. l. si iudex 6. de varijs & extraor. cognitionib.
c l. 4. §. si dicat fi. reg. l. quos retrahi. C. si aduersus lib. ibi Bart.
d l. actor. C. de prob. l. qui accusare. C. de eden.
e Qui habentur in l. facilitet. C de abolitio l. ubi. ibi Salic.
f C. ad l. Falc.
g l. 3. de sepul. viol. Bar. l. vl. d̄ priua. delic.
h inno. ca. tua. & Dd. concr. c. vestra. de cohab. cleric.
i c. cū inter. §. 1. de exceptio.
k l. libellorū. 3. de accu. Auth. offerat. C. de litis contest.
l l. 1. ib. Bart. C. de iureiur. ppter calum.
m 1. 2. de pub. iu. l. lege agraria 3. de termi. moto.
n l. vlt. C. de acc.
o l. 1. de custod. & exhib. reorū.
p l. qui dolo. x. ad l. Iulia. de vi pub.
q Bart., hic.
r l. Si tamē oēs.
s 11. de accus. l. palam 43. §. Senatus. de ri. nupt.
t l. 8. 9. & seq. de accus.

§. Publicorum.

1 Publicorum iudiciorum alia sunt capitalia, alia non capitalia.
2 Vltimum supplicium significat mortem naturalem.
3 De interdictio aquę & ignis.
4 Deportatio quid.
5 Capitalium pęnarum certi sunt gradus.

Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ *a* vltimo supplicio afficiunt homines, vel etiam *b* aquę & ignis interdictione vel *c* deportatione, *d* vel metallo. *e* Cetera, *f* si quam infamiam irrogant, cum damno pecuniario: hęc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

Diuidit] modò Iustinianus publica iudicia, 1 quod scilicet alia capitalia sint, alia nō capitalia. [Capitalia] sunt, quæ inferunt mortem naturalem vel ciuilem; [non capitalia] verò, per quæ non infertur mors naturalis vel ciuilis, sed infamia.

a Vltimo supplicio.] 2 [Vltimum supplicium,] vel summum, mors est. Iurisconsultis, non ciuilis & festuca-

fiſtucaria (vt dicam) ſed uera a & naturalis. Capitis amputatio ad partem corporis & mortem naturalẽ reſpicit. b Capite puniri latiùs potet. ut rei capitalis damnari, c fraus capitalis, capitalis reus, &c. Capitalis pęna corporis eſt, & perſonæ, d licet aliquando non eximat de ciuitate, ut relegatio, e vt exiliũ interdum relegationem f continet.

b Aquæ & ignis.] 2 Alibi g annotauimus, nefas viſum fuiſſe ueteribus, quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere. Itaq; maximam pęnam exiſtimabant, interdictionem ignis & aquæ. Cum enim earum rerum vſu in hac vita nemo carere poſſit, perinde habebant, ac ſi eſſet is, qui eam ſententiam accepiſſet, morte multatus.

c Deportatione.] 4 Quæ eſt perpetua in exilium ſiue inſulam condemnatio; ciuiũ Rom. pęna, quæ ſucceſſit in locum aquę & ignis interdictionis, quaſi circumfinitio: cum ei, qui damnatus eſt, certo ſpacio circũſcribitur pęnæ perpetuò h pendendæ locus. Comparatur autem morti, atq; adeò ultimum ſupplicium & mors cenſetur. i vt alibi k diximus.

d Vel metallo.] 5 Sic & Calliſtratus l conſtituit quoſdam gradus capitalium pęnarum: [Summum ſupplicium eſſe,] inquiens, [ad furcam damnationem, item uiui cremationem, item capitis amputationem, proximam deinde morti pęnam eſſe metalli coercitionem: deinde in inſulam deportationis.]

e Cætera.] Sic idem m Calliſtratus: [Cæteræ pœnæ] (inquit) [ad æſtimationem, nõ ad capitis periculum pertinent ueluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum, uel in inſulam uel cum in opus quis publicum datur ad tempus: uel cum fuſtium ictui ſubijcitur.]

f Si quam infamiam.] Id eſt, deminutionem æſtimationis. n Idem eſt, ſi inferatur pecuniaria pęna, uel modica coercitio in corpus, o vt fuſtigatio.

a l. ultimum 21. l. capitalium. 28. & l. qui ultimo. 29. ff. de penis. & l. 1. §. fi. de falſ.
b d. l. capitaliũ.
c l. rei 2 de pœ. l. 4. de ęd. ed. l. ſi quis ſit, l. capitis. de accuſ.
d l. 3. & l. pe. de ſicar.
e l. hos accuſare de accuſ.
f l. ſed & ſi quis 4. Si quis cau. & l. relegatorum. 7 de interd. & releg.
g §. cum autem ſupr. quibus mod. ius pat. pot. ſol.
h l. inter pęnas 6. de interd. & releg.
i Tex. hic.
k d. §. cum aut.
l d. l capitalium 28.
m Ibidem.
n d. l. cognitionũ, §. æſtimatio. de uariis & extra ord. cog.
o l. 2. in fin. de publ iudic. & ibi Ang.

§. Publica autem.

1 De crimine læſæ maieſtatis qui poſſint accuſare.
2 Impietas eſt, impia patris conſilia celare.
3 De crimine læſæ Maieſtatis: & qui illud committere dicantur.
4 Perduellionis rei qui olim dicti
5 Qui item rei Maieſtatis.
6 Seditioſi qui dicantur.
7 In crimine læſę Maieſtatis ſolus conatus punitur, etſi effectum non habuerit.
8 Cogitatitionis pęnam nemo patitur.
9 Pęna criminis læſę Maieſtatis.
10 Singularia multa in iudicio læſę Maieſtatis, & nu. 11.
12 Peccata regulariter ſuos autores tenere debent.
13 Non ſubditus crimen læſę Maieſtatis non committit.

Publica autem iudicia hæc ſunt: Lex Iulia Maieſtatis, a quæ in eos qui contra Imperatorem uel rem publicam aliquid b moliti ſunt, ſuum uigorem extendit. c Cuius pęna animę amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei, etiam poſt mortem damnatur.

Exempla] modò ſubijcit publicorum iudiciorum, uſq; ad finem tituli; quibus cognitis, ex contrario deprẽditur, cętera eſſe priuata. 1 Primum autem publicum iudicium & ordinarium crimen eſt [læſę Maieſtatis] quod adeò publicũ eſt, ut etiam infamis, qui alioqui ad accuſandũ, uel dicendũ teſtimoniũ non admitteretur, a audiatur. Admittuntur & milites, & ſerui in dominos & liberti in patronos, item & mulieres. b Nam & coniurationem Catilinę Fuluia mulier detexit, & M. Tullium conſulem iudicio ſuo inſtruxit. 2 Et Cic. in Offi. impietatem credit. ſi filius celet impia patris conſilia. Ait enim; [Si tyrannidẽ occupare ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebitne filius, imo uerò obſecrabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur etiam ad poſtremum, ſi ad perniciem patrię res ſpectabit, Patrię ſalutem anteponet patris ſaluti.]

a l. famoſi. 7. ad l. Iuliã Maieſ.
b l. in quæſtioni 8. g. t.

a Quę in eos.] Maieſtatis crimen aliquanto largius Vlpianus c in Pandectis deſcribit, cuius uerba huc transferri poſſunt. Extat porrò elegans [Maieſtatis] deſcriptio apud Ouidiũ lib. 5. Faſtorũ. 3 Dicitur autem [crimen læſę Maieſtatis,] quod in Maieſtatẽ publicã cõmittitur. Id uerò fit, non ſolum, quãdo quis Principis ſaluti inſidiatur, uerumetiam quando aduerſus Rempublicam aliquid hoſtile molitur. Itaque hoc crimine tenentur, qui quoquo modo hoſtes adiuuant. 4 Ac propriè quidem illi, qui hoſtium rebus ſtuduiſſe deprehenſi erant, olim habiti ſunt [perduelliones rei,] d nam ueteres eos, quos nũc hoſtes dicimus, [Perduelles] appellare ſoliti ſunt. 5 [Maieſtatis] autem rei dicti ſunt, qui in caput Principis aliquid molti fuerant per conſpirationem, ad euertendum Reipublicę ſtatum. Sed hoc diſcrimen appellationis non ita ſeuerè obſeruatum eſt, ut non etiam perduelles aliquando dicti ſint Maieſtatis rei. 6 Et hodie promiſcuè ferè omnes illi, qui quoque modo Reipublicę ſtatum labefactare conati ſunt, [Seditioſi] uocantur, e

c l. 1. 2. 3. & 4. ad l. Iul. Maieſ.
d l. quos nos. 234. d uer. ſi.
e C. ſeditio. & d his qui plebẽ adu. Rempubli. aud. coll.

quanquam propria significatione vocabuli illi soli sic appellentur, qui tribunitijs clamoribus plebem aduersus magistratum concitant. Quare non est superstitiosè innitendum appellationis proprietati, in denotandis his delictis. Nam eadem est omnium pœna, nimirum capitis. b Moliti sunt.] 7 Etsi conatus effectum non habuerit, quoniam in tam graui crimine sola machinatio f punitur: quod verum intellige, si ad aliquem actum extrinsecum processum sit, quo voluntas delinquentis manifesta fiat: 8 quemadmodum de cogitationis pœna dici solet, quam alioqui nemo g patitur. c Cuius pœna.] 9 Pœna ergo criminis læsæ Maiestatis est, ut reus Maiestatis non tantum gladio ultore pereat, bonis Fisco addictis; h sed etiam, quia in Principem machinatus sit, memoria ipsius post mortē damnetur. i 10 Et obserua, in hoc iudicio ob atrocitatem criminis multa esse singularia. Nam (vt paulò ante dixi) famosi, milites, mulieres k audiuntur, serui in dominū torquentur: & qui crimen admisit, nec quicquam suorū abalienare, neq; sibi debitū exigere potest: l & quod est seuerius, filij eius infames fiūt, omni tam cognatorum, quàm extraneorum hereditate perpetuo excluduntur: filij tamen accipiunt Falcidiā ex bonis maternis. m 11 Illud quoq; singulare est in hoc iudicio, ut conscij sceleris non aliter, quàm autores ipsi obligentur, adeò impietatem esse Cicero credat, si filius celet impia patris consilia, ut paulò ante annotatum est. 12 Regulariter autem peccata suos tenere autores debent, n nec vlteriùs progredi metus, quàm reperiatur delictum. [Anima enim quæ peccauit, ipsa o moriatur.] Illud pro coronide addendum, quòd non subditus crimen læsæ maiestatis non committat, p Sic enim rex Siciliæ Robertus, non eo modo subsuit Henrico Imp. vt crimen læsæ maiestatis in eum commiserit.

f l. quisquis. 5. h. tit. g l. cogitationis de pœnis. l. fugitiuus 225. de ver. sig. h d. l. quisquis. C. eod. i l. meminisse. l. ul. d. tit. tractatur quoq; in l. sācimus. § 2. C. de pœnis. & l. 1. C. si re. uel ac. mor. k d. l. famosi. & l. pe. & ult. C. eod. l d. l. ult. m d. l. quisquis. n l. sancimus 22. C. de pœnis. o Ezechiel. 18. p clem. pastoralis. §. rursus. de re iudi.

§. Item lex Iulia de adult.

1 Adulterij crimen cur cæteris grauius dicatur.
2 Adulterium quid? & quando committatur.
3 Vir uxorem accusat de adulterio, non uxor uirum: & quæ sit diuersitatis ratio: & numero 4.
5 Ob adulterium fit separatio coniugum, quo ad thorum.
6.8 De pœna adulterij.
7 Quis ordo seruandus in accusanda adultera.
9 Mulier adultera iure nouiss. in monasteria detruditur.
10 Veteres adulterij pœnas hodie abolitas fere esse.
11 Crimen prædicationis: deque eius pœna, tam ueteri, quàm Nouella.
12 Stuprum, adulterium, incestus, lenocinium, & raptus, quomodo differant. & num. 13. & 14.
15 Stupri pœna quæ sit.
16 Item incestus, lenocinij, & raptus quæ sit pœna.
17 Raptor potest raptam ducere vxorem iure Canonico.

Item lex Iulia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum a gladio punit; b sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lex Iulia c etiam stupri flagitium punitur, cum qui d sine vi, vel virginem, vel viduam e honestè viuentem stuprauerit. f Pœnam autem eadem lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum; si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

Secundum] publicum iudicium, & ordinarium crimen est [adulterium:] 1 quod ob id cæteris grauius censetur, quòd illa extra corpus committuntur, hoc uerò solum ipsum corpus contaminat: aliaq; porrò vitia sibi adiuncta habet, vim, iniuriam, homicidia, periuria, falsa testimonia; ita quòd non immeritò capitali supplicio puniendum fuerit. Sed de pœna huius delicti infra plura 2 Est aut [adulterium] illicitus coitus cū vxore aliena, siue is, qui eam adulteret, uxorem habeat, siue non. Quòd si vir coniugatus, uel solutus ad mulierem accesserit non coniugatam, iure ciuili non est adulterium, quamuis non sit impunitum eius delictum vt hic apparet. Non enim vir coniugatus corruptus, sed mulier coniugata corrupta adulterij crimen inducit; 3 adeò ut uir uxorem adulterij accusare possit, non uxor uirum. Accusabit tamen eū is, cuius uxorē a cognouit; ratio est, quia ab vxore sua tantum discessit, & ad alterius thorum, in quo corruptus est, b uenit; ita quod per mariti coniunctionem cum alia non debet uitiari thorus uxoris, & sic sumus extra definitionē adulterij, etiamsi matrimonium defraudatum uideri c possit. 4 Præterea specialiter est per legē concessū marito, vt uxorē adulterij accuset, ut quæ propter confusionem diuersi seminis marito plus præiudicat, quam maritus ei, uel thoro præiudicaret, si alteri mulieri coniungeretur. d Suo ergo nomine maritū nō accusat, nec nomine alterius thori uiolati, quia ibi mulier accusatrix nō admittitur. e Ne tamē putetur hoc delictum impunitum esse debere, qui fidem matrimonij violauit, tenebitur in primis adulterij huic ipsi, cuius uxorem cognouit. Præterea agere potest mulier ad diuortium, si velit; 5 quo casu separabitur matrimonium, quo ad thorum. f Notanter dixi, [quo ad thorum:] quia neuter poterit diuertere ad aliud matrimo

a l. 1. C. ad l. Iuliam de adul. b Azo in l. summa. C. eo. c Sal in d. l. 1. d Io. And. c. tuę. de procur. e l. de crimine. 12. C. q accu. non poss. f l. consensu. 8. § eas. C. de repud. gl & Sal. in d. l. 1.

trimonium, etiamsi praecedens matrimonium possit declarari nullum ex causa consanguinitatis, [g] vel affinitatis. 6 Diuortio autem facto mulier lucrabitur donationem propter [h] nuptias, quemadmodum & uir dotem mulieris adulterae consequitur. Non tamen detruditur vir adulter in monasterium, sicut mulier adultera; sed pęnam capitis sustinet. [k] Potest etiam mulier agere iniuriarum ex generali capite. Passa enim est iniuriam, dum matrimonium eius violatur. [i] Talis autem ordo in accusanda adultera seruari debet, ut primo loco accusatio deferatur marito, deinde agnatis, denique ciuis de populo: [m] quod alibi tractatum reperitur.

a Gladio.] 8 Ex multis locis Pandectarum [n] constat, itemque ex ueteribus Romanae rei scriptoribus, quòd adulterij rei, lege Iulia nō puniebantur gladio; [o] sed pęna legis iuliae: ideò Iustinianus reiecit in consarcinādis Digestis, quòd pęnam gladij ex constantino Augusto [p] in Codicem suum retulisset: vt hic Baro rectè animaduertit. Porrò quod ad virum attinet, nihil iure ciuili scripto in hac adulterij pęna immutatum est; eademque à Carolo V. Imp. in sua criminali constitutione [*] confirmata. 9 Mulier autē adultera iure Nouellarū, [q] & ēt Pontificio [r] separata in monasteriū conijcitur, quā intra bienniū maritus in gratiam recipere potest. Eo autem elapso, perpetuo ibi manere debet, ēt marito mortuo, vnà cum bonis suis; si liberos non habet, quòd si liberos habet, duae partes liberis relinquuntur, parentib. una. 10 Verùm has adulterij pœnas uidemus hodię corruptissimo hoc sęculo partim mutatas, partim etiam sensim in desuetudinem abiisse. Pro moribus certè quarundam regionum, atq; municipalibus statutis pęna hae non mō variant, sed ferè etiam ludibrio habentur, ut nō iniuria cum Iuuenali exclamare atq; ingemiscere possimus: [Vbi nunc lex Iulia dormis]

b Sed & eos qui.] 11 De praepostera illa Venerę lex uetus Scantinia olim extitit, [s] quę seuerissimè in pædicatores, quos πυγιςάς Graeci uocant, animaduertebat: cui successit Iulia, & his demum Constantij & Constantis ad Romanum populum constitutio, qua pœnam mortis huic peruersæ libidini, atq; omniū nefandissimo sceleri irrogari [t] rectè statuit. Extat quoq; Iustiniani Nouella constitutio 141. περὶ τῆς ἀσελγείας: in qua proponit horrendum illum Sodomorum interitum propter hoc malum, nosq; admonet sententiae Pauli apostoli, qui ad Romanos scribens, huius infandæ turpitudinis grauissimam condemnationem edit. Ex cōstit. Carolina hoc crimen pariter morte punitur art. 116.

c Etiam stupri flagitium.] 12 Tametsi lex Iulia promiscuè stuprū & adulterium appellet: propriè tamen adulterium in nuptam committitur. Nupta autem intelligitur etiam sponsa. [u] Stuprum uerò in uirginem [x] viduam ve, quod Graeci φθορὰν appellant. Stuprum igitur generaliter dicitur coitus lege uetitus; & diuiditur in adulterium, incestum & stuprum; Adulterium (vt dixi) est cum nupta, incestus cum consanguinea uel affine; stuprum cum uirgine uel uidua. 13 Est porrò etiam lenocinium, & raptus. Lenocinium committit, qui quęstum ex adulterio uxoris facit, aut qui deprehensam in adulterio [y] retinet. 14 Raptus uerò fit, cum quis honestæ famę fœminam, siue virgo, siue vidua, siue etiam uestalis aut monialis sit, inuitis illis, in quorum est potestate adducit. [z]

d Sine ui.] Nam si uis accesserit, hoc crimen propriè pertinebit ad legem Iuliam de vi publica, & punietur pœna capitali, quod & in Carolina Const. criminali probatur. art. 118. & art. 119. in pr.

e Honestè uiuentem.] In mulierem enim, quę pudicitiam prostituit, stuprum nō committitur, cum ea tamen, quæ adhuc retinebat nomen matrisfamilias, quamuis inhonestè uiuat, nemo impunè rem habuerit. [a]

f Pœnam autem 15 Ostendit quae sit pęna stupri non violenti: nempe quòd honestioris ordinis homines dimidia parte bonorum mulctentur, quae fisco uendicatur: qui hum liores obscurioresq; sunt, corporis coercitionem & relegationem patiantur. Tutores tamen, qui pupillas suas iam adultas stuprant, grauius coercentur: item & serui, qui cū muliere uidua, uel uirgine [b] domina sua stuprum admiserunt. [c] 16 Porrò incestum qui sciens admisit, adulterij pęna punitur; si uerò absq; contumacia iuris commissus est, [d] pęna mitigatur. Est & lenocinij coniugatorum eadem pęna quae adulterij, [e] Ex Carolina quoq; const. crimi. lenocinium punitur hodie mortis pęna art. 122. Raptores autē subijciuntur pœna mortis; & si rapta fuerit ingenua, etiā bona raptoris illi adijciuntur: nisi forte matrimonium eius expetiuerit; nam tum admittit ius petendi eius bona tanquam ea, quae nefarias nuptias quaesiuerit. [f] Puniuntur quoq; cum raptore omnes illi quorum opera adiutus est, ut raptam abducere possit, & si tales fuerint serui, ignis pęnā sustinent. [g] 17 Canones crimen hoc quoque insectantur, sed ita ut etiam permittant matrimonium inter raptorem & raptam [h] contrahi.

g Sal. d.l. cōsensu. & c. tuae. ď proc.
h d.l. consensu.
i c. tuae, ibi Pan. de do. int. uir. & uxor.
k Io. And. c. gaudeamus. de diu. & d. c. tue
l sal. d.l. 1.
m l. 2. §. si simul, ff. e. t. & l. quā uis adulteri. 30. c. h tit.
n l. 2. §. miles. ď his qui no. in fe. l. qui cum, de re mil l. mi les. ad l. Iul. de adu uid. Bal. hic.
o Vide Bal. hic.
p d. l. quauis. 30.
* In der peinlichen Halge. ord. art. 20.
q Nou. ut nulli iud. §. adulterium. Aut. sed hodie, ibi Bal. c. h. tit.
r c. gaudemus §. de conu. cōi.
s cuius etiam Pomp. Letus meminit in l. de Roma. leg.
t l. cum uir nubit. 31. C ad l. Iul. de adulteriis. Nou. 77. & Nou. 241.
u l. inter liberas. 6. l. si uxor. 13. §. diuus. h. tit.
x l. stuprum. 34. d. tit.
y l. mariti. l. is cuius. § si uir. h. t. l. castitati. c. eo.
z l. 1. c. de raptu uirg.
a l. si uxor, 13. §. sed & in e. h. t.
b c. si quis eam cuius tut. fue. corrup.
c c. de muliere quae sepro. fer.
d l. si adulteriū, 38. h. ti.
e l. si quis adulterium 33. in fi. d. ut.
f Nouel. de raptu mul. quae rap. nub.
g c. de rap. uirg.
h 30. q. 2. & 2.

§. Item lex Cornelia.

1 Homicidium bifariam fieri.
2 Titulus in ff. ad l. Corneliā de sica. cur potius de sicarijs quā de homicidijs sit inscriptus.
3 Sicarij qui sint, & de sicae appellatione.
4 Qui pęnam l. Cor. de sicarijs incurrant.
5 Pęna legis Corneliae de sicarijs.
6 Armorum vsus an iure ff. interdictus fuerit.

7 Resti-

7 *Restituta huius loci lectio.*
8 *τόξευμα. τόξον.*
9 *Xerolophum quid significet.*
10 *Pro Xerolopho, legendum esse Xenophon.*
11 *Plus est hominem ueneno necare, quam gladio.*
12 *Pœna Veneficij ex Carolina const. criminali.*

Item lex Cornelia de sicarijs, quæ homicidas *a* ultore ferro persequitur, uel eos qui *b* hominis occidēdi causa cum telo ambulant. Telum autem (ut *c* Caius noster ex interpretatione legum 12. tab. scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur. *d* Sed & omne significat, quod manu cuiusque iacitur: sequitur ergo, ut lignum, & lapis, & ferrum hoc nomine contineantur, dictum ab eo, quòd in longinquū mittitur, à Græca uoce figuratum, *e* ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, Et hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, *g* Admonet nos Xenophon ita scribens, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Sicarij appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum. Eadem lege *h* & uenefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam uenenis, quam susurris magicis homines, occiderint, uel mala medicamenta publice uendiderint,

Sequitur] aliud exemplū publici iudicij, [homicidium] scilicet: quod lege Cornelia. De sicarijs punitur, quam legem L. Sylla Cornelius tulit. 1 *Fit autē bifariam, aut per vim aut ueneno vel arte magica. Vnde tit. est in ff. Ad l. Cornel. de sica. & veneficis.* 2 *Mirari autē quis poßet, cum in eo titulo de omnis generis homicidis agatur: cur de sicarijs magis, quam de homicidijs inscriptus sit. Sed ea inscriptio non caret ratione. Nam in eo titulo non de homicidijs aggitur, quæ casu aut permittentibus legibus fiunt, sed quæ dura opera, & cum dolo perpetrantur. Rectiùs ergo de sicarijs, quam homicidijs inscriptis est.* 3 *Dicuntur enim Sicarij, qui telum quocunq; animo occidendi hominem gerunt: nam per interpretationem extensiuā sub sicæ appellatione omne genus telorum comprehenditur,* 4 *sicut pœna sicariorum extenditur non solū in eos, qui ipsi in alios gladium strinxerunt, aut uenenum malum occidendi eius causa ministrauerunt, verumetiam qui causam mortis præbuerunt, ut sunt qui dolo malo falsum testimonium dicunt, ut quis capitali iudicio damnetur, aut uenenum vendunt illis, quos sciunt aliquid machinari in alterius mortem.*

a l. 1. §. ult. ad l. Cor. de sicar.

a Vltore ferro.] 5 *Ait enim* [a] *Martianus, [Legis Corneliæ de sicarijs & ueneficis pœna insulæ deportatio est, & omnium bonorum ademptio, sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, quàm ut pœnam legis sustineant. Humiliores enim solent uel bestijs subijci, altiores uerò deportantur in insulam.]*

b l. pe. ad l. Iul. de ui pub.
c l. unica, C. ut armorū usus prin. lib. 11.
d Plin. lib. 34. c. 14.

b Hominis occid.] Nam si quis ex alia, puta tutandæ salutis suæ causa telum geßerit, non videtur hominis occidendi causa portare, utq; ita Paulus [b] *respondit.* 6 *Vnde uidetur, hoc iure non fuisse prohibitū priuatis hominibus telorum armorumq; usum. Postea tamen Impp.* [c] *Valenti. Theodos. & Arcad. constituerunt, [Nulli prorsus inconsulto Principe potestatem eße quorumlibet armorum mouendorum.] Commemoratur & à uetustis autoribus Magni Pompeij in tertio consulatu edictum, quo prohibuit ne ullum in urbe telum eßet.*

e l. si calumnietur, 13. §. telū de uerb. sign. uide etiam l. pe ad l. Iul. de ui pub & l. armorum 41. de uer. sig.

c Caius noster.] Cuius scriptum adhuc in [e] *Pandectis habetur. Fuit autem hic Caius Adriani Imp. temporibus.*

d Sed &]. Alij legendum censent. [sed nunc omne,] quod & mihi placet. Sic enim in Caij [f] *quo responso legitur, unde hic locus desumptus est. Significat autem, nunc, hoc in tractatu legis Corneliæ de sicarijs, teli appellationem ita latè patere.*

e ἀπὸ τοῦ τηλοῦ.] Alij codices habent, τηλόθεν, utraque autem uox significat longè, procul.

f d. §. telum.
g d. §. telum.

f βέλος]. Addit in suo responso Caius. [g] *ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, à iacendo seu emittendo.* 8 *Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicatur, τόξον enim arcum significat, unde & toxicum, quoniam eo sagittæ intingebantur, ut Plinius ait.*

h Sub tit. de accidentib. literæ fol. 7.
i l. si calumnietur, 233. §. telū. de uer. sig.

g Admonet nos.] Variūt mirificè Codices, cū veteres tū noui in huius loci lectione, in nonnullis epigrāma in Xenolopho scriptum allegatur, sed Alciato uidetur uocabulum istud adulterium eße in præsenti loco. Scio equidem, in Xerolopho tripodes fuiße, in quib. epigrammata scribi solebant, ut et Priscianus [h] *libro 1. meminit, & à Suida Xerolophi mentionem fieri pro tumulo ex congestis lapidibus facto.* 9 *Verum mihi magis conuenire videtur, ut Xenophontis hic facta sit mentio, acceperitque Tribonianus a Caij* [i] *responso hunc locum, apud quem ita legitur in emendatis codicibus; Admonet nos Xenophon ita scribens; καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι, id est; Cum hic tela etiam ferebantur, hastæ, spicula fundæ, plurimi autem & lapides. Nam cum τῶν βελῶν, id est, telorum nomen præmisißet, & cætera deinde subiunxit, ut hic etiam Teophilus refert. Sunt autem hæc uerba Xenophontis ex libro 5. Αναβάσεως, siue expeditionis Cyri, qui in vulgatis exemplaribus omnino deficiunt.*

h Et uenefici.] 10 *Et rectè quidem uenefici eodem loco habentur, quo sicarijs, cum plus, sit hominē extingue-*

extinguere veneno, quàm occidere gladio. [k] *Scribit Plutarchus in Artaxerxe, Persas capita venesicorum inter duo saxa comminuere consueuisse. Ceterum nostra Carolina criminali sanctione Venefici, si hominibus nocuerint, comburi iubentur; sin nemini nocuerint,* [l] *extra ordinem pro qualitate delicti puniri iubentur.*

k l. 1. C. de male sic. & math.
l In der peinlichen Halsge ord. art 109.

§ Alia deinde lex,

1 *Lex Pompeia de parricidis à quo lata & nu. 5.*
2 *Cur veteres nullam pęnam in parricidas constituerint.*
3 *Qui fuerint primi parricidæ apud Romanos.*
4 *De Parricidarum pęna: & quando primum cęperit.*
6 *In quibus personis committatur parricidium.*
7 *Casus vbi parricida præmio honorandus est.*
8 *Patria potestas in pietate consistit, non atrocitate.*
9 *Restituta huius § lectio.*
10 *Conatus sufficit in parricida, licet res non habuerit exitum.*
11 *Etiam conscij parricidij tenentur.*
12 *Culei appellatio: quomodò hic accipiatur.*

Alia deinde lex *a* asperrimum crimen *b* noua pęna persequitur, quæ Pompeia de parricidijs vocatur; qua cauetur. *c* vt siquis parentis *d* aut filij, aut omnino *e* affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, *f* fata præparauerit (siue clam, siue palam id ausus fuerit) nec non is, cuius dolo malo id factum est, *g* vel conscius criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidij puniatur: neque gladio, neque ignib. neque vlli alij solenni pœnæ subijciatur, *h* sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, *i* vel in amnem proijciatur: vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel affinitate personas coniunctas necauerit; pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit.

1 *Lex Pompeia] de parricidijs etiam connumeratur inter publica iudicia, quam Cn. Pompeius Magnus tulit, asperrima pęna parricidas afficiens, quam hic memorat Iustinianus, & nos ad textum de eadem plura annotauimus.*

a *Asperrimum.] Scil. parricidij; quod veteres ne futurum quidem vnquam credebant.* 2 *Legimus enim Romulũ (quemadmodum & Solonem olim Atheniensium legislatorem) ideo nullam legẽ in parricidas instituisse, quia existimarint impossibile esse, vt quis tam immane facinus committere auderet; neque secentis quidem annis post vrbem conditam, quisquam Romæ tam dirum facinus perpetrauit.* 3 *Primus tamen post illud tempus efflaxum L. Ostius patrem necasse dicitur; primus Mallcolus matrem, post Cimbrica tempora. Ita semper posterioribus seculis, nullum scelus tam fœdus, tam immane fuit, quòd homines perpetrare ausi non fuissent. Quare legumlatores tandem coacti sunt, violentis remedijs occurrere sceleratis.*

b *Noua pęna.* 4 *Sic etiam Cicero pro Roscio Amerino singulare supplicium in parricidas excogitatũ esse scribit, vt quos natura ipsa in officio retinere non potuisset, ij magnitudine pœnę submouerentur. Refert tamen Valer. Max. diu ante Pompeium parricidas culeo insutos præcipitatos esse in mare; paulò s. post tempora Tarquinij regis. Et Cic. quoque in prædicta Oratione pro Roscio meminit cuiusdam huius generis legis Cornelię, quam ait à maiorib. latam esse; vt non possit eius autor videri Cornelius Sylla, qui tum adhuc in viuis non erat. Pomponius* [a] *tamen I. C. scribit Corneliũ Syllam publicas quæstiones constituisse de parricidio.* 5 *Verum vtut sit, Pompeius totam hanc rem tandem rectiùs composuit, certamque de parricidis legem tulit; quę etiam ab eius nomine Pompeia de parricidijs* [b] *nuncupata est.*

c *Vt si quis parentis.] Locus hic desumptus est ex Imp.* [c] *Constantini rescripto, & responso* [d] *Marcelli, qui hæc parentum, liberorum, cognatorũ & affinium nomina aliquanto copiosiùs recenset.* 6 *Placet autem Fabro, omnes cognatos contineri, qui intra quartum gradum sint, quippe quo matrimonij probibitio* [e] *continetur. Annumerat patrinum & filiolum, dominum & vasallum.* 7 *Vno casu cessat hęc pœnæ acerbitas, quin potius pręmium proponitur; si pater filium, aut filius patrem ad delendam patriam instructum occiderit:* [f] *prout* 8 *supra quoque ex Cicerone dixi.*

d *Aut filij.] Explosa nimirum ille veteri iure, quo pater in filium vitę necisque potestatem* [h] *habebat.* 8 *Oportet enim patriam potestatem in pietate consistere, non in atrocitate. Qua ratione D. Adrianus* [i] *fertur eum, qui in venatione filium occiderat, qui nouercam suam adulterasset, in insulam deportasse, quod latronis magis, quam patris iure eum interfecisset. Filium etiam naturalem accipere hic oportet, vel legitimum* [k] *tantum.*

a *Affinitatis.]* 9 *In quibusdam codicibus sic legitur, Affectionis eius, quæ nuncupatione parricidij conti-*

a l. 2. de orig. iuris.
b ff. ad l. Põp. de parric. meminit. Pomp. Lætus in lib. de Ro. legib.
c l. 1. C. de his q par. vel lib. occiderunt.
d l. 1. ad leg. Põp. de parricid.
e c. non debet. de consang. & affinit.
f l. minime. 35. de rel. sump. fune.
g §. publica autem. hoc. tit.
h l. in suis. 11. de lib. & post.
i l. diuus. h. tit.
k l. nos accusare §. in omnibus de accus.

continetur: quam lectionem Constantini Imp. rescriptum ad Verimum Vicarium Aphricę confirmat, quod lib. 9. C. tit. 17. extat Sensus autem est, quasi dixisset: aut omnino earum personarum, quarum cædes parricidij nomine continetur: quas [*] *Martianus alibi enumerat.*

f *Præparauerit*] *Præparandi verbum satis indicat, etiam eum teneri lege Pompeia de parricidijs, qui moliatur patrem occidere; quia scilicet emerit venenum filius, vt patri daret, quamuis non potuerit dare: atque ita Martianus respondit.* [l] *Qua de re apud Quintilianum extat elegans declamatio, qua pater accusat filium parricidij, quia dicebatur patri præparasse venenum.*

g *Vel conscius.* 11 *Ergo lex Pompeia etiam conscios huius tam atrocis criminis plectit, & qui quoquo modo adiutores parricidis* [m] *fuerint.*

h *Sed insutus culeo.* 12 *Culeus, vter fuit ex corio bouis, capiens* [n] *20. amphoras, vel (vt Columella ait) vrnas 48. Fuit præterea culeus, mensura frumentaria tantundem continens.* [o] *Hic pro sacco coriaceo ponitur eius capacitatis, vt reum simul & hęc fera animantia capere possit. Huius culei meminit et Cicero Roscio Amerino, vbi hunc locum elegantissimè explicat: Item Iuuenalis, vbi de Nerone loquitur,* [*Deducendum,*] *inquit,* [*corio bouis in mare; cum quo Clauditur aduersus innoxia simia fatis.*] *Vide etiam de hac pena Cęl. Rhodig. lib. 6. Lectio. antiq. Priusquam tamen parricida culeo insueretur, virgis* [p] *sagmineis, vel, vt alijs legunt, sanguineis cædebatur: vt Modestinus* [q] *scriptum reliquit.*

i *Vel in am.*] *Quod si desit profundum, in quod deijciatur parricida, refert Modestinus* [r] *Adrianum constituisse, vt bestijs obijciatur.*

* in l. j. dic. ti. ad l. Pompei. de parricid.
l l. 1. §. vlt. h. tit.
m l. vtrũ illo ti.
n l. quæsitũ. de fundo inst. l. legatũ. 17. de annuis leg.
o l. vlt. de pign. actione.
p Cor. lib. j. Miscel cap. 5.
q In d. l. pen.
r d. l. pen.

§. Item lex Corn. de falsis.

1 *De lege Cornelia de falsis, & S.C. Liboniano.*
2 *De Senatusconsulto Liboniano.*
3 *Falsarius quis dicatur; & falsitas quid & nu. 9. 10.*
4 *Restitutus tex. in l quid sit. ff. ad leg. Cor. de fal.*
5 *Falsum ne dolo non committitur. & nu. 12.*
6 *Lex testamentaria, leg. Cornelia de testamentis.*
7 *Falsum committitur non solum scripto, sed etiam dicto & facto. & nu. 8.*
11 *Testamenti furtum vel occultatio, publici est iudicij: alterius verò instrumenti non item.*
13. 14 *Pœna falsi quæ fuerit, & quæ sit hodie.*
15 *Pœna falsi variat pro qualitate falsi.*

Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam a testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui b testamentum, vel c aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, vel signum adulterinum, fecerit, sculpserit, expresserit, sciens, d dolo malo. e Eiusque legis pœna in seruos vltimum supplicium est, (quod etiam in lege de sicarijs & veneficijs seruatur) in liberos verò deportatio.

1 *De crimine falsi,*] *quod et inter publica iudicia refertur, sic subijcit, & quam pœnã Cornelius Sylla (qui publicas* [a] *questiones, idest, accusationes constituit de falso, sicut & de alij quibusdam criminibus) falsarijs irrogauerit, demonstrat.* 2 *Postea editum quoque est S. C.* [*Libonianum,*] *quo cauebatur, eos, qui falsi aliquid alterius testamentis adscribunt, lege Cornelia teneri. Ideoq; titulus est in Pandectis. Ad legẽ Corneliam de Falsis & S.C. Liboniano.* 3 [*Falsarius*] *autem dicitur impostor, qui imitatione veri suum compendium alterius dispendio per dolum querit. Ideò enim Iustinianus* [b] *crimen falsi seu falsitatem dici aliud nihil esse, quàm imitationem veri: cuius sententia magis perspicua est in Grçco textu propter vocem, qua vtitur in exprimenda ista imitatione, & eam παραποίησιν appellat.* 4 *Adde huc Pauli* [c] *responsum,* [*Quid sit falsum,*] *inquit,* [*quæritur: & videtur id esse, si quis chirographum alienum imitetur.*] *Ita enim legendundum esse, & non,* [*immutet,*] *vt vulgati habent Codices, Budeus etiam admonuit.* 5 *Non tamen illi imputari crimen falsi potest, qui sine dolo aliquid fingit;* [d] *quoniã sine dolo falsum non committitur. Itaque rectè dicemus, crimen falsi, esse imitationem veritatis dolosè factam.*

a *Testamentaria.*] 6 *Sic* [f] *Modestinus hanc legem testamentariam vocat, &* Vlpianus, *Corneliam de testamentis. Et hoc ideò fortè, quod maximè soleat falsum in testamentis committi, vel quia à principio introducta fuerit hæc lex pro testamentis falsis confectis, signatis, vel productis; attamen quin pro alijs etiam instrumentis, falsò fabricatis, vel scienter productis locum habeat, extra* [h] *pugnam est. Sanè peculiariter de testamentorum deprauatione agitur in Cod. Iustinianeo sub tit.* [*De his, qui sibi adscribunt in testamento.*]

b *Testamentum, vel aliud.*] 7 *Vnde colligis vnum modum, quo falsi crimen committitur, scripto scilicet, seu scriptura, qui modus admodum frequens est. Non minus tamen frequenter falsum dicitur,* quàm

a l. 2. de ori. iur.
b In Nouel. de instrum. cau. & fid.
c l. quid sit falsum. 23. de falsis.
d l. nec epistola. C. ad leg. Cor. de fals.
e l. nec exemplũ 20. C. eo.
f l. in lege Cornelia test. 30. hoc tit.
g l. 1. de pub. iu.
h l. Paulus 16. h. tit. l. cũ qui 14. C. eod.

quam scribitur; nam & eius delicti multa, & lucrosa est occasio improbis; præsertim in dicendo testimonio, & in allegationibus falsarum i legum, ferendisque sententijs. 8 Porrò nonnunquam & facto, id est, ipsarum rerum deprauatione falsum committitur: uidelicet, si quis publicam monetam cudat, k vel fingat: aut mensuras publicas uendendo non probatas habeat, illisque scienter l vtatur. aut partum mulieri supponat. Et de falsarijs monetæ peculiaris titulus extat in m Codice. 9 Non solum autem illi falsum committere dicuntur, qui ipsi tale quid, ut præmissum est, fecerint, sed etiam illi, quorum subministratione, aut dolo, tale quid factum n est. Denique & ille falsarius habetur, quicunque conditionem mentitus est, ad imponendam alijs; ut si quis pro milite se gerat, & falso diplomate utatur, ut tuto o commeare possit: sicut & ille, qui nomen in alterius fraudem mutat. p Et in summa, quoties quis imitatione veri suum commodum dolo malo quærit, cum proximi sui detrimento, falsum committere dicitur. Latius certè lex Cornelia de falsis patet, quam ut paucis exemplis concludi possit: potiora tantum retulisse sufficiat; cætera Pandectarum q & Codicis lectio facilè suppeditabit.

c Aliud instrumentum.] 10 Siue publicum siue priuatum: vt si quis priuatus alicujus rationes, vel epistolas falsò imitetur. r 11 Interim memineris, differentiam esse inter testamentum, & aliud instrumentum, quoad furtum, & occultationem: quia de furto, & occultatione testamenti, est publica accusatio: alterius uerò instrumenti surrepti crimen non est publici iudicij: f nisi ipsum ita destruxerit, vel occultauerit, ut veritas amplius non appareat: tum enim de falsò iudicium t dabitur.

d Dolo malo.] 12 Siue quo falsum non committitur, ut supra dixi; quare impuberem in hanc legem non incidere, Paulus u respondit.

e Eiusque legis pœnam.] 13 Pœna ergo falsi in seruos, est vltimum supplicium; in liberos, deportatio: addit Martianus, x & omnium bonorum publicatio. Nouellarum tamen iure, si falsarij habuerint ascendentes, vel descendentes hæredes, bona eorum non publicantur. y Porrò lex antiqua, falsi conuictũ de saxo deijci iubebat, ut refert Alex. ab Alex. lib. 6. Genial. die c. 10. 14. Hodie verò constitutione Carolina falsum in scriptis, & sigillis commissum pœna capitali punitur pro magnitudine criminis, & incommodi inde contingentis, iuxta iudicis æstimationem, art. 112. Idem & de falso in ponderibus, mensuris, & mercibus commisso eadem constit. obtinet, art. 113. 15 Quanquam autem prædicta pœna generaliter in omnes falsarios constituta sit: tamen grauior quibusdam imponitur à legibus, & permittitur iudici, eam pro qualitate falsi moderari. Nam pœna corruptæ monetæ est autoris concrematio, z quoniam læsæ etiam maiestatis teneri uidetur, qui tale quid ausus a est. Rursus quoque cum nonnullis mitius agitur, ut qui falsa mensura usus est, tenetur ad duplum, & relegatur; b potest etiam ipse deceptus crimen falsi ad aliam obligationem transferre, si ciuiliter reum actione in factum conueniat, ut quod sua interest, persequatur.

i l. 1. in princ. & l. vlt. hoc nostro titulo.
k l. quicunque. 8. l. qui falsã. 19. hoc nostro titulo.
l l. pe. §. j. eo. tit.
m C. de fal. mo.
n l. qui testamentum. 2. in fine. d. titu.
o l. eos qui. 27. §. vlt. eo.
p C. de muta. no mi.
q ff. & C. ad leg. cor. de fals.
r l. 1. §. qui in rationibus. hoc tit. l. pe. c. eo.
f l. Paulus. ad finem.
u l. impuberem. 22. hoc titu.
x l. 1. §. pęna falsi. eo.
y Nouel. ut nulli iud. lic. hab. lo. ser. §. vl & Auth. bona dã natorum. c. de bonis pos.
z l. pe. c. de fals. mone.
a l. 1. c. de fals. mone. & vide de hoc caroli. nã sanctionẽ crimi. art. 111. vbi de triplici falsatione monetæ disponitur; vna fit in cudendo monetam, altera adulterando, uel vitiando materiam, tertia in radẽdo, seu diminuendo monetam.

§ Item lex Iulia de vi publica.

1 Vis publica, siue armata.
2 Vis priuata, & quotidiana à Cicerone dicta est.
3 Pęna uis publicæ, quæ olim fuerit, & quæ hodie sit.
4 Banniti ęquiparantur deportatis.
5 Quæ sit pœna uis priuatæ.
6 Raptus pœna.

Item lex Iulia de ui publica, seu priuata aduersus eos exoritur, qui vim, vel armatam, vel sine armis cõmiserint. a Sed si quidem armata uis arguatur, deportatio ex lege Iulia de ui publica irrogatur: si uerò b sine armis, in tertiam partem bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim c raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ij qui opem huic flagitio dederint, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire.

b l. pe. ff. h. titu.
c l. pen. & ult. ibi gl. e. dic. titu

Nunc de ui.] seu violentia differitur, quæ etiam inter publica ardinaria crimina refertur. Duas autẽ leges de ui, Iulius tulit; alteram de ui publica, alteram de ui priuata. 1 Vis publica est, quæ & armata dicitur, quæ fit armis, vel quocunque genere teli, quo quis alij possit nocere. Nam qui arma sumunt ad inuadendum alios, non modò ipsis, in quos ea stringunt, sed etiam rei publicæ, cuius interest arma non moueri, uim inferunt Et huius quidem uis, exempla satis multa in Pandectis referuntur, sub hoc titu. Ad l. Iuliam de ui publica. 2 [Priuata] autem [uis] committitur, cum quis sine armis in alterius res aut corpus impetum facit; ut si quis id, quod sibi deberi putat, non apud iudicem, sed manu sua deposcat, & debitori eripiat. Hanc uim Cicero pro Cecinna, [quotidianam] appellat, cum scilicet arma nulla adhibita sunt, nec homines coacti.

a Sed si quidem.] 3 Pęna ergo uis publicæ, est deportatio, si a libero facta sit; nam è seruo, nesciẽte domino, admissa punitur vltimo supplicio; a nostro uerò tempore vice deportationis utimur pęna bãni, siue excom-

a l. seruus. c. ad l. Iul. de vi pu.

excommunicationis Imperialis, qua quis extra protectionem, & communitatem Imperij b *constituitur, tam quoad personam, quàm quoad res.* 4 *Vnde rectè Accursius* c *dixit, Bannitos æquiparari Deportatis: quod etiam Bar.* d *alicubi uoluit. Et habemus hodie generalem constitutionem Imperij de pace publica, eiusque violatoribus ([von dem Lanfriedbruch]) quæ diligenter legenda est, & cognoscenda; suppeditauit enim omnia luculenter, quæ ad hanc rem pertinent.*

b. Sine armis.] 5 *Vis priuata pœna, est publicatio tertiæ partis bonorum,* e *& item infamia, quæ ex sententia iudicis irrogatur ei, qui de ui condemnandus est;* f *eam Iustinianus hic omisit, cum tamen sola illa reddat publicum, & criminale hoc iudicium.*

c Raptus uirginis.] 6 *De pœna raptus* g *supra quædam annotauimus, quæ hic repetere superuacaneum fuerit. Porrò meritò ultimo supplicio coercetur raptus ex Iustiniani* h *constitutione, cum illud crimen non modò ad iniuriam hominum, verùmetiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur. Vnde etiam factum crediderim, quod Iustinianus Imperator olim tulerit* i *legem, ut capitaliter etiam puniretur, qui sacram uirginem impudico aspectu esset intuitus.*

b Cy. l. j. de paturalib. vide Hip. de marf. conf. 99. cauf. crim.
c §. relegati. sup. quib. mod. pat. potest sol.
d In l. 1. c. quando lic. se vind. sine iud.
e l. vlt. ff. ad l. Iu. de ui priuata.
f l. 1. c.
g §. item lex Iul. de adult. h. titu.
h l. j. c. de raptu uir. l. raptores, c. de epis. & cle.
i Ita refert historia Eccl. & extat adhuc bona pars huius legis. in l. si quis non dicam. c. de epis. & cle. adde Nouel. 145. & 150.

§. Item lex Iulia peculatus.

1 *Peculatus crimen quando committi dicatur. & num. 3. & 4.*
2 *Publica pecunia quomodo hic accipiatur.*
5 *Pœna peculatus, quæ sit.*

Item lex peculatus eos a punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, vel religiosam furati fuerint. b Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animaduersione puniuntur: & non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel subtractas ab his, scientes susceperint. Alij verò, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subiugentur.

De crimine peculatus.] *annectitur, in quod pariter lex* a *Iulia animaduertit.* 1 *Committitur autem hoc crimen, si quis pecuniam sacram, religiosam, publicamue auferat, aut intercipiat: nisi hoc fortè ei per legem licuerit, aut si in aurum, argentumue, aut æs publicum aliquid ingerat, illiue admisceat, quo id peius fiat.*

a Publicam.] 2 *Publica hic pecunia ea sola habetur, quæ est urbis Romanæ, non aliarum ciuitatum; nam quod illis subtrahitur, furto dicitur ablatum.* b *Sub pecunia autem urbis Romanæ accipiendæ sunt res fisci.* 3 *Nam & iste peculator habetur, qui à debitore fisci per dolum aliquid aufert.* c 4 *Reus que huius criminis, & ille habetur reus, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid venierit, aut locatum erit, scripserit, aliudue quid simile commiserit; & qui prædam ab hostibus captam surripuerit.* d

b Sed si.] 5 *Pœna ergo peculatus est in iudice, eiusue ministro, qui deliquit, capitis supplicium, id est, mors ex constitutione Honorij,* e *quam ad legem Iuliam hic refert Iustinianus: in cæteris verò deportatio.* f *Cæterum Aurelianus Imperator peculatus reos vltra militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus supplicijs, cruciatibusque puniret, ut autor est Flauius Vopiscus in eodem.*

a l. 1. ad l. Iul. pecul. & l. vnica. c. eod. tit.
b l. ob pecuniam 38. de furt. de quo tamen vide Alciat. l. 1. Disp. c. 3.
c l. sacrilegij. 9. §. l. abeo. ad l. Iul. pecul.
d l. hac lege. 10. & l. peculatus. 3. h. ipso ti.
e l. 1. c. de crim. peculatus.
f l. peculatus. 3. ff. ad l. Iul. peculatus.

§. Est & inter publica.

1 *Plagij crimen est etiam publici iudicij.*
2 *Palagium quando dicatur committi.*
3 *Palagium vnde dictum.*
4 *πλαγιῶς dolosè.*
5 *Palagij pœna, eademque confirmata in veteri testamento: & nu. 6.*

Est & inter publica iudicia a lex Flauia de plagiarijs, b quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat: interdum leniorem.

Subsequitur.] *crimen plagij, quod lex Flauia coercuit.* 1 *Quodque inter publica iudicia* a *referendum est, vtcunque in Pandectis* b *(fortè librariorum incuria) inter titulos publicorum iudiciorum sit omissum.* 2 *Committitur autem [plagium], propriè, cum quis alienis liberis, vel seruis persuadet, ut non scientibus aut dominis aufugiant; aut cum quis fugitiuum seruum, aut liberum hominem, tanquam suum vendit, sciens esse alienū.* c 3 *Dicitur autē [palagiū] non à plaga, ut vulgò creditū est, sed ἀπὸ τῶ πλαγίως id est, ab aliquo: quia obliquis quibusdam actibus, & dolis serui aut liberi abducebantur.* 4 *Vnde & Græci πλαγιῶς quandoque simpliciter pro dolo accipiunt.*

a Lex Flauia.] *Theophilus Fabia vertit, non Flauia, itaque habent constitutiones Theodosii, de qua videtur sensisse Cicero pro Rabirio; An de seruis alienis cōtra Fabiā retētis, aut de ciuilibus Romanis cōtra* lege à

a l. plagij. 13. c. ad l. Fla. de plagia.
b l. 1. de pub. iud.
c l. 1. §. pen. ad l. Fla. de plag.

legem Porciam verberatis aut necatis plura dicenda sunt] Est autem hæc lex Senatusconsultum, [a] Vlpiano autore.

b Quæ interdum.] Plagiorum pena capitalis est semper, & ob id eius cognitio habetur ordinaria: licet permittatur iudici, vt pro modo delicti eam mitiget, & [f] exasperet; atq; eò respexit hoc loco Iustinianus. Si tamen quis seruum alienum prauis suis colloquijs instigationibus deteriorem tantùm faciat, & non ad fugam eum impellet, aut pro suo vendat; tum obligatur ad solutionem dupli eius precij, quo seruus ante quã corrumpertur, ab eo æstimatus est in isto anno. Duplicatur quoq; damni æstimatio, quod domino postea quã corruptus fuit, dedit. 6 Porrò hæc lex confirmari etiam videtur Deu. cap. 24. [Si enim deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filij Israel, & uenditio eo acceperit precium, interficietur: vt auferas malum de medio tui &c.]

d l. 2. ff. die. tit. e l. ult. ff. & C. h. ti.

§. Sunt præterea.

1 *Lex Iulia de ambitu, eiusque pœna.*
2 *De voce Ambitus.*
3 *Legis repetund. autor fuit L. Piso.*
4 *Quis teneatur repetundarum.*
5 *De pœna huius criminis.*
6 *Lege Iulia de annona qui teneantur.*
7 *Præfectus annonæ, Aediles Cereales.*
8 *Annona dicta, quod in annum sufficiat.*
9 *Sitocomia quid, & vnde dicta.*
10 *De pęna defraudatæ annonæ.*
11 *Leges annonariæ, sumptuariæ.*
12 *Lege Iulia de residuis qui teneantur.*
13 *Quæ sit eius pœna.*
14 *Summo digito attingere quid sit.*
15 *Quid per iudicem hic significetur.*
16 *Epilogus Autoris ad hæc scholia.*

Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia *a* de ambitu, lex Iulia *b* repetundarum, & lex Iulia *c* de annona, & *d* lex Iulia de residuis, quæ de certis capitulis loquuntur; & animæ quidem amissionem non irrogãt, alijs autem pęnis eos subijciunt, qui præcepta earum neglexerint. Sed hæc de publicis iudiciis exposuimus, ut uobis possibile sit *e* summo digito, *f* quasi pes iudicem ea tetigisse: alioqui diligentior eorum scientia uobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris, Deo propitio, aduentura est.

Subsequuntur] alia quatuor publica iudicia, videlicet, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarũ, lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis; quæ singulà ad textum obiter enarrare operæ precium fuerit.

a De ambitu.] 1 Lex Iulia [de ambitu] cuius latorem M. Cicero in Oratione pro Murena se profitetur) eos puuit, qui pecuniam dant, ut honorem magistratumue in comitijs municipalibus consequantur. Huius pœna, vt Iulius Paulus scribit, deportatio erat, quæ in locum aquæ & ignis, interdictionis successit: fortè ex lege, quam Caius Calphurnius Piso de ambitu rogauit, sed postea ex S. C. ad interpretationẽ l. Iuliæ promulgato, pœna 100. aureorum cum nominis infamia est [a] constituta. [Hæc autem lex] (inquit Modest.) [in urbe hodie cessat, quia ad curiam principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem, qui scilicet declaratur per suffragia.] 2 Cæterum hanc uocem (ambitus) Laur. [b] Valla ex eo deducit, quòd qui suæ virtuti non confidit, per circuitum uelut ambitiosos, à quibus suffragia expectat. Simile crimen Ecclesiasticum est [Simonia.]

a l. 1. ad l. Iul. de ambitu.

b lib. 4. Eleg. c. 19.

b Repetundarum.] 3 Nomen legi inditũ est, quòd pertineat ad pecunias repetendas. Huius autor fuit L. Piso, ut refert Cicero Actione quinta in Verrem. 4 Repetundarum autem, vel de repetundis accusatur quis, vel damnatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit, unde accipere non [c] debuit. De hoc est peculiaris titulus in [d] Pandectis. 5 Pœna autem reis imponitur extra ordinem, & quandoq; exilium, quandoq; durior pœna, prout admissi sceleris qualitas requirit. Exigitur etiam ab hæredibus [e] delinquentis. Lex autem 12. tab. pęnam capitis irrogabat, ut refert Gellius lib. 20. Noct. Atti. cap. 1.

c Vide l. 5. h. t.
d Ad l. Iul. rep.

e l. lex Iulia, 7. eod. tit.

c De annona.] 6 Autor est Pomponius [f] Lætus, Romæ legem latã esse per Claudium trib. pleb. de annona, ut frumentum, quod antea senis æris, ac trientib. in singulos modios dabatur, gratis daretur. Postea aũt eius delictũ cępit puniri, qui in aliquo defraudasse annonã publicã probatus fuisset, quo ea esset [g] carior, quales sunt, qui frumentorũ nundinationes exercent, ut ipsi cariùs reuendant, quorũ hodie magnus admodũ est numerus in male institutis Germaniæ nostræ ciuitatib. 7 Quod ne fieret, uetustas præfectum annonæ habere solebat, vt Fenestrella [h] scribit Iulius Cæsar duos ædiles creauit, qui ob id [Cereals] appellati sunt, quis

f In libello de Rom. legib.
g ad l. Iul. de an.

h De magist. & Halicarnaß. li. 7. an.

sim.-

similiter cibariorum & mensurarum rationem habebant. 8 Videntur autem Romani annonam intellexisse respectu commeatus, vel victualium, quæ in annum integrum possis reipub sufficere. 9 [Sitocomia] quoq; (quasi frumentariam curã dixeris, ἀπὸ τοῦ σίτου καὶ κομεῖν, id est, à frumenti curatione) manus publicũ est, annonam [k] respiciens. 10 Pœna autem defraudatæ annonæ est 20. [l] aureorũ cũ infamia, quandoque & extra ordinem imponitur, pro qualitate delicti Nam & relegati res in insulam, & in metallum dãnati [m] leguntur. Ex quibus apparet, quantam reipublicæ curam ueteres sustinuerint, ut pauperib. iuxta ac diuitibus tolerabilior per ciuitates vita esset. 11 Sed nec contenti fuerunt annonarias leges quibus inopum ratio habita est, tulisse: verùm leges etiam sumptuarias, aduersus profusos quosdam belluones statuerunt, ne sc & diuites immodicis gulæ sumptibus ad egestatem quandoq; prolaberentur: cuiusmodi leges fuerunt Frannia, Licinia Cornelia, & Antia, quas Gellius [n] & Macrobius [o] satis abundè describunt.

d Et lex Iulia de residuis] 12 [Qua lege,] inquit Paulus, [p] tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in vsum aliquem retinuit, neq; in eum consumpsit.] In ea fraude & Sylla olim deprehensus fuit, apud Asconium in Cic. Orat pro Cornelio. Addit [q] Martianus, eadem lege teneri eum, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliaue qua causa pecunia publica resedit. 13 Huius pœna est, ut eam damnatus, amplius tertia parte, quam ex residuis debet. puniatur, [r] ita ut ultra summam residui tertiam totius soluere cogatur, atq. ita ego Martiani uerba intelligo, quæ aliter variè [s] exponuntur Et hæc quidem hactenus de duodecim publicis iudicijs, de quibus hoc titulo disseruit Iustinianus. Sunt & alia de quibus dubitatur, publicane sint an priuata, de quibus Accurs [t] & alij commentatores suis locis vbertim disputant. Nobis cum Iustiniano sufficiat, eas leges hic commemorasse [summo digito,] id est, leuiter attigisse, quæ publicum in omni suo argumento iudicium ferè constituebant. Exactior enim harum quæstionum, & si quæ similes sunt, tractatus ex Pandectis, & Codice repetendus est.

e Summo digito] 14 Prouerbialis locutio est, [summo digito attingere,] pro leuiter, & quasi negligẽter: ab ijs nata, qui onus tollentem extremis digitis, quasi dicis causa, & perfunctoriè adiuuant Hoc prouerbio Cicero quoq; pro Cælio vsus est Equidem multos (inquiens) & uidi in hac ciuitate, & audiui non modo qui primoribus labris gustassent hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent &c.

f Quasi per indicem. 15 Per indicem significare videtur non digitum indicẽ sed quos Græci συνάξεις appellant, vulgus tabulam librorum; qua in re nomine hoc à Cicerone quoque vsurpatum est. vt sit censas, Quasi indices & summa duntaxat rerum, quæ in iure ciuili recondita sunt, capita leuiter aspexerint, quasique litora legerint.

16 Hæc sunt, quæ mihi in hosce quatuor Institutionum iuris ciuilis libros colligenda videbantur. Cæterum de opere & labore meo, in horum enarrationem larga manu impenso, spero legum tyrones boni consulturos esse. mihi certè non modicæ mercedis loco putabitur, si eos inde profectum aliquem fecisse intellexero. Equidem ea potissimum ratione hæc nostra scholia in lucem prodire passus sum, ut si quid boni contineant, ijs Candidati Iuris vtantur, fruantur liberè. sin minùs, auto i vixdum virilem ætatem ingresso ueniã præstent, melioraq; aliquando edant Est enim cuiusq; scientis & ingenui hominis, minùs probè scripta distare ab alijs in meliùs candidè corrigere, & quod deesse cognouerit, citra inuidiam adiungere. Etenim hoc nos ultrò & ingenuè pollicemur, quod cuiusq; doctioris & melius sentientis arbitrio stare uelimus, aut cedere, quicquid in hanc rem, Auditorum nostrorum gratia, aliquando corrasimus.

i Vid. Iuuena Sat. 10.
k l. munerũ, 18. de munerib. & hono. uide Alc in Anno. post. Cop.
l l. 2. h. tit
m l. annonã. 6. de extraord. cri.
n lib 3. noc. Ati. cap 24
o Saturna, lib. 4. cap 9.
p l. 2. ad l. Iul. pecul.
q l leg. Iul. 3 S. leg. eo. tit.
r d. l. iul. S. sed & qui.
s hic, & d. S. sed & qui.
t In l. 1. de pub. iudiciis.

FINIS.

